This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com



Digitized by Google

394(5)
hist. [illegible]

Monsieur

(Arthur du)

Digitized by Google

Digitized by Google

MARTYROLOGIVM FRANCISCANVM.

Authore R. P. ARTVRO A MONASTERIO, Recollecto.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

Digitized by Google

Digitized by Google

23841

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1897

MARTYROLOGIVM FRANCISCANVM,

IN QVO

SANCTI, BEATI, ALIIQVE SERVI DEI,

MARTYRES, PONTIFICES, CONFESSORES,

ac Virgines, qui tum vitæ ſanctitate; tum Miraculorum gloriâ; claruere;

IN VNIVERSO ORDINE FF. MINORVM; TOTO ORBE TERRARVM, cunctis vſque nunc ſæculis; per omnes Prouincias Obſeruantium, Diſcalceatorum, Recollectorum, &c. Conuentualium, Capucinorum, &c. Monialium, Clariſſarum, Vrbaniſtarum, &c.

NECNON VTRIVSQVE SEXVS TAM SECVLARIVM, QVAM Regularium Tertiariorum, recenſentur.

Et iam primùm Annotationibus commentatum, nunc iterata editione accuratiùs recognitum, & auctum prodit in lucem.

OPVS FIDELISSIME EXCERPTVM, TVM EX VETVSTIS CODICIBVS; & Antiquis MS. Monimentis: tum ex probatis grauibuſque Authoribus.

Cura ac labore R. P. ARTVRI A MONASTERIO Rothomagenſis, Recollecti, Prouinciæ Sancti Dionyſii Concionatoris.

CVM AMPLISSIMIS INDICIBVS DILIGENTER EXCVLTIS.

EDITIO SECVNDA.



PARISIIS,

Apud EDMVNDVM COVTEROT, viâ Iacobæâ, ſub ſigno Boni Paſtoris, propè Mathurinenſes.

M. DC. LIII.

Cum Priuilegio Regis, & Doctorum Approbatione.

Digitized by Google

Digitized by Google

LYON

ARMANDO IOANNI
EMINENTISSIMO
S. R. E. PRINCIPI
CARDINALI DVCI
DE RICHELIEV,

FOELIX fauſtumque congeſſit omen, (EMINENTISSIME PRINCEPS,) Aaron Hebræorum Pontifex Maximus: quando Diuinæ vltioni ſtragem in Iſraelitas agenti, ipſe ſacris veſtibus indutus, orationeque armatus; irato Deo piè reſtitit, exterminatoremve continuit. Aliis namque aceruatim ſuper alios mortuis cadentibus, vſque ad quatuor decim millia: Aaron ad mediam multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, concito greſſu perueniens, Thymiama obtulit, & ſtans inter mortuos & viuentes, pro populo deprecatus eſt: atque ita plaga ceſſauit, & ignis graſſanti, viam, ſeu aditum ad viuos præcluſit: Moſe Aaronis fratre, ipſomet teſte oculato, hæc perhibente atque ſubdente. *In veſte enim Poderis quam habebat, totus erat Orbis terrarum: & Parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta: & magnificentia tua in diademate capitis illius erant ſculpta. His autem ceſſit, qui exterminabat & hæc extimuit.* Sapient. 13. verſ. 30. His ergo veſtibus ſacris, & eis, quæ in illis continebantur, ceſſit Angelus exterminator: necnon hæc ipſa omnia in veſte Pontificia contenta, & Summum Sacerdotem ornantia, reueritus ille protinùs extimuit, & gladium reduxit, ignemque gradum ſiſtere coëgit. Reueritus, inquam, ineffabile Dei nomen (cui vniuerſa ſe proſternit creatura) in diademate capitis Aaronis auguſtiùs rutilans; ceſſit vi ac dignitati orationis Sacerdotalis, & Summo Pontifici deprecanti: & Mundum vniuerſum deprecatorem alleganti: ac merita gloriamque Patrum ante Dominum proponenti, vt parceret, ac miſereretur. Parentum quippe magnalia, id eſt, gloriæ & excellentiæ trophæa, virtutum merita, nobilitatis inſignia, ſtemmata auitæ proſapiæ, (de quibus iure gloriabantur) Nominaque progenitorum præferebat: in ſingulis namque lapillis ſui Rationalis, ſigna ſacra & hieroglyphica, Ægyptio more, inſculpta erant. Quòd verè ſapiens, doxas, ſeu glorias, vocauerit, non abs re fecit; ſatis enim glorioſum fuit duodecim filiis Iſraël, quòd eorum trophæa, merita ac nomina, in præcipuis veſtis ſacræ partibus

Digitized by Google

& in humeris, ac ſupra cor, coram Domino portarentur; & eorum perpetua, in tam ſublimi loco, memoria haberetur.

Sanè eadem eueniſſe, poſt Chriſtum natum, in lege gratiæ, haud inauſpicatò cernimus, dùm Apoſtolorum, Martyrum, aliorúmque Sanctorum virorum nomina, intra Eccleſiaſtica Dyptica, adſcripta, inter Sacrificandum recitare ſoleat Sancta mater Eccleſia; vt recordetur Chriſtus Dominus priſcorum illorum noſtrorũ in fide progenitorum, & præſtet pro ſua clementia, quòd Sacerdos piè precatur. Quorſum verò non exaudiretur? Vel repulſam pateretur? Iaddum Summum Iudæorum Sacerdotem in Stola Hiacinthina auro diſtincta, Tyaram in capite geſtantem, cum præfixa aurea Lamina, &c. obuiam ſibi prodeuntem Alexander Magnus, proſtratus in terram ſupplex adorauit, abſtinuitque vrbis obſidione Hieroſolymitanæ. Totila Hunnorum Rex, cognomento Flagellum Dei, in Italiam adueniens, comiter S. Leonem Pontificem Maximum excepit, audiuit, demiratus eſt: cuius Maieſtate; ac Diuina eloquentia percuſſus ſic extitit, vt illicò, promiſſa pace firmiſſima, vltra Danubium, non rediturus, abierit. Imò verò, alios quoſuis Epiſcopos, ac etiam Sacerdotes, vti SS. Bernardum, Dominicum, Seuerinum &c. necnon & ſacris Ordinibus tantùm initiatos, ſeu Clericos, vel etiam ſimpliciter Laicos Religioſos, nimirum SS. Benedictum, Franciſcum Ægidium, Franciſcum de Paula, &c. non minori honore ac reuerentia fuiſſe, maximis Regibus & Principibus exceptos, conſtat.

Ecquis ignorat (CARDINALIS EMINENTISSIME,) illos cœleſtis Curiæ incolas, ſuis precibus maximè valere apud Altiſſimum; vt pote, quæ mira ſuauitate refertæ, fragrantiſſimum redoleant exhalentque odorem. Ideóque & dilectus Chriſti Diſcipulus, in ſua Apocalypſi, teſtatur ſe vidiſſe 24. Seniores in Cœlo, coram Agno adſtantes, manibuſq; geſtantes *Phialas aureas plenas Odoramentorum, quæ ſunt Orationes Sanctorum.* Cap. 5. Huiuſce rei gratiâ, Sancti Dominicus & Franciſcus conſpiciuntur, Chriſtum iuſtè iratum, peccatoribus excidium minitantem, iam iamque ſagittas in manu habentem, & lanceam vibrantem, ſuâ extemplò ſedaſſe proſeuchâ, Diuinæque vltionis poteſtatem coercuiſſe.

E Cœlo in terram noſtros dirigamus obtutus, intueamurque eoſdem SS. Dominicum videlicet & Franciſcum, ſuis humeris veluti fulcris firmiſſimis, Ædem Lateranenſem, titubantem, & ruinæ proximam ſuſtentaſſe. Illa, hiſque ſimilia Diuinæ poteſtatis indicia, ſacri verique amoris Chriſti Domini in Sanctos ſuos Anademata, Gallica tellus, Tibi (PRINCEPS INCLYTE,) nuper plenis detulit calathis:[a] nuncque prorſus tanti æmulata facti Religio Franciſcana gremium tibi pandit, & laxos degrauat illa ſinus. *Purpurata Gallia*, Te Gallum inuiſit;[b] quandoquidem & Lugdunenſis Celtica huiuſce Ampliſſimi Ordinis Patribus, in fidei defenſionis Symbolum, etiam cum propriæ vitæ profuſione, primò purpuratam Togam dedit: nunc verò *Martyrologium Franciſcanum* Tuis coram conſpectibus, (CARDINALIS EMINENTISSIME,) ſiſtitur, vltróque in Tuas manus inuolat, in quibus velut in ſua arce & axe adquieſcere cupit: Tui nominis Clariſſimi præ ſe ferens honorem, ac dignitatis Eminentiſſimæ Celſitudinem. Nec abs re, Sanctus quippe Bonauentura prius Ioannes vocitatus; Almæ Vniuerſitatis Pariſienſis Doctor, à Rege Sancto Ludouico IX. ſummo amore proſequutus; Lutetiæ degens ac docens, in Generalem totius Ordinis Minoritani electus, deindè Epiſcopus Cardinalis omnium Seraphicæ Religionis Anteſignanus,

[a] Martyrologium Gallicanum à Sauſſayo ſuæ Eminentiæ dicatũ anno. 1637.

[b] Gallia purpurata eidem à Frizone dicata, an. 1638.

Anteſignanus, à Gregorio X. creatus, ſacri Concilij Generalis Lugdunenſis negotiis peragendis præfuit, ac tandem inibi ſanctiſſimè obiit. Tu verò fœlici euentu, in Gallia natus, Ioanneſque nuncupatus, Lutetiæ litterarum lauream adeptus, necnon Generalis Prouiſor Sorbonicæ domus factus, Epiſcopalibus infulis adornaris, tum à Gregorio XV. ad Cardinalitiam dignitatem, vti Tuæ nobiliſſimæ proſapiæ Primarius, euectus in totius Monarchiæ Gallicæ mox ſummum Rectorem à Rege Chriſtianiſſimo LVDOVICO XIII. Iuſto, aſſumptus es. Tibi igitur, CARDINALIS EMINENTISSIME, Seraphicæ Religionis teſſeras Diuino murice purpuratas, offero, dicóque ſacro Antiſtiti ſacri Ordinis Franciſcani monimenta, & totius ſanctitatis, atque perfectionis ſpecimina.

Minimè autem, more Pindarico, Pæana cano, nec Olympia pango; ſed Franciſcani Ordinis cœleſtem Megiſtanûm recenſere Paligeneſiam primus aggredior: qua illorum inſigniora geſta, præclarioráque facinora conatus ſum, ecphraſi tenuiore, referre. Suos nunc Olympionicas quantumuis iactet vana Græcia Pugiles: & Romanorum triumphis victores antecelluiſſe ſibi blandè perſuadeat; etiam ad puluerem vſque pedum illorum pro re pretioſa arbitretur:

Sunt, quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat, Horat. 1. Carm. Ode 1.

hos Noſtrates longè ſuperant & excedunt; quippe qui non ſemel & iterum Olympicis adfuere ludis: ſed quamplurimis in virtutis ſtadio Luſtris decurſis, cœleſtis culmen palæſtræ, & diuinæ brauium perfectionis glorioſè tandem ſunt conſecuti. Quorum Anteſignanus Sanctus Franciſcus, in monte Aluerno congreſſum amoris cum Chriſto Domino habens, vulneratus ab eo exindè receſſit, ſignatus noſtræ Redemptionis Stigmatibus: cuius ſanguinis ſtillis, tanquam aquæ ſalutaris irriguis, fœcundata terra Minorum, in cœleſtem erecta eſt diſciplinam.

Hoc cruore D. Franciſci, Euangelico ſemini ſuſcipiendo, & propagando reddita eſt terra iſta fœcunda, & ſuorum ſacrorum Stigmatum fœlici ſulco, non tantùm trigeſimum vel ſexageſimum, ſed & centeſimum iam profert fructum. Cœlum quippe eorum repletur numero, qui Sanctorum albo, à Sede Apoſtolica adſcripti ſunt. Terra verò adhuc rubeſcit ſanguine Martyrum Franciſcanorum, toto Orbe, pro Chriſto, & eius Eccleſia diffuſo. Labor denique Apoſtolicorum virorum Solum, Salúmque vniuerſum luce Euangelij perluſtrantium, (veluti Sol, qui dùm ſuum cognoſcit occaſum, tunc Antipodis illuceſcit) mentem excedit, copiámque dicédi omninò inopem facit. Regna ampliſſima, Regiones latiſſimas, & efferatas Gentes, in quauis Orbis parallela, Chriſto ſubdidiſſe, & ſacri vnda Baptiſmatis ad centena millia Gentilium tinxiſſe: ſacras Ædes, Aſceteria, Cruces, aliaq; fidei ac pietatis monimenta, extruxiſſe: latiùs litteris conſignarunt quique fideles Hiſtorici, itaut nullus ſit in terra habitabili locus, vbi Fratres Minores non protulerint animarum fructus maiores. Quod opus nunc vſque, tubo haud interrupto, Diuino Spiritu fauente, impensè complectuntur eiuſdem inſtituti Alumni, veluti è fœcundiori ceſpite ſurculi validiores effecti.

Quidni facerent; à D. Franciſco eiuſque aſſeclis, hæc pluribus nobis ſunt indita factis; paſſimque recurrunt, quomodo ij Sanctiores Viri, cunctis deuitatis

ſalebris, circa quas mortalium vulgus hæret, mediocris vitæ ſinum nobilioribus animis aperuerint; & non modò viros, ſed & teneras docuerint puellas, obſtinato animo contra ſe ac malignitatem materiæ ſuæ pertinaci conatu vincere, inſolito excitare impetu ſe ad cœleſtia à terrenis, per multa impedimenta ad virtutem eluctari, perque maxima obſtantia erigere pectus, ad originem ſuam repetendam; & nec fortunæ mollem indulgentiam, neque titillantis voluptatis blanditiem, neque copias principales ad ſegnitiem luxumque detorquentes, conſectari; ſed & honores, & delicias, ac facultates, & quicquid cupidinem cæcum excitare poteſt, contemptore animo contemnere, & voluntatem ſuam ſacro morſu obligare, carnem cum vitiis & concupiſcentiis ſuis crucifigere, nobile vexillum de hoſtibus ſalutis elatum circumferre, & præclara atque ingentia pro Eccleſia Orthodoxa, fidei prædicatione amplificanda, ſanctitatis exercitio ornanda, vel illuſtranda, conari; & ad extremum, non conſcientiæ modò, ſed & æternitatis ac gloriæ, & famæ fructum ferre & æmulatione Chariſmatum meliorum. Hæc omnia luce clariora ſunt, nec Parænesi indigent.

Quid iis maius, aut glorioſius excogitari poteſt? Virtutis præmium gloria eſt, & laudis præconium minimè dedecet Sanctos. Ideoque & Regius Pſaltes ſummè exoptabat laudari Dominum *in Sanctis eius*: eò quòd eſſet ipſe *mirabilis in Sanctis ſuis*. Nam per ipſos & propter ipſos huiuſce Seraphici Ordinis Sanctos viros, mirabilia, & omninò ſtupenda operatus eſt in vita, in morte, & poſt eorum obitum, per Præſegmina; ſeu ad contactum minutarum particularum Habitus, Caputij, Tunicæ, Chordæ, Femoralis, Sudarioli, Roſarij, Diſciplinæ, Soleæ, Breuiarij, &c. vſque ad puluerem pedum, & cinerem Sepulchri: imò & ſolâ vmbrâ corporis, ſeu ad ſimplicem nominis inuocationem. Ignoſce (CARDINALIS EMINENTISSIME,) ſi modeſtiam tuam hîc non obſcurè lædo: dùm quæ olim Chriſtus Sancti Ioannis Baptiſtæ Diſcipulos alloquutus, dicenda mandauerit Magiſtro; *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.* Matth. 11. verſ. 5. Eadem tibi, alteri Ioanni nuntiare auſus ſum: cùm ſimilia in Ordine noſtro Seraphico, Chriſto opitulante, euenire, iugiter audimus, ac cernimus hoc ſæculo ac noſtra ætate: Compluti de B. Iuliano à S. Auguſtino, natione Gallo; Romæ, de B. Bartholomæo à Soluthio; Taurini, de B. Laurentio; Auinione de B. Petro Martino; & aliis Recollectis noſtris. Hic vltimus è Pictauiâ oriundus, Lucioni natus, tibi totus erat deuinctus; Natione, Patria Soloque paſtorali, cui nonnunquam præfuiſti; nec te viuens latuit, dùm quandoque Auinionem petens, Conuentum noſtrum tua paterna viſitatione atque manſione dignatus es illuſtrare. Itaque iure meritò Tibi, (CARDINALIS EMINENTISSIME,) hocce *Martyrologium Franciſcanum* duxi offerendum: quòd ſacrum opus ſit, Sanctorum germen referens, in Eccleſia natum Catholica, cuius purpuram Cardinalitiæ Celſitudinis inſigne decorum auguſtius induis: cuique Cœtus omnis Fratrum Minorum Recollectorum in Gallia, maximè verò Prouinciæ Sancti Dionyſij, ob multa in nos collata beneficia, plurimùm debere ingenuè fatetur: in tui gratiſſimi animi commendationem, & mei erga Te deuinctiſſimi obſequij ſignificationem; ita vt quotquot Beneficentiæ tuæ ſigna in nos contuleris, tot veluti compedes inuenerimus, quibus ſumus deuinctiſſimi. Dùm enim per Galliam, noſtra Recollectorum familia inſolitis nuper quateretur æmulorum incurſibus, Prouinciæque omnes, inuidorum factionibus, in totius Reformatio-

 nis

nis noſtræ perniciem; euidentiſſimis exterorum in nos inſurgentium, illaberentur periclis: Tu (CARDINALIS EMINENTISSIME) Erotico impulſus affectu, pias repentè oppreſſis dediſti manus; & mœſtis ſolatium: dùm totius noſtræ Gallicanæ Recollectionis partes, tum in Curia Romana, apud Summum Pontificem, tum in Galliarum Regno: apud Regem noſtrum Chriſtianiſſimum, ſtrenuè ſic tutatus es; vt tandem, Tuo interuentu, Tuoque ſapientiſſimo conſilio, Vicarius Generalis à Sede Apoſtolica nobis ſit delectus in Gallia, qui ea fultus authoritate, & Tuæ Eminentiſſimæ dignitatis patrocinio, tantis prouidè occurreret malis. Paulina nauis (cui erat inſigne Caſtorum) per altum deuecta mare, properè Siculis appulit oris: Tu verò (CARDINALIS EMINENTISSIME,) horum Tyndaridum copioſiori Numine præſtans, vtpotè, Summus Gallici Imperij Archi-Thalaſſus, omnia nobis ſecura reddidiſti & firma: quin & nos fragili ligno vaſtum ſulcauimus æquor. Cunctis autem inimicorum ſedatis procellis, noſtra hæc Recollectorum Cymba, Tuo aſpectu (quo nubilum omne diffugit, redit ſerenum) Teque DVCE, fœliciùs peruadabit: necnon omnium malignantium, ſeu aduerſantium obſtinatos conatus vti rupes, euadet illa rates.

Græcis tritum fuit atque vulgatiſſimum Olympiorum celebratum feſtum quolibet quinto anno: eo conſilio, vt in illo Græciæ iuuentus ſeſe Pentathlo, hoc eſt, quinque Gymnaſticis certaminibus exerceret. At procul à nobis tantæ fumus vanitatis abſcedat: ſeu quis Olympiacæ miratus præmia palmę: potiùs ad virtutis profectum, ad perfectionis culmen, ad brauium Chriſtianę Religionis vultus conuertat, Chriſtum ſequatur, ſeruos ſuos imitetur, ſtudeatque æternitati; Semitam parat; animoque vires addit *Martyrologium Franciſcanum*, hoc Quinto ſæculo, Quintoque centenario à Seraphicæ Religionis inſtitutione: id tempus noſtrum eſt, & Minoritanæ familiæ Quinquertium proprium: tot Luſtris adauctum, quot Tyronibus repletum: totque certaminibus ac victoriis laureatum, quot virtutis, perfectionis ac ſanctitatis radiis adornatum. Nobis vtique haud deſunt Pentathli, ſeu Quinquertiones hoc in noſtro Ordine Franciſcano; in quauis Ætate ac Perſona, in quouis Sexu, Loco, ac Tempore. Præſtò namque adſunt Pueri, Iuuenes, Adoleſcentes, Viri, Senes: Genere, Litteris, Prudentiâ, Potentiâ ac Dignitate illuſtres, ſed Vita, ac Virtute, Religione, Sanctitate, & Miraculis clariores: Viri Apoſtolici, Martyres, Pontifices, Confeſſores, Virgines: quos Aſia, Africa, Europa & America piè veneratur, Cœlumque ipſum demiratur.

Agedum, CARDINALIS PRINCEPS, prodeat nunc primùm in lucem *Martyrologium Franciſcanum*, & tuæ dignitatis Eminentiſſimę præ ſe ferens ſplendorem, fœlicia exordia auſpicetur; totamque per Galliam, imò & quantùm ſe extendit per vniuerſum Orbem Franciſcanus Ordo, tantùm ſe protendat, cunctiſque vbiuis terrarum innoteſcat. Cæterum ringantur Hæretici, Schiſmatici & Pſeudo-Catholici, atque ſacratis Deo Ordinibus, ſingulariter noſtro Franciſcano, quos cane peius & angue oderunt, præcipuè dentem Theonium infigant, nunquam tamen efficient: vt tot Deo chariſſimorum ſeruorum millibus vllum vulnus infligant, ſed retuſum inde dentem,

Digitized by Google

ideſt pudorem & ignominiam : maximè cùm te (in procinctu intellexerint ARMANDVM in eorum defenſionem & præſidium. Vale, diu fœliciterque viuas, Teque ſemper incolumem ſeruet Omnipotens.

EMINENTISSIMÆ C. T.

Lutetiæ Pariſiorum ano. 1638. die 22. Iunij.

Obſequentiſſimus & humillimus ſeruus
F. ARTVRVS A MONASTERIO,
Rothomagenſis, Recollectorum Prouinciæ ſancti Dionyſij alumnus.

Digitized by Google

LICENTIA REVERENDI PATRIS PROVINCIALIS *Pariſienſis, ſub Titulo Sancti Dionyſij in Gallia.*

OPus hoc à multis deſideratum, Religioni noſtræ Seraphicæ honorificum labore & induſtria R. P. ARTVRI DV MONSTIER, Prouinciæ noſtræ Pariſienſis Recollectorum Concionatoris, diligentiſſimè & accuratiſſimè hac iterata editione auctum & recognitum: Nos infra ſcripti, miniſter Prouincialis, viſa & attenta ſacri Ordinis noſtri reuerentia, noſtrorum vtilitate, publici Bono ac ædificatione, operis honore, ac auctoris merito, prælo excudendi facultatem facimus, ſeruatis iis, quæ iuxta ſacros Canones, Regni Sanctiones, & Congregationis noſtræ Conſtitutiones debent obſeruari, in cuius rei fidem, haſce manu mea ſubſcriptas, ſigilloque maiori officij noſtri munitas dedimus Montiſargij, in noſtro Recollectorum Conuentu die 4. Menſis Maij ann. ſalutis 1651.

Fr. RAPHAEL LE GAVLT, Prouincialis Pariſienſis Recollectorum.

APPROBATIO DOCTORVM.

NOs in ſacra Facultate Theologiæ Pariſienſi Doctores. *Martyrologium Franciſcannm, in quo Sancti, Beati, aliique Serui Dei, Martyres, Pontifices, Confeſſores ac Virgines, qui tum vita ſanctitate, tum miraculorum gloria claruerunt, &c. cura & labore* F. ARTVRI A MONASTERIO, *Rothomagenſis Recollecti*, &c. Non tam vidimus quàm mirati ſumus. Theatrum enim eſt in quo Seraphicæ ſanctitatis præteritorum ſæculorum prodigia referuntur, in quo Martyrio purpuratos aſpici, innocentia candidatos intueri, omni ſanctimonia præfulgentes contemplari, & laureâ coronatos admirari licebit: imò tot vibrat fulgores exemplorum pietatis, & præmiorum ejaculatur ſplendores, vt mentes labe vitiorum infectas nitori priſtino reſtituat, piè verò & benè affectas, Sanctorum deuotę obſeruantiæ radicatas detineat immobiles: Prætereа in hoc opere nihil ſubeſſe periculi, omnia tuta, cuncta fidei Catholicæ conſona, nihil denique bonis moribus aduerſum deprehendiſſe teſtamur. Lutetię Pariſiorum, die quinta menſis Maij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo.

N. MAZVRE. P. D. COQVEREL.

Et pro iterata editione, acceſſit. M. GRANDIN, Doctor, Almæ Facultatis Theologiæ Pariſienſis, ſub Datum, die 22. Maij ann. 1651.

APPROBATIO THEOLOGORVM NOSTRI ORDINIS.

MArtyrologium hoc Franciſcanum attentè & accuratè perlegen do dignum prœlo iudicauimus, quippe quòd nihil orthodoxę fidei, aut bonis moribus contrarium redoleat, imò plura contineat quę ad gloriam Dei, & Seraphicæ Religionis honorem poſſunt redundare, operâ & ſtudio ſui Authoris. Datum Pariſijs in noſtro Conuentu Recollectorum, die vigeſimą ſexta Aprilis, anni Domini milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi octaui.

VINCENTIVS MORETIVS, Exprouincialis Recollectorum Prouinciæ Pariſienſis.

F. IACOBVS DV BOIS, Primus Deffinitor ejuſdem Prouinciæ.

Pro hac 2. editione, ann. 1653. vltima Maij.

PLACIDVS GALLEMANT.
ÆLIGIVS A S. IACOBO. } Diffinitores ac lectores Theologiæ.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO GALLIARVM MONARCHA, CONCESSI.

LVdouici XIII I. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, atque patentibus litteris cautum; ne quis in Regno ſuo, aliiſue locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos viginti annos, à die impreſſionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat, excudendum, vendendumque quouis modo & ratione curet, librum, qui inſcribitur, *Martyrologium Franciſcanum, in quo Sancti, Beati, aliique Serui Dei, &c. recenſentur: Iam primùm Annotationibus commentatum, & nunc accuratius recognitum & auctum, Opera* R. P. ARTVRI A MONASTERIO, *Rothomagenſis Recollecti, Prouinciæ Sancti Dionyſij in Francia Concionatoris.* Præter EDMVNDVM COVTEROT, Bibliopolam Pariſienſem; idque ſub confiſcatione Librorum, aliiſque pœnis originali diplomate, contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis die 5. Iunij, ann. 1651.

De mandato Regis,

Signatum, VIGNERON.

Editio perfecta anno 1653. die 10. Iunij.

IN LAVDEM SANCTORVM AC BEATORVM Franciſcani Ordinis.

QVisquis is eſt, ſpreto qui Regno, atque ædibus altis.
Pauperiem, & duros potuit perferre labores.
Sanctum hominum genus hoc, vera qui ad commoda vitæ
Confluxere, illis non cura vt Regia veſtis,
Velaret leues humeros, nec Iaſpide longi
Vt pellucidula pulchrè digiti ornarentur:
Non dapibus menſas onerare, oſtroque ſuperbo
Diſcubuiſſe ſuper, non tempora fundere vino,
Non delibuto fora peruolitare capillo.
Dij, quanti, qualeſque viri, quàm fortiter auſi!
In flammas illi abiecti, & crudelia paſſi
Supplicia, iniuſti durique ante ora Tyranni,
Haud vinci potuere, aut in contraria ferri.
O fortunati, quorum mens conſcientia recti.
Saluete æternùm Heroes, quos aurea Diuûm
Regna manent, nuſquam caſura fluentibus annis:
Nuſquam illic cura, nuſquam dolor: omnia læta,
Omnia tuta, animas tenet omneis vna voluptas.

Aonius Palearius Verulanus, de Animorum Immortalitate, lib 3.

PROLOGVS

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

PROLOGVS AD LECTOREM.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1897

Neceſſarium fuiſſe atque perutile, hoc Opus conficere: origo Tertiij Ordinis Minorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

§. 1. EN primùm prodit in lucem hoc noſtrum *Martyrologium Franciſcanum*, Annotationibus illuſtratum, ſingulari quidem Dei beneficio, ſed non ſine ingenti labore confectum: & iterata editione accuratiùs nunc recognitum. Nec mireris vnde tanta ſeruorum Dei copia exundauerit: Fateor equidem, alios quoque plures ex induſtria omiſiſſe, ne in immenſum excreſceret opus. Quòd ſi Religio Franciſcana, *Paradiſus voluptatis*, & *Hortus delitiarum*, à Summis Pontificibus legitur denominata, inficiabitur nemo, tot in ea, ſacra exorta germinantia, veræ ſanctitatis virgulta, necnon exímiæ perfectionis arbuſcula, quibus ſingulis, Regulæ Minoritanæ exactè, & ad amuſſim, Obſeruantia. ſingulos repentè ramos à frutice dedit: vt ex eo ſimplici caudice ſic varia ſanctitatis genera aſſurgerent, ſpirarentque odoramenta virtutum. His autem tanta indita fuit diuini vis amoris, vt nullius ſæcularis cauma blanditiæ eos tetigerit: cunctiſque carnis, mundive illecebris amplius ſtrenuè aduerſati, quàm, ſi dura ſilex, aut ſtetiſſet Marpeſia cautes: quibus cum adhuc multaque per cæcam congreſſi prælia noctem, conſerere manus haud dubitarunt, nec pedem inde referre rati, quàm curſu expleto, mortalium ſeruata lege, debitum mortis exſoluere. Pugnantes occumbere haud dedecorum eſt, ſed hoſtibus ſuccumbere ſemper in glorioſum. Quid amplius? Colliguntur flores, & marceſcunt: ſucciduntur rami, & areſcunt.

Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes.

Lactantius carmine de Reſurrectionis Dominicæ die. *ex Virgilio 2. Georg.*

Hæc quidem in vanis & caducis rebus: in ſanctis & ſupernis, longè diſſimilis eſt euentus: *Iuſtorum etenim animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace*, &c. Sapient. 3. Statum ſolummodò mutarunt: quippe, qui ex hac miſeriarum valle, & infœlici manſione, ſint in terram viuentium tranſlati: cœlúmque inuecti, non deficient omni bono, ſed cum Omnipotente Deo regnabunt in æternitate.

§. 2. Horum ſanè memoriam recenſere, perquàm iucundum eſt & glorioſum; nec inutile aut vacuum: quandoquidem & illorum prouocemur exemplis, & trophæis. Cæterùm, licet ita planè ſit, vt Sanctorum hominum, qui in patrio ſuo Solo vitæ ſanctitate floruerunt, rebus præclarè geſtis, & exemplis ad virtutum mirè excitemur; fit tamen vt efficacius, ac multò citiùs, noſtros moueat animos eorum perlecta vita, qui maiores noſtri extitere, quique nobiſcum, vel ſanguinem, vel patriam, vel habitationis ſaltem locum habuere communem. Ipſa ſcilicet natura, ipſoque ſtirpis & patriæ communi vinculo ad imitandum fortiùs impellente & adiuuante. Hinc & priſci illi, quo ſeſe ad magna quædam & fortia gnauiter excitarent, domeſticis potiſſimùm à maioribus, & à patria petitis exemplis, vtebantur. Hoc eodem, ſeu maiori nos excitati ſtymulo, rebus Franciſcanis, vacandum piè duximus, modò repetitis altiùs ex ipſius ſacræ Religionis Seraphicæ compendioſa hiſtoria maiorum noſtrorum ſanctiſſimis exemplis; benignus præbeatur auditus.

§. 3. Et verò, notitia huiuſce *Martyrologij Franciſcani* quamquam communis videatur cunctis ſtatus Minoritici alumnis, ſingulis tamen eiuſdem Ordinis ſacris Congregationibus ac Reformationibus propria etiam cenſebitur; dùm res vniuſcuiuſque particulares (prout fert occaſio) accuratè, licet compendioſè referantur, nihilque dicendum de induſtria relinquatur, aut minori indagatione percurratur, ſiue in primo, aut ſecundo, vel tertio Ordine quidquam ſpectetur: cuius Author agnoſcitur S. Franciſcus: his D. Bonauenturę verbis. *Prædicationis ipſius feruore ſuccenſi quamplurimi vtriuſque ſexus, in coniugali pudicitia Domino famulantes ſecundum formam à Dei viro acceptam, nouis ſe pœnitentiæ legibus vinciebant, quorum viuendi modum idem Chriſti famulus, Ordinem Fratrum de Pœnitentia nominari decreuit. Nimirum ſicut in cœlum tendentibus, pœnitentiæ viam omnibus conſtat eſſe communem: ſic & hic ſtatus Clericos & Laïcos; Virgines & Coniugatos, in*

Digitized by Google

vtroque ſexu admittens; quanti ſit apud Deum meriti, ex pluribus per aliquos ipſorum patratis miraculis innoteſcit. Sicque eo exordio, initium ſumpſit Tertiariorum ſacer Ordo. Quibus etſi certa Regula, in ſcriptis, ab ipſo ſanctiſſimo Patre, tradita haud fuerit: certiſſimum tamen eſt, ab eodem, formam & modum, ſecundum certas aliquas leges & ſtatuta, illis verbo tenùs dediſſe; quibus inſtruerentur, atque ab aliis diſtinguerentur, & magis ac magis in diuino ſeruitio poſſent proficere. Quæ quidem ſtatuta ac leges Nicolaus IV. ann. 1291. in vnum redegit, atque in cuiuſdam Regulæ formam à præfatis Tertiariis, tum ſolutis, tum quoque vxoratis, obſeruanda tradidit.

§. 4. Cùm igitur hic ſacer Tertiariorum Ordo, in dies magis ac magis excreſceret, meliuſque audiret, illuſtriſſima ſimul atque pientiſſima B. Angelina *Corbara*, à Termis (de qua infra ad 25. Decemb.) extructo Fulginij, in Vmbria, S. Annæ Monaſterio, illic monaſticam vitam cum aliis ſociis profeſſa eſt, tribus votis, Obedientiæ nimirum, Caſtitatis, & Paupertatis prius emiſſis, ſub obedientia ac iuriſdictione Fratrum Minorum de Obſeruantia. Sicque ſacra ab iis Tertiariarum Religio in cœpit. Quod inſtitutum vltrò mox amplectentes aliæ Virgines & Viduæ, necnon & viri permulti: ſic fauſtè ac fœliciter propagatum eſt, vt propterea his permotus Leo X. Papa, illud benignè confirmauerit, ann. 1521. prædictiſque Fratribus ac Sororibus, vti verè Religioſis, propriam aliam dederit Regulam, (ab ea quam præfatus Nicolaus IV. prius condiderat, vtcumque diſſimilem) ab ipſis nunc vſque obſeruatam: quam alij Summi Pontifices, laudarunt, approbarunt, & multis gratiis, atque indultis, ac priuilegiis, corroborarunt.

§. 5. Verùm, cùm poſtea, ob bellorum vbique frementium tumultus, omnia peſſum irent, & hic ſacer Tertiariorum Ordo ſenſim imminui cœpiſſet, hunc noſtri Galli ac Neuſtrij, forti, inuictoque animo, è proximo caſu ſubleuantes, reformandum, in priſtinumque Regularis Obſeruantiæ rigorem, reducendum curarunt ſub auſpiciis Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum: atque magna Religione, magnoque pietatis zelo, & virtutum exemplo, necnon proximi ædificatione, nunc vſque, mirum in modum, per Galliam propagarunt. Qua de re latiùs egerunt: Miranda, Gonzaga, Toſſinianus, Rodericus, Caſarubeus, Carillus, Rapinæus, & alij à nobis citati Authores, infra ad 3. Ianuarij: Ioannes de Torres, in Practicis exhortationibus ſuper Regulam Tertiariorum fol. 1. & 2. Portellus in dubiis Regula. rib. verb. Tertiarij. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Minor. Salazar. lib. 6. & 7. chronic. prouinc. Caſtellæ: Boſius de ſignis Eccleſ. Dei lib. 9. cap. 5. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Franciſci cap. 4. paragraph. 5. Vuadinghus tom. 2. Opuſcul. S. Franciſc. vbi de Regula Tertiariorum: item tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1221. & tom. 2. ad ann. 1291. ac tom. 3. ad an. 1309. Catelus lib. 2. hiſtor. Linguæ-Doxiæ, cap. 2. pag. 175. 176. & 177. Dauityus tom. 1. Deſcription. vniuerſal. mundi; vbi de variis Ordinib. Religioſ. pag. 315. &c. Pepinus de imitation. Sanctor. Concion. de S. Franciſco. Summa Angelica. verb. 6. *Excommunicatio.* v. *caſu.* i. §. 27. Item. *Excommunicatio.* 7. caſu. v. §. 8. Item. verb. *Feudum.* §. 11. & verb. *Religioſus.* §. 1. Sylueſter Marulus. lib. 4. Hiſtor. Sacrar. Religion. Choppinus. lib. 2. De ſacra Politiæ. Titul. 8. §. 9.

Minoritici Ordinis cœlites facti, atque Beati, ſunt in Triplici differentia: Bolandus emendatus.

ARTICVLVS II.

Miraberis forſan, mi lector, illos, de quibus compactum eſt hoc noſtrum *Martyrologium Franciſcanum*, Beatos, à nobis appellari. Verùm, aduerte (ex Arnoldo de Raiſſa, in Monito ad Lectorem, ad calcem ſui Auctarij ad Natales SS. Belg. & Iacobo Vaſſeuro, lib. 3. Annal. Eccleſ. Nouiodunenſ. cap. 26. pag. 640.) quòd præter eos, qui à Summis Pontificibus expreſsè *Sancti* vel *Beati* ſunt declarati, tria genera hominum, pietate, ſanctitate, & miraculis celebrium, hoc opere commemorem. Primum, eorum, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut Patrum, virorum Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij, coluntur: hos autem *Sanctos*, & *Beatos* dici & haberi ab omnibus, poſſe & debere nemini dubium eſt. §. 6.

Alterum genus eſt eorum, qui etſi ſupra memorata ſanctitatis vel Beatitudinis argumenta, ſeu auctoritatem nondum habuerint: attamen ſanctitatis, aut Martyrij, & miraculorum famam, ſæpè etiam maximam, conſtantiſſimè & latiſſimè in Gallia, Italia, &c. diffuſam habent: quos etſi ſciam citra Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, publica veneratione ab Eccleſia non eſſe afficiendos, attamen meritò eorum memoriam hoc opere, & exteris palam facere, & à periculo interitus vindicare debui; imitatus ea in re, Surium, Thomam Kempenſem; Molanum, Haræum, Mariettam, Vvionem, Menardum, Miræum, Ferrarium, alioſque viros graues & Religioſos, apud Sauſſayum cap. 19. & 20. Apparatus ad Martyrologium Gallicanum, quales ſi non habuiſſemus olim, magna pars præclarè à ſanctis Dei famulis geſtorum nos lateret, magno Reipubl. Chriſtianæ detrimento. Quin etiam hæc Ordinariis: aliiſve, ad quos ea res pertinet, ſtimulum dabunt, maturandi legitimas informationes de eiuſmodi pietate celebrium hominum, vita & miraculis: vt ſic tandem ſancta Sedes debitè informata, decernat circa eorum cultum, id quod ad maiorem Dei gloriam, & Eccleſiæ ædificationem videbitur expedire. §. 7.

Tertium genus eſt eorum, quorum nomen & pietas ac ſanctitas, non tam latè, neque ſic eximiè innotuit, ſed interdum intra vnius, verbi gratia, Conuentus, vel Monaſterij, aut viciniæ fines quodammodo hactenùs latuit: ita multi olim etiam modeſtiæ congruere cenſebant, non ſuas tantùm, ſed etiam ſuorum laudes, & præclarè geſta ſilentio premere. Quorum etſi non ſit tantum ſanctitatis lumen, neque miraculorum frequentia aut euidentia, vt probabile ſit, aliquando ad publicam vſque venerationem in Eccleſia militante eleuandos eſſe, quod Deus Optimus Maximus, non niſi pauciſſimis Sanctorum ſuorum (ſi cæteris eos comparemus) conceſſum voluit: attamen propter aliqua eximia charitatis, patientiæ, caſtitatis, vel humilitatis, aut aliarum virtutum, quæ in eis excelluerunt, exempla, vtile etiam fuit, eorum memoriam non interire, præſertim in Gallia & Belgio: cùm ita naturâ comparatum vi- §. 8.

Digitized by Google

deatur, vt quò quiſque Sanctorum, aut proborum hominum nobis patria, genere, aut ratione vitæ, nobis coniunctior eſt, eò lubentiùs & iucundiùs virtutum eius laudes audiamus, & feruentiùs æmulemur.

§. 9. Quòd autem, vel ſecundi, vel tertij generis homines Sanctos ſubindè, vel *Beatos*, aut Beatæ memoriæ, vocauerim, id exemplo grauium aliorum Hiſtoricorum feci; neque, per hoc vllo modo inſinuare intendo, publico cultu ab Eccleſia eos eſſe afficiendos, aut præripere iudicium ſanctę Sedis, cui me, & mea omnia ſubmitto; non enim hocce noſtrum *Martyrologium Franciſcanum* prodit nunc in lucem, vt in Eccleſia publicè legatur, ſed ideò tantum, vt ex eius lectione, ſpiritale quoddam emolumentum, Religioſis noſtri Ordinis alumnis, cęteriſque piis lectoribus, obueniret.

Quanquam autem in eo deſcribendo, ſtudium omne, ac diligentiam contulerim, vt vera duntaxat, & quæ certa fide, ac fama probata, accepi, in medium afferrem: id tamen eam ſolummodò habere fidem, quæ ex hiſtoria peti debet, aut ex traditione, non autem illam, quæ in approbatione Eccleſiæ requiritur ad publicum cultum, præter eos, quibus aliàs ex Sedis Apoſtolicæ ſpeciali indulto, aut longiſſimi temporis ſcientia (vti nuper dicebamus) ac tolerantia eiuſdem Sedis, vel Ordinariorum, id contigerit. Itaque licet appellationem Beati, *vel* Martyris, *aut eiuſmodi ſubiunxerim, nequaquam in ſtricta & propria acceptatione, fundata in approbatione* Canonica *& Eccleſiaſtica, quæ deſeruit ad communem cultum & inuocationem, ſumenda eſt; ſed eam tantum ſanctitatem in his à nobis commendari ſciant vniuerſi, quæ ex eorum virtute, & morum excellentia, ceu miraculorum probata fama, proficiſcitur.*

Quo in genere obſeruationis & cautelę, ſequuti ſunt à nobis, præfati, Raiſſa & Vaſſeurus, ſup. item Vvadinghus tom. 3. & 4. Annal. Minor. in Prologo ad Lectorem, Bouerius ibid. tom. 1. Annal. Capucinor. Hugo Menardus in pręfation. ad notas Martyrologij Benedict. Hiacinthus Choquetus. lib. de ſanctis Belgij Ordin. Prædicator. Chryſoſtomus *Vander ſterre*, in ſuis Natalibus ſanctor. Ordinis Præmonſtratenſ. Chryſoſtomus *Henriquez*, In Apparatu ad Menologium Ciſtercienſe. Cap. XI. & 23. Item. lib. 1. Faſciculi. SS. Ordin. Ciſtertienſ. Diſtinct. 32. cap. 14. & 15. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. tum in Catalogo Sanctorum, quem Vrbano VIII. dicauit. Portellus ſup. verb. *Reliquia Sanctorum*, Sauſſayus ſup. cap. 22 & alij recentiores.

§. 10. Cæterùm, vbique deſignaui candidè fontes, ſeu libros, ac teſtes, vnde hæc hauſi, cuilibet pio & cordato viro, libenter laboris mei cenſuram ſinens; & in hac ſecunda editione, me omnia accuratiùs indagaſſe, vt promiſeram, aſſero. Quod verò BB. aliquot, non eo die, quo forſan natalitia ipſorum referuntur, adnotauerim, in cauſa fuit ſcriptorum, ſiue librorum, à quibus accepi, diuerſitas, paratus emendare, cùm adfuerit notitia, quæ iam à me ſunt expanſa. *De vno*, (ait Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 12. Ianuar. *eodemque Martyre, diuerſis diebus agi ſæpè contigit, quòd altera die Natalem, altera Tranſlationem, celebrare Eccleſia conſueuerit.* Qui quidem quamuis eruditiſſimus & apprima verſatus in Eccleſiaſtica Hiſtoria, haud omnimodam potuit adipiſci notitiam rerum & Epocharum circa ipſum Romanum Martyrologium: vti ſcitè obſeruauit Ferrarius ad calcem nouæ Topographiæ ad huiuſmodi Romanum Martyrologium. Nemini autem mirum videri debet, ſi in hoc opere ſtili ſubindè varietas & inęqualitas appareat: ſunt enim hæc, vt annotaui, ex variis admodùm, tam recentibus quàm antiquis Auctoribus collecta: quorum verbis ac ſententiis, ideo ſemper vti volui, quòd hæc ipſa maiorem dictis fidem concilient, quódqne certiora & gratiora plerumque habeantur.

Denique in refellendis quorumdam dictis, minùs veris, & impunè effatis, aduerſus nos, inſtitutumque noſtrum: dignum duxi abſtinendum à dicacitatibus, & verbis malignis, ſeu prouocatoriis, vel indebitè prolatis: Etenim, vt D. Hieronymi verbis vtar, Epiſtol. ad Furiam. *Aut loquendum, vt veſtiti ſumus: aut veſtiendum, vt loquimur.* Mentem ſecuti. S. Auguſtin. lib. 1. contra Litter. Petilian. cap. 29. Ita nos alloquentis, *Diligite homines, interficite errores; ſine ſuperbia, de veritate præſumite; ſine ſæuitia, pro veritate certate.* Quapropter, redeat ad ſe Ioannes Bollandus, & calamum iterum abſtergat, ſcribentis velociter, (Tom. 1. Actor. ſanctor. In præfat. generali. cap. 4. §. 9.) haud ſibi probatum eſſe: quòd nullam poſuerim differentiam inter Beatos noſtros minoritas; vtique illi dixiſſem eam apud Saluatorem, ſimilitudinem: *Medice cura teipſum.* Luc. 4. verſ. 23. Ecquid fallaciùs librum perſcrutari, ſolius indicis inſpectione; Legat, ſi velit, noſtras Annotationes, & clarè, certóque ſciet, quo titulo, quauis de cauſa, quiſque apud noſtrum Martyrologium Franciſcanum, Beati nomen iure ſit adeptus: licet diuerſo gradu, varioque modo id euenerit: quo differentia inter illos perſpicuè aderit: cum teſtimonijs ita probatis & authenticis; vt ijs amplius recquiri non poſſit: reſpectiuè tamen circa quemlibet eorum. *Nobis certè*, (vt cum Eminentiſſimo Cardinali Baronio, in Notis ad Martyrologium Roman. 13. Martij, loquar) *niſi ex certis Autoribus quicquam affirmare, religio eſt.* Super eſt, vt de multis, hæc pauca addamus, quæ non parùm conferent ad Franciſcani inſtituti dignitatem, & noſtri martyrologij notitiam. §. 11.

Laus Seraphici Ordinis à ſummis Pontificibus, Nicolao III. & Clemente, V. prolata.

ARTICVLVS III.

Tritum eſt illud à ſapientiſſimo Rege dictum: *Nihil ſub Sole nouum* Eccleſiaſt. 1. verſ 10. Certè nil clarius ſole, nil communiùs aëre, terra nil frequentiùs; & tamen multa in eis continentur, quæ omninò noſtram effugiunt cognitionem: vt propterea ſcitè ſcriptum ſit à Philoſopho. *Sicut oculus ny-* §. 12.

Digitized by Google

Nicoracis ad lumen ſolis, ita intellectus noſter ad ea quæ manifeſta ſunt naturæ. Deum eſſe tota etiam natura teſtatur: ſed Atheiſtæ, Idololatrę, & Pagani minimè agnoſcunt. Sancta Dei Eccleſia, Catholica eſt, ac veluti ſupra montem poſita, oculis omnium patet; quam necdum hæretici, mentis caligine depreſſi, intueri poſſunt, adhucque eos latet. Religio Minoritana, à Chriſto Domino, D. Franciſco inſpirata, & in Eccleſia Dei, velut paradiſus delitiarum cœlitùs plantata, à Sede Apoſtolica approbata: totque ſæculis vitæ ſanctitate & gloria miraculorum exculta, nunc vſque toto orbe terrarum refulget: nihilominùs Chriſtianis nonnullis ſub obſcura innoteſcit, ſicque vilis apparet: vt eius etiam alumnis, *Religioſi Monachive* nomen, ab illis impunè adimatur.

§. 13. Quorſum hæc omnia? planè ex ignorantia, ne dicam, malitia, Donatiſtæ hæretici, ijdem *Circumcelliones* dicti, qui illis temporibus aduerſùs Catholicos graſſabantur in Africa, dicere conſueuerant: teſte D. Auguſtino, in Pſalm. 132. *Quid ſibi vult nomen Monachorum? Oſtendite vbi ſcriptum ſit nomen Monachorũ? &c. Meritò inſultant nomini vnitatis, qui ſe ab vnitate præciderunt. Meritò illis diſplicet nomen Monachorum, quia illi nolunt habitare in vnum cum Fratribus, ſed ſequentes Donatum, Chriſtũ dimiſerunt.* Hæc ille, vide Baronium tom. 3. ad annum 340. numer. 9. qui poſtea refert tom. 4. ad annum trecenteſimum ſexageſimum ſecundum, numer. 209. quomodo Religioſi, Monachi vocati ſunt in Concilio 2. Niceno, art. 1. & à D. Baſilio Magno, Epiſtol. 19. ad Monachos, in Additionib. ibid. tom. 4. ad annum trecenteſimum ſeptuageſimum quintum, numero 14.

§. 14. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.* Malach. 2. verſ. 7. Sanè, à Sede Apoſtolica, à Summis Pontificibus, Sacerdotum Principibus, & Chriſti Vicarijs, (ad quos ſpectat Religionum approbatio) talia, tantaque veritatis Oracula ſunt emanata, in fauorem ac laudem huiuſce Seraphici inſtituti: vt horum clariſſima luce denſiſſimæ quæuis tenebræ penitùs eliminari valerent. Vnum vel alterum ex his omnibus in medium proferamus. Primum erit Nicolai III. Pap. in 6. Decretal. de Verbor. ſignificat, cap. Exijt. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum: *de ſinu Patris in mundum, veſte ſcilicet humanitatis indutus Dei filius, Ieſus Chriſtus: verbum Euangelicum ſaturus in ſingulos, probos, & reprobos: inſipientes & gnaros: ſtudioſos & deſides: & iuxta Prophetam,* Colonus futurus in terra: *ſemen ſuum, doctrinam ſcilicet Euangelicam ſine delectu diſperſit in omnes: qui omnia tracturus ad ſe, omnes ſaluare venerat: qui tandem ſeipſum Deo Patri pro ſalute omnium, in Redemptionis humanæ pretium, immolauit. Licet autem hoc ſemen in ſingulos communicatiuâ Dei charitate diſperſum, aliud ceciderit ſecùs viam, ſuper corda ſcilicet Dæmonum ſuggeſtionibus peruia: aliud ſupra petram, corda ſcilicet nullo fidei vomere penetrata: aliud inter ſpinas, corda ſcilicet hominum, diuitiarum ſollicitudinibus lacerata: & ideò vnum prauis affectibus conculcatum: aliud aridum, quia gratiæ carebat humore: reliquum verò legitur inordinatis ſollicitudinibus ſuffocatum: aliud tamen, mite cor & docile, terra bona, ſuſcepit.*

§. 15. *Hæc eſt Minorum Fratrum mitis & docilis in paupertate ac humilitate, per almum Chriſti Confeſſorem Franciſcum radicata Religio: quæ ex illo vero ſemine germinans, germen illud ſparſit per Regulam in filios, quos ſibi, & Deo per ſuum miniſterium in obſeruatione Euangelij generat. Iſti ſunt filij, qui docente Iacobo: verbum æternum Dei filium, inſitum humanæ naturæ in horto virginalis vteri, potens ſaluare animas, in manſuetudine ſuſceperunt. Hi ſunt illius ſanctæ Regulæ profeſſores, quæ Euangelico fundatur eloquio, vita Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis Eccleſiæ, Apoſtolorum eius, ſermonibus actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum & Patrem munda & immaculata Religio: quæ deſcendens à Patre luminum, per eius Filium exemplariter & verbaliter Apoſtolis tradita: & demùm per Spiritum ſanctum Beato Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata: totius in ſe continet teſtimonium Trinitatis. Hæc eſt, cui, atteſtante Paulo, nemo de cætero debet eſſe moleſtus. quam Chriſtus paſſionis ſuæ Stigmatibus confirmauit: volens inſtitutorem ipſius, paſſionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri.*

§. 16. *Sed nec ſic contra ipſos Fratres Minores, & Regulam, hoſtis antiqui ceſſauit aſtutia: quin potiùs contra eos nitens ſuperſeminare zizania, interdum æmulatores agitatos inuidia, iracundia, & indiſcreta iuſtitia, concitauit: mordentes Fratres, & eorum Regulam, quaſi illicitam, inobſeruabilem, & diſcriminoſam, caninis latratibus lacerantes: non attendentes, hanc ſanctam Regulam, vt prædicitur, præceptis ac ſalutaribus monitis inſtitutam, Apoſtolicis obſeruationibus confirmatam: tot diuinis teſtimoniis communitam, quæ credibilia facta ſunt nimis, in tot ſanctis viris in obſeruantia huius Regulæ agentibus, & finientibus dies ſuos: quorum nonnullos Sanctorum Catalogo Sedes eadem, ex eorum vita & miraculis fecit aſcribi: ac nouiſſimè quaſi diebus iſtis, per piæ memoriæ Gregorium Papam IX. prædeceſſorem noſtrum approbatam eſſe, ex euidenti vtilitate, quam de ipſa conſequitur vniuerſalis Eccleſia, in Generali Lugdunenſi Concilio extitit declaratum. Nec nos minùs attendimus, imo profundiùs cogitamus, ſicut penſare debent ſubtilius cæteri Catholicæ fidei profeſſores, quòd ipſe Deus Ordinem prædictum, & eius obſeruatores inſpiciens: ſic eos ab inſurgentibus in ipſos rancoribus ſalutari præſidio præſeruauit: quòd nec ipſos fluctus tempeſtuoſus alliſit nec animos in Ordine ipſo degentium conſternauit: quin potiùs in vigore regulari concreſcant, & amplientur in ſuorum obſeruantia mandatorum, & cætera.*

§. 17. Aliud teſtimonium deſumitur ex Clementina, Clementis V. Pap. De verbor. ſignificat. cap. Exiui. Exiui de paradiſo, dixi, rigabo hortum plantationum: *ait ille cœleſtis agricola: qui verè fons ſapientiæ, verbum Dei à Patre, in Patre manens genitum ab æterno, nouiſſimè diebus iſtis, fabricante Spiritu ſancto, in vtero Virginis caro factum, exiit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum, exemplar ſequendum cæleſtis vitæ, præbens hominibus ſemetipſum. Verùm, quia plerumque mortalis vitæ ſollicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplaris huiuſmodi intuitu diuertebat: verus noſter Salomon, in ſolo militantis Eccleſiæ hortum voluptatis, inter cæteros, quendam fecit à procelloſis mundi fluctibus elongatum, in quo quietiùs ac ſecuriùs vacaretur contemplandis obſeruandiſque huiuſmodi operibus exemplaris. In hunc intrauit ipſe, vt rigaret ipſum fœcundis aquis ſpiritualis gratiæ & doctrinæ. Hic hortus, ſiquidem eſt Fratrum Minorum ſancta Religio: quæ muris Regularis obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa,*

Digitized by Google

intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius, mortificantis pœnitentiæ myrrham metit cum aromatibus, quæ ſuauitate mira vniuerſis odorem attrahentis ſanctimonia circumfundunt. Hæc eſt illa cœleſtis vita, forma & Regula, quam deſcripſit ille Confeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus, ac ſeruandã à ſuis filijs verbo docuit pariter & exemplo, &c.

Perfectio Franciſcanæ Religionis deſumitur ex nobiliori fine & medijs longè potioribus atque aptioribus, ad tria vota Regularia meliùs obſeruanda: De Societatis Ieſu Obedientia.

ARTICVLVS IV.

§. 18. EX præfatis perſpicuè colligitur, vnde tanta ſanctitas in hac Religione Seraphica prodierit; nimirum, ex perfectione Regulæ Minoritanæ. Qua in re obſeruandum eſt, diuerſitatem Ordinum Religioſorum haud procedere ex aliquo, quod Religioni ſit eſſentiale, vt ſunt tria vota, videlicet obedientiæ, caſtitatis & paupertatis: illa enim omnibus ſunt communia, D. Thom. 2. 2. quæſt. 188. articulo primo: ſed tantum oriri, vel ex particulari fine: ſeu ex particularibus mediis, quibus vnaqueque vtitur ad vota ſua meliùs ſeruanda. Quapropter, perfectio vniuſcuiuſque Religionis primariò ſpectatur ex fine; ſecundariò, ex mediis: & ij Ordines abſolutè ſunt perfectiores, qui ordinantur ad finem intrinſecum, ſeu functionem perfectiorem. Itaque Ordines illi, quorum proprius finis eſt vacare operibus vitæ contemplatiuæ, ſunt iis perfectiores, qui operibus vitæ actiuæ intendunt: At, qui non tantum contemplationi vacant, ſed etiam contemplata in alios transfundunt, perfectiores ſunt, quàm qui ſoli contemplationi incumbunt: quales ſunt in Eccleſia Ordines illi, qui inſtituuntur ad prædicandum, docendum, & Sacramenta adminiſtranda. Vnde D. Thomas, ſup. art. 6. *Sic ergo ſummum gradum in Religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum, & prædicandũ: quæ & propinquiſſima ſunt perfectioni. Epiſcoporum: ſicut & in aliis rebus fines primorũ coniunguntur principiis ſecundorum, vt Dionyſius dicit cap. 7. de Diuin. Nominib. ſecundum autem gradum tenent illa, quæ ordinantur ad contemplationem: tertius eſt earum, quæ occupantur circa exteriores actiones.*

§. 19. Hinc ſequitur, quòd inter eos Ordines, qui eumdem finem habent: is eſt præſtantior cenſendus, qui perfectioribus & aptioribus mediis atque exercitiis vacat: ſeu ad illum finem, & ad vota ſua præſtanda, vtitur: iuxta D. Thom. ſup. talis autem eſt Ordo Seraphicus, ſeu Religio Minor. vti patet ex Regula ſancti Franciſci. Nam quæcumque continentur in ipſa, reducuntur ad tria vota Religionis (ſicut probè ſcribit idem Angelicus Doctor ſup. quæſt. 186. artic. 7. ad 2.) tanquam inſtrumenta præciſa perfectionis acquirendæ. Apud eumdem quæſt. 188. art. 7. ad. 1. Singula perſtringamus.

§. 20. Quòd obedientiæ votum huiuſce inſtituti profeſſorum, cunctorum aliorum Religioſorum (cæteris paribus) obedientiam antecellat: inde fit, quia Minorum Fratrum obedientia generaliſſima eſt: primò, quantum ad Sedem Apoſtolicam, cui omnimodam & abſolutam præſtant obedientiam: hiſce verbis, cap. 1. Regul. *Frater Franciſcus promittit obedientiam, & reuerentiam Domino Papæ Honorio, ac ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ.* & cap. 12. *Vt ſemper ſint ſubditi & ſubiecti pedibus einſdem ſanctæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica.* Secundò, ad ſuos Superiores: nam ſub diſtricti præcepti vinculo ſuis Prælatis obedire tenentur, non ſolùm in ijs quæ promiſerunt ſpecialiter in Regula obſeruare: ſed inſuper, in omnibus, quæ eis à ſuis Præpoſitis præcipiuntur. Ait enim Seraphicus Pater, cap. 10. Regul. *Præcipio firmiter Fratribus vniuerſis, vt obediant ſuis Miniſtris, in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare: & non ſunt contraria animæ ſuæ & Regulæ noſtræ.* Et hæc eſt illa, quam vocat D. Thomas, ſup. quæſt. 104. art. 5. ad. 3. obedientiam perfectam, cumulumve perfectionis: quæ ſola competit Fratribus Minoritis. Vide Aluarum Pelagium, libro ſecundo, de Planctu Eccleſ. capite ſexageſimo nono, circa medium.

Obijcies. Patres Societatis Ieſu, æqualem finem cum D. Franciſci aſſeclis habentes, potioribus perfe- §. 21.
ctioribuſque vtuntur mediis ad eum finem aſſequendum: quarto enim voto ſeſe adſtringentes, ſpecialem promittunt obedientiam Summo Pontifici, circa miſſiones ad partes Infidelium, ſeu hæreticorum: qua de re Alphonſus Rodericus part. 1. praxis perfection. Chriſtian. tract. 8. capite 13. Deindè, ſuis Superioribus, tantam præſtant obedientiam: vt proindè cæca meritò cognominari poſſit. Vide dictum Rodericum, ſup. part. 3. tract. 5. capite ſexto: his autem ſic breuiter reſpondemus.

Dato, quòd eumdem ſortiantur finem nobiſcum: §. 22.
longè tamen diſſimilibus, minuſque perfectis vtuntur mediis ad hunc finem obeundum. Votum quippe Summo Pontifici ab ipſis emiſſum, nimis reſtrictum eſt. Primò, enim ſolam reſpicit miſſionem circa Infideles, vel Hæreticos. Secundò, quando id Summo Pontifici placuerit. At, non ſic Minoritarum votum: abſque enim vlla reſtrictione, ſeu limitatione, ſed in tota latitudine: promiſerunt Sedi Apoſtolicæ, inſuper & Eccleſię Romanæ obtemperare: vti patet ex prædictis. *Ex quo apparet* (inquit ſanctus Bonauentura) *quod nulla Regula ſic ſuum Ordinem ſubiecit, ſicut Ordo Minorum eſt Papæ & Eccleſiæ ſubiectus. Nam etſi totus Clerus, & Religioſorum vniuerſitas, teneantur firmiter Apoſtolico Domino obedire: tamen ſanctus huic debito votum adijcit ſpeciale. Perfectus igitur Euangelij obſeruator, ſe ſuoſque in ſe, ſpeciali obedientiæ ac reuerentiæ promiſſione ſubiecit: nam ſic vouendo factus fuit totius Ordinis Procurator, vicem gerens omnium Fratrum, tam præſentium, quàm futurorum: vnde Summo Pontifici, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, ſunt Fratres Minores ſpecialiter, tam ex ſingulari hac ſponſione, quàm etiam ex ſpeciali eius ad ipſos cura & defenſione adſtricti.* Hęc ille in caput 1. Regul. Franciſcan. quem ſequuntur omnes eiuſdem Regulę expoſitores: Beatus Bartholomæus Piſanus: B. Hugo de Digna: B. Ioannes de Pechano: Ludouicus Miranda: Antonius Cordubenſis: Emanuel Rodericus: Seruatius Myricanus: Cyprianus Crouſers: Petrus *Marchant*: Franciſcus Siguença: Ioãnes Rouſſerius: Nicolaus Albaſpina: Hieronymus Politianus: Sanctus Capucinus: Ludouicus Pariſienſis, &c. quod etiam confirmatur à Clemente V. Papa in Clementina ſup. Vide Aluarum Pelagium, lib. 1. de Planct. Eccleſ. cap. 67. & Sedulium Commentar. in cap. 3. vit. S. Franciſci.

Quantùm verò attinet ad Infideles: Summi Ponti- §. 23.

ficis iuſſa haud à Minoritis ſunt expectanda : ſed libertati eorum relictum eſt, vt quandocumque voluerint ire inter Sarracenos & alios Infideles, petant licentiam à ſuis Miniſtris Prouincialibus, cap. 12. Regul. quapropter, mirandum non eſt, ſi ab initio Ordinis Seraphici vſque nunc, Fratres noſtri ſic ſe mancipauerunt conuerſioni Infideliu n & hęreticorum, præ omnibus aliis Religioſis : vt nulla ſit pars vel plaga, ſolumque in toto terrarum orbe, quod non fuerit ab eis peragratum, & ſancti Euangelij luce perluſtratum: pro vt inferiùs ſuis in locis apertè, Deo dante, demonſtrabimus. Porro Carmelitę excalceati, perfectiùs ipſis Ieſuitis hoc implent votum: latè id promittentes, cùm obedientia iniunxerit eis. Videatur Ardinghellus in *Congeminata voce Turturis*, capite decimo ſexto, pag. 449. Propterea, Fratres Minores Capillos, ac Barbam ſinunt excreſcere (quanquam ab initio naſcentis Ordinis Minoritici, Barbam nutrire inſolitum fuerit) vt exemplo Seraphici patris S. Franciſci ac B. Dominici ordinis prędicat. Fundatoris, transmare ad Turcas, aliaſque infidelium partes, adire pręſtò parati ſint, & expediti: quod & RR. Patres Capucini ſemper obſeruant, vt quocumque tempore, quauis occaſione, Huic Chriſtianæ charitatis exercitio, & animabus Chriſto lucrandis, prompto animo adſint. Non me latet aliam à nõnullis adduci cauſam: cùm S. Sabbas, nonnumquam deceptus, ob ſuſpicionem ementiti ſexus, olim decreuerit, vti nullus in Cœnobium ſuum, niſi barbatus admitteretur: quamquam in eius vita alia referatur cauſa : impuberes, enim, Anachoretis & Monachis pericula creare, quod & D. Baſilius affirmat : vti ſcitè intulit Raderus. part. 1. Viridarij Sanctorum. In Annotat. ad vitam S. Apollinaris Syncleticæ. Perperam itaque Valladierus Tom. 2. Stromat. Sacr. de Pœnitentia & Vita Sanctor. Sermon. 3. de S. Ignatio. ſcribit; Inter omnes Ordines Religioſos, ſolius Societatis Ieſu profeſſos, votum facere obedientię Summo Pont.

§. 24. Denique, quo ad Superiores : vltra communem obedientiæ obligationem, non ampliùs tenentur Ieſuitę, quàm cęteri Religioſi: niſi fortè ex ſuis conſtitutionibus, quæ cùm non obligent conſcientiam, nullam inferunt culpæ offenſam. Ita Alphonſus Roderic⁹ ſup. par. 3. tr. 6. c. 3. *Ad ſtatum autem perfectionis* (inquit D. Thom. ſup qu. 186. ar. 6.) *requiritur obligatio, ad ea quæ ſunt perfectionis : quæ quidem Deo fit per votum* : Itaque Fratres Minores, potiori perfectiorique obedientiæ voto, Prẹlatis ſuis parent, quàm Ieſuitæ: qui nulla obligatione, prẹter communẽ aſtringuntur, veluti & Dominicani: iuxta ipſum S. Thomã ibid. ar. 9. ad 1. Ex quibus patet, quã à vero aberrauerit Euſebius lib. 5. Doctrinę Aſceticę, doctrin. 8. c. 57. ſcribẽs nullas alias Religiones, (vt ſuam magnifaciat ſocietatem) teneri ad vniuerſalem obedientiã, ſed ad limitatam, ſecundum ſuas Regulas : fallitur quippe. In Franciſcana, in qua, ex D. Bonauentura, emittitur votum ſolemne & vniuerſale obedientię perfectæ: & perfectiori modo, quàm in inſtituto Ieſuitico. Vide Iuonem Pariſ. in Triumpho vitæ Religioſ. part. 2. cap. 8. & 10. Ad obedientia ad caſtitatẽ deueniamus.

§. 25. Certiſſimum eſt, votum caſtitatis, in hac ſancti Franciſci Regula ſtrictiùs contineri, & finibus eiuſdem inſtituti magis eſſe congruum; quàm in aliis quibuſvis Regulis Religioſorum omnium. Quandoquidem Regulæ Minorit. profeſſores, non ſolum vouent caſtitatem ſeruare, vt cæteri Religioſi: ſed præ omnibus illis, ſeipſos etiam voto aſtringunt, impedimenta euitare : quæ eos à pura prædictæ caſtitatis obſeruantia præpedire poſſent. Hæc enim tria illis ſub mortali culpa præcipiuntur, cap. 11. Regul. videlicet. Ne habeant ſuſpecta conſortia vel conſilia mulierum: ne ingrediantur Monaſteria Monacharum : neque fiant compatres virorum vel mulierum. Quibus plenè ſeruatis, clarum eſt, quàm liberi & expediti reddantur ad Deo, & proximorum vtilitati, vacandum. Vndé hoc medium, & eſſentiale inſtrumentum, cæteris (quæ talia non iubent) perfectiùs eſſe dignoſcitur; cùm ad fines propoſitos magis proportionatum exiſtat Addamus in horum confirmationem, id quod ſubditur à ſancto Bonauentura, in 2. ſentent. diſtinct. vltim. quæſt. vltim. in fin. *In Regula* (inquit) *D. Franciſci ſimpliciter præcipitur, quòd illius Regulæ Profeſſores nihil omninò habeant proprium ſuper terram : ſimpliciter etiam præcipitur perpetuo continere, non ſolùm ab actu, ſed etiam à ſuſpectu, conſortio & conſilio mulierum : ſed non ſimpliciter præcipitur ſuis Prælatis obedire, ſed in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare, & non ſunt contraria animæ & Regulæ ſuæ. Neſcio ſi ad aliquod iſtorum votorum, quiſquam ſciat plus addere: in hoc ergo perfectionis culmine, congruum eſt, quæſtionis terminare ſermonem.* Itaque ſi ad dictam Fratrum Minorum caſtitatem nil addi poteſt, ſed in culmine perfectionis ſtat (vt vult ſanctus Doctor) perſpicuum erit, potioribus mediis vacare Regulæ Minoritanæ alumnos.

Vltimo loco agendum eſt de paupertate : (*Votum enim continentiæ*, ait D. Thomas ſup. quæſt. 188. art. 7. ad. 1. *præeminet voto paupertatis : & votum obedientiæ præfertur vtriſque*,) quæ admodum excelſa, imo ſublimior, aliiſque excellentior reperitur in Ordine hoc Seraphico. Vide Aluarum Pelagium, libro ſecundo, de Planctu Eccleſ. capite vigeſimo tertio, ſub initio. Nam ſtatus ille, qui magis reddit hominem abſolutum & liberum à terrenorum omnium amore, & à noxia eorum ſollicitudine, quæ nimis Dei amori aduerſantur: & per conſequens magis ad inhærendum ſoli Deo per amorem conducit, ad proximorumque charitatem inducit : conuenientiora vtique, & propriis finibus magis proportionata habet exercitia : atqui paupertas Minoritica, ea eſt, vt eius profeſſores nil penitus in terris habere poſſint, neque in particulari, neque in communi : de qua dicitur cap. 6. Regul. *Hæc eſt illa celſitudo altiſſima paupertatis : quæ vos Fratres meos hæredes & Reges Regni cœlorum inſtituit : pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit, & cæt.* Ergo, quantum eſt de ſe, amorem penitùs omnem, & ſollicitudinem remouet terrenorum : proindéque eius ſectatores, facilius vacare diuinis; & prædicationi Euangelij inſiſtere haud dubium erit. Quamobrem Nicolaus III. Pap. in præfata ſua Decretali : rectè intulit. *Patet itaque Regulam, quo ad abdicationem huiuſmodi, eſſe eò magis meritoriam, quò per ipſam profeſſores ipſius, magis à temporalibus propter Deum, ſicut prædicitur, elongantur.* §. 26.

Nec, velim, putes, eò perfectiorem ſimpliciter dici Religionem, quò pauperiorem ſtatum ſequitur: ſed quia, hac ſumma paupertate, tanquam medio aptiori & magis proportionato ad finem ſuum, vtitur. Iuxta D. Thomam, ſup. *Non oportet* (inquit) *quòd Religio tantò ſit perfectior, quantò maiorem habet paupertatem : ſed quantò eius paupertas, eſt magis proportionata fini communi & ſpeciali. Et ſi daretur, quod exceſſus paupertatis faceret Religionem perfectiorem, ſecundum hoc quod eſt pauperior, non tamen faceret eam perfectiorem ſimpliciter : Poſſet enim eſſe, quòd alia Religio excederet, in his quæ pertinent ad* §. 27.

Digitized by Google

continentiam & obedientiam, *& ſic eſſet ſimpliciter perfectior: quia quod in melioribus excedit, eſt ſimpliciter melius*. Superiùs oſtendimus Ordinem Seraphicum excellere circa vota obedientię, atque caſtitatis: nunc quoque alias Religiones longè antecellere in voto paupertatis liquet ex prædictis; vt propterea ſanctus Bonauentura aſſeruerit ad præfatam Franciſcanam paupertatem nil addi poſſe, ſed in culmine perfectionis conſiſtere. Quod confirmatur, non ſolùm ab omnibus ſupracitatis Regulæ Minoritanæ expoſitoribus: verùm etiam ab exteris, nimirũ ſancto Antonino Archiepiſcop. Florentin. tertia part. hiſtor. Titul. 24. cap. 1. paragr. 1. & 2. Iacobo Brouſſe, Doctore Theologo Pariſ. in vita B. Archangeli Scoti, Capucini, cap. 16. qui & poſt Leſſium, De Iuſtitia & Iure, lib. 2. cap. 41. diſputat. 2. ingenuè fatetur, quòd cæteris paribus, quò maior eſt paupertas, eò Religio eſt perfectior. Poſt D. Thomam, opuſcul. 19. cap. 6.

Alia perfectio eiuſdem Minoritici inſtituti ſecundum quid, ex variis exercitiis Mortificationis, & approbatione cœleſti Regulæ Franciſcanæ contra Rodericum & Nigronum.

ARTICVLVS V.

§. 28. PErfectio ſtatus Minoritici dignoſci etiam poteſt, (non quidem ſimpliciter, ſed ſecundum quid) ex ieiuniis frequẽtibus: oratione aſſidua, officiis diuinis die noctuque publicè decantatis: aſperitate veſtium, vilitate habitus, pedum nuditate, labore continuo in Euangelio & Sacramentis adminiſtrandis, &c. Non quòd potior dicenda ſit Religio, ex hoc quòd habet arctiores obſeruantias, D. Tho. ſup. ar. 6. ad 3. ſed quia his Seraphic⁹ Ordo vtatur, tanquã mediis congruentibus & magis neceſſariis ad finem propoſitum. Verùm, obiicies, *Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt*, 1. ad Timoth. 4. v. 8. vndè D. Auguſt. ſuper illud Matth. 11. v. 12. *A diebus Ioannis Baptiſtæ Regnũ cœlorum vim patitur, &c.* ſic ait; *Duo ſunt abſtinentiæ & crucis genera: vnum corporale, aliud ſpirituale; corporale eſt, &c. Alterum abſtinentiæ & crucis genus eſt pretioſus atque ſublimius; motus animi regere, &c.* ſerm. 20. de Sanctis, qui eſt primus de D. Ioanne Baptiſta. Ideoque Societas Ieſu, ſecundum, tanquã quid perfectius ſuſcipit, ſcilicet ſpirituale genus mortificationis: primum relinquens libertati vniuſcuiuſque volũtatis, vti minùs neceſſariũ. Iuxta Alphonſum Rodericum, ſup. par. 2. tr. 1. c. 2. in quo quidem ſecundo mortificationis genere, reponitur ab eo illud tam arduũ, ac difficile: nempè detectio omnium erratorum, imperfectionũ, &c. (quorũ ſcientia extra Confeſſionẽ Sacramentalem habebitur) Superiori à quolibet faciẽda, pro admonitione, ſeu correctione delinquẽtium: teſte eodem Roderico, ſup. & par. 3. tr. 8. art. 6.

§. 29. Quibus breuiter reſpondem⁹: primò, hunc ſermonẽ mendosè D. Auguſtino attribui: proindè à Doctorib⁹ minimè relatũ inter opera tãti viri, ſed ſeorſim repoſitũ. Alij volunt eſſe S. Leonis Papæ, vti Ioannes Viualdus; *De Vera Contritione*, c. 66. poſt med. Sed dem⁹ ipſum fuiſſe opus S. Auguſtini: quid indè ſequatur nobis contrariũ, omninò nõ video. Sanè his haud difficile occurrendum erit: ſi conſideretur, qua mente Apoſtolus, & ſanctus Auguſt. ea ſunt affati. Volunt quippe dicere, hæc duo mortificationis genera differre inter ſe tamquam magis & minus: ſicut & inter vitã contemplatiuã & actiuam eadẽ diſtinctio reperitur. Itaque mortificatio ſpiritualis potior eſt, atque perfectior, quàm corporalis maceratio, ſi disiunctim ſpectentur. Quòd ſi quis ſpiritualem hãc ſolummodò mortificationẽ ſpeculatiuè aſſumeret, ſibi perſuadens aliam haud fore neceſſariam ad perfectionẽ, nulláq; corporali maceratione practicè indigere: nonne hũc mente captũ putares? *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuã crucifixerunt, cum vitiis & concupiſcentiis.* Galat. 5. v. 24. *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* Corinth. 9. v. 26. inquit D. Paulus. Certè à digniori mortificationis genere, incipienda eſt colluctatio noſtra: at ibi gradum ſiſtere, valdè periculoſum eſt, nec ſecurum: vlteriùs progrediendum eſt ad praxim operum pœnalium: aliter diceris aërem verberare, & in incertum currere: tibi namque improperabitur illud Apoſtoli. Hebręor. 12. v. 4. *Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſti, aduerſus peccatum pugnans.*

§. 30. Dicimus igitur Ordinem Franciſcanum, non vnum ſolum, ſed præfata duo aſſumpſiſſe mortificationis genera: ſpiritale quidem & corporale, vti ſatis cõſtat, ex Regula Minoritica, maximè c. 1. 2. 3. 10. & 12. nihilque corporalis exercitij agere, niſi altero præſuppoſito, ſeu per reſpectum ad aliud: ita vt vnũ ſine alio minimè acceptet. Quare is Ordo potior atque præſtantior cõuincitur, quàm quilibet alius, qui his duobus mortificationis generibus ſeiunctim vitur, vel non æquo pede percurrit: vti conſtat de Societate Ieſu, iuxta Iacob. Brouſſeum, ſup. Quantũ verò ad illud tam arduum, nempè detectionem erratorum, &c. Superiori faciendam, in eadem Societate: nil noui continet. Tritum eſt enim hoc genus mortificationis inter priſcos Religioſos, præcipuéque in noſtro Ordine Minoritico aſſuetum: prout ipſemet Alphonſus Rodericus fatetur, par. 3. ſup. & Noſtrates, in Expoſitione, cap. 10. Regulæ Franciſc. declarant.

§. 31. Perfectio inſuper huiuſmodi Seraphici Ordinis deſumi poteſt, ex ipſius inſtitutione & approbatione: non quidam illa communi, qua quęlibet perfecta Religio approbatur ab Eccleſia, ſed ſingulari; ac prorſùs cœleſti inſtinctu. Totius rei ſeriem nobis explicat ſanctus Bonauentura, c. 4. vit. D. Franciſc. his verbis. *Cùm autem, dilatato iam Ordine, viuendi formam per Dominum Innocentiũ approbatam, diſponeret per ſucceſſorem ipſius Honorium in perpetuũ facere roborari; huiuſmodi fuerat à Deo reuelatione commonitus. Videbatur ſiquidem ſibi de terra micas panum ſubtiliſſimas collegiſſe, multiſq; famelicis Fratribus ipſum circumſtantibus debere tribuere. Cúmque micas tam tenues diſtribuere formidaret, ne fortè inter manus excidèrent, vox ei deſuper ait: Franciſce, vnam de micis omnibus hoſtiam facito, & manducare volentibus tribue. Quo id agente, quicumque illud non deuotè recipiebant, aut receptum contemnebant donum, mox lepra infecti, notabiles apparebant. Recitat manè hac omnia vir ſanctus ſociis, dolens ſe non percipere myſterium viſionis. Sequenti verò die, cùm vigil in oratione perſiſteret, huiuſmodi vocẽ de cœlo delapſam audiuit: Franciſce, micæ præteritæ noctis, verba Euangelica ſunt: hoſtia, Regula: lepra, iniquitas.*

§. 32. *Volens igitur confirmandam Regulam, ex verborum Euãgelij aggregatione, perfuſiùs traditam, ad compendioſiorem formã, iuxta quod dictabat monſtrata viſio, redigere; in montem quendã, cum duobus ſociis, Spiritu ſancto ducente, conſcendit: vbi pane tantũ contentus & aqua, ieiunans, conſcribi eam fecit, ſecundum quod*

oranti diuinus ſibi Spiritus ſuggerebat. Quam, cùm de monte deſcendens, ſeruandam ſuo Vicario cōmiſiſſet, & ille paucis elapſis diebus aſſereret per incuriā perditā, iteratò ſanctus vir ad locum ſolitudinis rediit, eamque inſtar prioris, ac ex ore Dei verba ſuſciperet, illicò reparauit: & per ſupradictum Dominū Papam Honoriū, octauo Pontificatus illius anno, ſicut optauerat, obtinuit confirmari. Ad cuius obſeruantiam Fratres feruenter inducens, dicebat ſe nihil ibi poſuiſſe ſecundum induſtriam propriam: ſed omnia ſic ſcribi feciſſe, ſicut ſibi fuerāt diuinit⁹ reuelata. Quod vt certiùs conſtaret teſtimonio Dei, paucis admodum euolutis diebus, impreſſa ſunt ei ſtigmata Domini Ieſu, digito Dei viui, tanquā Bulla ſummi Pontificis Chriſti, ad cōfirmationē omnimodā Regulæ, & commendationem Auctoris: ſicut poſt ſuarū enarrationem virtutū inferi⁹ dicetur.

Eadem atteſtantur B. Bartholomæus Piſanus lib. 1.
§. 33. Conformitat. fruct. 9. part. 2. BB. Leo & Bonizius, ſancti Franciſci comites, in Legenda ipſius. D. Bernardinus Senenſ. tom. 3. diſputat. de obedientia, art. 3. limite 3. S. Brigitta lib. 7. Reuelation. cap. 20. B. Aluarus Pelagius lib. 2. de Planctu Eccleſ. art. 61. Ambroſius Catherinus, in Cōtrouerſia exorta inter Prædicatores, & Senenſes cap. 4. ante med. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Ioannes Pirrinus in Tract. ſuper Diſpenſation. Fratrum Minor. conſil. 3. in Corollario Reſponſiuo: & in Ordine 4. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. ſub init. Platus lib. 1. de Bono ſtatus Religioſ. cap. 25. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 7. Ludouicus Rebolledo ibid. cap. 4. B. Cæſarius A Spira: Corduba in Explication. Regul. Minor. quæſt. 1. Introductoria. Ioannes Rouſſerius: Nicolaus Albaſpina, &c. in Notis ad Regulam Franciſcan. in Præfat. Vvadinghus tom. 2. Opuſculor. D. Franciſc. in Argumento Regulæ 2. ſancti Franciſci. Item tom. 1. Annal. Min. ad annum 1223. parag. 9. 10. & 13. Alphonſus Rodericus part. 1. praxis perfection. Chriſtian. tract. 4. cap. 20. Sedulius in Notis ad vitam D. Franciſci. Magiſter Robertus ſerm. de Laudibus S. Bonauentur. Epiſcopi, extat tom. 7. operum ipſius Seraphici Doctor. in fine. Emanuel Rodericus tom. 1. quæſt. Regular. qu. 4. Corbinus lib. 5. ſanctæ Franciad. p. 89. & 90. & lib. 7. pag. 135. Choppinus lib. 2. Monaſtic. tit. 1.

§. 34. Quorum teſtimonio, liquidò patet, Regulam ipſam Minoriticam ad Spiritus ſancti inſtinctum, & interiorem motionem ſcriptam eſſe: immò & ab eodem ipſi D. Franciſco reuelatam.

Attamen, illud minùs receptum habetur ab ipſo
§. 34. Alphonſo Roderico, ſup. vult etenim maiore teſtimonio comprobatum fuiſſe inſtitutū Societatis Ieſu à B. Ignatio, inſtinctu Diuino fundatum: eò quod, inquit, id regiſtratum fuerit intra Bullas Pontificias Gregorij XIII. cera & plumbo ſigillatas. Idipſum tenet Nigronus in Commentar. ad Titul. part. 1. Regul. Commun. Societat. Ieſu, parag. 7. 24. 25. &c. Quaſi verò Diplomata Pontificia deſint prò confirmatione præfatæ inſtitutionis cœleſtis Regulæ Franciſcanæ; huic nempè noſtræ aſſertioni adſtipulantur quamplurima Summorum Pontificum ſacra teſtimonia: quorum Bullas reperies apud Emanuelem Rodericum Minoritam, in eo opere, quòd propterea *Bullarium* nuncupauit: & pro Gregorio XIII. legas Gregorium IX. in cap. 1. Regul. Minor. nec omittas, quæſo, Decretalem Nicolai III. Pap. ſuperiùs à nobis allatam: parag. 13. &c. quæ cùm ſola ſit intra corpus Iuris Canonici recenſita: maioris authoritatis pondere ipſum Alphonſum Rodericum aggrauabit atque Nigronum: necnon ſua ignea actiuitate, horum ceram liqueſcet & plumbum.

De Excellentia habitus Minoritici Ordinis; cum reſponſione ad Buſæum & Rodericum.

ARTICVLVS VI.

DEnique habitus Minoriticus non paruam adfert §. 35.
excellentiā, perfectionémq; tribuit ipſi Ordini Franciſcano, præ cæteris aliis Religionibus. *Determinatio autē habitus* (inquit Angelicus Doctor ſup. qu. 186. ar. 7. ad 2.) *pertinet ad omnia tria vota, tanquam ſignū obligationis: vndè habitus Regularis ſimul datur, vel benedicitur cū profeſſione*: cùm igitur Religio Seraphica aliis perfectior exiſtat: tum ob præſtantiorem finē, tum propter potiora, aptioraque & quamplura media, quibus vtitur ad eum finē aſſequendum; haud mirum eſt, ſi habitus Minoriticus cæteros antecellat, in eodē genere. Habitus etenim Franciſcan⁹ auſterus eſt, pauper & vilis: humilitati ac pœnitentiæ magis accōmodatus: ex eo maximè, quòd Religio ſit ſtatus pœnitentiæ, & contēptus mundanæ gloriæ. Qui enim humilitatem, pœnitentiā, &c. prædicat: habitū Pœnitētiæ, humilitatis, &c. prætendat, congruū eſt. Vide D. Thom. ſup. qu. 187. ar. 6. Veſtis igitur Nouitiorū in Ordine Seraphico, talis eſt, ex cap. 2. Regul. *Poſtea concedāt eis pannos probationis, videlicet, duas tunicas ſine caputio, & cingulum, & bracchas, & caparonem vſque ad cingulū*, Profeſſorum verò hic eſt habitus. *Et illi, qui iam promiſerunt obedientiam, habeant vnā tunicā cum caputio, & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. Et Fratres omnes veſtimentis vilibus induātur: & poſſint ea repetiare de ſaccis, & aliis petiis, cū benedictione Dei.* Quæ Seraphicus Pater D. Franciſcus adhuc confirmat in ſuo Teſtamento: dicens, *Et eramus contenti vna tunica, intus & foris repetiata (qui volebant) cum cingulo & bracchis, & nolebamus plus habere*: hincq; Fratribus interdicuntur linteamina, camiſiæ, ſiue camiſiolæ, ſubuculæ laneæ vel lineæ: Femoralia, toraces, gippones, calceamenta, caligæ, vdones, &c. quę enim non conceduntur, cenſentur prohiberi: iuxta Regul. Iuris, & vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſsè non conceditur: intelligitur denegatum, ex Declaration. Clement. V. ſup. cap. 4. §. 1. Caputium autem conſutum eſſe debet cum habitu: cuius contrarium agere, corruptela eſt: & ſic facientes, velut apoſtatæ, & excōmunicati, ſunt pœna plectendè. Vide ſummam Angelicam. verb. Excommunicatio. 7. caſu. 26.

Hoc tamen genus veſtimenti, quo D. Franciſcus
induebatur, minimè arridet Buſæo lib. ſtat. Regul. §. 36.
cap. 5. de ſtatu Monachor. iudicatque, vt minùs conueniens, haud competere Religioſis inter homines conuerſantibus: vnde Alphonſus Rodericus ſup. part. 2. tract. 1. cap. 7. ait, Societatem Ieſu, veſtem aſſumpſiſſe communem ad finem ſibi propoſitum. Verùm eorum rationes audiamus. Prima eſt, quòd Societas ipſa arbitratur tali habitu communi, viam ſibi faciliorem parari ad finem ſuum aſſequendum, tum circa propriam vitæ perfectionem, tum circa proximi ſalutem. Secunda eſt, ratione temporis, quo ſocietas erat inſtituta, quando Lutherus, alijque hæretici, Religioſos ita perſequebantur, vt & eorū habitus ſummo odio deteſtarentur: ad quorum conuerſionem haud

Digitized by Google

parùm conferebat, alio veſtis genere indui. Tertia eſt, propter maximorum ſceleſtorumque virorum ſalutem faciliùs adipiſcendam, qui ob habitus rigiditatem, forſitan deterriti forent: arbitrantes talem in Religioſis auſteritatem, qualem in veſtitu conſpiciebant. Quarta eſt, vt omnia omnibus facti, commodiùs omnes Chriſto lucrifacerent: exemplo Saluatoris vitam communem ducentis; magis quàm auſteritates Ioannis Baptiſtæ ſuſcipientes. Hæc ex eodem Alphonſo Roderico, ſup. quem ſequitur Nigronus in Commentar. ad Regul. 19. Commun. Societat. Ieſu, parag. 18. & 19. & ſequent.

§. 37. Sed, vt ad ſingula reſpondeamus, miror imprimis, quomodò veſtimentum ſancti Franciſci ſic Buſæi oculis appareat ſordidum, vt illud iudicet, non niſi Religioſis ſolitariis, proprium ac peculiare: minimè autem aptum, nec conueniens inter homines conuerſantibus: cùm Chriſtus, Apoſtoli, & eorum imitator D. Franciſcus, inter homines conuerſati ſint, licet vili ac rudi amictu contecti: nec dedeceat Religioſos tali veſtitu incedere, immò maximè illis competat, horum prouocati exemplo. Hallucinatur itaque Buſæus (vti apprimè notat Iacobus Brouſſeus ſup.) vile pro ſordido reputans, etenim toto cœlo differunt: qua de re videndus eſt D. Thom. ſup. quæſt. 187. art. 6. Fateor equidem Seraphicum Patrem, vilem, aſperumque habitum detuliſſe, ſed nuſquam ſordidum aut inhoneſtum: quare talis habitus meritò viſus eſt admirabilis Benedicto Ferdinandio in Geneſim tom. 1. cap. 4. ſect. 22. num. 8. Qua de re videatur Bouerius Tom. 1. Annal. Capucina. In fine: vbi de vera habitus forma à Sancto Franciſco inſtituta; Demonſtratione vltima: latè & diſertè Buſæi objecta diluens ac confutans. Meritòque Guillelmus pepinus ſerm. de S. Martino Epiſcopo poſt med. Inuehit in Religioſos habitum ſui Ordinis deferentes, dùm aſſumuntur ad Epiſcopatus. *Praeferunt*, (inquit cornelius à lapidè, commentar. In Apocalypſ. cap. 7. ver. 2.) *Franciſcani ſignum pœnitentialis crucis, & habitum cruci conformem, vt omnes ad pœnitentiam, & crucis amplexum excitent.* Vide etiam Barradium Tom. 2. In Euangel. lib. 8. cap. XI. §. 14.

§. 38. Quantùm verò ad primam rationem Alphonſi Roderici, illam opinor veram reſpectu mediorum ac perfectionis vitæ Societatis Ieſu: At, cùm Seraphicus Ordo mediis vtatur potioribus & conuenientioribus ad finem ſuum (vti ſuperiùs probàuimus) neceſſe eſt, vt & altiorem, etiam in habitu paupere, aſpero, & vili, vitæ prætendat perfectionem. Nulli etenim dubium eſt; quin Religio, quæ eo veſtitu induitur, ſit, cæteris paribus, alia non vtente perfectior. Quod liquidò conſtat in hac noſtra Religione Seraphica: maximè ſi proprium virtutis profectum ſpectes, proximorumque ſalutem. Nondum completus eſt primus centenarius ab inceptione Societatis Ieſu: diligenter, velim attendas, ſi eo in annorum ſpatio, illa ſocietas tot virtutum indicia, perfectionis incrementa, ſanctitatiſque culmina ediderit? ſi tot Martyres, Cardinales, Epiſcopos, Doctores, Confeſſores, Virgines, alioſque Sanctos ab Eccleſia Canonizatos protulerit? præterea, ſi tot Infidelium, Paganorum, & aliorum hominum ſalutem, tali animi conſtantia, talique charitatis ardore, & virium contentione, rerumque omnium abdicatione exquiſierit? ſi tot denique populorum, nationum, ac terrarum ſpatia, Euangelij diſſeminandi cauſa, luſtrauerit: ſicut cernimus in primo illo centenario, ſeu (vtcumque volueris) in hoc vltimo centenario Seraphici Ordinis. Quæ certè omnia attribuenda ſunt iis mediis quampluribus, potioribus atque perfectioribus: quibus ſupremo fauente numine, hæc ſanctiſſima Religio Minoritana, vtitur ad ſuum finem. At de his aliàs.

Porrò, quo ad 2. & 3. rationem Roderici: fateor ſocietatem ſibi perſuaſum habere, ea via tutiùs incedendum inter hæreticos: at non ſic Religio Minoritana: quæ palam & publicè, atque intrepidè, hæreticos, Paganos, Schiſmaticos, alioſque Eccleſiæ inimicos, aggreſſa eſt, conuertitque ad Chriſtum, licet vili, rudi, paupereque habitu induta: veluti ouis inter lupos cœlitùs ablegata: cuius habitus etiamnum hodie, ſic in veneratione habetur, vt Turcis, Barbaris, Perſis, Indis, Iapponis, Chinis, Hæreticis, atque Schiſmaticis, ſeu falſis Chriſtianis; non ita exoſus exiſtat, ſicut alterius cuiuſuis Religioſi, maximè Ieſuitæ. Nec habitus igitur Minoriticus impedit à conuerſione Infidelium & Hæreticorum, ſeu deterret à ſalutari pœnitentia peccatores: quinimò maximè confert, vtrumque ſummoperè iuuat: quod clarè conſpicitur ab initio naſcentis Ordinis Franciſcani: vt ex his liquidò conſtet, Societatis Ieſu, haud proprium eſſe munus, verſàdi cum hominibus & agendi familiariter: vti putat Nigronus, Commentar. ad Regul. 42. Commun. Societat. Ieſu, parag. 8. Qua de re Iacobum de Vitriaco, natione Gallum, S. R. E. Cardinalem, & Epiſcopum Tuſculanum audiamus: teſtis eſt enim oculatus, piéque ac ſanctè obiit circa an. 1240. §. 39.

Prædictis tribus Eremitarum, Monachorum, Canonicorum, Religionibus, vt regulariter viuentium quadratura fundamenti in ſoliditate ſua firma ſubſiſteret: addidit Dominus in diebus iſtis quartam Religionis inſtitutionem, Ordinis decorem, & Regulæ ſanctitatem, Si tamen Eccleſiæ primitiuæ ſtatum & ordinem diligenter attendamus: non tam nouam addidit Regulam, quàm veterem renouauit, releuauit iacentem, & penè mortuam ſuſcitauit Religionem, in veſpere mundi tendentis ad occaſum, imminente tempore filij perditionis: vt contra Anti-Chriſti pericuIoſa tempora, nouos athletas præpararet, & Eccleſiam præmuniendo fulciret. Hæc eſt Religio verè pauperum Crucifixi, & Ordo Prædicatorum: quos Fratres Minores appellamus. Verè Minores, & omnibus huius temporis Regularibus in habitu, & nuditate, & mundi contemptu humiliores. Habent autem vnum ſummum Priorem: cuius mandatis & Regularibus inſtitutis reuerenter obediunt Minores Priores, cæterique eiuſdem Ordinis Fratres, quos per diuerſas mundi prouincias, cauſa prædicationis & ſalutis animarum ipſe transmittit. Adeò autem primitiuæ Eccleſiæ religionem, paupertatem, & humilitatem in ſe reformare diligenter procurant, puras Euangelici fontis aquas cum ſiti & ardore ſpiritu haurientes, quòd non ſolum Euangelica præcepta, ſed & conſilia, vitam Apoſtolicam expreſſiùs imitantes, modis omnibus adimplere laborant: omnibus, quæ poſſident, renuntiantes, ſeipſos abnegantes, crucem ſibi tollendo, nudi nudum ſequentes; relinquentes pallium cum Ioſeph, & hydriam cum Samaritana: expediti currunt, ambulant ante faciem ſuam, & non reuertuntur: poſteriorum obliti, in anteriora ſemper & paſſibus continuis extenduntur: volantes vt nubes, & ſicut columbæ ad feneſtras ſuas; ne mors per ipſas intrare valeat, cum omni diligentia & cautela prouidentes. §. 40.

Regulam autem ipſorum Dominus Papa confirmauit: & eis authoritatem prædicandi ad quaſcumque veniunt Eccleſias, conceſſit: Prælatorum tamen loci, ob reuerentiam, requiſito conſenſu. Mittuntur autem bini §. 41.

Digitized by Google

ad prædicandum: tanquam ante faciem Domini, & ante ſecundum eius aduentum. Ipſi autem Chriſti pauperes, neque ſacculum in via portant, neque peram, neque panem, neque æs ſiue pecuniam aliquam in zonis ſuis, non poſſidentes aurum, neque argentum, nec calceamenta in pedibus ſuis habentes: nulli enim huius Ordinis Fratri licet aliquid poſſidere. Non habent Monaſteria, vel Eccleſias, non agros, vel vineas, vel animalia, non domos, vel alias poſſeſſiones, neque vbi caput reclinent. Non vtuntur pellibus, neque linteis, ſed tantummodo tunicis laneis caputiatis: non cappis, vel pallijs, vel cucullis, neque alijs prorſus induuntur veſtimentis. Si quis eos ad prandium vocauerit, manducant & bibunt, quæ apud illos ſunt. Si quis eis aliquid miſericorditer contulerit: non reſeruant in poſterum. Semel autem vel bis in anno, tempore certo, ad locum determinatum, generale Capitulum celebraturi conueniunt: exceptis his, qui nimio tractu terrarum, vel mari interpoſito ſeparantur. Poſt Capitulũ iterũ ad diuerſas regiones, prouincias, & ciuitates: duo vel plures pariter à ſuperiori ſuo mittuntur.

§. 42. *Non ſolùm autem prædicatione, ſed & exemplo vitæ ſanctæ, & conuerſationis perfectæ: multos, non ſolùm inferioris Ordinis homines, ſed generoſos & nobiles ad mundi contemptum inuitant; qui relictis oppidis, & caſalibus, & ampliſſimis poſſeſſionibus, temporales diuitias & ſpirituales fœlici commercio commutantes: habitum Fratrum Minorum, id eſt, tunicam vilis pretij qua induuntur, & funem, quo accinguntur, aſſumpſerunt. Tempore enim modico adeò multiplicati ſunt: quòd non eſt aliqua Chriſtianorum prouincia, in qua aliquos de Fratribus ſuis non habeant: qui in ſeipſis, velut in ſpeculo mundiſſimo mundana vanitatis, contemptum oculis reſpicientium repræſentant: præſertim cùm nulli ad Religionem ſuam tranſeunti gremium claudãt, niſi matrimonio, vel aliqua Religione fuerit obligatus. Tales enim ſine licentia vxorum, vel præpoſitorum ſuorum, ſicut ratio exigit, nec volunt, nec debent recipere. Alios autem omnes in amplitudine Religionis ſuæ tantò confidentiùs abſque vlla contradictionis moleſtia ſuſcipiunt: quantò diuinæ munificentiæ ſeſe committentes, vndè eos Dominus ſuſtentare debeat, non formidant. Ipſi enim funiculum cum tunica venientibus ad ſe largientes, quod reliquum eſt ſupernæ procurationi relinquunt. Adeò autem miniſtris ſuis Dominus in hoc ſæculo centuplum reſtituit, & in via hac, qua gradiuntur firmat ſuper ipſos oculos ſuos: quòd in eis ad litteram completum agnouimus, quod ſcriptum eſt: Dominus amat peregrinum, & dat ei victum & veſtitum. Fœlices enim ſe reputant, à quibus hoſpitalitatis obſequiũ, vel eleemoſynas ſerui Dei ſuſcipere non recuſant. Non ſolùm autem Chriſti fideles, ſed Sarraceni, & obtenebrati homines, eorum humilitatem & perfectionem admirantes: quando cauſa prædicationis ad ipſos intrepidi accedunt, grato animo neceſſaria prouidentes, libenter eos recipiunt.*

§. 43. *Vidimus primum huius Ordinis Fundatorem Magiſtrum, cui tanquam Summo Priori ſuo omnes alij obediunt, virum ſimplicem & illiteratum, dilectum Deo & hominibus, Fratrem Franciſcum nominatum, ad tantum ebrietatis exceſſum, & feruorem Spiritus raptum fuiſſe: quòd cùm ad exercitum Chriſtianorum ante Damiatam, in terra Ægypti deueniſſet: ad Soldani Ægypti caſtra intrepidus, & fidei clypeo communitus acceſſit. Quem cùm in via Sarraceni tenuiſſent: ego ſum Chriſtianus, inquit, Ducite me ad Dominum veſtrum. Quem cùm ante ipſum pertraxiſſent, videns eum beſtia crudelis, in aſpectu viri Dei in manſuetudinem conuerſa: per dies aliquot ipſum ſibi & ſuis Chriſti fidem prædicantem attentiſſimè audiuit. Tandem verò metuens, ne aliqui de exercitu ſuo, verborum eius efficacia ad Dominum conuerſi, ad Chriſtianorum exercitum pertranſirent: cum omni reuerentia & ſecuritate ad noſtrorum caſtra reduci præcepit, dicens ei in fine: Ora pro me, vt Deus legem illam & fidem, quæ magis ſibi placet, mihi dignetur reuelare. Sarraceni autem omnes prædictos Fratres Minores, tam diu de Chriſti fide, & Euangelica doctrina, prædicantes libenter audiunt; quouſque Mahometo, tanquam mendaci & perfido prædicatione ſua manifeſtè contradicunt. Ex tunc autem eos impiè verberantes: & niſi Deus mirabiliter protegeret, penè trucidantes, de ciuitatibus ſuis expellunt.*

Hic eſt Fratrum Minorum ſanctus Ordo, & Apoſtolicorum virorum admiranda & imitanda Religio: quos Dominum contra perditionis filium Antichriſtum, & eius profanos diſcipulos, credimus in diebus nouiſſimis ſuſcitaſſe. Qui lectulum Salomonis tanquam fortes Chriſti milites ambiendo, & de porta ad portam cum gladijs tranſeundo, ſuper muros Hieruſalem conſtituti ſunt Cuſtodes: diebus ac noctibus à Diuinis laudibus, & ſanctis exhortationibus non ceſſantes; vocem ſuam quaſi tubam in fortitudine exaltantes, & facientes vindictam in nationibus, increpationes in populis: & gladios ſuos non prohibentes à ſanguine, mactantes, & manducantes, circumeuntes ciuitatem, & famem patientes vt canes: qui tanquam ſal terræ cibos ſuauitatis & ſalutis condientes, carnes deſiccant, vermium putredinem, & vitiorum fœtorem amouentes: & tanquam lux mundi, multos ad ſcientiam veritatis illuminant, & ad feruorem charitatis accendunt & inflammant. Hic autem perfectionis Ordo, & ſpatioſi clauſtri amplitudo infirmis & imperfectis congruere non videtur: ne fortè deſcendentes mare in nauibus, & facientes operationem in aquis multis, fluctibus procelloſis inuoluantur: niſi ſederint in ciuitate, donec induantur virtute ex alto. Hæc ille cap. 32. hiſtor. Occident. Vide eiuſdem Epiſtolam ad Religioſos & familiares ſuos Lotharingos. §. 44.

Authorem Gallum conſpeximus, extero præbeamus nunc auditum: nimirum Matthæo Pariſio, Monacho Anglo. *Sub his diebus, prædicatores, qui appellati ſunt Minores, fauente Papa Innocentio, ſubitò emergentes, terram repleuerunt: habitantes in vrbibus, & ciuitatibus deni & ſepteni, nihil omninò poſſidentes, de Euangelio viuentes, in victu & veſtitu paupertatem nimiam præferentes, nudis pedibus incedentes: maximum humilitatis exemplum omnibus præbuerunt. Diebus autem Dominicis & feſtiuis, de ſuis habitaculis exeuntes, prædicauerunt in Eccleſijs parœchialibus Euangelium verbi, edentes & bibentes, quæ apud illos erant, quibus officium prædicationis impendebant. Qui in rerum cœleſtium contemplatione, tantò perſpicaciores ſunt inuenti, quantò à rebus præſentis ſæculi, & carnalibus delitiis comprobantur alieni. Nullum genus alimenti penes eos vſque in craſtinum reſeruatur: vt paupertas ſpiritus, quæ viget in mente, actu ſitu & habitu omnibus innoteſcat.* §. 45.

Addamus & duorum Summorum Pontificum Diplomata; quibus manifeſtè docetur, quale officium per vniuerſum mundum tunc exercuerint Fratres Minores: etſi paupere, vili, rudique habitu induti. Primum erit Gregorij IX. Pap. in hac forma. §. 46.

Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis: ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ peruenerint, Salutem & Apoſtolicam

Digitized by Google

benedictionem. Quoniam abundauit iniquitas, & refrigeſcit charitas plurimorum, ſacrum Ordinem dilectorum filiorum Fratrum Minorum Dominus ſuſcitauit: qui non quæ ſua, ſed quæ ſunt Chriſti quærentes, tam contra profugandas hæreſes, quàm contra peſtes alias mortiferas, ſe dedicarunt etiam euangelizationi verbi Dei in profeſſione voluntaria paupertatis. Nos igitur ſanctũ eorum propoſitum, & neceſſarium miniſterium fauore beneuolo proſequentes, vniuerſitati veſtræ affectuosè duximus commendandos, charitatem veſtram rogantes, & exhortantes in Domino, ac per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes: quatenùs dilectos filios Fratres Ordinis memorati, pro reuerentia diuina, & noſtra, ad officium prædicandi, ad quod ſunt ex profeſſione ſui Ordinis deputati, benignè recipere procuretis: ac populos vobis commiſſos, vt ex ore ipſorum verbi Dei ſemen deuotè ſuſcipiant: admonentes, vt eis etiam in ſuis neceſſitatibus liberaliter aſſiſtatis: nec impediatis, quominùs illi, qui ad prædicationem eorum acceſſerint, tunc eorum Sacerdotibus valeant peccata confiteri; quatenùs ad prædicta ſuſcipienda veſtris exhortationibus præparati, tanquam bona ac fructifera terra, pro peccatorum tributis incipiant ſegetes germinare virtutum: & dicti Fratres per cooperationem veſtram, ſuſcepti miniſterij curſum fœliciter conſummando, optatum reportent ſui laboris fructum & finem, ſalutem videlicet animarum, & cæt. ſub Datum Viterbij, 11. Calend. Iunij, Pontificat. ann. 11. Huiuſce Bullæ meminit Nicolaus Albaſpina, in Notis ad caput 9. Regul. Minoritan. & Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum Chriſti 1237. parag. 19.

§. 47. Alterum Diploma Pontificium eſt Alexandri IV. Papæ eiuſmodi tenoris. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis, Fratribus de Ordine Minorum, in terris Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthyopum, Syrorum, Hyberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zicchorum, Ruthenorum, Iacobitharum, Nubianorum, Neſtorinorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moſelinorum, Tartarorum, Vngarorum, maioris Vngariæ, Chriſtianorum Captiuatorum apud Turcas, aliarumque Infidelium nationum Orientis, ſeu quarumcumque aliarum partium, proficiſcentibus: ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm hora iam vndecima, &c.* ſub Datum Viterbij, 13. Calend. Maij, Pont. an. 4. id eſt, an. 1258. Agunt de hac Bulla Albaſpina, ſup. in capite 12. Regul. Minor. Ignatius le Gault, de Sanctitat. Eccleſ. Roman. capite ſecundo, parag. 2. ante medium. Vvadinghus, ſup. tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1258. parag. 2. qui & ſimiles litteras Gregor. IX. refert tom. 1. ad annum milleſimum ducenteſimum trigeſimum tertium, parag. 5. *Apoſtolos*, (ait Cornelius à Lapide commentar. In Acta Apoſtolor. Vbi de Effigie S. Pauli cap. 2. virtute. v. §. 3.) *Imò Chriſtum ſequuntur, qui cum S. Franciſco, non in equis, & curribus, ſed obeunt pagos & vrbes, pedibus Euangelizando.*

§. 48. Denique, ad vltimam Alphonſi Roderici rationem, concedimus Chriſtum, communem duxiſſe vitam in terris, quam & Apoſtoli ſecuti ſunt: iuxta D. Thom. 3. part. quæſt. 40. art. 2. Attamen rebus pauperibus & vilibus Saluatorem, animum dediſſe, vſumque fuiſſe, conſtat, tum ex quodam ſermon. Concilij Epheſini. *Omnia paupera & vilia elegit, omnia mediocria, & plurimis obſcura; vt Diuinitas cognoſceretur orbem transformaſſe terrarum, propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egens fuit pecuniis, & hoc tibi exponit præſepe*, &c. Vbi recubuit vilis in pannis, ſed pretioſus in ſtellis, ait D. Fulgentius ſermon. 8. qui eſt de Epiphania, ſub init. tum ex D. Chryſoſtomo, homil. 33. in Matthæum circa med. *Antequam* (inquit) *apparuiſſet Ieſus, prædicabat eum Ioannes Baptiſta; vt facilè ſuſceptibile eſſet teſtimonium, ipſo apparente, & in vili veſtimento innoteſcente. Ita enim vili veſte annuntiabatur forma communi omnibus Chriſtus: vt Samaritana, meretrices, & Publicani cum magno auſu auderent ei appropinquare & loqui.* Præclariora adhuc & illuſtriora circa hunc Chriſti pauperem viuendi modum ad amuſſim luculenti encomio enarrat. Homil. 67. in Mathæum. *Mihi etiam idcircò, in aſina ſediſſe videtur, vt viuendi Philoſophia nos erudiret. Regulas enim nobis præbet; ne Maiora, quàm neceſſarius vſus exigit, requiramus. Itaque, quando etiam naſcebatur, non magnificas ædes, non locupletem Matrem, ſed pauperrimam, & fabro deſponſatam, elegit: & in tugurio naſcitur, & in præſepio ponitur. Sic Diſcipulos, non Oratores, aut Prophetas, nec genere, aut fortuna claros, voluit: ſed inopes valdè atque ignotos. Menſa ſua hordeaceis nonnumquam panibus, nonnumquam quos Diſcipuli è foro emerant, refecta erat. Recumbebat in fœno, VESTES VILES, nec conditionem vulgi excedentes, induebatur. Domum nullam habebat, quumque de loco in locum tranſeundum erat, pedibus iter faciebat: & quidem ita, vt labore plerumque conficeretur. Numquam in ſede, nec in puluinari, ſed in ipſa ſuperficie terræ: modò in montibus apud fontes ſedet & docet.* Item homil. 84. in Ioan. vbi de Tunica Chriſti. Quod D. Thomas ſup. art. 3. eruditè proſequitur: Vnde Sancti Patres, hoc Chriſti edocti exemplo, ſanxerunt in Ordine S. Benedicti atque Cluniacenſi, & Ciſtercienſi, vt pro habitibus Religioſorum ſumeretur, quod vilius comparari poſſet: iuxta D. Bernardum in Apolog. ad Gulielmum Abbatem, poſt med. Imò idem Chriſtus Dominus nudis pedibus ambulabat, quamuis Sacerdotali & Regio genere, ac ſpiritu prophetico inſignis. ait Gerſon. De Examinatione doctrinar. part. 2. Conſideration. 3. *An Monachus poſſit intelligere Diuina?* Conſpice, precor, Apud Præmonſtratum, Initio naſſcentis iſtius illuſtris Ordinis, ſuos alumnos Laneis veſtibus, & his ruſticanis, & vilibus vtentes. Ex Roberto de Monte. Tractat. de Immutatione Ordinis Monachorum. cap. 6.

Perfectio ſtatus Minorum Fratrum deſumpta eſt ab Apoſtolis & Diſcipulis Domini: Immò ab ipſo Domino, & vita exemplari eius.

ARTICVLVS VII.

Qvidni Fratres Minores tantæ perfectionis ſtatum Dei æmulatione, non amplexabuntur? §. 49. quippe qui Chriſtum Saluatorem habeant prototypum, & totius perfectionis atque Religionis exemplar: quam verbo & exemplo docuit. Veniunt deinde Apoſtoli & Diſcipuli; à quibus, poſt Aſcenſionem Domini in cœlum, omnis Religio ſumpſit originem: quos etiam voto ad eam perfectionem ſe obligaſſe: docent Beatus Auguſtinus lib. 17. de Ci-

Digitized by Google

uitate Dei cap. 4. D. Thomas 2. quæſt. 88. artic. 4. ad. 3. & quæſt. 188. art. 7. in corp. ad fin. Bellarminus de Monachis libr. 2. cap. 5. poſt med. Aluarus Pelagius lib. 2. de Planctu Eccleſ. cap. 56. Suarez tom. 3. de Relig. lib. 3. cap. 3. Vualdenſis libr. 1. de Religion. Sacramental. capit. 83. & ſeq. & alij. Indéque vſque ad nos hæc cœleſtis prorſus inſtitutio emanauit, teſte Diuo Bernardo Abbate. In Apologia ad Guillelmum Abbatem, longè poſt med. *Heu me miſerum, qualemcunque Monachum! cur adhuc viuo videre ad id deueniſſe Ordinem noſtrum; Ordinem, ſcilicet, qui primus fuit in Eccleſia; imò, à quo cœpit Eccleſia; quo nullus in terra ſimilior Angelicis Ordinibus, nullus vicinior ei, quæ in cœlis eſt Hieruſalem mater noſtra, ſiue ob decorem caſtitatis, ſiue propter charitatis ardorem: cuius Apoſtoli inſtitutores: cuius hi, quos Paulus tam ſæpè ſanctos appellat, inchoatores extiterunt.* Eadem latius proſequitur exempla ad Fratres de monte Dei cap. 1. Idemque omninò ſentiendum de Ordine Franciſcano ſuperius vidimus §. 13. & 14. ex dictis Nicolai III. Papæ.

§. 50. Quando autem fatemur Chriſtum vitam duxiſſe communem, ne, velim, putes, id aſſertum à nobis, quaſi eum viuendi modum tantummodo aſſumpſerit, in exemplum; Quamuis manifeſtum ſit (teſte D. Thoma Opuſcul. 17. cap. xv.) Chriſtum ſummam perfectionem in ſua conuerſatione ſeruaſſe. Quare videndum eſt cur Chriſtus habuerit rationem vitæ communis; & quomodò ad perfectionem pertineat vita communis in Chriſto, & in Apoſtolis. Magna quippe eſt differentia inter Opera Chriſti & noſtra. Chriſtus namque vt Incarnationis myſterium operaretur, multa egit, tum ad veritatem ſuſceptæ diſpenſationis, tum, ad noſtram ſubleuandam infirmitatem, vt nos imperfectos ac debiles conſolaretur, ex condeſcenſione & pietate: *Vnde ipſa Chriſti condeſcenſio* (ait D. Bonauentura. Apolog. ca. 1.) *quæ membris ſuis condeſcendebat infirmis & imperfectis, ex ſublimitate procedebat perfectiſſimæ charitatis.* Et qui Chriſtum in hoc imitantur, vt ſaluentur homines peccatores, laudabiliter ſanè & vtiliter agunt; quando nonnunquam pro temporis opportunitate, cum Apoſtolo, vt omnes lucrifaciant; imbecillitati humanæ ſe vtcumque accommodant: iuxta D. Chryſoſtomum. Homil. 38. in Math. At perfectionis præcipuus ſectator Apoſtolus, non ſolùm imitabilem ſe præbet, in huiuſmodi condeſcenſione vitæ communis quorumdam actuum; ſed & in auſteritate vitæ, quæquidem duo officia æquo pede percurrit, imò nobiliori modo, ad perfectioris vitæ opera ſe extendit, præ cæteris Apoſtolis; In paupertate, labore, frigore, nuditate, fame, &c. quæ enumerat, 1. ad Corinth. 9. & 2. ad Theſſalonicenſ. 3. Vide Cornelium à Lapide. Initio Act. Apoſtolor. in Effigie S. Pauli, ſeu idea vitæ Apoſtolicæ: Ex quibus S. Hieronymus ſcitè intulit Epiſtol. 150. ad Hedibiam. *Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis? Fac quod fecerunt Apoſtoli.*

§. 51. Proindè Chriſtus (à quo & Apoſtoli) non ſolùm reſpectu infirmorum, & imperfectorum hunc condeſcenſionis modum fecit ac docuit, ſed & alia virtutum & perfectionis documenta opere compleuit ac præſtitit. *Sic tamen Dominus* (inquit S. Bonauentura) *condeſcendit infirmitati, & neceſſitati, vt tamen ſalua eſſet forma perfectionis, & exemplum, quòd præcipuè monſtrare venerat hominibus.* Lib. contra Magiſtr. Gulielmum Reſponſ. 2. ad 2. Si enim Chriſtus ea tantummodò quæ ſpectabant ad imperfectorum condeſcenſionem, in exemplũ perfectionis ſtatuiſſet; ad quid tot ac tanta conſiliorum documenta, circa virtutes colendas & perfectionem aſſequendam, ab eo edita, & opere proculdubio, exhibita: *Cœpit enim Ieſus facere & docere.* Act. 1. verſ. 1. Rectè itaque præfatus Seraphicus Doctor, tradit, In Apolog. Pauper. Reſponſ. 1. cap. 2. Refulgere à Chriſto, tanquam à totius noſtræ ſalutis exemplari, & originali principio, actus multiformes, numero ſex: & Quinto loco; *Quidam reſpiciunt condeſcenſionem miſeriæ, vt latere in perſecutione, trepidare, & contriſtari in morte, & pro amotione calicis patrem rogare. Sexto loco. Quidam informationem vitæ perfectæ; vt paupertatem ſeruare; virginitatem cuſtodire: Deo, & hominibus, ſeipſum ſubijcere: Noctes in oratione peruigiles ducere; pro crucifixoribus exorare: Et mortiſe ſumma charitate, etiam pro inimicis offerre. Cùm igitur ſex ſint huiuſmodi actuum varietates: In his vltimis duntaxat ipſum imitari eſt perfectum; &c. Nequaquam igitur ſumma chriſtianæ perfectionis conſiſtit in vniuerſali imitatione actuum Chriſti; ſed tantum illorum, qui vitæ perfectæ imitationem reſpiciunt;* Ex quibus compacta eſt Regula Franciſcana: quæ ſic incipit Regula & vita Fratrum Minorũ hæc eſt ſcilicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti Sanctum Euangelium obſeruare: &c. Sanè, ſicut ab ipſo reperitur traditum: quodque minores fratres, ad annuſſim ſeruare contendunt: quos propterea ſummis, ſed veris, laudibus extollit Nicolaus III. Papa. In ſua Decretali. Superiùs allata. Hiſce verbis. *Hi ſunt ſanctæ illius Regulæ Profeſſores, quæ Euangelico fundatur eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis Eccleſiæ Apoſtolorum eius, ſermonibus actibuſque firmatur.* Et inferiùs; de eadem agens Regula, ſubiicit. *Meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus, viam perfectionis oſtendens, verbo docuit, & exemplo firmauit; quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, in volentes perfectè viuere, per doctrinæ ac vitæ ipſorum alueos deriuarunt. Nec his quiſquam putet obſiſtere, quod interdum dicitur, Chriſtum loculos habuiſſe, nam ſic ipſe Chriſtus, cuius perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret. Sic infirmorum perſonam Chriſtus accepit in loculis: ſic in nonnullis aliis infirma humanæ carnis aſſumens (prout Euangelica teſtatur hiſtoria) non tantum carne, ſed & mente condeſcendit infirmis. Sic enim humanam naturam aſſumpſit; quòd in ſuis operibus perfectus exiſtens, in noſtris factus humilis, in propriis permanſit excelſus. Sic & ſumma charitatis dignatione, ad actus quoſdam noſtræ imperfectioni conformes, inducitur; quòd à ſumma perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Chriſtus, & docuit opera perfectionis, egit etiam infirma, ſicut interdum in fuga patet, & loculis; ſed vtrumque perfectè, perfectus exiſtens, vt perfectis & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet, qui vtroſque ſaluare venerat, qui tandem mori voluit pro vtriſque.*

Rectè ac piè: nihilque eo veriùs ac clariùs. Quan- §. 52.
doquidem Chriſtus, propter condeſcenſionem imperfectorum: Opera alia altioris perfectionis haud dimitteret: eaque omnia, pro temporis opportunitate perfectè adimpleret: viam præbens diſcipulis,

Digitized by Google

iiſce operibus condeſcenſionis infirmorum fortè vacantibus, animum & ab alijs virtutis & perfectionis, (quibus conſilia toties promulgarat & opere compleuerat.) actionibus minimè auocare; prout faciunt quidam Nouatores & recentis deuotionis Sectatores, ſibi impunè perſuadentes omnimodam perfectionèm adipiſci, ſeu conſiſtere in interioribus actibus voluntatis, excludentes, ſeu paruifacientes, exteriora virtutum officia, vti ieiunia, abſtinentias, vigilias, diſciplinas, auſteritates, in cibo, potu, veſtitu, &c. Quòd ſi re quandoque, pro arbitrio ſuo exerceant, ſine vlla obligatione, & abſque voto aliquo; maioris tamen eſſe meriti & minori periculi haud dubiè aſſerunt; maximè, cùm homo non ſemper in eodem ſtatu permaneat, nec valeat ſuæ mentis iugiter compos eſſe: vt poſſit voto perpetuo ſe ad ea obligare in æternum ſeruanda. Vndè ſeruus Domino ſuo (iuxta Apoſtolum) obediens & in ſeruiens, æquè, (ſi non amplius) meretur. Ac ipſi Religioſi, ſuis votis ſolemnibus perbellè adornatia videantur. *Author* Directoris ſpiritualis; *Sequenotus*: *Sancyranus*, & *Ioannes Euſebius*: lib. 1. doctrin. Aſceticæ, doctrin. XI. cap. 102. item lib. 6. doctrin. 8. cap. 63. in fin. Hæc ſunt talium Dogmatizantium inſtituta, errores, & placita ridicula; toties à fide Apoſtolica, à Concilis generalibus & alma Vniuerſitate Pariſienſi, damnata & reprobata: cùm conſtet, in Eccleſia Catholica, laudabilius, & magis meritorium eſſe, cæteris paribus, quodpiam ex voto facere: ob rationes efficaciſſimas, quas refert, & probat. D. Thomas 22. quæſt. 186. art. 6. & quæſt. 88. art. 6. quem ſequitur communis Theologorum cœtus, & confirmat Patrum Orthodoxorum authoritas. Qua de re, lege R. P. Nicolaum à Ieſu Maria Polonum, in Apologia perfectionis vitæ Spiritualis. Copioſè & eruditè hæc omnia diſſerentem; Romæ impreſſa.

§. 53. Neque verò Deus per voces & ſcripta ſolùm ſcriptorum Catholicorum, atque orthodoxorum Patrum; ſed etiam ipſe per ſe, ſanctitati atque præſtantiæ Ordinum Religioſorum teſtimonium tulit. Quid enim de hoc vitæ genere Deus cenſeat, teſtantur in primis, Diuinæ illæ, ampliſſimæque promiſſiones, quæ partim in Prophetis, partim in Euangeliis extant; quibus (Matth. 19. Marc. 10. Luc. 19. Iſayæ 56.) centuplum in hoc ſæculo, ſedes honoraria in iudicio, locus & nomen in Regno cœlorum, maius atque nobilius, quàm filiorum & filiarum ſit, huius diſciplinæ cultoribus, Dominus pollicetur. Teſtantur deindè hoc idem Diuina ſigna, atque prodigia. Certè enim poſt Apoſtolica tempora, ſplendore maximorum ſignorum, iudicio orbis terræ, ſemper clariſſimi habiti ſunt, magnus Antonius, vterque Macharius, Hilarion, Benedictus, Bruno, Bernardus, Franciſcus, Dominicus, &c. Quantæ igitur, & quàm proiectæ eſt audaciæ, ſanctiſſima inſtituta, à Deo ipſo, de cœlo, ſignis atque prodigiis clamante, & approbante confirmata; adhuc tamen animis obfirmatis contemnere, improbare, reiicere, conſpuere, lacerare? quæ cùm ita ſint, intelligi profectò facilè poteſt, ita cauſam Religioſorum cum Eccleſiæ Catholicæ cauſa eſſe coniunctam: vt nemo vnquam Eccleſiæ hoſtis fuerit, qui non bellum eodem tempore Monachis omnibus indixerit: vti rectè colligit Bellarminus libr. 2. de Monachis in præfat. Verùm, cùm portę inferi aduerſus Eccleſiam, Chriſto auſpicante, præualere non poſſint: nec contra vitam Religioſam ea in Eccleſia fundatam, atque cœlitùs plantatam; aduerſariorum tela vibrata præualere, credibile eſt.

Ea propter D. Franciſcus, ſic Summo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ, omnium aliarum matri, Ordinem Minoriticum ſubiecit, & tanquam capiti membrum coaptauit: vt ad id voto peculiari cunctos ſui inſtituti alumnos obſtrinxerit. Qua de re ſup. §. 18. & 19 Solebat etenim Seraphicus Pater Fratres ſuos ita commonere. *Mater omnium Eccleſiarum, Fratres, eſt Romana: & Domina omnium eſt Religionum. Vadam, & recommendabo Fratres meos ſanctæ Eccleſiæ: cuius potentia virga precellantur maleuoli, & Filij Dei in æterna ſalutis augmentum vbique plena gaudeant liberate. Recognoſcant ex hoc filij dulcia beneficia matris, & ſpeciali deuotione, ſemper ipſius reuerenda veſtigia complectantur. Non erit, ipſa protegente, in Ordine malus occurſus: nec filius Belial per vineam Domini pertranſibit impunis. Paupertatis noſtræ ipſa ſancta Eccleſia æmulabitur gloriam: & humilitatis præconia per ſuperbia nubilum offuſcari non ſinet. Charitatis & pacis vincula in nobis ſeruabit illæſa: cenſura ſtrictiſſima percutiens diſſidentes: Euangelicæ puritatis obſeruantia ſacra continuè in eius aſpectu florebit: nec odorem vitæ vel ad horam elabi patietur.* Hæc ille: referturque à Vvadingho tom. 3. opuſcul. B. Franciſc. collatione 20. ex Piſano lib. 2. Conformitat. fruct. 5. part. 2. Speculo vitæ Diui Franciſ. & Floreto cap. de humilitate. Collocato igitur Ordine Minoritico in protectione atque defenſione ſanctæ ſedis Apoſtolicæ; ad aduerſariorum agmina oculos dirigamus conſpicienda. §. 54.

Guillelmus de Sancto Amore inſurgit in hunc Ordinem: cuius Liber pernicioſus, fuit condemnatus ac combuſtus; & ipſe exilio mulctatus, ac reluti hæreticus habitus.

ARTICVLVS VIII.

PRimò occurrunt, Guillelmus de ſancto Amore; Deſiderius Longobardus.: Giraldus de Abbatis villa: Richardus Armachanus: Ioannes Clopinellus: Ioannes Vviclef: Martinus Lutherus: Ioannes Caluinus, Brentius, Eraſmus, Centuriatores Magdeburgenſes: aliique hæretici, quibus voluntaria paupertas, Religioſaque mendicitas ſummè diſplicet: docentque inutile ac noxium tale inſtitutum, & extra ſtatum ſalutis eos eſſe, qui ſpontaneam huiuſmodi aſſumunt mendicitatem, vtpotè lege Diuina ac humana prohibitam: quales autem fuerint aggreſſores, qualemve exitum habuerint, paucis enucleamus. §. 55.

Guillelmus de Sancto amore, Burgundus natione, Diœceſis Matiſconenſis, Capellanus Vniuerſitatis Pariſ. Doctor in ſacra Theologia, & Canonicus Beluacenſis: aduerſus Religioſos Ordines SS. Franciſci & Dominici inſurgens, librum pernicioſiſſimum ſcripſit: qui hoc titulo prænotabatur: *De periculis nouiſſimorum temporum.* Cuius cauſam nobis aperit Chronica Normaniæ ſub ann. 1237. Oritur (inquit) *diſcordia & diſſenſio inter Magiſtros Theologos Pariſius, & Fratres Prædicatores & Minores: propter*

uitate Dei cap. 4. D. Thomas 2. quæſt. 88. artic. 4. ad. 3. & quæſt. 188. art. 7. in corp. ad fin. Bellarminus de Monachis libr. 2. cap. 5. poſt med. Aluarus Pelagius lib. 2. de Planctu Eccleſ. cap. 56. Suarez tom. 3. de Relig. lib. 3. cap. 3. Vvaldenſis libr. 1. de Religion. Sacramental. capit. 83. & ſeq. & alij. Indéque vſque ad nos hæc cœleſtis prorſus inſtitutio emanauit, teſte Diuo Bernardo Abbate. In Apologia ad Guillelmum Abbatem, longè poſt med. *Heu me miſerum, qualemcunque Monachum! cur adhuc viuo videre ad id deueniſſe Ordinem noſtrum; Ordinem, ſcilicet, qui primus fuit in Eccleſia; imò, à quo cœpit Eccleſia; quo nullus in terra ſimilior Angelicis Ordinibus, nullus vicinior ei, quæ in cœlis eſt Hieruſalem mater noſtra, ſiue ob decorem caſtitatis, ſiue propter charitatis ardorem: cuius Apoſtoli inſtitutores: cuius hi, quos Paulus tam ſæpè ſanctos appellat, inchoatores extiterunt.* Eadem latius proſequitur exempla ad Fratres de monte Dei cap. 1. Idemque omninò ſentiendum de Ordine Franciſcano ſuperius vidimus §. 13. & 14. ex dictis Nicolai III. Papæ.

§. 50. Quando autem fatemur Chriſtum vitam duxiſſe communem, ne, velim, putes, id aſſertum à nobis, quaſi eum viuendi modum tantummodo aſſumpſerit, in exemplum; Quamuis manifeſtum ſit (teſte D. Thoma Opuſcul. 17. cap. xv.) Chriſtum ſummam perfectionem in ſua conuerſatione ſeruaſſe. Quare videndum eſt cur Chriſtus habuerit rationem vitæ communis; & quomodò ad perfectionem pertineat vita communis in Chriſto, & in Apoſtolis. Magna quippe eſt differentia inter Opera Chriſti & noſtra. Chriſtus namque vt Incarnationis myſterium operaretur, multa egit, tum ad veritatem ſuſceptæ diſpenſationis, tum, ad noſtram ſubleuandam infirmitatem, vt nos imperfectos ac debiles conſolaretur, ex condeſcenſione & pietate: *Vndè ipſa Chriſti condeſcenſio* (ait D. Bonauentura. Apolog. ca. 1.) *qua membris ſuis condeſcendebat infirmis & imperfectis, ex ſublimitate procedebat perfectiſſima charitatis.* Et qui Chriſtum in hoc imitantur, vt ſaluentur homines peccatores, laudabiliter ſanè & vtiliter agunt; quando nonnunquam pro temporis opportunitate, cum Apoſtolo, vt omnes lucrifaciant; imbecillitati humanæ ſe vtcumque accommodant: iuxta D. Chryſoſtomum. Homil. 38. in Math. At perfectionis præcipuus ſectator Apoſtolus, non ſolùm imitabilem ſe præbet, in huiuſmodi condeſcenſione vitæ communis quorumdam actuum; ſed & in auſteritate vitæ, quæquidem duo officia æquo pede percurrit, imò nobiliori modo, ad perfectioris vitæ opera ſe extendit, præ cæteris Apoſtolis; In paupertate, labore, frigore, nuditate, fame, &c. quæ enumerat, 1. ad Corinth. 9. & 2. ad Theſſalonicenſ. 3. Vide Cornelium à Lapide. Initio Act. Apoſtolor. in Effigie S. Pauli, ſeu idea vitæ Apoſtolicæ: Ex quibus S. Hieronymus ſcitè intulit Epiſtol. 150. ad Hedibiam. *Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis? Fac quod fecerunt Apoſtoli.*

§. 51. Proindè Chriſtus (à quo & Apoſtoli) non ſolùm reſpectu infirmorum, & imperfectorum hunc condeſcenſionis modum fecit ac docuit, ſed & alia virtutum & perfectionis documenta opere compleuit ac præſtitit. *Sic tamen Dominus* (inquit S. Bonauentura) *condeſcendit infirmitati, & neceſſitati, vt tamen ſalua eſſet forma perfectionis, & exemplum, quòd præcipuè monſtrare venerat hominibus.* Lib. contra Magiſtr. Gulielmum Reſponſ. 2. ad 2. Si enim Chriſtus ea tantummodò quæ ſpectabant ad imperfectorum condeſcenſionem, in exemplū perfectionis ſtatuiſſet; ad quid tot ac tanta conſiliorum documenta, circa virtutes colendas & perfectionem aſſequendam, ab eo edita, & opere proculdubio, exhibita: *Cœpit enim Ieſus facere & docere.* Act. 1. verſ. 1. Rectè itaque præfatus Seraphicus Doctor, tradit, In Apolog. Pauper. Reſponſ. 1. cap. 2. Refulgere à Chriſto, tanquam à totius noſtræ ſalutis exemplari, & originali principio, actus multiformes, numero ſex: & Quinto loco; *Quidam reſpiciunt condeſcenſionem miſeriæ, vt latere in perſecutione, trepidare, & contriſtari in morte, & pro amotione calicis patrem rogare. Sexto loco. Quidam informationem vitæ perfectæ; vt paupertatem ſeruare; virginitatem cuſtodire: Deo, & hominibus, ſeipſum ſubijcere: Noctes in oratione peruigiles ducere; pro crucifixoribus exorare: Et mortiſe ſumma charitate, etiam pro inimicis offerre. Cùm igitur ſex ſint huiuſmodi actuum varietates: In his vltimis duntaxat ipſum imitari eſt perfectum; &c. Nequaquam igitur ſumma chriſtianæ perfectionis conſiſtit in vniuerſali imitatione actuum Chriſti; ſed tantum illorum, qui vitæ perfectæ imitationem reſpiciunt*; Ex quibus compacta eſt Regula Franciſcana: quæ ſic incipit Regula & vita Fratrū Minorū hæc eſt ſcilicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti Sanctum Euangelium obſeruare: &c. Sanè, ſicut ab ipſo reperitur traditum: quodque minores fratres, ad annuſſim ſeruare contendunt: quos propterea ſummis, ſed veris, laudibus extollit Nicolaus III. Papa. In ſua Decretali. Superiùs allata. Hiſce verbis. *Hi ſunt ſanctæ illius Regulæ Profeſſores, quæ Euangelico fundatur eloquio, vita Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis Eccleſiæ Apoſtolorum eius, ſermonibus actibuſque firmatur.* Et inferiùs; de eadem agens Regula, ſubiicit. *Meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus, viam perfectionis oſtendens, verbo docuit, & exemplo firmauit; quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, in volentes perfectè viuere, per doctrina ac vita ipſorum alueos deriuarunt. Nec his quiſquam putet obſiſtere, quod interdum dicitur, Chriſtum loculos habuiſſe, nam ſic ipſe Chriſtus, cuius perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret. Sic infirmorum perſonam Chriſtus accepit in loculis: ſic in nonnullis aliis infirma humanæ carnis aſſumens (prout Euangelica teſtatur hiſtoria) non tantum carne, ſed & mente condeſcendit infirmis. Sic enim humanam naturam aſſumpſit; quòd in ſuis operibus perfectus exiſtens, in noſtris factus humilis, in propriis permanſit excelſus. Sic & ſumma charitatis dignatione, ad actus quoſdam noſtræ imperfectioni conformes, inducitur; quòd à ſumma perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Chriſtus, & docuit opera perfectionis, egit etiam infirma, ſicut interdum in fuga patet, & loculis; ſed vtrumque perfectè, perfectus exiſtens, vt perfectis & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet, qui vtroſque ſaluare venerat, qui tandem mori voluit pro vtriſque.*

Rectè ac piè: nihilque eo veriùs ac clariùs. Quandoquidem Chriſtus, propter condeſcenſionem imperfectorum: Opera alia altioris perfectionis haud dimitteret: eaque omnia, pro temporis opportunitate perfectè adimpleret: viam præbens diſcipulis, §. 52.

iiſce

iiſce operibus condeſcenſionis infirmorum fortè vacantibus, animum & ab alijs virtutis & perfectionis, (quibus conſilia toties promulgarat & opere compleuerat.) actionibus minimè auocare; prout faciunt quidam Nouatores & recentis deuotionis Sectatores, ſibi impunè perſuadentes omnimodam perfectionem adipiſci, ſeu conſiſtere in interioribus actibus voluntatis, excludentes, ſeu paruifacientes, exteriora virtutum officia, vti ieiunia, abſtinentias, vigilias, diſciplinas, auſteritates, in cibo, potu, veſtitu, &c. Quòd ſi re quandoque, pro arbitrio ſuo exerceant, ſine vlla obligatione, & abſque voto aliquo; maioris tamen eſſe meriti & minori periculi haud dubiè aſſerunt; maximè, cùm homo non ſemper in eodem ſtatu permaneat, nec valeat ſuæ mentis iugiter compos eſſe: vt poſſit voto perpetuo ſe ad ea obligare in æternum ſeruanda. Vndè ſeruus Domino ſuo (iuxta Apoſtolum) obediens & in ſeruiens, æquè, (ſi non amplius) meretur. Ac ipſi Religioſi, ſuis votis ſolemnibus perbellè adornati videantur. *Author* Directoris ſpiritualis; *Sequenotus: Sancyranus*, & *Ioannes Euſebius*: lib. 1. doctrin. Aſceticæ, doctrin. xi. cap. 102. item lib. 6. doctrin. 8. cap. 63. in fin. Hæc ſunt talium Dogmatizantium inſtituta, errores, & placita ridicula; toties à fide Apoſtolica, à Concilis generalibus & alma Vniuerſitate Pariſienſi, damnata & reprobata: cùm conſtet, in Eccleſia Catholica, laudabilius, & magis meritorium eſſe, cæteris paribus, quodpiam ex voto facere: ob rationes efficaciſſimas, quas refert, & probat. D. Thomas 22. quæſt. 186. art. 6. & quæſt. 88. art. 6. quem ſequitur communis Theologorum cœtus, & confirmat Patrum Orthodoxorum authoritas. Qua de re, lege R. P. Nicolaum à Ieſu Maria Polonum, in Apologia perfectionis vitæ Spiritualis. Copioſè & eruditè hæc omnia differentem; Romæ impreſſa.

§. 53. Neque verò Deus per voces & ſcripta ſolùm ſcriptorum Catholicorum, atque orthodoxorum Patrum; ſed etiam ipſe per ſe, ſanctitati atque præſtantiæ Ordinum Religioſorum teſtimonium tulit. Quid enim de hoc vitæ genere Deus cenſeat, teſtantur in primis, Diuinæ illæ, ampliſſimæque promiſſiones, quæ partim in Prophetis, partim in Euangeliis extant; quibus (Matth. 19. Marc. 10. Luc. 19. Iſayæ 56.) centuplum in hoc ſæculo, ſedes honoraria in iudicio, locus & nomen in Regno cœlorum, maius atque nobilius, quàm filiorum & filiarum ſit, huius diſciplinæ cultoribus, Dominus pollicetur. Teſtantur deindè hoc idem Diuina ſigna, atque prodigia. Certè enim poſt Apoſtolica tempora, ſplendore maximorum ſignorum, iudicio orbis terræ, ſemper clariſſimi habiti ſunt, magnus Antonius, vterque Macharius, Hilarion, Benedictus, Bruno, Bernardus, Franciſcus, Dominicus, &c. Quantæ igitur, & quàm proiectæ eſt audaciæ, ſanctiſſima inſtituta, à Deo ipſo, de cœlo, ſignis atque prodigiis clamante, & approbante confirmata; adhuc tamen animis obfirmatis contemnere, improbare, reiicere, conſpuere, lacerare? quæ cùm ita ſint, intelligi profectò facilè poteſt, ita cauſam Religioſorum cum Eccleſiæ Catholicæ cauſa eſſe coniunctam: vt nemo vnquam Eccleſiæ hoſtis fuerit, qui non bellum eodem tempore Monachis omnibus indixerit: vti rectè colligit Bellarminus libr. 2. de Monachis in præfat. Verùm, cùm portę inferi aduerſus Eccleſiam, Chriſto auſpicante, præualere non poſſint: nec contra vitam Religioſam ea in Eccleſia fundatam, atque cœlitùs plantatam; aduerſariorum tela vibrata præualere, credibile eſt.

Ea propter D. Franciſcus, ſic Summo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ, omnium aliarum matri, Ordinem Minoriticum ſubiecit, & tanquam capiti membrum coaptauit: vt ad id voto peculiari cunctos ſui inſtituti alumnos obſtrinxerit. Qua de re ſup. §. 18. & 19 Solebat etenim Seraphicus Pater Fratres ſuos ita commonere. *Mater omnium Eccleſiarum, Fratres, eſt Romana: & Domina omnium eſt Religionum. Vadam, & recommendabo Fratres meos ſanctæ Eccleſiæ: cuius potentia virga precellantur maleuoli, & Filij Dei in æterna ſalutis augmentum vbique plena gaudeant liberate. Recognoſcant ex hoc filij dulcia beneficia matris, & ſpeciali deuotione, ſemper ipſius reuerenda veſtigia complectantur. Non erit, ipſa protegente, in Ordine malus occurſus: nec filius Belial per vineam Domini pertranſibit impunis. Paupertatis noſtræ ipſa ſancta Eccleſia æmulabitur gloriam: & humilitatis præconia per ſuperbiæ nubilum offuſcari non ſinet. Charitatis & pacis vincula in nobis ſeruabit illæſa: cenſura ſtrictiſſima percutiens diſſidentes: Euangelicæ puritatis obſeruantia ſacra continuè in eius aſpectu florebit: nec odorem vitæ vel ad horam elabi patietur.* Hæc ille: referturque à Vvadingho tom. 3. opuſcul. B. Franciſc. collatione 20 ex Piſano lib. 2. Conformitat. fruct. 5. part. 2. Speculo vitæ Diui Franciſ. & Floreto cap. de humilitate. Collocato igitur Ordine Minoritico in protectione atque defenſione ſanctæ ſedis Apoſtolicæ; ad aduerſariorum agmina oculos dirigamus conſpicienda. §. 54.

Guillelmus de Sancto Amore inſurgit in hunc Ordinem: cuius Liber pernicioſus, fuit condemnatus ac combuſtus; & ipſe exilio mulctatus, ac reluti hæreticus habitus.

ARTICVLVS VIII.

Primò occurrunt, Guillelmus de ſancto Amore; Deſiderius Longobardus: Giraldus de Abbatis villa: Richardus Armachanus: Ioannes Clopinellus: Ioannes Vvicleſ: Martinus Lutherus: Ioannes Caluinus, Brentius, Eraſmus, Centuriatores Magdeburgenſes: aliique hæretici, quibus voluntaria paupertas, Religioſaque mendicitas ſummè diſplicet: docentque inutile ac noxium tale inſtitutum, & extra ſtatum ſalutis eos eſſe, qui ſpontaneam huiuſmodi aſſumunt mendicitatem, vtpotè lege Diuina ac humana prohibitam: quales autem fuerint aggreſſores, qualemve exitum habuerint, paucis enucleamus. §. 55.

Guillelmus de Sancto amore, Burgundus natione, Diœceſis Matiſconenſis, Capellanus Vniuerſitatis Pariſ. Doctor in ſacra Theologia, & Canonicus Beluacenſis: aduerſus Religioſos Ordines SS. Franciſci & Dominici inſurgens, librum pernicioſiſſimum ſcripſit: qui hoc titulo prænotabatur: *De periculis nouiſſimorum temporum.* Cuius cauſam nobis aperit Chronica Normaniæ ſub ann. 1237. Oritur (inquit) *diſcordia & diſſenſio inter Magiſtros Theologos Pariſius, & Fratres Prædicatores & Minores: propter*

Digitized by Google

quadam Magiſtrorum ſtatuta, de Religioſis & collegiatis. Item ann. 1241. Diſcordia Pariſius, inter ſaculares Clericos, & Fratres Pradicatores & Minores ingraueſcit : quia Vniuerſitati in vindicta quarenda de quibuſdam Clericis nequiter occiſis, noluerunt ſua Sacramenta adhibere; vndè Sedem Apoſtolicam Fratres pradicti appellantes, à pradicta ſunt vniuerſitate eiecti. Item, an. 1243. impetratis quibuſdam litteris à Fratribus Pradicatoribus à Papa Alexandro contra Magiſtros Vniuerſitatis, à lectionibus tota vniuerſitas ceſſat. Congregantur Archiepiſcopi, & Epiſcopi Regni, pacem reformant: ita quòd Pradicatores Scholas Magiſtrorum & Scholarium non intrarent. Poſtea hæc ſubdit.

Ann. 1244. Magiſtri Theologorum Vniuerſitatis Pariſienſis, pracipuè Magiſter Guillelmus de Sancto Amore, pradicare cœperunt : quadam ſigna ſcripturarum ad cognoſcendum pſeudo-Religioſos pradicatores, qui in vltimis temporibus ad debellandum fidem Catholicam ſunt venturi, vnde & quendam de hoc librum compoſuerunt, quem intitulauerunt : De periculis nouiſſimorum temporum : De quo pradicti Religioſi, ſcilicet mendicantes, ſupra modum dolentes, ad Papam Alexandrum Librum pradictum attulerunt, quem condemnauit : ipſum dicens compoſitum in odium & ſcandalum Religioſorum. Vnde premiſſam pacem diſſoluit, & quatuor de maioribus Vniuerſitatis Pariſienſis, à Regno, niſi ſuos ſine mora reciperent, priuauit. Qui ad Papa Curiam accedentes, tres eorum voluntati fauentes reſtituti, & cum ignominia ſunt reuerſi : ſcilicet Magiſter Odo de Duaco, & Magiſter Chriſtianus, & Decanus de Barro ſuper Albam. Quartus ſcilicet Magiſter Guillelmus de Sancto Amore, fortiter in Curia ſtetit, & in pluribus à pradictis Religioſis accuſatus : de ſua Innocentia & doctrina coram quatuor Cardinalibus competenter ſatisfecit, à quibus ab omni impetitione Fratrum pronuntiatus eſt immunis & abſolutus: Quæ & Dominus de Mezerè in ſua Hiſtoria Franciæ reſumpſit : ſed, quo fine talia effari? Æquè enim ea vera ſunt : ſicut & Nicolaum *de Lyra*, Franciſcanum, fuiſſe Dominicanum, vti poſtea perperam ſubijcit. Sub Philippo Longo Reg. Franc. ex teſtamento ipſius principis : quod ſic legiſſet, certo certius reperiſſet contrarium, qua de re. Infra ad. 23. octob.

Sanè hæc Chronica mihi ſemper fuit ſuſpecta,
§. 57. propter multa minùs vera, quæ in ea continentur. Primò, ob annorum computationem, quæ longè alia eſt à communi & recepta : vti Andræas *Quercetanus* (qui eam primùm in lucem ex veteri libro Bibliothecæ Canonicor. Regul. S. Victor. Pariſ. edidit) annotauit ad ann. 1211. in margine : & Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1251. §. 34. & ad ann. 1255. §. 4. Secundo, ob contrarietatem dictorum. Nam ſi liber iſte à Guillelmo compoſitus, fuit condemnatus à præfato Summo Pontifice : & tantis pœnis contra facientes mulctauit : quomodo, ipſe Guillelmus de Sancto Amore ita de Curia innocens euaſerat? cur hæc poſt-modum adiicit. *Anno* 1245. (dicendum eſt 1255.) *Magiſter Guillelmus de Sancto Amore, dum obtenta à Papa Alexandro licentia redeundi propter grauiſſimam infirmitatem, qua eum inuaſerat, ad terram ſuam reuerteretur, infirmus : Papa Alexander eidem litteras miſit, in quibus eum priuabat ab ingreſſu Regni Francia, & ab omnibus ſuis beneficiis, ab actuque pariter legendi, pradicandi, atque docendi.* Quartò; ob decreta Summi Pontificis Alexandri IV. tum circa damnationem libelli præfati, tum circa authorem illius, Guillelmum de Sancto Amore, eiuſque crimina grauiter punita : quorum Diplomatum exemplaria porrigimus.

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei; Ad §. 58.
perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex de ſummo Apoſtolatus ſpecula, orbi debita ſeruitute proſpiciens, curis occupatur innumeris, & cogitationibus rapitur infinitis. Quia eminentior cateris ſedes eius ſollicitudines ſibi vehementiores accumulat; & ipſius authoritas potior meditationes ei multiplicat ampliores. Quo enim altius praſidet, eo longius latiuſque circumſpicit; & quantò plus poteſt officio, tantò maioris vigilantia ſibi ſarcina incumbente plus penſat. Quoniam maxima dignitati potiſſima ſollicitudo coharet, & altiorem honorem onus grauius comitatur, curaque profuſior ardentioribus ſtimulis mentem vrget: vndè cùm aliis fidelium plebium paſtoribus, quibus grex Dominicus particulariter eſt commiſſus, immineat de ſuarum Eccleſiarum eminentia vigilantia ad ſuas oues paſcendas : incumbit vtique Romano praſuli, cui eſt grex ipſe generaliter creditus; de ſublimi Eccleſiarum vertice, Sede ſcilicet Apoſtolica, propenſius ad illum & inſtantius intueri, &c.

Sanè, quidam ſcriptura ſacra intelligentiam ſe §. 59.
habere fatentes, ſed diuertentes à tramite recti ſenſus; cogitauerunt nuper malitiam, & contra innocentes & rectos iniquitatem maximam ſunt locuti. Exarſerunt in cordibus ſuis, & lingua eorum maliloqua, dolum & nequitiam concinnauit. Surgentes aduerſus Fratres detraxerunt : & contra dilectos matris Eccleſia filios, ſcandalum poſuere. Prodiere, inquam, & in praua commenta, ex nimio calore animi, proruperunt, libellum quendam valdè pernicioſum & deteſtabilem temerè componentes : libellum quidem non rationabilem : non veritatis ſed mendacij : non eruditionis : ſed derogationis : non monentem, ſed mordentem : non inſtruentem veraciter, ſed fallentem. Quem nos ad ſedem delatum Apoſtolicam, venerabili Fratri Epiſcopo Tuſculano, & dilectis Filiis noſtris, I. tituli Sancti Laurentij, & H. tituli S. Sabina, & I. Sancti Nicolai : Diaconis, Cardinalibus, examinandum commiſimus, vt ipſum diſcuterent diligenter. Quo ſtudioſè perlecto, & maturè ac diſtrictè examinato, nobiſque de hoc plenaria facta relatione ab eis : quod in ipſo quadam peruerſa & reproba contra poteſtatem & auctoritatem Romani Pont. & Coepiſcoporum ſuorum; & nonnulla contra illos, qui propter Deum ſub arctiſſima paupertate mendicant, mundum cum ſuis opibus voluntaria inopia ſuperantes. Alta verò contra eos, qui ſalutem animarum zelantes ardenter, & ſacris ſtudiis procurantes, multos in Eccleſia Dei operantur ſpirituales profectus. Quadam autem contra ſalutarem pauperum, ſeu mendicantium Religioſorum ſtatum : ſicut ſunt dilecti filij, Fratres Pradicatores & Minores; qui vigore ſpiritus, ſaculo cum ſuis diuitiis derelicto, ad ſolam cœleſtem patriam tota intentione ſuſpirant. Necnon & alia plura inconuenientia digna vtique confutatione ac confuſione perpetua, manifeſtè comperimus contineri. Quia etiam idem libellus magni ſcandali ſeminarium & multa turbationis materia exiſtebat, & inducebat etiam diſpendium animarum, cùm retraheret à deuotione ſolita, & conſueta eleemoſynarum largitione, ac à conuerſione, & Religionis ingreſſu fideles.

Nos libellum eundem, qui ſic incipit : ecce viden- §. 60.

tes clamabunt foris : quique ſecundum ipſius titulum. Tractatus breuis, De Periculis nouiſſimorum temporum, *nuncupatur : tanquam iniquum, ſceleſtum, & execrabilem : & inſtructiones ac documenta in eo tradita, vt potè praua, falſa, & nefaria, de Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, reprobamus, & in perpetuum condemnamus. Diſtrictè præcipientes, vt quicumque libellum ipſum habuerit, eum infra octo dies, ex quo noſtram condemnationem ſciuerit, prorſus in toto, & qualibet ſui parte, comburere & abolere procuret. In illos qui noſtri præcepti fuerint contemptores, excommunicationis ſententiam promulgamus : in virtute obedientiæ prohibendo, ne quiſquam prædictum libellum ore Apoſtolico iam damnatum, approbare, vel quomodolibet defenſare præſumat. Si quis vero præſumpſerit tanquam contumax, inobediens, & rebellis Romanæ Eccleſiæ ab omnibus habeatur. Datum Anagniæ tertio nonas Octobris, Pontificatus noſtri anno 2. nimirum anno Chriſti 1256.*

Cùm autem Sanctus Ludouicus Rex Galliæ Romam miſiſſet, per Legatum, librum conſcriptum à Guillelmo de Sancto Amore, vt damnaretur : idem Alexander IV. Papa hoc ei reſponſum tulit. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio, illuſtri Regi Franciæ : ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Veri ſolis radius in te verè fulgere conſpicitur : qui depulſis penitùs prauis actibus, in lucis operibus delectaris : qui vitatis omninò noctis tenebris, in diei lumine ambulas, horrendo vitia, & amplexando virtutes, fugiendo à noxiis, & ſalutaribus inhærendo. Re vera clarent in te firma fides & pura deuotio erga cœleſtem Regem : cuius dono Regnum terrenum noſceris obtinere : dum ſic eius bene placitis te coaptas, quòd ad eum dirigens mentem tuam, & in ipſum in tuis actionibus conſtituis fundamentum : ad illa tuum libitum conuertis & ſtudium, quæ in eius conſpectu ſint placita, ſibique delectabilem referant ſuauitatem odoris, in benignitate, clementia, miſericordia, & charitatis ſubſidiis te principaliter exercendo. Sed & ſi hæc in perſona tua velut ſydera luminoſa reſplendeant, eſt tamen ibi aliud, quod ampliori fulgore rutilat, & ſicut luminare maius, & altius profert iubar, quaſi ſolis immittens maieſtatem : illa videlicet ardens & lucens charitas qua perſonas Religioſas, & diuinis mancipatas ſeruitiis, gratioſè proſequeris, eas tenerè diligendo, fauore muniendo Regio, multis beneficiys confouendo, amplectendo conuerſationem ipſarum, & eas in tua familiaritate ſpecialiter retinendo. Inter quas dilectos filios Fratres Prædicatores & Minores, tanquam perfectos Chriſti ſeruos, cultores fidei eruditos, & prudentes ac prouidos conſiliarios animarum, tua manſuetudini præcipui amoris vinculo adſtrinxiſti. Certè congruit & expedit, quòd princeps tam Catholicus familiares habeat tam electos, quòd in ipſius munda & nitida curia, viri ſine nota & macula conuerſentur : quodque domus eius generali præconio laudata, per orbem, etiam ex famulorum & miniſtrorum Domini ſocietate ac præſentia commendatur. Horum namque Fratrum clari Ordines iam dudum à Sede Apoſtolica, ſicut ſacri & conſpicui approbati ; velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Eccleſia Dei lucent : quoniam ab his ſancta doctrina lumen vbique per mundum copioſè diffunditur. Ab his Chriſti Euangelium audenter & efficaciter prædicatur : ab his recta & ſana conſilia, & exempla ſalutaria exhibentur. Conuenienter itaque Regia ſerenitas in tam proborum virorum, & Religioſorum tam illuſtrium conſortio iucundatur : quia ex hoc ipſius & meritò creſcit fama, & principibus aliis ad honeſtum, maxima eſt & index. De tanta ergò beneuolentia & gratia, quam eiſdem Fratribus ſincerè oſtendis & exhibes, celſitudinem tuam multipliciter in Domino commendantes, dignas tibi deferimus gratiarum actiones : recognoſcentes nos fore tibi de hoc ſpecialius obligatos : quia tu es ipſis in neceſſitate ſubſidium, contra moleſtias tutum præſidium, & in aduerſitate ſui ſtatus ſolidum firmamentum.*

Sanè dilectos filios Ioannem & Petrum, Clericos §.62.
& Nuntios tuos, quos ad Sedem Apoſtolicam deſtinaſti, affectuosè recepimus, & in his quæ propoſuerunt & petiuerunt ex parte tua, pro eiſdem Fratribus, benignè ipſos audire curauimus, & efficaciter exaudire. Et ecce libellum illum pernicioſum & deteſtabilem, quem quidam ſacræ ſcripturæ intelligentiam ſe habere fatentes, ſed diuertentes à tramite recti ſenſus, contra Chriſti pauperes, vitæ ſuæ ſubſidia ſalubriter mendicantes componere præſumpſerunt, delatum ad nos per eoſdem Nuntios, tanquam iniquum, ſceleſtum, & execrabilem, & inſtructiones ac documenta in eo tradita, vt pote praua, falſa, & nefaria, de Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, præſente magna fidelium multitudine, reprobanda duximus, & in perpetuum condemnanda. Diſtrictè præcipientes, vt quicumque libellum illum habuerit, eum infra octo dies, ex quo huiuſmodi noſtram reprobationem & condemnationem ſciuerit, prorſus deſtruere & abolere procuret : & in illos, qui huius noſtri præcepti fuerint contemptores, excommunicationis ſententiam promulgantes, firmiter in virtute obedientiæ prohibendo, ne quiſquam prædictum libellum ore Apoſtolico iam damnatum, approbare, vel quomodolibet defenſare præſumat : & ſi præſumpſerit, tanquam contumax, inobediens, & rebellis Romanæ Eccleſiæ, ab omnibus fidelibus habeatur : ſicut hæc omnia litteris noſtris de prædicta reprobatione ac condemnatione confectis, quas tibi tranſmittimus, pleniùs continentur. Ideoque magnificentiam tuam, omni, qua poſſumus, affectione, rogamus, quatenus memoratos Fratres, conſueta benignitate ac gratia proſequaris : eos tanquam probatos & acceptos Chriſti miniſtros habeas attentius commendatos : & ab iniuriis & moleſtiis protegas & præſerues : ita quòd tuo ſecuri munimine, quietam & gratam in Domino impendere valeant ſeruitutem. Datum Anagniæ 16. Calend. Nouemb. Pontificatus noſtri ann. 2.

Idem Summus Pontifex, paulò poſt, ad eun- §. 63.
dem Regem ſcripſit; vt decretum ſuum ratum ſit: & hac Bulla controuerſias dirimit, quas Religioſorum aduerſarij, in paupertatem, mendicitatemque, & opus manuarium mouebant : cuius tenor talis eſt. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Franciæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Non ſine multa cordis amaritudine, animique turbatione audiuimus, quod nonnulli magiſtri & Doctores, ac aliy, acuentes vt gladium linguas ſuas, & venenum aſpidum gerentes ſub labiis ad infamiam grauamen, & diſpendium innocentium, illud in ſuggillationem & læſionem dilectorum filiorum Fratrum Prædicatorum & Minorum nequiter vomuerunt : & licet ipſos diſtinctè non nominauerint, nec vocabulis propriis expreſſerint, eos tamen quibuſdam verborum inuolucris,*

Digitized by Google

& certis ac cautis circumlocutionibus apertius innuerunt; ita quod ex talibus eorum dictis manifeſtè, tanquam ſi expreſſim nominaſſent, innotuit, quod de ipſis Fratribus loquebantur. Fuderunt (inquam) virus, & contra eos in ſcholis, prædicationibus, & alibi, aſſerere præſumpſerunt; Quod in ſtatu & via ſaluandorum non erant: nec meritoria, nec ſalutifera exiſtebat eorum mendicitas & paupertas: cùm deberent, valetudine corporali, & aliis iuſtis impedimentis ceſſantibus, propriis manibus operari: non torpendo ſub ſpe alieni ſubſidij, nec pro ſuſtentatione, vel neceſſariis, extranea mendicando ſuffragia, ſeu ab aliis vitæ adminicula expectando. Quodque de licentia vel commiſſione Romani Pontificis, ſeu Diœceſanorum Epiſcoporum, prædicationis exercere officium; & confeſſiones audire liberè non valebant: tanquam per hoc Sacerdotalibus parochialibus præiudicium inferretur. Ad alia etiam praua & iniqua, in detractionem eorum, & ſuorum Ordinum derogationem, ora maliloqua relaxando.

§. 64. *Cùm igitur ijdem Ordines fuerint dudùm à Sede Apoſtolica, ſicut ſacri, clari, & conſpicui approbati, ex quibus iam nonnulli Fratres ad ſupernam prouecti patriam, in ſanctorum numero ſunt adſcripti: & velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Eccleſia Dei luceant, ac ab ipſorum Fratribus & cultoribus; ſancta doctrina lumen diffundatur vbique, per orbem Chriſti Euangelium ardenter & efficaciter prædicetur: ac recta & ſana conſilia, & exempla ſalutaria præbeantur. Cùm etiam dicti Fratres ſacræ ſcripturæ, ac verbi Dei ſtudio, & Animarum profectibus, necnon diuinis officiis & orationibus inſtanter, & inceſſanter intendant; nequaquam marcentes otio, ſed opere optimo, & potiſſimo ſe exercentes, cùm ſapientia opus extat maximum; nec ſint pluris qui operantur exteriùs, quam qui ſtudium cognoſcendæ diuinitatis exercent. Vnde & Dominus miniſtrante ac operante Martha, Mariæ audientiam, attentionem, & ſtudium circa verbum ipſius præcipuè commendauit. Ex quo liquidò patet FF. ipſos ad operandum ſuis manibus non teneri, quinimò, ſi his prætermiſſis laborarent manibus, potiora vtique ac vtiliora in minora, minuſque vtilia opera, non ſine animarum diſpendio commutarent. Cùm inſuper ijdem Fratres omnia propter Deum reliquerint, exilia, vitæ ſubſidia mendicantes, Chriſtumque imitentur pauperem, perfectionem Euangelicam amplexando: propter quod euidenter apparet eos in ſtatu exiſtere ſaluandorum, & per ſuæ Religionis obſeruantiam, quæ quidem ipſius perfectionis Euangelicæ tenet formam, æterna præmia promereri. Cùm etiam de licentia, vel commiſſione, aut conceſſione Romani Pontificis, ſeu Legatorum eius, vel ordinariorum locorum, licitè poſſint prædicare populis, & confeſſiones audire, ac pœnitentias iniungere ſalutares.*

§. 65. *Venerabilibus Fratribus noſtris, Turonenſi & Rothomagenſi Archiepiſcopis, & Epiſcopo Pariſienſi, damus noſtris litteris, in virtute obedientiæ, firmiter in præceptis; vt omnes Magiſtros, Doctores, & alios, ſiue qui in ſcholis, ſiue in prædicationibus, ſiue alibi, præmiſſa dicere attentauerint, ex parte noſtra monere procurent, vt infra certum terminum ab ipſis Archiepiſcopis & Epiſcopo præfigendum, eiſdem dictum ſuum in his publicè reuocent, malè ſe dixiſſe fatentes, illaque deteſtentur penitùs, ac retractent, aſſeuerando conſtanter contrarium, illud etiam fideliter prædicando. Quòd ſi non fecerint, extunc contra eos, ad ſuſpenſionis, excommunicationis, & perpetuæ priuationis beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum ſententias, ſublato cuiuſlibet appellationis obſtaculo, efficaciter procedere non omittant: laicos de hoc culpabiles vel fautores huiuſmodi præſumptorum animaduerſione debita percellentes. Ideóque celſitudinem tuam affectuosè requirimus & rogamus, quatenus prædictis Archiepiſcopis & Epiſcopo, cùm ab eis requiſitus fueris, tuum fauorem & auxilium magnificè largiaris: ita quòd, tua eis fauente potentia, mandatum Apoſtolicum ſibi directum efficaciter exequi valeant: & nos magnificentiam tuam exindè dignis in Domino laudibus commendare poſſimus, Datum Anagniæ 14. Calend. Nouemb. Pontificatus noſtri ann. 2.*

Eodem ferè tempore, idem Summus Pontifex ſcripſit ad Epiſcopos & præſules Franciæ: in hunc modum. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus Fratribus, vniuerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis, per Franciam, Burgundiam, Picardiam, Britanniam, & Normanniam conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Non ſine multa cordis amaritudine, &c.* vt ſupra, vſque ad illud. *Sublato cuiuſlibet appellationis impedimento, chariſſimi in Chriſto filij noſtri illuſtris Regis Franciæ, ad hæc ſi neceſſe fuerit, auxilio inuocato. Ideoque vniuerſitatem veſtram rogamus & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo, mandantes; quatenus memoratos Fratres omni beneuolentia & gratia proſequentes, eos tanquam probatos & acceptos Chriſti miniſtros, habeatis, pro diuina & noſtra reuerentia, propenſiùs commendatos: ipſos ab iniuriis & moleſtiis, opportunis præſidiis defendentes. Datum Anagniæ 12. Calend. Nouemb. Pontificatus noſtri, an.* 2. Deinde iterum ſcripſit ad Turonenſ. & Rothomagenſ. Archiepiſcopos, & Epiſcopum Pariſienſem: quas litteras refert Vvadinghus ſup. ad an. 1256. §. 35. §. 66.

Doctores nonnulli, crebreſcentibus tamen ſcandalis, & odiis, ex conſilio Vniuerſitatis Pariſ. in Curiam Romanam venerunt. Videntes autem Chriſtianus, Canonicus Beluacenſis, & Odo Duacenſis, durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, latamque eſſe in ſe exilij, vel carceris ſententiam, ſatius iudicarunt, coram Summo Pontif. comparere, ſemet excuſare, & dicta reuocare, quàm fruſtra reniti. Fecerunt porrò, & quæ in proceſſu coram Cardinalib. habito continentur, promiſerunt obſeruare: qua de re Pariſius ad ann. 1256. chronica Normanniæ ad ann. 1244. Vvadinghus tom. 2. ſup. §. 36. & 37. vbi refert, quomodò eo ann. 1256. reſcripſerit Pontif. vniuerſitati magiſtrorum, & ſcholarium, mirificè laudans ſtudium Pariſienſe; ſubiungens deinde malam doctrinam diſſeminatam contra duos hos Ordines, quos etiam valdè commendat: incipit. *Pariſius, peritiæ ſummæ ſinus*, &c. ſub Datum Anagniæ 17. Calend. Decemb. Pontific. ann. 2. §. 67.

Præterea, perſiſtentibus etiam an. 1257. in ſua contumacia Pariſienſ. neque Pontificia obſeruare volentibus ſtatuta, ſcripſit Alexander IV. ad Cancellarium Pariſienſ. ne vlli ex contumacibus licentiam faceret in vlla facultate regendi, niſi prius iuraret ordinationem Apoſtolicam obſeruare: incipit. *Licet nos olim.* Sub Datum Laterani 7. Idus Ianuar. Pontif. ann. 3. Deinde, idem Papa Turonenſi & Rothomagenſi Archiepiſcopis ſcripſit grauamina Prædicatoribus & Minoribus illata, quos vult ab inuaſoribus defendi. Eadem iterum ſcribit ad omnes Prima- §. 68.

Digitized by Google

tes, Archiepiſcopos, & Epiſcopos Franciæ. Incipiunt vti ſup. *Non ſine multa cordis amaritudine*, &c. ſub Datum Laterani 3. Calend. April. Pontif. ann. 3. Nouas deindè addens vires primę ſuæ illi grauiori ordinationi, annullat quicquid in contrarium eſt conuentum, aut pactum: excuſationes & appellationes declarans ineptas & friuolas: adiiciens, quòd ſcholares religioſi quicumque delicentia ſuorum Prælatorum poſſint liberè prædicationes, lectiones, & diſputationes audire vbicumque Pariſiis voluerint: iubens item, vt magiſtri Prædicatorum & Minorum, qui pro tempore erunt, & ſcholares ipſorũ recipiantur: incipit, *Circa frequens*, &c. Sub Datum Laterani 4. Idus Maij, Pontific. ann. 3. Deinde, Dominicanorum prædicans innocentiam, datis litteris ad vniuerſos Eccleſię Prælatos, in eis miras, ſed condignas congerit laudes Prędicatorum: incipit, *Cæleſtis ille Agricola*. Sub Datum Viterbij 10. Calend. Iunij, Pont. an. 3. Hinc renitentibus adhuc Pariſienſibus præceptis Apoſtolicis, voluit Pontifex tantam infringere contumaciam; ſcribens efficaciter Epiſcopo Pariſienſi, vt procederet, etiam inuocato brachij ſæcularis auxilio, contra rebelles: incipiunt litteræ. *Cùm aduerſus prouiſionis noſtræ*, &c. Sub Datum Viterbij 2. Idus Iulij Pontif. ann. 3.

§. 69. Tum denique S. Regem Franciæ Ludouicum, per alteram idem Papa rogauit epiſtolam, vt ipſi Epiſcopo ita facienti ſua velit adeſſe protectione.

Chariſſimo in Chriſto Regi Francorum illuſtri.

Bona meritoria, per quę virtutum Domino placere deſideras, Religioſa multiplicat charitas; quæ humileſque Religioſaſque perſonas dùm in manibus diuinæ pacis & ſpiritus requieſcunt, humiliter amplectitur manſuetudinis Regia celſitudo. Hoc quippe in cœlis ad mercedis cumulum tibi pregnanter pura reponit intentio, quam pia deſideriorum tuorum ſtudia manifeſtant. Hoc velut inſigne imitationis exemplar fidelibus apertè proponitur ad profectum. Ea propter, pro dilectis filiis Prædicatorum & Minorum Ordinum FF. qui Pariſius in Prædicatione & doctrina Euangelij laborantes, in refrigerij tui conſolatione reſpirant, protectionis Regiæ præſidium imploramus. Credimus, quòd noſtræ petitionis inſtantia, cum tuo voto concurrens, Regalem auditum, aut animum non grauabit. Sanè, licet iidem Fratres in executione mandatorum Apoſtolicorum, quæ ſuper ſtatu ſtudij, ad conuertendam, ſeu conterendam ſæcularium Magiſtrorum & Scholarium Pariſienſ. duritiam emanarunt, promptum inuenerunt auxilium Regiæ poteſtatis, ſuper quo & ipſi Deo pro te, & pro tua ſalute humilia vota perſoluunt, & nos tuæ celſitudini gratias agimus copioſas. Qui tamen quandam tulimus de nouo ſententiam, ſtatuta condidimus, quibus turbatorum ſtudij Pariſienſ. cohibetur improbitas, & ipſis Fratribus ac aliis ſtudium diligentibus, ſanctæ quietis tranquillitas prouidetur: ſublimitatem rogamus & hortamur in Domino, ac in remiſſionem tibi iniungimus peccatorum, quatenùs venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Pariſienſi, cui prædictorum ſententiæ & ſtatutorum executionem commiſimus, promptum & fauorabile ſuper hoc contra inobedientes & rebelles, ac quietis ſtudij turbatores, & præfatorum Fratrum vexatores, præſtare brachij tui cures auxilium, quo pax muniatur humilium, & inſolentium ceruicoſa pertinacia confringatur: excludendo à Regno Franciæ, vel aliàs coercendo, prout videris expedire. Ac memoratos Fratres manus Regiæ præpotenti virtute ab omni moleſtia protegat & defendat; viuantque Regio culmine tuti, & ſub tua protectione ſecuri, inter inquietos pacifici, inter improbos innocentes. Preces noſtras in hac parte ſic impleturus, quod nos, qui eas tibi, ex cordis affectu, dirigimus, voti noſtri plenitudine conſecuti, tuis, cùm opportunum fuerit, libentius annuamus. Datum Viterbij 2. Calendas Auguſt. Pontificatus noſtri anno 3.

§. 70. Quid amplius? Guillelmus à Sancto Amore è Gallia exulare cogitur, beneficiis abdicatur, docendi, concionandique munus ei à Summo Pontifice interdicitur, his verbis. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Gulielmo de Sancto Amore, in bonum dirigere greſſus ſuos. Cùm propter multiplices culpas, & grandes offenſas, quas temerariè commiſiſti, & ſpecialiter propter libellum pernicioſum & deteſtabilem à te compoſitum, & per nos olim de Fratrum noſtrorum conſilio reprobatum, & in perpetuum condemnatum, merueris graues pœnas; volumus, & per Apoſtolica tibi ſcripta, in virtute obedientiæ ſub debito iuramenti, quod præſtitiſti de ſtando præciſè mandatis noſtris, necnon & ſub excommunicationis, ac priuationis perpetuæ, ab officio, & beneficiis, pœnis, quas eo ipſo te incurrere volumus, ſi contra eiuſmodi præceptum noſtrum venire tentaueris, ſaluis aliis mandatis tibi faciendis à nobis: diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs nullo vnquam tempore, Regnum Franciæ abſque Sedis Apoſtolicæ licentia intrare præſumas. Et nihilominus omnem docendi & prædicandi, authoritate Apoſtolica, perpetuò interdicimus facultatem: ita quòd nec docere alicubi, nec vnquam alicui clero vel populo, ſine ipſius Sedis permiſſione, de cætero audeas prædicare. Datum Viterbij V. Idus Auguſti Pontificatus noſtri ann. 3.*

§. 71. Diuus Ludouicus Rex Summum Pontificem rogauerat, vt exilium illud decerneretur; Pontifex viciſſim Regem orat, vt ex ſubſequentis Bullæ præſcripto Decretum adimpleatur. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio, illuſtri Regi Franciæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm propter multiplices culpas, & grandes offenſas, quas Guillelmus de Sancto Amore temerariè commiſiſſe dignoſcitur: & ſpecialiter propter libellum pernicioſum & deteſtabilem, ab ipſo compoſitum; cuius principium;* Ecce videntes clamabunt foris: *& titulus*: Tractatus breuis De Periculis nouiſſimorum temporum; *dicebantur: ac per nos olim, de Fratrum noſtrorum conſilio reprobatum, & in perpetuum condemnatum, meruerit graues pœnas: eundem Guillelmum excommunicatione & perpetua beneficiorum priuatione cenſuimus feriendum: diſtrictè præcipientes, vt nullo vnquam tempore Regnum Franciæ intrare præſumat: & nihilominus omnem docendi ac prædicandi ſibi, authoritate Apoſtolica, perpetuò interdiximus facultatem: ita quod nec dicere alicubi, nec vnquam alicui clero vel populo, de cætero audeat prædicare. Cùm igitur nos celſitudo Regia rogauerit (ſicut à tua credimus memoria non elapſum) vt eidem Guillelmo, prædicti Regni interdiceremus ingreſſum, quod duximus faciendum: ſerenitatem tuam rogamus & hortamur, quatenus præfatum Guillelmum Regnum ipſum intrare nullatenus patiaris. Et quia pro certo nouimus, quod dilectos filios, Fratres Prædicatores & Minores ſpeciali fauore proſequeris, magnificentiam tuam omni qua poſſumus affectione rogamus; quatenus eoſdē Fra-*

Digitized by Google

tres, pro Chriſti reuerentia, cuius ſunt deputati obſequiis, habeas benignitate ſolita commendatos, eoſque à quorumlibet iniuriis & moleſtiis protegas & defendas: ita quòd tua communiti potentia, pace quieta, & quiete pacifica, pacis auctori valeant famulari: Datum Viterbij 3. Idus Auguſti, Pontificatus ann. 3.

Similem poſtea ſcripſit epiſtolam ad Epiſcopum Pariſ. ſub Datum Viterbij 10. Calend. Decemb. Pontific. ann. 3. Iubens vt ipſum Gulielmum denuntiet excommunicatum.

§. 72. Denique Summus Pontifex, ſcribens ad Epiſcopum Pariſienſem, anathemate ferit quoſlibet Doctores & Scholaſticos Pariſienſes; qui poſt prohibitiones ſuas, ſiue per litteras, ſiue per nuntios, aliquid commercij habuerint cum Gulielmo à S. Amore tunc exulante. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabili Fratri Epiſcopo Pariſienſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Multorum relatione didicimus, quòd per nuncios & litteras, quas vniuerſitas Scholarium Pariſienſium, vel aliqui de ipſa, Gulielmo de Sancto Amore tranſmittunt, & & recipiunt ab eodem frequenter; vnde Pariſienſe ſtudium, & ſtatus Religioſorum, & aliorum exiſtentium Pariſiis non modicum perturbatur. Volentes igitur prauorum malitiis obuiare, Fraternitati tuæ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus: quatenus eidem vniuerſitati & ſingulis de ipſa, ex parte noſtra præcipere, ac diſtrictius inhibere procures: ne de cætero dicto Gulielmo aliquas literas, vel nuntios, quibus poſſet bonus ſtatus Pariſienſis ſtudij, & Religioſorum, ac aliorum quomodolibet perturbari, mittere, vel ab eodem Gulielmo recipere aliquo modo præſumant communiter vel diuiſim: Et ſi quis contrarium fecerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, nec ab ea poſſit abſolui, niſi de mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Datum Anagniæ 12. Calend. Iulij Pontificatus noſtri an. 5. qui erat Chriſti ann. 1259.*

§. 73. Tandem an. 1620. finem accepit hoc iurgium, cedentibus Religioſorum aduerſariis contrario Pontificis Romani, conatui, & abſolutionem petentibus ab incurſis cenſuris. Commiſit Papa ſuam authoritatem Epiſcopo Pariſienſi, vt pœnitentes à nexu ſolueret: ea tamen præmiſſa cautione, ne amplius apud ſe retinerent pernicioſos libellos Gulielmi de S. Amore, quos comburi iuſſit ab Epiſcopo. Ita habet Diploma. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabili Fratri Epiſcopo Pariſienſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tua nobis Fraternitas intimauit, quòd nonnulli Clerici tuæ ciuitatis & diœceſis incurrerunt excommunicationis ſententiam latam, authoritate noſtra, in omnes illos, qui libellos famoſos, contra Prædicator. & Minor. Ordinum Fratres à Magiſtro Gulielmo de S. Amore, ſeu aliis, editos publicare præſumerent, ſeu retinere. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, vt cùm multitudo ſit in cauſa, ſuper hoc eorum ſaluti prouidere miſericorditer curaremus. De tua itaque circumſpectione confiſi præſentium tibi authoritate concedimus, vt ab eiſdem excommunicatis, ſufficienti cautione præſtita, libellos huiuſmodi, quos comburi facias, de cætero non tenebunt: ipſos ab huiuſmodi ſententia abſoluas, hac vice, iuxta formam Eccleſiæ, vice noſtra, ac faciens eos ab executione ſuorum ordinum, vſque ad certum tempus prout expedire videris, manere ſuſpenſos. Tandem cum ipſis ſuper irregularitate, ſi quam medio tempore celebrando diuina officia, ſeu immiſcendo ſe illis, contraxerint diſpenſare procures, prout ſecundum Deum, animarum ſuarum ſaluti videris expedire. Datum Laterani 3. Non. Decemb. Pontificat. anno ſexto.* Vide P. Louuetum. lib. 2. Antiq. Beluacenſ. in 35. Epiſcopo.

Probatio rei allegatæ per exhibitionem complurium teſtium.

ARTICVLVS IX.

INſpiciamus nunc, quid Authores hac de re ſcripſerunt. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 9. part. 2. notabili 8. de perfection. §. 74.
Regul. Minorit. *Gulielmus de S. Amore, vnà cùm multis magiſtris Pariſienſib. iſtum inſequutus Ordinem, reprobatus per Dominum Alexandrum IV. in ſua extrauaganti, quæ incipit;* Non ſine multa cordis amaritudine: *& in alia, quæ incipit:* Romanus Pontifex de Summi Apoſtolatus Specula: *vnà cum ſuis ſequacibus: & tandem malo fine, vitam terminauit præſentem.*

Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus 3. part. hiſtor. titul. 19. cap. 7. hæc ſubdit: *Huius Alexandri Papæ tempore inſurrexerunt quidam Doctores Pariſius contra Mendicantes: magnam perſecutionem contra eos mouentes, dogmatizantes, quòd ſaluari non poſſent homines in tali ſtatu: quorum princeps fuit quidam Gulielmus de S. Amore, Doctor Pariſienſis, magnæ ſcientiæ, & magnæ opinionis in Vniuerſitate. Qui etiam auſi ſunt libellos edere cum multis articulis, nitentes ſuam falſam doctrinam probare rationibus variis, ſed ſophiſticis, ac authoritatibus Sanctorum, & Canonum, malè intelligentes eas. Cùm igitur ad Summum Pontificem Alexandrum IV. delata eſſet querela à Pariſienſ. & aſſignatis rationibus peteretur reprobatio ſtatus mendicantium, tanquam non valentium ſaluari in eo ſtatu: vocati ſunt Prælati & Magiſtri Ordinis Mendicantium, vt reſponderent: & præcipuè B. Thomas, & Albertus Magnus. Qui ad nihilum deduxerunt vt friuolas & falſas rationes eorum, confundentes eos, & oſtendentes de falſa doctrina ſua reprobandos & puniendos: cùm ſtatum ab Eccleſia approbatum & perutilem Eccleſiæ Dei, ipſi vt præſumptuoſi condemnarent: Fortè moti magis liuore inuidiæ (cùm tunc maximè florerent Ordines Mendicantium in vita, ſcientia, & fama) quàm zelo charitatis. B. quoque Thomas ſuper his fecit libellum, qui intitulatur,* Contra impugnantes Religionem: *qui ſatis reperitur: in quo deſtruit per rationes efficaces omnia argumenta aduerſariorum. Alexander igitur Papa comperta veritate, commendauit & exaltauit dictos Ordines mendicantium, priuilegiis amplificando, & inimicos eorum deprimendo, & præcipuè illum Vvilhelmum, quem à Magiſterio depoſuit, & quacumque dignitate. Tunc temporis Albertus Magnus, maximus Philoſophus & Theologus, Ordinis Prædicatorum, Pariſius legendo inſignis habetur: & B. Thomas, qui fuit Diſcipulus eius cœpit celebris haberi: & Bonauentura etiam Ordinis Minorum, eo tempore in ſcientia &*

Digitized by Google

ſanctitate plurimùm effulſit; prius Miniſter generalis ipſius Ordinis, & poſtea Cardinalis.

Rem etiam alibi adhuc clarius idem S. Antiſtes cõmemorat, titul. 23. cap. 5. §. 1. ibid. *Ex quibus apparet, Ordines mendicantium multas vexationes habuiſſe à principio à prælatis & clericis ſæcularibus: & in tantum, quòd etiam quidam Doctor Vuilhelmus de S. Amore Pariſienſis, cum quibuſdam aliis auſi fuerint aſſerere & dogmatizare populis, & librum ſcribere; nitentes probare eorum ſtatum reprobum; nec poſſe homines in tali ſtatu mendicantium ſaluari. Sed reprobato tali libro & opinione, vt falſa & hæretica, per rationes efficaciſſimas coram Papa: ille Vuilhelmus fuit priuatus Doctoratu, & ſtatus mendicantium exaltatus.*

Item eadem fuſius proſequitur, titul. 24. cap. 9. §. 5. vbi de B. Ioanne de Parma 7. Generali Miniſtro totius Ord. minor. *Huius etiam tempore libellus editus à Vuilhelmo de S. Amore, Doctore Pariſienſi, contra mendicantes, ſcilicet, quòd non poſſent in tali ſtatu ſaluari; tanquam pernitioſus, ſceleſtus, & deteſtabilis; per rationes efficaces, Fratribus Minorib. & Prædicatorib. probantibus falſitatem eius, primò coram Alexandro Pap. IV. ſub anathematis vltione contra eos, qui tenerent articulos illius libri, & non delerent: damnatus eſt. Poſtea coram Rege S. Ludouico combuſtus fuit liber ille: & Vuilhelmus de Regno Franciæ expulſus, magiſterio priuatus. Magnam tamen perſecutionem Ordini ingeſſit: quia concitauerat callidè clerum Pariſienſem & Prælatos Eccleſiæ, quorum ſe defenſorem dicebat contra ipſos mendicantes.*

Horum omnium idem S. Archipræſul iam meminerat 4. part. Summæ Theologic. titul. 11. cap. 7. §. 5. vbi de errorib. hæreticor. his verbis. *Exindè circa annos Domini 1260. quidam Magiſter Pariſienſis, dictus Guillelmus de S. Amore, librum compoſuit contra mendicantes, multa mala contra talem ſtatum impingens: concludens non poſſe homines ſaluari in tali ſtatu. Sed contra tales errores S. Thomas de Aquino libros edidit, & omnes illos errores efficaciſſimè euacuauit. Propter quod Alexander IV. Guillelmum illum cum ſuo tractatu reprobauit & puniuit: & Ordines mendicantium plurimùm commendauit, & priuilegiis communiuit.*

Thomas Vualſingham in Ypodigmate Neuſtriæ, ad an. 1256. ſic ait. *Alexander Papa Magiſtrum Guillelmum de S. Amore, Canonicum Beluacenſem, ſuumque Capellanum, propter perſecutionem iniuſtè commotam contra Religioſos Mendicantes, & præcipuè Prædicatores, Anagniæ condemnauit: priuans eum Capellanatu ſuo, & omni beneficio Eccleſiaſtico habito & habendo. Libellum etiam* de mundi periculis *intitulauit; in quo contra Ordines pauperum multipliciter inuehit, reprobans, in Eccleſia Cathedrali comburi fecit, excommunicans omnes, qui retinent librum illum. Cæteros etiam Magiſtros per dictum Guillelmum concitatos coegit Fratres ad pacem recipere; & ſecundum legem charitatis tractare.*

M. Antonius Coccius Sabellicus Ænead. 9. lib. 6. vbi de Alexandro IV. Pap. *Fuit Alexander cum ipſe eruditus, tum eruditionis fautor, pietatis & Orthodoxæ fidei cuſtos acerrimus: pernicioſiſſimum librum à Guillelmo quodam editum, publicè combuſſit, aſſerebatur in eo, quòd Religioni vacantes, viuenteſque ex eleemoſynis, non eſſent in ſtatu ſalutis: proficiſci, ad hæc, ſtatum gratiæ, non ab Euangelica lege, ſed à lege Spiritus.*

Baptiſt. Platina de vitis Pontific. Rom. in Alexand. IV. Pap. *Huius Pontificis vita ab omnibus certè mirificè laudatur. Beneficus enim & liberalis eſt habitus, maximè verò erga pauperes Chriſti, & benè de Religione Chriſtiana meritos: vnde libellos quoſdam contra paupertatem editos à quodam Guillelmo de S. Amore, perpetuo edicto aboleuit. Affirmabat enim vir ille pernicioſus pauperes Religioni deditos, eleemoſynis viuentes non eſſe in ſtatu ſalutis.* Item in Vrbano IV. vbi de D. Thoma Aquinate: *ſcripſit & libellum contra Guillelmum de Sancto Amore, virum pernicioſum: vt antea diximus.*

Ioannes Laziardus, hiſtor. vniuerſal. Epitom. lib. 3. cap. 232. in Alexand. IV. Pap. *Hic Papa condemnauit libellum Guillelmi de S. Amore, impugnantis ſtatum paupertatis: aſſerentis inter alia erronea; quòd Religioſi prædicantes verbum Dei, ſaluari non poterant viuendo de eleemoſynis.*

Ioannes Carion Buticheimenſis, in chronico lib. 3. Monarch. 4. ætat. 3. ſub Alexand. IV. Pap. *Mendicantium Ordinem litteris celebrauit. Guillelmum de S. Amore, Monachos ex eleemoſyna in otio viuentes non ſaluari ſcribentem, hæreticum cenſuit.*

P. Matthæus, hiſtoriographus Regius lib. 1. hiſtor. S. Ludouic. IX. Reg. Franc. pag. 21. loquens de Fratribus Prædicat. & Minor. ait: *Magnas offenderunt oppoſitiones in ſua inſtitutione: Guillelmus de Sancto Amore, Sorboniſta, librum contra eos compoſuit, qui declaratus fuit hæreticus, paupertatem ipſorum otij incuſans; quaſi illum vitæ ſtatum ſibi delegiſſent, vt nihil agerent, deque labore alieno viuerent.*

Franciſcus Belforeſtius, in Annotation. ad Annales Nicolai Ægidij, de Reg. Franc. ſub Ludouic. IX. *Anno 1252. magna oritur diſſenſio inter Doctores, aliosque Scholares Vniuerſitatis Pariſienſ. aduerſus Religioſos Ordinum mendicantium ratione cuiuſdam libri, à Canonico Beluacenſi, Magiſtro Guillelmo de S. Amore, nuncupato, editi; cui titulum dedit,* De periculis huius mundi: *Ita quòd Papa ea de re certificato, coactus fuit præfatus de S. Amore, Romam pergere, pro opinionibus defendendis, in ſuo libro ſcriptis contra mendicantes. At cùm hic liber aliqua contineret erronea, nimiùmque reprobatam doctrinam Abbatis Ioachimi (de qua ſuperius actum eſt) extolleret, authoritate Apoſtolica, condemnatus eſt, tanquam ſcandaloſus, & indignus, vt in publicum prodiret.*

Alphonſus de Caſtro, Zamorenſis lib. 9. aduerſus hæreſes, verbo, *Labor*, hæreſi 2. ſic ſcribit. *Huius hæreſis primus Author fuit quidam Vuilhelmus de Sancto Amore, acerbiſſimus hoſtis Monachorum mendicantium. Hic dixit omnes Monachos, qui non habebant proprium communitatis, vnde viuerent, debere laborare manibus ſuis, indè victum ſibi acquirant. Hanc & alias hæreſes docuit ſub Alexandro Papa huius nominis quarto, à quo etiam damnatus fuit, per Bullam, quæ incipit, Romanus Pontifex.* Item lib. 10. verbo, Monachatus, eadem fermè recitat, dicẽs. *Eodem ferè tempore, quo Vualdenſes, aut parum poſtea; quidam Vuilhelmus de S. Amore, ſcripſit librum, in quo perſuadere conatus eſt, hominem non non poſſe ſaluari in Ordine mendicantium: ſed hunc librum Alexander Papa IV. damnauit vt hæreticum, & præcepit ſub excommunicationis pœna, vt quicumque illum haberet, combureret.* Item lib. 12. verb. *Paupertas* hæreſ. 3.

Hieronymus Platus de bono ſtatus Relig. in procemio, verſ. fin. *Idem quoque euenit in duos celeberrimos ſanctiſſimoſque Ordines Dominicanum & Franciſcanum: quibus, cùm fœlici iam progreſſu adoleſcerent, annis ab eorum ortu fermè quinquaginta, op-*

poſuit Damon Guillelmum quendam, Matiſconenſem, Canonicum; eique amentia ac ſcelere parem, Gyraldum, Pariſienſem Doctorem: qui tum voce in circulis & cathedris, tum etiã iuſtis voluminibus conſcriptis omnem conatum ad eos perdendos conferrent, cũ videlicet, nec mendicare, nec litteris ſtudere, nec ad populũ concionari, vel confeſsiones pœnitentiũ excipere, licitum eis eſſe affirmarent. Itaque magnam ſanè, vt accepimus, aduerſus Dei famulos commouerant procellam, nec modò in plebe indocta, ſed in maioribus plerisque, quos calliditate quadam diſputandi, & doctrinæ authoritate, deceperant. Repugnarunt his acriter, duo vtriuſque illius Ordinis lumina BB. Thomas Aquinas, & Bonauentura: & hic quidem pauperum Apologiam (ſic enim inſcripſit) ille opuſculum edidit, contra impugnantes Religionem: cuius illud eſt initium, aptum omnino, & cauſa conueniens. Pſalm. 82. Ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos. *Quo loco illud præclarè, inter alia.* Quanquam Deus, cùm ſit omnipotens, vniuerſum humanum genus ad eam ſalutem, cuius cauſa conditum eſt, facilè per ſe adducere poſſet; tamen vt illam ſuauitatem, qua ipſius prouidentia in rebus omnibus delectatur, in hac quoque re omnium maximá, retineret, miniſtrorum etiam operam adhibere voluiſſe. Qui quidem, (*vt ait Paulus*) Dei adiutores eſſent. Itaque è contra, conſilium eſſe principis tenebrarum, qui Dei gloriæ, animarumque ſaluti aduerſatur; hos Dei miniſtros in tanto, tamque ſalubri opere diſturbare. *Ex quo illud eſt Gregorij.* Illos præcipuè reprobi in ſancta Eccleſia perſequuntur, quos multis conſpiciunt eſſe profuturos. *Atque hæc Sanctus Thomas. Quamquam hic quidem ſcriptis, Deus autem multo grauius, acerbiuſque, factis ipſi illorum impietatem confutauit. Guillelmus enim ab Alexandro IV. Pontifice, Romam euocatus in publico Cardinalium conſeſſu, vtraque familia pro ſua, Dei-que cauſa adnitente, conuictus, damnatuſque eſt, ac non ſolum liber in omnium conſpectu igni traditus, ſed ipſe quoque eius auctor, tum Eccleſiaſtici Ordinis functione, tum omnibus etiam reditibus exutus: atque inſuper à Ludouico Rege, tota Gl lia interdictus.*

Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis lib. 2. de Monachis cap. 45. hæc ſubſcripſit. *Oppugnauerunt enim* (inquit) *acerrimè Ordines Mendicantium: primo, Guillelmus de Sancto Amore, apud Antoninum part. 4. titul. 11. cap. 7. §. 5. Summa Theologica, &c.* Item to. 7. part 2. chrolonogiæ: vbi de Hæreſiarchis, ſub Alexandro IV. Pap. ad ann. 1254. ait. *Guillelmus de S. Amore, Doctor Pariſienſis, tempore Alexandri Pap. IV. odio Religioſorum mendicantium: docuit illicitum eſſe omnia relinquere, niſi quis cogatur, &c. Scripſerunt contra hanc hæreſim S. Thomas in Opuſculo contra impugnantes Religionem, & Sanctus Bonauentura in Opuſculis variis.*

Renatus Benedictus, Doctor Theologus, ac Lector Regius, in Academia Pariſ. in vita S. Ludouici Reg. Franc. *Eo tempore clarebat Albertus, cognomento Magnus ex Sueuia oriundus, & S. Thomas Aquinas: ac D. Bonauentura Generalis Cordigerorum: qui Ordines mendicantes valenter ſuſtinebant, contra quos impetum ferebat quidam Guillelmus à S. Amore, Doctor Pariſienſis, & Canonicus Beluacenſis: qui propterea hæreticus fuit denuntiatus per Alexandrum IV. Papam ann.* 1261.

Stephanus Paſquierus, lib. 3. diſquiſition. Franc. cap. 43. poſt med. hæc addit. *Quoniam nonnulli viſi ſunt latrare aduerſus nouos Religionum Ordines: nimirum, M. Guillelmus de S. Amore, M. Ioannes de Poulliaco: Ioannes de Meduno: contra 4. mendicantium Ordines declamantes: attamen eorum opiniones condamnata fuerunt.*

Henricus Spondanus S. R. E. Prothonotarius, in Auctario chronolog. ad Annal. Baronij, ſub an. Chriſti 1250. ait. *Circa hunc annum Guillelmus de S. Amore ſua diſſeminauit zizania, hoſtis Religioſorum mendicantium; propter quæ ab Alexandro Pap. IV. Innocentij IV. nunc ſedentis ſucceſſore, damnatus eſt, &c. de eius erroribus. Vide Bernardum Lutzemburg.* &c.

Thomas Vvaldenſis tom. 1. doctrin. fidei lib. 4. cap. 3. *Ammorhæi* (inquit) *omnes à Guillelmo de S. Amore, tanquam à fœtente puteo ebullientes, dicunt, ſcribunt, clamant, Chriſtum nunquam fuiſſe mendicum, vel pauperem.* Et cap. 22. de tribus errorib. circa laborem Monachorum. *Tum* (inquit) *ad alium errorem diuertamus, quem tuentur aliqui ſuperſtites, qui à capite hæreticorum, Guillelmo de S. Amore, Ammorrhæi, ipſum errorem traducunt ab Ammorrhæis vſque ad* Vviclef, &c.

Nicolaus Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchia: ſub columna Hæreſiarcharum, & ciuitatis Diaboli. *Guillelmus* (inquit) *de Sancto Amore, hoſtis voluntariæ paupertatis*, hæreſ. 157.

Vvarnetus in Faſciculo temporum, ſub Alexandro IV. Pap. ad an. 1254. *Iſte duos falſos libros condemnauit, loquentes contra mendicitatem, & Euangelium Chriſti.*

Lucas Vvadinghus tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1217. de eodem Papa Alexand. IV. ſcribens, ait. §. 6. *Hic Guillelmum de Sancto Amore damnantem ſtatum pauperum, cum ſua doctrina damnauit; & libellum, quem idem Guillelmus contra pauperes ediderat, in virgulto Domini Regis Franciæ, Pariſiis, ipſo Rege præſente, ſcilicet, Sancto Ludouico, publico tradi fecit incendio.* Quod & latius repetit tom. 2. ad ann. 1256. §. 30. & 31. tum ann. 1257. §. 6. vbi hæc addit. *In ſua pertinacia Guillelmum malè obiiſſe* (ſcribit Marianus lib. 2. cap. 22.) *atque inter hæreticos reponunt, qui de eis ſcribunt, Prateolus, Caſtro, Sanderus, cum aliis, pluresque eius referunt errores.*

Philippus à Peruſio, prouinciæ Tuſciæ Miniſter Prouincialis, in ſua epiſtola ad Gondiſaluum, generalem Miniſtrum, ſcripta circa ann. 1306. quæ extat M. S. apud præfatum Vvadinghum tom. 1. ſup. ad ann. 1217. §. 6. inter cætera hæc ait, de Alexandro IV. Pap. *Hic Guillelmum de Sancto Amore damnantem ſtatum pauperum cum ſua doctrina damnauit: & libellum, quem idem Guillelmus contra pauperes ediderat, in virgulto Domini Regis Franciæ, Pariſiis, ipſo Rege præſente, ſcilicet, S. Ludouico, publico tradi fecit incendio.*

Rodericus Santius, Epiſcopus Palentinus, part. 4. hiſtor. Hiſpan. cap. 5. ita ſcribit ſub Alphonſ. X. Rege Caſtellœ. *Huius Alphonſi X. temporibus præfuit Romanæ Sedi Alexander IV. natione Campanus, de Ordine Fratrum minor, qui in publico conſiſtorio comburi fecit quendam libellum, inter cætera continentem, Religioſos pauperes de eleemoſynis viuentes non fore in ſtatu ſaluationis; condemnauit qui dictum libellum, & auctorem eius, videlicet F. Guillelmum de S. Amore.* Sic Galleſius cap. 8. vit. S. Bonauentur. Rioche lib. 4. Compend. Tempor. 59. in hæretic. Iacobus de

Digitized by Google

Charon. in hiſtor. vniuerſal. Gall. ſeul Franc. cap. 134. ſub fin. Vbi teſtatur Guillelmum à S. Amore fuiſſe in exilium ablegatum, ob librum à ſe compoſitum aduerſus FF. Prædicatores & Minores, &c. qui & propterea Anagniæ, iuſſu Summi Pont. publicè combuſtus fuit. Vide Henricum Gandauenſem de Scriptorib. Eccleſ. Nicolaum Treuethum de de Regib. Angl. ad ann. 1256. Vvaſſeburgium in Antiquitat. Gall. Belgic. ſub Epiſcopis 58. & 59. Virdunenſ. pag. 375. & 378. Antonius in Chronic. Ordin. Prædicator ad ann. 1250. Petrum Thomam Saraceniũ, in Menologio Carmelitar. part. 1. ad 16. Maij in vita. B. Simonis Stoch. §. 18. Magnum Chronic. Belgic. ad ann. 1257. Louuet. lib. 2. Antiquitat. Beluacens. cap. 6. In Epiſcopo. 36. Choppinum. lib. 2. Monaſtic. tit. 1. §. 31. Belforeſtium lib. 4. Annal. Franc. cap. 14. & 20. Nangium ann. 1255. Galterium in Tabula Chronograph. ſæcul. 13. de hæreſ. cap. 3. Duplex To. 3. hiſtor Franc. ſub S. Ludouico IX. Reg. pag. 194. Bzouium ad ann. 1257. San-Agranum 2. part. lib. 3. colloq. 1. §. 3. & 5. Foderetum in Deſcript. prouinc. Burgund. pag. 420. Claudium Clementem in ſuo Muſæo lib. 1. ſect. 8. c. 4. vbi de 1. Laterario intercolumnio ad Aquilonem, quod è regione opponitur intercolumnio ſacrorum Bibliorum pag. 272. illic enim refert virorum inſignium icones intra Bibliothecam S. Laurentij Eſcurialis; apud Madritum in Hiſpania; vbi 12. loco Guillelmus à S. Amore locum quidem ſed ignominioſum, vna cum Clemente Marotio, & Caluino tenet: cuius loci inſcriptio eſt,

Captiui Telamones.

Guillelmus à S. Amore, hoſtis Religioſorum mendicantium, contra quorum paupertatem librum ſcripſit, quem SS. Thomas & Bonauentura ſcriptis egregiè confutarunt; & Alexander IV. prohibuit, auctore inſuper condemnato.

Deſiderius Longobardus & Girardus de Abbatiſ-Villa. Aduerſarij eiuſdem inſtituti Franciſcani, Authores condemnati & reprobati.

ARTICVLVS X.

§. 75. DEſiderius Longobardus, ſecundum obtinet locum inter eos qui Religioſæ paupertati aduerſati ſunt. *Huius erroris* (inquit Alphonſus de Caſtro lib. 12. auerſus hæreſ. verb. *Paupertas*, hereſi. 3. *Author fuit quidam Deſiderius Longobardus, tempore Alexandri Papæ huius nominis quarti: dicens, non eſſe licitum omnia pro Chriſto relinquere; niſi talem Religionem intret, quæ poſſeſſiones habeat; vel niſi talis ſit, qui de labore manuum ſuarum viuere poſſit. Eodem tempore fuit alius Guillelmus de S. Amore, qui Tractatum quendam ſcripſit contra Monachos mendicantes, præſertim contra Minores & Prædicatores, &c. contra hanc hæreſim Alexander IV. duo decreta edidit: contra illam ſcripſit bis B. Bonauentura: ſcripſit enim Apologiam de paupertate, & alium de paupertate Chriſti, contra præfatum Guillelmum, &c.*

Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis lib. 2. de Monachis cap. 45. ait. *Oppugnauerunt enim acerrimè Ordines mendicantium: primò, Guillelmus de S. Amore: apud Antoninum part. 4. titul. 11. cap. 7. §. 3. Summa Theologica. Secundò, Deſiderius Longobardus. Apud B. Thomam in opuſculo 19. &c.* Item tom. 7. part. 2. chronologiæ ad ann. 1254. ſub Alexand. IV. Pap. vbi de Hæreſiarchis. Inter quos illum recenſet poſt Guillelmum de S. Amore: dicens. *Quod idem Deſiderius Longobardus docuit; & addidit; non eſſe licitum inſtituere, vel ingredi Ordinem Religioſum, qui non habet poſſeſſiones, ſaltem in communi. Scripſerunt contra hanc hæreſim S. Thomas, in opuſculo, contra impugnantes Religionem: & Sanctus Bonauentura, in Opuſculis variis.*

Henricus Spondanus S. R. E. Prothonotarius, in auctario chronolog. ſup. ad ann. 1250. vbi deſcripta Guillelmi de S. Amore condemnatione: ſubdit. *Ac per id temporis in paupertatem Religioſam pari furore inuectus eſt, Deſiderius Longobardus; & æquè damnatus. De vtriuſque erroribus, vide Bernardum Lutzemburg.* &c.

Georgius Coluenerius, in notis ad B. Cantipratanum lib. 2. Apum cap. 10. numer. 23. Arnoldus Pontacus in chronic. Prateolus de hæret. verb. *Deſiderius Longobardu*. Sanderus hæreſ. 156. Genebrard. lib. 4. Chron. in Clement. IV. Ioannes Rioche in Compendio temporum, vbi de hæreticis, lib. 4. cap. 58. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 13. de hæreſ. item de Conuenientia hęreſ. veter. cum modernis, cap. 4. Vvadinghus tom. 2. Annal. minor ad ann. 1255. §. 4. & 1269. §. 8. vbi non ſolum inter hęreticos recenſetur: ſed & Hæreſiarcha appellatur: ex D. Thoma opuſcul. cap. 6.

Tertius ad eſt Giraldus de Abbatiſ-villa: prout §. 76.
ex ſequentibus patebit: ſic enim S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 6. vbi de D. Bonauentura 8. Miniſtro Generali totius ord. minor. ſcribit. *Hic Pariſius libellum pernicioſiſſimum, qui traditur fuiſſe Magiſtri Gerardi, contra Religioſos pauperes latrantem, per Apologiam, tam eloquenter quàm ſubtiliter confutauit. Qui Gerardus, datus in reprobum ſenſum, & ſi Doctor Theologicus, cùm linguam contra B. Franciſci, & Ordinis eius ſtatum, in blaſphemiam relaxaſſet, tanta (vt fertur) fuit diuina vltione percuſſus, vt paralyſi diſſolutus, & lepra reſperſus interiret: exemplum relinquens aliis, vt ſciant omnes Dominum Ieſum defenſorem eſſe pauperum ſuorum.* Quod confirmatur ex Lectionib. Breuiarij Franciſani diei quintæ infra Octauam S. Bonauenturæ, in 2. Nocturno ad Matutinas: hiſce verbis. *Vbi ſtrenuè decertans aduerſus venenoſas impugnationes temerariorum obtrectatorum, qui in Religionem mendicantium, ac in ſanctum virum impudentiùs ora ſoluerant, atque artificioſis calumniis velitabantur, ſola iuſtitia atque innocentia tutus, permanſit inuictus. Vbi etiam libellum contra Minores pernicioſiſſimum, à Magiſtro Giraldo de Abbatiſ-villa (vt putant) per Apologiam editum, non minus eloquenter quam ſubtiliter confutauit. Qui etiam Giraldus non longè poſt, iuſto Dei damnatus iudicio, meritas ſui ſceleris pœnas dedit, paraliticus, ac miſeranda lepra reſperſus, quibus ærumnis vitam finiuit.*

Hieronymus Platus de bono ſtat. Relig. in procemio, verſ. fin. qui poſtquam impia dicta factaque Guillelmi de S. Amore recitauit: Giraldum Pariſienſem Doctorem, ipſi amenti ac ſcelere parem produxit, hæc addens. *Gyraldus autem aliquantò etiam ſeueriori pœna affectus eſt, qui non ita multò poſt paraliſi primùm, deinde lepra, diuinitus immiſſa interiit: vt ipſa extreordinaria mortis fœditas, peccati quoque fœditatem oſtenderet.* Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis lib. 2. de Monachis cap.

Digitized by Google

45. inter eos, qui acerrimè oppugnauerunt Ordines mendicantium: tertio loco reponit Gyraldum de Abbatiſ-villa: quem vnà cum aliis egregiè confutat. Marcus Vlyſſiponenſ. Portuenſis Epiſcopus, 2. part. chronic. minor lib. 2. cap. 3. eadem refert, quæ ſuperius ex Breuiario Franciſcano tranſcripſimus: ſic Galleſius, Petrus Ribadeneira, in vita Sancti Bonauenturæ Epiſcopi S. R. E. Cardinalis 14. Iulij. Renatus Benedictus, Gazetus, & alij ibidem poſt Surium. Franciſcus de Fontanis, in Reſponſione ad petitiones cuiuſdam magni Prælati ſuper Hierarchiam Eccleſ. Ration. 4. §. 27. Yuo Pariſienſ. in Triumpho vitæ Religioſ. part. 1. cap. 16. San-Agranus Colloq. 1. lib. 3. part. 2. §. 5.

Latius de eo agit Lucas Vvadinghus tom. 2. Annal. minor. ad ann. 1269. §. 6. his verbis. *Nouus hoc tempore ortus eſt ſodalitij inimicus, qui tacito nomine, edidit volumen, cui hoc initium:* Tantum ſibi præſumptionis aſſumpſerunt quidam homines, &c. *In quo præcipuè partes agebat Guilielmi de Sancto Amore: & condemnatum à Sede Apoſtolica eiuſdem Tractatum improbè defendebat, &c.* Et infra. *Aduerſus hunc diffuſam & doctiſſimam ſcripſit Apologiam S. Doctor Bonauentura, nomen aduerſarij, vel ex modeſtia, vel ex ignorantia vbique reticeſcens: quod tamen poſteris vbique innotuit. Etenim vitæ Bonauenturæ ſcriptores, Chronica antiqua Minorum, & alij paſſim, temerarium & hæreticum hunc paupertatis calumniatorem, Giraldum de Abbatiſ-villa, Pariſienſem Magiſtrum fuiſſe conſpirant: cuius impietatem ad aliorum exemplum, adeò Deus vltus eſt, vt victus ac ſuperatus Bonauenturæ eloquentia, ſcribendi ſubtilitate, ac ratiocinandi ſoliditate, tandem paraliſi fœdè affectus, & lepræ ſordibus totus inquinatus, miſerrimè interierit,* &c.

Epiſcop. Robertus de Licio ſer. de Laudib. S. Bonauent. ord. min. poſt. med. *Nam ſcripſit libellum Apologia contra Gyraldum de Abbatiſ-villa; qui multa falſa de Religioſis, & Religionis ſtatu, diſſerebat: qui Gyraldus tandem leproſus mortuus eſt.* Extat tom. 7. operum D. Bonauent. in fin edition. Mogunt. 1609. ſic Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1257. §. 4.

De Erroribus Richardi Armachani, Religioſi Ordinis hoſtis.

ARTICVLVS XI.

§. 77. QVartus eſt, Richardus Armachanus. De quo S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 19. hæc narrat ad ann. 1357. *Quo tempore quidam Archiepiſcopus Armachanus, primas Hyberniæ, Auinioni in publico conſiſtorio multa propoſuit contra Religioſos mendicantes, & eorum ſtatus, ac priuilegiorum eorum abuſus. Inter quæ plurima fuerũt: quod mendicitas voluntaria propter Chriſtum aſſumpta erat culpabilis, illicita & damnoſa: item quod Chriſtus non mendicauit, nec mendicare conſuluit, ſed hoc prohibuit. Item, quod mendicare, eſt contra ius diuinum, contra ius naturæ. & contra ius poſitiuum. Item, quod cadens in peccatum mortale, non poterat in illo ſtatu Dominium alicuius rei iuſto titulo poſſidere. Item, quod audire Confeſſiones erat contra ſtatum Mendicantium, nec priuilegiis ad hoc datis poterant vti, ſine animæ ſuæ detrimento. Item, quod confeſſi mendicantibus vigore priuilegij Apoſtolici, tenentur nihilominus de neceſſitate ſalutis, ſemel in Anno curato confiteri; & ſi non ad obtinendum abſolutionem, ſaltem ad obſeruandum præceptum illud Eccleſiæ. Cap.* Omnes *vtriuſque, Iſta & multa alia per Angliam prædicauit. Cui Papa Innocentius dedit 4. Cardinales auditores. Tunc Religioſi contra ipſum proponunt multa erronea, & in fide ſuſpecta, quibus adhærens, tanquam hæreticus & excommunicatus debebat iudicari.* Quid autem exinde ſecutum fuerit declarat §. 20. ad ann. 1358. dicens. *Et anno ſequenti mortuus eſt prædictus Archiepiſcopus Armachanus, maximus mendicantium inimicus, iuxta promiſſionem factam B. Franciſco, & ſic quod latrabat contra mendicantes, fuit ſine deffinitione derelictum, tanquam quid inſanum & erroneum.*

Hieronymus Platus lib. 1. de bono ſtatus Relig. cap. 33. hæc habet. *Illuſtre etiam fuit, magno theatro ſpectatum, quod hoc in genere accidit, anno poſt Chriſtum natum, milleſimo ac trecenteſimo quinquageſimo ſexto, in Armachano Hyberniæ Primate: qui primum in Anglia, deinde Auenione, vbi tum Pontificia ſedes morabatur, in publico Cardinalium Conuentu, multa contra mendicantium ſtatum euomuit, quam cauſam cum obſtinatè vrgeret, non multò poſt è vita ſublatus eſt, & vnà cum ipſo, ipſius quoque criminationes ſepultæ.*

Marcus Vlyſſiponenſis, Portuenſis Epiſcopus, 2. part. chronic. minor. lib. 2. cap. 16. & 23 eadem refert, quæ D. Antoninus ſup. ſic & Toſſinianus lib. 2. hiſtor. ſeraphic. ſub Ioanne Buchio. Generali Ordin. minor. BeyerlincK. Tom. V. Theatri Vitæ Humanæ. verb. *Religioſus.* pag. 181. Bzouius Tom. 14. ann. 1356. §. 18. & ann. 1375. §. 18. Lucas Vvadinghus, Platum ſecutus, (quem in margine citat) præfata omnia diſertè enarrat tom. 3. opuſculor. D. Franciſci, Annotatione 3. in Collation. 20. hiſce verbis. *Hanc ſuæ protectionis curam oſtendit ſancta mater Eccleſia, defendendo humilem hanc familiam, multoties virga oris ſui percellendo maleuolos eius hoſtes, & iniquos detractores. Liberauit eam ſæpius à labiis iniquis, à lingua doloſa, & à verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrauit ei, & dedit in interitum inimicos eius in perpetuum. Guillelmum illum de Sancto Amore, qui teneram plantam voluit ſtatim, vt ſuccreuit, eradicare: & Gyraldum de Abbatiſ villa percuſſit ſuæ diſtrictionis virga, & impios illorum condemnauit libellos. Cum Richardo Rodulphi Armachano Antiſtite, & Hyberniæ Primate, acerrimo mendicantium hoſte, paulò poſtquam obſtinatè cauſam vrgeret in conſeſſu Cardinalium Auinione, è viuis ſublato, iniuſtas criminationes ſepeliuit. Moleſtos & infeſtos Minorum hoſtes, vile & opprobroſum hominum genus, Fratricellos & Begardos ſuppreſſit, & tum demùm ab omnibus ſuis inimicis deffendit,* &c.

Eundem Armachanum inter hæreticos recenſent Vvaldenſis to. 1. doctrin. fidei lib. 4. cap. 18. Guydo Carmelita, Sanderus, à Caſtro. Lutzemburgus: Prateolus: Griſaldus Peruſinus: Bzouius Tom. 14. an. 1360. ſect. 12. ac. ann. 1378. in fin. & tom. 16 ann. 1433. §. 166. Galterius ſæcul. 14. Yuo Capucinus. San-Agranus in Colloquiis curioſis part. 1. lib. 3. colloquio 1. §. 3. & 4. Balæus: Hoſpinianus lib. 11. de orig. Monach. Bucchingerus in Hiſtoria Eccleſiaſtica, vbi de Hæreticis numer. 45.

Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis to. 7. lib. de ſcriptor. Eccl. ſæcul. 14. ſub an. 1350. de eo

Digitized by Google

ſic ait. *Richardus Radulphus, Archiepiſcopus Armachanus vixit tempore Innocentij VI. Pont. & obiit ann.* 1 59. *ſcripſit libros* 19. *aduerſus errores Armenorum; ſcripſit etiam librum aduerſus Religioſos mendicantes, proparoechis: dicitur etiam ſcripſiſſe in lib.* 4. *ſentent. nec non libros de paupertate: & de intentionibus Iudaorum; & ſermones aliquot:* Obſeruatio. *Hic Auctor cautè valdè legendus eſt, præſertim lib.* 10. *contra Armenos, cap.* 4. 23. *&* 24. *& lib.* II. *cap.* 4. *ſerm.* 1. *&* 4. *in quibus locis multos errores habet de poteſtate presbiterorum: de paupertate Chriſti: & de ſtatu Religioſorum mendicantium. Conſulat lector Thomam Valdenſem, qui errores Armachani, & Ioannis* Vviclefi, *qui ab Armachano aliqua accepit, diligenter refutat: conſulat etiam ſi placet, quæ nos ſcripſimus lib. de Monachis cap.* 45. *&* 46. *Bellarminum ſequitur Mirag. de ſcriptorib. Eccleſ. cap.* 445.

Conſulamus, tanti Cardinalis conſilio, ea omnia Armachani dicta. Quod ad primum, de poteſtate Presbyterorum: contra eum errorem, inſurgit tum ipſe Bellarminus lib. 3. de Laicis capit. 8. vnà cùm ipſo Valdenſi, lib. 1. Doctrinal. fidei, cap. 60. & ſequent. & lib. 3. cap. 114. 115. & 139. Vide Nauarrum in Repetit C. Nouit. de Iudiciis. Notab. 3. parag. 59. tum Alphonſum à Caſtro, lib. 13. aduerſus hæreſes, verbo, *Sacerdotium*. hæreſ. 5. Prateolum, verb. *Armacanus*, & Galterium, in Tabula Chronograph ſæcul. 14. in conuenientia hæreſ. veter. cum modernis, cap. 10. Quo ad ſecundum, nempe de paupertate Chriſti: Bellarminus ſatis ſuperque totam rem enucleat, ac tuetur lib. 4. de Romano Pont. cap. 14. in Papa 35. Nicolao IV. ſic & Azorius 1. part inſtit. moral lib. 12. cap. 24. Coiffetellus in Reſponſione ad Myſterium Iniquitatis, ſup. in Alexand 4. Papa. Quo ad tertium, de ſtatu Religioſorum Mendicantium; ipſemet Bellarminus lib. 2. de Monachis, cap. 45. & 46. (poſt Vvaldenſem) ampliſſimé refutat Armachanum, cunctis obiectionibus ſuis doctè reſpondens: quem ſecuti ſunt Platus, ſup. lib. 1. cap. 9. lib. 2. cap 3 lib. 3. cap. 8. Azorius ſup. cap. 23. & 24. Item lib. 13. cap. 1. & 2. Lorinus tom. 1. Commentar. in Pſalm. 39. v. 18 Yuo Capucinus in Fœlicib. Euentib pietatis, ſeu Triumpho vitæ Religioſæ part 1. cap. 19. & part. 2. cap. 11. & ſequent. poſt S. Antonin. 4 part. Summ. Theolog. Titul. 12. cap. 3 & ſequent Item part. 3. Titul. 16. Ioannes autem XXII qui prius videbatur contrarius Decretali Nicolai III. & Clementinæ V. poſtea ſub vitæ ſuæ finem omnia reuocauit, quæcumque dixerat aut fecerat: vti declarauit Capitulum Generale Mechliniæ habitum, ann. 1499. pro Familia Ciſmontana Obſeruantina, ex Marco Vlyſſiponenſ. 2. part Chronic. Minor. lib. 8 cap. 42. Alphonſo de Caſa-rubea, in Compendio Priuileg. Frat Minor. verbo. *Paupertas*, Emanuel Roderico, Quæſt. Regular. tom. 3. quæſt. 29 Miranda in Manuali tom. 1. quæſt. 28. Corduba in cap. 6. Reg. Minor. Ioanne Rouſſerio ibidem, ad cap. 1. eiuſdem Regul. & cæt.

Ioannes Clopinel: Ioannes Vviſclef: *Franciſcus Rabelæſius; & alij aduerſarij impij. ac ſceleſtes viri.*

ARTICVLVS XII.

QVintus eſt Ioannes *Clopinet*, ſeu *Clopinel*, de Meduno *de Mehun*: qui vixit temporibus Philippi IV cognomento Pulchri, Regis Franc. Guillelmus de Lorreyo, *de Lorry*, ſub Regno S. Ludouici Regis Franc. Incœperat opus, eo prænotatum titulo Gallico, *Le Roman de la Roſe*, Romancium de Roſa. Quod quidem ad finem deduxit, 40 pòſt annis expletis, præfatus Ioannes *Clopinel*, ex Paſquiero lib. 7 Diſquiſition. Francicar. cap 3. & lib. 8. cap. 3 atque Theueto lib 6. viror illuſtr cap 91. Guillelmum de Sancto Amore, & alios ſequutus; in Inſectandis Religioſis Mendicantibus, multùm inſudauit: qui omnes (vti ſuperius retulimus) à Sede Apoſtolica fuere condemnati. Miratuti millies ipſemet *Paſquierus*, qua fronte, & ratione attentarint ijdem Guillelmus de Sancto Amore, & Ioannes Clopinellus: præfatos Ordines tot dicteriis oblatrare: eorumque inſtituta ſic abhorrere: ob paupertatem profeſſam tam in generali, quàm in particulari, quorum mendicitatem ſummè extollit ac laudat: & quia hic Author Neotericis, atque Antagoniſtis, ſeu Monaſticomaſtigibus placet, damus copiam illum legendi lib. 3. ſup. cap. 19. nam quo ad *Romancium de Roſa*, opus eſt nepharium, & lectione indignum: iureque Gerſon 4. part. oper. calamum aduerſus illud ſumpſit. §. 78.

Sextus eſt Ioannes Vviclef, hæreticus condemnatus, cum ſuis 45 articulis contra Religioſos maximè Mendicantes, in Concilio Conſtantienſi, ſeſſ. 8 quapropter ijs immorandum haud dignum duxi: cùm & *Vvaldenſis* ea omnia copioſiſſimè refutarit. Addidit autem Viclef, eos, qui Religiones inſtituerunt, videlicet SS. Auguſtinum, Benedictum, Bernardum, Franciſcum, Dominicum, & cæt. fuiſſe damnatos, eo quòd Religiones inſtituerint, niſi fortè de hoc pœnituerint: vt teſtantur Bellarminus in præfation ad lib 2 de Monachis. Alphonſus à Caſtro lib. 10. aduerſus hæreſes, verbo *Monachatus*. Syluester Lauallenſis de Iuſtis magnitudinib. Eccleſ. Roman. lib. 3 cap. 3. parag. 2. Certè cùm obijceretur Armachano, ſpontaneam pro Chriſto mendicitatem, ac paupertatem eſſe Deo gratam & meritoriam: quandoquidem ſancti Alexius, & Franciſcus, viri ſanctiſſimi, ab Eccleſia Catholica canoniſati, eam amplexati ſint, & vſque ad obitum ſummè excoluerint: reſpondere minimè erubuit, illos, quòd litteras, ſacramque ſcriptutam, mendicitati contrariam ignorarent, excuſatos fuiſſe à peccato mortali, ac de hoc pœnituiſſe: quid magis impium, aut falſum dici poteſt? & tamen neotericis quibuſdam ita placet: vt proximis annis elapſis, operam dederint pro impreſſione illius Tractatus Armachani contra Religioſos Mendicantes: quem (vt dicunt) è quodam veteri M. S. Bibliothec. Victorianæ Pariſ. extractum in lucem emiſerunt: vbi circa finem, præfata verba leguntur. Nec tamen mirandum! cùm iuxta Bellarminum, ſup. de Scriptor. Eccleſ. Ioannes Vvi- §. 79.

Digitized by Google

clef, erronea non parua ab ipſo Armachano acceperit.

§. 80. Septimo in loco, ſunt Lutherus, Caluinus, Brentius, Eraſmus, Petrus Martyr, Melanchton, Centuriatores Magdeburgenſes: alijque Hæretici, Schiſmatici, & falſi Chriſtiani: qui omnes in hunc quoque lapidem impingunt. Hos etenim docuerunt, Vualdenſes, Guillelmus de Sancto Amore, & Ioannes Vuiclef: pro vt notat Syluester Lauallenſis, ſup. Et quid mirum? Ambulauerunt quippe vt, cæci, quia Domino peccauerunt. Sophon. 1. verſ. 17. Domino, inquam, Altiſſimo, & omnipotenti: qui tales Ordines Mendicantium, & eorum inſtitutores, atque alumnos: tot ſignis atque prodigiis illuſtrauit: vt & in terris totius ſanctitatis ſpecimen ediderint, & in cœlis non vulgaris gloriæ agmen compoſuerint. Nec Moror, Franciſcum Rabelæſum: quippe, qui (vt ex alijs loquar) nil aliud ſtuduerit, niſi vt lutulenta ſus, cum quouis, in omni voluptatum genere, maximè comeſſationibus & ebrietatibus, ſine vlla intermiſſione volutaretur. Cui ad abſolutam improbitatem nil deeſſe poteſt: cuique; neque Dei metus ineſt, neque hominum reuerentia. Qui omnia Diuina humanaq; proculcat, & ludibrio habet. Quis Diagoras magis de Deo præpoſterè ſenſit. Quis Timon de rebus humanis pejus meruit. Qui miſeras etiam chartas nefandis ſcriptionibus polluit, venenum vomit, quod per omneis longè lateque regiones diſpergat: maledicentias & conuitia in omnes. paſſim Ordines iactat, Religioſos cœtus cauillari peritiſſimus; bonos, viros, ac pietatis ſtudia, honeſtatis item iura proſcindit; homo impius, & impurus, impotenterque dicax, & improbitatis inuictiſſimæ; bonorū morum, publicæque honeſtatis labes, turpitudinis nota inuſtus; irriſorū princeps, & ſannio præcipuus; vir omnium horarum, Baccho Temulentior; Lucianus alter & Cynicus: cui ſomnus & ingluuies: Bacchus ac Venus, Iocúſque pars ſibi inæternum. Inter perditos nebulones primarius, Scurra, Naſutus & Comædus inſignis; ſine fide, abſque Religione; Apoſtata, Sacrilegus, Hæreticus, Athæus. Profeſſione Franciſcanus extiterat, ſed quaſdam ob ſimultates, ſcenaſque curiales, aufugit: tum Benedictini Ordinis ſchemate ſuſcepto, ab eo etiam deſciuit: poſtea ſæcularis preſbyter Decurio, ac tandem medicus profanus euaſit: vanis, & nugis adeò aſſuetus vt etiam moriens, ridere & iocari videretur: cuius ſalus valde incerta, & ſepultura obliterata. Eius libros cenſoria Eccleſiæ animaduerſione prohibitos eſſe, Index Concilij Tridentini, teſtatur: & ipſum Rabelæſum in prima claſſe; In deteſtationem illius, repoſitum: vt propterea, merito, pudeat, Antonium Regium, in ſuo *Ludo Meudoniano*: Rabelæſi partes tueri. Qua de re. Ronſardus, in ſuis Epitaphijs. De *Baif*, ibid. Stephanus Paſchaſius. lib. Tumulor. Ioachimus Bellayus, ibid. ſub nomine, *Pamphagi medici*. Thuanus. lib. 6. commentar. hiſtor. Verdierus. in Bibliotheca. Franciſcus Hotomanus, Volumin. 1. in Orationes Ciceronis, Ioannes Thomas. Freigius. ibid. in Oratione pro Roſcio Comædo. Gabriel Putherbæus. in Theotimo, ſeu, Diſputatione, de Tollendis malis libris. Pontus Thyardeus, Cabillonenſ. Epiſcop. lib. de Recta nominum impoſitione. Petrus Claudius Clemens, in ſuo Muſæo, ſeu Bibliotheca lib. 1. ſect. 8. cap. 4. Garaſſus. lib. 7. *Doctrina Curioſa*, ſect. 17. §. 4. Item. lib. 8. ſect. 10. §. 4. & v. poſt Ioannem Renodæum, Mathurinum Renier, Ioan. Riolanum, &c.

Nouiſſimi, Director ſpiritualis, & examen proloquij libri. R. P. Iuonis latè confutantur.

ARTICVLVS XIII.

Denique hoc vltimo ſæculo, noui recenteſque §. 81.
venerunt: qui quemadmodum patres eorum conuerſi ſunt in arcum prauum, contra Religiones Mendicantium, ſed præcipuè aduerſus Seraphicum Ordinem. At in vanum laborauerunt, arcus quippe eorum confractus eſt: Rationes, futiles: argumenta ridicula: librorum vis eneruata: perijtque memoria eorum cum ſonitu. E contrario autem veritas ſtetit: & tempus omne nubilum diffugit. Primùm quidem prodiit ann. 1631. Pariſiis, liber, cui titulus aderat, *Director Spiritualis, &c.* illi autem oppoſitus eſt Lutetiæ, ann. 1632. Tractatus eruditiſſimus, eo prænotatus Elogio. *Fœlices pietatis ſucceſſus, ſeu vita Religioſa triumphus, &c.* à R. P. Iuone *Pariſienſi*, Capucino, compoſitus: viro certè magnatum litterarum, & de Religione optimè merito. vide Corbinum. lib. 8. ſanctæ Franciad. pag. 187. Duo Tyrones aduerſus eum conati ſunt linguas ſuas acuere: vnus Anonymus, & alter, ementito nomine *Matthæus de Plis*, vocatus. Quales autem ij fuerint Monachomaſtiges, paucis aperiemus. Primus libellus Anonymus intitulatur: *Examen proloquij libri P. Iuonis Pariſienſis, Capucini, &c.* ann. 1633. indignus certè nomine: quippe qui careat, Doctorum approbatione, Regia licentia, impreſſoriſque officina: refertus autem ſit erroribus non paucis, falſitatibus, detractionibus, & conuitiis, Lemanicumque ſentiat odorem: pro Guillelmo de Sancto Amore, Gyraldi de Abbatiſ-villa, &c. necnon Richardi Armachani patrocinium ſuſcipit: ſeu horum inſanum & impium errorem, iam ab Eccleſia condemnatum, & ſepultum reſſuſcitat: ſibi impunè perſuadens, hoc fauſtè ceſſurum: ſed meræ næniæ ſunt & nugæ. Cupit. fol. 12. pag. 2. harum conteſtationum hiſtoriam ea noſtra ætate prodire in lucem: Ecce R. P. Lucas Vuadingus, Hybernus natione, Romæque manens: vir Religioſiſſimus (vt inquit) & Franciſcanus, fol. 8. pag. 1. Author illi gratus, deſideriis ſuis fauet: legat, quæſo, ſecundum Tom. Annal. Minor. ad annum 1251. parag. 34. 1254. parag. 2. ipſius labore editum: & luculentiſſimè iuxta hiſtoriam reperiet: quales fuerint, quidve egerint, qua de re à Sede Apoſtolica damnati extiterint.

Quantum verò ad Armachanum: cuius conten- §. 82.
dit ſanctitatem, ex quadam Bulla Bonifacij IX. ſuper illius canoniſatione, quam idem R. P. Vuadinghus Roma miſit in Hyberniam, ad Epiſcopum Oſſorienſem: eidem Vuadingho, fidem habeat, neceſſe eſt: qui, quid de Armachano ſenſerit, poſt Platum, Sanctum Antoninum, &c. ſuperiùs parag. 73. retulit. Aſſerit Armachanum fuiſſe canoniſatum per præfatum Summum Pont. quòd prætenſa ſua Bulla reticet, & nos omninò negamus. Neque enim in aliquo Martyrologio annotatur; neque Thomas *Meſſingham*, Hybernus in ſuo Florilegio

Sanctor.

Digitized by Google

Sanctor. Hyberniæ Lutetiæ ann. 1624. Edito. illius meminit! nec vlla ipſius memoria in aliquo loco, vel æde, aut Eccleſia extat. Innocentiam cauſæ Armachani contra Fratres Minores prætendit: ex eo quod Auenione in conceſſu publico Cardinalium coram Papa Innocentio VI. partes ſuas tutatus ſit egregiè, abſque vlla reprehenſione, ſeu cenſura vel condemnatione. Gratis quidem id aſſeritur, ſed minimè gratis refellitur. Legat S. Antonin. alioſque Authores ſuperiùs parag. 173. à nobis allatos: & conſpiciet, quatuor Cardinales fuiſſe à Summo Pontifice deputatos, pro auditione partium: interimque mortuo ipſo Armachano, rem derelictam fuiſſe ſine deffinitione, atque cum ipſo iniuſtas eius criminationes ſepultas eſſe. Nam Religioſi contra ipſum proponebant multa erronea, & in fide ſuſpecta quibus adhærens tanquam hæreticus & excommunicatus debebat iudicari: quæquidem, ſi non fuiſſent vera, aut probata, Religioſi condigna pœna mulctandi fuiſſent, à qua tamen immunes redditi ſunt: memoria verò Armachani & eius doctrina malè habita, & inter erroneas recenſita: quam & Tractatu præclaro confutauit, Galfridus Hardeby, Angelus, Monachus Auguſtinianus, teſte Geſnero; poſt Magiſtrum Petrum, Minoritam; iuxta Riocham lib. 4. compend. Tempor. cap. 60. in Hæretic. Itemque Rogerium à Chonnoè, ex San-Agrano, ſup. lib. 3. & Poſſeuino in Apparatu Sacro. ac Vvadingho. Tom. 4. ſup. ad ann. 1357 §. 4.

§. 83. Ab Armachano ad Guillelmum de Sancto Amore tranſit ille Anonymus: quem ſæpè appellat, ſed non probat, virum doctrina, pietate, & ſufferentia inſignem: fortem Chriſti Athletam: canem gregis Domini fideliſſimum: qui nil ſcripſit contra ſanctæ Sedis honorem & authoritatem: quique ab Epiſcopo Pariſienſi declaratus innocens, Vniuerſitas Pariſienſis mox vt patronum amplexata eſt. Cuius Guillelmi deuotio tunc innotuit circa Sacramentum Euchariſtiæ: ac Deiparam Virginem: cuius immaculatæ Comceptionis ſingularis extitit Promotor: qui tandem in pace obijt, intra ſinum ſanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ, gremiumque almæ Vniuerſitatis Pariſienſis Hæc ille à fol. 8. & ſeq. At horum Antitheſim videamus.

§. 84. Conſtat imprimis præfatum Guillelmum de Sancto Amore condemnatum fuiſſe à Sede Apoſtolica: tum, propter multiplices culpas, & grandes offenſas, quas temerariè commiſit: tum propter libellum valdè pernicioſum, deteſtabilem, iniquum, ſceleſtum, & execrabilem: libellum, inquam, non veritatis, aut eruditionis: ſed mendacij & derogationis: non monentem vel inſtruentem: ſed mordentem & fallentem. Continentem quædam peruerſa & reproba contra poteſtatem & authoritatem Romani Pont. & Cœpiſcoporum ſuorum. Nonnulla contra illos, qui propter Deum ſub arctiſſima paupertate mendicant: mundum cum ſuis opibus voluntaria inopia ſuperantes: vnde ſeminarium ſcandali & diſpendium animarum euaſit. Nec non & alia plura inconuenientia, digna vtique confutatione ac confuſione perpetua. Ea propter Summus Pontifex hunc libellum reprobauit, & inſtructiones ac documenta in eo tradita, vt potè praua, falſa, & nefaria, de Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium Conſilio, authoritate Apoſtolica, in perpetuum condemnauit, & comburendum decreuit: ſub pœna excommunicationis. Si quis verò præſumpſerit prædictum libellum ore Apoſtolico damnatum approbare, vel quomodolibet defenſare: tanquam contumax, inobediens, & rebellis Romanæ Eccleſiæ ab omnibus fidelibus habetur. Hæc omnia ex Bullis Alexandri Pap. IV. ſuperius allatis. Quarum nonnullæ extant ad Regem Franc. aliæ ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Galliæ: maximè ad Epiſcopum Pariſienſem, cui præcipit, vt ſuas haſce Epiſtolas & litteras Apoſtolicas, Pariſiis, publicè in Eccleſiis, aliiſque in locis, coram clero & populo, fideliter exponat: ac præfatum libellum deteſtabilem, quem nuper Romæ cremari fecerat, faciat conuocatis Magiſtris & Scholaribus Pariſ. publicè coram omnibus igne cremari: Auxilio ſancti Regi Ludouici ad præmiſſa, ſi opus fuerit, inuocato. Ille igitur peſſimus liber, coram ſancto Rege combuſtus fuit. Tunc Guillelmus de Sancto Amore in Italia manſit, ab ingreſſu Regni Franciæ perpetuò pulſus, beneficiis abdicatus, & Magiſterio priuatus: ad eumque ſcribendi facultas è Gallia denegata ſub excommunicationis pæna: cuius mandati tenor Epiſcopo Pariſienſi eſt directus: ſicque multis miſeriis & ærumnis confectus, malo fine, vitam terminauit. Teſte Mariano, Riocha, Vvadingho, &c. ſup. poſt Piſanum.

Porro, de Guillelmi præfati deuotione circa inſtitutionem feſti Auguſtiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, §. 85.
purum commentitium eſt ac chimericum: nulla etenim de ea re fit mentio in ſuis libellis, ſeu opuſculis, quæ M. S. Andegaui habemus, in Bibliotheca noſtri Conuentus Balmetenſi Recollector. Cauſa inſtitutionis tanti feſti conſpicitur in Bulla Vrbani IV. Pap. Galli: cuius officium compilatum fuit per SS. DD. Thomam, & Bonauenturam. Quantum verò ad Conceptionem immaculatam Virg. omninò ridiculum eſt. Nam eo tempore Conceptio immaculata Dei paræ haud admiſſa erat ab Vniuerſitate Pariſienſi: imò contra illam decretum egerat: teſte Alberto Magno in 3. ſentent. diſt. 3. quæſt. 1. art. 2. quod tamen decretum conſtanter poſtea reuocauit: vti ſcribit Bacchonus, ibuid. quæſt. 4. art. 3 ann. 1346. vetuitque, ne quis deinceps contrarium doceret. Circa verò annum 1385 inſtituit vt quilibet Doctor, iuramento præſtito, eam immaculatam Conceptionem, tueri teneretur, feſtumque de ea agere quotannis. Vide Paulum Venetum tract. de pura Concept. Bernardinum de Buſtis ſerm. 8. de Conception. Antonium Cucarum in Elucidario Virg. part. 2. &c. Poiræum in Triplici Corona Virg. tract. 1. cap. 8. paragraph. 1. numer. 32. & 33. Ioannem Benedictum, in Epiſtola Liminaria ad B. Virginem Mariam, initio Summæ de peccatis appenſa.

Qualiter hic Anonymus prædictis reſpondere nititur: aut quo diuerticulum quærit? conſpice. S. Doc- §. 86.
trinæ falſæ & erroneæ Guillelmi de Sancto Amore opponimus ſanctos viros D. Thomam, Doctorem Angelicum, & D. Bonauenturam, Doctorem Seraphicum, qui illam ampliſſimè ſuis ſcriptis ac verbis refutarunt, videntur ſibi repulſam mereri in hac materia: quia & ſi eximij ſanctiq; viri extiterint, nihilominus infirmitas humana eos reddidit minus conſpicuos, in iis, quæ ad Ordines ſpectabant, fol. 2. pag. 2. Si alios Authores in medium adducimus, hos partiales vocat ac reijcit, fol. 9. pag. 2. & ſeq. Si Summi Pontifices, condemnato præfato Guillelmo, Ordines Mendicantiũ miris laudibus extulerunt, atque in protectionẽ Sedis Apoſtolicæ ſuſceperunt, necnon multis priuilegiis eos munierunt: Reſpondet, Pontifices Romanos nimis fauiſſe cauſæ eorum: vel tunc Cardinales, ipſorũ Religioſorũ fautores & amicos; ſeu etiam

ſ

Digitized by Google

[illegible], ad nutum Summos Pontifices deflexiſſe: & Epiſcopos Ebroicenſem, Pariſienſ. &c. (quibus [illegible] ſuas litteras Apoſtolicas pro ipſis Mendicantibus demandabat) partes Religioſorum ſuſcepiſſe, fol. 10. pag. 2. Si Mendicantes virtute Diplomatum Pontific. concionantur, Sacramenta Confeſſ. & Euchariſtiæ adminiſtrant, &c. Reſpondet, hæc ab ipſis attentari virtute propria, fol. 13. pag. 1. Si doctrina Guillelmitica, refutatur, tanquam falſa, impia, & erronea: Repondet, illam non tam eſſe ipſius Guillelmi, quàm totius Eccleſiæ Gallicanæ, Vniuerſitatiſque Pariſienſis, fol. 14. pag. 2. Si ſermo eſt de libello nephario ac ſceleſto ipſius Guillielmi: ſubtiliter ac confeſtim intermiſcet Tractatum peſſimum *de Euangelio æterno*, quem vult à Religioſis circa hęc tempora fuiſſe compoſitum: quaſi miſerorum conſolatio ſit habere pares, fol. 13. pag. 2. & ſeq. ſed de eo *Euangelio æterno*, ſuo loco inferius, ad diem 19. Martij, parag. 11. Si S. Ludouicus Rex, Fratres Minores atque Prædicatores ſummè ac piè excoluerit, Guillelmum verò à ſuo Regno exulare cœgerit, immò ea de re ad Summum Pont. ſcripſerit, librumque ipſius Guillelmi coram ſe igne cremari publicè permiſerit ac iuſſerit: Reſpondet, eos hoc tempore haud fuiſſe à Rege ſubleuatos, nec illis opem penitus tuliſſe: nec, quòd Guillelmus Gallia pulſus ſit, probare poſſe. fol. 15. & 18. Si denique, fabulam vertamus, quæratur ab eo, quibus innitatur fundamentis? dicet, ſe, ab hiſtoria temporis, aliiſque Authoribus fide dignis, nec partialibus, ea accepiſſe, fol. 9. pag. 1. ſed quorum nomina ignorantur & ſcripta: quos nec vnquam citat, legit, aut vidit, niſi in Calendario Græco.

§. 87. Quid plura? valdè conqueritur iſte Anonymus, quòd ſuus Guillelmus de Sancto Amore, hæreticus dictus ſit & appellatus à nonnullis: at ſtomachari deſinat. Legat attentè Bullas condemnationis ſui libelli, ſuperiùs allatas: tum 45. articulos Ioannis Vviclef condemnatos, in Concilio Conſtantienſi: & certo certius inueniet, vnde ipſum Guillelmum hæreſis inſimulet. Rectè itaque inter hæreticos illum recenſuerunt B. Thomas Cantipratanus, D. Antoninus, Pratcolus, Alphonſus à Caſtro, Sanderus, Bellarminus, Galterius, Carion, P. Matthæus, Dupleix, Thomas Vvaldenſis, Renatus Benedictus, & alij, ſup. parag. 74. Tum. Bernardus Luxemburgus in Cathalogo Hæretic. littera. v. Oſiander. Centuria. 13. pag. 367. ante med. A Vidianus de Euchariſtia. lib. v. fol. 167. Coccius. lib. 4. Tom. 2. de Vita Monaſtica. art. 2. & 3. Nicolaus Vignier. in hiſt. Franc. &c. La Peyra. in Chronico. Quare Petrus Camus part. 1. De Opere Monachor. cap. 12. parag. 1. & cap. 16. parag. 4. Præfati Guillelmi de Sancto Amore, Deſiderij Longobardi Giraldi de Abbatiſvilla, Armachani, &c. ingenuè fatetur errores: quos reijcit: part. 4. Directoris ſpiritualis, &c. cap. 2. poſt. med. & Tract. de Paupertate Euangel. cap. 8. & 23. tract. de Expropriatione Clauſtrali, cap. 48.

§. 88. Cupit ac valdè exoptat, omnes peccatores, ſceleſtos, peſſimos, erroribus, ſchiſmatibus; ac hæreſibus deditos, vt Fratres, apud nos haberi & dici: quod ſi Patres Orthodoxi nonnunquam aliter egerunt; hoc fuit, inquit, ex zelo ſingulari, qui ex infirmitate oriebatur, fol. 22. Scio equidem hos omnes, licet perditiſſimos homines, ita auere: At non ſic Eccleſia Catholica, quæ ſemper diſtinctionem tenuit inter bonos & malos: filios obedientes, & diſcolos ac contumaces. *Si quis* (inquit D. Ioannes 2. verſ. 10. & 11.) *venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis: qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis, &c. Hæreticum hominem* (ait B. Paulus, Tit. 3. verſ. 10.) *Poſt vnam & ſecundam correptionem, deuita.* Item Roman. 1. verſ. 32. *Quoniam, qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Vide Baronium tom. 4. ad annum 368. numer. 13. Quorſum autem iſte Anonymus talia meditatur? quia Guillelmi de Sancto Amore, Deſiderij Longobardi, Giraldi de Abbatiſ-villa, Richardi Armachani, Clopinelli, Vviclefui, Lutheri, Caluini, Brentij, Eraſmi, Melancthonis, Petri Martyris, &c. patrocinium ſuſcipit, vel eorum argumentis vtitur aduerſus Mendicantes Ordines: quorum ſeriem inuenies apud Bellarminum (poſt B. Alexand. Alenſem 4. part. quæſt. 107. & 108. & Thomam Vvaldenſem) lib. 2. de Monachis. Nihil enim mouet, ſcribit, Religioſiſque obijcit: quod hic Cardinalis Illuſtriſſimus doctiſſimè iam non confutauerit. Denique, quo ad Hiſtoriam, ſolo Matthæo *Pariſio*, Monacho Anglo, vſus eſt, qui tamen ann. 1250. non exceſſit: cùm autem editus ſit ab hæreticis Tigurinis, multa ſine dubio, ab illis addita ſunt, tum in ipſa Pariſij hiſtoria, tum in eius Continuatore: ad inuidiam conflandam Religioſis, totique Eccleſiæ Romanæ. Qua de re conſule Bellarmin. tom 7. de Scriptoribus Eccleſiæ ſæcul. 13. ad annum 1245. Baronium tom. 12. Annal. ad annum Chriſti 1197. & Vvadinghum tom. 1. Annal. Minor. ſub ann. Chriſti 1231. parag. 35. Cum Matthæo Pariſio iunxit Chronicam Normanniæ Anonymam ipſe Anonymus: ſed qualem veritatem illi adhibendam putares: vbi omnia, circa hæc tempora, confuſione ſunt plena! teſtantur ea, quæ nuper ad parag. 53. retulimus: Obitum Guillelmi de Sancto Amore ponit, ſub ann. 1258. quem tamen Anonymus adhuc viuentem facit ann. 1266. fol. 19. pag. 1.

Pergit Anonymus, dicitque, fol. 133. pag. 1. §. 89.
Religioſos, & Ordines moderni temporis in eſſentialibus differre ab antiquis: quod eſt veritati contrarium, vt contueri liquet ſuperiùs, parag. 14. Deinde, Titulum ſanctitatis vitæ Religioſæ conatur adimere. fol. 137. pagin. 1. quam Summi Pontifices eo exornarunt, ſup. parag. 13. 14. &c. Diſplicet ei, vitam Religioſam, expreſſam dici imitationem vitæ Chriſti, fol. 149. & ſeq. quam priſci Patres ita cenſuerunt appellandam, & Pontifices Romani approbarunt: vide ſup. parag. 13. &c. Diſſerit de imperfectione & culpis aliquorum Regularium: cui reſpondemus illud D. Auguſtini in Pſal. 132. *Non perit Fraternitas pia, propter eos, qui profitentur quod non ſunt. Tam ſunt enim Monachi falſi, quàm & Clerici falſi, & fideles falſi.* Denique impugnat, denegatque auxilia quæ præſtant Eccleſiæ, tanquam piæ Matri, Ordines Religioſi Mendicantes: ſed perperam, nam multitudo Bullarum Summorum Pontificum, teſtimoniorum probatorum, Authorum, à nobis hucuſque allatorum, oppilabit os eius. Tandem, vt ſermoni finem imponeret, omne virus in S. Franciſcum euomuit.

Singulari etenim audacia, perfrictaque fronte deridet, improbat ac reijcit vnà cum Authore Directoris Spiritualis, part. 1. cap. 7. ac Tract. de Expropriation. Clauſtrali, cap. 32. & Matthæo. *Plus*, in §. 90.

Digitized by Google

Triumpho Virtut. part. 1. cap. 9.) illam viſionem, quam Innocentius III. Papa, de Sancto Franciſco habuit in ſomnis, pag. 201.202. ac 203. Ex eorum certè numero, quorum meminit Iudas Apoſtolus. *Hi autem, quæcumque quidem ignorant, blaſphemant.* Si ignorantiæ latebris detentus, rem minimè capiebas: cur mentis tenebras, veritatis fulgore, procul non fugaſti? At *qui malè agit, odit lucem,* inquit D. Ioannes 3. verſ. 20. Porrò huiuſmodi teſtes maximè aues: Audi S. Bonauenturam cap. 3. vit. D. Franciſc. de præfato Summo Pont. ita loquentem. *Chriſti Vicarius, cùm diligenter audiſſet, miratus eſt valde, & indubitanter Chriſtum loquutum in homine recognouit: ſed & viſionem, quam tunc temporis è cœlo perceperat, in hoc vero fore complendam, ſpiritu Diuino ſuggerente firmauit. Videbat namque in ſomnis (vt retulit) Lateranenſem Baſilicam fore proximam iam ruinæ, quam quidam homo pauperculus, modicus, & deſpectus, proprio dorſo ſubmiſſo, ne caderet, ſuſtentabat. Verè, inquit, hic eſt ille, qui opere & doctrina, Chriſti ſuſtentabit Eccleſiam, &c.* Huic veritati fidem adhibent S. Antoninus 3. part. hiſtor. Titul. 24. cap. 7. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 1. & 9. part. 2. S. Bernardinus Senenſ. tom. 3. ſerm. 60. cap. 3. art. 1. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 23 Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Clicthoueus ſerm. de S. Franciſc. Viegas Commentar. in Apocal. cap. 3. Commentar. 2. ſect. 3. parag. 4. Boſius lib. 7. de Signis Eccleſ. cap. 1. Platus lib. 2. de Bono ſtat. Relig. cap. 30. Sedulius Commentar. ad vit. S. Franciſc. cap. 3. parag. 8. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. parag. 13. Franciſcus à Fontanis in Reſponſion. ad petitionem. Magni prælati, Ration. 3. §. 17. Corbinus ſup. lib. S. pag. 70 Grauina. *In voce Turturis.* part. 2. cap. 12. Griſius de Clericis Regularibus ſection. 14. §. 61 Binetus de ſupremis perfectionibus virg. cap. 30. pag. 751. Bachotus in faſtis Chriſtianis ad 16. Ianuari. Oſorius ſerm. de S. Franciſco. Salazar lib. 1. Chronic. prouinc. Caſtellæ, cap. 13. Iuo Capucinus part. 1. Triumphi vitæ Relig. cap. 18. poſt med. Nigronus Commentar. in Regul. Commun. Societat. Ieſu, in Titul. part. 3. parag. 23. Ribadeneira, Gazetus, & alij in vita S. Franciſci. Quod & tanti fecit Sancta Eccleſia Catholica: vt id cunctis fidelibus propoſuerit venerandum, decantandumque 4. Octobr. in Lectionibus ſecundi Nocturni, ad Matutinas, in feſto S. Franciſci, apud Breuiarium Romanum. Hinc., vbi de materiali ædis Lateranenſ. reparatione agendum fuit, per Nicolaum IV Papam, Franciſcanum, ann. 1271. eadem viſio deſcripta cernitur. Verſibus licet impolitis, in abſida templi è Muſiuo exaratis: pro vt referunt Panuimus de Eccleſ. Lateranenſ. & Vvadinghus ſup. parag. 14. tum tom. 2. ad annum 1291. parag. 15.

Tertius Eccleſiæ Pater Innocentius hora,
Qua ſeſe dederat ſomno, nutare ruinæ
Hanc videt Eccleſiam, mox vir pannoſus & aſper
Deſpectuſque humerum ſupponens, ſuſtinet illam.
At Pater euigilans, Franciſcũ proſpicit, atque
Verè eſt hic, inquit, quem vidi: iſte ruentem
Eccleſiamque, fidemque feret: ſic ille petitis
Cunctis conceſſis liber latuſque receſſit.
Franciſci proles primus de ſorte Minorum
(Hieronymus quarti Nicolai nomine ſurgẽs)
Romanus Præſul, partes circunſpicit huius
Eccleſiæ certa iam dependere ruina,
Ante retroque leuat, deſtructa reformat & ornat,
Et fundamentis partẽ componit ab imis, &c.

Similem viſionem idem Summus Pont. cœlitùs accepit, pro confirmatione Ordin. Præd. cùm ab eo ferè repulſam paſſus eſſet B. Dominicus: vti ſcribunt Nicolaus Treueth. de Regibus Angl. ad ann. 1215. S. Antonin. ſub. Titul. 19. capite 3. Supplementum Chronicar. lib. 13. ad annum 1218. Moriſius lib. 1. Origin. Relig. cap. 32. Bartholdus Pontanus tom. 4. Bibliothec. Concion. in feſto S. Dominic. Ribadeneira, Renatus Benedictus, & alij, in vita eius. Ferdinandus à Caſtello, Theodorus ab Apoldia, &c. in Chronic. Ordin. Præd. Bzouius. ann. 1215. parag. 6. Sedulius, Viegas, Franciſcus de Fontanis. Vvadinghus tom. 1. ad annum 1210. parag. 13 & 1215. parag. 34. Corbinus ac Griſius. ſup. Obmuteſcat igitur Anonymus, cum ſequacibus, & quemlibet horum Ordinum carpere deſinat: figmentum aut ſuppoſititium impiè reputans, quod de Eccleſia Lateranenſi titubante, ea viſione, ita conſtanter aſſeritur. Nam, non modò ætas illa, qua primùm Ordines illi prodiere, mirabiliter eorum operâ, adiuta & illuminata eſt: ſed totis annis his quadringentis & amplius, quibus deinceps ſteterunt, hoc ſemper egerunt, vt Dei Eccleſiam quaſi fulcirent. Teſte Iacobo à Victriaco, ſup. parag. 108. Marulo Spalatenſ. lib. 2. dictor. Memorabil cap. 4. Boſio, Plato, & aliis, ſup. & ipſomet Camuſio in homil. feſtiuis de SS. Dominico & Franciſco. §. 91.

Tandem gradum ſiſtit Anonymus contra ſacra Stigmata Seraphici Patris ſancti Franciſci, pag. 204. cui reſpondebimus, paucis verbis, hæc ipſa Stigmata opus eſſe Ieſu Chriſti, Saluatoris noſtri: vti teſtatur Summus Pont. Nicolaus III. vide ſup. parag. 14. quo autem fine id egerit, aperiemus infra ad. 17. Septemb. qua die Feſtum de eis agitur in Eccleſia Catholica, iuxta Martyrologium Romanum. §. 92.

Liber præfati Guillelmi de S. Amorè rurſus prœlo cuſus & Mathæus Plis, ementiti nominis Author: Regij Senatus authoritate, condemnati: & ſub pœna mortis, ne exigentur, prohibiti: Liber autem prædicti. R. P. Iuonis, iterum approbatus.

ARTICVLVS XIIII.

CVm igitur, vt his finem Faciamus, Guillelmus de Sancto Amore, tum huic Anonymo, tum aliis impiis, anſam præbuerit errandi: & iniqua animi agitatione aduerſus Ordines Mendicantes, Inſultandi occaſionem attulerit: ſapientiſſimè cautum eſt à Sede Apoſtolica ac vetitum; nequis illius libellum execrabilem, ſceleſtum, & pernicioſum, legeret, neve apud ſe retineret: quod & hoc ann. 1633. Arreſto Senatuſconſulti Regij renouatum eſt: quando hunc, omnis Religionis ac pietatis æmulatores, in lucem rurſus ediderant Pariſiis. §. 93.

Digitized by Google

Tranſumptum ex Regeſto Conſilij Priuati Regij.

SVper id, quod Regi in ſuo Conſilio relatum eſt: Quòd, licet Edictis placitiſque ſuæ Maieſtatis, quoſlibet libros cenſura notatos, vel in Religionis Catholicæ, rerumque receptarum & approbatarum in ipſa, contemptum vergentes: prælo cudere ac in lucem mittere, prohibeatur: Attamen hac in vrbe Pariſienſi, Liber quidam nuper prodierit, ſub Titulo, Magiſtri Guillelmi de Sancto Amore Opera omnia, *plures Tractatus complectens ſcandaloſos, in vituperium quampluriмorum Religioſorum Ordinum, ab Eccleſia, & in hocce Regno, receptorum & approbatorum. Item, contra Summi Pontificis authoritatem. Inter alios verò Tractatum inſcriptum*, De periculis nouiſſimorum temporum: *Iam à multo tempore per ſanctam Sedem Apoſtolicam condemnatum: Quibus neceſſe eſt prouidere. Viſo itaque ſupradicti libri exemplari, necnon ſanctiſſimi Papæ Alexandri IV. Diplomate, dato menſe Octobri, ann. 2. ſui Pontificatus, nempe 1256. præfati Tractatus, vt potè, pernicioſi & execrabilis, condemnationem ferente. Diſquiſitis omnibus: Rex in ſuo Conſilio decreuit; vt à protholictore dicti Conſilij, omnia eiuſmodi libri manucaperentur exemplaria, in Archiuum Actuarium eiuſdem deferenda. Prohibet item ſua Maieſtas cunctis Typographis ac Librariis, venditioni prædictum librum exponere, vendere, vel mercari, ſub pæna mortis. Cæteris autem, illum apud ſe, ſub multa trium millium librarum, retinere. Actum in priuato Regis Conſilio, Pariſiis celebrato. 14. Iulij, ann. 1633.*

Signatum. CARRE'.

Alter verò tyro (qui hiſce diebus, ann. 1633.
§. 94. linguæ gladium exeruit contra Ordinem Seraphicum, alioſque Religioſos Mendicantes) Matthæus *Plis*, vocatur, ementito quidem nomine, ſed non omninò incognitus: qui libro à ſe compoſito, titulum præfixit, *Triumphus virtutum ſuper vitia*, &c. licet ironicè ſic dici poſſit (vt & ipſemet fatetur in Prologo) cùm more inuerſo agat, deiis quæ promiſerat in titulo. Eadem, quæ ſuperiùs Anonymus, diſſerit, imò & multo plura addidit, procaciterque defendit: ſed andabatarum modo, licentiâque penitùs effrenata. Quare, in chamo, & fræno maxillas eius confregit Arreſtum Senatus conſulti Regij eodem anno datum.

Tranſumptum ex Regeſto Conſilij priuati Regij.

SVper id, quod Regi in ſuo Conſilio relatum eſt: Quòd & ſi, Edictis placitiſque ſuæ Maieſtatis, prohibeatur, ſub pæna vitæ, omnibus perſonis edere in lucem, typis mandare, aut excudi, iubere libellos diffamatorios, libros vel ſcripturas, quæ poſſint honorem ſeu famam alterius lædere, vel diffamare: aut ad excitandam perturbationem vergant, ſeu diuiſionem inter ſuæ Maieſtatis ſubditos: ſiue priuatim, aut generatim: attamen nuper prodierit in publicum, impreſſuſque fuerit à Denominato Geruaſio Alliot, Typographo, ac Librario huiuſce vrbis Pariſienſis, liber ſub hoc titulo: Triumphi virtutum in vitia: *diuiſionem prætendens Ordinis Eccleſiaſtici, & plurimas continens impietates, infinitaque conuitia, improperia ementita, calumnias & falſitates in Ordines Religioſos, receptos, approbatos ac vtiliter in Eccleſia, & in hocce Regno laborantes, quique ſemper ſub ſpeciali ſuæ Maieſtatis tutela fuerunt: quibus neceſſe eſt prouidere. Viſo dicti libri exemplari, in pagin.* 26. 30. 36. 41. 66. 71. 75. 81. 92. 95. 96. 103. 120. 127. 145. 151. 204. 205. 206. 210. *vſque ad* 222. 287. 364. 387. 421. 433. 451. *necnon apographo approbationis eius à Magiſtris I. le Paige, & H. de Pinte-ville, Doctoribus in Theologia, ſub 14. Martij vltimo elapſi: proſpectis omnibus, Rex in ſuo Conſilio vetuit, ſub pæna vitæ ipſi Alliot, cæteriſque vniuerſis, venditioni exponere, vendere, vel mercari dictum Librum, inſcriptum*: Triumphi virtutum in vitia: *ſtatuit exemplaria cuncta illius ſupprimenda, ob idque infra tres dies in Archiuum actuarium Conſilij apportanda, tam ab eodem Alliot, quàm ab alijs illum penes ſe ſe habentibus: abſque quo poſſint eum retinere, aut aliò diuertere, quacumque occaſione, & prætextus, ni velint, præfato tempore tranſacto, à publicatione præſentis Arreſti, apud quos deprehenſus fuerit, puniri vt infractores ſanctionum, paciſque publicæ perturbatores. Citabuntur præfati le Paige, & de Pinte-ville, vt perſonaliter compareant in Archiuo Actuario Conſilij, ad deliberandum, ipſis auditis, & interrogatis, quod rationi congruum fuerit. Inſuper publicabitur huiuſmodi præſens Arreſtum, affigeturque, de more, locis ordinarijs ac conſuetis huiuſce vrbis Pariſienſis; & vbicumque neceſſe fuerit: vt nullus, illius ignorantiæ cauſam prætendat. Actum, in Conſilio priuato Regio, Pariſiis habito 23. Iunij ann. 1633.*

Signatum, FAYET.

Ad executionem Arreſti ſupradicti, præfati *le Paige*, & de *Pinte-ville*, cùm interrogati fuiſſent per D. Dominum de *Vertamundo*, Regis Conſiliarium, in ſuis Conſiliis, & Libellorum ſupplicum Magiſtrum, ordinarium ſuæ domus, Commiſſarium ad id deputatum; ſubſequentem fecerunt declarationem, eorum manu obſignatam.

Nos Frater Ioannes le Paige, Presbyter, Religioſus Ordinis Præmonſtratenſis, Doctor in facultate Theologica Vniuerſitat. Pariſienſ. & Hieronymus de Pinte-ville, Sacerdos quoque, ac Doctor in Theologia: declaramus, certificamus, atteſtamurque, omnibus ad quos ſpectabit: quòd & ſi prius, & à 14. Martij vltimo elapſi, dederimus apographum approbationis cuiuſdam libelli, inſcripti, Triumphus virtutum in vitia: *compoſiti ſub nomine Magiſtri Matthæi Plis, de Raymonuil, Theologi Cathurcenſis: qui quidem Libellus exinde fuit impreſſus ac publicatus hac in vrbe Pariſienſi: haud tamen intelleximus approbare plurimas propoſitiones, atque locutiones ſcandaloſas in dicto Libello contentas, aduerſus doctrinam, reſque in Eccleſia receptas, & contra bonos mores: nec infinita dicteria, iniurioſa conuitia, falſitates & calumnias aduerſus Ordines Religioſos, & quoſdam eorum alumnos, prolata: quæ omnia, nec ex ijs aliqua, nequaquam extabant in huiuſmodi libelli exemplari, cùm nobis oblatus fuit: veluti Author illius ipſemet faſſus eſt, in eo quaternione ab ipſo huic libello addito, pagin. 502. Quòd ſi tempore noſtræ Approbationis, vllæ fuiſſent ex ijs propoſitionibus ac locutionibus ſupradictis, noſtram tunc effugiſſent mentem: quoniam nec potuiſſemus, nec*

debuiſſemus illas approbare, ſeu ſubſcribere: imò potius è contrario exauthoramus, improbamus, reycimus, & damnamus, ſicut in conſcientia obligati ſumus. In cuius rei fidem, præſens Autographum ſubſcripſimus. Actum Pariſiis, die vltima Iuny, anno. 1633.

I. LE PAIGE.

H. DE PINTEVILLE.

Vide P. Louuet. lib. 2. Antiquit. Beluacenſ. in 35. Epiſcopo.

Nec ſic contriti, ac confuſione referti, ceſſe-
§. 95. runt, ſed rixas rursùs ineuntes & lites, dùm quarta iam editione præfatus Liber. R. P. *Iuonis*, Capucini, prœlo cuderetur: Rex Chriſtianiſſimus, pro ſua benignitate, vt iis obuiam iret, Regni Francici pacem allaturus, totum negotium tribus ſuis Profeſſoribus in Sacra Theologia Almæ Pariſienſ. Vniuerſitatis demandauit; quatenùs huiuſce Libri iterata examinatione, diſſidium ſopiretur & clamor. Re igitur ad facultatem ipſam Theologicam delata, Regi aſſenſum vltrò præbuit: communibuſque votis, eoſdem Regios Profeſſores, viros vtique vita & doctrina inſignes, ſelegit, qui ſuæ Majeſtatis executioni impensè obſecundarent. Horum teſtimonium publico inſtrumento confectum damus. *Nos ſubſignati Doctores, ac Profeſſores Regy in Theologica facultate Pariſienſi, ex mandato ſpeciali, nobis expreſſe, a ſua Majeſtate facto, legendi maturque inſpiciendi Librum R. P. Iuonis, Pariſienſis, Concionatoris Ordinis PP. Capucinorum, Intitulatum:* Fœlices pietatis ſucceſſus; ſeu, vitæ Religioſæ Triumphus, &c. *quarta editione impreſſum: Omnibus & ſingulis, ad quos ſpectabit, certificamus: ipſum ſeriò examinaſſe, nihilque in eo reperiſſe, quod non ſit Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ: vel bonis moribus, conſonum: quinimò, complura in eo obſeruauimus, cunctis Fidelibus, maximè vitam Religioſam profitentibus, ſeu profiteri cupientibus, valdè vtilia: vt ab optimis laudatiſque eorum deſideriis haud retardantur, vel impediantur, ob prætenſas, fucataſque rationes, quas nonnulli in contrarium producere valerent: in quorum fidem, his noſtrum appoſuimus manuale Apographum: hac ſecunda die Nouembris. ann.* 1633.

A. DV-VAL. N. YSAMBERT.

I. L'ESCOT.

Quæ omnia, vnà cum objectis allatis, & reſponſis factis, partibus præſentibus, & auditis, extemplò cuſa prœlo, publici iuris euaſere.

Sequenotus, Votorum Religioſorum inimicus: Cenſura Almæ Facultatis Theologicæ Pariſienſis, mulctatus.

ARTICVLVS XV.

NOuiſſimè, tanquam omnium abortiuus, è
latebris emerſit. Claudius *Sequenotus*, Con- §. 96.
gregationis Oratorij præſbyter, qui ſe votorum omnium, maximè Religioſorum, hoſtem publicum, recenti lucubratione declarauit: is enim vix alio Conſilio, Commentarium in S. Auguſtini librum, *De Sancta Virginitate*, aggreſſus eſſe dici poteſt, quàm vt vota, & Religioſam profeſſionem, quantis poſſet rationibus eleuaret. Quæ antequam accuratè ſoluantur, monere pretium eſt vetus iſtud malum eſſe: Rationes veternoſas, proſcriptaſque ab Eccleſia opiniones, à nouis ſcriptoribus, ab inferis excitatas. Quibus iam olim oppoſuit ſe murum pro domo Iſrael. D. Thomas, ſuum Tractatum Opuſcul. 18. cap. 2. ſic auſpicatus: *Humanæ perfectioni Diabolus inuidens, diuerſos vaniloquos & ſeductionis Magiſtros, ſuſcitauit. Tantis autem antiquis inſidys, non contentus Diabolus, temporibus noſtris, quoſdam dicitur incitaſſe, votum obedientiæ, & alia vota communiter impugnantes: dicendo, laudabilius eſſe bona opera virtutum facere ſine votò, vel obedientia, quàm ſi ad hæc facienda, homo per votum, vel obedientiam conſtringatur.* Quos, poſtea quampluſimis argumentis, è ſcriptura, Theologiaque petitis confutauit Doctor ab Eccleſia probatus, concludit in hæc verba. *Patet igitur huiuſmodi poſitionem repugnare ei, quod communiter Eccleſia tenet, & ſentit: vnde & tanquam hæretica, reprobanda eſt.* Quod ſecutus Conſilium illuſtriſſimus: *Sequierius*, Franciæ Cancellarius, palam ac publicè vocato *Sequenoto*, graui obiurgatione illum affecit, quòd talia effari auſiſſet, etiam abſque huiuſce libri, tam pernicioſi, licentia Regia obtenta, contra fas iuſque Regni, quo ſub pœna mortis illud cauetur. Quare, ab ipſo ſupremo iuſtitiæ vindice, illuſtris facultas Theologica Pariſienſis mox expoſtulatur, quatenùs ea de re, conuocatis alumnis & ſocijs, quid ſentiret, aperiret, certioremque ſe redderet. Quæ maturo Conſilio, prudentique moderatione, *Sequenoti*, doctrinam, prima Iunij, ann. 1638. conſtantiſſimè damnauit, his verbis. *Hæc doctrina, quam adſtruit in præiudicium votorum Monaſticorum, & depreſſionem ſtatus Regularium, præſertim, qua aſſerit: Vota nil addere perfectionis: Eſſe tantum imperfectorum: Sæpè eſſe impedimenta aliò vocantis Dei: Abuſiuè vocari Conſecrationes: Obedientiam, non eſſe opus Conſilij: Paupertatem voluntariam ex voto, excludi à paupertate Euangelica: Non tantum eſt deſtructiua ſancti Regularium ſtatus, & auerſiua à propoſito laudabilis vitæ Cœnobiticæ: verùm falſa, ſcandaloſa, temeraria, & erronea.* Et quoniam, non ſolùm hoc in propoſito, ſed & in varia materia, omnem Cenſorum quamlibet accuratorum diligentiam Libri peruerſitas fatigauit: hac Epitome terminandam Cenſuram putauerunt. *Præter hæc ſic annotata, alia quampluríma ſunt ſparſim, in toto contextu Libri reprobanda: quæ omnia ſacra Theologiæ Facultas Pariſienſis, damnauit: & Librum, tot nauis & erroribus reſperſum, Cenſoria hac animaduerſione notauit, dignumque cenſuit, cuius lectiones omnes*

Catholici interdicantur. Tantùm enim ab amore, vel odio, hac in Cenſura abeſſe ſe voluit ſapiens Facultas; vt quoniam de ſtatu Regulari votiſque Euangelicis, agebatur, neminem vnum è Religioſis Doctoribus quæſitorem elegerit, qui lecto & examinato Libro, ad ſacrum Senatum, de eius condemnatione referret: ſed ei examini Doctores omnes votis Religioſis ſolutos præficeret. Quapropter paullò poſt, nempè, an. 1641. Hanc *Sequenotticam* doctrinam ſic authenticè damnatam, ac reprobatam, ampliſſimè diſertèque confutauit *Ludouicus Cellotius*, Ieſuita, Pariſinus, in ſuo opere eruditiſſimo; *De Hierarchia*: (lib. 9. cap. 7. & ſeq. Paſſim verò vbi ſeſe fert occaſio) aduerſus Franciſcum Hallierum, Petrum Aurelium, & Nicolaum *Le Maiſtre*, Monaſticomaſtiges: quod iam antea latè & eruditè confutauerat, Romæ Nicolaus à Ieſu Maria, Carmelita, Polonus, In Apologia perfectionis Vitæ Spiritualis, contra Epiſtolam cuiuſdam Anonymi, Theologi. ann. 1629.

Pius amor Cleri ac populi in Seraphicam Religionem; Confraternitas chordæ Franciſcanæ, & Diuinæ viſio Majeſtatis, de SS. Dominico & Franciſco, aſſerta, contra zoilos & æmulatores.

ARTICVLVS XVI.

§. 98. VIſis itaque, propugnatis, ac debellatis aduerſariis, in pacifica poſſeſſione, Chriſto iugiter & Eccleſiæ eius inſeruiamus, eo innixi fundamento firmiſſimo: quòd vitam, Regulamque Minoriticam, pauperem & mendicantem, tanquam meritoriam, ſanctam, & perfectam approbarunt multi Summi Pontifices, vt Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. Innocent. IV. Alexander IV. Alexander IV. Gregorius X. Nicolaus III. Clemens V. Ioannes XXII. &c. Confirmarunt Concilia Generalia, Lugdunenſe 1. ſub Innocentiò III. (qua de re, latè Vvadinghus tom. 1. Annal. ad annum 1215. parag. 33.) & Lugdunenſe 2. ſub Gregorio X. ac Conſtantienſe, ſeſſ. 8. & Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 1. & 3. Receperunt tot illuſtriſſimi Præſules; Antiſtites, & alij Eccleſiaſtici Ordinis Prælati. Admiſerunt atque fouerunt Reges, Principes, Dinaſtæ, & Reſpublicæ, ſiue Chriſtiani nominis, ſiue non. Defenſarunt innumeri fermè Doctores clariſſimi, toto orbe terrarum, & in quauis Regione, Prouincia, gente ac natione. Quorum præcipui fuerunt in priori ſæculo. B. Albertus magnus. SS. Thomas Aquinas & Bonauentura: in media ætate Thomas Valdenſis, & ſanctus Antoninus: in vltimis ſæculis Thomas Boſius, Hieronymus Platus, & Robertus Bellarminus: noſtro autem tempore Dominicus Grauina, Auguſtinus Ardinghellus, Petrus Caluus, Franciſcus de Fontanis, & Iuo Pariſienſis: nihil enim intactum reliquerunt, cunctiſque obiectionibus diſertiſſimè ac, ſufficientiſſimè reſponderunt.

§. 99 Tantopere excreuit omnium populorum vnanimis conſenſus, eòque progreſſus eſt illorum pius amor in Religioſos Franciſcanos: vt ex iis non pauci, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue ſæculares; cuiuſuis conditionis, ſtatus & dignitatis: necnon vtriuſque ſexus, & promiſcuæ ætatis: relictis tyaris, mitris, infulis, ſceptris, ac coronis, aliiſque inſigniis, & ampliſſimis diuitiis: in altiſſima paupertate Domino famulati ſunt, D. Franciſci habitu induti: quorum plurimi ſanctiſſimè obierunt. Idem dicendum eſt de cæteris Religionum Ordinibus: quicquid blaterent Antimonachi, ſeu Monachomaſtyges: quibus, horum omnium ſigillatim ſeriem enarrare exoſum eſt, ac ſummè diſplicet: teſte Authore Directoris ſpiritualis, part. 2. cap. 5. Nos autem, breuitati conſulentes, his ſuperſedemus, cùm quiſque poterit ea curioſiùs indagare apud Platum, de Bono ſtatus Religioſ. lib. 2. cap. 25. & ſeq. & Boſium de Signis Eccleſ. Dei. Corbinum, Vaſſeurum, & Algeziram, infra. §. 95. 135. Mirabile dictu! tanto honore Eccleſia Catholica, ſanctos Religioſos affecit: vt (demptis martyribus) voluerit de iis ſolummodò (quatuor aut quinque exceptis) officium Eccleſiaſticum per totum anni circulum celebrari, ſicut patet in Breuiario Romano: & tamen, ſi credatur præfato Authori Directoris ſpiritualis, & eius ſequacibus: nec vlla commemoratio de eis fieret. Vndè verò tantum exoriatur odium & auerſio, ſcitè aperit Nider, lib. 1. Formicarij. cap. x.

Exclamant contra tot Roſaria, Scapularia, funes, ſeu chordulas Minorum, &c. improbantque multitudinem talium Confraternitatum, propter abuſum, quem imaginantur ac pretendunt iis ineſſe. §. 100. Sed *fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Prouerb. 1. verſ. 17. Attamen demus locum iræ: tollaturque abuſus, & remaneat rei lei legitimę vſus. Lauda, acclama, plaude, iubila, & excole ſanctiſſimam Virginem Mariam Deiparam, quantum volueris, ac potueris; adhuc ſatis eam minimè exaltabis: cùm ſit maior omni laude. Hac de cauſa, òmnes Religionum Ordines illius cultui fuerunt addictiſſimi, eiuſque honoris feruentiſſimi præcones extitere: ob ingentia beneficia cœlitùs ab ea Dei Genitrice accepta: in vtilitatem ac commodum totius populi Chriſtiani: prout latè proſequuntur Platus ſup. lib. 1. capite 34. & Poiræus in Triplici Corona Virg. Mariæ, tract. 1. cap. 12. paragr. 6. & 7.

Nauſeam excitat allato iam Authori Directoris ſpiritualis, capite 7. ſup. quod de Ordinibus Prædicator. atque Minor. refertur:] at huic paſſioni optimum remedium reperiet apponendum, ſi Dicæologia proborum Authorum vtatur. §. 101. S. Antoninum, Florentinum Archiepiſcopum audiamus 3. part. hiſtor. Titul. 23. cap. 3. hæc enim de D. Dominico tradit, dum Romę apud Honorium III. Papam, moram traheret pro ſui Ordinis confirmatione. *Romæ igitur nocte quadam orationi incumbens, vigilanter vidit ad Patris dexteram exurgere filium in ira ſua, vt interficeret omnes peccatores terræ, & diſperdet omnes operantes iniquitatem. Stabat autem in æthere aſpectu terribilis: & contra mundum in maligno poſitum, lanceas tres vibrabat: quibus ſuperborum ceruices erectas transfigeret, primam: alteram, qua cupidorum viſcera effunderet: tertiam, qua concupiſcentiis carnis deditos perforaret. Cuius iræ dùm nemo poſſet reſiſtere, occurrit propitia Virgo Mater, & pedes amplectens eius; rogauit vt parceret eis, quos redemerat, & iuſtitiam miſericordia temperaret. Ad quam filius, nonne vides, inquit, quanta mihi irrogantur iniuria! iuſtitia mea tanta mala non ſuſtinet impunita. Tunc Mater, tu ſcis, ait, qui omnia noſti, quia eſt hæc via per quam eos ad te reduces. Habeo ſeruum fidelem, quem mittes in mundum, vt verba tua annuntiet eis, & conuertentur ad te omnium Saluatorem. Alium*

Digitized by Google

quoque habeo ſeruum, quem ei dabo adiutorem, vt ſimiliter operetur. Filius dixit: Ecce placatus ſuſcepi faciem tuam: verumtamen oſtende mihi quos velis ad tantum officium deſtinare. Tunc Domina Mater obtulit B. Dominicum Ieſu Chriſto. Et ait Dominus Matri: Benè & ſtudioſè faciet quod dixiſti. Obtulit quoque & ſanctum Franciſcum, quem ſimiliter Dominus laudauit. Sanctus ergò Dominicus in viſione conſiderans ſocium diligenter, quem prius non nouerat; in craſtinum eum in Eccleſia, ex ijs qua in nocte viderat: recognouit: *& in oſcula ſancta ruens, & ſinceros amplexus, dixit: Tu es ſocius meus, tu curres pariter mecum: ſtemus ſimul, & nullus aduerſarius prævalebit. Viſionem etiam narrauit illi. Ex tunc ergo facti ſunt cor vnum & anima vna in Domino, &c.* Eadem de SS. Dominico & Franciſco atteſtantur B. Barholomæus Piſanus lib. 1. Conform. Franc. fruct. 2. part. 2. ſatis poſt initium. Antonius Senenſis, Ferdinandus à Caſtello, libro primo, capite 18. & alij in Chronico Fratrum Prædicat. ad annum 1217. Bzouius in Supplemento Annal. Baronij, ad annum 1216. paragraph. 10. Diſcipuli ſerm. 3. de ſancto Dominico, & in Promptuar. Miraculor. Virg. Mar. Exempl. 8. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. libro primo, capite 57. Clichtoueus ſermon. de ſancto Frnnciſco. Ioannes Gritſch ſerm. 25. Quadrageſimal. part. 2. poſt medium. Barletta ſermon. in Sabbatho 2. Quadrageſimæ in medio. Item Concion. de ſancto Dominico, circa finem. Platus ſup. lib. 1. capite trigeſimo quarto. Poiræus ſup. parag. 7. numer. 11. Ribadeneira. Garzonus in vita ſancti Dominici 4. Auguſti. Renatus Benedictus, Gazetus, Flaminius, & alij ibidem. Ignatius le Gault ſermon. de Natiuit. Virg. Mariæ, paragraph. 11. Apoldia libro ſecundo, capite primo. Caniſius de B. Virgine, libro quinto, capite vigeſimo ſeptimo. Sanctus Vincentius Ferrerius ſermon. 1. de B. Dominico, poſt medium. Rebolledo part. 1. libro ſecundo, capite vigeſimo tertio. Vvadinghus tom. 1. Annal Minor. ad annum 1216. paragraph. 14. 15. & 16. Pepinus in Roſario Aureo Myſtico, ſermon. 17. & 43. ante medium. Palbertus lib. 11. Stellar. Coron. Virg. capite ſecundo, in fin. Bachotus in Faſtis Chriſtianis, 16. Ianuar. in SS. Berard. & ſociis, mart. Sedulius Commentar. in cap. 3. vit. ſancti Franciſc. Salazar. de Conceptione Virg. Mar. capite vigeſimo quarto, ſect. 2. paragraph. 31. & cæt. Marietta. lib. 9. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 3. Griſius de clericis Regularib. ſection. 14. §. 61. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 12. ad ann. 1216. Spinellus de Laudibus Deipar. virg. cap. 35. §. 7. Ignatius Ioſeph. lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. vrbis Abbatis-villæ, cap. 62.

De Sanctitate Regula Minoritanæ: & quorſum tot Sancti ac Beati ex ea prodierint: Sanctus Dominicus piè B. Franciſci fune præcinctus.

ARTICVLVS XVII.

§. 102. Conſtat igitur, quàm ſanctè inſtituta fuerit Religio Minoritana: *Tot diuinis teſtimonijs communita, quæ credibilia facta ſunt nimis, in tot ſanctis viris in obſeruantia huius Regulæ agentibus, & finientibus dies ſuos, quorum nonnullos ſanctorum Catalogo, ſedes eadem, ex eorum vita & miraculis fecit aſcribi.* Inquiebat olim Summus Pontifex, Nicolaus III. vide ſup. §. 15. Nunc autem multò plures, ſanctitate ac miraculis illuſtres peperit idem ſacer Ordo Franciſcanus: qui fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Daniel. 12. verſ. 3. quorum tamen omnium nomina recenſere haud onus ſuſcepi: quis enim horum numerum exprimere valeret? ſoli Deo id reſeruatur. *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Pſalm. 146. verſ. 4. Inter quos extant 27. canonizati ab Eccleſia Catholica: 606. Beatificati: 9.01. veri Martyres: 1550. Confeſſores, qui vitæ ſanctitate & miraculis floruerunt. Qua de re, Vitalis Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordinis Seraphici. Rebolledus 1. part. Chronic. Rapinæus part. 1. præfat parag. 4. hiſtor. General. Origin. Recollector. & alij. Cæteros etiam pertranſeo: quorum canonizatio promouetur, in Curia Romana: quorum cauſa expedita eſt in S. Rota: quorum proceſſus fiunt auctoritate Apoſtolica, Romæ: tum in partibus, coram Ordinariis: ſeu, ad quorum proceſſus conficiendos litteræ petuntur Apoſtolicæ, ſub Gregorio XV. Vrbano VIII. Summis Pont. Horum omnium ſeries habetur Neapoli, ex Typographia Ioan. Dominici Roncalioli, anno Chriſti 1626. cum approbatione: cuiuſque exemplat apud nos reſidet. Ad eos ſolummodò me reſtrinxi: quorum geſta, probatorum authorum ſcriptis mihi comprobata, clarioraque fuere.

Surge Deus, iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Pſalm. 81. verſ. 8. Maximè autem in gente Franciſcana. Nullum enim fuit ſæculum, nulla ætas, nullumque tempus: quin in eo horto, delitiarum campo, fructus vberes non collegerit filius Dei. Omnia certè noua & vetera poma ſeruauit Chriſto Religio Minoritana. Cantic. 5. v. 6. & 7. Odor illius, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Geneſ. 27. verſ. 27. Quaſi vitis fructificauit odorem ſuauitatis: floreſque eius, fructus honoris & virtutis atque ſanctitatis. Eccleſ. 24. v. 23. Quales fuerunt Summi Pontifices: Cardinales S. R. E. Patriarchæ, Legati Apoſtolici, Primates, Metropolitæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi: Apoſtoli, Martyres, Doctores, Virgines: Generales, Commiſſarij Generales, Vicarij Generales, Diffinitores Generales, Procuratores ac Commiſſarij Curiæ Romanæ, Viſitatores ac Commiſſarij Prouinciar. Miniſtri Prouinciales, Vicarij, ac Diffinitores Prouinciar. Cuſtodes, Guardiani, Vicarij, Præſidentes, ac Superiores Conuentuum: Lectores, Magiſtri Nouitiorum ac iuuenum: Prædicatores, Confeſſores, Sacerdotes, Choriſtæ, Diaconi, Subdiaconi, Acolithæ, Clerici, Laici, ſiue hoſtiarij, hortulani, coquinarij, &c. hique iuuenes, adoleſcentes, ætate grandæui, ſenes robuſti, ſani, & validi, ſeu infirmi, valetudinarij, ac deficientes: tum in 1. 2. ac 3. Ordine huiuſce Religionis: tum in quouis ſtatu, & Reformatione eiuſdem Inſtituti: ex quibus omnibus ingens numerus prodijt, qui mundi, carnis & diaboli deuictis illecebris, ſpoliiſque ditati opimis: glorioſè in cœlum aſcenderunt, micantium fulgore virtutum circumdati. §. 103.

Quorſum autem tantus Beatorum cœtus excreuit? planè ex pura, integra perfectaque Regulæ Franciſcanæ obſeruatione: quæ ſic incipit, *Regula & vita Fratrum Minorum hæc eſt: ſcilicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare: viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.* cap. 1. §. 104.

Digitized by Google

Reg. Minor. Itaque ſanctus Vincentius Ferrerius, Ordin. Prædicat. alumnus, ſerm. de D. Franciſco. Hæc aurea, ſed Chriſtiana veritate plena, inculcabat, de huiuſmodi Inſtituti Minoritici excellentia, ac ſanctitate: *Qui illam Regulam ſeruat, ſanctus eſt: & quando moritur poſſet canonizari.* Immò verò Martinus Nauarrus, Doctor eximus, hæc ſolebat palam proferre: *Adeò ſuſpicio & veneror Regulam ſuam Altiſſimam S. Franciſci: vt obſeruantes eam ad vnguem, & mentem auctoris, reputem eſſe quoſdam incruentos Chriſti martyres.* Hæc ille Commentar. in cap. *ſtatuimus* 19. quæſt. 3. parag. 17. Sed & Pius V. Pont. Max. cùm primas Capucinorum conſtitutiones perlegit: mox in eam vocem erupit: *En Conſtitutiones à Spiritu ſancto dictatas: quas ſi quis perfectè obſeruauerit, inter ſanctos referri poteſt.* Teſte Bouerio tom. 1. Annal. Capucinor. an. 1529. parag. 14. Scio BB. Patres Humbertum, Ordinis Prædicat. Magiſtrum Generalem: & Ioannem de Parma, Ordin. Minor. Generalem Miniſtrum: ſeriò de inſtauranda pace, & ſtabilienda fraternitate inter vtrumque Ordinem egiſſe ad inuicem Mediolani, an. 1255. inde ſcribentes, communi nomine, Epiſtolam Encyclicam, ad ſui nominis ſectatores: quam referunt, Chronicon. MS Mariani, Toſſinianus lib. 2. hiſtor. Seraph. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad annum milleſimum trecenteſimum quinquageſimum quintum, paragr. 12. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. capite 42. Chronica Item Ordin. Prædicat. 1. part. lib. 2 capite 29 quæ teſtatur eamdem Epiſtolam iterum fuiſſe renouatam & publicatam, anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto: quo S. Bonauentura electus eſt Generalis Miniſter Ordin Minor. lib. 3. cap. 13. in qua quidem hæc inſerta ſunt. *Cauendum eſt, ne quis noſtrûm ſic ſanctos ſuos, ſic ſtatum ſuum imprudenter extollat, quòd in aliorum depreſſionem, laus taliter fieri videatur.* Hæc, inquam, cauenda ſemper exoptauimus: & niſi cauillationum dicacitatumque imber aduerſariorum Seraphici Ordinis colorem niſus eſſet palleſcere, ſtygiiſque ſub vndis deliteſcere: haud noſtrum velut obnubilatum iubar, exortum eſſe nunc ſplendiſſimum, mutuatique luminis fulgoribus ita radiaret: contraria enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: teſte Philoſopho.

§. 105. Tantum inualuit huiuſce Ordinis ſanctitas apud B. Dominicum Prædicat. Ordin. Inſtitutorem, vt & Seraphicum Patrem S. Franciſcum ſummo ſemper affectu excoluerit, & eius alumnos maximè dilexerit. Ea propter Comitiis Prouincialibus, atque Generalibus nonnumquam intereſſe voluit; præſertim Aſſiſij, an. 1219. vbi cum ſeptem ſocijs adfuiſſe, & Ordinis perfectionem demiratum eſſe legimus. Refert ad hæc B. Leo, ſocius tunc S. Franciſci, qui præſens omnia vidit, multa inter ſe colloquutos ſanctiſſimos Patriarchas, ad animarum ſalutem, & Chriſtianæ fidei nitorem & augmentum. Deinde, de ſuis inſtitutis largiùs egiſſe, inuicem de rebus ſuis interrogaſſe, tandemque B. Dominicum adieciſſe: Frater Chariſſime, propter magnam meam tecum neceſſitudinem, præcordialem erga filios tuos amorem, & pacis fraternitatiſque inter tuos & meos ſtabilitatem, vtroſque gauderem ſub vna Religione militare: vt quos Patrum firmus amor ita coniunxit, Religionis aut vitæ diſparitas non diſſoluat. Cui ſumma humilitate ſanctus Franciſcus: Diuinæ eſt voluntatis amantiſſime Frater, quod factum eſt, ab eaque ordinatum eſt, diuerſas à nobis fundati Religiones; vt vtriuſque varietate, præceptorum diuerſitate, illorum rigore, & horum lenitate: varietati ſubueniatur humanæ infirmitatis: & quibus hæc non placent, illa non diſpliceant: quibus vna dura videtur, altera lenior appareat: & ſic non vnius Religionis anguſtiis Deus animas perdat, ſed alterius capacitate lucretur. Qui & alia addit de confirmato & ſtabilito variis indiciis, firmo pacis & amicitiæ fœdere, inter eos eorumque poſteritatem: & amica humilitate, ſanctaque importunitate, viciſſe S. Dominicum, vt vellet ei D. Fraucifcus ſuum præcinctorium, ſeu, nodoſum cingulum, & chordam, concedere: quam ſub exterioribus veſtibus perpetuò geſtaſſe, in indiſſolubilis nexus charitatis ſymbolum perpetuum, conſtat. Ita Legenda 3. ſocior. D. Franciſci. Piſanus lib 1. Conformitat. fruct. 1. part. 2. & fruct. 10. part. 2. Bernardus à Beſſa in Catalog. Generalium Franciſcan. Speculum vit. S. Franciſci, cap. 12. & 42 Marianus lib 1. cap 14. parag. 3. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap 57. 58. & 64. Rebolledus. ibid. cap. 21. Coluenerius in Notis ad lib. 2. cap. 10. numer 10. B. Thomæ Catipratani. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1219. B. Pelbartus ſerm. de S. Franciſci. Sedulius in Commentar. ad vit. S. Franciſc. capite 12. parag. 20.

Nec mireris, D. Dominicum chorda, ſeu fune §. 106.
S. Franciſci ſic fuiſſe attractum, atque ligatum: cuius opera tot mirabilia diuinitùs agebantur, teſte D. Bonauentura, cap. 12. vit. S. Franciſci. *Vir quidam (inquit) de Caſtro plebis, Religioſus ac timens Deum, chordam apud ſe, qua cinctus fuerat ſanctus Pater habebat. Cùmque multitudo virorum ac mulierum in caſtro illo varijs infirmitatibus laboraret: ibat per Infirmantium domos, & intincta chorda in aqua, dabat, bibere patientibus: ſicque per hunc modum plurimi ſanabantur.* Vocabatur Adam ille vir, de quo hîc fit mentio: vti ſcribit Piſanus ſup. libro 2. fruct. 1. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 2. cap. 36. Sedulius ſup. qui idcircò addit. *Qua ratione D. Pauli ſudaria & ſemicinctia admouebantur aliorum corporibus, eadem B. Dominicus geſtaſſe credi poteſt chordam S. Franciſci, cuius attactu tanta beneficia in multos conferebantur.* Hac comparatione chordæ Franciſcanæ cum ſemicinctiis Apoſtoli, vſus eſt pientiſſimus ipſe Ludouicus Granatenſis, Inſtituti Prædicat. alumnus, in ſerm. 4. de S. Franciſco. *Amplificat (inquit) Lucas in Actis Apoſtolorum Pauli miracula, his verbis:* Virtuteſque non quaſlibet operabatur Deus per manus Pauli: ita vt ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores. *Magnum hoc certè Diuinæ bonitatis & charitatis erga fidelem ſeruum indicium: qui ſic non ipſum modò, ſed ſudaria etiam quibus is narium ſordes tergebat, hoc tanto honore afficeret. Verùm hic aliquid video mirabilius. Non enim ſolam ſancti viri chordam Dominus: ſed aquam etiam, quæ chordam tetigerat, hac tanta virtute donauit. Quanta ergo illa Dei bonitas & charitas! Quantum illud ſanctos ſuos honorandi deſiderium! quando illa etiam, quæ eorum ſemicinctia tetigerunt, ſic honorare dignatus eſt.*

Digitized by Google

Regula Minoritica, Euangelica : Aſſeclarum eius quanta multiplicatio & fœcunditas.

ARTICVLVS XVIII.

§. 107. ILlam porrò Regulam Minoriticam totam Euangelicam eſſe, nec quicquam, habere, quod in ſacro Codice non præſcribatur, aut clariùs inſinuetur, oſtendit B. Cæſarius *de Spira* : dùm ad præceptum inſtitutoris è regione vniuſcuiuſque periodi locum expoſuerit ex libris Euangelicis : & B. Aluarus lib. 2. de Planct Eccleſ. cap. 59. 60. &c. Vnde non omninò errauit Emanuel Rodericus tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 4. art. 1. qui dixit Inſtitutum hoc Iuris eſſe Diuini, nec licitè poſſe à quopiam in terris conuelli : dummodò id intellexerit (ſubdit Vvadinghus tom 1. Annal. Minor. ad annum 1223. paragraph. 14.) quatenus Euangelicum eſt, & ex Euangelio concinnatum, ſine cuius iniuria non poſſit hoc condemnari, vt (teſte S Bonauentura, cap. 3. vit. D. Franciſci) doctè dixit Innocentio III. magnæ authoritatis & doctrinæ Cardinalis, Ioannes à *ſancto Paulo*. Attamen, quatenus peculiaris ſodalitij norma viuendi, & à Pontificibus approbata, ab eiſdem ſine dubio poſſet reprobari, dùm iuſta cauſa ſubeſſet : & quæ huc vſque ſemita facti eſt ſalutis, vniuerſis ſectatoribus fieret in offendiculum. Profectò, experientia in hoc vſque tempus docuit, veris & ſinceris huius Regulæ profeſſoribus, eam ſecundum ipſius ſancti Inſtitutoris Elogium : *Librum eſſe vitæ : ſpem ſalutis , arrham gloriæ, medullam Euangelij, viam crucis, ſtatum perfectionis, clauem paradiſi, pactum fœderis æterni* : quorum ſingulas partes additis confirmationibus amplius probauit idem Vvadinghus, ad finem eiuſdem Regulæ, in opuſculis S. Franciſci, tom 2.

§. 108. Militarunt ſub ea magni & clariſſimi viri, vndequaque, ſiue à proſapia, ſiue à litteris, ſiue ab aliorum regimine, ſiue à propria pietate, ſpectatiſſimi: neque vllum fuit vitæ genus, ſub quo adeò breui temporis interuallo, per vniuerſum Orbem, tot conſcriberentur initiati, quot ſub hoc vno fuerunt connumerati. Verè & propriè canitur Eccleſiam Catholicam ſancti Patris Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificari? neque enim primus partus huius Regulæ, aut prima Minorum conditio duntaxat amplificatur, ſed nouæ prolis fœtus quotidiè multiplicatur. Præter Patres etenim Conuentuales, Obſeruantes, Recollectos, Capucinos, ex his noua germina quotidiè oriuntur Reformatorum, qui collabentem, aut vetuſtate declinantem pietatem, aut diſciplinam Regularem (vt rerum humanarum fert conditio) ſtrictiori vitæ genere curant reparare. Præter hos etiam, hanc ſibi delegerunt formulam viuendi, peculiaribus conſtitutionibus ſuæ vitæ rationi adaptatam Fratres *Ordinis Aſcenſionis* : & modò ſub ea inſtituit Vrbanus VIII. Pap. Ordinem militarem *Conceptionis* immaculatæ Virg. Mariæ; neque immeritò, nam opinio hæc ſub D. Franciſci inſtituto, multo labore, magno coaluit incremento.

§. 109. Huius autem tantæ multiplicationis ac fœcunditatis Franciſcanæ tres inter alias inuenio rationes. Prima, eſt ſanctitas & perfectio iſtius Regulæ : quippe quæ (teſte Nicolao III.) *Euangelico fundatur eloquio, vita Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis Eccleſiæ Apoſtolorum, eiuſque ſermonibus actibuſque confirmatur, &c.* Vide ſup. in initio huiuſce Prolog. parag. 14. & ſeq. Secunda eſt, ampliſſima iſtius Inſtituti protenſio : non enim Religio Franciſcana cœlitùs data eſt ad vnam gentem, vti complures Ordines militares : ſeu ad numerum ſexaginta perſonarum, quam Paulus III. Pont. Max. in ſuis litteris Apoſtolicis, an. 1540. concedebat admitti in Inſtituto Clericorum Regularium Societatis Ieſu, & non vltra : ſed ideò miſſi ſunt Fratres Minores in mundum, vt omnes ad ſe trahant homines, & ad Chriſtum tandem adducant. Tertia, eſt, illius ſtrictiſſimæ paupertatis profeſſio, quæ inuentio prorſus cœleſtis extitit ac diuina. Cùm enim pecuniæ (iuxta Eccleſiaſten 10. verſ. 19.) omnia obediant : mirum certè, quomodo paupertati ſic arctiſſimæ tot homines ita feſtiuè colla ſubdiderint. Cui operi initium dedit Seraphicus Pater ſanctus Franciſcus : ex tribus potiſſimùm de cauſis. Prima, quia ſibi reuelatus fuerit ſui Ordinis mox ingens profectus : teſte S. Bonauentura capite 3. vit. eius. *Raptus* (inquit) *deinde ſupra ſe, ac in quoddam mirandum lumen totus abſorptus : dilatato mentis ſinu, quæ circa ſe, & filios ſuos futura erant, luculenter aſpexit : poſt hoc reuerſus ad Fratres : confortamini, ait, chariſſimi, & gaudete in Domino, nec quia pauci eſtis, efficiamini triſtes : neque vos, terreat mea, vel veſtra ſimplicitas : quoniam ſicut mihi à Domino in veritate, oſtenſum eſt, in magnam multitudinem faciet nos Deus creſcere, ſuaque benedictionis gratia multipliciter dilatabit.* Secunda ob incredibilem eius feruorem, quo quaſi ignis aliorum corda inflammabat ad diuinum amorem : vnde Chriſtus S. Brigittæ dicebat : *Franciſcus, amicus meus fuit, quaſi lapis ignitus & igneus : quia habuit me in ſe, qui ſum ignis diuinus.* cap. 90. Reuelation. Extrauagant. *Ideoque idem Chriſtus aiebat: ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?* Luc. 12. v. 49. Vltima, virtute ſacrorum Stigmatum, quæ ipſe à Chriſto Domino accepit in monte Aluerniæ : hinc Iacobus de Voragine, Ianuenſis Archiepiſcopus, ſerm. 3. de S. Franciſco, qui primus eſt de Stigmatibus eius. *Quia erat* (inquit) *præco Dei, dedit ei ſtigmata, tanquam ſigna, vel teſtimonia ſua : vt ab omnibus præco Dei cognoſceretur, & verba illius, quaſi ex ore Dei reciperentur.*

Omnibus notum arbitror, quid acciderit in Capitulo illo celeberrimo ac generaliſſimo *à Storeis* §. 110. cognominato, Aſſiſij habito, an. 1219. Nam congregata vniuerſa multitudine, quæ ad hunc Conuentum Aſſiſianum concurrebat, recenſita ſunt vltra quinque millia Fratrum. Sanè incredibile videretur in tam paucis annis pauperculum inſtitutum adeò excreuiſſe, vt præter eos, qui in cœnobiis ad diuina & domeſtica remanſerunt officia, tot conuenirent, niſi oculati teſtes D. Franciſci ſocij, viri ſanctitate & doctrina commendabiles : Legenda trium ſociorum : Legenda Antiqua, S. Bonauentura cap. 4. ſup. Bernardus à Beſſa eius ſocius. Piſanus lib. 2. Conformitat. fruct. 12. part. 2. Marcus Vlyſſip. lib. 1. Chronic. Minor. capite 63. Platus lib. 1. de Bono ſtat. Relig. cap. 33. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1219. paragraph. 4. Diez Concion. 4. de S. Franciſco, innumerique alij id firmiter aſſeuerarent. Quin & addunt S. Franciſcum in eo capitulo tanta ſpiritus efficacia prædicaſſe de

mundi contemptu, vt finita concione, innumeri ad huius ſanctæ Religionis habitum ſuſcipiendum fuerint conuerſi: ex quibus quingentos Nouitios Seraphicus Pater recepit.

Maius his mihi viſum eſt, quod habetur in ſerm. 16. eorum, qui ſub Extraordinariorum nomine, ſancto Bernardino Senenſi tribuuntur tom. 4. videlicet quibuſdam pòſt annis, impreſſis iam D. Franciſco Stigmatibus, conueniſſe triginta millia Fratrum ad aliam generalem congregationem. Non dubitem ſatis iam aucta ſodalitate ingentem conueniſſe numerum ad vltima Comitia à D. Franciſco celebrata, vel ea potiſſimè allectum & attractum ratione, vt patrem ſuum & Inſtitutorem videret, noſtræ Redemptionis pignora geſtantem, & viuam Saluatoris ideam effectum. Attamen ad terdena millia perueniſſe non putat Vvadinghus ſup. ſed ſolùm ad tria millia reducit.

§. 111. Porrò, ita *Auctus exindè paulatim Ordo, vt cunctis poſtea multitudine virorum præſtiterit, & Sacerdotio, & doctrina, & ſanctitate præcellentium.* Inquit Raphael Volaterranus lib. 21. Anthropolog. huic ſubſcribit ſententiæ M. Antonius Coccius Sabellicus, Ænead. 9. lib. 6. *Duo Chriſtianæ pietatis* (ait) *lumina terris affulſere, quibus multo maxima parte, orthodoxa creuit fides. Auctores incrementi huius, Dominicus Calaguritanus Hiſpani generis, & Franciſcus Aſſiſias, in Vmbria Italiæ Regione ortus; æquales hi: vterque enim alterum vidit: & hic quidem ſanctitate clarus, & ille: ſed numeroſa familia clarior Italus, quæ ex eo orta eſt. Raro, ac neſcio, an vnquam verius dixerim: vllum humanæ pietatis inſtitutum maiora ſenſit incrementa, totum orbem terrarum vna hac impleuit familia. Franciſcus Auſtracinus, Theologicæ profeſſionis homo, in ijs Commentarijs, quos ad me de huiuſmodi re dedit, ſæpius teſtatur, difficile ſibi videri, locorum numerum poſſe ab vllo inueniri, ſed multo difficilius initiatorum: qui vt idem ille, cæterique de eadem re à me appellati, coniectura aſſequuntur, ſint ad ſexaginta millia numero. Sæpè & hoc fando auditum, Magiſtrum vniuerſi Ordinis polliceri quandoque auſum Pio Pontifici maximo, expeditionem in Turcas paranti, ex Seraphici Franciſci Familia, triginta bellatorum millia, qui bellica munera nauiter obire poſſent, nihil ſacrorum cultu interpellato.* De Samſone Ordinis Minor. Generali Miniſtro id ſcribit Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph.

§. 112. Sed nec iſta ſufficiunt, vlteriùs progrediendum eſt. Thomam Bozium audiamus lib. 6. de Signis Eccleſ. cap. 31. ſic loquentem. *Annus agitur propè quadringenteſimus, ex quo S. Franciſcus fuit obſeruantium (vt vocant) Capucinorum, & Diſcalceatorum Fratrum, qui illius inſtituta ſequuntur, numerantur ætate noſtra, centum viginti millia. Fœminarum dicunt eſſe duplum. Atque hi in ſumma paupertate, caſtimonia & obedientia, quam ſuis præfectis exhibent, innocentiſſimè degunt. Neque vlla fuit ætas ferè, quæ non tot millia propè eorumdem dederit.* Item lib. 8. cap. 6. ſubdit. *E ſola S. Franciſci familia numerantur virorum centum triginta millia: Virginum verò duplo plura.* His ſi adnumeres Patres Conuentuales, item tertiæ Regulæ S. Franciſci profeſſores: quanta, putas, eſſent hæc incrementa? ſed dimiſſis aliis: de Patribus Obſeruantibus id proferamus in medium. Sexto quolibet anno agitur Capitulum Generale, ibi recenſentur Fratres mortui huius inſtituti tantùm proximè elapſo ſexennio: & minus numquam, bina, ſæpè terna, quaterna millia, eoque ampliùs recenſita. In Capitulo Valliſoletano, an. 1593. relatum eſt, mortuos ſexennio proximè præterito, ſeptem millia, trecentos, quinquaginta ſex; ex quo elicimus, opinione hominum plures eſſe. Vt rectè ſcripſerit Ludouicus Granatenſ. Concion. 2. de S. Franciſco. *Tantum abfuit vt à B. Franciſco inſtitutus Ordo inopia cogente defecerit: vt ob hoc ipſum ſupra omnes alios Ordines auctus ac dilatatus fuerit. Exiguis namque expenſis Monaſterium humile extruitur: quo extructo, facilè Monachi ſine vllis redditibus, quæ ſunt ad pauperem ac tenuem vitam neceſſaria comparant. Hinc factum eſt, vt vnicus Beatiſſ. Patris Franciſci Ordo, plura fortaſſe intra ſe cœnobia, quàm reliqui omnes omnium aliorum Ordinum contineat.* Item Concion. 4. de eod. ait. *Monachorum. Monaſteriorum, Prouinciarum numero & multitudine, longiſſimo interuallo omnes alios Ordines ſuperare.*

Hæc omnia confirmantur à Hieronymo Plato ſup. lib. 2. cap. 22. de Propagat Relig. vbi de S. Franciſci inſtituto. *Itaque breui totum orbem compleuit: quin etiam temporis progreſſu, in eam, quam nunc videmus, peruenit amplitudinem: vt in tres, aut etiam plures partes diſtributus ſit: hæque ipſæ partes ita abundauerint, vt ſingulæ ferè ſingulos Ordines benè magnos repreſentent.* Item cap. 24. *Quid autem de recentioribus Ordinibus, dicemus, tum alijs, tum Franciſcano potiſſimùm? cui certè hæc, de qua loquimur propagatio inſigniter tributa videtur: ita vt cùm in tot membra diſpertitus ſit, vnum eorum, quod Obſeruantium vocant, proximis annis, centum ferè mille confecerit. Denique non ita multis opus eſſe videtur ad hoc oſtendendum: cùm res in oculis, & in conſpectu ſit.* Eadem habent Azorius part. 1. Inſtitut. Moral. lib. 12. cap. 21. quæſt. 1. Paulus Moriſia lib. 1. Origin. Relig. Seuertius lib. 1. Antimartyrolog. Hæretic. cap. 4. ſect. 4. paragraph. 1. numer. 8. Corbinus lib. 2. Sanctæ Franciad. pag. 29. 35. & 36. item. lib. 6. pag. 123. Griſius. de clericis Regularib. ſection. 14. §. 63. & 80. quorum teſtimonia lubens omitto, vt pote non neceſſaria: taceo etiam noſtri inſtituti alumnos, ne in re domeſtica ſuſpecti, ſeu minus accepti, reddantur: id ſolùm adducam ex Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſc. ad annum 1626.

Fratres Conuentuales habent prouincias 31. Vicarias §. 113.
7. diuiſas in Cuſtodias 108. Conuentus 1509. Fratres 30000. Fratres Conuentuales Reformati habent Conuentus 50. Fratres Obſeruantes habent prouincias 93. Cuſtodias 5. Vicarias 24. domos in Indijs, in quibus doctrinam Chriſtianam proponunt 127. Collegia 6. Conuentus 2300. Fratres 163900. hiſque annumerantur Diſcalceati & Recollecti. Fratres Capucini habent prouincias 41. Conuentus 1240. Fratres 17205. Hic prouinciarum & Conuentuum & Fratrum numerus repertus eſt in vltimo Capitulo Generali, an. 1625. Fratres Tertij Ordinis habent prouincias 17. Conuentus 327. Fratres 3990. Monaſteria Monialium S. Claræ, Conceptionis, Annuntiatarum, Capucinarum excedunt numerum 3850. & Religioſæ numerum 73900. vniuerſus Ordo Seraphici P. Franciſci habet prouincias 181. Vicarias 31. Collegia 6. domos in quib⁹ proponitur doctrina Chriſtiana 127. Conuentus 9336. Religioſos & Religioſas & Religio 81793. Tertiariarū verò non eſt numerus. Hæc ille. vide Corbinū ſup. lib. 7. pag. 156. & ſeq. Ex quibus, mi Lector, conſpicitur minùs verè dici, apud Valladierum, Tom. 2. Stromat.

Digitized by Google

ſacror. de pœnitentia & vita ſanctor. concion. 3. de S. Ignatio : quòd nullus vnquam ordo Religioſus per ſpatium 1614. annor. Ita fuit dilatatus, & multiplicatus, ſicut Societas Ieſu intra ſexaginta annos: Enimuerò ipſe, numerum recenſens omnium domorum, Collegiorum, Seminariorum, Reſidentiarum, &c. Eiuſdem Societatis per vniuerſum orbem. Vix pertingere valet, ad quadringentas habitationes : cùm, in Ordine Franciſcano, Obſeruantes: ſeu, Conuentuales : vel Capucini; aut Tertiarij Regulares; ſeu, Diſcalceati; vel etiam nos Recolecti (intra id tempus :) longè excedamus totius Societatis Ieſu loca & domicilia.

114. Hæc ſunt ſtupenda & admiranda Dei facta, quæ quotidie operatur altiſſimus , neceſſaria ſubminiſtrans tot Religioſis in ſumma paupertate ſibi fideliter deſeruientibus : quæ potius admirari deberet ac reuereri Author Directoris Spiritualis, quàm ſic vbique procaci cauillatione arguere : *verbis malignis garriens in nos.* 3. Ioan. epiſt. verſ. 10. dùm & Seraphici Ordinis viuendi modum pauperem virga cenſoria carpit , & eius multitudinem haud rectis oculis aſpiciat : quæ tamen tot Summi Pontifices, & Concilia Generalia confirmarunt, & innumeri ſerui Dei ſanctiſſimè profeſſi ſunt. *Neque enim* (ait D. Bernardus, homil. *Ecce nos reliquimus omnia*) *venire in dubium aliquatenus poteſt, quin omnino ſacer ſit modus conuerſationis, & diuina magis inſpiratione , atque conſilio, quàm humana prudentia, vel adinuentione formatus : quo nimirum, tot profeſſores tantam in vita gratiam ſanctitatis, tantam poſt obitum gloriam fœlicitatis obtinuerunt.* Et quamuis non omnes huiuſce inſtituti, (ſicut & in quouis alio ſtatu euenit) eam omninò ſeruarent vitæ rationem quam ſic ſanctè vouerunt, nec ita ad amuſſim perfectioni addicti cernerentur : perperam attamen ageret, qui ideo totum inſtitutum cenſeret arguendum, imo potius patienter ſufferre, Deique benignitatem collaudare. *Vt ſitis Filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt : qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Matth. 5. verſ. 45.

Quot contradictiones , & aduerſa, nunc vſque hic Ordo minorum , ſuſtinuerit : ſiue quo ad modum vitæ Regularem; ſiue , quo ad priuilegia ſibi à ſede Apoſtolica, conceſſa.

ARTICVLVS XVIX.

§.115. NOn ignoramus hocce Ordinis noſtri inſtitutum complures ſuſtinuiſſe contradictiones, & aduerſa, tum in primordio naſcentis Religionis Seraphicæ : tum in progreſſu ſuæ ætatis. S.Franciſcus compoſita ſibi quadam vitæ Regula, an. 1210. adijt Summum Pont. Innocentium III. pro illius approbatione, à quo tamen repulſam paſſus eſt: ſed poſtea Chriſti Vicarius, Diuinis monitus reuelationibus, D. Franciſci piis votis benignè annuens, conceſſit, quæ ſic humiliter petierat : teſte D. Bonauentura cap. 3. vit. eius. Imò, paulò poſt eumdem Ordinem in Concilio Generali Lateranenſi, an. 1215. confirmauit : vti ad 4. Octob plenius obſeruabimus. Quod omninò rationabile erat : nam cùm tot moleſtias paterentur per varias regiones, præcipuè Ciſmontanas, eius alumni, propter vitæ & habitus nouitatem , eo tempore , quo tot vigebant hæreſes, efferueſcebantque vndique ſectarij pernicioſi : neceſſarium erat agere, apud Summum Pontif. vt in ſolemniſſimo & frequentiſſimo Conuentu totius orbis Patrum, declararet ſe ſuoſque non ex numero hæreticorum , ſed ex grege fidelium eſſe : manifeſtarique iuberet in Concilio ſuum inſtitutum, & Regulam quibuſdam iam annis à ſe approbatam.

Multa paſſi ſunt Minores opprobria in Hiſpania, §.116. & malè affecti ſunt in Germania : iuxta Vvadinghum tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1216. & 1217. ex Marco Vlyſſiponenſi, Gonſaga, & alijs. Quare Honorius III. an. 1219. ſcripſit litteras commendatitias huiuſce Ordinis ad omnes prælatos : quæ incipiunt *Cùm dilecti filij.* ſub Datum Viterbij, 3. idus Iunij, Pontif. an. 3. vide Vvadinghum ſup. eo an. parag. 28. ſcripſit etiam idem Pontifex an. 1220. ad vniuerſos Galliæ Prælatos, in hunc modum, *Pro dilectis filijs*, ſub Datum Viterbij , 4. Calend. Iunij, Pontif. an. 4. apud Vvadinghum eodem an. parag. 56. Aliud eiuſdem tenoris Diploma datum eſt ad Archiepiſcopum Senonenſem & Epiſcopum Pariſienſem : quorum vtrumque originaliter cuſtoditur in Archiuo Minorum Pariſienſi. Et hæc quidem, quo ad Franciſcani inſtituti promulgationem ac receptionem.

Quantum verò ad priuilegia eiuſdem Ordinis: §.117. maiora diuturnioraque experti ſunt impedimenta. Primum, quod inueni, iurgium, fuit circa priuilegium an. 1224. ab eodem Honorio III. Fratribus Minoribus conceſſum, vt in ſuis locis & oratoriis, in altari Viatico poſſent celebrare , incipit. *Quia populares*, ſub Datum Laterani, 3. nonas Decemb. Pontif. ann. 9. Quidam Galliarum Prælati, an. 1225. his ſeſe oppoſuerunt : quorum conatum ſtrenuè repreſſit idem Summus Pontifex, per ſuas litteras, ad Archiepiſcopum Rhemenſem , Reate 3. Calend. Septemb. quarum initium eſt. *In his quæ ad cultum.* Item ad Epiſcopos Pariſienſ. Reate 14. Calend. Octob. & Tornacenſem, nonis Octobris, incipientes, *Non deberent* : quibus iubet vt tales, authoritate Apoſtolicâ , compeſcant, Fratreſque Minores in exercitio priuilegij conceſſi conſeruent, & à variis grauaminibus illorum Prelatorum liberent. Apud Vvadinghum an. 1224. parag. 46. & an. 1225. parag. 26.

Porro, an. 1231. Prælatos Gallos ſibi amplius ſen- §. 118. ſerunt moleſtos. Per hæc enim tempora diffuſo in omnes partes ſodalitio, & creſcente bona fama Minorum , liberaliter in eos ſua bona fideles irrogabant, ædificantes eis habitacula, Eccleſias omni ornatu decorantes, & ad victum, quæcumque opus erant, ſubminiſtrantes : quòd inuidiam & auaritiam multorum, erga eos excitauit, qui cæca cupiditate (vt ait Summus Pontifex Gregorius IX.) ſeducti, propriæ auiditati ſubtrahi reputantes, quicquid Fratribus fidelium pietas elargiebatur, quietem ipſorum multipliciter perturbabant : quorum grauaminum meminit ipſemet Vvadinghus ad annum milleſimum ducenteſimum trigeſimum primum, paragraph. 55. addens ſubſequentia verba. *Placuit hic intolerabilia , & multa nimis grauamina iſta ex Pontificijs litteris ad verbum recenſere : vt ex irrefragabili teſte conſtaret : quam ab ipſo ortu paſſa eſt hæc ſodalitas contradictionem. Cæca cupiditatis effectus hi ſunt, vt Pontifex ſcribit : & ſubſcribunt Innocentius & Alexander , huius nominis quarti, qui eiſdem verbis, Diplomatis vigorem renouarunt, vt ſuis annis memorabimus. Redacta ſunt hæc in corpus iuris.*

Digitized by Google

Titul. de Exceſſib. Prelator. cap. Nimis iniqua, & cap. Nimis praua. Compeſcuit enim tantam inſultandi libidinem Gregorius hoc anno, Dato Diplomate Reate, ad vniuerſos Eccleſiæ Prelatos 12. Calend. Septemb. & biduò poſt videlicet 10. *Calend. eiuſdem menſis, ad Turonenſ. & Rothomagenſ. Archiepiſcopos, & Epiſcopum Pariſienſ. magnos Fratrum fautores: vt hi pro ſuo affectu, in huiuſmodi exceſſus, authoritate Pontificis, animaduerterent. Mutatis mutandis eadem ſunt litteræ, & habentur in Regeſto Vaticano, numer.* 121. Hinc ſupra modum miratus ſum, hæc eadem grauamina, iam toties à Sede Apoſtolica condemnata, rurſus an. 1634. circa initium Quadrageſimæ, Fratribus Minoribus, Rothomagi, illata: licet paulò poſt ab Archipræſule eiuſdem ciuitatis Iure ſublata, & extincta. Cauſam tanti diſſidij reor aliam planè non fuiſſe, niſi ab ijs, *Qui ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti.* Philippenſ. 2. verſ. 21. immò verò, *quod non eſt aliud, niſi ſint aliqui qui vos conturbant.* Galat. 1. v. 7.

§. 119. Vetus eſt, & in Eccleſia Catholica antiquum, Monachos ac Religioſos, multis fauoribus, gratiis, priuilegiis, & indultis à ſummis Pontificibus ſemper fuiſſe exornatos: tum propter inſignem vitæ eorum ſanctitatem, qua ſic in Eccleſia Dei, præ cæteris, eminebant: tum, ad arcenda, compeſcendaque inuidorum & contrariorum indebita molimina: quibus aliquando præuidebatur ab iis impunè laceſſiri. Primum cernitur longè apud priſcos Patres, & recentiores authores exaratum. *Caterum, vt mea, & multorum fert opinio, nullus intra ſanctam Eccleſiam, Ordo eſt, vbi certius promereri Dominum, fidelis anima poſſit: quàm ſi Monaſtica diſciplinæ ſtudeat propoſitum integrè obſeruare.* Ita Lupus Ferrarienſis Abbas, Epiſtol. 29. ad Guenilonem Senonenſ. Archiepiſcopum. Eadem copioſius proſequitur Petrus Bleſenſis Epiſtol. 136. dicens. *Vitam Religioſorum, quorum diuerſa ſunt ſpecies (Polymita eſt enim tunica Ioſeph, & circum amicta varietatibus ſponſa Chriſti) tota cordis affectione, veneror: ipſorumque pedes brachiis deuotiſſimè humilitatis amplector. Scio enim, quia præ cunctis ſæcularibus, & Clericis & Laicis, tantum differentius virtutum titulos referunt, quanto impreſſioribus veſtigijs, Apoſtolorum, Regulis inhæſerunt. Ipſi in humilitate, hoſpitalitate, obedientia, charitate, & cæteris, quibus Regnum Dei rapitur ac poſſidetur, indefeſſa ſollicitudine ſe exercent. Hi carnem deprimunt, ſpiritum erigunt, viam in terris ducentes Angelicam, Chriſto militant in tenuitate ciborum, in aſperitate veſtium, in vigiliarum excubiis, in Pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritualibus, in confeſſionibus, in diſciplinis, & lachrymis, in cæleſtium ſuſpiriis, in ignitis compunctionibus, in iubilationis arcanis, in exceſſibus mentis, dulcibuſque ſuſurris, in quibuſdam gloria cæleſtis experientiis, in amplexibus ſponſi, &c.* S. Bernardum, D. Anſelmum, alioſque complures Gallicos viros, ſanctitate & eruditione præcipuos omitto, quorum ſententias conſimiles referunt ſcriptores non pauci.

§. 120. De ſecundo, quid ſentiat idem Bleſenſis Epiſt. 68. audiamus. *Scimus equidem, quod ob quietem Monaſteriorum, & Epiſcoporum tyrannidem, has exemptiones plerumque Romani Pontifices indulſerunt.* In ſimilem ſententiam D. Anſelmus, ſcribens ad Vrbanum Pap. vt Monaſterium Beccenſe in Neuſtria, aliquo priuilegio honoraret: aiebat. *Non enim ignotum eſſe puto veſtra excellentia, quia plures Epiſcopi, non tam gaudent Monaſteria paterna pietate nutrire, & Epiſcopali cura erudire, quàm auſtera quadam dominatione, & propria voluntate grauare.* Iuo quoque Carnotenſ. Epiſtol. 108. & 193. reprehendit Archiepiſcopum Turonenſ. & Epiſcopum Beluacenſ. hunc, quòd priuilegia Monachorum S. Quintini in Vermandua, temeraret, & exectione fatigaret: illum verò, quòd maius Monaſterium, apud Turones nimis diuexaret. Quæ omnia latius proſequitur D. Greg. Pap. VII. lib. 2. Epiſtol. 69. ad Cunibertum Taurinenſ. Epiſcopum: qua quidem illum arguit, quòd Monachos S. Michaelis moleſtiis afficiat. Verba ex induſtria omitto, ne in ijs recenſendis videar de dignitate Paſtorali vel tantillum minuere, ſeu Epiſcopis aliquod malæ voluntatis indicium ſuggerere: quos humillimè veneror. & ab omnibus impenſè reuereri conteſtor.

Ab exordio igitur Franciſcanæ Religionis ſummi Pontifices, & Concilia Generalia huic Ordini Seraphico complura priuilegia conceſſerunt, confirmarunt, & approbarunt: quæ ipſe Camuzius omninò laudat, tract. de Opere Monach. part. 1. cap. 18. paragraph. 6. vbi errorem fatetur tum Ioannis à Poliaco ſub Ioanne XXII. condemnati: tum Guillelmi à Sancto Amore cap. 13. parag. 10. & cap. 16. parag. 4. qui in ipſum inſtitutum perperam inuehebantur. Omitto Gyraldum de Abbatilvilla, Deſiderium Longobardum, Ioannem Clopinellum, Richardum Armachanum, Ioan. Vvicleſuum, Lutherum, Caluinum, & alios Antimonachos, ſeu Franciſcomaſtyges: quorum deliramenta, & inſanas voces, ſuperius, ad parag. 70. & ſeq. refutauimus: Qui ouo prognati eodem, his vltimis ſæculis inſurrexerunt: & linguas ſuas ſicut (Pſal. 139. v. 5.) ſerpentis acuentes, nulli noſtrûm pepercerunt. §. 121.

Ioſias Simlerus in Epitom. Bibliothec. Conradi Geſneri: vbi de S. Franciſco: hæc habet. *Franciſci conformitates cum Chriſto, liber impius, impreſſus Metis, an. Domini* 1509. *octern.* 30. Nullum adhuc vidi typis excuſum, Metis, ſed Bononiæ, Venetiis, &c. Opus eſt Catholicum, & pietate plenum: cuius Author eſt B. Bartholomæus *Piſanus*, noſtri inſtituti alumnus, vir vtique ſanctitate & eruditione præclarus: de quo infra ad 4. Nouemb. quicquid impunè blatterent ipſi hæretici Simlerus, Geſnerus, Pleſſæus, &c. quibus Catholicorum, præcipuè Religioſorum, facta manent, minuſque arrident. Verùm, quid magis impium & ſacrilegum, quàm illud opus, cum eo Titulo, *Alcorannus Franciſcanorum*, ab his hæreticis compoſitum contra præfatum librum Conformitatum? nihil illo ſceleſtius! prout vidi in Conuentu noſtro Metenſi, an. 1617. in cuius Bibliotheca ſeruatur inter libros prohibitos indicis Concilij Tridentini, iam antea Facultatis Theolog. Pariſienſ. cenſura condemnatus, an. 1543. Henricus Sedulius, Minorita, libris Apologeticis, huic peſſimo operi excidium dedit. Kemnitius nonnulla niſus eſt aliquando nobis impingere: cui mox obuiam apparuit Diegus Payua, Andradius, Theologus Luſitanus, aduerſus hoſce hæreticos calumniatores Regulæ D. Franciſci, lib. 1. Orthodox. explication. contra Kemnitium. Petrus-Paulus Vergerius, iunior, olim Epiſcopus Iuſtopolitanus, ora ſoluit contra librum, cui nomen, *Floſculi S. Franciſci.* Teſte Geſnero: nec mirùm cùm hæreticus factus ſit, & inter authores primæ claſſis recenſitus in indice Concilij Tridentini. At *S. Franciſci Floſculi* liber, vt potè pius ac Catholicus, vbique eſt per Italiam editus. Georgius Buchanan, Hæreticus, omnium §. 122.

impu-

impudentiſſimus, Epigrammata contra SS. Franciſcum, & Antonium compoſuit: ſed refutatur à Garaſſo lib. *6*. ſect. 18. §. 2. Doctr. Curioſæ, qui & refert infamem, miſeramque eius mortem, lib. 2. ſect. 5. & lib. 6. ſect. 13. Et ita, ſingula, ſi tempus ad eſſet, perluſtrando ſæcula, ijs omnibus inauſpicatò euenit, nempe dedecus & vituperium; quoties Dicacitatis Bulimia laborantes, res Minoriticas cauillari curarunt: *Perijtque memoria eorum cum ſonitu.* Pſal. 9. verſ. 8. Cùm Chriſtus Dominus ſeruo ſuo Franciſco promiſerit, Ordini ſuo auxilium & iuuamen ſemper cœlitùs adfuturum: & Summus Pontifex omnimodam à Sede Apoſtolica protectionem & fauorem: qua de re S. Bonauentura, in vita ipſius.

123. Extat Apologia F. Ioannis Pincharij contra obloquentes mendicitatis, de perfectione Euangelica: apud Bibliothecam Abbatiæ Sain-Victor. Pariſienſ. CC. 17. Bartholus Saxo Ferratenſis, omnium Iuriſconſultor. Princeps, ſcripſit ann. 1354. libros 4. in Defenſionem & Commendationem Ordin. Minor. quos Minoriticas Deciſiones nuncupauit ex Vuadingho. 2. tom. Annal. ad annum 1290. parag. 27. Sic Franciſcus Nicolaj Apologiam ex Euangeliorum fonte depromptam, aduerſus noxia Franciſ. Lamberti in Regulam Franciſcanam Iactata probra emiſit Antuerpiæ ann. 1528. teſte Poſſeuino in Apparatu ſacro. idem egit in Anglia. F. Robertus Fininghamus, vti habet Vuadinghus Tom. *6*. Annal. Minor. ad ann. 1460. §. 33. poſt Pitſeum de ſcriptorib. Anglicis, Bonauentura, Nepos. ſcripſit Defenſionem FF. Minor. de Obſeruantia. Olim Guido de Marchia, Franciſcanus, ſcripſit ad Romanum Pontificem, Rythmicè quidem, ſed Lepidè ac Laconicè, querelam mundi contra Religionem Fratrum: iuxta Vuillotum, in Athenis Orthodoxis Franciſcan. Iam iam verò deſcribenda foret, ad eundemque Chriſti Vicarium, plenè ac planè mittenda, non querela Mundi, ſed quorumdam mundanorum, & mundi amatorum: qui ſpeciem pietatis gerentes, & zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, habentes: rixas ſuſcitant quotidianas, aduerſus ſtatum noſtrum, quem omninò ignorant, ac de eo niſi ex ſciomantia muſſitant. Pergant igitur, hi prudentes in oculis ſuis, ac filij huius ſæculi: adeantque Summum Pont. ſciſcitentur ab eo veritatem: continet etenim in ſcrinio pectoris ſui omnia iura, & infallibiliter loquetur ex Sede Apoſtolica. *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* Pſal. 99. verſ. 3. ab ipſo initium ſumpſimus & originem: ipſe Ordinem noſtrum approbauit, confirmauit, & vſque modò fouet ac protegit, ſine quo nec conſiſtere valet, aut mutari, vel tantillum explodi: pedibus namque eius ſtamus, ex profeſſione ſubiecti; ab eo expectamus oraculum, cui obedientiam ex voto præſtitimus. Cur tantoperè remorandum? cur tot iurgiis implicari? ſi ſit contentio aliqua, ad hanc petram allidenda eſt: ad tribunal Sedis Apoſtolicæ ſtamus, ibi nos oportet iudicari. At rei periculum faciamus.

De Labore manuali: & mendicitate Religioſa; de perfectione operis cum voto facti: deque excellentia ſtatus Fratrum Laïcorum & Tertiariorum in Ordine Franciſcano, Tum de Fauoribus & gratijs S. Franciſco cælitùs datis: contra noſtri inſtituti æmulum.

ARTICVLVS XX.

Contendit modernus quidam, in Ordine Minor. laborare manibus, eſſe præceptum, non conſilium, part. 2. de Opere Monachor. ſect. 3. art. 1. & ſect. 21. art. 2. Cui palam aduerſantur Alenſis 4. part. quæſt. 108. S. Bonauentura in caput 5. Regul. S. Franciſc. Item in quæſt. circa eandem Regul. quæſt. 11. Item de tribus quæſt. ad Magiſtrum Innominatum: tum de Paupertate Chriſti, & in Apolog pauperum, cap. vltim. ſic & Piſanus, Rouſſerius, Corduba, Picquetus, Politianus, Victorinus, &c. expoſitores in cap. 5. Regul. Minor. Eidem Sententiæ aſſentitur D. Thomas, Opuſcul. 19. capite 5. & 21. quæſt. 187. art. 3. & 4. Caietanus ibid. & Suarez tom. 3. Thomas Vualdenſ. in Doctrinal. fidei lib. 4. cap. 30. Bellarminus de Monachis cap. vltim. Quod confirmat Nicolaus III. in ſua Declaratione. Exijt, de verbor. ſignificat in ſexto Decretal. dicens. *Non videtur ea fuiſſe inſtituentis intentio: quòd vacantes ſtudio, vel diuinis officijs, & miniſterijs exequendi, manuali labori, ſeu operationi ſubijceret: vel ad hoc illos arctaret; cùm, exemplo Chriſti, & multorum ſanctorum Patrum, labor iſte ſpiritualis tanto illis præponderet, quanto quæ ſunt anima corporalibus præferuntur. Ad alios vero, qui ſe in prædictis ſpiritualibus operibus non exercent, (niſi tales aliorum Fratrum licitis officiis occupentur) ne otioſè viuent, verba prædicta declaramus extendi.* &c. quæ ipſe ſapientiſſimus Pontifex proſequitur. Ex quibus perſpicuè datur intelligi, opus manuale tantummodo attribui ei, qui culpabili otio torperet, maximè autem Fratri Laico, vti omnes fatentur, ſed rara hæc auis in terra. Anſam erroris præbuit ipſi moderno Authori, Polydorus Virgilius, lib. 7. de Inuentione Rerum, cap. 3. qui quidem liber cenſura Facultatis Theolog. Pariſ. condemnatus eſt ann. 1545. & inter libros prohibitos in indice Concil. Trident. connumeratus. Loco autem iſtius legas velim Petrarcham, de vita ſolitaria, otio Religioſ. & Neruesam Epiſtol. moral 23. 25. & 27. §. 124.

Exindè addit Antagoniſta, Mendicationem profiteri, & de elemoſynis viuere pauperibus voluntariis haud conuenire: niſi cùm ex labore manuali, vitæ neceſſaria ſibi omninò comparare nequiuerint. Fulcitur authoritate D. Auguſtini, lib. de opere Monachor. & opinionibus Guillelmi à Sancto Amore, Deſiderij Longobardi, Gyraldi de Abbatiſ-villa, Richardi Armachani, & ſimilium virorum, iam ab Eccleſia reprobatorum: quibus opponimus B. Alexandrum Alenſ. ſup. quæſt. 107. S. Thomam, D. Bonauenturam, Vualdenſem, Bellarminum, & alios propè innumeros: qui ex profeſſo eam pertractarunt difficultatem, omnibus aduerſariorum obiectionibus reſpondentes, nec S. Auguſtinum ignorantes: ſed perſpicacioribus oculis intellectuque puriori intuentes ac cōcipientes, quàm ille Neotericus: qui tacitæ ſibi obiurgationi faciendæ, Cur tot, ac ſanctis viris fidem non adhibeat, & à communi ſententia proborum Authorum recedat? vnico verbo reſpondet: licere hæc opinari, ſibique placere illa ſequi: quippe, quæ ſibi videantur Cœnobitis aptiora, nec malum meditetur, ſed optimum finem ſemper ſit intuitus. Sanè ad hæc, auet B. Alenſis, ſup. membr. 4. part. 3. verba referre. *Mira eſt hæc ſapientia, quæ omnium oſtendit inſipientiam; & mira iuſtitia, quæ cæteros condemnat ferè omnes: quod ſi hæc non eſt ſapientia, ſed potiùs temeritas, &c.* At demus huic authori ſuam direxiſſe intentionem, conſcien- §. 125.

ū

tiamque formaſſe: attamen iuxta Apoſtolum, *Non ſunt facienda mala, vt veniant bona.* Roman. 3. verſ. 8. quamuis hæc æmulatoria bona, ſint valdè dianœa, & ſpeculatiua.

§. 126. Omnis Theologorum cœtus, vnà cum D. Thoma 2. 2. quæſt. 88. art. 6. docet: quòd cùm vouere ſit actus latriæ: laudabilius, & magis meritorium eſt, cæteris paribus, quidpiam ex voto facere, quàm ſine voto: vouere enim voluntati conſulitur, & conſilium non eſt niſi de meliori bono. Huic autem veritati contrarius ille neotericus, toto niſu, ſatagit oſtendere quemlibet fidelem domi Chriſtianè in paupertate viuentem: & vxorem in caſtitate degentem: ſeruumque in obſequio Domini ſui famulantem, abſque voto; conæquari tamen Religionis cuiuſcumque Monachis, idem mereri, ſeu factis illos æquiparari: verbis irriſoriis obloquens, de votis ſolemnibus Religioſor. noſtri Ordinis, maximè Fratrum Laïcorum, part. 3. Directoris cap. 11. quaſi verò, illorum ſtatus minùs eſſet Religioſus, & profeſſio, ac vota minus ſolemnia, aut aliis inferiora. Papè, auius à vera longè ratione vagaris; ô Amice! tuaque verba, fateor, Diaporeſim mihi non vulgarem præberent: ni tot viri meritis & ſcientia præclari ab incœptis me ſubleuaſſent: tibique ex Antipophora copioſiſſimè feciſſent ſatis.

§. 127. Si proſomilia hic æmulus nobiſcum aliquando habuiſſet: didiciſſet vtique, Fratres Laicos Franciſcanos, verè ac propriè Religioſos eſſe: Regulam, ac votum profiteri commune cum Clericis eiuſdem Ordinis, nullamque hac ratione intereſſe differentiam. Hinc BB. Ægidius, Iuniperus, &c. Laici, inter Priores Seraphici Patris S. Franciſci, ſocios ac diſcipulos connumerantur: qui vnà cùm ipſo Didaſcalo, Romam profecti ſunt ad Innocentium III. pro Approbatione Regulæ Minor. ann. 1210. Qui *poſtulata conceſſit, & adhuc concedere plura promiſit: approbauit Regulam: dedit de pœnitentia prædicanda mandatum, & Laicis Fratribus omnibus, qui ſeruum Dei fuerant comitati, fecit coronas paruulas fieri, vt verbum Dei liberè prædicarent*: ait D. Bonauentura, cap. 3. vit. S. Franciſc. cui ſubſcribunt Iacobus Oddò in Chronic. MS. Marianus lib. 1. cap. 8 parag. 19. & alij. Affirmat autem Marianus ex Legenda trium ſocior D. Franciſc. eundem Summum Pont. ipſorum omnium ſolemnem tunc in ſuis manibus recepiſſe profeſſionem, & vota probaſſe de huiuſmodi obſeruando inſtituto; qua de re latiùs Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. parag. 15. & 16.

§. 128. Hinc, ſtatus ille FF. Laicorum, tantoperè poſtea excreuit, fama boni odoris; vt Imperatores, Reges, Principes, ac Magnates illum ſummè excoluerint, nomen illi dederint, habitum piè geſtauerint, & in eo fœliciter obdormierint. Alij verò tanta vitæ ſanctitate, & miraculorum gloria illuſtres habiti ſunt, vt ab Eccleſia Catholica in Apotheoſim referri meruerint. Cæterùm, Beatorum horum Fratrum à Sede Apoſtolica approbatorum ingens numerus, quotidiè accreſcit: nec immeritò, vti intuenti patebit. Mortuo ſancto Bernardino Senenſi, ann. 1444. 20. Maij, Miracula tot ac tanta cœlitùs operata ſunt ad eius inuocationẽ, vt proindè de eius canoniſatione actum ſit apud Sedem Apoſtolicam: quæ tandem peracta eſt ann. 1450. ſub Nicolao V. Interim verò B. Thomas à Florentia, Laicus, obijt, ann. 1447. die vltim. Octob. qui & cœpit multis miraculis coruſcare: quare Criticorum nonnulli, Ordinis Minorum, atque præfati D. Bernardini canoniſationis aduerſarij, ea mox petulanter, tum ad Summum Pontificem, tum ad Cardinales, (vt eo prætextu, ipſius D. Bernardini factorum famam ſubobſcuram redderent;) detulerunt, dicentes: quòd ſi omnes Fratres Laici Ordinis Minor. Miracula perpetrantes, Catalogo Sanctorum eſſent inſerendi, in nulla re alia deinceps Curia Romana foret occupata. Teſte Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 3. Hinc plures Cardinales ſtatum iſtum Religionis Franciſcanæ tantopere æſtimabant: vt propterea ſæpè optarent obnixè Fratrum Coquum citius agere, quàm ea dignitate fulgere. Imò & multi ſummi Pontifices eadem piè expetiere. Quare Paulus. 3. animam agens: *Mallem* (ait) *me ſubieciſſe coquo familiæ Capucinorum, quàm hanc Deo proximam ſex & decem annorum curriculo, dignitatem ſuſtinuiſſe.* vti referunt P. Iouius in eius vita, & Cornelius à Lapide in cap. 3. Apocalypſ. verſ. 1.

A Fratribus Laicis, ad Tertiarios, fune D. Franciſci §. 129.
præcinctos, iter deflectit noſter æmulus: quos conſimili modo arguit, irridet, ac reprobat, part. 2. Director. Spiritual. cap. 6. & part. 4. cap. 12. iure ne an iniuria faciat, Precor, mi Lector, attendas. Tertiariorum inſtitutum à ſancto Franciſco, initium habuit, Deo id multis miraculis approbante: vti conſtat ex D. Bonauent. cap. 4. vit. S. Franciſc. *Factus Euangelicus præco, ciuitates circuibat & caſtra, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute ſpiritus annuntians Regnum Dei. Videbatur intuentibus homo alterius ſæculi: quippe, qui mente ac facie in cœlum ſemper intentus, omnes ſurſum trahere conaretur. Cœpit ex hoc, vinea Chriſti germinare germen odoris Domini: & productis ex ſe floribus ſuauitatis, honoris, & honeſtatis vberes fructus afferre. Nam prædicationis ipſius feruore ſuccenſi, quamplurimi vtriuſque ſexus, in coniugali pudicitia Domino famulantes, ſecundum formam à Dei viro acceptam, nouis ſe pœnitentiæ legibus vinciebant: quorum viuendi modum idem Chriſti famulus, Ordinem Fratrum de Pœnitentia nominari decreuit. Nimirum ſicut in cœlum tendentibus, pœnitentiæ viam omnibus eſſe conſtat communem: ſic & hic ſtatus, Clericos & Laicos, Virgines & coniugatos, in vtroque ſexu admittens, quanti ſit apud Deum meriti, ex pluribus per aliquos ipſorum patratis miraculis, innoteſcit.* Hoc igitur inſtitutum ab Honorio III. confirmatum fuit, ann. 1221. indeque à Gregorio IX. Innocentio IV. Nicolao IV. Leone X. &c. Summis Pont. multis auctum fauoribus & priuilegiis, qua de re ſuperius, ſuo loco, ad 3. Ianuar. parag. 3. & ſequent.

B. Dominicus Ordinis Præd. Inſtititutor, fune §. 130.
S. Franciſci præcingi voluit: pro vt paulò ſuperius oſtendimus, paragraph. 98. S. Ludouicus Rex Galliæ, S. Heliſabeth filia Regis Hungariæ: alijque permulti ſancti viri vtriuſque ſexus, tum Laici, tum etiam Eccleſiaſtici, nunc vſque hunc Tertium Ordinem Minor. ſuſceperunt, profeſſi ſunt, ac illuſtrarunt: quid igitur mali eos recenſere, vel eadem profiteri? R. Pater. Lucas Vvadinghus, Minorita, editis in lucem Seraphici Patris S. Franciſci opuſculis, opus dedicauit illuſtriſſimo Gabrieli de *Treio*, S. R. E. Presbytero Cardinali, Tituli Sancti Pancratij: Cuius epiſtolæ, & idem Eminentiſſimus Cardinalis, alia longiori, & præclara reſpondens è ciuitate Tiburtina 3. Iulij, ann. 1621. inter cætera, hæc ſub finem, ſcribit. *At tu admiraris, & ſolemnibus celebrare cupis Encomijs, me*

Digitized by Google

poſt purpuram Cardinalitiæ dignitatis, habitum Tertij Ordinis induiſſe, & ſolemniter tertiam Patris noſtri Franciſci Regulam profeſſum fuiſſe, ſed quomodo, qui meipſum, & omnia quæ habeo, Franciſci eſſe profitebar, poſſem qualecumque exhibere deuotionis ſignum, niſi meipſum ſuæ Religioni deuouerem? An ne indignus eſt Franciſci funis, quo Regia purpura cingatur? eo præcinctus Ludouicus, Rex Galliæ, Elisabeth Vngariæ princeps, in Sanctorum numerum relati: Imperatrices, Reges, Reginæ, & alij pricipes viri: quorum numerum, tempore mortis ſuæ deuotiſſimè habitum ſuſcipiens, auxit hoc anno Philippus III. Rex Hiſpaniarum, & paulò ante ſereniſſima Hiſpaniæ Regina Eliſabeth, Philippi IV. Domini noſtri vxor, & nobiliſſima princeps Maria, eiuſdem Philippi IV. germana ſoror, quæ etiam huic Tertiæ Religioni nomen dederunt, quas cum potentiſſimo & pijſſimo rege Deus diu incolumes ſeruet. An fortè non decet Regiam dignitatem cilicium? decet certè: & tempore Eliſæi Prophetæ eo vſum Regem Iſrael narrat hiſtoria ſacra. Vnde ergo miraris, quòd Cardinalis cinericium habitum purpuræ imponat, & chorda ſe præcingat? Dicis, humilis habitus eſt tantæ dignitati. At ego reſpondeo, ideo ſuſcipiendum hoc tempore, cùm tanto humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſquam debeat eſſe ex munere, quanto ſe obligatiorem conſpicit in reddenda ratione, &c. Quid ergo ego facerem eo tempore, quo indignus ad tam ſupremum Eccleſiæ euehebar gradum, niſi humilitate Franciſci me tueri, quo ſecurius poſſem oneris iniuncti procellas, labores, & onus ſuſtinere? ſed quid multa? non ne cinericius habitus Franciſci verè purpureus eſt, quo ornari poſſit Regia & Cardinalitia dignitas? verè purpureus eſt, quem Chriſti ſignat cruor, & paſſionis eius coronauit fides, & quem Chriſti vice, proprio ſanguine è ſacris ſtigmatibus effluente, rubrefecit Franciſcus. An ne humilitas Chriſti ſeruitus eſt? ſeruilis non eſt quam Regalis nobilitat purpura, ornamentum eſt purpura regium. Hunc ſi quis vel dedignetur, vel abhorreat habitum: reſpiciat, quod non griſeus, ſed purpureus ſit: humilitas namque ſuſcepta pro Chriſto Regiam præfert dignitatem. Quid ergo feci? purpuram purpura contexi, Cardinalitiam Regia, tantum abeſt, quod me humiliauerim, meritò dubitare paſſim, an ſuperbierim. Cætera pertranſeo, quæ hic Eminentiſſimus Cardinalis piè, & humiliter de ſe proloquitur. Extat eiuſmodi epiſtola initio præfati operis Vvadinghi.

§. 131. Quæ igitur improbat, deridet, perperamque reijcit noſter æmulus de hoc Tertio Ordine, ac fune S. Franciſci: ne credas, velim, vera vnquam fuiſſe, ſed finxiſſe præſentia: & malo animo, ac praua interpretatione in alium ſenſum impunè pertraxiſſe: quæ leguntur tum apud D. Bonauenturam, tom. 7. quæſt. 16. Libelli Apologetici in eos, qui Ordini Fratrum minor. aduerſantur: tum in Bulla Sixti V. Pap. pro erectione Archi-confraternitatis funis Franciſcani, & confirmatione eiuſdem ann. 1585. & 1587. quibus ampliſſimas largitur indulgentias chordam ipſam à Superiore Ord. minor. benedictam piè geſtantibus: vt ſic cunctis fidelibus exoſum reddat æmulus, quod tam ſanctè fuit inſtitutum. vide B. Ioannem Capiſtranum in Defenſorio, Tertij Ordinis Franciſcani.

Ad nos demùm reuerſus æmulus: hanc Ordini
§.132. Seraphico maculam inurere nititur, dùm Reuerendiſſimum Patrem Generalem, per ſexennium, in officio, ſuſtinemus: quippe cùm ſit directè contra Regulam Mino. eo in munere triennium excedere: tract. de expropriatione clauſtrali cap. 26.: ſed craſsè nimis hallucinatur. Generales etenim totius Ordinis Seraphici poſſunt comitia generalia, quolibet triennio, vel alio quouis tempore, celebrare: at Generalatus officio fungebantur toto vitæ ſuæ tempore: *Quo decente* (ait Regula cap. 8. *Electio ſucceſſoris fiat à Miniſtris Prouincialibus & Cuſtodibus, in Capitulo Pentecoſtes, in quo Prouinciales Miniſtri teneantur ſemper in ſimul conuenire, vbicumque à Generali Miniſtro fuerit conſtitutum: & hoc ſemel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem, ſicut à prædicto Miniſtro fuerit ordinatum.* Nunc tamen (ſic Summis Pontific. rationabilibus cauſis ipſorum animum mouentibus, aliter diſponentibus) temporaneus eſt Generalatus, & non niſi ad ſexennium ſe extendit.

Tandem Seraphicum Patrem S. Franciſcum impiè §. 133.
laceſſit, eiuſque priuilegia à Deo ſibi data, pleno ore deridet: (qua de re, ſuo loco, ad 4. Octob.) vtque cap. 33. & 34. ſup. facetiam excitet, irriſoriè recitat illud mirabile, quod cœlitùs actum eſt, in vltionem malignantium. Factum audiamus. *Prælati quidam, neſcio quo ſpiritu inducti, de Franciſcano ordine abolendo conſilia inter ſe contulerant; & ad eam rem perficiendam, quoddam aliquot Epiſcoporum conuenticulum coegerunt. Erat autem in eadem vrbe Eccleſia præcipua, & in Eccleſia feneſtris vitreis duæ imagines pictæ, vna Sancti Pauli, qui enſem, altera Sancti Franciſci, qui crucem manibus tenebat. Nocte Æditus viſus eſt ſibi Paulum audire hæc dicentem: Quid agis Franciſce? cur tuam non defendis familiam? cui ille: quid faciam, nihil habeo præter crucem: & hæc ipſa me admonet de patientia ſeruanda. Tum, Apoſtolus hortari, ne tantam ferret iniuriam, ſuumque ei offerre gladium. Territus Æditus ſimul ac illuxit, accurrit in Templum, certoque vidit vtramque imaginem inſignia inter ſe commutaſſe, atque in Pauli dextera crucem adhuc eſſe, Franciſcum verò gladium habere cruore ſtillantem: quod dùm ſecum tacitus miraretur, increbuit rumor, Epiſcopum illum, qui eius conſilij auctor fuerat, repertum eſſe mortuum præciſis ceruicibus. Ac ipſe quoque nocturnum viſum narrare cœpit, ac pro eius fide ipſas imagines omnibus oſtentare.* Ita Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. Minor. lib. 9. capit. 36. §. 2. Platus de Bono ſtatus Relig. lib. 1. cap. 33. Foderetus in deſcriptione prouinc. Burgundiæ, nunc S. Bonauentura pag. 150. Sedulius commentar. in vitam S. Franciſci cap. 3. longè ab initio. Vvadinghus tom. 4. Annal. minor. ad ann. 1376. §. 12. BeyerlincK. Tom. 6. Theatri Vitæ Humanæ, verb. *Religioſus*, pag. 281. Bzouius Tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1375. §. 18.

Quomodo autem æmulus ille id reijciat, perſpi- §. 134.
ciamus. Primò enim ait ſcriptam eam eſſe hiſtoriam à *Fodereto*, ab hinc duobus vel tribus annis; ſed fallitur: nam æmuli liber excuſus eſt ann. 1634. *Fodereti* autem ann. 1619. Secundò, addit *Foderetum* illud tranſcripſiſſe ex Plato, qui id adinuenerat ab hinc circiter annis viginti: in quo maximè errat æmulus: cùm *Plati liber.* longè editus ſit in lucem antè ann. 1600. Etenim Sedulius ſcribens an. 1596. citat ipſum; aitque *Platum* Romæ obiiſſe circa ann. 1593. ſup. in med. Præterea, vult æmulus præfatam hiſtoriam eueniſſe annis trecentis poſt Ioan. XXII. Pap. illoſque authores ita retuliſſe circa Pontificatum eiuſdem Papæ: quod omninò mendoſum eſt. *Platus* quippe eam

Digitized by Google

reponit ad ann. 1376. Vlyſſiponenſis verò ſub Vrbano VI. qui ſedere cœpit ann. 1378. Ioannes autem XXII obiit ann. 1334. Ad hæc, curioſè inquirit æmulus, vtrum illa Eccleſia, in qua id factum accidit, eſſet Cathedralis, Parochialis, aut Conuentualis. Reſpondet *Vlyſſiponenſis*, Collegiata. Multa deindè irriſione percurrit vniuerſæ hiſtoriæ huiuſmodi acceſſoria; quæ ego taceo, pudetque eloqui. Magis, magis, inquam, inuiſibilem Dei manum, ô æmule, timere deberes: eadem enim tibi imminent pericula, ſicut & iſtis, & aliis, quos enarrat B. Thomas *Cantipratanus* lib. 2. Apum cap. 10. B. Bartholomæus *Piſanus* lib. 1. conformitat. fruct. 9. part. 2. notabili. 8. *Platus* ſup. & alij.

Cur præſens opus, Martyrologium Franciſcanum, vocetur: pro cunctis Minoritici Ordinis alumnis compoſitum: vt potè, ex eiſdem omnibus compactum.

ARTICVLVS XXI.

§. 135. NOſtrum hoc opus intitulatur, *Martyrologium Franciſcanum*: noſtri Ordinis Minorum ſolos complectens viros, vitę ſanctitate, & miraculorum gloria conſpicuos. In quo quidem Ordine tanta fuit ſemper Regularis diſciplinæ præſtantia; vt cùm pro tempore, nonnunquam Religionis feruor tepeſceret in aliquibus, confeſtim alij inſurrexerint, quorum zelo, pioque affectu, priſtinæ vigor obſeruantiæ rurſus adoleſceret. Iuxta promiſſionem cœlitùs B. Franciſco factam: qua de re Vlyſſiponenſis ſup. part. 1. lib. 2. cap. 7. Vvadinghus tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1223. §. 1. ex Mariano lib. 1. cap. 13. & 22. & alij non pauci.

Dicitu autem *Ordo. Minorum*: vt ex hac quidem humili appellatione diſcerent D. Franciſci ſodales, ſe ad diſcendam exercendamque humilitatem, ad Chriſti ſcholam veniſſe: vti ſuperius, ſuo loco ad 4. Octobr. notatur. Non autem vt huic ſoli virtuti incumberent, prout tacitùs innuere videtur *Nigronus*, Commentar. in Regul. communes ſocietatis Ieſu, tituli part. 3. §. 21. Audias, quæſo, proprium officium Minorum, ſeu præcipua cernas huiuſce Ordinis fundamenta: cap. 12. Regul. minor. annotato. *Vt ſemper ſubditi & ſubiecti pedibus eiuſdem Sanctæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.* Qua de re, hæc ſcitu. intulit. Guillelmus Cancellarius Pariſienſ. ſermon. de S. Franciſco. qui eſt. 95. de ſanctis. *Sapientia humilitatis multùm abundauit in B. Franciſco: vndè ab ea voluit ſuum Ordinem nuncupari, vt dicerentur FRATRES MINORES, non pauperes Fratres, nec Diſcalceati: &c.*

§. 136. Porro, huiuſce Ordinis Minorum caput fuit & Author, Seraphicus Pater Sanctus Franciſcus: qui vt initium dedit ſuæ familiæ, duodecim ſibi ſocios primùm copulauit: ad inſtar Chriſti, qui & duodecim elegit Apoſtolos. Lucæ 6. verſ. 13. ex quo quidem Ordine, tanquam totius ſanctitatis cæſpite, ſurculi duodecim exorti ſunt: Conuentuales, Cæſareni, Clareni, Cœleſtini, Narbonenſes, Gentiles, Obſeruantes, Colletanei, Amadæi, Capreoli, Recollecti, & Diſcalceati: qui omnes flores inſignis perfectionis, temporibus ſuis germinarunt: vbereſque fructus eximiæ ſanctitatis in caulam Domini reportarunt. Ex diuerſa autem Regulæ obſeruatione, vel etiam ob varios Reformationum authores, ſeu fautores, diſtincta ſortiti ſunt cognomina: quæ omnia tandem, partim cum temporum viciſſitudine, ſublata ſunt: partim, ob vnionem generalem compoſitam ann. 1517. ſub Leone X. in aliud commutata. Tum etenim ab eodem Summo Pontifice ſancitum eſt: vt Fratres, qui ob Regularem obſeruantiam, nuncupati fuere *Obſeruantes*, haberent ſuperiorem, qui eſſet Miniſter Generalis totius Ordinis minor. Fratres verò *Conuentuales*, cum priuilegiis, & redditibus ac poſſeſſionibus viuentes, ſuperiorem eligerent, qui vocaretur, Magiſter Generalis Fratrum Conuentualium: qui electionis de ſe factæ confirmationem à præfato Miniſtro Generali totius Ord. minor. petere deberet: cui tanquam capiti totius Religionis Seraphicæ, ſigilla Ordinis conſignata ſunt ab ipſis Conuentualibus. Qua de re Gonzaga 1. part. orig. ſeraph. Relig. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. ſeraph. Vlyſſipodenſis ſup. part. 3. in fin. Barrezzus 4. part. chronic. minor. lib. 1. & alij.

Hi itaque Conuentuales, veluti antiquiores, viros §. 137.
nobis protulerunt, etiamnum, pietate, eruditione, ſanctitate & miraculis celeberrimos: inter ipſos namque Patres Conuentuales ſemper extitere complures, qui ſuæ profeſſioni addictiſſimi, & virtutum omnium ſpecimen facti: ſingularis radios meriti ediderunt. Obſeruantium verò familiæ ingens eſt numerus: nam vltra eos, quos ex ſe peperit filios, aggregandi etiam forent, quoquot inter Conuentuales ſanctè vixerint: cùm & ipſi verè ac propriè haud Conuentuales extiterint, id eſt, minimè vitam cum priuilegiis & poſſeſſionibus duxerint: ſed Regulam Franciſcanam ad amuſſim ſeruauerint, ob idque Obſeruantes dici meruerint, non Conuentuales: quod diſertè probat Gerardus Empellius, minor Obſeruantinus, in Examine currus Myſtico-hiſtorici Ordinis Sancti Franciſci, per R. P. Nicolaum Armigerum, Ordinis Conuentualium nuper fabricati ann. 1631.

Quantum verò ad Recollectos, in Gallia, Reffor-
matos in Italia, & Diſcalceatos in Hiſpania (iidem §. 138.
enim ſunt inter ſe, & vulgi nomine, ſeu terrarum, ac prouinciarum ſpatiis ſolummodò diſterminantur) duo animaduertanda ſunt. Primum, in præfata vnione totius Ordinis Minor. ſub Leone X. ſancitum eſſe: quòd de cætero nullæ nouæ Reformationes introducerentur, aut fierent in noſtro Ordine, abſque Miniſtri Generalis, aut Prouincialium, in ſuis reſpectiuè prouinciis, expreſſo aſſenſu. Secundum, in eadem vnione, ann. 1617. Fratres noſtros Recollectos (qui ſub B. Ioanne *à Popula* ab ann. 1484. incœperant) Diſcalceatos, Fratres de *Caputio*, ſeu de *Sancto Euangelio*, fuiſſe ſublatos. Igitur cuncti Fratres nouo Generali humiliter parentes, & ſedatis ac ſopitis diſſidiis; Recollecti atque Diſcalceati, cum bona venia eiuſdem Miniſtri Generalis, priſtinam denuò aſſumpſerunt viuendi formam: ac de eius licentia, & Prouincialium aſſenſu, Cuſtodia Angelorum erecta eſt in Prouinciam ann. 1518. ſic Cuſtodia Extramadura, in Prouinciam S. Gabrielis ann. 1519. Cuſtodia Pietatis, in Prouinciam eiuſdem nominis ann. 1520. & ſic de aliis: (Vide Gonzagam part. 3. ſup. & Rapinæum in Hiſtor. general. Origin. decad. Recollectorum 4. & Barezzum ſup. ac Corbin. lib. 7. ſanctæ Franciad pag. 145.) ſub obedientia eiuſdem. R. P. Miniſtri Generalis. Ex his, & alijs in hoc opere inferiùs à nobis dicendis; liquidò patet, quàm à veritate hiſtorica, & Epocha temporum, aberrauerit Petrus à Sancto Romualdo, ſcribens in ſuo Theſauro Chronologico ad ann. 1532. Summum Pontificem

Digitized by Google

noſtram tunc confirmaſſe congregationem: quaſi eo tempore nondum fuiſſet à ſede Apoſtolica confirmata. Nec minori menda laborat, aiens ad ann. 1601. noſtros Recollectos tunc primùm fuiſſe conſpectos in Gallia: id enim aſſerere, eſt palpare in meridie, nec mirandum, cùm alia etiam complura, vera an falſa, ſubobſcura & dubia, collegerit, quibus ſuum Theſaurum Chronologicum repleuerit. Quod & iterata ſcriptione aggreſſus, in Appendice ad chronicon Ademari: Fabulam (ipſomet teſte) retulit de Eminentiſſimo Franciæ Cancellario, apud nos habitum noſtri Ordinis aſſumente, vt ſic incognitus, è Lutecia clam aufugeret: mitto alia, quæ me pudet hic referre; vnde meritò ab Archiepiſcopo Pariſienſi, hoc ann. cenſura mulctatur & prohibetur eiuſmodi Appendix.

§. 139. Capucini & ſi omnium vltimi, non tamen modicam nobis præbuerunt Beatorum virorum multitudinem: quibus Religioſa actio, nempè acuminati Caputij geſtatio, ſiue ad contemptum ſui, ſiue quòd proprium eſſe habitum S. Franciſci arbitrentur, nomen dedit, inquit Nigronus ſup. cùm tamen quadratum Caputium illis conueniat, ex eorum inſtitutione, (quod ſuo loco, ad 3. Auguſti fuſius patebit.) Per Bullam Clementis VII. ann. 1526. non autem Clementis VIII. vt mendosè ſcribit modernus Author. cap. 33. paupertat. Euangel. poſt. med. qui tum hoc loco, tum tract. De opere Monachor. cap. 32. part. 1. nimis irriſoriè cauillatur ſuper eodem caputio, ac barba prominenti Capucinorum. Quamuis enim id minimè habeant ex inſtitutione S. Franciſci; attamen conceſſum eſt eis authoritate Apoſtolica, ſub Clemente VII. quare valdè illic hallucinatur hic author. Nec minus ſunt falſa à ſe allata, quàm quòd R. P. Carolus Rapinæus Romano interfuerit Capitulo generali ann. 1625. (vt vult ipſe cap. 34. paupertat. Euangel.) qui nedum tunc erat ſuperior; ſed R. P. Polycarpus *du Fay*, noſter Prouincialis Recollector. Prouinciæ Sancti Dionyſij in Francia. Habent autem Capucini Vicarium Generalem, qui ſubditur Magiſtro Generali Conuentualium, ex mandato Sedis Apoſtolicæ. Horum Capucinorum, ſicut & præfatorum Diſcalceatorum vitam ſanctam, virtutibuſque plenam, deſcribit Iuo Magiſtri in Epiſtola liminaria ad *Ocularia* minor. Griſius De Clericis Regularib. ſection. 14. §. 80. Ignatius Ioſeph. lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. Abbatiſ-Villæ. cap. 58.

Secundus Ordo Minorum, eſt Monialium Sanctæ
§. 140. Claræ Virginis, inſtitutus à S. Franciſco. ann. 1212. à quo poſtea præſcripta eſt Regula ann. 1224. & à Summis Pontificibus Honorio. III. Innocentio IV. Alexandro IV. &c. approbata: quam Vvadinghus Commentariis illuſtrauit tom. 2. opuſcul. D. Franciſci, & tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1212. & 1224. ex D. Bonauentura cap. 4. vitę S. Franciſci B. Antonino 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. & aliis. Multa autem variaque obtinuerunt cognomina, iuxta diuerſas Regulæ ſuæ obſeruantias: Hinc Clariſſæ, Vrbaniſtæ, Coletanæ, Annuntiatæ, Conceptioniſtæ, &c. quæ immenſas Chriſto Virgines pepererunt.

§. 141. Tertius Ordo de Pœnitentia, dictus, ab eodem Seraphico Patre inſtitutus legitur, ann. 1221. quibus & normam viuendi præſcripſit, à *Vvadingho* ſup. relata eſt & Annotationibus elucidata. Poſtea verò quidam illorum voti emiſſis, habitum Religionis ſumpſerunt, & in communi viuentes, approbati ſunt à Nicolao IV. aliis V. Papa: iique ſunt quos vulgus in Italia vocat *Beccaroli*. Quorum Reformationem noſtri Galli promouentes, multos extruxerunt Conuentus per Galliam, ſub nomine Pœnitentium Tertij Ordinis S. Fanciſci. vide Spœlbergiũ in Triumpho. SS. ex Tertio Ordine. S. Franciſci.

Vt autem ſummatim notitiam ſtatus Religionis §. 142.
Seraphicæ percipias: hæc ſubſequentia accipe, ex omnium vltimo, Vitali Algezira, in Arbore Epilogica totius Ord. S. Franciſci. *Ordo Sancti Franciſci habet Sanctos canonizatos 27. Beatificatos. 606. Martyres 920. Confeſſores, qui vita ſanctitate & miraculis floruerunt 1630. horum memoriam tenent noſtra Chronica. Pontifices 6. Cardinales 57. Patriarchas 12. Archiepiſcopos 128. Epiſcopos 590. Legatos & Oratores à Pontificib. & Regib. deſtinatos 270. Imperatrices 4. Reges 20. Reginas 20. Filios & Filias Regum 55. Archiduces 1. Principes 7. Duces 20. Marchiones 34. Comites 85. Archiduciſſam 1. Principiſſas 7. Duciſſas 46. Marchioniſſas 26. Comitiſſas 32. Filios & Filias huiuſmodi Principum 368. Inquiſitores 84. exceptis iis, qui ordinarij ſunt, Spoleti, Fulginij, Reate, Florentia, Venetia, Raguſia, Iſtria, Boſna, & Dalmatia, ab ann. 1258. Scriptores in variis ſcientiis excedunt numerum* 880. Vide Corbinum ſup. lib. 7. pag. 150. & ſeq. Vaſſeurum part. 3. Annal. Eccleſ. Nouiodunenſ. lib. 4. cap. 39. Griſium cap. 14. §. 63. De Torrez & alios ſup. Ea verò recenſere minimè arridet Authori Directoris ſpiritual. part. 2. cap. 6. cui nec mihi placet reſpondere: cùm in ſacra ſcriptura, Eccleſiaſticus, Machabæi, Apocalypſis: & in Hiſtoria Eccleſiaſtica, probati Authores, viríque præclari, facta Sanctorum ſatis ſuperque recenſentes, exemplum nobis præbuerint: vt ex eorum aſpectu & memoria, prouocemur ad ſimilia perfectionis & virtutis opera.

Qui dicantur ſancti, ac Beati in præſenti opere: & De authoritate ac fide Chronicorum Minorum.

ARTICVLVS XXII.

ITaque Sancti iam canonizati ab Eccleſia, littera §. 143.
maiuſcula, S. indicabuntur, qui verò beatificati ſunt à Sede Apoſtolica, hoc Aſteriſco B. notabuntur: quos tamen Sanctos appellari potuiſſe, infert Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, ſub die poſtrema Iulij, quia *Semicanonizati*, ſunt. Verùm Balthaſar Ioannes Roca Ord. Prædicat. interrogatus de hac Nomenclatura, reſponderet (vt arbitratur Nigronus ſup. parr. 1. §. 17.) non modo potuiſſe, ſed etiam Sanctos vocari debere. Nam ex Theologicis regulis ſubtiliter hoc excutiens præfatus Roca, in vit. B. Ludouici Bertrand. tract. 3. §. 4. 5. propoſ. 3. & 4. definit eos omnes, qui Beati declarantur ab Apoſtolica Sede, ac Miſſæ ſacrificio, in eorum honorem celebrando decorantur, canonizatos eſſe particulari ac minus ſolemni canonizatione: proindè tanquam Sanctos eſſe colendos, ibi potiſſimum vbi miſſæ celebratio conceditur: & ſanctos eſſe nuncupandos: qua de re vide Toſſinianum lib. 1. Seraph. Hiſtor. pag. 115. Bellarminum libr. 1. de Beatitudine Sanctor. cap. 10. qui apertè teſtantur, licere non canonizatum, credere & vocare Sanctum: non tamen eo modo, quo alij, qui ab Eccleſia SS. Catalogo inſcripti ſunt. Nam hi publicè, id eſt, nomine totius Eccleſiæ, coluntur: illi verò priuatim poſſunt inuocari, etiam aliis audientibus, vt patet ex S.

Digitized by Google

Hieronymo in vita Paulæ, & D. Gregorio Nazianzeno, in vita SS. Athanaſij, & Baſilij: vterque enim inuocat, quos laudat ante Eccleſiæ determinationem: imò & de BB. recentioribus, tantus fuit piorum cultus erga ipſos, vt Deus eorum vota ſæpè ex audierit, & Eccleſia minimè reprobauerit: prout pluribus probat Ribadeneira in fin flor. ſanctor. in præfation. ad vitas BB. ſocietatis Ieſu. Nec abs re! Quandoquidem, & ſi nouiſſimi omnium extiterint, non tamen minore vitæ ſanctitate fulſerint. Multùm, (inquit Guillelmus, Cancellarius Pariſienſis, Sermon. 95. de S. Franciſco.) *Amat Deus ſanctos modernos, qui inter tot, & tam malos, boni ſunt.* Sed præſtat hac in re. S. Antoninum, Archi-præſulem eruditiſſimũ, audire ſic loquentem part. 3. Hiſtor. Titul. 23. cap. 14. *Scriptum eſt, quia ſpirituum ponderator eſt Dominus, cui ſoli, ſicut cognitus eſt numerus Electorum in ſuperna fœlicitate locandus; ita & ei ſoli innoteſcunt gradus meritorum, & præmiorum omnium Sanctorum, & quibus voluerit reuelare. Quantum autem nobis (qui tenebris inuoluimur) permittitur indicare de Sanctis, per coniecturas, & præſumptiones ex geſtis eorum, arbitror ambigere neminem, plurimos Beatos vtriuſque ſexus, non canoniſatos ab Eccleſia, Imò nec nominatos, non fuiſſe minoris meriti, & inferioris gloriæ, multis Cathalogo Sanctorum adſcriptis. Non enim Canoniſatio, adijcit ad meritum, vel præmium eſſentiale Beatorum, nec decernit ſanctitatis gradum: ſed venerationem temporalem, & gloriam! vt poſt ipſam poſſit ſolemniter Officium celebrari, & feſtinari, quod aliàs fieri non debet.* Rectè autem Doctor Angelicus ſubintulit: *Quamuis ſuperiores ſancti in patria ſint magis Deo accepti, quàm inferiores: vtile tamen eſt etiam minores ſanctos interdum orare, propter quinque cauſas: &c.* In. 4. ſentent. diſtinction. 45. art. 2. ad. 2. quem ſequitur Ioannes Nider. lib. 4. Formicarij cap. 2.

Quare canonizatos, ſimpliciter vocauimus ſanctos:
§.144. cæteri verò nondum à Sede Apoſtolica Apotheoſi donati, Beati nuncupantur: non quòd Martyrologium iſtud Franciſcanum, pro more Eccleſiaſtico, in choro, tempore Diuini Officij ſit decantandum: ſed ſolummodò proponitur, vt cæteri libri pij, & Vitæ ac Legendæ Sanctorum, legendum priuatim, pro deuotione ac tempore vniuſcuiuſque perſonæ: quod & Hugo Menardus in Prologo Martyrolog. Benedictini rectè obſeruauit, & Vvadinghus tom. 3. Annal. Minor ſub initio: ac Bouerius Tom. 1. Annal. Capucinor. præfat. ad Lectorem, in fine. Nec his contrarius cenſendus eſt (iuxta San-Agranum para. 1. lib. 1. colloq. 6. §. 7.) Vrbanus VIII. in ſua Bulla ann. 1625. 2. Octob. ſic etenim illic habetur. *Sanctiſſimus D. N. ſollicitè animaduertens abuſus, qui irrepſerunt, & quotidie irrepere non ceſſant in colendis quibuſdam, cùm ſantitatis, tum Martyrij fama, vel opinione; defunctis, qui, & ſi, neque canonizationis, neque beatificationis honore inſigniti ſunt ab Apoſtolica ſede: eorum tamen imagines apponuntur: declarauit, ſtatuit & decreuit, ne quorumnis hominum, cum ſanctitatis, ſeu Martyrij fama (quantumcumque illa ſit) defunctorũ imagines, aliaque prædicta, & quodcumq; aliud, venerationem, vel cultum præ ſe ferens, & indicans, in locis publicis ſeu priuatis, apponatur, antequam ab Apoſtolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, amoueri mandauit. Declarauit, quod per ſupraſcripta, præiudicare in aliquo non vult, neque intendit, iis, qui, aut per communem Eccleſiæ conſenſum; vel immemorabilem temporis curſum; aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta; vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij, coluntur.* Qua de re vide Portellum in dubiis Regularibus verb. *Reliquiæ Sanctorum*: Et Chryſoſtomum Henriquez in Apparatu ad Menologiũ Ciſtertienſe. cap. 23. vide ſup. ad §. 9. Nam (vt cum illo Eminentiſſimo, S. R. E. Cardinali, Baronio. cap. 18. Martyrologij Roman. loquar.) *Clariſſimos illos Martyres, quos noſtro ſæculo, ob tuendam propagandamque Catholicam fidem, pœnas atrociſſimas, ſi qui olim Martyres, in Anglia potiſſimùm, atque in Gallijs, ab hæreticis paſſos; & in cœlum (vt par eſt credere) inter alios Martyres æquali ſcimus triumphi gloria cooptatos.* Eadem iterum teſtatur. ad. 29. Decemb. ibid. quem vltro ſequuntur Ludouicus Granatenſ. Thomas Boſius, Hilarion Coſtæus, & alij, toties à nobis in poſterum citandi. Quid amplius alius purpurati cœtus honos, & decus Bellarminus ſup. *Non licet* (inquit) *Reliquias non canoniſati hominis in Templo conſtituere publicè honorandas: licet tamen eas habere, & venerari, etiam alijs videntibus, modò ſcandalum abſit: id enim habet praxis Eccleſiæ. Mox enim ac Martyres defuncti erant, currebant fideles ad Reliquias rapiendas: & ſimiliter quando moriuntur homines, clari ſanctitate, multi deuotè oſculantur manus & pedes: & de veſtibus eorum pro Reliquijs, ſeruant: nec id vnquam prohibitum fuit. Præterea, ſi licet honorare viuentes, quos credimus ſanctos, cur non mortuos.*

Vt autem reſpondeam Fortunato Scaccho, Auguſtiniano: *De Cultu & veneratione ſeruorum Dei*; §.145.
ſect. 11. cap. 4. pag. 846. minimè verùm eſt, id, quod præproperè eructauit, de præſenti noſtro Martyrologio, cuius partes nunc tuendas confidenter aſſumo: in quo Martyres & Sancti haud conſtituuntur pro libito, quotquot, quomodocumque recenſentur, inter ſanctos vel Martyres, à quibuſcumque Scriptoribus, ſiue certæ, ſiue incertæ fidei: (vti perperam videtur innuere) ſed iuſto, verò ac canonico ordine ſeruato: quo cultus publicus & Eccleſiaſticus, ſecernitur à particulari & pio: Quiquidem ſecundus, non prohibetur ab Innocentio. 3. in Concilio Lateranenſi. noſtrum Martyrologium Fanciſcanum tale quid complectitur: cui accedit tantùm (modò illos excipias. qui à Sede Apoſtolica, vel Ordinariorũ licentia, & aſſenſu; &c. pobati ſunt) Authoritas & fides, hiſtorica, humana, & perſonalis, ac pia: vti toties teſtatus ſum. Verum quidem eſt inter tot, ac tantas ſeruorum Dei, in noſtro Ordine Minoritico, copias glorioſas, nonnullos me ſelegiſſe: qui plus authoritatis, virtutis, ac ſanctitatis, mihi videbantur obtinuiſſe, vt legentibus piè occurrerem, ad eorumque imitanda veſtigia incitarem. At non propterea me arguendum arbitror; Quòd autem Authores ſequutus ſim, vel citauerim, *Incertæ fidei*, nunquam; niſi forſitan vltimum locum tenentes, ſi autem *certæ ſunt fidei*: Quæ culpa? mi Fortunate? Quid probri colere Authores, veros, doctos, pios, ac religioſos? nam ſi hiſce viris fides detrectatur: in qualem confuſionem, & inextricabilibus ignorantiæ tenebris foueam demergimur: circa notitiam nedum prophanæ: ſed & totius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ nobis comparandam? in diſpendium ſanè, veritatis, pietatis, & Religionis. Eadem ferè Vvadingho reſpondebimus: Ad quid toties idem recantaturus ſcribit. lib. de ſcriptoribus Ordinis Minor.

Digitized by Google

littera. A. in hocce noſtro Martyrologio, non omnes Beatos dici, aut diebus proprijs aſſignari : cùm contrarium apertiſſimè conſtet, ex contextu ipſiuſmet Martyrologij, eo modò, quo, nuper, ac toties declarauimus in præſenti noſtro Prologo (ad quod etiam lectores remittit) & hac iterata editione vt cuncta emendauimus, auximus & enucleauimus vt ſe fert humanus captus; ſin aliter autem ſibi videatur, dicat, aperiat, probet, exhibeat, & in lucem prodat; non enim ex contentione agimus, vel æmulatione, ſed ſolius gloriæ Dei, ac Sanctorum eius impulſu, hoc opus aſſumpſimus atque publici iuris fecimus: parati in proximiorem editionem omnia denuò conciliare?

§. 146. Hæc autem deſcripſi ſincero ac breuiori, quo potui, ſtylo; nihilque noui peregi, cùm à priſcis illis temporibus, mos inoleuerit apud Ordinem Seraphicum, acta, factaque illuſtriorum Fratrum diligentius obſeruare. Hinc decretum fuit in Capigenerali Pariſienſi, ann. 1292. ſub Miniſtro Generali Raymundo, natione Gallo; vt ſinguli Miniſtri in ſuis Prouinciis exactè curarent colligi, & regeſtis peculiaribus excipi, Sanctorum Fratrum vitas & geſta, præclarorumque virorum memorias, deinde rectè diſpoſita, ſecum deferrent ad comitia Generalia: quod & olim ſtatuerat S. Bonauentura: teſte Vvadingho tom. 2. Annal. minor. ad ann. 1292. §. 15. Nonnullis forſan, ingens horum (quos recenſemus) reputabitur numerus, at ex eo inficiabitur nemo, ſpectata huiuſce ſanctiſſimi inſtituti maxima perfectione, quin & ſtuporem addet illud à Summo Pontific. Clemente VIII. piè, vereque effatum: quòd ſi vellet canonizare omnes Sanctos Ordinis minor. miraculis claros, nullum finem haberet. Vide Elzearium lib. 3. ſacri mont. Oliuet. cap. 3.

§. 147. Sæpe Chronicorum noſtri Ordinis vſus ſum teſtimonio: quorſum verò iis fides minimè adhibenda erit? *Nam ſi credimus ſine vlla haſitatione Caſarem & Pompeium fuiſſe, quia id teſtantur communi conſenſu Hiſtorici, qui tamen homines fuerunt, & mentiri potuerunt; cur non credemus ſine haſitatione* (inquit Bellarminus lib. 1. de Sanctor. beatitudi. cap. 9.) *quod teſtatur Deus ipſe per miracula, quando nulla eſt ratio ſuſpicandi contrarium?* Quid igitur aliud noſtra Chronica referunt, quàm hæc eadem teſtari? Itaque Ioannes Franciſcus de Pauinis in Relatione ſua, pro canonizatione S. Bonauenturæ. part. 2. art. 8. validis rationibus concluſit coram Summo Pontifice, in conſeſſu Cardinalium, noſtris adhibendam eſſe fidem Chronicis: vel ex eo maximæ, quòd pura, nuda, ac ſimplici narratione res geſtas proſequantur, quorum Authores primarij aliquando præ nimia humilitate, nomina ſubticuerunt. *Nec te moueat*, (ait D. Banauentura epiſt. ad Magiſtrum innominatum, in fin.) *quòd Fratres fuerunt in principio ſimplices & illiterati: immò magis debet hoc in te fidem Ordinis confirmare. Fateor coram Deo quòd hoc eſt, quod me fecit vitam B. Franciſci eligere, quòd non fuit per hominum prudentiam inuenta, ſed per Chriſtum; & quia opera Chriſti non deficiunt, oſtendunt hoc opus fuiſſe diuinum.* Attamen, nec Chronicorum noſtrorum veritati defuere ſummi viri, pietate, ſcientia, & dignitate grauiſſimi, S. Bonauentura, B. Aluarus Pelagius, Marcus Vlyſſiponenſis, Rodolphius Toſſinianus, B. Franciſcus Gonzaga &c. Epiſcopi omnes, qui res Minoriticas litteris conſignarunt; immò, Exteri etiam, hiſce Chronicis haud parui ponderis authoritatem contulerunt, S. Antoninus, Vvaldenſis, Bellarminus, Baronius, & cæteri illuſtriores Authores, dùm paſſim eorum teſtimonium proferunt, citant, ſequumtur, tuenturque: vt proindè, omninò errans iudicetur noſter æmulus, qui vbique deſpicit, verbiſque irriſoriis reiicit huiuſmodi Chronica, quæ tamen B. Franciſcus de Sales part. 2. Introduction. ad vitam deuot. cap. 17. ſic venerabatur, vt ea piè proponeret omnibus habenda, à cunctiſque ſummoperè aueret legenda. Si verè, & non inaniter, gloriatur ille æmulus, de tanti Magiſterio Præſulis: cur dictis eius minimè annuat, haud video. Sanè Præceptoris atque Didaſcali dedecus eſt, diſcipulus inſciens. Magnus Mogor, Cambayæ Rex, in India Orientali, eadem Chronica dono acceperat à Patribus Ieſuitis; quæ cùm aliis Orthodoxis accurate ſeruabat. libris, ann. 1595. iuxta Iarricum part. 2. hiſtor. Ind. Oriental. lib. 2. cap. 14.

Ex his igitur Chronicis, tum aliis MS. antiquis §. 148.
Codicibus & probatis Authoribus, excerpſimus, quæ modo in lucem edere peroptamus. Ea enim veterum ſcripta, velut aurifodinæ ſunt, quibus innumeri latent Sanctorum virorum theſauri: quorum memoriam prorſus ignorat poſteritas. Hinc fatemur, quòd & ſi in noſtro Ordine Seraphico, viri SS. haud defuerint, toto orbe clariſſimi, atque notiſſimi: attamen multò his conplures remanere dilitentes, qui noſtram effugiunt congnitionem. Qua in re, multum me iuuat Doctrina D. Greg. Pap. lib. 9. moral. in illud Iob. 9. verſ. 9. *Qui facit Arcturum, & Orionas, & Hyadas, & interiora Auſtri.* Vbi ait, Beatos, qui Deo fruuntur in gloria, velut ſtellas in firmamento conſiſtere. Nam, quemadmodum, cœlum (vndecumque circumſpiciatur) his variegatur aſtris, ſic Eccleſia Dei, toto orbe terrarum diffuſa, viris ſanctis, vbique exornatur; qui virtutum fulgore eam perpetuò illuſtrant. Et ſicut ſtellarum quædam frequenter videntur, vti quæ in noſtro Hemiſphærio, circa Polum Arcticum, micant: aliæ verò nec cernuntur, aut vnquam apparent, quòd Antarctico approximent, & ad Antipodas vergant: ita ſunt nonnulli Sancti, quos ſcimus, videmus, & à cuncto populo agnoſcuntur: Deumque exindè laudamus, pro tanto fauore & gratia ſuis facta creaturis: quod ſignificatum eſt per B. Iob. de Vrſa maiori & minori, aliiſque ſuperioribus conſtellationibus agentem. Sed vltra præfatos, Deus in iis cœleſtibus domiciliis, multa Angelorum & hominum millia continet, quos diuina Majeſtas nulli vnquam mortalium reſerauit: noſque, quot, vel quales, ij ſint penitus ignoramus: Quod ſignificatum extat per *inferiora Auſtri*, & polum Antarcticum, quod idem eſt. Illud autem nec priſcis ſæculis, imò nec temporibus D. Greg. Magni patefactum erat, ſed noſtra ætate compertum eſt à Luſitanis, Hiſpanis, Gallis, &c. vbi nulla ferè remanet ſtella vel ſydus, quin modò cognoſcatur. Ordinem Franciſcanum myſticum cœlum eſſe nullus diffitebitur vocitare: cùm tot Summi Pontifices, Chriſti Vicarij, Cœlum, Paradiſum, Sanctum, Diuinum, Dei hortum, Domum, &c. appellarint. In eo autem myſtico cœlo Franciſcano, quotquot vitæ ſanctitate luxerunt, tot veluti virtutum aſtra, ſyderaque meritorum apparuerunt emicantia in militantis axe Eccleſiæ, quorum ingentem numerum quis referre valeret? Ex iis nonnullos huic noſtro Martyrologio, vt potè notiores

Digitized by Google

nobis, inſeruimus, cæteros omittimus: non ex cacozelia, ſed quia eos omnes recenſere, onus humeris noſtris impar, intellectuſque vires longè excedens, iure arbitrati ſumus. Faxit Deus, vt quod piè nobis duximus reformidandum: aliis cedat profuturum, fauſtum & iucundum, id tale opus aggredi.

Quàm ſublimis vocatio Minoridarum, & illuſtris finis Franciſcani Ordinis: refutaturque Nigronus, contendens Ieſuitas his præferri.

ARTICVLVS XXIII.

§. 149. GRadum ſiſtere cogimur, non laboris, difficultatiſque pertæſi, ſed veritatis detegendæ, omnibuſque propalandæ gratia. Fatetur *Nigronus* S. Franciſcum, zeli plenum, hæc tria, nempè, Chriſti virtutum imitationem, contemplationem aſſiduam, lucrumque animarum, in vnam Regulam, Ordinemque innectere voluiſſe. Proindè, nouam Minorum ſodalitatem excogitaſſe, quæ tria hæc Eremitarum, Cœnobitarum, & Didaſcalicorum munera complecteretur, accommodans eam, ad illum finem conſequendum, qui prodeſſet Eccleſiæ. Hæc ille Commentar. in Regul. commun. ſocietat. Ieſu titul. part. 3. §. 13. ex S. Bonauent. quæſt. 3. in Regul. D. Franciſci. At Societatis alumni (ſi *Nigrono* credatur) hæc omnia ſuperarunt, maioraque in dies fatiſcunt. *Beatus Ignatius noſter*, (ait Nigronus ſup.) *cum ſtudio contemplandi, cum labore diuini verbi prædicandi, cum Sacramentorum pœnitentiæ atque Euchariſtiæ adminiſtratione, atque aliorum quorumdam piorum operum exercitatione, in quibus videbat alios Ordines ſtrenuè verſari; percupiit ſociare quædam alia charitatis, vel nondum ab vllo ordine ſuſcepta; vel certè, non tanto ardore, atque aſſiduitate tractata, quanto ipſe tractauit, & à nobis exerceri cupiebat.* Quæ autem ſint illa, ſubdit. *Puerorum ac rudium in Chriſtianiſmo inſtitutio: iuuentutis à primis propemodum elementis eruditio gratuita, cùm probitate coniungenda*, &c. Quaſi verò ea munia, nuſquam obeunda ſuſceperint Benedictini, & Franciſcani? Sanè, quo ad nos pertinet, res ita vbique locorum, pro temporum viciſſitudine, fœliciter ſucceſſit: vt ipſi Ieſuiſtæ nobis hac in re adiuncti ſint apud Indiam Orientalem, imò & à nobis ipſis Collegiorum partem gratanter acceperint: Prout ad 31. Auguſt. §. 29. obſeruauimus. Quòd ſi forſan, apud nos, hoc opus non ita vſurpatum ſit: non ideò ſit, quia ad nos minimè ſpectet, vel feruor aut ardor animi, menteſque tepeſcant: ſed ex eo maximè, quòd bonorum temporalium redditus ac poſſeſſionum ſimus prorſus incapaces: Ieſuiſtæ autem Domorum, ac Collegiorum, hiſce bonis temporalibus fundatorum, ceu locupletatorum, Dominium proprium poſſident, eoque ſuſtentantur ac viuunt: ſicque tali ſuffulti iuuamine, iuuentus ab eis gratuitò eruditur, & euadit optimè imbuta. Vide ad 4. Octobr. §. 8. Collegiorum autem noſtrorum, & locorum (vbi Fratres hiſce funguntur pietatis officiis, erga iuuentutem) Dominij proprietas, ac reddituum diſpoſitio, penes fundatores, ſeu vrbis, vel Epiſcopi Buleutas omninò reſidet: quorum arbitrio, Fratribus neceſſaria ſubminiſtrantur: & cunctis gratuitò fores ad diſcendum patent.

Secundum charitatis opus (ait Nigronus §. 14. ſup.) *ab nulla congregatione hoc modo ſuſceptum eſt:* §. 150. *fidei catholicæ defenſio ac propagatio. Nouerat B. Pater, aliquos omnium ferè Ordinum, ac potiſſimùm Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, aliorumque Mendicantium, Religioſos viros Dei zelo plenos, vel ſua ſponte, vel maiorum Imperio, vel Sedis Apoſtolicæ iuſſu profectos, ſæculis præteritis in prouincias infidelium, ad Euangelium prædicandum, & nonnullos Martyrium ſubiiſſe. Sciebat in India, atque in orbe nouo, quo tempore ſocietatem hanc ſuam inſtruebat, ſalutem gentium illarum Barbararum ab iiſdem procurari. Verum non inuenerat, neque in Eccleſiaſtica hiſtoria, neque in Religionum Regulis, ab Ordine vllo ſuſceptam hanc curam: vt finem præcipuum ac proprium miniſterium, per votum peculiare, quoquiſque ſe obſtringeret ad pergendum, ſine excuſatione ac tergiuerſatione, quòcumque Summus Pontifex mitteret: ſiue ad Turcas, ſiue ad Hæreticos, ſiue in Indiam ad Gentiles, quod nos facimus in noſtra ſolemni profeſſione.* Quid amabo te, mi lector, aliud eſt hæc omnia contexere, quàm verba parere, agere parerga? Rei periculum faciamus.

Aiunt ſocietatis Ieſu alumni, votum quartum Summo Pontif. feciſſe, dùm promittunt ei obe- §. 151. dientiam, circa talia munia obeunda: illudque, ſi Diis placet, in tot alia vota diuiſum, quot membris particularibus cernitur compoſitum, nec id conteſtamur. At cùm Franciſcani idem votum longè eminentius ac copioſius iam Chriſti Vicario emiſerint: tantò amplius ſubdiuidendum in complura alia vota, admittere inficiabitur nemo; quantò vniuerſalius ſe extendit, cæteraque complectitur. Tale autem votum profiteri Fratres Minores palam aſſerunt S. Bonauentura, & alij ſup. in hoc prolog. §. 21. & 22. à nobis allati: maximè vero Nicolaus Albaſpina, qui vltra notas in Regulam Minoriticam, Tractatum edidit. *De Vocatione ac fine particulari Franciſcani inſtituti, deque mediis ad eundem finem*: vbi latè ſingula perſtringit ac diſcutit: quæ hic breuitatis gratia, omittenda duximus: vt meritò proinde cunctis innoteſcat, quàm à vero aberrauerit Nigronus, fidei Catholicæ defenſionem ac propagationem, ad modum Ieſuiſticum, ab vllo Ordine ſuſceptam, mendosè arbitratus. Fatetur quidem huiuſmodi charitatis opera ab aliis viris Religioſis impensè fuiſſe præſtita: ſed non ſub voti obligatione extitiſſe completa: quod nos omninò negamus circa Religionem noſtram Seraphicam. Duo quippe continet Regula Minoritana: votum, Pontifici Romano generaliter factum; & libertatem Fratribus conceſſam eundi inter Infideles. Quo ad primum, clarum eſt quemlibet noſtrûm voto obſtrictum eſſe Chriſti Vicario circa miſſionem Infidelium, ipſiuſque iuſſis hac in re obtemperandum: teſte Victorino in cap. 12. prædictæ Regulæ: Quò ad ſecundum, planè conſtat, minimè apud noſtros Superiores (ſicut nec apud Ieſuiſtarum Rectores) cœrciuam reſidere facultatem ſuis imperandi Fratribus ad Infidelium regiones commigrandi: vti habent omnes noſtræ Regulæ expoſitores. Tandem Nigroni aſſertum reiicimus, quo vult præfatum quartum votum, ſocietatis finem præcipuum eſſe, cùm vota (iuxta D. Thomam) ſint ſolum modò media ad finem: quod ſcitè explicat Albaſpina. ſup. cap. 1. & 5.

Digitized by Google

152. Pergit idem Nigronus §. 17. oſtendere aliud charitatis opus Societatis ſuæ: dicens. Sextum eſt: *Miſſio ad prædicandum, confeſſiones audiendas, doctrinam Chriſtianam tradendam, & alia opera pia inſtituenda, ſine vlla temporalis mercedis compenſatione atque ſpe, per fidelium oppida atque caſtella.* Priſcis ſæculis id vſitatum eſſe ex Origene lib. 3. aduerſum Celſum, planè dignoſcitur: poſterioribus quoque ſæculis hoc ſalutare munus repetitum eſt. Nam pium hoc ſtudium inter Prædicatores & Minores ortum habuit ſub Innocentio IV. ann. 1254. iterum ſub Ioanne XXII. Gregorio XI. atque Vrbano VI. renouatum: tum etiam plurimi Minoritæ ſub Bonifacio IX. diuino ſpiritu, atque animarum zelo ſucenſi, ſanctum reaſſumpſerunt fœdus, & charitatis vinculis inuicem colligati, ſacram hanc conſcripſerunt militiam. Aucto quippe Fratrum numero, adeò inualuit hic cœtus, vt peculiari titulo vocaretur. *Societas Peregrinantium propter Chriſtum.* Hi enim authoritate Apoſtolica ſuffulti, conſtituto ſibi Præſide, Miniſtri Generalis Vicario, terras peragrabant Ruthenorum, Vvalachorum, Tartarorum, Saracenorum, Paganorum, Cretorum, Bulgarorum, & aliarum Orientis, Aquiloniſque nationum fidelium atque non credentium. Habebant in Cœnobiis & Congregationibus ſuis Archiepiſcopos, & Epiſcopos, magnis per Sedem Apoſtolicam ornatos facultatibus & priuilegiis: & per terras credentium, atque infidelium euntes, mittebat ſemina ſacræ doctrinæ, & errores hæreſeſque eradicabant, &c. Vide Vvadinghum tom. 4. Annal. minor. ad ann. 1399. §. 1. & ſeq. & Tom. V. ann. 1403. §. 1. ex Scrobiſſ. de Archiepiſcop. Halicienſ. cap. 9. Poſtera verò ætate denuò huic, pro charitatis officio, impenſè iidem Ordines vacauerunt: illuſtreſque in eo habiti ſunt S. Vincentius Ferrerius, & S. Bernardinus Senenſ. ille Prædicatorum, hic Minorum ſplendor. Attamen vult Nigronus has miſſiones Societati Ieſu ſubſtantiales eſſe, atque ſub votum comprehenſas ſolemnæ obedientiæ Summo Pontifici circa miſſiones: proindè, ſiue ex voto, ſiue ex inſtituto, eſſe ita proprias ſocietatis, vt nulli alij hac ratione conueniant; Nunc adeſte, precor, boni viri, Nigronique Acoſmiam rectis inſpicite oculis. Nam ſi id opus comprehendi opinatur ſub præfato voto Nigronus; quorſum ſibi peculiare attribuit, denegatque Franciſcanis: qui tale votum: nobiliori modo, Chriſti Vicario profitentur? quo præmio, quaue ſpe, quæſo Nigrone, ducti ſunt, Sanctus Franciſcus, Sanctus Antonius Luſitanus, S. Bernardinus Senenſis, BB. Ioannes Capiſtranus, Iacobus à Marchia, &c. Seraphici Ordinis præſtantiſſimi concionatores: qui terra ac mari totum Chriſtianum orbem peragrarunt? Neſcientibus, Aſia, Africa & Europa, atque America, certiſſimæ veritatis ampliſſima exhibebunt Apographa. Videantur Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 13. & 24. & Ardinghellus in *Congeminata voce Turturis*, cap. 16. & in Appendice, Oſtenſione quarta.

(∴) (∴)

(∴)

Imitator Chriſti factus S. Franciſcus, adunatis ſ. 12. ſocijs eiuſdem Nationis, totum fermè perluſtrauit orbem: & ex illa vnitate, atque identitate Patriæ, diuerſitas Nationum Gentium, per ſuos alumnos ad Chriſtum mirabiliter conuertit: aduerſus Nigronum.

ARTICVLVS XXIV.

§. 153. QVid amplius molitur Nigronus? laboret quantum voluerit aut potuerit, in recenſendis Prouinciis ac terminis Societatis Ieſu, ſolum ſalumque percurrat, luſtretve vniuerſa: haud tamen intentum aſſequetur, quo ſibi perſuaſum habet Societatem ſingulari veluti auſpicio accepiſſe, omnium nationum varietate fore exornandā, & in omnem gentem, quæ ſub cœlo eſt, dilatandam: ex eo maximè, quod fundata extiterit per viros valde inter ſe diuerſos, non item Ordo Franciſcanus. *Qui primi,* (inquit) *Duce Beato Ignatio fundamenta Ordinis noſtri iecerunt, non fuerunt ex vna aliqua natione, tantum, ac lingua, quales ſocij Sancti Franciſci, qui omnes Itali: ſed è diuerſis, atque adeò aliquot è contrariis nationibus, inter quas tunc bellum gerebatur.* Hæc ille ſuper Regul. commun. 30. paragraph. 12. at, quid hæc nobis inſinuant, ex eorum Diaphonia, audiamus.

§. 154. Fatemur equidem Seraphicum Patrem Sanctum Franciſcum ſocios duodecim primarios ſibi adunaſſe, vnius nationis Incolas, quibus & Regulam Minoriticam duodecim capitulis contextam præbuit obſeruandam: qui cœleſtis luminis claritatem per vniuerſum orbem propagarent: moteque Apoſtolico, fidei radios vbique terrarum diffunderent. Apoſtoli namque omnes ex eadem gente & patria oriundi cùm eſſent, (teſte Lirano, Cornelio à Lapide, Salmerone, & aliis in caput. 1. Act. verſ. 11. & cap. 2. verſ. 7. & Baronio tom. 1. Annal. Eccleſ. ad annum trigeſimum ſecundum, paragraph. ſeptimo:) ab ea vnitate nationis, & perſonarum duodecim multiplicitate: exoriri debebat tum vna fides, vnumque baptiſma: tum conuerſio hominum: qui congregati in vnum ſub vno Capite Chriſto, & eius Vicario, Eccleſiam ſolam & vnicam componerent (iuxta D. Auguſtinum lib. 8. de Ciuitat. Dei cap. 49. Item Serm. 74. & 186. de Tempore: Item Serm. 27. de verbis Domini) quæ proindè iure meritoque vocatur Catholica, Apoſtolica, ac Romana: dictuM quippe fuit à Domino, ipſis Apoſtolis: *Euntes in mundum vniuerſum, docete omnes gentes, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.* Matth. 28. verſ. 19. Marc. 16. verſ. 15. quæ omnia S. Franciſcus vnà cum 12. ſociis, Chriſti edoctus exemplo, ad amuſſim compleuit: abſque pera, pecunia, vllaque exagoga; ſed vna tunica contenti, nudis pedibus, in paupertate, humilitate, & cæteris virtutibus Apoſtolicis, fidem propagarunt, ex Sancto Bonauentura, Piſano, &c.

§. 155. Mirabile certè! & vltra mentis humanæ captum putaretur, quod de profectibus Fratrum Minorum in omnes gentes refertur: niſi Sancti & oculati teſtes nobis præſtò adeſſent. Diuus Franciſcus ad adunatis ſociis duodecim primariis, ſuperſtes extitit

annos quindecim, obiit etenim anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto: at eo breui temporis ſpatio, inuenies eundem Patrem Seraphicum cum ſuis alumnis, Italiam omnem, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Germaniam, Hungariam, Hyberniam, Scotiam, Suetiam, aliaſque Aquilonares prouincias: tum Aſiam, Græciam, Syriam, Ægyptum, Marrochium, & Africæ nonnulla alia Regna perluſtraſſe, inhabitaſſe atque ſalutaribus monitis & exemplis inſtruxiſſe. Tanta autem fœlicitate id opus peregerunt Apoſtolicum, talique incremento profecerunt; vt totus fermè orbis edoctus ſit, multique peccatores pœnitentiam egerint: alij vero Franciſcanum induerint habitum, quorum numerus tunc longè xeceſſit omnium Societatis Patrum, quantumuis nunc vbique degentium cateruam: vide ſupra paragrapho centeſimo quarto. Quòd ſi vltra progrediendum eſt: Paradoxa omnino iudicabuntur noſtri Ordinis Seraphici ſchemata; etiam antequam duodecim illi primarij Sancti Franciſci ſocij obierint, cœlumque inuecti ſint.

§. 156. Hinc ſciendum, hos duodecim Diui Franciſci ſocios, pro maiori parte, Sacerdotes extitiſſe, atque eximios concionatores: alios verò laicos fuiſſe. Iacobus Brouſſeus (ex Fauſtino Diſtemienſi) cap. 30. vit. Beati Archangeli Scoti, Capucini, videtur dicere, illos nullis coruſcaſſe miraculis: ſed perperam. Præfatos etenim vitæ ſanctitate atque gloria miraculorum claruiſſe ſcribunt, Sanctus Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. capit. 7. Piſanus fruct. 8. & 11. part. 2. lib. 1. Conformitat. Sedulius Commentar. in cap. 3. vit. S. Franciſc. §. 6. Toſſinianus, Gonzaga, Picquetus, Algezira, &c. ſuis in locis à nobis adducti. Horum autem omnium vltimus finem vitæ accepit, ann. 1262. B. Ægidius, quo temporis interiectu, conſpicias, velim, qualiter in vniuerſas fermè infidelium terras ſeſe diffuderint Fratres Minores, fidem diſſeminaturi: tum ex litteris Greg. IX. ad ipſos ſcriptis, ann. 1233. tum ex Bulla Apoſtolica Alexandri IV. ann. 1258. quæ ſic incipit. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei: dilectis filiis; Fratribus de Ordine Minorum, in terris Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum, Hyberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zichorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moſcelinorum, Tartarorum, Hungarorum, maioris Hungariæ, Chriſtianorum captiuorum apud Turcas, aliarumque infidelium nationum Orientis, ſeu quarumcumque partium, proficiſcentibus, &c. Cùm hora iam vndecima, &c. ſub Datum Viterbii 13. Calend. Maij, Pontific. ann. 4.* Habetur apud Pennam, ſub calce Directorij: Albaſpinam, tum in notis ad 12. cap. Regul. Minor. tum in tract. de Vocatione, & particulari fine Franciſcani inſtituti. Vvadinghum tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1258. §. 1. Ignatium le Gault tract. de ſanctitat. Roman. Eccleſ. cap. 1. §. 2. vt proindè concludendum ſic cùm Doctore Seraphico. D. Bonauentura, in cap. 9. Regul. Minorit. *Vndè certiſſimè conſtat, quod nullis Religioſis plus competit prædicare, ex ratione ſtatus ſui, quàm his, qui hanc Regulam profitentur.* vide Suarez tom. 4. lib. 2. de varietate Religioſ. cap. 7. ac Raynaldum, Tom. 13. Annal. Eccleſ. qui refert Litteras, Nicolaj IV. pro fratribus Minoribus ad vniuerſas Gentes ann. 1288. §. 32.

§. 157. Adeò autem diuinitùs hoc noſtrum excreuit inſtitutum; vt ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum, triginta tres Prouincias habuerit, additis remotiſſimarum Regionum Vicariis: de quarum numero, ordine, & terminis egit Sanctus Bonauentura, in Comitiis Narbonenſibus, Generalibus eodem anno. Teſſeramque earum recenſent, Piſanus, & Vvadinghus ſuper ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum, paragraph. 24. quas quidem nouellas plantationes in iuuentute ſua, haud potuit nunc vſque ipſa Societas Ieſu attingere: ſiue Religioſorum numerum ſpectes, ſiue Conuentuum, atque Prouinciarum ingentem copiam attendas, vel denique cunctas totius orbis oras ab iis peragratas. Quod ſi quis Zoilus eam conuentuum fratrum Minor. multitudinem Cauillari audeat! legat attentè, precor, Reſponſum pro S. Othone, Epiſcopo Babenbergenſi, qui à multis perperam arguebatur, quòd tot Monaſteria extrueret. apud Surium 2. Iulij in vita eius lib. 1. cap. 25.

Hallucinatur Nigronus perperam ſcribens de Diſcalceatis Minoritis in Hiſpania: paruam vocans illorum Congregationem: cùm ipſa ſola ſocietatem Ieſuiticam longè exceſſerit: De Generalis Miniſtri totius Ordinis præminentia: Religionem clericorum Societatis Ieſu, non eſſe exemptam à Decretis ſacri Concilij Tridentini, de Reformatione, quoad Regulares, conſtat: contra Rodericum.

ARTICVLVS XXV.

Demùm Nigronus ibid. paragraph. 13. eamdem, quam arbitratur, ſui inſtituti maximam propagationem, multis attollens encomiis: ſummè percupit conſeruari, mediante charitate: quæ *vinculum perfectionis* ab Apoſtolo dicitur, Coloſſ. 3. verſ. 14. in quo laudabilis eſt & pius: cuius rei cauſam aſſignat dicens. *Cæterum in Ordine noſtro beneuolentia hæc mutua nationum magis neceſſaria eſt quàm in aliis multis Religionibus; proindè à moderatoribus, ac ſubditis certatim ſuadenda, prædicanda, nutrienda. Sunt enim quidam Ordines, qui nullam; aut exiguam varietatem nationum habent: vt Diſcalceatorum Sancti Franciſci in Hiſpania, ex qua non eſt egreſſus, &c.* quibus in verbis, duo vel tria continet valdè mendoſa. §. 158.

Primùm, circa noſtros Diſcalceatos; ſi enim res Minoriticas attentè conſpexiſſet Nigronus, proculdubio reperiſſet, hos non Ordinem componere, ſed Congregationem. De familia Franciſcana illud aptiſſimè dici poteſt, quod Apoſtolus de Eccleſia conſcripſit ad Roman. 12. verſ. 5. *Multi autem vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* Anno. 1517. in Capitulo Generali Romæ habito, authoritate Leonis X. Pap. pro vnione Religionis Seraphicæ: Superior Patrum Minorum Obſeruantium, declaratus eſt *Miniſter Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum*: cui omnes, & ſinguli Fratres ſecundum Regulam Diui Franciſci, ſubiici & obedire tenerentur, ad quem denique tanquam Ordinis caput, omnis præeminentia delata eſt; & ſigillum totius Ordinis conſignatum. Superior vero eorum, redditus ac poſſeſſiones & §. 159.

Digitized by Google

priuilegia à Sede Apoſtolica conceſſa, retinentium: nuncupatus eſt, *Magiſter Generalis Fratrum Minorum Conuentualium*: qui electionis de ſe factæ confirmationem à dicto Miniſtro Generali totius Ordinis petere deberet. Qui de re, Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. libr. 10. capit. 20. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. &c. Hinc, cùm Patres Capucini Reſſormationem ſuam cœpiſſent in Ordine, & paulò poſt Superiorem Generalem obtinuiſſent à Sede Apoſtolica, vocatus eſt. *Vicarius Generalis Congregationis Fratrum Minorum Capucinorum:* qui præſentaretur præfato Magiſtro Fratrum Minorum Conuentualium. vt ab eo ſuæ electionis confirmationem acciperet. Diplomata referuntur à Collectore Bullar. ſub Clemente VII. Paulo III. Pio IV. &c. Rapinæo in Hiſtoria Origin. Recollector. Decad. 6. part. 2. Noſtri autem Diſcalceati immediatè ſubiiciuntur Miniſtro Generali totius Ordinis Minorum: vnde, nec Superiorem Generalem habent, nec Ordinem particularem efficiunt, ſed tantum Congregationem, ſeu Reſſormationem: quòd ſcitè annotarunt, Moriſius libr. 1. Origin. Religion. cap. 60. Hieronymus à Sorbo in præfation. Addition. ad Compendium priuileg. Ordin. Minor. Yeppes tom. primo chronic. Benedict. in monitis ad Lectorem.

§. 160. Non me latet, quàm ægrè nonnulli tulerint huiuſmodi Generalis totius Ordinis Minorum præminentiam ac dignitatem: quam ſibi veluti Adoxiam arbitrantes, nullum non mouerunt lapidem, vt omnino extingueretur, aut ſaltem minueretur: at contrarium euenit. Hunc honoris titulum familia Obſeruantina à Sede Apoſtolica acceperat, vti nuper oſtendebamus; eundem nunc Summus Pontifex confirmauit, cuius rei ſeries ita habetur.

DECRETVM SACRÆ CONGREGATIONIS CARDINALIVM pro Reuerendiſſimo P. Miniſtro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci.

CVm Procurator Generalis Fratrum Minorum Conuentualium S. Franciſci, ſex ab hinc annis ægrè ferret Miniſtrum Generalem de Obſeruantia in præteritum vſum fuiſſe, & impræſentiarum vti titulo, & ſigillo cum inſcriptione, Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum; recurſum habuit ad Sanctiſſimum; ſupplicans, mandari ac reformari huiuſmodi Titulum; tanquam non legitimè dicto Miniſtro Generali de Obſeruantia competentem: Et ſupplicatione per Sanctiſſimum ad hanc ſacram Rituum Congregationem remiſſa: eadem Sacra Congregatio diſcuſſionem huius negotij ad referendum vſque de anno 1625. commiſit Eminentiſſimo & Reuerentiſſimo D. Cardinali Muto, coram quo, firmato dubio, de conſenſu ambarum patium: an Titulus Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, quo inſignitur Miniſter Generalis Obſeruantium, ſit reformandus: vtraque parte ſæpè ſæpius in facto, & iure de ſuper informante, & audita: ad relationem eiuſdem Eminentiſſimi Cardinalis Muti; cauſa acertimè in plena Congregatione diſcuſſa, Sacra Rituum Congregatio reſpondit: nihil innouandum: & Miniſtrum Generalem de Obſeruantia, legitimè vſum fuiſſe, & vti poſſe Titulo & Sigillo, cum inſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum: & ita ſeruari mandauit. De 22. Martij 1631.

C. Epiſcopus Portuenſis Card. Pius.

Locus Sigilli. ✠

T. Vegrinius Epiſcop. Aſſiſienſ. ſecr.

Romæ ex Typographia R. Cameræ Apoſt. 1631. Hinc pro huiuſmodi vero Ordine, ac Succeſſore S. Franciſci prodit *Apologia Analogica*, Authore R. P. Mathia *Hauzeuca*; ann. 1650. Auguſtæ Eburonum Impreſſa. Itemque ſpeculum Apologeticum F. Minor. Ordinis S. Franciſci Authore R. P. Iacobo de Riddere, Romæ ann. 1651.

Accedat quiuis zoilus, & parathesim agens, dicat, §. 161.
exindè manifeſtam patere Ordinis noſtri Seraphici imperfectionem; quòd compluribus ſemper abundauerit Reformationibus, ſiue Congregationibus ac membris Reſſormatis: Carthuſianis autem & patribus Ieſuitis, ſi fides prebeatur Roderico part. 1. practic. Perfection. Tract. 4. cap. 20. his opus non fuiſſe. Cui reſpondebimus, non Acribodicæorum more, ſed vt rerum humanarum, fert conditio, maximè hominis: qui *nunquam in eodem ſtatu permanet.* Iob. 14. verſ. 2. Religio Chriſtiana perfectiſſima eſt: quòd ſi Chriſtiani, pro humana fragilitate, plerumque à recto tramite deflectunt, ſiue etiam in varios lapſus ruunt, & ſæpè iteratis vicibus reſurgunt, ad pœnitentiæ Sacramentum accedunt, nouaſque vires addunt, vt Chriſto puro corde, ac tota mente inſeruiant: nunquid ideò imperfectiores cenſendi ſunt? minimè. Immò, perfectiores etiam nonnunquam euadunt. Teſtis eſt S. Maria Magdalena, cui à Chriſto, *Remiſſa ſunt peccata multa: quoniam dilexit multùm: cui autem minùs dimittitur, minùs diligit.* Luc. 7. verſ. 48. Teſtes quoque illi aderunt, quorum meminit Saluator, dicens: *Amen dico vobis: quia Publicani & meretrices præcedunt vos in Regnum Dei.* Matth. 21. verſ. 31. Teſtes Apoſtoli omnes, qui peccatores & abſque culpa haud extiterunt, non ſolùm antè Chriſti paſſionem, ſed & poſt aduentum Spiritus ſancti, aliquid reprehenſibile repertum eſt in illis; vt Petro, Ioanne, cognomento Marco, &c. Galat. 2. verſ. 11. & 12. Act. 15. verſ. 37. 38. Vnde S. Leo Pap. Serm. 4. de Quadrageſ. rectè nos edocet de tanta huiuſmodi humanæ fragilitatis propenſione: cùm tamen deberetur homo ſuo creatori inceſſabili animi affectu deſeruire, & continuata cordis reuerentia illum præ oculis habere. *Sed quia hæc fortitudo paucorum eſt; & dum carnis fragilitate auſterior Obſeruantia relaxatur, dùmque per varias actiones vita huius ſollicitudo diſtenditur, neceſſe eſt de mundano puluere etiam religioſa corda ſordeſcere: magna diuinæ inſtitutionis ſalubritate prouiſum eſt, vt ad reparandam mentium puritatem, quadraginta nobis exercitatio mederetur, &c.* Arbori pulcherrimæ comparatur Eccleſia (apud S. Bonauent. cap. 3. vit. S. Franciſci.) in cuius ſummitate Sedes Apoſtolica locata eſt: palmæ etiam, ſiue Arbori aſſimilatur Religio Minoritana: ex multis Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 8. cuius rami aurei ſemper vireſcunt.

Digitized by Google

..... Vno auulſa non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Quot enim ſunt Refformationes, ſeu Refformatæ in ea Congregationes, tot ſurculi fuerunt miræ perfectionis: qui cùm perſpiſsò ſuccreſcant in illuſtriſſimo Carthuſienſ. Ordine, non propterea ſequitur his opus minimè habere. Qua de re Petrus Venerabilis libro 6. epiſtol. 14. lib. 2. miraculor. cap. 28. Quercetanus ibid. in notis apud Bibliothecam Cluniacenſem, Gerſon. De Indagine: &c.

§. 162. Quantùm verò ad præfati Roderici aſſertum, quo ſibi perſuaſum habet, Societatem Ieſu nulla tunc indiguiſſe Reformatione, proindeque Concilij Tridentini Decreta illam minimè attigiſſe videri: fides ſit penes Authorem Rodericum. Nam quo ad rationes à ſe allegatas, tanquam ſibi particulares; parui, aut nullius momenti fore cuiuis Catholico, ſatis compertum iri haud diffiteor: maximè, cùm nulli tunc eſſent Ordines in Eccleſia Catholica, qui eiſdem, potiori iure, non fulcirentur. Ad quid igitur in medium proferre illud S. Concilij Tridentini effatum: ſeſſion. 25. cap. 16. de Regularib. multa decreuerat circa annum probationis nouitiorum, receptionem, ac profeſſionem, & votum ſolemne eorumdem: quibus, noluit comprehendere ſocietatem Ieſu, cuius votum, licet ſimplex, voti tamen ſolemnis naturam retineret: ex ſingulari ſedis Apoſtolicæ beneficio: vultque ſancta Synodus ſuis decretis illi minimè derogari. *Per hac tamen* (inquit) *Sancta Synodus non intendit, aliquid innouare, quin Religio clericorum ſocietatis Ieſu iuxta pium eorum inſtitutum, à ſancta ſede Apoſtolica approbatum, Domino, & eius Eccleſiæ, inſeruire poſſint.* Rectè ac verè, cùm ea quæ ab ipſa ſancta ſede emanant, firma, & inconcuſſa remanere debeant: At, exindè ſequi, huiuſmodi ſocietatem Ieſu haud comprehendi, vel liberari à cæteris decretis eiuſdem Sacri Concilij de Reformatione circa Regulares (vti Rodericus innuere videtur) nullus Catholicorum affirmare quibit. Exceptio namque firmat regulam: & piget me circa hæc notiſſima immorari.

§. 163. Alterum reprobandum eſt in verbis *Nigroni* ſuperiùs allatis: quibus ſuadet noſtros Diſcalceatos extra Hiſpaniam haud commigraſſe. At ea Diſcalceatorum Congregatio Sancti Franciſci, *Nigrono* ita parua apparens, ampliſſima extitit etiam antequam naſceretur ſuæ Societatis inſtitutum: & ſic longè lateque propagata eſt per Indas tum Orientales tum Occidentales: vt totius noui Orbis Prouincias ſuis alumnis repleuerit, pluresque Conuentus ac Fratres contineat ipſa ſola, quàm ſocietas Ieſu vniuerſa. Vide *Gonzagam* 4. parte Origin. Seraphic. Relig. *Rapinaum* in Hiſtor. general. Origin. Recollector. Decad. 5. 7. 11. Corbinum ſup. lib. 7. pag. 155. & lib. 8. pag. 169. & alios quos ſuis in locis, recitauimus: maximè ad trigeſimum-primum Auguſti, paragraph. ſexto: vt proindè cunctis innoteſcat. *Nigronum*, valdè hallucinatum eſſe, remque Hiſtoricam minimè calluiſſe: dùm ſic conſtanter aſſeuerat, quæ omninò ignorat, noſtrorum Fratrum Excalceatorum Beatorum Martyrum à Sede Apoſtolica, iam iam declaratorum florentiſſima Anademata minus piè habens: de quibus 5. Februar.

De Apoſtolis, deque duplici differentia Apoſtolorum: variarum Gentium & Nationum Apoſtoli, in Ordine Franciſcano: Euſebius Ieſuita emendatus.

ARTICVLVS XXVI.

Certa fide conſtat, Apoſtolos fuiſſe à Chriſto Domino vocatos, Luc. 6. verſ. 13. quos & poſuit Deus primùm in Eccleſia: 1. Corinth. 12. verſ. 28. inter quos meritò S. Paulus recenſentur; qui de ſeipſo propterea ſic ſæpè in exordio Epiſtolar. ſuarũ ad Roman. 1. & 2. ad Corinth. ad Epheſ. Coloſſenſ. ad Timotheum & Titum ſcribit. *Paulus ſeruus Ieſu-Chriſti, vocatus Apoſtolus, per voluntatem Dei*: ſed clariùs adhuc Galatas alloquens. *Paulus, Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum-Chriſtum, & Deũ Patrem.* Qui cùm à quibuſdam æmulis. Idcircò argueretur: conſtanti animo eorum cauillationes retundebat; Quid, *non ſum Apoſtolus! Nonne Chriſtum Ieſum, Dominum noſtrum vidi!* 1. ad Corinth. 9. verſ. 1. *Exiſtimo enim nihil me minùs feciſſe à magnis Apoſtolis.* 2. ad Corinth. 11. verſ. 5. *Ita vt ab Hieruſalem per circuitum, vſque ad illyricum, repleuerim Euangelium Chriſti, ſic autem Predicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fondamentum, ædificarem: ſed ſicut ſcriptum eſt: Quibus non annuntiatum de eo, videbunt: & qui non Audierunt, intelligent.* ad Roman. 15. verſ. 19. 20. 21. *In Euangelio Chriſti, non in immenſum, gloriantes in alienis laboribus*: 2. ad Conrinth. 10. verſ. 15. Rectè itaque hiſce omnibus locis probat. D. Paulus ſuam legitimam à Deo vacationem, Apoſtolatus dignitatem ſibi cœlitùs collatam, primùm prædicaſſe, vbi Euangeliſauit Chriſtum: nec gloriari in alienis laboribus. §. 164.

Præter iſtos autem à Chriſto immediatè vocatos, fuerunt alij etiam hoc nomine inſigniti, per prefatos priores Chriſti Apoſtolos: quorum vitam, mores, & labores in propagatione Euangelij, ad amuſſim, & ex animo qroſequebantur vti Andronicus & Iulia, quos ſalutat D. Paulus, vt potè, *Qui erant nobiles in Apoſtolis.* ad Roman. 16. verſ. 7. itemque Epaphroditus, quem appellat Philippenſium Apoſtolum ad eos ſcribens cap. 2. §. 25. ſic Græci, *Apoſtoli* nomen ad diſcipulos Chriſti & Apoſtolorum extendunt, vti videre eſt in Menologio eorum, maximè ad 4. Ianuar. 31. Octob. & 10. Nouemb. qua de re conſule D. Hieronymum in Epiſtol. ad Galatas. & Theodoretum in 1. ad Timoth 3. Quod quidem munus Apoſtolicum ab eo tempore, & deinceps, ſemper viguit in Eccleſia Catholica! nec vllo vnquam tèmpore, miſericors Deus, deſtitit operarios mittere ad excolendam vineam ſuam, ſiue immediatè à ſe, cùm inſigniis *Apoſtolatus, in omni, nimirum, patientia, in ſignis, & prodigijs, & virtutibus*, 2. ad Corinth. 12. verſ. 12. ſiue mediate per ſummos Pontifices, Chriſti Vicarios, & alios. *Epiſcopos, quos, ſpiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Act. 20. verſ. 28. idque ex Hiſtoria. & Annalibus Eccleſiaſticis liquidò patet. §. 165.

Tales haud defuerunt viri Apoſtolici, ſequentibus §. 166.
ſæculis

Digitized by Google

ſæculis, qui ex gremio Religioſorum Ordinum erumpentes, profecti ſunt, à Spiritu ſancto edocti, in exteras nationes; illiſque gentibus, ambulantibus in tenebris & vmbra mortis, prædicatione Euãgelij illuxerunt, primi Chriſtum annuntiauerunt, & fidei radios longè lateque deffenderunt: quorum teſſeram; & præclara eorum opera, necnon labores, virtutes, & miracula, referunt. Platus lib. 2. de Bono ſtatus Religioſ. lib. 2. cap. 30, & ſeq. Nicolaus à Ieſu Maria in Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis, propoſition. 59. pag. 118. & ſeq. Grauina; Ardinghellus, &c. & nominatim de Benedictinis Apoſtolis: Arnoldus Wion. lib. 5. Ligni vitæ, à capite 49. vſque 63. Quantum verò ad nos attinet, ingens eorum excreuit numerus, qui primi omnium, & præ cunctis aliis, impensè laborauerunt in diſſeminando Euangelio, per totum terrarum orbem, maximè in Indiis orientalibus & occidentalibus: qui propterea iure ac merito *Apoſtoli* nomen ſibi compararunt: vti copioſè, ſincerè, ac veraciter, ſuis in locis, annotabimus: nec ſine teſte, huiuſmodi aſſertum iri volumus: vt cunctis clarum ſit nos, nec dubia amplecti, vel ſuboſcura, ſequi: aut voce diuerſa loqui.

§.167. Exindè, fateor, mi Lector, vtrumque mihi diſplicuiſſe, quæ legerim apud Euſebium, lib. 1. Doctrinar. aſceticar. Doctrin. 6. cap. 60. volentem, quoſdam è ſuis alumnis Ieſuitis, hoc glorioſo nomine inſigniri: nam vel clarius ac diſtinctius de huiuſmodi Apoſtolicis viris loquendum erat, vel amplioribus teſtificationibus id propalandum. Etenim, quod gratis videtur aſſertum, minus habetur acceptum, maximè, ſi hiſtoricæ veritati & Chronologicæ rationi cohærere conſpiciatur. Nam ſi, per Ieſuitici Inſtituti Apoſtolos, eos intelligit, qui in laborem aliorum introierunt, Ioann. 4. verſ. 38. vt ipſis fierent auxilium & iuuamen: vel quòd illi primi ex Ieſuitis extitere, qui tunc temporis ad iſtud pietatis Chriſtianæ opus exercendum aſſumpti ſunt: illis vt arbitror, inficiabitur nemo: cùm certò certiùs ſit Ieſuitas poſt cæterorum Regularium Ordinum expeditiones, ad tantum opus ſe accinxiſſe.

§.168. R. P. Ioſeph Ancheta, primus in medium producitur, Braſiliique Apoſtolus nuncupatur apud Euſebium, ſup. & Poyreum Tract. 3. Triplicis Coronæ Virg. cap. 5. §. 8. qui quidem ſocietatem Ieſu intrauit ann. 1550. ac poſtea in Braſilium traiiciens illic concionabatur, ann. 1553 ex Poyreo, ſupra capite ſexto ſect. 4. §. 3. At conſtat R. P. Bernardum de Armenta ablegatum fuiſſe Commiſſarium, ad eas Regionis partes, cum aliis ſanctiſſimis ſociis Franciſcanis, qui iam ab ann. 1538. vtramque ripam fluminis de *Plata*, perluſtrantes, Paraguayum, Braſilium, & Peruanum, luce Euangelij illuminarunt, vide infra ad 18. Ianuar. §. 3. Iunij 2. §. 1. & 2. ac 6. Decemb. §. 15. vnde Poyreus. ſup. cap. 5. vltrò fatetur, præfatum Anchetam, in deſcenſu ſuo, iam habitaculum Chriſtianorum apud Dominam noſtram de Baya in Braſilio extructum reperiſſe.

Sequitur Petrus *Caniſius*: ab eiſdem Euſebio, & Poyreo, cap. 5. §. 9. ſup. vocatus *Germaniæ* Apoſtolus: ob hæreſes ab ipſo propugnatas: rectè quidem: ſed quamplures fratres Minores, à multis ſæculis nunc vſque ſic eo in opere ſedulò laborarunt, vt tot dicerentur verè Apoſtoli, quot in defenſione catholicæ veritatis, pugiles acerrimi, verbo, ſcripto, & ſanguine fuſo, aduerſus prauitatis hæreticæ inſultus, per Germaniam audacter ac ſtrenuè decertarunt: quorum hoc in opere meminimus: vti decet ſanctos.

Edmundus Campianus, *Angliæ* Apoſtolus, dicitur apud Cornelium à *Lapide*: cui opponimus B. Ioannem Foreſtum, martyrem, Minoritam, Anglum, Angliæque verè Apoſtolum; de quo ad 22. Maij. Infra.

Gonſaluus *Sylueira* (vti ſcribit Poyreus, ſup. cap. 5. ſect. 5. §. 10. & cap. 6. §. 4. ſect. 2. Item. Tract. 4. cap. 3. §. 1. §. 16. circa ann. 1561.) nationem Caffrorum in India Orientali diſpoſuit ad recipiendum deinceps Chriſti Euangelium. Sed quem in hoc opere precesserat, B. Franciſcus, Minorita, qui propterea iam martyrio coronatus fuerat, Manicis-Caphrorum, ann. 1559. die 5. Auguſti: videſis inferius.

Benedictus de Goez mira egit in acceſſu Regni de Catayo, iuxta Poyreum. Tracti 3. ſup. cap. 5. §. 5. ſect. 13. qui ſocietatem intrauerat. an. 1583. Fatetur tamen illic iam ſacras ædes per pagos extructas inueniſſe: nec abs re: quando quidem, noſtrates hoſce populos, iam multis antea ſæculis luce Euangelij colluſtrauerant, iam circa an. 1370. Guillelmus Pratus Franciſcanus Cataium miſſus, euangeliſandi cauſa, plures quàm ſexaginta ex noſtris abduxit, ex Plato, lib. 2. de Bono ſtatus Relig. cap 30. Nicolao à Ieſu Maria, in Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis, propoſit. 69. poſt chronica, & Annales noſtri Ordin. cætera lubens omitto. §.169.

Denique, vt coronidem faciamus, tria cœlitùs promiſſa ſunt Sancto Franciſco, quæ ſuo Ordini euenient futuris temporibus. Primum: quòd Minoritana Religio perſiſteret vſque ad conſummationem ſæculi, & diem Iudicij. Ne autem illud nonnullis incredibile forſan videatur, memorabilem illam viſionem S. Pachomij, conſpicias, velim, mi Lector, qua, ab Angelo monaſticam Regulam accipiens, eadem ſunt illi promiſſa. Teſte Dionyſio Exiguo in vita eius, Roſweyda lib. 1. vitar. Patrum. Cornelio à Lapide Comment. in Ieremiam cap. 35 verſ. 19. &c. Celebre fuit olim oraculum Sancti Benedicti; cuius fama totius orbem peruagata eſt, ſcilicet, quòd Ordo ab ipſo inſtitutus, duraturus eſſet vſque ad finem mundi, atque tunc etiam pro Romana Eccleſia staturus fideliſſimè & plurimos in fide confortaturus, vti narrant Arnoldus Wion, libro primo, capite primo Ligni vitæ, ſub fin. Cornelius à Lapide ſup. & alij. Simile extat de Ordine Sancti Franciſci, qui cœlitùs accepit, quòd Ordo ſuus non deficeret, quòdque Deus ſemper viros inſignes ei ſuggereret: qui diſciplinam & ſanctitatem Ordinis tuerentur, fulcirent, reſtaurarent & perficerent. Cùm enim ſemel malis turbatus exemplis, anxio ſpiritu, miſericordem Patrem precaretur pro filiis, reſponſum huiuſmodi reportauit à Domino: *Cur Franciſce, pauper homuncio turbaris? Quis hunc Ordinem plantauit niſi ego? Ego vocaui, ſeruabo, & paſcam; ego, illis cadentibus alios ſubſtituam: iique ſi nondum nati fuerint, faciam vt naſcantur: quòd ſi tres tantum in ea permanſerint, eos ipſos nunquam deſeram, ſed erit hæc ſemper familia mea, permanebitque vſque in finem.* Hæc Cornelius à Lapide ſup. Wadinghus tom. 1. Annal. Minorum ad annum milleſimum vigeſimum primum, paragrapho vigeſimo ſexto. Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chronic. Minor. libro ſecundo, capite vigeſimo ſexto. Piſanus libro primo Conformit. fruct. 9. parte ſecunda notabil. 7. & alij, quos ad quartum Octobris, paragrapho nono, decimo, & vndecimo adduxi, in confutationem cuiuſdam moderni meras nugas blaterantis, aduerſus huiuſmodi Diuina priuilegia.

AVTHORES,
QVI DE REBVS FRANCISCANIS, SIVE EX PROFESSO, SIVE EX INCIDENTI, SCRIPSERVNT: ATQVE in hoc opere citantur.

A

ABBAS *Percellenſis, ordinis Bened.*
Abrahamus Bzouius, ordin. prædicat.
Achilles Aegidius.
Adrianus de Bouſters.
Adrianus Hubertus Minorita.
Aegidius Cardinalis Viterbienſis MS.
Aegidius CoZZozetus.
Aegidius à Monteferrato Minorita.
Æneas Syluius, Senenſis Epiſcopus, poſtea Papa.
Agatha VViſman, Virgo, ordin. Bened.
Agnes de Harieuria, Virgo, ordin. Clariſſ. MS.
Alanus Rupenſis, ord. prædicat.
Albertus Crantzius.
Albertus Leander, ord. prædicat.
Albertus Magnus, ordin. Prædict.
Alexander de Pelegrinis, Clericus Regul.
Alexander Pocquelinus, ordin. minor.
B. Alexius de Salo, ordin. minor.
Alexius Trouſſet, ordin. minor.
Aloyſius Lipomanus, Epiſcopus.
Alphonſus de Caſa-Rubea, ordin. minor.
Alphonſus de Caſtro, ordin. minor.
Alphonſus Ciacconus, ordin. prædicat.
Alphonſus Fernandus, ordin. prædicat.
Alphonſus Rodericus, ſociet. Ieſu.
Alphonſus Salmeron, ſociet. Ieſu.
Alphonſus à Spina, ordin. minor.
Alphonſus Viegas, ſociet. Ieſu.
Alphonſus Villegas.
Aluarus Gometius, Toletanus,
B. Aluarus Pelagius, Epiſcopus, ordinis minor.
Ambroſius Catharinus, ordin. prædicat.
Andræas Fauynus.
Andræas Quercetanus.
Andræas Eborenſis.
Andræas Ratiſponenſis.
Andræas Reſendius.
Andræas Sanſſayus.
Andræas Theuetus.
Andræas Victorellus.
Angelinus Gazæus, Ieſuita.
Angelus Auogadrus, ordin. minor.
B. Angelus Clarenus, ordin. minor.
Angelus Hiſpanus.
Angelus Manriquez, ordin. Ciſtert.
Angelus Portinarius.
Angelus à ſancto Franciſco, ordin. minor.
Angelus à Rocca.
Angelus Sangrinus, ordin. Benedict.
Anonymus, Author libri: Status Imperia & Principatus mundi.
Anonymus Pariſienſis, Author Originalis ſanctitatis.
S. Antoninus, Senenſis Archiepiſcopus, ordin. Prædicatorum.
Antonius Amicius.
Antonius de Balinghen. Ieſuita.
Antonius Beuter.
Antonius Bonfinius.
Antonius Citarelli.
M. Antonius Coccius Sabellicus.
Antonius à Corduba, ordin. minor.
Antonius Cucarus, Epiſcopus, ordin. minor.
Antonius Daça, ordin. minor.
Antonius d'Auroultius, ſociet. Ieſu.
Antonius Democharez.
Antonius Gallonius, congregation. Orator.
Antonius Maginus.
Antonius Malletus, ordin. prædicat.
Antonius Quarengus.
Antonius Poſſeuinus, ſociet. Ieſu.
Antonius Poſſeuinus, Iunior. medicus.
Antonius Randeſcius, ordin. minor.
Antonius à Sancta Maria, ordin. minor.

Antonius

Digitized by Google

Antonius Sanderus.
Antonius Santarelli, ſociet. Ieſu.
Antonius de Sillis, ordin. minor.
Antonius Tomaſinus.
Antonius Vaſconcellius, ſociet. Ieſu.
Antonius Verderus.
Antonius Vincentius Dominicanus.
Appendix ad Lambertum Schafnaburgenſem.
Appendix ad magnum Speculum exemplor.
Appendix ad Petrum de Natalibus.
Appendix ad Trithemium.
Archangelus Gianius, ordin. Seruitar.
Archiua complura M S S.
B. Arnoldus, ordin. minor.
Arnoldus Hauenſis, ordinis Carthuſian.
Arnoldus Mermannius.
Arnoldus à Raiſſa.
Arnoldus Swanus.
Arnoldus Vvion, ordin. Benedict.
Aubertus Myraus.
Auguſtinus Antolinez, ord. S. Auguſt.
Auguſtinus Ardinghellus.
Auguſtinus Caſtellus.
Auguſtinus Dathus.
Auguſtinus Gallucius, ordin. minor.
Auguſtinus Gothutius, ordin. minor.
Auguſtinus Millius.
Auguſtinus Dewitte, ordin. minor.
Author Metropolis Salisburgenſis.
Author præfationis ad tom. 13. Bibliothec. Patr.
Author vita Domini Bayardi.

B

BAccius, vide Iacobus.
Baptiſta Fulgoſius.
Baptiſta Mantuanus, ordin. Carmelit.
Baptiſta Platina.
Baptiſta Piergilius.
Barnabas Kearnaus, ſociet. Ieſu.
Barrezzus Barezzi.
Bartholomaus Cimarella, ordin. minor.
Bartholomaus Gauantus, Clericor. Regular. S. Pauli.
Bartholomaus de Peregrinis.
B. Bartholomaus Piſanus, ordin. minor.
Bartholomaus Tridentinus.
Bartholomaus Zuchius.
Bartholus Saxo-Ferratenſis.
Benedictus Coronatus.
Benedictus Gononus, ordin. Cæleſtin.
B. Bernardus de Buſtis, ord. minor.
Bernardinus Corius.
B. Bernardinus à Feltro, ordin. minor
Bernardinus Guſtinus.
Bernardinus Petracius, ordin. minor.
Bernardinus Scardeonius.
S. Bernardinus Seuenſis, ordin. minor.
Bernardus à Beſſa, ordin. minor.
Bertrandus d'Argentraus.
Bibliotheca Patrum.
Blaſius Laghina, ſeu Laguina, ordin. minor.
Blaſius Rubens.
Blondus Flauius.
Bonauentura Cheurolier, ord. minor.
Bonauentura Cremonenſ. minor.
Bonauentura à Varena.
S. Bonauentura, Epiſcopus Cardinalis, ordinis minorum.
Bonfacius Boni-Belli, ordin. minor.
Boninius Monbritius.
Borbonicum MS. vita S. Ludouici Reg. Francia Duci Borbonio dicatum.
F. Brandolinus, ordin. minor.
Breuiarium Cathalaunenſe.
Breuiarium Romanum, vetus ac nouum.
S. Brigitta, vidua, ex 3. ordin. Franciſcan.
Buchingerus.

C

CÆſar Alexius.
Cæſar Baronius, Cardinalis Congregatio-Orator.
Cæſar Capaccius.
Cæſar noſtra-Damus.
Cæſar Lanza.
Cæſar Clementinus.
B. Cæſarius Spirenſis, ordin. minor.
Carolus à Baſilica Petri, Epiſcopus.
Carolus Bouillus, ordin. Caleſtin.
Carolus Iaulnayus.
Carolus Ionya, ordinis minorum.
Carolus Rapinaus, ordin. minor.
Carolus Sauſſayus.
Carolus Sigonius.
Carolus Valeſius.
Chappotus, ordin. minimor.
Cherubinus à Spoleto, ordin. minor.
Chronica 24. Generalium ordin. minor.
Chronica Chronicorum.
Chronica Compendioſa, ſeu Compilatio Chronologica Germania.
Chronica Montisfortis.
Chronica Normania.
Chronica Saxonia MS.
Chronicon Auguſtenſe.
Chronicon magnum Belgicum.
Chronicon Rothomagenſe, MS.
Chronicon Schirenſe.
Chriſtophorus à Capite Fontium, Archiepiſcopus, ordin. minor.
Chriſtophorus à Cruce, ordin. prædicat.
Chriſtophorus d'Auendagnus, ordin. Carmelit.
Chriſtophorus Landinus.
Chriſtophorus Longolius.
Chriſtophorus Manſuerus.

Digitized by Google

Chriſtophorus Mengot. Ieſuita.
Chriſtophorus Warſeuicius.
Chriſtophorus Morenus, ordin. minor.
B. Chriſtophorus Variſienſis, ordin. minor.
Chriſtophorus Verruchinus ordin. minor.
Claudius Bilancetus Ieſuita.
Chriſoſtomus Henriquez ordin. Ciſtertienſ.
Chriſoſtomus à ſancto Laudo 3. ordin. minor.
Claudius Menardus.
Claudius Paradinus.
Claudius Petit, ordin. minor.
Claudius Picquetus, ordin. minor.
Claudius Ptolomeus.
Claudius Robertus.
Claudius de Rota, ordin. Prædicat.
Claudius de Rubys.
Clemens V. Papa.
Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. EEE. 5.
Collegium Inſulenſe Ieſuitar.
Compendium Priuilegiorum FF. Minor.
Conradus Kiegle MS. ordin. Canonic. Regul. S. Auguſtin.
B. Conradus Marpurgenſis, ordin. minor.
B. Conradus Offidanus, ord. minor.
Conſtantius Sarnanus, Cardinalis, ordin. minor.
Cornelius à Lapide, ſociet. Ieſu.
Cornelius Muſſus, Epiſcopus, ordin. minor.
Cornelius Scultingius.
Cornelius Tielmanſ. ordin. minor.
Cornelius Witfiet.
Creſcentius, ordin. minor.
Cyprianus Crouſers, ordin. minor.

D

David Camerarius,
Demetrius Tudertinus,
Demetrius Thadai, ordin. minor.
Diagus.
Didacus l'Auega, ordin. minor.
Didacus à Toria, Carmelita.
Didacus de Torres.
Diegus Payua, Andradius.
B. Dionyſius, Carthuſianus.
Dionyſius Paleottus, ordin. minor.
Dionyſius Sylueſter, Lauallenſis, ordinis minorum.
Diſcipuli, ordin. minor.
Dymas Serpy, ordin. minor.
Dominicus Grauina, ord. Prædicat.
Dominicus à Ieſu, Carmelita.
Donatus Boſsius.

E

Eligius Eucharius;
Elyas à ſancta Tereſia, ordin. Carmelit.
Elzearius l'Archer, ordin. minor.
Emanuel Rodericus, ordin. minor.
Enchiridion Fratrum minor.

F

Fauſtinus Diſtemienſis, ordin. minor.
Fauſtinus Taſſus, ordin. minor.
Ferdinandus à Caſtello, ordin. Prædicat.
Ferdinandus Vghellus, ordin. Ciſtert.
Ferreolus Locrius.
Firmamentum trium ordinum minorum.
Florentinus, ſeu Florentius Leydanus, ordin. minorum.
Floretum Sancti Franciſci.
Florimundus Ræmundus.
Fœlix Bourdet, ordin. minor.
Fortius, ordin. minorum.
S. Franciſcus, minorum Author & Pater.
Franciſcus Arias Ieſuita.
Franciſcus Arnulphus.
Franciſcus Auguſtinus d'ella chieſa Epiſcopus.
Franciſcus Bartholus de Aſiſio, ordin. minor.
Franciſcus Belforeſtius.
Franciſcus Bentius, ſocietat. Ieſu.
Franciſcus Biuarius Ciſtert. ordin.
Franciſcus Coſterus, ſociet. Ieſu.
Franciſcus Bezzocus
Franciſcus Diagus, ord. Præd.
Franciſcus Diedus.
Franciſcus Dinus.
B. Franciſcus Fabrianenſis, ord. min. MS.
Franciſcus Fabrinus.
Franciſcus Feuardentius, ordin. minor.
Franciſcus de Fontanis.
Franciſcus Fortius, minorita.
Franciſcus Freyre, Ieſuita.
Franciſcus Gonzaga, Epiſcopus, ordin. minor.
Franciſcus Guillimacus.
Franciſcus Haræus.
Franciſcus Harlægus.
Franciſcus Humblotus, ordin. minor.
Franciſcus Longus Coriolanus, ordin. minor.
Franciſcus Lopez de Gomara.
Franciſcus de Lugnano.
Franciſcus de Macedo, Ieſuita.
Franciſcus Maurolicus, Abbas, ordin. Ciſter.
Franciſcus Maurus, ordin. minor.
B. Franciſcus Mayronius, ordin. minor.
Franciſcus Modius.
Franciſcus Nicolai, Minorita, ordin. minor.
Franciſcus Paludanus.
Franciſcus Pegna.
Franciſcus Poteron, ordin. minor.
Franciſcus Poyreus, ſociet. Ieſu.
Franciſcus Ræmundus, ſociet. Ieſu.
Franciſcus Ribera, ſociet. Ieſu.
Franciſcus Romæus.

Digitized by Google

Franciſcus Roſieres.
Franciſcus de Sales, Epiſcopus,
Franciſcus Scarerius, Epiſcopus, Ordinis Minorum.
F*ranciſcus à Siguença Ord. Min.*
F*ranciſcus à Soſa Minorita.*
F*ranciſcus Solierus, ſociet. Ieſu.*
F*ranciſcus à Triuulio,*
F*ranciſcus Venetus.*
F*ranciſcus Victorin, ord. Minim.*
B. F*ranciſcus Ximenez, ord. Minor.*
F*roiſſartus,*

G

G*Abriel* B*arletta, ord. Prædicat.*
Gabriel Hagar, ord. min.
Gabriel de Mata, ord. min.
Gabriel Prateolus.
Gabriel Vaſquez, ſociet. Ieſu.
Galfridus Hardeby, ordin. Auguſtin.
Galtherus Cornutus, Archiepiſcopus, MS. Senonenſ.
Gaſpar Eſcobanus,
Gaſparus Volaterranus, Epiſcopus.
Gaufridus de B*ello-loco, ord. prædicat.*
Georgius B*ertholdus Pontanus.*
Georgius Coluenerius.
Georgius Eſterus.
Georgius Heruuartus,
Georgius Stephanus Rouſſeletus, Ieſuita.
Georgius de Valcamonica, min.
Gerardus Odonis, Patriarcha, ord. min.
Gerardus Sancti Quintini, ordinis Auguſtinorum.
Gerardus Van-Empelius, ord. minor.
Gilbertus Genebrardus, Archiepiſcopus, ordinis Benedict.
Gonſaluus Durantus, ord. prædicat.
Gonſaluus F*erdinandez.*
Georgius Mirault, ord. min.
Griſaldus Peruſius.
Guido, Carmelita.
Guido F*abricius Borderianus.*
Guido de Marchia, ord. min.
Guido Papa.
Guillelmus Carnotenſis, ord. prædicat.
Guillelmus Durandus, Epiſcopus, ordin. Auguſt.
Guillelmus Catelus, de Catel.
Guillelmus Esbranus, ord. min. MS.
Guillelmus Eſtius.
Guillelmus Eyſengrenius.
Guillelmus Gazetus.
Guillelmus Fulginas, ord. min. Cardinalis.
Guillelmus Gibieuf. congregat. Orator.
Guillelmus Guyartus. MS.
Guillelmus Nangius, ord. Benedict.
Guillelmus Pepinus, ord. prædicat.
Guillelmus Ruys, ord. min.
Guillelmus de Sancto Marcello, ord. min.
Guillelmus de Solanga, ord. min.
Guillelmus Spoelbergius, ord. min.
Guillelmus Vvorillonus, ord.
Gondiſaluus Illeſcas. Abbas.
Grattalora,

H. Eobanus Heſſus.

H*Artmanus Schedel,*
Haythonus Armenus, ordinis Pramonſtratenſis.
Hector Boetius.
Henricus Caletenſis, ord. min.
Henricus Chiſellius.
Henricus de Gandauo.
Henricus Paleo.
Henricus Sedulius, ord. min.
Henricus de Sancto Vrſo.
Henricus Spondanus, Epiſcopus.
Henricus à Vallibus.
Henricus ab Vrimaria, ord. Auguſtin.
Henricus Vvillotus, ord. min.
Hernandus Santiago, ordin. minor. B. Virg. de mercede.
Hieronymus B*lanca.*
Hieronymus Carthuſianus.
Hieronymus F*errarienſ. Minorita.*
Hieronymus Combonus, ord. min.
Hieronymus C*ortebius.*
Hieronymus Grimbertus, Epiſcopus.
Hieronymus Maraſiotus, ord. min.
Hieronymus Mari-Petrus, ord. min.
Hieronymus Kakoroskius, ord. min.
Hieronymus à Monte F*lorum, ord. min.*
Hieronymus Oſorius, Epiſcopus.
Hieronymus Platus, ſocietat. Ieſu.
Hieronymus Polina, ord. prædicat.
Hieronymus à Politio, ord. min.
Hieronymus Rubeus.
Hieronymus à Sorbo, ord. min.
Hieronymus à Sotera, ordin. min.
Hieronymus Victorius.
Hieronymus de Villa-vitis, Rebdorff. ord. C*anonic. Regular. Auguſt.*
Hieronymus Vtinenſis.
Hieronymus Zurita.
Hilarion de Coſte, *à* C*oſta, ſeu* C*oſteus, ord. minim.*
Hildephonſus B*riſenus, ord. min.*
Hippolytus Doneſmundus.
Hippolytus de Ponte, ord. min.
Hyppolytus Raulinus, ord. minim.
Hiſtoria Lantgrauiorum Turing.
Horatius Turſellinus, ſociet. Ieſu.
Hugo C*arbonellus, Minorita.*
Hugo C*auellus, Archiepiſcopus, ordin. min.*

Digitized by Google

nobis, inſeruimus, cæteros omittimus: non ex cacozelia, ſed quia eos omnes recenſere, onus humeris noſtris impar, intellectuſque vires longè excedens, iure arbitrati ſumus. Faxit Deus, vt quod piè nobis duximus reformidandum : aliis cedat profuturum, fauſtum & iucundum, id tale opus aggredi.

Quàm ſublimis vocatio Minoridarum, & illuſtris finis Franciſcani Ordinis: refutaturque Nigronus, contendens Ieſuitas his præferri.

ARTICVLVS XXIII.

§. 149. GRadum ſiſtere cogimur, non laboris, difficultatiſque pertæſi, ſed veritatis detegendæ, omnibuſque propalandæ gratia. Fatetur *Nigronus* S. Franciſcum, zeli plenum, hæc tria, nempè, Chriſti virtutum imitationem, contemplationem aſſiduam, lucrumque animarum, in vnam Regulam, Ordinemque innectere voluiſſe. Proindè, nouam Minorum ſodalitatem excogitaſſe, quæ tria hæc Eremitarum, Cœnobitarum, & Didaſcalicorum munera complecteretur, accommodans eam, ad illum finem conſequendum, qui prodeſſet Eccleſiæ. Hæc ille Commentar. in Regul. commun. ſocietat. Ieſu titul. part. 3. §. 13. ex S. Bonauent. quæſt. 3. in Regul. D. Franciſci. At Societatis alummi (ſi *Nigrono* credatur) hæc omnia ſuperarunt, maioraque in dies fatiſcunt. *Beatus Ignatius noſter*, (ait Nigronus ſup.) *cum ſtudio contemplandi, cum labore diuini verbi prædicandi, cum Sacramentorum pœnitentia atque Euchariſtiæ adminiſtratione, atque aliorum quorumdam piorum operum exercitatione, in quibus videbat alios Ordines ſtrenuè verſari; percupiit ſociare quædam alia charitatis, vel nondum ab vllo ordine ſuſcepta; vel certè, non tanto ardore, atque aſſiduitate tractata, quanto ipſe tractauit, & à nobis exerceri cupiebat.* Quæ autem ſint illa, ſubdit. *Puerorum ac rudium in Chriſtianiſmo inſtitutio: iuuentutis à primis propemodum elementis eruditio gratuita, cum probitate coniungenda*, &c. Quaſi verò ea munia, nuſquam obeunda ſuſceperint Benedictini, & Franciſcani? Sanè, quo ad nos pertinet, res ita vbique locorum, pro temporum viciſſitudine, fœliciter ſucceſſit: vt ipſi Ieſuiſtæ nobis hac in re adiuncti ſint apud Indiam Orientalem, imò & à nobis ipſis Collegiorum partem gratanter acceperint: Prout ad 31. Auguſt. §. 29. obſeruauimus. Quòd ſi forſan, apud nos, hoc opus non ita vſurpatum ſit: non ideò ſit, quia ad nos minimè ſpectet, vel feruor aut ardor animi, menteſque tepeſcant: ſed ex eo maximè, quòd bonorum temporalium redditus ac poſſeſſionum ſimus prorſus incapaces: Ieſuiſtæ autem Domorum, ac Collegiorum, hiſce bonis temporalibus fundatorum, ceu locupletatorum, Dominium proprium poſſident, eoque ſuſtentantur ac viuunt: ſicque tali ſuffulti iuuamine, iuuentus ab eis gratuitò eruditur, & euadit optimè imbuta. Vide ad 4. Octobr. §. 8. Collegiorum autem noſtrorum, & locorum (vbi Fratres hiſce funguntur pietatis officiis, erga iuuentutem) Dominij proprietas, ac reddituum diſpoſitio, penes fundatores, ſeu vrbis, vel Epiſcopi Buleutas omninò reſidet: quorum arbitrio, Fratribus neceſſaria ſubminiſtrantur: & cunctis gratuitò fores ad diſcendum patent.

Secundum charitatis opus (ait Nigronus §. 14. ſup.) *ab nulla congregatione hoc modo ſuſceptum eſt:* §. 150.
fidei catholicæ defenſio ac propagatio. Nouerat B. Pater, aliquos omnium ferè Ordinum, ac potiſſimum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, aliorumque Mendicantium, Religioſos viros Dei zelo plenos, vel ſua ſponte, vel maiorum Imperio, vel Sedis Apoſtolicæ iuſſu profectos, ſæculis præteritis in prouincias infidelium, ad Euangelium prædicandum, & nonnullos Martyrium ſubiiſſe. Sciebat in India, atque in orbe nouo, quo tempore ſocietatem hanc ſuam inſtruebat, ſalutem gentium illarum Barbararum ab iiſdem procurari. Verum non inuenerat, neque in Eccleſiaſtica hiſtoria, neque in Religionum Regulis, ab Ordine vllo ſuſceptam hanc curam: vt finem præcipuum ac proprium miniſterium, per votum peculiare, quoquiſque ſe obſtringeret ad pergendum, ſine excuſatione ac tergiuerſatione, quòcumque Summus Pontifex mitteret: ſiue ad Turcas, ſiue ad Hæreticos, ſiue in Indiam ad Gentiles, quod nos facimus in noſtra ſolemni profeſſione. Quid amabo te, mi lector, aliud eſt hæc omnia contexere, quàm verba parere, agere parerga? Rei periculum faciamus.

Aiunt ſocietatis Ieſu alumni, votum quartum Summo Pontif. feciſſe, dùm promittunt ei obedientiam, circa talia munia obeunda: illudque, ſi §. 151.
Diis placet, in tot alia vota diuiſum, quot membris particularibus cernitur compoſitum, nec id conteſtamur. At cùm Franciſcani idem votum longè eminentius ac copioſius iam Chriſti Vicario emiſerint: tantò amplius ſubdiuidendum in complura alia vota, admittere inficiabitur nemo; quantò vniuerſalius ſe extendit, cæteraque complectitur. Tale autem votum profiteri Fratres Minores palam aſſerunt S. Bonauentura, & alij ſup. in hoc prolog. §. 21. & 22. à nobis allati: maximè vero Nicolaus Albaſpina, qui vltra notas in Regulam Minoriticam, Tractatum edidit. *De Vocatione ac fine particulari Franciſcani inſtituti, deque mediis ad eundem finem*: vbi latè ſingula perſtringit ac diſcutit: quæ hic breuitatis gratia, omittenda duximus: vt meritò proinde cunctis innoteſcat, quàm à vero aberrauerit Nigronus, fidei Catholicæ defenſionem ac propagationem, ad modum Ieſuiſticum, ab vllo Ordine ſuſceptam, mendosè arbitratus. Fatetur quidem huiuſmodi charitatis opera ab aliis viris Religioſis impensè fuiſſe præſtita: ſed non ſub voti obligatione extitiſſe completa: quod nos omninò negamus circa Religionem noſtram Seraphicam. Duo quippe continet Regula Minoritana: votum, Pontifici Romano generaliter factum; & libertatem Fratribus conceſſam eundi inter Infideles. Quo ad primum, clarum eſt quemlibet noſtrûm voto obſtrinctum eſſe Chriſti Vicario circa miſſionem Infidelium, ipſiuſque iuſſis hac in re obtemperandum: teſte Victorino in cap. 12. prædictæ Regulæ: Quò ad ſecundum, planè conſtat, minimè apud noſtros Superiores (ſicut nec apud Ieſuiſtarum Rectores) cœrciuam reſidere facultatem ſuis imperandi Fratribus ad Infidelium regiones commigrandi: vti habent omnes noſtræ Regulæ expoſitores. Tandem Nigroni aſſertum reijcimus, quo vult præfatum quartum votum, ſocietatis finem præcipuum eſſe, cùm vota (iuxta D. Thomam) ſint ſolum modò media ad finem: quod ſcitè explicat Albaſpina. ſup. cap. 1. & 5.

Digitized by Google

§. 152. Pergit idem Nigronus §. 17. oſtendere aliud charitatis opus Societatis ſuæ: dicens. Sextum eſt: *Miſſio ad prædicandum, confeſſiones audiendas, doctrinam Chriſtianam tradendam, & alia opera pia inſtituenda, ſine vlla temporalis mercedis compenſatione atque ſpe, per fidelium oppida atque caſtella.* Priſcis ſæculis id vſitatum eſſe ex Origene lib. 3. aduerſum Celſum, planè dignoſcitur: poſterioribus quoque ſæculis hoc ſalutare munus repetitum eſt. Nam pium hoc ſtudium inter Prædicatores & Minores ortum habuit ſub Innocentio IV. ann. 1254. iterum ſub Ioanne XXII. Gregorio XI. atque Vrbano VI. renouatum: tum etiam plurimi Minoritæ ſub Bonifacio IX. diuino ſpiritu, atque animarum zelo ſuccenſi, ſanctum reaſſumpſerunt fœdus, & charitatis vinculis inuicem colligati, ſacram hanc conſcripſerunt militiam. Aucto quippe Fratrum numero, adeò inualuit hic cœtus, vt peculiari titulo vocaretur. ***Societas Peregrinantium propter Chriſtum.*** Hi enim authoritate Apoſtolica ſuffulti, conſtituto ſibi Præſide, Miniſtri Generalis Vicario, terras peragrabant Ruthenorum, Vvalachórum, Tartarorum, Saracenorum, Paganorum, Cretorum, Bulgarorum, & aliarum Orientis, Aquiloniſque nationum fidelium atque non credentium. Habebant in Cœnobiis & Congregationibus ſuis Archiepiſcopos, & Epiſcopos, magnis per Sedem Apoſtolicam ornatos facultatibus & priuilegiis: & per terras credentium, atque infidelium euntes, mittebat ſemina ſacræ doctrinæ, & errores hæreſeſque eradicabant, &c. Vide Vvadinghum tom. 4. Annal. minor. ad ann. 1399. §. 1. & ſeq. & Tom. V. ann. 1403. §. 1. ex Scrobiſſ. de Archiepiſcop. Halicienſ. cap. 9. Poſtera verò ætate denuò huic, pro charitatis officio, impensè iidem Ordines vacauerunt: illuſtreſque in eo habiti ſunt S. Vincentius Ferrerius, & S. Bernardinus Senenſ. ille Prædicatorum, hic Minorum ſplendor. Attamen vult Nigronus has miſſiones Societati Ieſu ſubſtantiales eſſe, atque ſub votum comprehenſas ſolemne obedientiæ Summo Pontifici circa miſſiones: proindè, ſiue ex voto, ſiue ex inſtituto, eſſe ita proprias ſocietatis, (vt nulli alij hac ratione conueniant; Nunc adeſte, precor, boni viri, Nigronique Acoſmiam rectis inſpicite oculis. Nam ſi id opus comprehendi opinatur ſub præfato voto Nigronus; quorſum ſibi peculiare attribuit, denegatque Franciſcanis: qui tale votum: nobiliori modo, Chriſti Vicario profitentur? quo præmio, quaue ſpe, quæſo Nigrone, ducti ſunt, Sanctus Franciſcus, Sanctus Antonius Luſitanus, S. Bernardinus Senenſis, BB. Ioannes Capiſtranus, Iacobus à Marchia, &c. Seraphici Ordinis præſtantiſſimi concionatores: qui terra ac mari totum Chriſtianum orbem peragrarunt? Neſcientibus, Aſia, Africa & Europa, atque America, certiſſimæ veritatis ampliſſima exhibebunt Apographa. Videantur Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 13. & 24. & Ardinghellus in *Congeminata voce Turturis*, cap. 16. & in Appendice, Oſtenſione quarta.

(∴) (∴)

(∴)

Imitator Chriſti factus S. Franciſcus, adunatiſ. 12. ſocijs eiuſdem Nationis, totum fermè perluſtrauit orbem: & ex illa vnitate, atque identitate Patriæ, diuerſitas Nationum Gentium, per ſuos alumnos ad Chriſtum mirabiliter conuertit: aduerſus Nigronum.

ARTICVLVS XXIV.

QVid amplius molitur Nigronus? laboret quantum voluerit aut potuerit, in recenſendis Prouinciis ac terminis Societatis Ieſu, ſolum ſalumque percurrat, luſtretve vniuerſa: haud tamen intentum aſſequetur, quo ſibi perſuaſum habet Societatem ſingulari veluti auſpicio accepiſſe, omnium nationum varietate fore exornandā, & in omnem gentem, quæ ſub cœlo eſt, dilatandam: ex eo maximè, quod fundata extiterit per viros valde inter ſe diuerſos, non item Ordo Franciſcanus. ***Qui primi,*** (inquit) ***Duce Beato Ignatio fundamenta Ordinis noſtri iecerunt, non fuerunt ex vna aliqua natione, tantum, ac lingua, quales ſocij Sancti Franciſci, qui omnes Itali: ſed è diuerſis, atque adeò aliquot è contrariis nationibus, inter quas tunc bellum gerebatur.*** Hæc ille ſuper Regul. commun. 30. paragraph. 12. at, quid hæc nobis inſinuant, ex eorum Diaphonia, audiamus. §. 153.

Fatemur equidem Seraphicum Patrem Sanctum Franciſcum ſocios duodecim primarios ſibi adunaſſe, vnius nationis Incolas, quibus & Regulam Minoriticam duodecim capitulis contextam præbuit obſeruandam: qui cœleſtis luminis claritatem per vniuerſum orbem propagarent: moreque Apoſtolico, fidei radios vbique terrarum diffunderent. Apoſtoli namque omnes ex eadem gente & patria oriundi cùm eſſent, (teſte Lirano, Cornelio à Lapide, Salmerone, & aliis in caput. 1. Act. verſ. 11. & cap. 2. verſ. 7. & Baronio tom. 1. Annal. Eccleſ. ad annum trigeſimum ſecundum, paragraph. ſeptimo:) ab ea vnitate nationis, & perſonarum duodecim multiplicitate: exoriri debebat tum vna fides, vnumque baptiſma: tum conuerſio hominum: qui congregati in vnum ſub vno Capite Chriſto, & eius Vicario, Eccleſiam ſolam & vnicam componerent (iuxta D. Auguſtinum lib. 8. de Ciuitat. Dei cap. 49. Item Serm. 74. & 186. de Tempore: Item Serm. 27. de verbis Domini) quæ proindè iure meritoque vocatur Catholica, Apoſtolica, ac Romana: dictuM quippe fuit à Domino, ipſis Apoſtolis: ***Euntes in mundum vniuerſum, docete omnes gentes, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.*** Matth. 28. verſ. 19. Marc. 16. verſ. 15. quæ omnia S. Franciſcus vnà cum 12. ſociis, Chriſti edoctus exemplo, ad amuſſim compleuit: abſque pera, pecunia, vllaque exagoga; ſed vna tunica contenti, nudis pedibus, in paupertate, humilitate, & cæteris virtutibus Apoſtolicis, fidem propagarunt, ex Sancto Bonauentura, Piſano, &c. §. 154.

Mirabile certè! & vltra mentis humanæ captum putaretur, quod de profectibus Fratrum Minorum in omnes gentes refertur: niſi Sancti & oculati teſtes nobis præſtò adeſſent. Diuus Franciſcus ad adunatis ſociis duodecim primariis, ſuperſtes extitit §. 155.

Digitized by Google

annos quindecim, obiit etenim anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto: at eo breui temporis ſpatio, inuenies eundem Patrem Seraphicum cum ſuis alumnis, Italiam omnem, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Germaniam, Hungariam, Hyberniam, Scotiam, Suetiam, aliaſque Aquilonares prouincias: tum Aſiam, Græciam, Syriam, Ægyptum, Marrochium, & Africæ nonnulla alia Regna perluſtraſſe, inhabitaſſe atque ſalutaribus monitis & exemplis inſtruxiſſe. Tanta autem fœlicitate id opus peregerunt Apoſtolicum, talique incremento profecerunt; vt totus fermè orbis edoctus ſit, multique peccatores pœnitentiam egerint: alij vero Franciſcanum induerint habitum, quorum numerus tunc longè xeceſſit omnium Societatis Patrum, quantumuis nunc vbique degentium cateruam: vide ſupra paragrapho centeſimo quarto. Quod ſi vltra progrediendum eſt: Paradoxa omnino iudicabuntur noſtri Ordinis Seraphici ſchemata; etiam antequam duodecim illi primarij Sancti Franciſci ſocij obierint, cœlumque inuecti ſint.

§. 156. Hinc ſciendum, hos duodecim Diui Franciſci ſocios, pro maiori parte, Sacerdotes extitiſſe, atque eximios concionatores: alios verò laicos fuiſſe. Iacobus Brouſſeus (ex Fauſtino Diſtemienſi) cap. 30. vit. Beati Archangeli Scoti, Capucini, videtur dicere, illos nullis coruſcaſſe miraculis: ſed perperam. Præfatos etenim vitæ ſanctitate atque gloria miraculorum claruiſſe ſcribunt, Sanctus Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. capit. 7. Piſanus fruct. 8. & 11. part. 2. lib. 1. Conformitat. Sedulius Commentar. in cap. 3. vit. S. Franciſc. §. 6. Toſſinianus, Gonzaga, Picquetus, Algezira, &c. ſuis in locis à nobis adducti. Horum autem omnium vltimus finem vitæ accepit, ann. 1262. B. Ægidius, quo temporis interiectu, conſpicias, velim, qualiter in vniuerſas fermè infidelium terras ſeſe diffuderint Fratres Minores, fidem diſſeminaturi: tum ex litteris Greg. IX. ad ipſos ſcriptis, ann. 1233. tum ex Bulla Apoſtolica Alexandri IV. ann. 1258. quæ ſic incipit. *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei: dilectis filiis; Fratribus de Ordine Minorum, in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum, Hyberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zichorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moſcelinorum, Tartarorum, Hungarorum, maioris Hungariæ, Chriſtianorum captiuorum apud Turcas, aliarumque infidelium nationum Orientis, ſeu quarumcumque partium, proficiſcentibus, &c. Cùm hora iam vndecima, &c. ſub Datum Viterbii 13. Calend. Maij, Pontific. ann. 4.* Habetur apud Pennam, ſub calce Directorij: Albaſpinam, tum in notis ad 12. cap. Regul. Minor. tum in tract. de Vocatione, & particulari fine Franciſcani inſtituti. Vvadinghum tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1258. §. 1. Ignatium le Gault tract. de ſanctitat. Roman. Eccleſ. cap. 1. §. 2. vt proindè concludendum ſic cùm Doctore Seraphico. D. Bonauentura, in cap. 9. Regul. Minorit. *Vnde certiſſimè conſtat, quod nullis Religioſis plus competit prædicare, ex ratione ſtatus ſui, quam his, qui hanc Regulam profitentur.* vide Suarez tom. 4. lib. 2. de varietate Religioſ. cap. 7. ac Raynaldum, Tom. 13. Annal. Eccleſ. qui refert Litteras, Nicolaj IV. pro fratribus Minoribus ad vniuerſas Gentes ann. 1288. §. 32.

§. 157. Adeò autem diuinitùs hoc noſtrum excreuit inſtitutum; vt ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum, triginta tres Prouincias habuerit, additis remotiſſimarum Regionum Vicariis: de quarum numero, ordine, & terminis egit Sanctus Bonauentura, in Comitiis Narbonenſibus, Generalibus eodem anno. Teſſeramque earum recenſent, Piſanus, & Vvadinghus ſuper ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum, paragraph. 24. quas quidem nouellas plantationes in iuuentute ſua, haud potuit nunc vſque ipſa Societas Ieſu attingere: ſiue Religioſorum numerum ſpectes, ſiue Conuentuum, atque Prouinciarum ingentem copiam attendas, vel denique cunctas totius orbis oras ab iis peragratas. Quod ſi quis Zoilus eam conuentuum fratrum Minor. multitudinem Cauillari audeat! legat attentè, precor, Reſponſum pro S. Othone, Epiſcopo Babenbergenſi, qui à multis perperam arguebatur, quòd tot Monaſteria extrueret. apud Surium 2. Iulij in vita eius lib. 1. cap. 25.

Hallucinatur Nigronus perperam ſcribens de Diſcalceatis Minoritis in Hiſpania: paruam vocans illorum Congregationem: cùm ipſa ſola ſocietatem Ieſuiticam longè exceſſerit: De Generalis Miniſtri totius Ordinis præminentia: Religionem clericorum Societatis Ieſu, non eſſe exemptam à Decretis ſacri Concilij Tridentini, de Reformatione, quoad Regulares, conſtat: contra Rodericum.

ARTICVLVS XXV.

DEmùm Nigronus ibid. paragraph. 13. eamdem, quam arbitratur, ſui inſtituti maximam propagationem, multis attollens encomiis: ſummè percupit conſeruari, mediante charitate: quæ *vinculum perfectionis* ab Apoſtolo dicitur, Coloſſ. 3. verſ. 14. in quo laudabilis eſt & pius: cuius rei cauſam aſſignat dicens. *Cæterum in Ordine noſtro beneuolentia hæc mutua nationum magis neceſſaria eſt quàm in aliis multis Religionibus; proindè à moderatoribus, ac ſubditis certatim ſuadenda, prædicanda, nutrienda. Sunt enim quidam Ordines, qui nullam; aut exiguam varietatem nationum habent: vt Diſcalceatorum Sancti Franciſci in Hiſpania, ex qua non eſt egreſſus, &c.* quibus in verbis, duo vel tria continet valdè mendoſa. §. 158.

Primùm, circa noſtros Diſcalceatos; ſi enim res Minoriticas attentè conſpexiſſet Nigronus, proculdubio repeiſſet, hos non Ordinem componere, ſed Congregationem. De familia Franciſcana illud aptiſſimè dici poteſt, quod Apoſtolus de Eccleſia conſcripſit ad Roman. 12. verſ. 5. *Multi autem vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* Anno. 1517. in Capitulo Generali Romæ habito, authoritate Leonis X. Pap. pro vnione Religionis Seraphicæ: Superior Patrum Minorum Obſeruantium, declaratus eſt *Miniſter Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum*: cui omnes, & ſinguli Fratres ſecundum Regulam Diui Franciſci, ſubiici & obedire tenerentur, ad quem denique tanquam Ordinis caput, omnis præeminentia delata eſt; & ſigillum totius Ordinis conſignatum. Superior vero eorum, redditus ac poſſeſſiones & §. 159.

Digitized by Google

priuilegia à Sede Apoſtolica conceſſa, retinentium: nuncupatus eſt, *Magiſter Generalis Fratrum Minorum Conuentualium*: qui electionis de ſe factæ confirmationem à dicto Miniſtro Generali totius Ordinis petere deberet. Qui de re, Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. libr. 10. capit. 20. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. &c. Hinc, cùm Patres Capucini Reſformationem ſuam cœpiſſent in Ordine, & paulò poſt Superiorem Generalem obtinuiſſent à Sede Apoſtolica, vocatus eſt. *Vicarius Generalis Congregationis Fratrum Minorum Capucinorum:* qui præſentaretur præfato Magiſtro Fratrum Minorum Conuentualium. vt ab eo ſuæ electionis confirmationem acciperet. Diplomata referuntur à Collectore Bullar. ſub Clemente VII. Paulo III. Pio IV. &c. Rapinæo in Hiſtoria Origin. Recollector. Decad. 6. part. 2. Noſtri autem Diſcalceati immediatè ſubiiciuntur Miniſtro Generali totius Ordinis Minorum: vnde, nec Superiorem Generalem habent, nec Ordinem particularem efficiunt, ſed tantum Congregationem, ſeu Reſformationem: quod ſcitè annotarunt, Moriſius libr. 1. Origin. Religion. cap. 60. Hieronymus à Sorbo in præfation. Addition. ad Compendium priuileg. Ordin. Minor. Yeppes tom. primo chronic. Benedict. in monitis ad Lectorem.

§. 160. Non me latet, quàm ægrè nonnulli tulerint huiuſmodi Generalis totius Ordinis Minorum præminentiam ac dignitatem: quam ſibi veluti Adoxiam arbitrantes, nullum non mouerunt lapidem, vt omnino extingueretur, aut ſaltem minueretur: at contrarium euenit. Hunc honoris titulum familia Obſeruantina à Sede Apoſtolica acceperat, vti nuper oſtendebamus; eundem nunc Summus Pontifex confirmauit, cuius rei ſeries ita habetur.

DECRETVM SACRÆ CONGREGATIONIS CARDINALIVM pro Reuerendiſſimo P. Miniſtro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci.

CVm Procurator Generalis Fratrum Minorum Conuentualium S. Franciſci, ſex ab hinc annis ægrè ferret Miniſtrum Generalem de Obſeruantia in præteritum vſum fuiſſe, & impræſentiarum vti titulo, & ſigillo cum inſcriptione, Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum; recurſum habuit ad Sanctiſſimum; ſupplicans, mandari ac reformari huiuſmodi Titulum; tanquam non legitimè dicto Miniſtro Generali de Obſeruantia competentem: Et ſupplicatione per Sanctiſſimum ad hanc ſacram Rituum Congregationem remiſſa: eadem Sacra Congregatio diſcuſſionem huius negotij ad referendum vſque de anno 1625. commiſit Eminentiſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinali Muto, coram quo, firmato dubio, de conſenſu ambarum patium: an Titulus Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorem, quo inſignitur Miniſter Generalis Obſeruantium, ſit reformandus: vtraque parte ſæpè ſæpius in facto, & iure de ſuper informante, & audita: ad relationem eiuſdem Eminentiſſimi Cardinalis Muti; cauſa acerrimè in plena Congregatione diſcuſſa, Sacra Rituum Congregatio reſpondit: nihil innouandum: & Miniſtrum Generalem de Obſeruantia, legitimè vſum fuiſſe, & vti poſſe Titulo & Sigillo, cùm inſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum: & ita ſeruari mandauit. De 22. Martij 1631.

C. Epiſcopus Portuenſis Card. Pius.

Locus Sigilli. ✠

T. Vegrinius Epiſcop. Aſſiſienſ. ſecr.

Romæ ex Typographia R. Cameræ Apoſt. 1631. Hinc pro huiuſmodi vero Ordine, ac Succeſſore S. Franciſci prodit *Apologia Analogica*, Authore R. P. Mathia *Hauzeuca*; ann. 1650. Auguſtæ Eburonum Impreſſa. Itemque ſpeculum Apologeticum F. Minor. Ordinis S. Franciſci Authore R. P. Iacobo de Riddere, Romæ ann. 1651.

Accedat quiuis zoilus, & paratheſim agens, dicat, §. 161. exindè manifeſtam patere Ordinis noſtri Seraphici imperfectionem; quòd compluribus ſemper abundauerit Reformationibus, ſiue Congregationibus ac membris Reſformatis: Carthuſianis autem & patribus Ieſuitis, ſi fides præbeatur Roderico part. 1. practic. Perfection. Tract. 4. cap. 20. his opus non fuiſſe. Cui reſpondebimus, non Acribodicæorum more, ſed vt rerum humanarum, fert conditio, maximè hominis: qui *nunquam in eodem ſtatu permanet.* Iob. 14. verſ. 2. Religio Chriſtiana perfectiſſima eſt: quòd ſi Chriſtiani, pro humana fragilitate, plerumque à recto tramite deflectunt, ſiue etiam in varios lapſus ruunt, & ſæpè iteratis vicibus reſurgunt, ad pœnitentiæ Sacramentum accedunt, nouaſque vires addunt, vt Chriſto puro corde, ac tota mente inſeruiant: nunquid ideò imperfectiores cenſendi ſunt? minimè. Immò, perfectiores etiam nonnunquam euadunt. Teſtis eſt S. Maria Magdalena, cui à Chriſto, *Remiſſa ſunt peccata multa: quoniam dilexit multùm: cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Luc. 7. verſ. 48. Teſtes quoque illi aderunt, quorum meminit Saluator, dicens: *Amen dico vobis: quia Publicani & meretrices præcedunt vos in Regnum Dei.* Matth. 21. verſ. 31. Teſtes Apoſtoli omnes, qui peccatores & abſque culpa haud extiterunt, non ſolùm antè Chriſti paſſionem, ſed & poſt aduentum Spiritus ſancti, aliquid reprehenſibile repertum eſt in illis; vt Petro, Ioanne, cognomento Marco, &c. Galat. 2. verſ. 11. & 12. Act. 15. verſ. 37. 38. Vnde S. Leo Pap. Serm. 4. de Quadrageſ. rectè nos edocet de tanta huiuſmodi humanæ fragilitatis propenſione: cùm tamen deberetur homo ſuo creatori inceſſabili animi affectu deſeruire, & continuata cordis reuerentia illum præ oculis habere. *Sed quia hæc fortitudo paucorum eſt; & dum carnis fragilitate auſterior Obſeruantia relaxatur, dumque per varias actiones vitæ huius ſollicitudo diſtenditur, neceſſe eſt de mundano puluere etiam religioſa corda ſordeſcere: magna diuinæ inſtitutionis ſalubritate prouiſum eſt, vt ad reparandam mentium puritatem, quadraginta nobis exercitatio mederetur, &c.* Arbori pulcherrimæ comparatur Eccleſia (apud S. Bonauent. cap. 3. vit. S. Franciſci.) in cuius ſummitate Sedes Apoſtolica locata eſt: palmæ etiam, ſiue Arbori aſſimilatur Religio Minoritana: ex multis Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 8. cuius rami aurei ſemper vireſcunt.

Digitized by Google

..... *Vno auulſa non deficit alter*
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Quot enim ſunt Refformationes, ſeu Refformatæ in ea Congregationes, tot ſurculi fuerunt miræ perfectionis: qui cùm perſpiſsò ſuccreſcant in illuſtriſſimo Carthuſienſ. Ordine, non propterea ſequitur his opus minimè habere. Qua de re Petrus Venerabilis libro 6. epiſtol. 14. lib. 2. miraculor. cap. 28. Quercetanus ibid. in notis apud Bibliothecam Cluniacenſem, Gerſon. De Indagine: &c.

§. 162. Quantùm verò ad præfati Roderici aſſertum, quo ſibi perſuaſum habet, Societatem Ieſu nulla tunc indiguiſſe Reformatione, proindeque Concilij Tridentini Decreta illam minimè attigiſſe videri: fides ſit penes Authorem Rodericum. Nam quo ad rationes à ſe allegatas, tanquam ſibi particulares; parui, aut nullius momenti fore cuiuis Catholico, ſatis compertum iri haud diffiteor: maximè, cùm nulli tunc eſſent Ordines in Eccleſia Catholica, qui eiſdem, potiori iure, non fulcirentur. Ad quid igitur in medium proferre illud S. Concilij Tridentini effatum: ſeſſion. 25. cap. 16. de Regularib. multa deceuerat circa annum probationis nouitiorum, receptionem, ac profeſſionem, & votum ſolemne eorumdem: quibus, noluit comprehendere ſocietatem Ieſu, cuius votum, licet ſimplex, voti tamen ſolemnis naturam retineret: ex ſingulari ſedis Apoſtolicæ beneficio: vultque ſancta Synodus ſuis decretis illi minimè derogari. *Per hæc tamen* (inquit) *Sancta Synodus non intendit, aliquid innouare, quin Religio clericorum ſocietatis Ieſu iuxta pium eorum inſtitutum, à ſancta ſede Apoſtolica approbatum, Domino, & eius Eccleſiæ, inſeruire poſſint.* Rectè ac verè, cùm ea quæ ab ipſa ſancta ſede emanant, firma, & inconcuſſa remanere debeant: At, exindè ſequi, huiuſmodi ſocietatem Ieſu haud comprehendi, vel liberari à cæteris decretis eiuſdem Sacri Concilij de Reformatione circa Regulares (vti Rodericus innuere videtur) nullus, Catholicorum affirmare quibit. Exceptio namque firmat regulam: & piget me circa hæc notiſſima immorari.

§. 163. Alterum reprobandum eſt in verbis *Nigroni* ſuperiùs allatis: quibus ſuadet noſtros Diſcalceatos extra Hiſpaniam haud commigraſſe. At ea Diſcalceatorum Congregatio Sancti Franciſci, *Nigrono* ita parua apparens, ampliſſima extitit etiam antequam naſceretur ſuæ Societatis inſtitutum: & ſic longè lateque propagata eſt per Indas tum Orientales tum Occidentales: vt totius noui Orbis Prouincias ſuis alumnis repleuerit, pluresque Conuentus ac Fratres contineat ipſa ſola, quàm ſocietas Ieſu vniuerſa. Vide *Gonzagam* 4. parte Origin. Seraphic. Relig. *Rapinaum* in Hiſtor. general. Origin. Recollector. Decad. 5. 7. 11. Corbinum ſup. lib. 7. pag. 155. & lib. 8. pag. 169. & alios quos ſuis in locis, recitauimus: maximè ad trigeſimum-primum Augusti, paragraph. ſexto: vt proindè cunctis innoteſcat. *Nigronum*, valdè hallucinatum eſſe, remque Hiſtoricam minimè calluiſſe: dùm ſic conſtanter aſſeuerat, quæ omninò ignorat, noſtrorum Fratrum Excalceatorum Beatorum Martyrum à Sede Apoſtolica, iam iam declaratorum florentiſſima Anademata minus piè habens: de quibus 5. Februar.

De Apoſtolis, deque duplici differentia Apoſtolorum: variarum Gentium & Nationum Apoſtoli, in Ordine Franciſcano: Euſebius Ieſuita emendatus.

ARTICVLVS XXVI.

Certa fide conſtat, Apoſtolos fuiſſe à Chriſto Domino vocatos, Luc. 6. verſ. 13. quos & poſuit Deus primùm in Eccleſia: 1. Corinth. 12. verſ. 28. inter quos meritò S. Paulus recenſentur: qui de ſeipſo propterea ſic ſæpè in exordio Epiſtolar. ſuarũ ad Roman. 1. & 2. ad Corinth. ad Epheſ. Coloſſenſ. ad Timotheum & Titum ſcribit. *Paulus ſeruus Ieſu-Chriſti, vocatus Apoſtolus, per voluntatem Dei*: ſed clariùs adhuc Galatas alloquens. *Paulus, Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum-Chriſtum, & Deũ Patrem.* Qui cùm à quibuſdam æmulis. Idcircò argueretur: conſtanti animo eorum cauillationes retundebat; Quid, *non ſum Apoſtolus! Nonne Chriſtum Ieſum, Dominum noſtrum vidi!* 1. ad Corinth. 9. verſ. 1. *Exiſtimo enim nihil me minùs feciſſe à magnis Apoſtolis.* 2. ad Corinth. 11. verſ. 5. *Ita vt ab Hieruſalem per circuitum, vſque ad illyricum, repleuerim Euangelium Chriſti, ſic autem Prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum, ædificarem: ſed ſicut ſcriptum eſt: Quibus non annuntiatum de eo, videbunt: & qui non Audierunt, intelligent.* ad Roman. 15. verſ. 19. 20. 21. *In Euangelio Chriſti, non in immenſum, gloriantes in alienis laboribus*: 2. ad Conrinth. 10. verſ. 15. Rectè itaque hiſce omnibus locis probat. D. Paulus ſuam legitimam à Deo vacationem, Apoſtolatus dignitatem ſibi cœlitùs collatam, primùm prædicaſſe, vbi Euangeliſauit Chriſtum: nec gloriari in alienis laboribus. §. 164.

Præter iſtos autem à Chriſto immediatè vocatos, §. 165. fuerunt alij etiam hoc nomine inſigniti, per præfatos priores Chriſti Apoſtolos: quorum vitam, mores, & labores in propagatione Euangelij, ad amuſſim, & ex animo qroſequebantur vti Andronicus & Iulia, quos ſalutat D. Paulus, vt potè, *Qui erant nobiles in Apoſtolis.* ad Roman. 16. verſ. 7. itemque Epaphroditus, quem appellat Philippenſium Apoſtolum ad eos ſcribens cap. 2. §. 25. ſic Græci, *Apoſtoli* nomen ad diſcipulos Chriſti & Apoſtolorum extendunt, vti videre eſt in Menologio eorum, maximè ad 4. Ianuar. 31. Octob. & 10. Nouemb. qua de re conſule D. Hieronymum in Epiſtol. ad Galatas. & Theodoretum in 1. ad Timoth. 3. Quod quidem munus Apoſtolicum ab eo tempore, & deinceps, ſemper viguit in Eccleſia Catholica! nec vllo vnquam tèmpore, miſericors Deus, deſtitit operarios mittere ad excolendam vineam ſuam, ſiue immediatè à ſe, cùm inſigniis *Apoſtolatus, in omni*, nimirum, *patientia, in ſignis, & prodigijs, & virtutibus*, 2. ad Corinth. 12. verſ. 12. ſiue mediatè per ſummos Pontifices, Chriſti Vicarios, & alios. *Epiſcopos, quos, ſpiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Act. 20. verſ. 28. idque ex Hiſtoria. & Annalibus Eccleſiaſticis liquidò patet.

Tales haud defuerunt viri Apoſtolici, ſequentibus §. 166.
ſæculis

Digitized by Google

ſæculis, qui ex gremio Religioſorum Ordinum erumpentes, profecti ſunt, à Spiritu ſancto edocti, in exteras nationes; illiſque gentibus, ambulantibus in tenebris & vmbra mortis, prædicatione Euágelij illuxerunt, primi Chriſtum annuntiauerunt, & fidei radios longè lateque deffenderunt: quorum teſſeram, & præclara eorum opera, necnon labores, virtutes, & miracula, referunt. Platus lib. 2. de Bono ſtatus Religioſ. lib. 2. cap. 30. & ſeq. Nicolaus à Ieſu Maria in Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis, propoſition. 59. pag. 118. & ſeq. Grauina, Ardinghellus, &c. & nominatim de Benedictinis Apoſtolis: Arnoldus Wion. lib. 5. Ligni vitæ, à capite 49. vſque 63. Quantum verò ad nos attinet, ingens eorum excreuit numerus, qui primi omnium, & præ cunctis aliis, impensè laborauerunt in diſſeminando Euangelio, per totum terrarum orbem, maximè in Indiis orientalibus & occidentalibus: qui propterea iure ac merito *Apoſtoli* nomen ſibi compararunt: vti copiosè, ſincerè, ac veraciter, ſuis in locis, annotabimus: nec ſine teſte, huiuſmodi aſſertum iri volumus: vt cunctis clarum ſit nos, nec dubia amplecti, vel ſuboſcura, ſequi: aut voce diuerſa loqui.

§.167. Exindè, fateor, mi Lector, vtrumque mihi diſplicuiſſe, quæ legerim apud Euſebium, lib. 1. Doctrinar. aſceticar. Doctrin. 6. cap. 60. volentem, quoſdam è ſuis alumnis Ieſuitis, hoc glorioſo nomine inſigniri: nam vel clarius ac diſtinctius de huiuſmodi Apoſtolicis viris loquendum erat, vel amplioribus teſtificationibus id propalandum. Etenim, quod gratis videtur aſſertum, minus habetur acceptum, maximè, ſi hiſtoricæ veritati & Chronologicæ rationi cohærere conſpiciatur. Nam ſi, per Ieſuitici Inſtituti Apoſtolos, eos intelligit, qui in laborem aliorum introierunt, Ioann. 4. verſ. 38. vt ipſis fierent auxilium & iuuamen: vel quòd illi primi ex Ieſuitis extitere, qui tunc temporis ad iſtud pietatis Chriſtianæ opus exercendum aſſumpti ſunt: illis vt arbitror, inficiabitur nemo: cùm certò certiùs ſit Ieſuitas poſt cæterorum Regularium Ordinum expeditiones, ad tantum opus ſe accinxiſſe.

§.168. R. P. Ioſeph Ancheta, primus in medium producitur, Braſiliique Apoſtolus nuncupatur apud Euſebium, ſup. & Poyreum Tract. 3. Triplicis Coronæ Virg. cap. 5. §. 8. qui quidem ſocietatem Ieſu intrauit ann. 1550. ac poſtea in Braſilium traiiciens illic concionabatur, ann. 1553 ex Poyreo, ſupra capite ſexto ſect. 4. §. 3. At conſtat R. P. Bernardum de Armenta ablegatum fuiſſe Commiſſarium, ad eas Regionis partes, cum aliis ſanctiſſimis ſociis Franciſcanis, qui iam ab ann. 1538. vtramque ripam fluminis de *Plata*, perluſtrantes, Paraguayum, Braſilium, & Peruanum, luce Euangelij illuminarunt, vide infra ad 18. Ianuar. §. 3. Iunij 2. §. 1. & 2. ac 6. Decemb. §. 15. vnde Poyreus. ſup. cap. 5. vltrò fatetur, præfatum Anchetam, in deſcenſu ſuo, iam habitaculum Chriſtianorum apud Dominam noſtram de Baya in Braſilio extructum reperiſſe.

Sequitur Petrus *Caniſius*: ab eiſdem Euſebio, & Poyreo, cap. 5. §. 9. ſup. vocatus *Germaniæ* Apoſtolus: ob hæreſes ab ipſo propugnatas: rectè quidem: ſed quamplures fratres Minores, à multis ſæculis nunc vſque ſic eo in opere ſedulò laborarunt, vt tot dicerentur verè Apoſtoli, quot in defenſione catholicæ veritatis, pugiles acerrimi, verbo, ſcripto, & ſanguine fuſo, aduerſus prauitatis hæreticæ inſultus, per Germaniam audacter ac ſtrenuè decertarunt: quorum hoc in opere meminimus: vti decet ſanctos.

Edmundus Campianus, *Angliæ* Apoſtolus, dicitur apud Cornelium à *Lapide*: cui opponimus B. Ioannem Foreſtum, martyrem, Minoritam, Anglum, Angliæque verè Apoſtolum; de quo ad 22. Maij. Infra.

Gonſaluus *Sylueira* (vti ſcribit Poyreus, ſup. cap. 5. ſect. 5. §. 10. & cap. 6. §. 4. ſect. 2. Item. Tract. 4. cap. 3. §. 1. §. 16. circa ann. 1561.) nationem Caffrorum in India Orientali diſpoſuit ad recipiendum deinceps Chriſti Euangelium. Sed quem in hoc opere preceſſerat, B. Franciſcus, Minorita, qui propterea iam martyrio coronatus fuerat, Manicis-Caphrorum, ann. 1559. die 5. Auguſti: vide ſis inferius.

Benedictus de Goez mira egit in acceſſu Regni de Catayo, iuxta Poyreum. Tract. 3. ſup. cap. 5. §. 5. ſect. 13. qui ſocietatem intrauerat. ann. 1583. Fatetur tamen illic iam ſacras ædes per pagos extructas inueniſſe: nec abs re: quando quidem, noſtrates hoſce populos, iam multis antea ſæculis luce Euangelij colluſtrauerant, iam circa an. 1370. Guillelmus Pratus Franciſcanus Cataium miſſus, euangeliſandi cauſa, plures quàm ſexaginta ex noſtris abduxit, ex Plato, lib. 2. de Bono ſtatus Relig. cap. 30. Nicolao à Ieſu Maria, in Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis, propoſit. 69. poſt chronica, & Annales noſtri Ordin. cætera lubens omitto. §.169.

Denique, vt coronidem faciamus, tria cœlitùs promiſſa ſunt Sancto Franciſco, quæ ſuo Ordini euenient futuris temporibus. Primum: quòd Minoritana Religio perſiſteret vſque ad conſummationem ſæculi, & diem Iudicij. Ne autem illud nonnullis incredibile forſan videatur, memorabilem illam viſionem S. Pachomij, conſpicias, velim, mi Lector, qua, ab Angelo monaſticam Regulam accipiens, eadem ſunt illi promiſſa. Teſte Dionyſio Exiguo in vita eius, Roſweyda lib. 1. vitar. Patrum. Cornelio à Lapide Comment. in Ieremiam cap. 35 verſ. 19. &c. Celebre fuit olim oraculum Sancti Benedicti; cuius fama totius orbem peruagata eſt, ſcilicet, quòd Ordo ab ipſo inſtitutus, duraturus eſſet vſque ad finem mundi, atque tunc etiam pro Romana Eccleſia ſtaturus fideliſſimè & pluribus in fide confortaturus, vti narrant Arnoldus Wion, libro primo, capite primo Ligni vitæ, ſub fin. Cornelius à Lapide ſup. & alij. Simile extat de Ordine Sancti Franciſci, qui cœlitùs accepit, quòd Ordo ſuus non deficeret, quòdque Deus ſemper viros inſignes ei ſuggereret: qui diſciplinam & ſanctitatem Ordinis tuerentur, fulcirent, reſtaurarent & perficerent. Cùm enim ſemel malis turbatus exemplis, anxio ſpiritu, miſericordem Patrem precaretur pro filiis, reſponſum huiuſmodi reportauit à Domino: *Cur Franciſce, pauper homuncio turbaris? Quis hunc Ordinem plantauit niſi ego? Ego vocaui, ſeruabo, & paſcam; ego, illis cadentibus alios ſubſtituam: tique ſi nondum nati fuerint, faciam vt naſcantur: quòd ſi tres tantum in ea permanſerint, eos ipſos nunquam deſeram, ſed erit hæc ſemper familia mea, permanebitque vſque in finem.* Hæc Cornelius à Lapide ſup. Wadinghus tom. 1. Annal. Minorum ad annum milleſimum vigeſimum primum, paragrapho vigeſimo ſexto. Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chronic. Minor. libro ſecundo, capite vigeſimo ſexto. Piſanus libro primo Conformit. fruct. 9. parte ſecunda notabil. 7. & alij, quos ad quartum Octobris, paragrapho nono, decimo, & vndecimo adduxi, in confutationem cuiuſdam moderni meras nugas blaterantis, aduerſus huiuſmodi Diuina priuilegia.

§. 170. Secundum, eſt, quòd Ordo Minoriticus ſtabit in fine mundi contra Antichriſtum, ſtrenuiſſimè decertans: tum pro defenſione fidei Chriſtianæ, tum pro conſeruatione Religionis Catholicæ: id eſt, egregiè pugnabit aduerſus infideles, & hæreticos. Hoc teſtatur Beatus Bartholomæus Piſanus ſup. in cuius confirmationem adducit & explicat prophetiam Abbatis Ioachim ibidem, libro primo fruct. 1. parte ſecunda, longè poſt medium. Sanè illuſtriſſimus Iacobus de Victriaco, S. R. E. Cardinalis id apertè tradit: cuius ſententiam ſuperius dedimus paragraph. 39. Eadem ſcribit Beatus Aluarus Pelagius, Syluienſis Epiſcopus, libro primo de Planctu Eccleſ. cap. 67. poſt med. Eccleſiam alloquens: *Nam rurſus, quis contra illum Antichriſtum præſumptuoſum & elatum, qui extolletur ſupra omne, quod dicitur Deus aut colitur: & qui ſedebit in Templo, oſtendens ſe tanquam ipſe ſit Deus 2. Theſſalon. 2. Daniel 9. pugnare poſſet præcipuè; niſi tum germen Apoſtolicum Fratrum Minorum, humilium & pauperum, quorum profeſſio vltima humilitas & paupertas eſt? Qui inquam, principaliter pugnare poſſent, contra Crucis peruerſiſſimum inimicum Antichriſtum; niſi filij Patris crucifigeri, & cruce ſignati intus & extra, almi Franciſci? propter quod in principio conuerſionis ſuæ, ego oſtendi ſibi palatium armis militaribus crucis ſignaculo inſignitis: dixique, & ſibi fore illa arma ſua: & militum ſuorum. Dimicabit ergò humilitas contra ſuperbiam: corruet Goliath, qui robuſtus interpretatur, coram humili Dauid. Angelus aſcendens ab ortu ſolis, ſignum Dei viui habens, ad litteram Apocalyp. 7. Franciſcus pugnans cum filiis ſuis pro Eccleſia, proſternet Sennacherib, &c.*

§. 171. Vltimum, eſt illud, quod Beatus Bartholomæus Piſanus libro primo fruct. 9. ſup. refert: dicens. *Tertio habuit præfata Beatus Franciſcus, dùm oraret in Sancta Maria de Angelis, vt reuelauit Fratri Ruffino: & addit vnum aliud Beatus Franciſcus maius præfatis. Quòd in die Iudicij apparebunt Fratres cum Stigmatibus: & in fine, ſcilicet tempore Antichriſti, habebunt Fratres quamplurimi Stigmata.* Quod duobus modis poteſt intelligi: primò, quòd hi Stigmata more Diui Pauli, vel Sancti Franciſci, geſtabunt; nimirum, plagas ſeu cicatrices, in manibus & pedibus ac latere, ad inſtar Saluatoris; ſeu per totum corpus vulnerum veſtigia habentes. Altero modo, Stigmatizati apparebunt, ſigno nempè Chriſti, in frontibus ſuis. Hoc ſignum quale ſit, ſatis antiquiſſimi Patres docent, & indicat Eccleſia, quæ cantando, ait: *Hoc ſignum Crucis erit in cælo, cùm Dominus ad iudicandum venerit.* Iuxta illud Matthæi 24. verſ. 30. *Tunc parebit ſignum filij hominis in cælo.* Putant nonnulli, (teſte Cornelio à Lapide Commentar. in cap. 9. Ezechiel. verſu. 4.) Cruce quaſi teſſera & trophæo, in frontibus inſigniendos omnes Beatos in cælo: vt ſignificetur eos merito Crucis, tam Chriſti, quàm ſuæ, cælum poſſidere. Iam illud piè annotauerat Salmeron. tom. 4. Commentar. part. 3. tractat. 40, in Matth. 24. verſ. 30. his verbis. *Credunt etiam Sancti Eccleſiæ Doctores, non ſolùm Crucem, verum etiam cætera arma, inſigniaque quibus laceratum fuit Domini corpus, apparitura: vt columnam, cui alligatum illud flagellarunt; flagella ipſa, ſpineam coronam, clauos, ſpongiam, arundinem, qua caput eius percuſſum, lanceam, & reliqua quæ pertulit pro nobis in carne ſua filius ille hominis. Quin etiam monent quidam, ſignum Crucis non tantum in cælo appariturum in illo die, ſed etiam in frontibus ſingulorum hominum, quos ad ſalutem elegit Deus: iuxta illud Apocalyp. 7. verſ. 2.* Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui, *& ſubdit,* Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum verſ. 3. *Item cap. decimo quarto verſ. 1.* Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. *Et Ezechiel. 9. verſ.* 4. Signa Thau ſuper frontes virorum gementium & dolentium, ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt, &c.

Signabunt ergò Angeli in fine mundi electos ſigno Crucis: primò, per Sacerdotes ſigno Crucis in Baptiſmo & Confirmatione, viſibiliter eos conſignando. Secundò, ſpiritualiter inducendo & exhortando eos per ſe, & per præcones Euangelij, ad liberam, publicam, & conſtantem fidei & Crucis Chriſti, coram Antichriſtianis, aliiſque eius hoſtibus, profeſſionem, vſque ad mortem. Huius enim publicæ profeſſionis ſymbolum eſt frons: iuxta Tertullianum lib. de Corona milit. capite tertio: quare Angeli non ſolùm excitabunt fideles, vt ſignent ſe tunc ſæpius ſigno Crucis: ſed etiam vt illud in fronte viſibiliter forment, pingant, aut geſtent, quaſi Symbolum Chriſti & Chriſtianiſmi: quo ſe ab Antichriſtianis, omnibuſque impiis diſcriminent, inquit Andræas Cæſarienſ. Quemadmodum olim milites Chriſtiani cum B. Godefrido *Bolonienſi*, S. Ludouico Rege Franc. & aliis, pro recuperanda Terra Sancta contra Sarracenos pugnaturi, quaſi inſigne belli ſacri, geſtabant Crucis ſignum; vnde & illæ expeditiones Cruciatæ dicebantur: ita fideles in fine mundi, coram miniſtris Antichriſti, Crucis geſtatione profitebuntur palam ſuam fidem, ſicut ex aduerſo Antichriſtus aſſeclias ſignabit viſibiliter ac realiter ſuo ſigno ac charactere: id eſt, ſuo iuſſu habebunt characterem, nomen, aut numerum nominis eius in dextera manu, vel in frontibus ſuis, Apocalypſis 13. verſ. 16. & 17. Itaque Antichriſtus bellum Sanctis & electis Dei crudele indicabit: quos & ſæuiſſimè occidet, poſtquam multis plagis illos affecerit: inter quos multi erunt Franciſcani Martyrio coronati. Cùm autem ipſi Crucis Chriſti, ac Crucifixi gloriæ nimis addicti extiterint, eos diuerſis in partibus corporis cruentis Stigmatibus admodùm diuexabit, cruceſque, candenti ferro frontibus eorum impreſſas dabit, ſeu cultris & enſibus eas efformabit, ad ignominiam Crucis, & dolorem Martyrij; veluti priſci illi Martyrum perſecutores, & hæretici recentiores in nos compleuerunt: nuncque hoc ſæculo renouatum eſt apud Iapponium. Qua de re, lege poſt alios, Cornelium à Lapide ſupra in Ezechiel, & Apocal. Bzouium tom. 13. Annal, ad ann. 1241. §. 13. Nos enim ſuis locis opportunius recitabimus, §. 172.

Non ſolùm autem Apoſtoli, cum Chriſto ſunt iudicaturi orbem vniuerſum, in fine ſæculorum (Matthæi 19.) ſed & alij, qui Apoſtolis ſimiles effecti, omnia reliquerunt, & Chriſtum ſunt ſequuti. Ita S. Auguſt. lib. 19. de ciuit. Dei cap. 5. item in Pſal. 49. ℣. 5. & Epiſtola 89. ad Hilarium. Origenes. Homil. 9. in Matth. D. Gregor. lib. 19. Moral. cap. 17. & vltim. item, in cap. 36. Iob. ℣. 6. Beda. Homil. In Matth. 19. S. Bernard. ſerm. de verbis Petri D. Thomas; quæſt. 89. Addition. art. 2. In *In hac regeneratione* (ait Barradius Tom. 5. Commentar. §. 173.

mentar. In Concordiam Euangel. lib. 5. cap. 15. §. 7. *admirabili, ſedebit Chriſtus in ſede Maieſtatis ſuæ: & ſedebunt ſancti Religioſi ſuper ſedes gloriæ ſuæ, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Sedebit Petrus & Paulus, reliquique Apoſtoli: ſedebit Auguſtinus, Hieronymus, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciſcus: ſedebunt cæteri Religioſi, qui res caducas omnes repudiarunt, vniuerſumque terrarum orbem iudicabunt.* Eadem prorſus teſtatur, Sotus in 4. ſentent. diſtinct. 47. quæſt. 1. art. 2. *In hoc iudicantium ordine, omnes profeſſione pauperes vtriuſque ſexus includuntur: in quo ſacratiſſima Virgo principatum obtinebit. Omnes inquam, etiamſi in Sanctorum Canonem non fuerint per Eccleſiam adſcripti, dummodò inſtituta ſuæ Religionis legitimè ſeruauerint: vel ſi pro humana fragilitate, lapſi fuerint, per diuinam Clementiam, fructus egerint pœnitentiæ: & tandem in ſua profeſſione vitam abſoluant.*

§. 174. Quantum verò ad præfata Priuilegia Franciſcano Ordini cœlitùs data, nuper nempè, ann. 1636. Duaci, typis viduæ Martini Bogardi, Liber integer prodijt, ſub eo titulo: *Sacrarium Priuilegiorum quorumdam, Seraphico P. S. Franciſco, in gratiam obſeruantium Regulam, eumque vel ſuos amantium, à Deo Opt. Max. indultorum.* In quo eorum veritas elucidatur, comprobatur, ac defenditur per F. Angelum de S. Franciſco, Anglum, ordin. Fratrum minor. ſtrictioris Obſeruantiæ.

§. vlt. Cùm autem in his noſtris Annotationibus, paſſim ſermo forſitan aderit; De compluribus piorum fidelium factis in honorem ſanctorum ac ſeruorum Dei, ſiue quo ad eorum interceſſionem promerendam; ſiue erga ipſorummet ſacrarum Reliquiarum venerationem; monitum tandem te velim, tunc temporis, nimirum, ann. 1651. Lutetiæ prælo cuſum eſſe librum, vti fertur, Guiberti Abbatis de Nouigento; *De pigneribus ſanctorum*, quem, opus arbitror eſſe cuiuſdam hæretici, ſeu ab hæretico deprauatum, & variis erroribus refertum: in odium ſanè religionis Catholicæ conflatum. Nam, vltra ſtylum eius planè hæreticum, nihil dicit, aut allegat; De ſanctis: De miraculis ipſorum; De reliquijs ſanctorum; De eiſdem minimè auro, vel argento, includendis: Deque illorum Tranſlationibus, vel Diuiſionibus, & Partitionibus; nil inquam, dicit, aut blatterat: quòd priſci hæretici, & noſtri temporis Nouatores, poſt Lutherum & Caluinum, hæreſiarchas, non impunè aſſeruerint, & impiè publicauerint: cùm tamen hiſce hæreticis oblocutionibus contrarium Eccleſia Catholica, ab initio naſcentis Chriſtianiſmi, & primordijs noſtræ verè Religionis, ſemper, piè ac religioſè tenuerit, docuerit, determinauerit, & vſque ad ſanguinis profuſionem, decertauerit; vti copioſè, amplè, ac ſincerè, videre eſt; tum in Eccleſia Græca, apud Euſebium, Rufinum, Theodoretum, Sozomenum, Epiphanium, Metaphraſtem, Nicephorum, & cæt. Tum in Eccleſia Latina, apud SS. Hieronymum, Auguſtinum, Gregorium magnum, & Turonenſem, Bedam, Adonem, Aimonium. Sigebertum, & cæt. vltra recentiores, Lipomanum, Surium, Caniſium, Baronium, & cæt. nec non apud ſcholaſticos Theologos, S. Thomam, Waldenſem, Bellarminum, & cæt. Quare illud opus fatendum erit falsò illi Guiberto adſcriptum; cùm viri Catholici haud redoleat ſenſum, nec ab aliquo authore fuerit illi attributum.

AVTHORES,

QVI DE REBVS FRANCISCANIS, SIVE EX PROFESSO, SIVE EX INCIDENTI, SCRIPSERVNT: ATQVE in hoc opere citantur.

A

ABBAS Percellenſis, ordinis Bened.
Abrahamus Bzouius, ordin. prædicat.
Achilles Aegidius.
Adrianus de Bouſters.
Adrianus Hubertus Minorita.
Aegidius Cardinalis Viterbienſis MS.
Aegidius CoZZozetus.
Aegidius à Monteferrato Minorita.
Aeneas Sylwius, Senenſis Epiſcopus, poſtea Papa.
Agatha VViſman, Virgo, ordin. Bened.
Agnes de Harieuria, Virgo, ordin. Clariſſ. MS.
Alanus Rupenſis, ord. prædicat.
Albertus Crantzius.
Albertus Leander, ord. prædicat.
Albertus Magnus, ordin. Prædict.
Alexander de Pelegrinis, Clericus Regul.
Alexander Pocquelinus, ordin. minor.
B. Alexius de Salo, ordin. minor.
Alexius Trouſſet, ordin. minor.
Aloyſius Lipomanus, Epiſcopus.
Alphonſus de Caſa-Rubea, ordin. minor.
Alphonſus de Caſtro, ordin. minor.
Alphonſus Ciacconus, ordin. prædicat.
Alphonſus Fernandus, ordin. prædicat.
Alphonſus Rodericus, ſociet. Ieſu.
Alphonſus Salmeron, ſociet. Ieſu.
Alphonſus à Spina, ordin. minor.
Alphonſus Viegas, ſociet. Ieſu.
Alphonſus Villegas.
Aluarus Gometius, Toletanus,
B. Aluarus Pelagius, Epiſcopus, ordinis minor.
Ambroſius Catharinus, ordin. prædicat.
Andreas Fauynus.
Andreas Quercetanus.
Andreas Eborenſis.
Andreas Ratiſponenſis.
Andreas Reſendius.
Andreas Sanſſayus.
Andreas Theuetius.
Andreas Victorellus.
Angelinus GaZæus, Ieſuita.
Angelus Auogadrus, ordin. minor.
B. Angelus Clarenus, ordin. minor.
Angelus Hiſpanus.
Angelus ManriqueZ, ordin. Ciſtert.
Angelus Portinarius.
Angelus à ſancto Franciſco, ordin. minor.
Angelus à Rocca.
Angelus Sangrinus, ordin. Benedict.
Anonymus, Author libri: Status Imperia & Principatus mundi.
Anonymus Pariſienſis, Author Originalis ſanctitatis.
S. Antoninus, Senenſis Archiepiſcopus, ordin. Prædicatorum.
Antonius Amicius.
Antonius de Balinghen. Ieſuita.
Antonius Beuter.
Antonius Bonfinius.
Antonius Cicarelli.
M. Antonius Coccius Sabellicus.
Antonius à Corduba, ordin. minor.
Antonius Cucarus, Epiſcopus, ordin. minor.
Antonius Daça, ordin. minor.
Antonius d'Auroultius, ſociet. Ieſu.
Antonius DemochareZ.
Antonius Gallonius, congregation. Orator.
Antonius Maginus.
Antonius Malletus, ordin. prædicat.
Antonius Querengus.
Antonius Poſſeuinus, ſociet. Ieſu.
Antonius Poſſeuinus, Iunior. medicus.
Antonius Randeſcius, ordin. minor.
Antonius à Sancta Maria, ordin. minor.

Antonius

Digitized by Google

Antonius Sanderus.
Antonius Santarelli, ſociet. Ieſu.
Antonius de Sillis, ordin. minor.
Antonius Tomaſinus.
Antonius Vaſconcellius, ſociet. Ieſu.
Antonius Verdierus.
Antonius Vincentius Dominicanus.
Appendix ad Lambertum Schafnaburgenſem.
Appendix ad magnum Speculum exemplor.
Appendix ad Petrum de Natalibus.
Appendix ad Trithemium.
Archangelus Gianius, ordin. Seruitar.
Archiua complura M S S.
B. Arnoldus, ordin. minor.
Arnoldus Hauenſis, ordinis Carthuſian.
Arnoldus Mermannius.
Arnoldus à Raiſſa.
Arnoldus Swanus.
Arnoldus Vvion, ordin. Benedict.
Aubertus Myraus.
Auguſtinus Antolinez, ord. S. Auguſt.
Auguſtinus Ardinghellus.
Auguſtinus Caſtellus.
Auguſtinus Dathus.
Auguſtinus Gallucius, ordin. minor.
Auguſtinus Gothutius, ordin. minor.
Auguſtinus Millius.
Auguſtinus Dewitte, ordin. minor.
Author Metropolis Salisburgenſis.
Author præfationis ad tom. 13. Bibliothec. Patr.
Author vitæ Domini Bayardi.

B

Baccius, vide Iacobus.
Baptiſta Fulgoſius.
Baptiſta Mantuanus, ordin. Carmelit.
Baptiſta Platina.
Baptiſta Piergilius.
Barnabas Kearnæus, ſociet. Ieſu.
Barrezzus Barezzi.
Bartholomæus Cimarella, ordin. minor.
Bartholomæus Gauantus, Clericor. Regular. S. Pauli.
Bartholomæus de Peregrinis.
B. Bartholomæus Piſanus, ordin. minor.
Bartholomæus Tridentinus.
Bartholomæus Zuchius.
Bartholus Saxo-Ferratenſis.
Benedictus Coronatus.
Benedictus Gononus, ordin. Cæleſtin.
B. Bernardus de Buſtis, ord. minor.
Bernardinus Corius.
B. Bernardinus à Feltro, ordin. minor
Bernardinus Guſtinus.
Bernardinus Petracius, ordin. minor.
Bernardinus Scardeonius.
S. Bernardinus Senenſis, ordin. minor.
Bernardus à Beſſa, ordin. minor.
Bertrandus d'Argentraus.
Bibliotheca Patrum.
Blaſius Laghina, ſeu Laguina, ordin. minor.
Blaſius Rubens.
Blondus Flauius.
Bonauentura Cheurolier, ord. minor.
Bonauentura Cremonenſ. minor.
Bonauentura à Varena.
S. Bonauentura, Epiſcopus Cardinalis, ordinis minorum.
Bonfacius Boni-Belli, ordin. minor.
Boninius Monbritius.
Borbonicum MS. vita S. Ludouici Reg. Franciæ Duci Borbonio dicatum.
F. Brandolinus, ordin. minor.
Breuiarium Cathalaunenſe.
Breuiarium Romanum, vetus ac nouum.
S. Brigitta, vidua, ex 3. ordin. Franciſcan.
Buchingerus.

C

Cæſar Alexius.
Cæſar Baronius, Cardinalis Congregatio. Orator.
Cæſar Capaccius.
Cæſar noſtra-Damus.
Cæſar Lanza.
Cæſar Clementinus.
B. Cæſarius Spirenſis, ordin. minor.
Carolus à Baſilica Petri, Epiſcopus.
Carolus Bouillus, ordin. Cæleſtin.
Carolus Iaulnayus.
Carolus Iouya, ordinis minorum.
Carolus Rapinaus, ordin. minor.
Carolus Sauſſayus.
Carolus Sigonius.
Carolus Valeſius.
Chappotus, ordin. minimor.
Cherubinus à Spoleto, ordin. minor.
Chronica 24. Generalium ordin. minor.
Chronica Chronicorum.
Chronica Compendioſa, ſeu Compilatio Chronologica Germaniæ.
Chronica Montisfortis.
Chronica Normaniæ.
Chronica Saxoniæ MS.
Chronicon Auguſtenſe.
Chronicon magnum Belgicum.
Chronicon Rothomagenſe, MS.
Chronicon Schirenſe.
Chriſtophorus à Capite Fontium, Archiepiſcopus, ordin. minor.
Chriſtophorus à Cruce, ordin. prædicat.
Chriſtophorus d'Auendagnus, ordin. Carmelit.
Chriſtophorus Landinus.
Chriſtophorus Longolius.
Chriſtophorus Manſuetus.

Digitized by Google

Chriſtophorus Mengot. Ieſuita.
Chriſtophorus Warſeuicius.
Chriſtophorus Morenus, ordin. minor.
B. Chriſtophorus Variſienſis, ordin. minor.
Chriſtophorus Verruchinus ordin. minor.
Claudius Bilancetus Ieſuita.
Chriſoſtomus Henriquez ordin. Ciſtertienſ.
Chriſoſtomus à ſancto Laudo 3. ordin. minor.
Claudius Menardus.
Claudius Paradinus.
Claudius Petit, ordin. minor.
Claudius Picquetus, ordin. minor.
Claudius Ptolomeus.
Claudius Robertus.
Claudius de Rota, ordin. Prædicat.
Claudius de Rubys.
Clemens V. Papa.
Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. EEE. 5.
Collegium Inſulenſe Ieſuitar.
Compendium Priuilegiorum FF. Minor.
Conradus Kiegle MS. ordin. Canonic. Regul. S. Auguſtin.
B. Conradus Marpurgenſis, ordin. minor.
B. Conradus Offidanus, ord. minor.
Conſtantius Sarnanus, Cardinalis, ordin. minor.
Cornelius à Lapide, ſociet. Ieſu.
Cornelius Muſſus, Epiſcopus, ordin. minor.
Cornelius Scultingius.
Cornelius Tielmanſ. ordin. minor.
Cornelius Witfiet.
Creſcentius, ordin. minor.
Cyprianus Crouſers, ordin. minor.

D

David Camerarius,
Demetrius Tudertinus,
Demertius Thadai, ordin. minor.
Diagus.
Didacus l'Auega, ordin. minor.
Didacus à Toria, Carmelita.
Didacus de Torres.
Diegus Payua, Andradius.
B. Dionyſius, Carthuſianus.
Dionyſius Paleottus, ordin. minor.
Dionyſius Sylueſter, Lauallenſis, ordinis minorum.
Diſcipuli, ordin. minor.
Dymas Serpy, ordin. minor.
Dominicus Grauina, ord. Prædicat.
Dominicus à Ieſu, Carmelita.
Donatus Boſſius.

E

Eligius Eucharius;
Elyas à ſancta Tereſia, ordin. Carmelit.
Elzearius l'Archer, ordin. minor.
Emanuel Rodericus, ordin. minor.
Enchiridion Fratrum minor.

F

Fauſtinus Diſtemienſis, ordin. minor.
Fauſtinus Taſſus, ordin. minor.
Ferdinandus à Caſtello, ordin. Prædicat.
Ferdinandus Vghellus, ordin. Ciſtert.
Ferreolus Locrius.
Firmamentum trium ordinum minorum.
Florentinus, ſeu Florentius Leydanus, ordin. minorum.
Floretum Sancti Franciſci.
Florimundus Ramundus.
Fœlix Bourdet, ordin. minor.
Fortius, ordin. minorum.
S. Franciſcus, minorum Author & Pater.
Franciſcus Arias Ieſuita.
Franciſcus Arnulphus.
Franciſcus Auguſtinus d'ella chieſa Epiſcopus.
Franciſcus Bartholus de Aſſiſio, ordin. minor.
Franciſcus Belforeſtius.
Franciſcus Bentius, ſocietat. Ieſu.
Franciſcus Biuarius Ciſtert. ordin.
Franciſcus Coſterus, ſociet. Ieſu.
Franciſcus Bezzocus
Franciſcus Diagus, ord. Præd.
Franciſcus Diedus.
Franciſcus Dinus.
B. Franciſcus Fabrianenſis, ord. min. MS.
Franciſcus Fabrinus.
Franciſcus Feuardentius, ordin. minor.
Franciſcus de Fontanis.
Franciſcus Fortius, minorita.
Franciſcus Freyre, Ieſuita.
Franciſcus Gonzaga, Epiſcopus, ordin. minor.
Franciſcus Guillimacus.
Franciſcus Haraus.
Franciſcus Harlagus.
Franciſcus Humblotus, ordin. minor.
Franciſcus Longus Coriolanus, ordin. minor.
Franciſcus Lopez de Gomara.
Franciſcus de Lugnano.
Franciſcus de Macedo, Ieſuita.
Franciſcus Maurolicus, Abbas, ordin. Ciſter.
Franciſcus Maurus, ordin. minor.
B. Franciſcus Mayronius, ordin. minor.
Franciſcus Modius.
Franciſcus Nicolai, Minorita, ordin. minor.
Franciſcus Paludanus.
Franciſcus Pegna.
Franciſcus Poteron, ordin. minor.
Franciſcus Poyreus, ſociet. Ieſu.
Franciſcus Ramundus, ſociet. Ieſu.
Franciſcus Ribera, ſociet. Ieſu.
Franciſcus Romaus.

Franciſcus

Digitized by Google

Franciſcus Roſieres.
Franciſcus de Sales, Epiſcopus,
Franciſcus Scarerius, Epiſcopus, Ordinis Minorum.
Franciſcus à Siguença Ord. Min.
Franciſcus à Soſa Minorita.
Franciſcus Solierus, ſociet. Ieſu.
Franciſcus à Triuilio,
Franciſcus Venetus.
Franciſcus Victorin, ord. Minim.
B. Franciſcus Ximenez, ord. Minor.
Froiſſartus,

G

Gabriel Barletta, ord. Prædicat.
Gabriel Hagar, ord. min.
Gabriel de Mata, ord. min.
Gabriel Prateolus.
Gabriel Vaſquez, ſociet. Ieſu.
Galfridus Hardeby, ordin. Auguſtin.
Galtherus Cornutus, Archiepiſcopus, MS. Senonenſ.
Gaſpar Eſcobanus,
Gaſparus Volaterranus, Epiſcopus.
Gaufridus de Bello-loco, ord. prædicat.
Georgius Bertholdus Pontanus.
Georgius Coluenerius.
Georgius Eſserus.
Georgius Heruuartus,
Georgius Stephanus Rouſſeletus, Ieſuita.
Georgius de Valcamonica, min.
Gerardus Odonis, Patriarcha, ord. min.
Gerardus Sancti Quintini, ordinis Auguſtinorum.
Gerardus Van-Empelius, ord. minor.
Gilbertus Genebrardus, Archiepiſcopus, ordinis Benedict.
Gonſaluus Durantus, ord. prædicat.
Gonſaluus Ferdinandez.
Georgius Mirault, ord. min.
Griſaldus Peruſius.
Guido, Carmelita.
Guido Fabricius Borderianus.
Guido de Marchia, ord. min.
Guido Papa.
Guillelmus Carnotenſis, ord. prædicat.
Guillelmus Durandus, Epiſcopus, ordin. Auguſt.
Guillelmus Catelus, de Catel.
Guillelmus Esbranus, ord. min. MS.
Guillelmus Eſtius.
Guillelmus Eyſengrenius.
Guillelmus Gazetus.
Guillelmus Fulginas, ord. min. Cardinalis.
Guillelmus Gibieuf. congregat. Orator.
Guillelmus Guyartus. MS.
Guillelmus Nangius, ord. Benedict.
Guillelmus Pepinus, ord. prædicat.
Guillelmus Ruys, ord. min.
Guillelmus de Sancto Marcello, ord. min.
Guillelmus de Solanga, ord. min.
Guillelmus Spoelbergius, ord. min.
Guillelmus Vvorillonus, ord.
Gondiſaluus Illeſcas. Abbas.
Grattalora,

H. Eobanus Heſſus.

Hartmanus Sehedel,
Haythonus Armenus, ordinis Pramonſtratenſis.
Hector Boetius.
Henricus Caletenſis, ord. min.
Henricus Chiſellius.
Henricus de Gandauo.
Henricus Paleo.
Henricus Sedulius, ord. min.
Henricus de Sancto Vrſo.
Henricus Spondanus, Epiſcopus.
Henricus à Vallibus.
Henricus ab Vrimaria, ord. Auguſtin.
Henricus Vuillotus, ord. min.
Hernandus Santiago, ordin. minor. B. Virg. de mercede.
Hieronymus Blanca.
Hieronymus Carthuſianus.
Hieronymus Ferrarienſ. Minorita.
Hieronymus Combonus, ord. min.
Hieronymus Cortebius.
Hieronymus Grimbertus, Epiſcopus.
Hieronymus Maraſiotus, ord. min.
Hieronymus Mari-Petrus, ord. min.
Hieronymus Kakoroskius, ord. min.
Hieronymus à Monte Florum, ord. min.
Hieronymus Oſorius, Epiſcopus.
Hieronymus Platus, ſocietat. Ieſu.
Hieronymus Polina, ord. prædicat.
Hieronymus à Politio, ord. min.
Hieronymus Rubeus.
Hieronymus à Sorbo, ord. min.
Hieronymus à Sotera, ordin. min.
Hieronymus Victorius.
Hieronymus de Villa-vitis, Rebdorff. ord. Canonic. Regular. Auguſt.
Hieronymus Vtinenſis.
Hieronymus Zurita.
Hilarion de Coſte, à Coſta, ſeu Coſteus, ord. minim.
Hildephonſus Briſenus, ord. min.
Hippolytus Doneſmundus.
Hippolytus de Ponte, ord. min.
Hyppolytus Raulinus, ord. minim.
Hiſtoria Lantgrauiorum Turing.
Horatius Turſellinus, ſociet. Ieſu.
Hugo Carbonellus, Minorita.
Hugo Cauellus, Archiepiſcopus, ordin. min.

Digitized by Google

B. Hugo de Digna, ord. min.
Hugo Menardus, ord. Bened.
Hugolinus de Monte Sancta Maria.

I

IAcobus Aluarus Paes, Ieſuita.
Iacobus à Benagno, ord. prædicat. MS.
Iacobus Bidermanus, ſociet. Ieſu.
Iacobus à Beſco. Minorita.
Iacobus Brouſſeus.
Iacobus Brulius, ord. Benedict.
Iacobus à Caſtello.
Iacobus Charronus.
Iacobus, Cephaludenſis Epiſcopus.
Iacobus Corbinus.
Iacobus Damianus, Ieſuita.
Iacobus Dauy, Archiepiſcopus, Cardinalis Perronus.
Iacobus Deriddere, ord. min.
Iacobus Doubletus, ord. Benedict.
Iacobus Foderetus, *ord. min.*
Iacobus de Fonteney.
Iacobus Fuligatus, Ieſuita.
Iacobus Galterius, ſociet. Ieſu.
Iacobus Granado.
Iacobus Graſſetus, Ieſuita.
Iacobus Guarini.
Iacobus Ioanna, ord. Auguſt.
Iacobus Lampugnanus, ſociet. Ieſu.
Ioannes Laynes, Ieſuita.
Iacobus Laurus.
Iacobus à Manrignano, minorita.
Iacobus de Marchia, Minorita.
Iacobus Meyerus.
Iacobus Meleſius, ord. min.
Iacobus Montanus.
Iacobus Moſander, Carthuſianus.
Iacobus Oddo, ord. min. MS.
Iacobus Perardus Ieſuita.
Iacobus Philippus, Bergomas, ord. Auguſt.
Iacobus Polius Minorita.
Iacobus Rebulloſa, ord. prædicat.
Iacobus Rinaldus, Ieſuita.
Iacobus Sanches.
Iacobus Sannazar.
Iacobus Scrobiſſenius.
Iacobus Seuertius.
Iacobus Tauellus.
Iacobus Vaſſeurus.
Iacobus de Victriaco, Epiſcopus Cardinalis.
Iacobus de Voragine, Archiepiſcopus, ord. prad.
Ianus Laſinius, Minorita.
Ianus Vitalis.
Ioannes Balduinus.
Ioannes Friardus.
Ioannes Raphael, ord. prædicat.
Ignatius le Gault, ord. min.
Ignatius Ioſeph, *Carmelita.*
Illuminata à Bembo, *Virgo, ord. Clariſſ. MS.*
Inſulenſe collegium, Ieſuiticum.
Ioannes Alamannus, min.
Ioannes de Armenta, Ieſuita.
Ioannes Azorius, ſociet. Ieſu.
Ioannes Bachotus.
Ioannes Baldus.
Ioannes Baptiſta Euſebij, ord. min.
Ioannes Baptiſta Gratiina, Ieſuita.
Ioannes Baptiſta, Hoſtienſ.
Ioannes Baptiſta Moriconus, ord. min.
Ioannes Baptiſta Molez, ord. min.
Ioannes Baptiſta à Peruſio, ord. min.
Ioannes Baptiſta Poſſeuinus.
Ioannes Baptiſta Roſſi, Ieſuita.
Ioannes Baptiſta Vbaldinus.
Ioannes Barleta, ord. prædicat.
Ioannes Benedicti, ord. min.
Ioannes Boenerus, ord. min.
Ioannes Boterus.
Ioannes Bouchetus.
Ioannes Brandius, ord. min.
Ioannes Bromiardus, ordin. prædicat.
Ioannes Bucherus, ſociet. Ieſu.
Ioannes Buſchius, Canonic. Regul.
Ioannes Buſaus, ſociet. Ieſu.
B. Ioannes Capiſtranus, ord. min.
Ioannes Carillo, ord. min.
Ioannes de Carthagena, ord. min.
Ioannes Chapeauillus.
Ioannes Chaumellus, Chaumeau.
Ioannes Chenu.
Ioannes Cochlæus.
Ioannes Couſinus.
Ioannes Cremonenſis.
Ioannes Deis.
Ioannes Dominicus Candela ſociet. Ieſu.
Ioannes Dubrauius, Epiſcopus.
Ioannes Euſebius, Ieſuita.
Ioannes Franciſcus Blancona, Minorita.
Ioannes Franciſcus de Panuinis.
Ioannes Gerſon, ord. Cœleſtin.
Ioannes Gobelinus.
Ioannes Gonſaluus à Mendoſa, ordin. Auguſtin.
Ioannes Gritſch, ordin. minor.
Ioannes à Hays, ord. minor.
Ioannes Heroldus.
Ioannes Ionuillæus.
Ioannes Iouianus Pontanus.
Ioannes Iuuenalis de Vrſinis.
Ioannes Laziardus, ordin Cœleſtin.
Ioannes Leſleus, ſeu Lelandus, vel Leſſaus, Epiſcopus.
Ioannes Dlugoſſius, Epiſcopus, Longinus.
Ioannes Lorinus, ſociet. Ieſu.
Ioannes Mariana, ſociet. Ieſu.
Ioannes Marieta, ordin. Prædicat.

Digitized by Google

Ioannes Marquiſius, ord. Auguſtinian.
Ioannes Mathiolus.
Ioannes Molanus Conſagienſis.
Ioannes Molanus Louanienſis.
Ioannes Morellus.
Ioannes Nauclerus.
Ioannes Nider, ordin. prædicat.
Ioannes Nunnius, ord. minor.
Ioannes Olaus Magnus, Archiepiſcopus.
Ioannes Oſorius, ſociet. Ieſu.
Ioannes Paulus, Fons, Ieſuita.
B. Ioannes Pechanus, Archiepiſcopus, ord. min.
Ioannes-Petrus Maffeius, ſocietat. Ieſu.
Ioannes Petrus Perpinianus.
Ioannes Picquetus, ord. min.
Ioannes Pincharius.
Ioannes Pirrinus, ord. min.
Ioannes Pitſeus.
Ioannes Puteanus, ord. min.
Ioannes Rabaſſus, ord. min.
Ioannes Rantinus, ord. Benedict.
Ioannes de Reynaltes, ord. minim.
Ioannes Riocha, ordin. min.
Ioannes Rouſſerius, ordin. minor.
Ioannes Sabbatinus.
Ioannes à ſancta Maria, ord. min.
Ioannes Stommelius minor.
Ioannes de Septimio.
Ioannes Stowus.
Ioannes Tarcagnotta.
Ioannes Tillius.
B. Ioannes Tiſſerandus, ord. minor.
Ioannes de Torres, ord. minor.
Ioannes Trithemius, ord. Benedict.
Ioannes de Turrecremata, Epiſcopus Cardinalis, ord. Prædicat.
Ioannes de Tuuorcz.
Ioannes Vaſton.
Ioannes Viguerius, ord. prædicat.
Ioannes Villani.
Ioannes Wimpfelingius.
Ioannes Ximenez, ord. min.
Ioannetinus Nimus, ord. min.
Iodocus Clicthoueus.
Iodocus Coccius.
Iordanus de Saxonia, ord. Auguſtin.
Iornandes.
Ioſephus Aneta, ord. min.
Ioſephus Carlinus, ord. min.
Ioſephus Caron, ord. min.
Ioſephus Texera, ord. prædicat.
Ioſephus Ximenez, ord. min.
Iouianus Pontanus.
Iſidorus Maſchouius.
Iulianus de Canalina, ord. min. MS.
Iulius Burgo, Patauinus.
Iulius Magnanus, ord. min.
Iulius Nigronus, ſociet. Ieſu.
Iulius Pacius.
Iuo Pariſienſis, ord. min.
Iuſtus Lipſius.
Iuſtus Roſeus.

L

LAmbertus Vanderbarchius.
Laurentia Strozzia, Virgo, ord. prædicat.
Laurentius de Beyerlinck.
Laurentius Maſſorillus.
Laurentius Portellus, ord. min.
Laurentius Surius, ord. Carthuſian.
Legenda trium ſociorum Sancti Franciſci.
Leonardus Leſſius, ſociet. Ieſu.
Leonardus de Vtino, ord. Prædicat.
Lopetius Gamara.
Lopetius Paez, ord. min.
Lucas Caſtellinus, ord. prædicat.
Lucas de Montoya, ord. minim.
Lucas Tudenſis, Epiſcopus.
Lucas Wadinghus, ord. min.
Lucius Veronenſ. ord. min.
Lucretia Marinella, Virgo.
Ludouicus Beurrier, ord. Cœleſtin.
Ludouicus Dony, ord. minim. Epiſcopus.
Ludouicus Filicaria, ord. min.
Ludouicus Frois, ſociet. Ieſu.
Ludouicus Granatenſis, ord. prædicat.
Ludouicus Iacob. à ſancto Carolo Carmelita MS.
Ludouicus Iacobillus.
Ludouicus Laſſereus.
Ludouicus Miranda, ord. min.
Ludouicus de Paramo.
Ludouicus Pariſienſis, ord. min.
Ludouicus Rebelledo, ord. min.
Ludouicus Riuiera, ord. Minim.
Ludouicus de Sarcè, ord. minor.
Ludouicus Strobtoniciſius, ord. min.
Ludouicus Turquet.
Ludouicus Vicentinus, ord. min.
Ludouicus Viualdus, ord. prædicat.

M

MAnipulus Fratrum Minor.
Marcellus de Ribadeneyra, ord. min.
Marcus-Antonius Coccius Sabellicus.
Marcus Marulus Spalatenſis.
B. Marcus Vlyſſiponenſis, Epiſcopus, ord. min. Edition. Gallican.
Mare Hiſtoriarum.
Marianus Florentinus, ord. min.
Marianus ab Orſcelar, ord. min.
Marinus Ebulenſis.
Marinus Sanutus.
Marius à Mercato, ſeu, à Foroſarſino. ordinis minorum.

Marius Mutius.
Dionyſius de Marſys.
Martinus Becanus, Ieſuita.
Martinus de Lauda.
Martinus Cromerus, Epiſcopus.
Martinus Nauarrus, ord. Canonic. Regul. Auguſtin.
Martinus Polonus, ord. Ciſtercienſ.
Martinus de Roa.
Martinus San-Gelaſius.
Martyrologium Romanum.
Matthæus de Aquaſparta, ord. min. Cardinalis.
Matthæus Ferchius, ord. min.
Matthæus Fumeus.
Mathæus de Gouſſancourt, ord. Cæleſt.
Matthæus le Heurt, ord. min.
Matthæus Pedelarius.
Matthæus Raderus, ſociet. Ieſu.
Matthæus de Rubys.
Matthæus Weſtmonaſterienſis, ord. Benedict.
Matthias Doringus, ord. min.
Matthias Michouius.
Matthias Palmerius.
Matthias Pauli, Auguſtinianus.
Matthias Salodienſis, ord. min.
Mauritius Breſsius.
Mauritius de Porta, ſeu de Portu, Archiepiſcopus.
Mauritius à Sancto Bonauentura.
Maurus, Abbas Montis-Oliueti.
Michael Bernardutius.
Michael Bucchingelus.
Michael Carrarienſis.
Michael Hoyerus Auguſtinianus.
Michael ab Iſſelt.
Michael Medina, ord. min.
Michael de Mediolano, ord. min.
Michael Naueus.
Michael Notel.
Morellus Leoniſſanus.

N

Natalis Taillepied, ord. min.
Nauarreum Manuſcript. vit. S. Ludouici Reg. Franc.
Nicolaus Ægydius.
Nicolaus Albaſpina, ordin. min.
Nicolaus Ariminenſis, ord. min.
Nicolaus Armiger, ord. min.
Nicolaus Brautius, Epiſcopus.
Nicolaus Burgenſis, Senenſis.
Nicolaus Cauſsinus, Ieſuita.
Nicolaus Coiffetellus, Epiſcopus, ordinis prædicatorum.
Nicolaus Cuſanus, Cardinalis.
B. Nicolaus Dionyſius, ord. min.
Nicolaus Doglioni.
Nicolaus de Fara.
Nicolaus Foderetus, ord. min.
Nicolaus Gazetus, ord. min.
Nicolaus Harpsfeeldius.
Nicolaus Hoüel.
Nicolaus à Ieſu Maria, Carmelita Diſcalceatus.
B. Nicolaus de Lyra, ord. min.
Nicolaus Oranus, ord. min.
Nicolaus Oudartus, ord. min.
Nicolaus Sanderus.
Nicolaus Tertius, Papa.
Nicolaus Trigaltius.
Nicolaus Triuetus ord. Prædicat.
Nicolaus Villetta.
Nomenclator Cardinalium.

O

Odo Speculator, ord. min.
Odo de Giſſeyo, ſociet. Ieſu.
Odericus Raynaldus, Congregat. Orator.
Octauianus de Martinis, Sueſſanus.
Octauius Caietanus, Abbas.
Octauius Pancirolus.
Oliuerius de Langhue ord. Benedict.
Onuphrius Panuinus, ord. Auguſtin.

P

Pacificus Pruuinenſis, Ord. Min.
B. Palbertus de Themeſwar, ord. min.
Papyrius Maſſonus.
Paſchaſius Regiſelmus.
Paulinus Berti.
Paulinus Sueuinus.
Paulus Æmilius.
Paulus Amalthæus, ord. min.
Paulus Fons.
Paulus Iouius, Epiſcopus.
Paulus Morigia, ord. Ieſuatar.
Paulus Panſa.
Paulus Reggius, Epiſcopus.
Peregrinus Bononienſis, ord. min.
Perinna, ord. S. Claræ. MS.
Petrus de Annalibus, ord. min.
Petrus Antonius Spinellus, Ieſuita.
Petrus Aubertus.
Petrus Barona, ord. min.
Petrus Boyſſat.
Petrus Boys-Morin MS.
Petrus Buoninſegnius.
Petrus Caluus, ord. prædicat.
Petrus Camuzius Epiſcopus.
Petrus Caniſius, ſociet. Ieſu.
Petrus Cotonus, ſocietat. Ieſu.
Petrus Cratepolius, ord. min.
Petrus Creſpetus, ord. Cæleſtin.
Petrus Dauityus.

Petrus

Digitized by Google

Petrus d'Auratus, ord. prædicat.
Petrus d'Oudegerſt.
Petrus Eberardus, ord. prædicat.
Petrus, Epiſcopus Epulanus, ordin. min.
Petrus Ferey.
Petrus Friſonus.
Petrus Galeſius, ſeu Galeſinus.
Petrus le Goulx.
Petrus Griſius, Canonicus Regular.
Petrus à Iarrico, ſociet. Ieſu.
Petrus Lauretus.
Petrus Ludouicus Malduca.
Petrus Marchant, ordin. min.
Petrus Marinus, Leoniſſanus.
Petrus Martyr, Felinus, ord. Seruitar.
Petrus Matthæus.
Petrus Meia.
Petrus de Natalibus, Epiſcopus.
Petrus Oieda.
Petrus Opmerus, ord. min.
Petrus Pinus.
Petrus Ribadeneira, ſociet. Ieſu.
Petrus Rodolphius, Toſſinianus Epiſcopus, ord. minor.
Petrus Roſſetus, Pariſienſ.
Petrus de Salazar, ord. Minor.
Petrus Saxius.
Petrus de Vega, ord. Hieronymiani.
Petrus de Ygniguez.
Philibertus Pingonus.
Philippus Diez, ordin. minor.
Philippus Ferrarius, ord. Seruitar.
Philippus Mouskes, MS.
Philippus Peruſinus, ord. minor.
Philippus à Soſa, ord. min.
Philippus de Vigneule, Manuſcript.
Policarpus du Fay, ord. min.
Pompeius Pellinus.
Proſper Pariſius.
Ptolomæus Lucenſis.
Prudentius Sandoual.

R

Raphael Adimarus.
Raphael Volaterranus.
Raymundinus.
Renatus-Benedictus.
Renatus Choppinus.
Richardus Conueus.
Richardus Stanihurſtus.
Richardus Waſſeburgius.
Robertus Bellarminus, Cardinalis, ſociet. Ieſu.
Robertus Cœnalis, Epiſcopus.
Robertus Gaguinus, ord. S. Trinitatis.
Robertus à Licio, Epiſcopus, ordin. minor.
Robertus Requezius.
Rodulphus Boiterius.
Rogerius à Chonnoè.
Rutilius Benſonius, Epiſcopus.

S

Saluator Bartoluccius, Minorita.
Saluator Vitalis, ord. min.
Samuel de Campo-plano.
San-Agranus.
Sceuola ac Ludouicus, San-Marthani.
Scipio Dupleix.
Sebaſtianus Rinconius, ordin. minor.
Sebaſtianus Roulliardus.
Sebaſtianus Ticio, alias Brant.
Seraphinus de Caſtello.
Seraphinus de Leccieto.
Seraphinus Razzius, ord. prædicat.
Seruatius de Lairuels. Abbas Præmonſtrati.
Seruatius Myricanus, ordin. minor.
Seuerinus Binius.
Siffridus, ordin. prædicat.
Simon de Keza MS.
Simon Bartel.
Simon-Martinus, ordin. minimor.
Simplicianus, San-Martinus ordinor. Auguſtinorum.
Sixtus Senenſis, ord. prædicat.
Speculum Fratrum min.
Speculum Hiſtoriar.
Speculum Spiritualium.
Speculum vitæ S. Franciſci.
Stephanus, Binetus ſociet. Ieſu.
Stephanus Breuentus.
B. Stephanus Brulefer, ord. min.
Stephanus Cyprius, ord. prædicat.
Stephanus Garibayus.
Stephanus Iuliacenſis.
Syluanus. Razzius, ord. Camaldulenſ.
Syluerus Boutart, Capucinus.
Syluester Lauallenſis, Capucinus.
Syluester Marulus.

T

Thereſia Foſcaria, Bononienſis.
Theatrum crudelitatum hæreticorum in Catholicos.
Theobaldus, Epiſcopus Aſſiſiatenſ.
Theodoricus ab Alpodia, ord. prædicat.
Theodoricus de Turingia.
Theodorus Foreſtus.
Theodorus Godefridus.
Theophilus Renaudus, Ieſuita.
S. Thomas Aquinas, ord. prædicat.
Thomas Bonnetus.
Thomas Boſius, Congregation. Orator.
Thomas Bouchierus, ordin. minor.
B. Thomas Cantipratanus, Epiſcopus, ord. præd.

Digitized by Google

Thomas Celanus, ordin. minor.
Thomas à Ieſu, ord. Carmelitar.
Thomas de Trugillo, ord. prædicat.
B. Thomas Waldenſis, ord. Carmelit.
Thomas Walſingham, ord. Benedict.
Tuſſanus.

V

*V*Alerius, ſeu Valerianus, ord. min. Capuc.
Vbertinus de Caſſali, ord. min.
Vincentius Beluacenſis, ord. prædicat.
S. *Vincentius Ferrarius, ord. prædicat.*
Vinea S. Franciſci.
Vinea Bergomenſis.
Vitalis de Algezira ord. min.
Vrbanus VIII. Papa.
Wernerus de Roleuinck, ord. Carthuſian.

Z

*Z*Acharias Bouerius, ord. min.
Zacharias Lippeloo, ord. Carthuſian.

AVTHORES NON PROBATI, ſed vel condemnati, vel ſuſpecti.

*A*Ndreas Eborenſis.
Bernardus Girardus Hallianus.
Chronica Scandaloſa.
Conradus Geſnerus.
Dantes Aligerius, Poeta.
Franciſcus à Cruce Mainenſi.
Franciſcus Goduinus, Anglus.
Gaſparus Bruſchius.
Henricus Pantaleo.
Hieronymus Ferrarienſis, Sauanarola, ord. Præd.
Ioannes Auentinus.
Ioannes Balæus.
Ioannes Carion.
Ioannes Funcius.
Pſeudo-Ioannes Ionuillæus: edition. Petri Riuenſis.
Ioannes Serranus, De Serres.
Ioſias Simlerus.
Laonicus Calcocondylas, Monachus Græcus.
Martinus Cruſius.
Matthæus Palmerius.
Matthæus Peruſius, ordin. Benedicti.
Nicolaus Vignierus.
Paulus Langius, ordin. Benedictin.
Petrus Camuſius.
Polydorus Virgilius.
Sebaſtianus Munſterus.
Sethus Clauiſius.
Stephanus Paſquierus.
Theodorus Zuingerus.

MARTYROLOGIVM

Digitized by Google

MARTYROLOGIVM
SANCTORVM AC BEATORVM SERAPHICI ORDINIS MINORVM DIVI FRANCISCI.

Kalendis Ianuarij.

IN Ægypto, iuxta Damiatam vrbem, paſſio Beati [a] Franciſci Spoletani, qui ob intrepidam Chriſti confeſſionem, ac Mahumeticæ legis reprobationem, à Mauris comprehenſus, & in carcerem truſus; tandem gladio in duas partes cæſus, martyrij gloriam eſt aſſecutus. Apud Limiram, Hyberniæ ciuitatem, natalis Beati [b] Thadæi Dalaih, martyris: qui ab hæreticis crudeliter tractus, ad vltimum ſuſpendio necatus eſt. In Corſica inſula, depoſitio Beati [c] Ioannis Parentis, Confeſſoris, Religione, & miro ſpiritus feruore pleni; qui primus poſt deceſſum Seraphici Patris Sancti Franciſci, Generalatus officio functus eſt; & clarus meritis atque miraculis, migrauit in cœlum Triocłæ in Sicilia, Beati [d] Guillelmi à Vintimilio, Confeſſoris; qui vita & regulari diſciplina pollens, prouinciam Siciliæ moderatus eſt: ac poſt obitum ſignis admirandis eluxit. In Territorio Coriano, iuxta Gattam oppidum, Beati [e] Cypriani, Confeſſoris, eximiæ patientiæ viri. In Hethruria, apud montem Aluernum, Beati [f] Mariani à Luco, Confeſſoris: oratione & Angelica conuerſatione conſpicui. Anconæ, Beati [g] Hieronymi Confeſſoris, tertij ordinis alumni; qui genere & virtutibus nobilis, miraculorum gloria extitit etiam ſublimatus. Hiſtonij in Apulia, Beati Stephani [h] Germani, Confeſſoris; prophetiæ dono illuſtris. In Territorio Palentino, non longè à Methymna Roſeca, Beati [i] Laurentij Confeſſoris. Gienni in Hiſpania, Beatæ Catharinę ab Angelis, Virginis; vitę ſanctitate celebris.

IANVARII PRIMA DIES.

ANNOTATIO.

§. 1. BEATI *Franciſci, Martyr.* [a]] Natus eſt Spoleti in Vmbria, vbi & Minoriticum ordinem profeſſus: qui poſtea mare traijciens, & Ægyptum appulſus, à Sarracenis, [quorum falſam Religionem palam & publicè inſectabatur) martyrio coronatur. an. 1288. Ita *S. Antonin.* 3. part. hiſtor. Titul. 24. cap. 9. §. x. in fin. Firmamentum trium Ordinum D. Franciſci. Tract. 1. in memoriali Ordin. Minor. ſub. 13. Generali. Speculum Fratrum Minor. ibid. Toſſinianus. lib. 2. hiſtor. Seraphic. Wadinghus tom. 1. ad ann. 1213. §. 7. tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1288. §. 36. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chron. Minor. lib. 5. cap. 17. fortè idem eſt cum eo cuius meminit poſtea. lib. 9. cap. 30. §. 1. ad ann. 1370. ſed mendosè: Boſius. to. 1. de ſignis Eccleſ. Dei lib. 7. cap. 3. ſæcul. 13. Item Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picquetus in Cathalog. viror. illuſtr. ord. Min. Salazar. lib. 2. chron. Prouinc. Caſtellæ. cap. 9. & 2.

B. Thadæi, Martyr. [b]) Hic ſanctus vir, ab impiis §. 2.

Digitized by Google

hæreticis nimio furore perſequutus, propter fidei Catholicæ defenſionem, vitam profundere haud dubitauit, ann. 1576. Agunt de eo Gonzaga 3. part. originis. Seraphic. Relig. in prouincia Hyberniæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 17. Daça. Ibid. lib. 3. cap. 72. & Wadinghus Annal. Minor. ad an. 1291. §. 51. vbi refert capite plexum fuiſſe, ex aliorum aſſertione. & tom. 7. ad An. 1490. §. 32.

§. 3. *Beati Ioannis, Confeſſ.* [c]) Ex Hethruria oriundus erat, ciuitate Caſtellana; licet apud Florentiam, Tuſciæ Regiam, habitum Religionis Seraphicæ ſumpſerit: hac occaſione ſumpta ex verbo otioſo. Cùm enim celeberrimus haberetur Iuriſperitus, & in præfata Caſtellana vrbe iudex eſſet; accidit vna dierum, vt ipſe ſtans ad ſuæ domus feneſtram, cerneret porcorum gregem in via, vi, nec minis à cuſtode, poſſe in vrbem deduci: ſed hinc indè fugientes, haud parui ſpatium temporis conſumebat in vanum, donec porcarius à ſocio edoctus, eos cœpit his incantare verbis: dicens alta voce: Porci, ac ſues; intrate in vrbẽ; ſicut Iudices atque Iuriſconſulti intrãt in infernum: quo dicto, ſtatim porci omnes, ſine aliquo alio grunnitu vrbem introierunt. Qua de re nimium ſtupefactus, B. Ioannes, & diuino timore præuentus, illicò mũdum deſerens, ſuiſque omnibus ſpretis, factus eſt Frater Minor; vita & ſanctitate mirabilis: in tantum, vt Seraphici Patris Diui Franciſci iuſſu in Hiſpanias ablegatus ſit miniſter Prouincialis: poſt cuius obitum, electus eſt etiam in primum totius ordinis Generalem miniſtrum. Vt teſtatur S. Antonin. ca. 9. ſup. *Ad Dominum autem B. Franciſco fœliciter euolante, non Frater Helyas, quia pompoſus, ſed à cunctis eligitur Generalis miniſter totius Ordinis, F. Ioannes de Florentia, cognominatus Parens, de prouincia Tuſciæ, homo ſanctus & iuſtus, verè pollens parentis officio.* Eadem prorſus refert B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. cap. 11. part. 2. in Fratribus Minor. prouin. Tuſciæ ſanctit. Illuſtrib. hiſce verbis. *De Florentia etiam fuit ſanctus Frater, Ioannes Parens, primus Generalis Ordinis, poſt mortem B. Franciſci.* &c. Confirmant antiqua Chronica Ordinis: Annales Saxonici M. SS. ad an 1227. Toſſinianus: & alij.

§. 4. Hic igitur ſic electus miniſter Generalis an. 1230. magnam partem Ordinis, peragrauit, viſitauitque, nudis ſemper incedens pedibus. Orationi inſtanter vacabat; dono etiam lachrymarum præditus erat: quarum vi, pluuiã à Domino impetrauit afflictæ Hiſpaniæ. an. 1233. magna ſiccitate tunc depreſſæ. A Gregorio IX. Pont. 1235. miſſus eſt ad vrbem; vt rebelles Romanos, ſua eloquentia, doctrina, ac pietate, ad pacẽ obedientiamque Apoſtolicæ Sedis reduceret. Quibus renuentibus prædixit; citò eis tale periculum euenturum, quòd cogerentur plura his tunc facere. Nec mora: nam paulò poſt Tyberis ſic intumuit ac excreuit, vt vrbem nimio furore occuparet ac deſtrueret; multis etiam in propriis domibus aqua ſubmerſis: quamobrem peiora Romani timentes, compoſitioni vltrò ſe ſubdiderunt. Reformationi Fratrum, priſtinoque ordinis feruori ſolerter incumbebat: at cernens rigorem aliqualiter remitti, officio Generalatus renuntiauit: & præſtita obedientia nouo miniſtro de eius licentia, abiit in inſulam Corſicam: vbi ſingulari ſua eruditione, & miro vitæ exemplo, apud omnes valdè profecit: quamquam ab hæreticis & barbaris multa perpeſſus ſit. Obiit circa ann. Domini 1250. Scribunt de eo S. Antoninus ſup. cap. 7. §. 6. & cap. 4. §. 1. Piſanus ſup. Firmamentum trium Ordinum, & Speculum Fratrum Minor. ſup. in eo, Toſſinianus lib. 1. & 2. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 10. cap. 35. Item part. 2. lib. 1. cap. 2. 3. & 4. Gonzaga part. 1. ſup. in Generalib. & B B. viris huiuſce Ordinis. Item part. 2. in prouinc. Corſica. part. 3. in prouinc. Caſtellæ. Et in 1. Conuentu eiuſdem prouinciæ. Item in prouincia Arragoniæ, ac Conuentu. 2. illius. Item in prouinciæ Conception. Conuentu. 13. Rapinæus. In hiſtor. Generali. Orig. Recollector. part. 2. præfat. §. 2. Picquetus ſup. Salazar ſup. lib. 1. cap. 15. 16. & ſeq. Volateran. lib. 21. Antropolog. Ex quibus conſtat, quàm impunè Petrus Camuzius tract. de paupert. Euangel. cap. 31. hunc laceſſerit dicteriis: falſoque Hiſpanum appellauerit: & in regno Caſtellæ, an. 1230. in Capitulo generali apud Conuentum Numantinum celebrato, officio ſuo ceſſerit. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1209. §. 35. 1211. §. 20. & 21. 1229. §. 31. & 36. 1230. §. 11. 1233. §. 1. 1235. §. 25. & 26. 1236. §. 1. ex Mariano, Celano, & Aquilano.

Beati Guillelmi, Confeſſor. [d]) Ligur erat natione; §. 5.
& cognominabatur ab *Intimelio*, ſiue *Vintimilio*, ad mare Liguſticum oppido; prouinciæ Siciliæ olim vicarius prouincialis fuit: cuius corpus Trioclæ, ſeu Randatio quieſcit, & à ſæcularibus, ob miracula, quæ ibi contingũt, in maxima veneratione habetur. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup. In Conuentu S. Mariæ de Ieſu Triocleſi, qui eſt 21. prouinc. Siciliæ; & Toſſiniano ſup. Crepundiis autem laborantibus ſuccurrit.

Beati Cypriani, Confeſſ. [e]] Vir fuit deuotiſſimus, §. 6.
incredibili patientia cum cæteris virtutibus coniuncta præditus: cuius meminit idem Gonzaga. part. 3. ſup. in Conuentu. S. Mariæ de Luce Montis Cælii, qui eſt 2. prouinc. S. Gabrielis. Wadinghus ſup. to. 1. ad an. 1214. §. 22. Ille eſt, vt ſuſpicor, quem memorat. Daça 4. part. ſup. lib. 3. cap. 65. ab eo vocatus B. Cyprianus *de Willalmiel.*

Beati Mariani, Confeſſ. [f]) Laïcus erat profeſſio- §. 7.
ne qui ab Angelo ad Religionem Seraphicam vocatus, cæleſtem vitam duxit. Libentiſſimè Miſſis inſeruiebat, & ſingulari veneratione ſacerdotes proſequebatur: in oratione feruidus cùm eſſet, variis gratiarum riuulis irrigabatur eius anima; ſæpéque à Chriſto Domino, & ſacra Deipara viſitabatur: quem & diabolus aſſumpta felis, muſtelæ, vel alterius animalis forma, ab oratione, cui inſtantiſſimus fuit, auertere, ſed fruſtra, maxima contentione nitebatur. Demùm ſanctitate clarus è vita migrauit in monte Aluerno, hac die, an. 1495. prout habent Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap. 28. Gonzaga. part. 2. ſup. in Conuentu ſacri montis Aluernæ, qui eſt 17. prouinc. Tuſciæ. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad an. 1213. §. 54. & Tom. 7. ad ann. 1495. §. 3. Marianus lib. 6. chronic. ſtrictior. obſeruant. Reformat. cap. 24. in deſcriptione Conuentus præfati pag. 770. & 792. Saluator vitalis lib. 7. Chronic. Seraphic. Montis Aluernæ cap. 1.

Beati Hieronymi, Confeſſ. [g]) Hic nobili genere §. 8.
natus, cùm ſextum decimum ætatis annum attigiſſet ſpretis mundi vanitatibus atque illecebris, habitum tertii Ordinis induit; indéque ſecedens in altiorem montem, Anconæ vicinum, vitam egit eremiticam ac ſolitariam, in magna victus ac veſtitus auſteritate: orationem frequentabat, rerumque cœleſtium meditationi omne tempus impendebat. Poſtquam autem annos 24. in maxima perfectaque charitate cum Deo conſumpſiſſet, ſanctiſſimè obiit an. 1506.

Digitized by Google

an. 1506. miraculiſque coruſcauit: eius corpus, ingenti totius populi deuotione delatum eſt Anconam, & in Eccleſia Cathedrali condigno honore tumulatum. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 26. an. 1506. De Sillis in cap. 1. Reg. tertij Ordinis. Ioannem de Torres in practicis exhortationib. ſuper eamd. Regul. fol. 38. pag. 1. Salazar. ſup. lib. 6. cap. 25.

§. 9. *Beati Stephani Confeſſ.* h] Optimis moribus, atque præcipuis virtutibus floruit, apud Conuentum Sancti Onuphrij Hiſtonienſ. in prouincia ſancti Angeli, vbi & ſepulturam nactus eſt: multa etiam futura prædixit, quibus dinoſcitur ſpiritu prophetico longè emicuiſſe. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 48. ad an. 1520.

§. 10. *Beati Laurentij Confeſſ.* i] Eius meminit idem Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Spe Vallis de Scopeſſo, qui eſt 20. prouinc. Conception. aitque hunc locum incoluiſſe B. Laurentium, Laicum; dùm ſui præceptoris animam, poſtquam continuos 12. annos pro ea Dominum obſecraſſet, è purgatorijs pœnis in cœlum euolantem cerneret. Sic & Rapinæus hiſtor. general. Orig. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 5. Wadingh. Tom. 4. ſup. ann. 1371. §. 33. & Tom. 5. ann. 1429. §. 14.

Beatæ Catharinæ, Virginis. l] Virtutibus atque ſanctimoniâ renitens; promptiſſima erat ad obedientiam, orationi aſſidua; proximo valdè pia: vitæ aſperitate virginitatem perpetuò illibatam Chriſto ſponſo ſeruans. Obijt an. 1578. poſt cuius tranſitum, à cæteris monialibus magna in veneratione eſt habita, & vt verè Beata colitur. Teſte Gonzaga part. 3. ſup. in monaſterio Sanctæ Claræ Giennenſi, quod eſt 3. prouinc. Granatenſ. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 27. Coccio de ſignis Eccleſ. art. 2. Galterio in tabula Chronolog. ſæcul. 16. in ſanctis & illuſtrib. viris, qui tamen deceptus, vocat eam *Gennenſem*, loco, *Giennenſem*. §. 11.

QVARTO NONAS IANVARII.

IN Pago Auinionenſi, Beatorum [a] martyrum Antonij & Ioannis, qui à militibus hæreticis comprehenſi, & in carcerem horribilem detruſi, diu macerantur: ſed cùm nec blanditijs allici, nec minis flecti poſſent, vt hæreſim eorum profiterentur: tandem ad ſtipitem arboris alligantur, & eos pro ſigno habentes, corpora illorum irriſoriè ac crudeliter ſphærulis catapultæ diuerſis in locis tranſuerberarunt; quibus in tormentis ad præmia cœleſtia victores euolarunt. Florentiæ, Beati [b] Accurſi, Confeſſoris; qui amore Dei inflammatus & proximi, charitate erga infirmos, pietate in pauperes, perfectione vitæ, multiſque claruit miraculis. Feſulis in Tuſcia, Beati [c] Gualteri, Confeſſoris ex tertio Ordine Seraphicæ religionis: qui eremiticam vitam ducens, virtute orationis, ſilentio, & paupertatis amore, plurimùm emicuit. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [d] Hortulanæ, viduæ, matris S. Claræ virginis; quæ fide, deuotione, & religione illuſtris, ſignis etiam in vita & poſt mortem coruſcauit. Fulginij. Beatæ [e] Cæciliæ Coppoli, virginis, Abbatiſſæ monaſterij Fulginei; quæ paupertate & zelo obſeruantiæ monaſticæ, ac ſanctæ orationis ſtudio flagrabat.

IANVARII II.

§. 1. B*Eatorum martyrum Antonij & Ioannis.* a] Hi nuncupabantur F. Antonius *Gaius*, oriundus ex Pago ſancti Zachariæ, Diœceſis Maſſilienſis: alter verò Frater Ioannes *Vachetus*, natus ex caſtro Vulpini, propè Auenionem; prouinciæ S. Ludouici alumni: ambo religioſæ vitæ, bonæque expectationis. Cùm igitur noui ſacerdotes eſſent, & Pariſios, ſtudij causâ, mitterentur à Prouincia: capti fuere in via, ab hæreticis militibus, propè locum, qui vulgò dicitur *Le Ponlſin*, in confinibus Comitatus Venuſini, ſuper Auraricam. Capti itaque in tetrum carcerem conijciuntur; ibique rigidè, ac maxima cum crudelitate per quindenam ſeruati, ſola Miniſtri hæreticorum viſitatione perfruuntur: qui animos illorum tum promiſſionibus, tum minis & verborum atrocitate, ſatageret à vera fide & religione auertere. Cui conſtanter ac intrepidè reſiſtentes, ſententiam mortis ab eo exceperunt: quam mox exercuerunt iniqui milites. Et primo quidem colligantes ſimul præfatorum fratrum manus ad ſtipitem arboris, corpora illorum irriſoriè ac crudeliter ſphærulis catapultæ diuerſis in locis perforarunt: non quidem illicò, ſed theatrum excitantes, paulatimque, vt maior illis infligeretur pœna. Illi verò mutuò ſe exhortantes, vnus poſt alium ſpiritum reddiderunt altiſſimo Creatori, pro cuius nomine, ingenti lætitia affecti, libentiſſimóque animo talia patiebantur, circa ann. Chriſti 1566. De ijs agunt Gonzaga 3. part. in prouincia S. Ludouici, ſub Conuentu 29. Barezzus 4. part. Chronic. lib. 4. cap. 41. Daza. ibid. lib. 3. cap. 97.

Beati Accurſi Confeſſoris b] Beatus Accurſus, ſiue Accurſius, frater Laïcus, ob maximam eius charitatem, & vitæ ſanctitatem, infirmorum curæ, apud Conuentum ſanctæ Crucis Florentiæ vrbis, erat præfectus: de quo id refert ſanctus Antoninus. *Frater etiam quidam Accurſus, ibi iacet, exceſſiua pietate perfectus, multis prodigijs luminoſus: qui inter alia, cùm eſſet in dicto conuentu Florentino infirmarius, & ſemel in capella vacaret: apparuit illi Beata Virgo Maria cum ſancto Antonio de Padua, & fratre Placido* (aliàs Lucido, de quo, 10. April.) *Quæ cùm eo ex hoc indicibiliter conſolato, familiariter loqueretur:* §. 2.

Digitized by Google

& idem frater Accurſus audiret quendam fratrem infirmum ſua cura commiſſum clamantem; totus compaſſione commotus, relicta Dei Matre, ad infirmum cucurrit, & ei neceſſaria miniſtrauit. Quod beata Maria ita gratum habuit; quod ipſum iterum ſua præſentia, & dulci alloquio dignata eſt conſolari. Hæc ille 3. part. hiſtor. tit. 24. cap. 9. §. 5. Memoratur item à Beato Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Beatis viris illuſtrior. Prouinc. Tuſciæ. Bzouio tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1258. §. 14. Codex MS. Biblioth. Abbatiæ S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Marco Vlyſſiponéſ. 2. par. chronic. Minor. lib. 1. cap. 46. ex Antiq. chronic. Toſſiniano lib. 1. hiſtor. Seraphic. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. Algezira infra & Picqueto.

§. 3. *Beati Gualteri Confeſſoris.* [c]] Marſus erat natione; qui vnà cum Beato Carolo à Monte-granello, quoddam eremitorium, propè Florentiam, ſupra montem Feſſulanum, cui nomen antiquitùs erat, *ſancta Maria à S. Sepulchro*, incoluit: inibique vitam cœleſtem duxit: ſolitudini & orationi aſſiduè vacans. Verùm, cùm poſtea Regulam ſancti Auguſtini eſſet profeſſus, Eremita ſancti Hieronymi cognominari voluit: nouum Ordinem inchoando, qui à Gregorio XII. confirmatus eſt, multis priuilegijs à Sede Apoſtolica decoratus. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. libr. 1. cap. 25. an. 1404. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſc. Supplementum chronic. lib. 14. ad ann. 1406. Paulus Moriſius lib. 1. orig. religion. cap. 43. & 49. De Sillis in cap. 1. Reg. tertij Ordin. Salazar. lib. 6. chronic. prouinc. Caſtellæ. cap. 29. Gononus. lib. 6. vitar. Patrum Occident. in vita B. Caroli à Monte-Granello. Wadinghus Tom. 5. ſup. ad an. 1405. §. 18.

§. 4. *Beata Hortulana, vidua.* [d]] Hæc illuſtribus orta natalibus: Beatarum Claræ atque Agnetis ſororum virginum, mater pientiſſima, vitæ etiam ſanctitate extitit celebris: de qua ſanctus Antoninus cap. 6. ſup. ſic ait, cùm B. Virginis Claræ vitæ exordium aggreditur. *Mater eius Hortulana dicta eſt: fructiferam in horto Eccleſiæ plantulam paritura. Fructibus bonis & ipſa non mediocriter abundauit. Nam quamuis maritali ſubiecta iugo, tamen diuinis obſequiis inſiſtebat & pietatis operibus, vndè ex deuotione ſepulchrum Domini in Terra ſancta viſitauit: ad Apoſtolorum limina Petri & Pauli; necnon beati Michaelis Archangeli, cauſa orationis acceſſit. Cùm autem prægnans eſſet ipſius ſancta futura, & ante Crucifixi imaginem in Eccleſia pro ſalubri partus expeditione deuotiùs exoraret: audiuit vocem dicentem ſibi. Ne paueas mulier, quia quoddam lumen ſalua parturies, quod ipſum mundum clariùs illuſtrabit. Quo edocta oraculo natam in Baptiſmo Claram nominari voluit.* Eadem habet Marcus Vlyponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 1. & alij qui vitam ſanctæ Claræ virg. ſcripſere, poſt beatum Bartholomæum ſup. part. 4. qui addit: ipſam beatam Hortulanam mulierem fuiſſe virtutis & probitatis, ac vitæ ſanctitate illuſtrem: quæ poſt conuerſionem filiarum Claræ & Agnetis, derelinquens mundum, ſanctimonialis effecta eſt: & conſimilis filiabus adeò extitit perfecta, vt per ipſam, in vita & poſt mortem, ſigna ac miracula Chriſtus operari ſit dignatus. Illius meminerunt Gonzaga part. 1. ſup. in BB. ſecundi Ordinis Seraphici. Toſſinianus ſup. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1253. §. 25. & tom. 1. ad ann. 1212. §. 13. & 14. Marianus lib. 1. cap. 9. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſc. Cimarella part. 4. Chronic. lib. 6. c. 25. De Buſtis in Roſario Quadrag. concion. 27. part. 2. Corbinus lib. 5. S. Franciad. pag. 98. & 99. Naueus. lib. 5. chronic. Apparition. S. Michael. Archang. ca. 19.

Beata Cæcilia à Coppolis, Virginis. [e]] Peruſiæ, honeſtis parentibus naſcitur, ann. 1420. cuius mater, §. 5.
cùm diu prole caruiſſet, meritis D. Bernardini, hanc à Deo obtinuit filiam: quæ à pueritia Deo voluntariè ſe conſecrauit; quare nubilis facta, & iam 17. annum ætatis agens, cùm à parentibus futura ſponſa promiſſa eſſet cuidam nobili, opulentoque eiuſdem vrbis conciui; quadam nocte, è domo paterna aufugit, ſola pediſſequa ſociata; tantaque celeritate iter aggreditur, vt ſanctæ Luciæ monaſterium Fulginei citiùs attigerit, quàm inſecutores, qui eam à tergo accurrebant, licet velocioribus equis deportati. Prima facie, moniales, haud facilè receptioni eius annuebant: ſed ipſa tali conſtantia inſtitit & importunitate: vt tandem ad religionis habitum admiſerint. Qua in vocatione, magno ſpiritu feruoris mox emicuit, omniumque virtutum ingens ſpecimen edidit: totius vitæ ſanctitatis norma effecta. Sic ſanctæ orationis exercitio addicta erat; maximè Chriſti paſſionem meditando; quòd nonnunquam lumina micarent ſuper locum, cui deuotioni incumbebat. Summo amore proſequebatur ſanctam paupertatem, ita vt cùm eſſet Abbatiſſa, cæteris ſororibus perſuaſerit, primæ Regulæ S. Claræ virginis profeſſionem emittere, obſeruareque: quod & paulò poſt omninò compleuerunt. Cuius rei gratia, plurimas perpeſſa eſt moleſtias & tribulationes. Nam exindè exulare cogitur: & à Prælatis expulſa, Romam mittitur, vt in aliud monaſterium detruderetur: vbi tamen breui electa eſt Abbatiſſa à ſanctimonialibus eiuſdem loci: quibus & idem altiſſimæ paupertatis deſiderium, tanto feruore iniecit; vt veniente illuc Sixto IV. Summo Pontifice, omnes proclamarint, obtinuerintque poſſe profiteri primam Regulam ipſius S. Claræ virginis anno 1476. quo facto, Fulgineum redijt, magno cum applauſu omnium: vbi curſum vitæ ſanctiſſimæ peregit ann. 1500. quanti verò meriti extiterit, crebra quæ Deus per eam operatur miracula, planè atteſtantur. De ea ſcribũt Marcus Vlyponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 9. Toſſinianus lib. 1. hiſt. Seraph. Iacobillus de Sanctis Fulginatibus. Valerianus lib. 2. de Sanctis mulierib. ord. Minor. cap. 40. Wadinghus Tom. 5. ſup. ad ann. 1415. §. 25. & Tom. 6. ad an. 1475. §. 25. item Tom. 7. ad ann. 1500. §. 17. & ſeq.

PRIDIE

Digitized by Google

TERTIO NONAS IANVARII.

IVlioduni, in Gallia, paſſio Beatorum martyrum [a] Michaelis, Ioannis, & Yuonis; pro defenſione Catholicæ Religionis, ab impijs hæreticis interfectorum. Tuderti, natalis Beati [b] Guillelmi Coronati, Confeſſoris: vitæ ſanctitate, & miraculorum gloriâ conſpicui. In Italia, Beati [c] Bartholomæi, Confeſſoris, tertij [d] Ordinis Pœnitentium; viri egregij meriti, ac vitæ morumque grauitate præclari. Romæ, Beati [e] Euangeliſtæ Marcellini, Confeſſoris: doctrina, & virtutibus inſignis. Segobiæ, Beatæ [f] Mariæ à ſancto Spiritu, virginis, Tertiariæ: pietate, & monaſtica obſeruantia celebris. Ville-nouæ infantium in Hiſpania, Beatæ [g] Catharinæ Ruiz, virginis item Tertiariæ: obedientia & humilitate inſignis.

IANVARII 3.

§. 1. BEatorum Martyrum Michaelis, &c. [a]] Eorum illuſtre martyrium accidit ad an. 1562. apud Iuliodunum, ſeu Lodunum, tempore bellorum ciuilium Galliæ: quo Hæretici perduelles omnia deuaſtantes, ſacris nec prophanis pepercerunt; & cùm Religionem Catholicam ſummo odio perſequerentur, Eccleſiaſticis, & maximè fratribus Minorit. infeſti fuere, qua de re ab illis crudeliter necati ſunt præfati BB. martyres; videlicet, Reuerendus pater Michael *Deſmans*; venerabilis pater Ioannes *De Malay*, nobilibus atque claris parentibus ortus: & honorandus pater Yuo *Boyer*, ſacræ Theologiæ licentiatus. Gonzaga de orig. ſeraph. Relig. part. 3. in Conuentu Iulioduni, qui eſt 27. prouinc. Turon. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. c. 24. qui vltimum, vocat Ioannem, non Iuonem; ſed mendosè, Wadinghus to. 2. Annal. Min. ad an. 1275. §. 14. Grauina part. 2. c. 24. Fernandez li. 3. c. 19. Daza lib. 3. ſup. cap. 58. part. 4.

Beati Guillielmi Confeſſoris. [b]] De eo agunt Co-
§. 2. dex MS. Biblioth. Abbat. S. Victor. Pariſ. in BB. viris Ordin. Minorum. ſanctitate illuſtrib. apud Prouinc. Sancti Franciſci. B. Bartholomæus Piſanus ibidem libr. 1. Conformitat. fruct. 8. par. 2. qui & quàm plura illius miracula enumerat: inter quæ duo mortui ſunt ſuſcitati ad preces eius. Sanctus Antoninus part. 3. hiſtor. Titul. 24. capit. 9. §. 3. vbi de quinto Generali miniſtro, Beato Patre Haymone: Hæc de eo teſtatur. *Sub eo claruit frater Willelmus, ſignis & prodigijs; qui tres mortuos ſuſcitauit, In Conuentu Tuderti ſepultus.* Item Gonzaga ſup. par. 1. in BB. Fratribus huiuſce Ordinis: vocaturque ab eo B. Guillelmus *Coronatus*. Floruit ann. 1240. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. lib. 6. cap. 26. §. 5. ſub an. 1304. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. Wadinghus ſup. an. 1254. §. 47. & tom. 3. ann. 1306. §. 24. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Bzouius an. 1253. §. 8. Picquetus in catalog. vir. illuſtr. Ordin. Minor.

Beati Bartholomæi, Confeſſoris, [c]] Sanctitate vitæ
§. 3. ita inſignis extitit, vt meritò ſeraphicus pater D. Franciſcus, illi contulerit auctoritatem recipiendi quoſcumque ad tertium Ordinem Pœnitentium: de quo S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. §. 3. id commemorat. *Anno Domini 1223. fuit vir quidam in Italia, Bartholomæus nomine, qui audita fama Beati Franciſci circumquaque diffuſa; ad eius prædicationem, Aduocationem eius deſerens (Aduocatus enim erat) ſub honeſto habitu, & tertiæ regulæ, dignos pœnitentiæ fructus facere ſatagebat, & tantam cum Beato Franciſco familiaritatem contraxerat, quòd ſanctus recipiendi fratres ſibi conceſſerat facultatem. Hic habebat Dæmoniacum in domo; qui quaſi continuè loquebatur. Cùm autem Beatus Franciſcus ad illud hoſpitium, quadam die accederet; antequam multùm appropinquaret, dæmoniacus ille cœpit tacere, & per triduum continuè tacuit. Poſt receſſum B. Franciſci; loquacitatem primam reaſſumpſit. Adiuratus ergò diabolus à dicto Bartholomæo, cur tacuiſſet per illud triduum: Reſpondit. Ex quo applicuit Beatus Franciſcus, ita religatus fuerat à Deo; quod vnum verbum proferre non potuiſſet. Et Bartholomæus adiecit, Eſt-ne ergo tantus hic Frater Franciſcus, vt per eum ſic pati potueris & ligari? cui ille, verè talis & tanta eſt virtus, quòd magnalia eius totus mundus cum admiratione cognoſcet. Et nunquid, inquit Bartholomæus, vos de eius aduentu, ex quo tantus eſt, aliquid cognouiſtis? & Dæmon: Non eſt multum tempus, quòd princeps noſter nos omnes ſimul congregauit: & dixit quòd pater miſericordiarum Deus, nunquam ſic mundum peccatis inuolui permiſit, quin mundo peccatis multùm collapſo ſemper aliquem miſerit pro peccatoribus conuertendis, ſicut Noë, Abraham, deindè Moyſen, demùm Chriſtum & Apoſtolos. Quia igitur modò humanum genus viam Chriſti & Apoſtolorum reliquerat, & memoria paſſionis eius à cordibus hominum quaſi totaliter receſſerat: ex multis argumentis clarum eſt, quòd mittendus erat aliquis reformator. Cùm autem viderimus iſtum Franciſcum ſic ardua virtutum, cum tanto feruore aſcendere, mundana contemnere, vitam Chriſti renouare, tantam congregationem hominum perfectorum poſt ſe trahere; quaſi certitudinaliter exiſtimauimus, quòd ipſe eſt, quem timebamus, pro mundi reformatione mittendum. Et adiecit Dæmon, ſcilicet princeps Dæmonum, quòd Deo patre contra mundum turbato, Chriſtus promiſit ſuam paſſionem in puro homine renouari: per quam cordibus imprimeretur fidelium, à quibus videbatur penitùs abolita. Hoc autem fuit biennio antequam ſanctus ſacra Stigmata recepiſſet. Et ideò, inquit Dæmon, contra Chriſtum & eius Ordinem, cogitauimus opponere vires noſtras. Nam cùm in tali loco eſſent tantùm ſeptem Fratres ipſius Ordinis, ferè 8. millia Dæmonum miſſa ſunt, ad tentandum illos Fratres. Inuenimus autem viam, per quam illos, ſaltem per obliquum, ad tranſgreſſionem Regulæ deduceremus. Nam contra puritatem, per mulierum familiaritatem, & iuuenum inſolentium receptionem: contra paupertatem,*

Digitized by Google

ædificiorum ſumptuoſas ſuperfluitates: contra obedientiam, opinionum diuerſitatem, adeò quòd à ſtatu primo Ordo videbitur diſceſſiſſe. Et tunc alius exurget, qui maiora faciet quàm Franciſcus: Et tunc magna pars hominum per monita eius & ſequacium conuertetur.

Horum ſimilium Conuentuum Dæmonum aduer-
§. 4. ſus fratres Minores meminerunt: Idem ſanctus Antoninus cap. 9. §. 4. ſup. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 65. & lib. 2. cap. 33. Item part. 2. lib. 1. cap. 35. Barthol. Piſanus ſup. li. 1. fruct. 7. part. 2. & lib. 3. fruct. 5. part. 2. Franciſcus Coſterus concion. Dominic. 5. poſt Epiphan. §. 3. Marianus cap. 15 Speculum S. Franciſci 1. part. cap. 20. Wadinghus ſup. Tom. 1. Annal. ad an. 1219. §. 19. Franciſcus Maurus lib. 7. carmin. poſt D. Bonauenturam in Hexameron. ſerm. 18. poſt med. & S. Brigittam lib. 7. Reuelationum cap. 10. Corbinus lib. 8. ſanctæ Franciad. pag. 170. Error autem eſt corrigendus, dùm in initio præfati textus S. Antonini, dicitur id accidiſſe an. 1223. ponendus eſt enim annus 1222. prout expreſsè habetur apud Marcum Vlyſſipon. part. 1. li. 2. c. 33. hæc eadem referentem: Wadinghum tom. 1. ad an. 1222. §. 11. ſup. &c. & ratio eſt, quia cùm iſta euenerint, ex eodem Sancto Antonino, biennio antequam D. Franciſcus ſacra Stigmata Chriſti reciperet: ea autem ſuſceperit biennio ante obitum ſuum, qui fuit an. 1226. fatendum neceſſe eſt, ann. 1222. hæc prolata eſſe.

Tertij Ordinis pœnitentium [d]] Haud ſufficiebat
§. 5. D. Franciſco, Minorum fratrum, virginumque Clariſſarum, iam Ordines inſtituiſſe, niſi & Tertium adiiceret: qui cunctos fideles vtriuſque ſexus, cuiuſcumque ſtatus, & dignitatis, complectens, omnium ſaluti ſuccurreret. *Hinc* (S. Antoninus titul. 24. cap. 1. §. 2. ſup.) *Fraterna dilectione deuictus B. Franciſcus, ad inſtar Patriarchæ Noe, Arcam fabricauit, & tricameratam fecit, ideſt, religionem, ſcilicet, Fratrum, Monialium, & Tertij Ordinis: vt habitantes in ea preſeruaret à diluuio vitiorum, & morte inferorum, omni ſtatui cupiens dilectione prouidere*; & B. Bartholomæus Piſanus. *Tertius B. Franciſci Ordo* (inquit) *dicitur fratrum de Pœnitentia; vt ſicut pœnitentia omnes complectitur; ſic Ordo ipſius B. Franciſci, omnibus generibus hominum, videlicet virginum, viduarum, & coniugatorum, diſponitur iſte & ordinatur; qui à B. Franciſco circa tempora 14. anni, à ſua conuerſione eſt inſtitutus & ordinatus* lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4.

§. 6. Cùm igitur ad feruentiſſimam ſeraphici Patris Franciſci prædicationem, circa oppidum de Carnerio, & alibi per vallem Spoletanam, Tuſciam & Marchiam; plures tùm homines; tum etiam mulieres, matrimonialibus legibus adſtrictæ, conuerterentur, cuperentque ſibi aliquam regulam, certaſque leges dari, quibus vitam, iuxta Euangelicæ legis perfectionem, fœliciùs inſtituere poſſent, adiecit, B. ipſe Pater, vt & Tertium Ordinem, quem de Pœnitentia dici, atque virginibus, vxoratiſque, necnon & ſolutis, communem eſſe voluit, an. 1221. inſtitueret: qui paulò poſt creuit in immenſum: ita vt illius æmulatores facti, Fridericus II. Imperator, Petrus de Vineis, eius Cancellarius: ac Gibellini, improperarent fratribus Minoribus ac Prædicatoribus, quòd ad hunc Ordinem cuncti ferè confluerent; eos enim ſummo odio proſequebantur. *Duas nouas Fraternitates creauerunt, ad quas ſic generaliter mares & fœminas receperunt; quòd vix vnus & vna remanſit: cuius nomen in altera non ſit ſcriptum*; Petrus de Vineis, lib. 1. Epiſt. 37. Nam vltra vulgus populi, nobiles quique viri, Comites, Marchiones, Duces, Principes, Reges, & Imperatores huic Ordini adſcripti ſunt: ex quibus nonnulli ita fuerunt vitæ ſanctitate, ac miraculorum gloria illuſtres: vt Apotheoſi ſint donati; Diuique colantur ab Eccleſia Catholica.

Cuius Ordinis etſi certa regula ab ipſo ſeraphico §. 7.
Patre S. Franciſco tradita non inueniatur; certiſſimum tamen eſt, aliquas ſibi leges, (quibus eius alumni, in vtriuſque conuerſatione hominis, corporali ſcilicet & ſpirituali, vti deberent,) ab eodem fuiſſe præfixas, haſque à ſummo Pont. Nicolao IV. in vnum collectas & moderatas, atque in Regulæ formam, à præfatis Tertiariis, tum ſolutis, tum quoque vxoratis obſeruandæ redactas. Quem quidem Ordinem Honorius III. Pontifex Max. confirmauit, & Gregorius IX. Innocentius IV. Nicolaus IV. & alij Summi itidem Pontifices plurimis fauoribus atque priuilegiis proſequuti ſunt. Verùm, & ſi ita approbatus hic Ordo conſtiterit à Sede Apoſtolica, haud tamen propriè Religio eſt: & qui eum profitentur, verè Religioſi non ſunt, vti optimè notat S. Antoninus capit. 2. ſup. de Diuo Franciſco hæc ſcribens. *Vir itaque ſanctus per ciuitates & villas circuiens prædicabat conſtantiſſimè pœnitentiam, mirabantur ad hoc viri litterati, eius, quem homo non docuerat, verborum virtutem; videntes ad ipſum nobiles & ignobiles, turmatim confluere, eique ſolerter intendere. Qui etiam tres Ordines inſtituit, quorum primum, vt perfectiorem, ipſe tenuit, ſcilicet Fratrum Minorum, vacantium contemplationi, necnon & actioni prædicationis. Secundus fuit, pauperum fœminarum ac virginum, ad contemplatiuam ſpectantium; quæ dicuntur Sanctæ Claræ, monialium ſcilicet; quæ tamen reperiuntur ſub diuerſis Regulis, ſeu modis viuendi arctioribus, & nimis auſteris, in diuerſis locis, conceſſis à Summis Pontificibus. Tertius eſt Pœnitentium; hi dicuntur Pinzocgori: ſeu Fratres de Tertio Ordine: qui actiuè deſeruiunt. Hi propriè non dicuntur religioſi; ſed habent quendam modum viuendi religioſum; qui tamen non eſt completa religio, obligans ad eſſentialia religionis. Nam & proprium habent, & poſſunt habere, & vxorati manere. Et quamuis licitè non poſſint contrahere in tali ſtatu, ſi tamen contraherent, matrimonium teneret; quod nullo modo eſſet in completa religione. Obedire tenentur magiſtro ſuo in his præcisè, quæ pertinent ad regulam ſuam, quæ etiam approbata eſt ab Apoſtolica Sede. Et licet aliqui, vel aliquæ, viri & mulieres ſub tali habitu Tertio, & regula viuant, in congregatione aliqua arctius, quàm contineat regula earum, abrenunciantes proprijs, non propter hoc mutant ſtatum illum, vt poſſit dici completa religio. Reputantur communiter perſonæ Eccleſiaſticæ; ſed vtrum gaudeant priuilegijs perſonalibus, vt clerici, & religioſi, variæ ſunt opiniones: ſed de hoc in tertia parte agitur.* Scilicet: in ſua Summa Theologica, Titul. 23. cap. 5. §. 4. & 5. Item. Titul. 24. cap. 61. & 62.

Nec valet illud Wadinghi Tom. 4. ſup. ad ann.
1392. §. 14. & Tom. 5. ad ann. 1401. §. 8. affirmantis, Tertiarios non accepiſſe tunc Fulginei exordium §. 8.
regularis modi viuendi; aut ſorores pœnitentes, inſtitutrice inibi. B. Angelina Corbarienſi, aſſumpſiſſe: vti aſſeruimus. ſup. in prologo. §. 4. & infra. ad 25. Decemb. §. 9. nam ex Bulla, quam adfert, non dicitur vera Religio, ſed congregatio; cui Papa Bonifacius.

Digitized by Google

nifacius. 9. permittit votum emittere, ſi voluerit, de continentia perpetua ſeruanda: &c. imò, nec Regula eorum, tunc temporis abdicationem proprietatis minimè continebat: teſte ipſomet ſummo Pont. Quapropter Iordanus, Sabinenſis Epiſcopus, Cardinalis Protector, accepta informatione Priuilegiorum, & Statutorum, quibus gaudebant, declarauit (authoritate Apoſtolica ſibi facta ab Eugenio. 4.) huiuſmodi fratres & ſorores tertij Ordinis, poſſe ad inſtar aliorum fidelium, matrimonij iura ſubire, & ad ſecundas, aliaſque nuptias tranſire, iuxta ipſum Wadinghum, Tom. 5. ad ann. 1437. §. 54. At verò, cùm eo tempore; ipſa B. Angelina, Fulginij, hocce inſtitutum perfectiùs proſequeretur, trium votorum profeſſionem, ſcilicet, obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, emittens, veræ Religioni initium dedit, cæteriſque viam facilè præbuit.

§. 9. Porro de hoc ſacro Tertio Ordine Pœnitentium Diui Franciſci, copioſè agunt B. Bartholomæus ſup. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 34. & lib. 9. Toſſinianus lib. 2. hiſtor. Seraph. Relig. titul. de Tertiarijs. Gonzaga origin. ſeraph. relig. part. 1. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad ann. Chriſti 1221. §. 13. & tom. 12. Opuſculor. D. Franciſci in annot. ad regulam Tertiar. Carillus; & Miranda ibid. Miranda item tom. 1. Manual. quæſt. 36. art. 1. Rodericus tom. 3. quæſt. Regular. quæſt. 72. art. 1. Alphonſus de Caſarubios, in Compend. priuileg. verb. *Tertiarij*. B. Bernardinus de Buſtis part. 2. Roſar. ſermon. 27. part. 2. & alij permulti, quos citat Wadinghus ſup. Rapinæus hiſtor. general. origin. Recollector. part. 1. præfat. §. 3. 4. 9. Aluarus lib. 2. de planctu Eccleſ. cap. 45. ſub fin. Bzouius tom. 13. ad ann. 1290. §. 2. copioſiùs autem Antonius de Sillis, & Sylueſter Marulus: Griſius de Clericis Regular. §. 14. & 63. Choppin. li. 2. monaſtic. tit. 1. §. 35. & lib. 3. de Priuileg. Ruſtic. cap. 3. art. 4. vti ſuperiùs annotauimus in prologo huiuſce operis. Vbi diſtinctio reperietur inter priſcos illos Tertiarios; & eos, qui nunc votis ſolemnibus adſtricti, verè Religioſi ſunt.

§.10. *Beati Euangeliſtæ Marcel. Confeſſ.* [e]] Beati Fœlicis à Cantalicio, (de quo infra 18. Maij,) familiaris amicus extitit; prælatis, & S. R. E. Cardinalibus, immò & Summis Pontificibus, maxima in reuerentia & ſanctitatis opinione; ſui temporis diſertiſſimus concionator, qui & ingenti pietatis ac religionis fama vixit, & Romæ moriens, an. 1593. hac die, optimum ſuæ eximiæ virtutis odorem poſteris reliquit. Sepultus iacet in conuentus Aracœlitani Eccleſia, apud ſacellum Crucifixi: de eo extat hoc monumentum tom. 2. annal. Minor. Wadinghi, ad ann. 1251. §. 60. in fin.

Fratri Euangeliſtæ Marcellino ex ordine Minorum de obſeruantia & caſtro S. Marcelli Diœceſ. Piſtorienſ. viro Chriſtiana eloquentia, doctrina, & vitæ ſanctitate celebri: qui obijt 3. Nonas Ianuarij Anno Domini M.D.XCIII. vixit an. LXIII. Menſ. 2. Religioni L. Concionibus IIXL. è queis Roma auditus aſsiduè XXIV. ſtudijs ingentibus animorum & bono. Zenodc Zenonibus opt. Auunculo mærens.

Scribunt de eo R. P. Ioannes Baptiſta à Peruſio, cap. 5 vitæ præfati B. Fœlicis. Marquiſius in Appendic. ad Genebrardum. Galterius in Tabula Chronograp. ſæcul. 16. in ſanctiſ. & illuſtrib. viris. Fabrinus Tract. de Iubileo cap. 7. Daça part. 4. chron. Minor. lib. 4. cap. 14. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 11. *Beata Maria à ſancto Spiritu, virginis.* [f]] Cùm hęc nobilis virgo ex Guadal-Fagiara ciuitate oriunda, diuinis obſequiis ſeſe omnino dedere cuperet Deum orare aſſueuerat, vt ſibi, quæ illi placita forent inſpirare dignaretur. Cúmque quadam die huiuſmodi orationi inſtaret, per reuelationem accepit, vt ſe, relicta chara patria, Segobiam conferret. Vt igitur primùm diuinæ reuelationi acquieſcens, hanc ciuitatem fuit ingreſſa, in honeſtiſſimas quaſdam virgines, eadem prorſus mente, qua & illa præditas, quæ & ſe ei adiunxerunt, incidit: atque tanta occaſione oblata, antequam è manibus laberetur, benè vti cupiens, domum, in qua ſimul cum illis Deo fœliciùs famulari poſſet, tum ex communibus facultatibus in medium collatis, tum quoque ex diuerſis fidelium eleemoſynis, anno 1486. ædificandam curauit. Vbi & per 12. annos continuos cum chariſſimis ſibi adhærentibus ſociis, ſub Tertiariarum ſororum Franciſcanarum habitu ſanctiſſimè perſeuerauit; fœliciterque in Domino obdormiuit. Agit de ea Gonzaga part. 3. ſup. in monaſterio S. Elizabeth Segouienſ. quod eſt 32. prouinc. Conception. Wadinghus Tóm. 7. ſup. ad ann. 1486. §. 33.

§. 12. *Beata Catharina Ruiz, Virg.* [g]] Eius charitas emicuit maximè, in curandis ſororibus ægrotis, quarum mores & miſerias, quatuor annis earum præfecta & deuota, ſingulariter imbiberat: vndè quotquot eleemoſynas, liberali manu bonorum, excepiſſet, omnes in vſum infirmorum impendens, nec fratrem nec ſororem Ordinis, vlla penuria laborare ſinebat, quin fœlici mendicitate ſuccurreret; quæ multis virtutibus abſoluta, potiſſimùm humilitate & obedientia, famoſa ſanctimoniæ morte, penſum quoque dierum abſoluit ann. 1515. cuius memoria inter opinione beatas viuit in ea Hiſpaniæ prouincia: teſte Blaſio Laghina in ſuo Memoriali. Gonzaga 3. part. ſup. in monaſterio Villæ-Nouæ infantium, quod eſt 14. prouinc. Carthaginenſ. Mariano lib. 6. chron. ſtrictior. obſeruant. reformat. cap. 12.

Digitized by Google

PRIDIE NONAS IANVARII.

IN Ægypto, Beati [a] Ioannis Zuazæ, martyris; qui poſt ludibria, verbera, aliaque tormenta pro Chriſto perpeſſa, famis inedia & ſqualore carceris conſumptus, obdormiuit in Domino. In territorio Baiocenſi, Beatorum [b] Andrææ Montani, & Petri Beroti, martyrum; qui ab hæreticis intercepti, diuerſo mortis genere, coronas gloriæ ſunt aſſecuti. Romæ, Beati [c] Iuniperi, Confeſſoris, Seraphici Patris S. Franciſci diſcipuli; qui mira humilitate, patientia, ac ſæculi contemptu pollens, vitę quoque ſanctitate, & potentia aduerſus dæmones, plurimùm refulſit. Syracuſis, Beati [d] Geruaſij Hyrminienſis, Confeſſoris; vita & miraculis glorioſi. Fulginij in Vmbria, Beatæ [e] Angelæ Fulginatis, viduæ Tertiariæ; quæ oratione, paupertate, abſtinentia & charitate inſigniter claruit. Camberiaci in Sabaudia, Beatæ [f] Marię Caualieræ, virginis Abbatiſſæ; mira vitę ſanctitate celebris.

IANVARII IV.

§. 1. B*Eati Ioannis Martyr.* [a]) Hiſpanus erat, nobili familia apud Metymnã Campi, natus, Ordinem Minor. intrauit, & in conuentu S. Franciſci Valliſoleti, inter patres Obſeruantes, profeſſionem emiſit: verùm, zelo ſtrictiori regularis diſciplinæ inflammatus, ad monaſterium Reformatorum, ſeu Recollectorum, in eadem prouincia ſe contulit, vbi ſex annis vitam prorsùs cœlicam duxit. Indè vt ad altiorem perfectionis gradum pertingeret, ex prouincia Conceptionis, tranſiit ad prouinciam S. Gabrielis Diſcalceatorum: ac tandem in Italiam profectus, an. 1539. apud patres Capucinos, moram traxit, quo vſque mare traiiceret, locaque ſancta inuiſeret, an. 1550. Accepta itaque licentia à ſuperioribus, mare transfretauit vnà cum Beato Alexandro Ioanne, laico fratre, vitæ ſanctimonia claro; & Terra ſancta tota luſtrata, in Alexandriam Ægypti perrexerunt: moxque Memphim, vulgò Cayrum, petierunt, vt inibi fidem Chriſti Sarracenis annuntiarent. Quod cùm opere complerent, & Mahometem, vt ſeductorem deteſtandum populo perſuaderent; à Baſſa, prouinciæ Gubernatore, comprehenduntur, & flagellis cæſi in tetrum carcerem coniiciuntur. Altera die, educti, & in medium producti, dùm his conſtantiores effecti redduntur, poſt verbera & cruciatus, ad perpetuum carcerem abſque cibo & potu, damnantur: vt tandem fame ac ſiti enecati intereant. Interim verò accidit, vt Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Legatus, illac iter faceret, qui audita illorum fama, à Baſſa è carcere liberari, ac ſibi tradi impetrat: at vbi ad carcerem ventum eſt, qui miſſi fuerant, ſancti martyris Ioannis Zuazæ corpus humi exanimatum iacere, eumque deuicto certamine, iam ad coronam euolaſſe, conſpiciunt, & ſic ſolum B. Alexandrum Ioannem indè liberum ſoluunt. an. 1551. Agunt de eo Marcus Vliſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 32. Barezzus ibid. 4. part. lib. 2. cap. 18. Daça Ibid. lib. 3. cap. 43. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 12. Marieta. lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 31. Gonzaga 3. part. orig. Seraph. relig. in Conuentu S. Franciſci Pinciarum, qui eſt 1. prouinciæ Conceptionis, in Hiſpania Molez in Memoriali prouinciæ S. Gabrielis Diſcalceator. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad an. 1248. §. 24. Marianus libr. 4. chronic. Minor. ſtrictior. obſeruant. Reformat. cap. 28. Algezira in arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Rapinęus in hiſtor. general. origin. Recollector. Decad. 7. part. 2. §. 7. Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad 1539. §. 1. & 1551. §. 2. 3. &c. ex pluribus. Hinc corrigendus Gouſſancourt. Tom. 2. Martyrol. Equit. Melitenſ. fol. 234. qui eum vocat *Ioannem Suarez*, Alexandriæque obiiſſe. An. 1550.

De eo ſcribunt Marius à Mercato, in narratione de origine reformat. patrum Capucinor. Florimundus Ræmundus lib. 3. de ortu & occaſu hæreſ. cap. 5. § 4. Hilarion à Coſta lib. 1. hiſtor. catholic. pag. 209. quòd paulò poſt Bernardini Ochini apoſtaſiam, dùm in Calabria moraretur, ſemel intra Syluam Bellomontenſem orationi vacans, atque prolixius ſuper peccati & apoſtaſię ipſius Ochini conſideratione, meditationem agens, extra ſe raptus eſt: cui tunc apparuit Ieſus Chriſtus, voce ad eum emiſſa, dicens. *Dic tuo Generali, vt bono ſit animo; & quòd eam congregationem (quamdiu ſteterit intra Regulam, meo ſeruitio deputatam) nullo vnquam tempore deſeram; quodque lapſum, exitumue Senenſis Ochini permiſerim, ne gregis reliquias ſuo fœtore infectaret.* Eadem apparitio ſibi denuò facta eſt in ſaltu Foroſéproniẽſi, ſicut ipſe vir Dei deinceps retulit. Fusè agit de huiuſmodi reuelationibus idem Bouerius ſup. ad ann. 1543. §. 30. an. 1544. §. 2. & ſeq. ann. 1551. §. 7. §. 2.

Hic Bernardinus Ochinus, Senenſis erat natione, qui dùm Vicarij Generalis Capucinorum fungeretur officio, lapſu horrendo cecidit in hæreſim an. 1542. proh dolor! ille qui nuper diſertiſſimus extiterat concionator veritatis, ingenio præſtans, eloquio grauis, vita & conuerſatione præclarus, atque inter fratres ſuos, imò & apud Pontifices ac Principes clariſſimus: factus eſt inſignis apoſtata, ſacrilegus, hęreticus, & athæus: omnia iura, tum diuina, tum humana prophanans, vt effrenatæ voluntati ſuæ obtemperaret, habenaſq; paſſioni relaxaret. Viã perditionis illi aperuit, peſſimus ille Petrus pſeudo-martyr, hæreticus notiſſimus, patria Florẽtinus: necnon quidam Valdeſius, Hiſpanus: ac poſtea; carnis luxuria iter direxit, & nimia ſuperbia excæcauit. Sed qualis? Accipe ex Franciſco Coſtero, Societatis Ieſu Preſbytero, §. 3.

Digitized by Google

bytero, concion. in Dominic. Sexageſ. §. 15. *Notabile exemplum* (inquit) *habemus his noſtris temporibus, in Bernardino Ochino, antiquo Religioſo; qui ex iracundia, & forti imaginatione, quòd neque ad Epiſcopatū Florentinū, quem cupiebat: neque ad Cardinalitiam dignitatem, vti ſperabat, promotus fuiſſet: ſe ad Caluiniſmum contulit; atque Geneuæ iuuenculam quandam in vxorem duxit, cum qua proles quaſdam accepit. Sed poſtea, cùm à bonis catholicis admoneretur, qui commiſerationem cum anima ſua habebant, reſpondit: quid vultis vt faciam: non poſſum vxorem & liberos relinquere; trahit enim vehementer natura: ſunt ſanè illi mihi cauſa æternæ meæ damnationis.* Ad hunc Bernardinum Ochinum ſic deprauatum extat nobiliſſimi viri Claudij Ptolomæi, Senenſis grauiſſima epiſtola (quæ eſt 105. in verſione Gallica Petri Vitalis) data Romæ, die 20. Octobr. ann. 1542. Alia item D. Ioan. Petri Carafæ, S. R. E. Cardinal. Tituli S. Sixti; quibus eum conantur (ſed fruſtra) ad ſaniorem mentem reducere: nam infœlicem vitam ducens, hæreſiarcha factus, inter ipſos hæreticos & apoſtatas miſerè obijt. Vti habent Toſſianianus lib. 2. hiſtor. Seraph. vbi de Generalib. Capucin. Florimundus ſup. & alij. Quin etiam Godofredus Varallus, Pedemontanus, Ochini ſocius, ex Capucino hæreticus factus, igni traditus eſt, an. 1558. menſe Ianuario, apud Bargam Turinenſis territorij oppidum; teſte Seuertio lib. 7. Antimartyrolog. hæreticor. cap. 2. §. 2.

§. 4. Caluinus, Beza lib. Icon. & hæretici ferè omnes falsò autumant aſſerere, ipſum Bernardinum Ochinum fundatorem, auctoremue fuiſſe congregationis Capucinorum; (qua de re infra ad 3. Auguſt. §. 16.) huiuſque Ochini peruerſitatem, ſeu impijſſimam conuerſionem ad eos, verbis quàm plurimis attollunt; quaſi ſecta illorum magnum exindè accepiſſet emolumentum: cùm tamen ſtupendus huiuſce caſus, in bonum ceſſerit iſtius ſanctiſſimæ congregationis: quam Deus, his nouiſſimis temporibus inſtruxit; vt vita exemplari & optima conuerſatione horum religioſorum, hæretica audacia frangeretur: prout obſeruarunt Ræmundus, & Coſterus ſup. qui concion. in 4. Dominica Aduentus §. 3. ſic ait. *Clerus & Cœnobia, in multis locis, gratia Dei, ſunt reformata: & videtur quidem, quòd Deus Capucinos, hoc tempore inducere voluerit; vt hæretici, qui vitam ducunt plenam libertate & licentia, perſuadendo hominibus impoſſibile eſſe, vt mandata Dei perficiantur; per huiuſmodi viros, veritatem cognoſcant & diſcant, atque aperta ſua mendacia, in iſtorum auſtera vita, cernant & tangant.*

§. 5. *Beatorum Andreæ & ſoc. martyr.* [b]] Horum illuſtre martyrium circa an. 1562. perconſet Gonzaga part. 1. ſup. vbi de ſacris martyribus huiuſce Ordinis, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis. *Beatus Pater Andreas Montanus, 55. annos natus, in Baiocenſi prouincia, ob Chriſti fidem, ab hæreticis occiſus eſt. B. Frater Petrus 25. annorum, ab hæreticis, plumbeis glandibus ictus, martyrio ibidem coronatus fuit.* Item part. 3. In Conuentu Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, qui eſt 21. prouinciæ Franciæ. *Nec ſilentio præterire licet, duos pijſſimos eiuſdem Conuentus Patres, qui pro fidei catholicæ aſſertione ab hæreticis Hugnoſticis trucidati, fortiſſimo martyrio, & Ordinem, & patriam, & Eccleſiam, primùm illuſtrarunt; alter Andreas de Monte, alter Petrus Berot, vocabatur.* Hæc ille: cui aſſentiunt Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 22. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1222. §. 37. Daça. ſup. cap. 58.

Beati Iuniperi Confeſſ. [c]] Laicus erat profeſſione, §. 6.
poſtque plurima præclara virtutum facinora à ſe edita, tranſijt ad cœleſtem patriam, ann. 1258. ſepultus Romæ, in Conuentu Minoritico Sanctæ Mariæ Aræ cœli. Agunt de eo. D. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. Item §. 8. & 12. Piſanus lib. 1. Conformitatum fruct. 8. part. 2. in prouincia Roman. & fruct. 12. part. 2. Itē lib. 2. fruct. 5. & 6. part. 2. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. vbi de Fratrib. Minor. ſanctitate illuſtrib. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. chronic. Minor. libr. 1. cap. 32. libr. 2. cap. 51. & 75. lib. 6. à capite 36. vſque ad 46. & lib. 8. cap. 26. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item in Conuentu Aracœlitano. & part. 2. in conuentu 11. prouinciæ Terræ-laboris. Toſſinianus libr. 1. hiſtoriar. Seraph. ex Mariano libr. 1. & 2. capit. 6. & 7. Elzearius libr. 2. ſacri montis Olîueti cap. 5. Wadinghus tom. 3. Opuſculor. S Franciſci. Apophtegmat. 10. item tom. 1. Annal. Min. ad an. 1210. §. 35. & 36. an. 1232. §. 25. & ſeq. item tom. 2. ad an. 1251. §. 57. ann. 1258. §. 11. &c. Angelinus Gazæus. In pijs Recreationib. pag. 89.

Beati Geruaſii Confeſſ. [d]] Hic vir Dei, Laicus inter §. 7.
Capucinos profeſſus, ab Hyrminio, oppido Siciliæ (quod vulgò, *Raguſa* nuncupatur) cognominatus eſt: cuius vita maximis virtutibus exornata, clariſſimiſque à Deo miraculis illuſtrata fuit. Teſte Bouerio, tom. 1. annal. Capucinor. ad an. 1574 §. 14. &c. qui Syracuſis obijt. ex MSS. Panormitan. Meſſan. Roman. Syracuſan. Aprutian. Bononienſ. & Marchian.

Beata Angelæ viduæ, [e]] Hæc ſancta mulier, ma- §. 8.
rito & filijs orbata, Fulginij mirabilem pœnitentiæ viam aggreditur; quà, & diuinis conſolationibus, & cœleſtibus viſionibus, ſæpiùs iucundabatur: quæ cùm contemplationi deditiſſima eſſet, per duodecim continuos annos nihil cibi admiſit, ſed ſacra tantum Euchariſtia contenta fuit. Obijt ann. 1309. hac die; cuius ſacrum corpus honorificè reconditum iacet Fulginij, in Eccleſiæ fratrum Minorum capella, theca pretioſa exornatum. Eius præclaras res geſtas deſcripſit Beatus Arnoldus Franciſcanus illius confeſſarius: ex quo Vlyſſiponenſis part. 2. ſup. lib. 7. cap. 6. vſque 17. Iacobillus de ſanctis Fulginatibus, Vbertinus de Caſali prolog. 1. Arboris vitæ crucifixi. Toſſinianus lib. 1. ſup. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. Fœminis Tertij Ordin. Minor. Elzearius ſup. lib. 3. cap. 5. Franciſcus de Sales part. 2. Introduct. ad vitam deuotam cap. 17. item part. 3 cap. 16. & part. 4. cap. 3. & 14. itē tract. de Amore Dei. lib. 6. cap. 15. lib. 9. cap. 3. Valerian. lib. 5. de SS. Fœminis Ord. Minor. Wadingh. to. 2. Annal. Min. ad an. 1299. §. 4. & to. 3. ad an. 1309. §. 11. Poireus tract. 3. triplicis coron. virg. cap. 6. §. 4. num. 10. & 15. Molanus in Additionib. ad Vſuardum 3. Ianuar. Barletta ſerm. feriæ 5. in cœna Domini, circa med. volens ipſam fuiſſe tertiariam Ord. Prædicator. ſed hallucinatur; vti conſtat ex cap. 20. vitæ ipſius: Tum ex B. Bernardino de Buſtis, part. 2. Roſarij Quadrageſimal. ſerm. 27. part. 2. Poſſeuino. In Apparatu Sacro. Benedicto coronato in vita S. Elzearij, cap. 19. de Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Minor. Ioanne de Torres, in practic. exhortationib. ſuper eamd. Regul. fol. 37. pag. 1. Marulo. li 4. hiſt. ſacrar. Relig. Salazare ſup. lib. 6. cap. 11. & 12. vbi tamen tēpus mortis ipſius confuſum eſt, dùm pro an. 1309. ponit 1239. ſcribit Ferrarius in

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

Cathalog. SS. eam migraſſe à ſæculo. ann. 1305. ſed mendosè. Balinghen. In Calendario virgin. hac die. Gononus in Chronico. SS. Deipar. ſæcul. 13. ad an. 1309. Vghellus. Tom. 1. Italiæ ſacræ. In Epiſcop. 29. Fulginat.

§. 9. *Beata Maria Virg.* [f]] Veſuntione habitum Ordinis de manu B. Colletæ virg. ſuſcepit, à qua in monaſterium Euianum ablegata, deindè Camberiacum miſſa, illic prima vicaria inſtituitur, & poſt obitum Beatæ Ioannæ à Durueo, Abbatiſſa ſecunda electa eſt; vbi miris virtutibus emicuit, quas copiosè percurrit Foderetus, in deſcriptione huiuſmodi monaſterij Camberiacenſ. pag. 110. 113. &c. Wadinghus Tom. 6. ſup. ad an. 1470. §. 24. Florebat adhuc temporibus Alexandri 6. Pap. & Ludouici 12. Reg. Franc. quibus in veneratione erat.

NONIS IANVARII.

APud Quepianos Indiæ Occidentalis populos, Beati [a] Ioannis Pizarri, martyris; qui poſt ingentium idololatrarum conuerſionem ad Chriſtum, poſt innumeros pro Euangelio diſſeminando perpeſſos labores, à Cotis infidelibus tentus, flagellis cæditur; indè baculis contuſum, & ad trabem ſuſpenſum, interemerunt. Tuderti, Beati [b] Rogerij, Confeſſoris Seraphici Patris ſancti Franciſci diſcipuli; quem ob eximiam eius charitatem, vitæque ſummam perfectionem, Deus ſignis ac portentis exornauit. Mediolani, Beati [c] Ioſephi Fernenſis, Confeſſoris ac Concionatoris eximij; qui ſæpè Prouincialatus munere functus, virtute orationis, & dono curationum, refulſit. In Galloecia, Beatæ [d] Leonoræ Rodericæ, monaſterij Pontis veteris primæ Abbatiſſæ: ſanctitate & miraculorum gloria illuſtris. Granatæ, Beatæ [e] Elizabeth Gonſaluæ virginis; pietate atque ſpiritu prophetico claræ.

IANVARII V.

§. 1. BEati *Ioannis Pizarri, Mart.* [a]] Hiſpanus erat, prouinciæ S. Michaelis alumnus, qui poſt adeptum ſacerdotium, & munus prædicationis ſuſceptum, Iucatanicos ad Indos ſe contulit. Cùmque apud eos aliquandiu commoratus, illorum plurimos ſacris ſuis concionibus conuertiſſet ad fidem, prouinciam Sancti Georgij de Nicaragua petijt, indèque Coſtaricam Regionem ingreſſus, quamplures populos Chriſto lucratus eſt: ædes ſanctas extruxit, & Chriſtianæ fidei documenta, verbo & exemplo tradidit: vbi, poſt multos exantlatos labores, dùm aliorum etiam Indorum ſalutem ſupra modum ſitiret, ad Quepianas gentes; illis prædicaturus acceſſit; illicque à Cotis populis, Quepianis conterminis, glorioſus martyr interimitur. an. 1580. Scribunt de eo Gonzaga part. 4. orig. ſeraph. Relig. in prouincia S. Georgij de Nicaragua. ſub initio, & in conuentu S. Antonij Turri-Albæ, qui eſt 5. eiuſdem prouinc. Barezzus 4. part. chron. Min. lib. 7. cap. 40. Daça. ibid. lib. 2. cap. 52. Marianus lib. 2. chronic. ſtrictior. obſeruant. Refformat. cap. 50. Rapinæus hiſto. orig. Recollect. decad. 5. part. 1. §. 12. Grauina par. 2. in voce Turturis cap. 24.

§. 2. *Beati Rogerij Confeſſ.* [b]] Vnus fuit ex diſcipulis ſeraphici patris D. Franciſci, quem ob eminentem vitæ eius perfectionem, Gregorius IX. Papa, verè ſanctum appellauit; & illius memoriam apud Tudertum celebrari præcepit, examenque miraculorum eius fieri iuſſit, vt canonizaretur in terris, quem Deus tot ſignis declarabat regnare in cœlis. Eius ſacrum corpus iacet Tuderti apud Conuentum fratrum Minorum: pars autem capitis ipſius, debita cum reuerentia Villæ-Francæ aſſeruatur, in Conuentu S. Franciſci, qui eſt 11. prouinciæ S. Iacobi. Agunt de eo: Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctitate illuſtrib. prouinc. D. Franciſci. item fruct. 12. part. 2. Codex MS. Abbat. ſan. Victor. Pariſ. ibid. Bernardus à Beſſa. in chronic. general. Franciſ. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. ſeraph. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis, & part. 3. Marcus Vlyſſipon. part. 1. chronic. Minor. lib. 1. cap. 76. lib. 2. cap. 51. & lib. 6. cap. 55. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Minor. Ioannes Baptiſta Poſſeuinus inter SS. Eccleſiæ Tudertinæ. Ferrarius in catalog. SS. & in Topographia noua Romani Martyrologij. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1220. §. 8. 1236. §. 4. & 5. item tom. 2. ad an. 1254. §. 47. & 1285. §. 15. Molanus in additionib. ad Vſuardum die præcedenti, alij die 5. Martij, cæteri autem hac die 5. Ianuarij. Ferunt extare Diploma Pontificium Greg. IX. quo illum officio Eccleſiaſtico coli permittitur: vti de facto agitur in Eccleſia Tudertina; quod & noſtris propè temporib. Angelus Cæſius, Tudertinus Epiſcopus, piè renouauit. Brautius In martyrolog. poëtico 5. Martij.

Beati Ioſephi Confeſſ. [c]] A Ferno; diœceſis Mediolanenſis oppido, dictus eſt, quem propterea alij à Mediolano nuncupant. Palentiæ Theologiæ profeſſor apud Minores obſeruantes extitit: indèque ad Capucinos tranſiens, admirandis operibus & ſignis illuxit. Cùm autem concionator eximius euaſiſſet, primus quadraginta horarum orationis inſtitutor fuit: quem morem in præcipuis Italiæ vrbibus conſtituit, incredibiles planè ſunt animarum fructus, quos hic vir ſanctus ex verbi diuini prædicatione Deo retulit. Ob præclaram quoque eius præſtantiam, ſæpè apud Capucinos Prouincialis vicarij munere functus fuit, ac Generalis Capituli, quod Romæ ann. 1552. celebratum eſt Diffinitor electus. Nonnulla etiam Deus, ad ſerui ſui ſanctitatem hominibus declarandam; miracula edidit: quorum meminit Bouerius tom. 1. Annal. Capucinorum ad ann. 1556. §. 2. & ſeq. quo obiit. Ex Petracio Salodienſi, Monteflor. & MSS. prouinciæ Brixiæ, Mediolanenſ. &c. Item, Manipulus §. 3.

Digitized by Google

pulus fratrum minor. in cap. 7. Regul. B. Franciſci.

§. 4. *Beata Leonora, Abbatiſſa.* [d]] Hanc commemorant Barezzus ſup. lib. 1. cap. 19. & Gonzaga part. 3. ſup. in Monaſterio S. Claræ Pontiſ. Veteris (quod eſt 7. prouinciæ Sancti Iacobi.) fundati ann. 1510. vbi vitæ ſanctitate, & miraculis quàm plurimis refulſit: cuius ſanctum corpus, in ſacra illius cœnobij æde ſepultum, ab omnibus maxima veneratione colitur. Itemque Gouſſancourt. Tom. 2. Martyrolog. Equit. Melitenſ. fol. 144.

§. 5. *Beata Elizabeth, Virg.* [e]] Deuotiſſima cùm eſſet, inter orandum, tanto deuotionis exceſſu ſuſpendebatur, vt ſupra ſeipſam rapta, & vltra humanum ſenſum aliquid ſentiens; quid circa ſe ageretur exteriùs omninò neſciret: plurima etiam prophetico ſpiritu prædixit: quamobrem, tum ipſis monialibus, tum ſæcularibus, in vita & in morte venerabilis fuit. Obijt ann. 1520. ita Gonzaga ſup. in monaſterio S. Elizabeth Granatenſ. quod eſt 12. prouinciæ Granatenſ. Barezzus ſup. cap. 37. Valerianus lib. 4. de SS. fœm. Ord. Minor. cap. 8.

OCTAVO IDVS IANVARII.

APud Inſulanos Molucenſes, Beatorum [a] Martyrum Blaſij Palomini, & Ioannis de Palma; qui ob Chriſti fidem, gladijs impiorum necati ſunt. Narbonæ [b] Beati Electi, Confeſſoris: mira pietate & charitate, atque ſanitatum gratia illuſtris. In prouincia Romana, apud Conuentum montis ſancti Ioannis, Beati [c] Valeriani, Viterbienſis, Confeſſoris; magnæ ſanctitatis viri. Mediolani, Beati [d] Bartholomæi à Luciano, Confeſſoris: eruditione & vitæ ſanctitate præclari. Barcinone, Beati Petri [e] à Campo, Confeſſoris: qui tanto deuotionis exceſſu, taliſque Spiritus feruore ferebatur, vt in rerum contemplatione cœleſtium, ſæpiſſimè in extaſim raperetur, ac tandem meritis cumulatus, fœlix obijt, abijtque in cœlum. Toleti, Beatæ [f] Ioannæ Rodericæ, viduæ; genere, humilitate, atque oratione inſignis. Villæ-Francæ, in Hiſpania Terraconenſi, Beatæ [g] Mariæ à Loſada, Virginis; quæ præcipuarum prærogatiua virtutum exornata, ſancto fine quieuit.

IANVARII VI.

§. 1. B*Eatorum Blaſii, & ſoc. martyr.* [a]] Prior, prouinciæ Granatenſis fuit alumnus, alter verò prouinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ; qui mare traijcientes, vt illis efferatis gentibus Euangelij lucem diffunderent, apud Inſulanos Molucenſes, necati ſunt ann. 1614. De eorum canonizatione agitur, ad quorum proceſſus conficiendos litteræ petuntur Apoſtolicæ: vti conſtat ex libello Neapoli edito, ann. 1626. apud Typographiam Ioan. Dominici, Roncalioli: & Rapinæo hiſt. general. Ordin. Recollect. part. 1. præfat. §. 4. Grauina part. 2. cap. 24. In voce Turturis.

§. 2. *Beati Electi Confeſſ.* [b]] Laïcus erat profeſſione, & Gallus natione magna charitate præditus, ac dono curationum clarus. Floruit circa an. 1285. illius meminerunt Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratrib. Minorib. ſanctitate illuſtrib. in prouincia Prouinciæ, Codex MS. Abbat. ſan. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. chron. Minor. lib. 5. cap. 1. §. 1. Gonzaga part. 1. origin. Seraph. Relig. vbi de BB. viris huiuſce Ordinis: item part. 3. in conuentu Narbonenſi, qui eſt 7. prouinciæ S. Ludouici. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor, ad ann. 1287. §. 15. ex Mariano lib. 3. cap. 7.

§. 3. *Beati Valeriani Confeſſ.* [c]] Cùm inter Dominicanos laicus inſeruiret, cæleſti viſione permotus, ad Capucinos migrauit: vbi vitam virtutibus plenam beato fine concluſit an. 1545. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1545. §. 33. ex Petracio.

§. 4. *Beati Bartholomæi, Confeſſ.* [d]] Vir fuit omni doctrina & eruditione clarus; qui cùm prius inter Minores conuentuales, publici in Ticinenſi vniuerſitate Lectoris munus præclarè obijſſet, perfectioris obſeruantiæ ſtudio ad Capucinos tranſiens, poſt aliquod tempus, in Mediolanenſi prouincia Lector generalis inſtituitur. Cuius in eo munere tanta fuit mentis humilitas ac ſuipſius abiectio, taliſque regularis obſeruantiæ zelus; vt omnibus ſuo præluceret exemplo. Orationis, ac rerum diuinarum contemplatione tanto ſtudio tenebatur, vt omnem in ea animi ſui voluptatem collocaſſe videretur: & nonnunquam dùm oraret, candida columba circa eum volitare viſa fuerit, quæ nunc vni, nunc alteri ipſius humero incubabat. Agit de eo idem Bouerius ſup. ad an. 1579. §. 22. quo obijt, ex MS. prouinciæ Vmbriæ.

B. Petri à Campo, Confeſſ. [e]] Facile tempus, quo ipſe vixerit, perſpicitur: ex eo, quòd ſcribit Illuſtriſſimus Antiſtes Gonzaga, de eo, part. 3. ſup. In Conuentu Barcinonenſ. S. Mariæ de Ieſu, qui eſt 1. Prouinc. Cathalon. *Adducam nihilominus in medium de omni virtute optimè meritum, F. Petrum à Campo, Laïcum profeſſum, & octogenarium; qui quicquid neceſſarijs occupationibus reſiduum ſibi eſt, id totum in oratione conſumit; quique tanto deuotionis exceſſu, frequentiſſimè ſuſpenditur, vt ſuprà ſeipſum raptus, & vltrà humanum ſenſum aliquid ſentiens, quid circa ſe exteriùs agatur, neſciat. Sed quia is adhuc in viuis agit, & iuxta ſapientis ſententiam, vir poſt mortem laudandus venit; hac de ipſius virtutibus dicta ſufficiant; præſertim, cùm ex his, quæ reſidua ſunt, ea facile, quis coniectare poſſit.* Eadem refert Barezzus lib. 8. cap. 40. & 76. ſup. aitque B. *Nicolaum Factorem* illum ſæpè familiariter viſitaſſe: obijt autem apud Conuentum Vallis de Scopeſſo, qui eſt 20. Prouinciæ Conception: Daça teſte, part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 23. qui poſtea fuſiùs geſta §. 5.

Digitized by Google

tanti viri pertractans, lib. 4. cap. 17 & ſeq. Scribit Barcinone ſupremum diem exoluiſſe, an. 1591. ætatis ſuæ. 99. In feſto Regum Wadinghus Tom. 5. ſup. ad ann. 1427. §. 38.

§. 6. *Beata Ioanna Roderica.* [f] Hæc vidua relicta, vitæ verè ſpirituali, maiori quàm antea feruore, ſeſe addixit. Nam monaſticam obſeruantiam profeſſa, apud cœnobium S. Eliſabeth, Toleti, ſocia, diſcipula, atque B. Mariæ à Toleto, cognomento pauperi (de qua 30. Iunij) perſimilis omninò extitit; paupertatem, humilitatem, orationem, cæteraſque virtutes ad ſuæ magiſtræ inſtar, ſummoperè coluit. Obijt an. 1505. maximum ſui deſiderium atque ſanctitatis famam ſororibus & ſæcularibus derelinquens; ita vt ſæpè illius patrocinium apud Deum implorauerint. Ita Gonzaga part. 1. vbi de BB. monialibus Ordin. S. Claræ virg. & part. 3. in monaſterio Clariſſarum S. Elizabeth Regiæ Toleti, quod eſt 1. prouinciæ Caſtellæ. Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 8. cap. 17. Galterius in tabula Chronograph. ſæcul. 15. in ſanctis viris Ex Coccio de ſignis Eccleſ. art. 11. Valerianus lib. 2. de SS. fœmin. Ord. Minor. cap. 47. Salazar. lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 28. & Gouſſancourt. Tom. 2. martyrolog. Equit. Melitenſ. fol. 144.

Beata Maria, Virginis. [g] Soror fuit deuotiſſima, & ingenti ſanctitate refulgens; cui Deus, ob illius, tum merita, tum quoque inculpatam vitam, ſui tranſitus diem prædicere dignatus eſt, qui accidit an. 1543. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in monaſterio Conceptionis Villæ-Francæ, quod eſt 18. Prouinciæ ſancti Iacobi, vbi ſepulta iacet; Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 42. Valeriano lib. 4. cap. 36. ſupra. §. 7.

SEPTIMO IDVS IANVARII.

IN Aquitania, Beatorum [a] martyrum Fortis, Gallardi, & eorum venerandi Patris Guardiani Conuentus Mauſiacenſis; qui quòd Catholicam fidem publicè conſtanterque tuerentur, illos hæretici, furenti gladio confoderunt. Panormi in Sicilia, Beati [b] Matthæi ab Agrigento Epiſcopi Agrigentini: qui vita & verbo clarus, totam illuſtrauit Italiam atque Trinacriam: tum pluribus extructis Conuentibus Patrum Obſeruantinorum, Prouinciæ Siciliæ exordium dedit, & ingentibus miraculis coruſcauit. Apud oppidum Waltſeenſe diœceſis Conſtantienſis, Beatæ [c] Elizabethæ Reytenſis, virginis Tertiariæ; quæ amore in Chriſtum ſponſum, ac vitæ ſanctitate conſpicua exiſtens: ſanctiſſimè vitam finiuit. Veſuntione in Gallia, Beatæ [d] Symonettæ, virginis.

IANVARII VII.

§. 1. BEatorum Martyrum, Fortis, Gaillardi, &c. [a]] Horum illuſtre Martyrium accidit ann. 1582. quando perduelles hæretici, in inuaſione Mauſiaci oppidi, Conuentum Minoriticum ibid. extructum, funditùs euerterunt: atque præfatos venerabiles patres: inſigneſque concionatores, videlicet P. Fortem *viuatum*, P. Gallardum *vineum*, & eorum Guardianum; ferro tranſverberatos, necarunt. Gonzaga de orig. Seraph. Relig. part. 3. in Conuentu Mauſiacenſi, qui eſt 19. prouinc Aquitan. Recentioris. Barrezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 45. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Vvadinghus tom. 3. annal. Minor. ad an. 1308. §. 81.

§. 2. *Beati Mathæi ab Agrigento, Epiſcopi.* [b]] Siculus erat natione, vir doctiſſimus ac prædicator famoſiſſimus, & nonnunquam S. Bernardini Senenſis ſocius fideliſſimus: quem in paupertate Euangelica, ac zelo ſalutis animarum, ad amuſſim eſt imitatus. Nam cùm Italiæ, ex Hiſpania appuliſſet, illam verbo & exemplo illuſtrauit, obque ingentia eius miracula ab omnibus in ſummo honore habebatur. Exindè Trinacriam, mare traiiciens, addijt, vbi cùm plures ſacris ſuis concionibus à vitiis ad virtutes reuocaſſet, ac aliquot viri, perfectioris vitæ cupidi, ſibi adhærere cœpiſſent; quinque Conuentus, nempè, Meſſanenſem, Panormitanum, Agrigentinum, Camaranum, atque Catalagironenſem, ex Apoſtolica ſibi facta auctoritate, erexit, & Siciliæ prouinciæ initium dedit. Quia verò B. Bernardinum Senenſ. in omnibus imitari ſtuduerat, ſanctiſſimi nominis Ieſu ſtrenuus prædicator, accerrimuſque propugnator, inſuper & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ diligentiſſimus cultor fuit: vt illud venerabilius Siculis, cæteriſque Chriſti fidelibus pro viribus redderet, & eiuſdem Dei genitricem maximè commendaret: omnes à ſe erectos Conuentus, huiuſmodi titulo, videlicet, Sanctæ Mariæ de Ieſu, ſacrandos curauit: cuius pietatem ſecuti illius prouinciæ Patres, omnes ferè alios, ab eius morte conſtructos, eodem nomine appellandos cenſuere. Hinc, depingitur Epiſcopalibus indutus ornamentis, nomen Ieſu ferens in manu, ad modum S. Bernardini. Cùm autem Agrigenti moram ageret, mortuo illius vrbis Epiſcopo, confeſtim vnanimi cleri ac populi conſenſu, præſul eligitur, & à Summo Pontifice confirmatur: qua in dignitate conſtitutus, tantis cœpit pro ſuo munere paſtorali, micare virtutibus, vt piis, perfectionis ſpecimen eſſet & norma, malis autem cenſor iuſtiſſimus prauæ vitæ, & vitiorum: à quibus falsò accuſatus, Romam perrexit, vt coram Chriſti Vicario, ea omnia dilueret: quibus expletis eius innocentia comprobata eſt, & æmulorum inuidia detecta: quare in Siciliam reuerſus, gregem ſuum nouo ſpiritus feruore excolere aggreditur. Verùm cernens vir Dei, poſt tot exantlatos labores, parùm ſe in huiuſmodi munere proficere, decreuit Romam iterum petere: & renuntiato Epiſcopatu in manibus Summi Pontificis, ad priſtinam, optatamque vitæ rationem, redire: quod & opere præſtitit, & fœliciter à Sede Apoſtolica obtinuit. Quamobrem inter Patres Obſeruantes ſecedens, mira vitæ ſanctitate, &

Digitized by Google

pietate, omnibus illuxit. Obiit Panormi, cuius venerabile corpus honeſta arca tegit, atque plurima miracula Tabellæ, votaque in eius circuitu appenſa, facillimè indicant in cœlis iam regnare, quem tot modis Altiſſimus honorificat in terris. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 34. & 44. ſub ann. 1430. Gonzaga Orig. Seraphic. Relig. part. 2. in prouinc. Siciliæ: itē in Conuentu 1. 2. 3. 4. 6. & 7. eiuſd. prouinc. Wadinghus to. 2. annal. Min. ad an. 1300. §. 13. Item. Tom. 5. ad ann. 1418. §. 10. 1425. §. 11. 1426. §. 17. 1427. §. 10. 11. 29. & 30. 1428. §. 7. & 9. 1429. §. 11. 1435. §. 15. & 73. 1438. §. 28. 1442. §. 15. quo fit Epiſcopus. Item. Tom. 6. ad ann. 1451. quo obijt §. 40. ex Mariano. lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 24. Caietanus. In Idea de SS. Siculis. Ferrarius in Cathalogo ſanctor hac die. Toſſinian. lib. 2. in Cuſtodia Agrigentina.

§. 3. *Beata Elizabetha, virg.* [c]] Hæc ſacra virgo Eliſabetha [nunc vulgò *Beta*] Suæuiæ patriæ oriunda, Ioanne Achlero, ciue oppidi Waltſeenſis, anno 1386. progenita, à cunabulis ad pietatem addicta, creſcens in timore & virginali pudicitia: Ordini Tertiario Frāciſcano animum dedit: quem cùm longis precum inſtantiis 14. annum agens, obtinuiſſet, dictu incredibile eſt, quantis mortificandi corporis auſteritatibus cœperit, quibus tentaminum certaminibus conflixerit: quàm indefeſſis à ſathana ſtratis tendiculis periclitata conſtiterit, quibuſue vitiorum trophæis exornata triūpharit. Demùm famula Chriſti, faſciis mortalitatis exuta, circa curriculi ſui annum trigeſimum quartum, in delitias Chriſti amoroſi dilecti recepta: famam ſanctitatis in moribus, & ſigna crucifixi in membris reliquit, ac miraculorum ſubitò multitudine vſque nunc claruit. Vitam eius ex originali MS. Conradi Kiegle, præpoſiti cœnobij Canonicorum Regularis ord. ſancti Auguſtini oppidi Waltſeenſis, qui per 20. annos huiuſce virginis extitit confeſſarius, deſumptam, deſcripſit Marianus lib. 9. chron. ſtrictior. obſeruant. reformat. cap. 1. vſque ad 8.

§. 4. *Beata Simonetta, virg.* [d]] Vrbaniſta profeſſa erat in monaſterio S. Claræ Veſuntinæ vrbis, quando ad illud reformandum acceſſit authoritate Apoſtolica B. Coletta virgo, ann. 1410. cuius quidem reformationis inſtitutum Simonetta virgo, tanta animi contentione, tantoque ſpiritus feruore, ac vitæ perfectione proſequuta eſt: vt ſancto fine demortua, Beatæ titulo à cunctis venerata ſit. Vide Foderetum in deſcriptione præfati monaſterij. S. Capucinum Abbavillæum in hiſtor. chronolog. vit. B. Colletæ virg. ſtatu 3. lib. 1. cap. 7.

SEXTO IDIBVS IANVARII.

IN territorio Mexicano, apud Indiam Occiduam, paſſio Beatorum [a] martyrum Franciſci Donzelis, Guardiani Conuentus S. Philippi & Petri Burgenſis, eius ſocij; qui à Chichimecis Indis circumuenti, & telis eorum confixi, pro Chriſto obierunt. Cropani in Territorio Catanzariano, Beati Pauli [b] de Ambroſiis, confeſſoris: Tertiarii. Bergomi. Beati [c] Amadei de Anteniato, Confeſſoris: ſignis, & virtutibus conſpicui. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [d] Franciſcæ, virginis, quæ humilitate, obedientia, & paupertate præclara, ſancto fine quieuit.

IANVARII VIII.

§. 1. *Beatorum Martyrum Franciſci, &c.* [a]] De his agunt Toſſinianus lib. 2. in fin. vbi de India Hilarion. à Coſta lib. 2. hiſt. catholic. pag. 366. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Min. Marianus lib. 3. cap. 30. Boſius tom. 1. libr. 12. cap. 22. Grauina part. 2. cap. 24. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. vbi de Beatis Martyrib. Ord. Minor. ob Chriſti fidem paſſis apud Indos Occidentales, item part. 4. in fine prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus part. 4. chronic. Min. lib. 8. cap. 75. Daça. Ibid. lib. 2. cap. 60. Carolus Rapinæus in hiſtor. general. Recollector. decad. 7. part. 2. §. 12. B. Pater Franciſcus d'*Onzelis*, ex Bætica, ſeu, Granatenſi prouincia (in qua habitum Religionis ſumpſerat] in nouam Hiſpaniam traiecerat: cùmque in Minoritico apud S. Philippum Conuentu, Guardianum ageret, Mexicum ciuitatem, quibuſdam de negotiis cum Prorege Martino Enriquez acturus, petiit: Quibus denique expeditis, atque aſcito ſibi in ſocium, venerabili ſene B. Petro Burgenſe, (qui paulò antè ex S. Euangelij prouincia ad hanc SS. Apoſtol. Petri & Pauli tranſierat) ad ſancti Michaëlis oppidum ire contendit; in tranſitus verò anguſtia (cui portus, ceu tranſitus de Camacuero nomen eſt) ab impiis Indis Chichimecis circumuenti, poſt plurima perpeſſa tormenta, præpilatis eorum ſagittis transfixi, glorioſè Chriſti martyres interierunt, circa ann. 1585. Vt autem primùm Hiſpani huic loco vicini, rei geſtæ facinus acceperunt, illorum corpora indè ad ſancti Michaëlis oppidum transferenda; atque funeribus exequiis de more expletis, honeſtæ ſepulturæ, eodem loco tradenda curarunt: vbi ab Hiſpanis, cæteriſque Indis Chriſtianis pia veneratione coluntur.

§. 2. *Beati Pauli Confeſſ.* [b]] Cropani pagi, Diœceſis Catanzarij inquilinus erat, ſacerdos profeſſus Tertij Ordinis, ex quo eſt Religio apprabata. Mortuus eſt Scauignæ, & iacet in Eccleſia ſancti Saluatoris præfati loci Cropani. Vide Antonium de Sillis. In cap. 1. Regul. Tertiar.

§. 3. *Beati Amadei, confeſſ.* [c]) Sacerdos, ex Amadeorum fratrum Minor. congregatione, tranſijt ad patres Capucinos, quos ſuaui odore virtutum reſperſit, & cumulatus meritis in cœlum conſcendit. an. 1568. cuius acta præclara refert Bouerius. Tom. 1. Annal. Capucinor. eod. an. §. 28. ex monimentis. MSS.

§. 4. *Beata Franciſca, virg.* [d]) Hæc abſtinentia & ieiunio carnem macerebat, & non niſi fragmentis, quæ ſupererant, ſe reficiebat in menſa. Humilitatis exercitio maximè delectabatur; viliora Conuentus munia ſummoperè requirens adimplere. Obedientiam, ſic prompto animo, operabatur; quòd non ſolùm verbis, ſed & nutibus annueret Superiorum. Tanta paupertate ditabatur, vt habitu vnico, vili panno confecto, feréque diſſuto, contenta fuerit: velo ex rudiori tela, ipſoque dilacerato, amicta ad caput: orationi & contemplationi die noctuque iugiter vacabat; cuius rei

Digitized by Google

gratia, locum ſibi delegerat ante imaginem Crucifixi; (qui olim D. ſeraphico P. Franciſco, apud Eccleſiam S. Damiani locutus, fuerat exindè aſportatus in hoc monaſterium Clariſſarum S. Georgij intra Aſſiſium vrbem) vt illius aſpectu magis ac magis in Chriſti amorem accenderetur: ibi enim pernoctabat, & ſomno feſſa, ſedens dormitabat. Morti appropinquans, diem ſui obitus prædixit fore vicinum: & cunctis ſacramentis deuotè ab ipſa ſuſceptis, fœliciter exceſſit è vita: fama virtutum, odoréque ſanctitatis refulgens. Eius ſacrum corpus ſepultum eſt, non cum aliis, ſed iuxtà Eccleſiam ipſam S. Georgij: ſuper cuius tumulum Roſarium exortum eſt: in quo, paulò poſt, eodem menſe Ianuario, Roſæ exquiſiti odoris, miræque pulchritudinis, repertæ ſunt & ſublatæ: quod quidem Roſarium vſque nunc ſeruatur atque cernitur. Hæc Marcus Vlyſſipon. part. 3. chronic. Minor. lib. 1. cap. 59. claruit circa an. 1457. Toſſianus lib. 2. hiſt. Seraph. Valerian. lib. 2. de SS. fœm. Ord. Min. cap. 49. Wadingh. Tom. 1. ſup. ann. 1440. §. 25. quo obijt. ex Mariano. lib. 4. cap. 16.

QVINTO IDVS IANVARII.

FEſſæ, in Mauritania, Natalis [a] Beati Andrææ Spoletani, Martyris; qui coram Rege Feſſarum, & principibus eius, ignem ingreſſus, nihilque ab eo læſus, lapide percuſſus in capite, beatum pro Chriſto finem ſortitus eſt. Narniæ Beati [b] Matthæi Narnienſis, Confeſſoris; qui ſignorum gloria nunc vſque refulget. In Picœno, Beatæ [c] Benuenutæ Anconenſis, viduæ, Tertij Ordinis Pœnitentium ſeraphici S. Franciſci: quæ piis operibus vacans, meruit à Domino variis reuelationibus viſitari, miraculiſque quàmplurimis exornari. Villæ-Nouæ, in territorio Giennenſi, Beatæ [d] Tiraſiæ Sanctiæ, Tertiariæ: cuius religio, pietas, ac vitæ ſanctitas ſumma fuit. Item, Beatæ [e] Catharinæ Ciaulinæ, virginis, eiuſdem tertij Ordinis.

IANVARII IX.

§. 1. BEati *Andrææ Spoletani, Martyris.* [a]) Hic prouinciæ ſancti Franciſci alumnus, obtinuit à Miniſtro Generali licentiam commorandi apud Corſicam prouinciam: vt ſic ſemotus ab amicis & parentibus, liberiùs, faciliùſque Deo inſeruiret. Vbi cùm hæc inſula peſtifera lue tunc graſſaretur, totum ſe addixit infirmorum curæ, quibus verbum Dei, Eccleſiaſtica Sacramenta, necnon & temporalia eorum neceſſitati conuenientia, maxima charitate adminiſtrabat. Poſtquàm ergo per aliquot tempus verbo & exemplo quàm plurimùm toti inſulæ profuiſſet: zelo verbum prædicãdi terris infidelium, martyriique deſiderio flagrans, nauem Moream verſus euntem aſcendit; ſed vento contrario agitante, nauis Genuam depulſa eſt: ſicque ſolum vertere coactus, in Hiſpaniam proficiſcitur; ibique paululùm declinauit apud Andaluziæ fratres, quos probo exemplo valdè inſtruebat, humilitati & orationi ſummo affectu inſiſtens. Exindè mare traiiciens, in Africam appulit, apud Ceptam vrbem; vbi diuerſatus eſt cum patribus Conuentualibus: qui illum auertere conabantur, ſed fruſtrà, à propoſito peragrandi ad infidelium partes.

§. 2. Anno itaque 1530. in regnum Feſſæ vir Dei proficiſcitur; vita, ingenio, litteris & zelo ſalutis animarũ ſpectabilis. Qui cùm ad Regem Muley-Mahamed-Merinum acceſſiſſet; cauſamque ſui aduentus diſertè explanaſſet, ab eo benignè exceptus eſt. Verùm, cùm ob varias de fide ac religione per eum diſceptationes, clàm ac publicè habitas cum Cacicis Mahumetanis, & Iudæorum Rabinis, complures Maurorum, ac infidelium conuerterentur ad Chriſtum; ecce calumniatores deferunt ipſum B. Andræam, Dæmone familiari vſum, meritòque à Regno expellendum, quippè, qui ſuis iam præſtigijs multos dementaſſet. Quibus ſtrenuè obuians Dei ſeruus, Regi proponit, ſe per ignem probaturum, quanta foret Chriſtianæ Religionis veritas; modò Chriſti fidem amplecti haud renueret. Conditione accepta, paratur à Mauris ſtrues ingens lignorum, dùm interim vir Dei, coràm crucis imagine genuflexus ſupplex exorat. Tum ſurgens ab oratione, iubet pyræ ignem ſupponere, rogumque accendere, quẽ toties antea, licet fruſtrà, complere tentauerant, ſed ad vocem viri Dei, flamma mox omnia perſtrinxit. Tunc fide, ac ſpe, ſignoque crucis munitus B. Andræas, coram Rege, Regina, ac Filijs; Principibus, proceribus, & populi immenſa multitudine, ſe vltrò in ignem iniecit; in cuius medio genuflexus, nudus, ſolis contectus femoralibus, facie ad Orientem conuerſa, orationem pro ſalute ac conuerſione infidelium, fudit ad Chriſtum; qua finita de loco ſurrexit, & manibus in modum crucis efformatis, egreditur ſanus, abſque vlla læſione, non ſine maxima omnium admiratione. Quo miraculo perterriti confuſique aduerſarij, in furorem conuertuntur: & lapidibus ipſe impetitur. Vnus autem Maurorum militum ampliùs ſæuiens in ſanctum Martyrem, lancea pectus eius tranſuerberauit; alius verò tegula caput eliſit, ſicque glorioſè pro Chriſto occubuit, hac die; feria ſexta, anno 1532. Tunc Mauri, Iudæi, alijque infideles in corpus exangue feraliter deſæuientes, varijs iniurijs affecerunt, cuius præſegmina, ac reliquiæ accuratè collectæ ſunt à captiuis Chriſtianis, & veluti amuleta ſacra, infirmis data, ſanitatem conferebant & ſoſpitatem. Pes eius ad Catharinam (Ioannis 3. Regis vxorem) Luſitaniæ Reginam delatus, inter alias ſanctas reliquias Regiæ domus honorificè repoſitus eſt. Quoddam os ipſius dignè aſſeruatur in monaſterio Reginæ cœli, oppidi *San-lucar*, Hiſpanicè, nuncupati, quod eſt 10. Prouinciæ Bæticæ. Verùm, tam ipſe Rex, quàm cæteri huiuſce crudelitatis miniſtri, miſerabilem ſortiti ſunt finem: vti videre eſt apud Didacum de Torres, in relatione originis ac ſucceſſus Cheriſſorum; & Status regnorum Marrochij, Feſſæ, & Tarudanti, &c. cap. 95. Hanc hiſtoriam ex idiomate Hiſpanico Gallicam fecit Illuſtriſſimus Princeps Carolus Valeſius, Caroli. 9. Gallorum Regis Filius naturalis, Dux Engoliſmenſis, &c. quam poſtea typis excudendam curauit Lutetiæ, an. 1636. apud Ioan. Camuſatum, via San-Iacobæa, R. P. Robertus *Regnauld*, Ordinis Minimorum Conuentus Pariſienſis alumnus, vir pius ac eruditus. Illic præfatus Martyr appellatur *Martinus*:

Digitized by Google

nus: quem tamen alij vocant *Andream*. Marcus Vlyſſiponenſis. 3. part. chronic. Minor. lib. 9. cap. 34. & 35. Daça ibid. part. 4. lib. 1. cap. 39. Gonzaga, part. 3. Origin. Seraphic. Relig. in 10. monaſterio prouinc. Bæticæ, item in Conuentu 18. prouinc. Carthaginenſis; & in Conuentu 1. prouinc. Algarbiorum, ac monaſterio 6. prouinc. Granatenſis. Boſius de ſignis Eccleſ. Tom. 1. lib. 6. cap. 3. ſæcul. 17. & Tom. 2. lib. 15. cap. 5. Salazar lib. 2. chronic. prouinc. Caſtellæ, cap. 12. Vaſconcellius in deſcriptione Regni Luſitaniæ, vbi de Religioſis viris in eiuſmodi prouincia martyrib. §. 6.

§. 3. *Beati Matthæi Narnienſis, Confeſſ.* [b]] Martinus etiam à nonnullis vocatur. Eius mentionem agunt Gonzaga, part. 1. ſup. vbi de BB. viris huiuſce Ordinis. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 37. Hic inter alias præclaras animi ſui dotes, maxima prudentia erat præditus, miraculiſque clarus. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. ſeraphic. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1241. §. 27. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. ex Creſcentio in Dialog. Mariano lib. 2. cap. 13. Bernardo à Beſſa, &c.

§. 4. *Beata Benuenuta, Anconenſis, tertij ordin.* [c]] Anconæ, in Marchia, honeſtis parentibus nata, ab ineunte ætate, conſecrata fuit: verùm, poſtea matrimonio iuncta, tertium Ordinem Pœnitentium ſeraphici P. S. Franciſci, pro ſua pietate, amplexa eſt. Magnis virtutibus refulſit, & quàm plurimis ſpiritualibus viſitationibus, ac diuinis reuelationibus fuit à Domino conſolata, atque ingentibus miraculis illuſtrata. Florebat circa an. 1300. cuius vitam deſcripſit B. Conradus ab *Offida* (de quo 12. Decemb.) & ex eo Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. chronic. Minor. lib. 4. cap. 24. §. 2. item lib. 6. cap. 30. §. 1. Gonzaga 2. part. ſup. in conuentu ſacri montis Aluernæ, qui eſt 17. prouinc. Tuſciæ, Vvadinghus tom. 2. annal. Minor. ad an. 1282. §. 12. & tom. 1. an. 1213. §. 38. Marianus in Append. lib. 3. De Sillis in cap. 1. Reg. Tertiar. Ioannes de Torres, in practicis exhortationib. ſuper eamd. Regul. fol. 38. Salazar lib. 6. chronic. prouinc. Caſtellæ cap. 15.

§. 5. *Beata Tyraſia, vidua Tertiar.* [d]] Hæc pientiſſima fœmina, marito mortuo, protinùs monaſterium quoddam in Villa-noua oppido, extruxit, fundauitque an. 1503. inibique, cum alijs ſibi adhærentibus fœminis ſub 3. ſeraphic. patris Sancti Franciſci Ordine, quoad vixit, ſanctiſſimè perſeuerauit. Scribit de ea Gonzaga 3. part. ſup. in monaſterio ſancti Franciſci Villæ-nouæ Archiepiſcopi; quod eſt 11. prouinc. Carthaginenſ. Marianus lib. 6. cap. 29.

§. 6. *Beata Catharina Ciaulina, Virg.* [e]] Facta eius admiranda, præclaraſque virtutes recenſet in proceſſu inquiſitionis ſuæ, R. P. Antonius Randeſcius, Ordinis Minor. Reformat. Marianus libr. 6. chronic. ſtrictior. obſeruant. Refor. capit. trigeſimo-quarto. obijt ann. 1619.

QVARTO IDVS IANVARII.

APud Villæ-Francæ oppidum in Aquitania: Beati [a] Ioannis Guilloti, Martyris; qui ab hæreticis interceptus, poſt diuerſa ludibria atque opprobria diu perpeſſa, ad vltimum, plumbeo globulo traijcitur; & Deum precatus pro interfectoribus, martyrij coronam accepit. In Gallia, Beati, [b] Guillelmi Ioſſelini, Confeſſoris: genere, virtute, & miraculis illuſtris. Burgis in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [c] Martini Confeſſoris. In Calabria, Beati [d] Bernardini Rendani, Confeſſoris; deuotione ac feruore prædicationis conſpicui. In Hiſpania, ciuitate Granatenſi, Beatæ [e] Leonoræ à ſancto Ioanne, primæ Abbatiſſæ monaſterij Sanctæ Mariæ de Angelis, tertij Ordinis Seraphici Patris Diui Franciſci; quæ orationi, rerumque diuinarum contemplationi intenta, dono lachrymarum etiam potiebatur.

IANVARII X.

§. 1. BEati *Ioannis Guilloti.* [a]] Villa-Franca, Aquitanorum oppidum, in primis illis Gallicis tumultibus, circa ann. 1567. nouatoribus Hugnoſticis, aurem plus æquo accommodans; portas illis hæreticis aperuit: qui protinùs, in ſacra ædificia irruentes, aras ſubuerterunt, omniaque prophanarunt, & Conuentum expilantes, Fratres omnes in vincula coniecerunt. Ex quorum numero hic. B. Ioannes glorioſo martyrio decoratus eſt: vt conſtat ex Barezzo 4. part. chronic. minor. lib. 5. cap. 25. poſt Gonzagam part. 3. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu Minor. Villæ-Francæ; qui eſt 25. prouinc. Aquitaniæ antiquioris: de eo ita ſcribentem. *Dùm religioſiſſimus Pater Ioannes Guillotus à ſacra concione è vicino quodam Pago reuerſus, ſacram hanc ædem repeteret, ab hæreticis interceptus; poſt plurima ludibria atque opprobria patientiſſimè perpeſſa, ab altero eorum plumbea glande traijcitur, animamque agens, ad Protho-martyris Stephani inſtar, ne id peccati illis ſtatueret, Deum, Optimum, Maximum exorabat; ſicque ſpiritum ſuo reddidit Creatori.* His aſſentiuntur Daça 4. part. chronic. Minor. lib. 3. cap. 58. & Vvadinghus. Tom. 4 Annal. Minor. ad an. 1400. §. 33.

§. 2. *Beati Guillelmi Ioſſ. Confeſſ.* [b]] vir nobilis & doctus cùm eſſet, Tyronem egit in Prouincia Turoniæ, apud Patres Obſeruantes; pro quibus obtinuit à Martino 5. confirmationem decreti concilij Conſtantienſis an. 1420. circa reformationem fratrum Minorum multa egregiè præſtitit, ac Conuentum Metenſem reformauit: mortuuſque in prouincia prædicta, magna cum pietatis opinione, complura patrauit miracula: vti Belgica chronica Minorum MSS. referunt, apud Vvadinghum Tom. 5. ſup. ad an. 1420. §. 9.

§. 3. *Beati Martini Confeſſ.* [c]] Perfectus extitit in diſciplina regulari, & clarus miraculis euaſit: quieſcit autem in prouincia Caſtellæ, & Conuentu Burgenſi; iuxta chronica antiqua Ordinis. Marianum, lib. 4. cap. 3. & Vvadinghum Tom. 3. ſup. ad an 1309. §. 6.

§. 4. *Beati Bernardini Rendani Confeſſ.* [d]] Claruit hic an. 1485. de quo extat illud à Gonzaga relatum: part. 2. origin. ſeraphic. Religionis in Conuentu ſancti Franciſci Sturnorum, qui eſt 18. prouinc. Calabriæ

Digitized by Google

Accidit (inquit) *quoque in eodem loco, anno Domini* 1488. *vt deuotiſſimo patre, ac celeberrimo cōcionatore, Fratre Bernardino Rendano, de ſacro Euangelio coram populo diſſerente, maxima exoriretur tempeſtas; Cùmque aſtans cœtus propria pelli) quòd templum adhuc ſub artificibus eſſet, timens, propria, relicta interim prædicatione, remeare contenderet; eum optimus pater bono animo eſſe, pedemque figere, ac ſecum ſalutationem Angelicam, atque Dominicam orationem, alta voce ſemel perſoluere iuſſit. Qua tandem perſoluta, tanta oborta tempeſtas ex tempore euanuit, diſſolutaque eſt: ac ipſe pater ſubiecit. Nunc faber ille lignarius, magiſter Ottolinus, ille inquam, qui pro viribus ſacræ huius domus erectionem retardare ac impedire conabatur, è viuis (eorum quæ vel benè, vel malè in hac vita egit, rationem coram iuſtiſſimo redditurus) exceſſit. Statimque eius funeris ſignum à campana datum, ab omnibus, licèt ad mille paſſus diſtaret, auditum fuit.* Eadem prorſus habent Barezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 2. cap 2. wadinghus tom. 7. ad an. 1478. §. 77.

§. 5. *Beata Leonora à ſancto Ioanne.* [c]] Hæc florebat an. 1560. obijtque an. 1563. quare ipſam fuiſſe Tertij Ordinis Pœnitentium ſeraphici patris D Franciſci, indè conſtat: quòd ſorores tertiariæ hoc monaſterium incolentes S. Mariæ de Angelis Granatæ; haud conuolarint in 2. B. Virginis Claræ regulam, niſi an. Chriſti 1567. profeſſione ſolemniter emiſſa: prout idem Gonzaga teſtatur, in eo monaſterio, quod eſt 17. prouinc. Granaten. vbi & hæc ſubdit part. 3. *Mortem obijt anno Domini 1563. hoc in loco ſoror Leonora à ſancto Ioanne, prima eius Abbatiſſa, cuius oratio, atque diuinarum rerum contemplatio tanta extitit: vt ab illa nihil aliud noſſe videretur: cuique ex frequenti lachrymarum effuſione, quæ ſibi ex Dominicæ Paſſionis meditatione obueniebat, quædam carnoſitates in ipſis oculis oborta ſunt: quibus excreſcentibus, oculorum viſum amiſit.* Barezzus lib. 4. cap. 29. ſup. eadem referens, ait viſum recuperaſſe ante eius obitum. Marianus libr. 6. cap. 28.

TERTIO IDVS IANVARII.

IN Septimania, Galliæ prouincia, propè Foſſas Marianas, Beati [a] Petri Menquij, martyris; pugionibus hæreticorum, pro fide Catholica, occiſi. Salmanticæ, Beati [b] Ioannis Hortolani, Confeſſoris: qui humilitate, obedientia, & caſtitate pollens, vitam auſteritate pœnitentiæ plenam, ſed ſuauiſſimo Dei & proximi amore refertam, duxit: tandemque ſpiritu prophetico clarus, lætus è viuis ſublatus eſt in cœlum. Scapetiani in Picœno, Beati [c] Euſebij Anconitani, Confeſſoris; genere, vita, & ſignis admirandis illuſtris. Mediolani, Beatæ [d] Modeſtæ à Soncino, virginis: monaſticæ vitæ laude, & virtutibus inſignis.

IANVARII XI.

§. 1. *Beati Petri Menquij, Confeſſoris.* [a]] Oriundus erat ex S. Paulo in Phocenſi Prouincia, propè Mannaſcauum, diœceſis Aquenſis; ſacerdos ac concionator ſtudioſiſſimus, & de Religione meritiſſimus, qui cùm ſocius eſſet Beati Patris Ioannis *Rinuſtorti*, tunc Miniſtri Prouincialis prouinciæ ſancti Ludouici: & Arelate diſcedens, ad partes Lingua-occitanas pergeret: iuxta Aquas-mortuas, ſeu Foſſas-Marianas ſimul capti ſunt ab hæreticis, ex latibulis loci de *Vanuerto* egredientibus Sclopetariis; quo in loco præſidium habebant & refugium. Et primò quidem R. P. Ioannem, contumeliis affectum ac manibus à tergo ligatis, laqueo collo eius iniecto, adducunt: deindè ſocium ſuum, præfatum B. Petrum, mulo inſidentem [laboris ſubleuandi gratia] Patris miniſtri prouincialis iuſſu, pugionibus crudeliter occiderunt coram oculis ipſius R. P. Ioannis ſic ligati. Quem alloquebatur ſeminex ſocius, eumque interpellabat, vt conſtanter mortem pro ſimili cauſa ſubire vellet. Quo ita mortuo, corpus eius inſepultum diu iacuit, donec tandem in conuentu fratrum Obſeruantinorū, modò Recollectorum, Arelatenſ. allatum eſt. Cuius quidem martyrium accidit ann. Chriſti 1572. ſecundùm Gonzagam, 3. part. orig. ſerap. relig. in conuentu Arelatenſ. qui eſt 6. prouinc. S. Ludouici. Barezzum 4. part. chronic. Minor. lib. cap. 14. Daçam Ibid. lib 3. cap. 57. Fernandum lib. 3. hiſtor. Eccleſ. cap. 19. Grauinam *in voce turturis*, part. 2. cap. 24.

§. 2. *Beati Ioannis Hortolani, Confeſſ.* [b]] Luſitanus erat natione, profeſſione verò laicus, Salmanticæ ſanctiſſimè vixit, vocatus Hortolanus, ab horto quem diutiſſimè excoluit. Omnium ſpecimen extitit virtutum, totiuſque exemplar ſanctitatis; quaſi Angelus Dei vitam cœlicam agebat in terris. Mira auſteritate corporis edomabat vires; vt caro ſpiritui ſubiiceretur. Diſciplinis, cilicio, & ieiuniis ſe exercebat, nuſquam, preſſus infirmitate graui, carnes comedit in ieiuniis Eccleſiaſticis: ciborum parſimonia, abſtinentiaque delectabatur: rebus verò comeſtibilibus, ſemper terram, cineres, aut aquam frigidam ſuperimponebat, vt hoc inſipido modo, guſtus temperaretur & eſus. Vilioribus induebatur: in ſomno parcus, animo promtus ad obedientiam; omnium humillimus erat. Orationi maximè addictus, meditationi & contemplationi, die noctuque iugiter inſtabat. Tanta deuotione ferebatur erga Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramētum, vt rerum omnium curam ageret, quæ quoquo modo ſpectarent ad illius incrementum honoris. Magna pietate Miſſæ ſacrificio inſeruiebat: Eccleſias mundabat & ſacræ ædis vtenſilia decenti ornatu conſeruabat: thus, ceram, oleum, & ſi quod aliud, ipſe ſatagebat præſto adeſſe. Paſſionis Chriſti myſteria haud poterat recolere, abſque lachrymarum profluuio: iugi præſentia Dei iucundabatur: cuius amorem tenerrimè ferebat in præcordiis; alios ſæpiùs excitans in dilectionem Dei & proximi. Solebat quippe dicere: *Iniurias remittere, ac inimico ignoſcere, opus eſſe excellentioris pœnitentiæ, ac maximi meriti ante Deū.* Egenis, pauperibus, & infirmis ſummè compatiebatur: quibus & operam dabat, vt cuncta eis neceſſaria ſuppeditarentur, vndè fama ſanctitatis eius permoti Portugalliæ & Caſtellæ Reges, Principes, ac Proceres illum præcipuo amore proſequebantur.

Prophetiæ dono illuſtris habebatur, & ſecreta reſerabat multorum: diemq; obitus ſui longè antè prædixit. Itaque poſt Sacramēta Eccleſiaſt. ſuſcepta, ca verba [quæ ſemper in ore habebat] frequentiùs iterādo: ô Ieſu §. 3.

Digitized by Google

Ieſu Chriſte, amor meus: animam exhalauit: die 11. Ianuarij an. 1501. cuius exequiis innumera populi multitudo adfuit; vt vel aliquid veſtimenti eius pro reliquia acciperent, vel ſaltem præ deuotione, illius feretrum attingerent: magnaque in veneratione, vſque nunc, apud eos populos habetur. Res ipſius egregias narrant Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. chronic. Min. lib. 8. cap. 1. 2. 3. vſque ad 11. Gonzaga. ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 3. in Conuentu S. Franciſci Salamanticenſ. qui eſt 8. prouinc. S. Iacobi. Marieta lib. 17. hiſtor. Eccleſ. ſanctor. Hiſpan. cap. 22. & 23. Attamen Rapinæus in hiſtor. general. orig. Recollector. 1. part. præfat. §. 4. ex libello Neapoli impreſſo apud Typographiam Ioann. Roncalioli an. 1626. ſcribit corpus eius Compluto requieſcere: ad cuius merita propalanda, proceſſuſque conficiendos literæ petuntur Apoſtolicæ.

§. 4. *Beati Euſebij, Confeſſ.* [c]] Nobiliſſimis ortus natalibus, ex Obſeruantium familia ad Capucinos aduolat. an. 1534. paupertatis ſtudioſiſſimus, ſimplicitatem ſummoperè diligebat; doctrina & eloquentia claruit in Concilio Tridentino; Generalis Capucinorum electus, an. 1553. omnes ad regularem diſciplinam vehementer inflammauit; viuus ac mortuus miraculis claruit. Agunt de eo Yuo Magiſtr. part. 2. Manipuli fratrum Minor. cap. 8. §. 21. Bouerius tom. 1. annal. Capucinor. ad an. 1569. §. 37. &c. quo obiit. ex Petracio Monteflor, Salodienſi, & aliis. Appendix ad Galliam Chriſtianam, in generali. Capucinor.

Beata Modeſta à Soncino virg. [d]] Hæc patria Soncinas erat: quæ Mediolani apud monaſterium S. Mariæ de Ieſu, floruit vitæ ſanctitate, ſicque omni virtutum genere prædita, maximum ſui deſiderium reliquis moriens adiecit: anno Domin 1582. Illius meminerunt Gonzaga part. 2. ſup. in præfato monaſterio, quod eſt 2. prouinciæ Mediolanenſis. Barezzus part. 4. chronic. Minor. lib. 7. cap. 46. Wadinghus. Tom. 6. ſup. ann. 1456. §. 260. §. 5.

PRIDIE NONAS IANVARII.

PErpiniani, Beati [a] Pauli Martyris, eruditione, ac pietate clariſſimi: qui cùm ſaluti animarum haud ſegniter inſiſteret, à viro nefario, (cuius pellicem increpando monuerat à peccato reſilire) gladio necatus eſt. Cortonæ, in Tuſcia, Beati [b] Guidonis, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli: qui vitam in ieiunijs, paupertate, humilitate, & aſperitate ducens, verbo & exemplo cunctis maximè profuit: ſigniſque ac prodigijs, viuus & mortuus valdè refulſit. Laudæ, Beati Antonij [c] Confeſſoris, Regularis obſeruantiæ feruentiſſimi: cuius anima ab Angelis, cum iubilo, in paradiſum eſt deportata. Florentiæ [d] Angeli Bonſij, Confeſſoris qui adhuc clericus exiſtens: genere, puritate, & Innocentia vitæ fuit illuſtris. Nurſiæ in Vmbria, Beatæ [e] Luciæ virginis, fundatricis monaſterij S. Claræ, tertij Ordinis Pœnitentium D. Franciſci; quæ perfectione vitæ floruit & miraculis.

IANVARII XII.

§. 1. BEati *Pauli Martyris*, [a]] Perpiniani (quod Comitatus Ruſcinonis oppidum eſt) natus erat Doctor Theologus, ac vitæ ſanctitate conſpicuus. Singulari pietate venerabatur Beatam Virginem Mariam Dei-param; quapropter meruit, vt imago quædam ipſius Dei genitricis, illum alloqueretur, conſolareturque: ob cuius rei miraculum ſeruatur in Conuentu Sancti Franciſci Perpiniani, vocaturque *Imago D. Virginis de conſolatione*: Ex zelo autem quem habebat, circa ſalutem animarum, proceſſit cauſa martyrij. Fertur etenim, quòd cum quandam fœminam conuertiſſet, induxiſſetque ad pœnitentiam, & ſeparationem faciendam à frequentatione cuiuſdam hominis, cum quo, vſque tunc, luxurioſè verſata eſſet, ille hac de cauſa, furore nimio excandeſcens, gladio B. Patrem ita ferociter percuſſerit in capite, vt exindè occubuerit: quod quidem ſacrum caput, adhuc ſic vulneratum cernitur. Alij id volunt accidiſſe, ex eo, quòd mulierculæ cuidam abſolutionis beneficium, in ſacramentali Confeſſione, legitimis de cauſis denegaſſet; vndè à mœcho, ſiue eiuſdem mulieris complice, in ipſa ſede, gladio confoſſus fuit, anno Domini 1458. Eius ſacrum corpus, quod & integrum adhuc perſeuerat, honeſto loco reconditur in eo Conuentu præfato, & à Perpinianenſibus in maxima veneratione habetur. Gonzaga 3. part. orig. ſeraphicæ religionis, in eo conuentu, qui eſt 3. prouinciæ Cathaloniæ. Barezzus quarta parte chronic. Minorum lib. 1. cap. 49. Marcus Vlyſſiponenſis parte 3. chronic. libro nono cap. 43. Wadinghus tom. 1. annal Min. ad an. 1214. §. 32. Item. Tom. 6. ann. 1458. §. 23.

Beati Guidonis Confeſſoris. [b]) Cortonæ in Hethruria exortus, æquè ſanctus ac doctus; habitum religionis induit per manus ſeraphici patris D. Franciſci, quo duce, magna paupertate auſteritatéque vitæ claruit. Septem quadrageſimas in anno ieiunabat, pane & aqua contentus: aliis verò temporibus, ſemel in die comedebat; parcitatem ciborum obſeruans. Tanta fuit humilitate præditus, vt ſcientiam occultans & ordinem ſacrum presbyteratus, quo inſignitus erat, receptus fuerit pro laico ad profeſſionem; in eaque vocatione tamdiu permanſerit; donec à ſeraphico Patre deprehenſus, ab eodem licentiam prædicandi verbum Dei acceperit. Porrò incredibile eſt, quanta ex tunc diuinitùs per eum facta ſunt, pro ſalute animarum. Nam ſuis concionibus, audientium corda miro modo conuertebantur ad pœnitentiam; timore amoréque diuino protinùs flectebantur; & vitam à modò ducebant deuotione ac pietate plenam. Confeſſiones pœnitentium audiebat, tali feruore charitatis ſaluti ſque proximi; quòd eius §. 2.

conſilio, inimici pacificabantur; peccata condonabâtur; & in priſtinum amicitiæ fœdus reuertebantur.

§. 3. Quid plura? ſignis etiam ac prodigiis in vita coruſcauit. Nam aquam, ſigno crucis, in vinum conuertit; paralyticum ſanauit: annonam multiplicauit; mortuum ſuſcitauit; & alia quàm plurima edidit. Tribus diebus ante eius tranſitum, viſitatione ſeraphici Patris Sancti Franciſci, inuitantis eum ad gloriæ præmium, maximè eſt conſolatus: quare Sacramenta Eccleſiaſtica deuotione exemplari ſuſcipiens, ad iter proximum præparauit ſe: ſicque fœliciter exceſſit è vita: anno Chriſti 1250. ætatis ſuæ 60. die 12. Ianuar. ſepultuſque eſt apud Conuentum [qui olim dicebatur, Cella B. Franciſci] iuxta Cortonam. Verùm, crebreſcentibus quotidiè miraculis; Cortonienſes ciues, ob ſingularem in Dei ſeruum pietatem, ſacrum eius corpus tranſtulerunt ſolemni pompa intra ciuitatem, atque in Eccleſia cathedrali honorificè collocarunt. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conforminat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Min. ſanctit. illuſtr. apud prouinc. Tuſciæ Codex M S. Abbat. ſan. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. chronic. Minor. lib. 1. cap. 7. & 8. Gonzaga part. 1. Orig. ſeraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. ſeraph. Algezira In Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Marianus lib. 2. cap. 13. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad an. 1211. §. 6. & 9. an 1214. §. 13. 1215. §. 3. & 1250. §. 4. ac ſeq. qui ait. obiiſſe die 12. Maij Bzouius tom. 13. ad an. 1233. §. 26. Ferrarius verò, in Noua Topagraphia ad Martyrolog. Roman. tum in Notis ad ſuum Catalogum Sanctor. agit de eo 12. Iunij: vultque ipſo die recitari officium diuinum de illo, in Eccleſia Cortonenſi, ex Gregorij XIII. conceſſione. Cur autem id fiat, vide infra, ad 12. Iunij.

§. 4. *B. Antonij, confeſſ.* [c]) Cognominatur *à Landa*, ceu. *Ganacijs*. Laicus profeſſus, qui tanta extitit ſanctitate præditus, vt hora fœlicis illius tranſitus, fratres audierint Angelos canentes, & cum iubilo animam eius ad paradiſi gaudia deducentes. Primus patrum illorum fuit, qui ſtatum Obſeruantiæ ad amuſſim ſeruauerunt. Iacet apud S. Ioannem, extra Laudenſem vrbem in Prouincia Mediolanenſi: vbi plura à Deo conſecuti ſunt beneficia, qui huius ſancti patrocinia ex animo implorarunt. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. libr. 7. cap. 64. Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu Nouarienſi, qui eſt 4. Prouinciæ Mediolanſ. in cuius Eccleſia corpus illius aſſeruatur: fortè illuc tranſlatum, cùm ille præfatus Conuentus S. Ioannis ſolo æquaretur. Wadingho, Tom. 5. ſup. ad an 1432. §. 30. & 1444. §. 65. item Tom. 6. ann. 1455. quo obiit. Hac die, §. 93. ex Mariano libr. 5. cap. 29.

§. 5. *Beati Angeli Confeſſ.*] Ex nobili *Bonſia* exortus; fuit vitæ Innocentiſſimæ, Immaculatæ puritatis, candidæ mentis, & corpore ſpecioſi, Ptiſi moleſta adoleſcens infectus, morti propinquus occinere cœpit Hymnum, *Te Deum laudamus*: repetenſque illa verba: *Sanctus, ſanctus, &c.* dulciter in Domino obdormiuit, adhuc clericus, in conuentu S. ſaluatoris, Florentiæ anno. 1500. hac die. Marianus in Chronic. Prouinciæ Tuſciæ fratrum Minor. & Wadinghus Tom. 7. ſup. ad ann. 1500. §. 16.

§. 6. *Beata Lucia Virginis.* [c]) Fundatrix extitit inclyta monaſterij S. Claræ virg. Nurſiæ, ſub tertia regula Pœnitentium D. Franciſci: vbi & Chriſto ſponſo meruit famulari: quæ vitæ perfectione celebris, miraculis quoque reſplenduit. Cuius ſacrum corpus ibidem ſepultum, maxima in veneratione à fidelibus habetur. Florebat circa an. 1530. illius meminerunt, Gonzaga 2. part. ſup. in præfato monaſterio, quod eſt 17. prouinc. S. Franciſci. Barezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 2. cap. 54. Valerianus de S S. Fœminis Ordin. Minor. li. 4. c. 30.

IDIBVS IANVARII.

IN Ægypto, Beati [a] Ioannis Martyris; qui dùm à Legatione Apoſtolica, ex Æthiopia, Hieroſolymam rediret, à Sarracenis interfectus eſt. Ripaliæ in territorio Lauſanæ [b] Beati Amadei, genere, & virtutibus Illuſtriſſimi: qui Cardinalis Epiſcopus Sabinus factus, & Legatus Apoſtolicus perpetuò creatus: ſed his omnibus dignitatibus à ſe prorsùs abdicatis, ad vitam heremiticam ſub habitu, & inſtituto tertij ordinis S. Franciſci reuerſus, ſanctiſſimè deceſſit, miraculis conſpicuus. In oppido Morlupo, decimoquarto ab vrbe Roma milliari. Beati Sancti [c] Confeſſoris, concionatoris eximij; qui prophetiæ dono, caſtitate, humilitate ac miro ſpiritus feruore præclarus extitit. Placentiæ, Beatæ Baptiſtæ [d] Virginis, Tertiariæ; quæ bonorum operum meritis pręclara, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino. Palmæ in Territorio Cordubenſi, Beatæ Catharinæ [e] à Regibus, Virginis: quæ carnis mortificationi iugiter intenta, ſpiritu ferebatur in cœlum.

IANVARII XIII.

§. 1. BEati *Ioannis Martyris.* [a]) Calaber erat natione; cuius illuſtre martyrium deſcribit Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. chronic. Minor. lib. 6. cap. 39. ſub an. 1483. Sciendum igitur, quòd Sixtus IV. Papa, Fratrem Franciſcum Sagarum, Hiſpanum, Ordinis Minor. vnà cum quibuſdam aliis eiuſdem inſtituti alumnis; ablegauit in Ethiopiam ad Preſte-Ioannem, Abyſſinorum Imperatorem, pro nonnullis vrgentibus negotiis peragendis: qui confeſtim mare traijciens vſque Memphim, ſeu Cayrum peruenit: ſed dùm exindè iter proſequi incipit, tanta detentus eſt infirmitate, vt cœptum iter haud prorogare quiuerit. Quare datis litteris Apoſtolicis cum omnimoda authoritate, inſtructioneque rerum agendarum,

fratri

fratri Ioanni, eius fideliſſimo ſocio: Italiam regreſſus eſt. At præfatus B. Ioannes, cognomento *Calaber*, viam Æthiopiæ agreſſus, poſtquam menſibus vndecim peragraſſet, in terram tandem prædicti Monarchiæ aduenit: vbi, audita eius morte, Legationem ſuam minimè perfecit: ſed recto tramite Hieroſolymam repetiit. Quo in itinere ab infidelibus interceptus, feraliterque ſauciatus, martyrium, pro Chriſti nomine, maxima cum patientia, compleuit. Thomas Boſius, vult ipſum Hieroſolymis occiſum fuiſſe à Sarracenis ſub an. 1482. lib. 7. cap. 3. ſecul. 15. tom. 1. de ſignis Eccleſ. Salazar verò apud Cayrum: lib. 2. Chronic. prouinc. Caſtellæ. cap. 12. De eo Preſto Ioanne, Abyſſinorum monarcha, lege diuerſas lectiones Antonij Verdieri, lib. 2. cap. 1. vbi nonnulla ſunt obſeruatione digna.

§. 2. *Beati Amadei Epiſcopi & Confeſſ.* [b]] Tædio humanarum rerum affectus, & ſolitudinis quiete allectus, animæque excolendæ totus intentus: ſibi decreuit à turbis ſeceſſum, tranſlato in Ludouicum filium principatus regimine; paucis ſibi reſeruatis: ſicque Eremiticæ vitæ genus quoddam ſibi ac ſocijs conſtituit. Omnes equeſtris Ordinis Milites olim fuerant: quare in ipſa ſæcularis habitus mutatione, ſub *Amadeo* Duce, modò *Ieſu Chriſti milites*: vt qui eo vſque ſæculo, nunc ſaniori conſilio, Ieſu Chriſto militare decreuerunt: modò, & conſtantiori appellatione, *S. Mauritij milites*, ab Eccleſia vicina à ſe recèns extructa, & loco incolatus, appellari voluerunt. Veſtis omnibus erat talaris, è panno rudiore, & Villoſo, cinericij coloris: ſub hac itaque vitæ norma, & inſtituto Pœnitentium, ac habitu Tertij Ordinis S. Franciſci delituit, in Eremo Ripaliæ propè lacum Lemanum, annis quinque: videlicet, à fine an. 1434. vſque ad finem ann. 1439. quo Baſileenſes Patres Eugenio 4. vero Pontifici aduerſantes, hunc ſibi Papam, nonis Nouembris, ſub *Fœlicis. 5.* nomine delegerunt: qua dignitate potitus eſt annis nouem, menſibus ſex, diebus ſeptem: ſed tandem poſt longas moleſtaſque altercationes, & pernicioſam Eccleſiæ ſciſſuram, Anno 1449. tertio idus Maij, depoſito faſtu, ſchiſma omninò extinxit: cuius concordiæ præcipuus author extitit, poſt alios, Carolus 7. Gallorum Rex Chriſtianiſſimus. Demùm ille mundi pertæſus, ad priſtinam redijt ſolitudinem; vbi diuinis meditationibus, pijſque actionibus iugiter intentus, reliquam vitam peregit ſanctiſſimam. Lauſanis deceſſit idibus Ianuarij an. 1451. (Iuxta nouum calculum) honorifico conditus ſepulchro Ripaliæ; miraculis poſt obitum clarus: dein ab hæreticis violatus, ſub Emanuele Philiberto, Taurinum ad S. Ioannis transfertur. ita referunt. Domeſticus Hiſtoricus; Amadeus pacificus dictus: Gobellinus in commentar. lib. 7. Blondus Decad. 3. lib. 10. & Decad. 4. libr. 1. Boterus in Amadeo 8. lib. 3. Maſſonus in Amadeo 7. Concilium Baſileenſ. ſeſſion. 39. & 40. Æneas ſyluius, Epiſtol. ad Ioannem Segouienſ. Lambertus Vanderbarchius, in Amadeo 8. Author hiſtoriæ Ioannis 2. Regis Caſtellæ. Petrus Mexia in Cæſaribus ſub Alberto. 2. Marianus lib. 5. cap. 24. Panuinus in Fœlice 5. Gallia purpurata lib. 4. Ibid. Pingonus part. 2. de Iubileo. Wadinghus Tom. 5. Annal. Minor. ad an. 1439. §. 1. & 1449. §. 1. 2. & ſeq. quibus luculenter diluit, quæ his vtcumque aduerſari videbantur.

§. 3. *Beati Sancti, Confeſſ.* [c]] A Ripa Tranſone, ſiue Cupramontana, vrbe Vmbrica, vbi ortum habuit an. 1550. denominatus eſt, à pueritia deuotioni & litteris intentus, breui tempore valdè in eis profecit. Anno ætatis ſuæ 17. habitum ſeraphicæ Religionis induit apud Conuentum S. Franciſci Maſſæ, prouinciæ Marchiæ; cui & nomen mutatum eſt: vocabatur antea Olyuerius, ſed ex tunc cælitùs nũcupatus eſt Frater Sanctus, in præſagio futuræ ſanctitatis. Facta profeſſione Philoſophiæ, ac Theologiæ egregiè operam dedit: vndè poſtea optimus concionator euaſit. Quarè paulò poſt Guardianus, ac Confeſſor monialium, in præfata ciuitate Cupramontana inſtituitur: At ſtrictioris puriorisque regularis Obſeruantiæ deſiderio flagrans, auctoritate illuſtriſſimi Cardinalis Protectoris, Romæ inter Patres Reformatos receptus eſt: ac miſſus in Conuentum S. Franciſci Nazani, prouinciæ Romanæ, ibi perfectionis viam aggreſſus, ſtuduit humilitati, paupertati, obedientiæ, cæteriſque ſpiritualibus exercitijs; mortificationi carnis iugiter intendens: corpus ſuum diſciplinis vſque ad effuſionem ſanguinis, caſtigabat: ſobriè cibum ſumebat, & non niſi ad neceſſitatem, cilicio carnem domabat, ſex Quadrageſimas per annum ieiunabat. In ſomno parcus (puritate interiori delectabatur) infirmis compatiebatur, omnium ſaluti ſuccurrebat: concionibus, confeſſionibus, ſalutaribus exemplis, ac feruentiſſimis monitis cunctos inducens ad pœnitentiam.

Poſtquam duos annos egiſſet Nazani, placuit R. Patri Cuſtodi, Romam illum mittere in Conuentum S. Franciſci trans-Tyberim, vt ſuo exemplo, plurium vtilitati adeſſet: quòd ſanè fratribus reliquis, magnæ occaſio extitit conſolationis in Domino. Nam, ſi quem moleſtia animi afflictum, aut tentatione vexatum, vel aliquo modo turbatum, cerneret, confeſtim ipſum tanta affabilitate, pietate, charitateque alloquebatur, vt nuſquam ab eo diſcederet, quin priùs pacatum, conſolatumque reddidiſſet. Tepidos ac deſidioſos excitabat ad feruorem; ſimplices hortabatur ad orationem, perfectiores ad cautelam. Vir patientiſſimus erat: & ingenti manſuetudine præditus. Magna enim pertulit aduerſa, cùm ab illuſtriſſimo Cardinale Matthæo, Ordinis Protectore, deſtinatus eſt Commiſſarius pro Reformatis prouinciæ Marchiæ, ad Capitulum prouinciale Æſio celebratum: quæ omnia miti ac conſtanti animo fortiter ſuſtulit pro Chriſti amore: vberes fructus exindè reportans ex reformationis incremento, & perfectionis ſtatus feruore concepto. Romam reuerſus, velut ſplendidiſſimũ iubar radios virtutis amplioris emiſit, orationi inſtanter vacabat; meditationi frequens atque contemplationi vitæ ac paſſionis Chriſti & dolorum ſacræ Virg. Deiparæ illuſtrationibus diuinis replebatur, & cœleſtibus viſitationibus conſolabatur; videlicet Chriſti Ieſu; B. genitricis Dei Mariæ; S. Ioannis Baptiſtæ; SS. Apoſtolorum Petri & Pauli: D. Ioannis Euangeliſtæ; ſeraphici Patris S. Franciſci; B. Stephani Molinæ; aliorumque quàm plurimorum ſanctorum. §. 4.

Spiritu prophetico etiam claruit: terribilis erat §. 5.
Dæmonibus, qui tamen ſemper eum conabantur tentationibus deijcere, vel ſpectris deterrere, vel minacibus figuris affligere: caſtiſſimus erat, vndè nec mulieribus ſolus loquebatur, niſi in confeſſione: quotidiè celebrabat Miſſæ ſacrificium, præuia confeſſione ſacramentali; acediam maximè deuitabat, quare iugiter occupatus erat. Maximo cum feruore concionabatur: & ſine fructu nuſquam. Igitur tot laboribus exantlatis pro Chriſti amore, animarumque ſalute: decidit in lectum, prima die Ianuarij: pleuritide depreſſus, apud conuentum S. Mariæ ſecundæ

Digitized by Google

Morlupi prouinc. Romanæ, vbi cernens vitæ finem ſibi imminere, ſacramenta piè petijt, ſuſcepitque; quibus peractis, obdormiuit in Domino, die 13. Ianuarij anno Christi 1595. ætatis ſuæ 45. eius corpus ſacrum 4. diebus inſepultum iacuit, ob fidelium deuotionem, illud piè venerari, oſculari, ſeu tangere cupientium: quo tempore; nec corpus malè olere compertum eſt: nec gloria animæ illius omnibus abſconſa eſt, ſed quibuſdam patefacta. Poſtea corpus eius honorifico ſepulchro marmoreo, conditum eſt in latere dextro maioris altaris: illius effigies in ænea lamina exarata eſt, cum hac inſcriptione. *Frater ſanctus à Ripa Tranſone Ord. Minor. de Obſeruantia Reformatorum. Obijt anno Domini 1595.* In cuius Epitaphio hi habentur verſus.

Nomen habet ſanctus, ſunt hæc præſagia rerum
Maxima, & hoc nomen grandius omen habet.
Trans omnem ripam ſancto de nomine dictus,
Creditur in cœlis nunc habitare pius.

Eius egregia facta deſcripta ſunt à patre Bonifacio Boni-belli, in ſua chronic. Patrum Reformator. prouinc. Romanæ: & ex eo Barezzus part. 4. chronic. Minor. lib. 10. cap. 8. vſque 16. ac R. pater Carolus Rapinæus hiſtor. general. Recollector. decad. 9. part. 2. §. 1. Poireus tract. 3. triplic. coronæ Virg. cap. 6. §. 4. numero 9. Marianus libr. 5. cap. 56. chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformator. Gonoinus in chronic. SS. Deiparæ ſæcul. 15. ad ann. 1595. De Balinghen. in Appendic. ad Calendarium Virg. Mariæ eod. anno hac die.

§. 5. *Beata Baptiſta, Virgin.* [d]] Florebat anno 1515. vitamque finiuit Placentiæ apud monaſterium S. Mariæ Magdalenæ, quod eſt 5. Prouinc. Bononienſ. de qua Gonzaga ibid. part. 2. Origin. Seraphic. Religion. id refert: *In honeſto huius Eccleſiæ loculo, Beatæ ſororis Baptiſtæ corpus ſuauiſſimè redolens, omninoque integrum requieſcit. Cuius Indicem ſorores diligentiſſimè ſeruant.* In ſacriſtia autem illud magna deuotione cuſtodiri atteſtantur Barezzus ſup. lib. 1. cap. 30. ſub. an. 1519. & Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 6. Wadinghus Tom. 5. ſup. an. 1430. §. 52.

§. 6. *Beata Catharina Virg.* [e]] Tanta erat eius pœnitentia; vt cilicium ſemper detulerit, & graui cathena ferrea, veluti ſtricto vinculo circumligata, carnem ſuam rebellem ſpiritui ſubiecerit. Cùm autem ſemel culinæ vacaret, extra ſe rapta eſt in extaſim, atque eleuata à terra in altum, magno cum ſplendore. Obiit non ſine ingenti opinione ſanctitatis, apud Monaſterium Palmenſe, quod eſt 2. prouinc. Angelor. teſte Daça 4. part. chronic. Minor. lib. 3. cap. vltim. ad ann. 1575. quo ipſa claruit: Wadingh. Tom. 7. ſup. ad ann. 1449. §. 39.

DECIMO-NONO CALENDAS FEBRVARII.

FEſtiuitas [a] ſanctiſſimi & glorioſiſſimi nominis Ieſu; quo Saluator mundi vocatus eſt ab Angelo, priuſquàm in vtero immaculatæ Virginis conciperetur. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [b] Ioannis Gallenſis, Confeſſoris, Doctoris celeberrimi; qui eruditione ac pietate maximè refulſit. Apud Vtinum Fori-Iulii oppidum, in Patriarchatu Aquileienſi, Beati [c] Odorici, de Portu Naano, Confeſſoris; auſteritate, humilitate, ſcientia & oratione conſpicui: qui ſuis feruentiſſimis concionibus multa infidelium millia conuertit ad Chriſtum; & innumeris antè & poſt obitum illuſtratur miraculis. In Hiſpania, Beatæ [d] Gaudentiæ Virginis, Burgenſis monaſterii Abbatiſſæ, ſumma prudentia, religione, ac vitæ ſanctitate celebris.

IANVARII XIV.

§. 1. *FEſtiuitas, ſanctiſſ. & glorioſiſſ. Nominis Ieſu, &c.* [a]) Maxima deuotione colitur hæc ſolemnitas apud Fratres Minores, ab eo tempore, quo S. Bernardinus Senenſis, & B. Ioannes Capiſtranus, illud glorioſiſſimum nomen Ieſu, litteris aureis Gothicis exaratum in Tabula, Romæ, coram ſummis Pontificibus Martino V. & Eugenio IV. magnificè exaltarunt, prædicarunt, ſummèque venerandum probarunt: quidquid in contrarium aduerſarij oppoſuerint. Itaque examinanda veniunt quæ à ſancto Antonino deſcribuntur 3. part. chronic. titul. 24. cap. 5. §. 2. vbi de ſancto Bernardino agit, hiſce verbis. *Non ſolùm autem in Quadrageſima & diebus feſtis, more aliorum prædicatorum, verbum Dei populis annuntiabat: ſed multis annis continuauit quaſi quotidiè infra annum prædicare, miſſam priùs publicè celebrando. Cùm autem ex pia deuotione, quandam tabulam paruulam, in qua ſcriptum erat nomen Ieſu litteris aureis, circundatum quaſi radiis ſolaribus, ſed auro depictis, populo in prædicatione oſtenderet, vt veneraretur illud, ad imprimendum nomen illud melliſluum, & non minùs ſignificatum eius in cordibus audientium: Martynus verò Pontifex veritus, ne ex nouitate aliquid ſuperſtitioſum vel ſcandaloſum in Eccleſia ſuſcitaretur; de maturo conſilio ſapientum, viro Dei adſe vocato mandauit talem tabulam deinceps non oſtendendam populo, & ritum illum dimitti, quod vt filius obedientiæ humiliter adimpleuit.* Huius rei ſuperiùs clariùſque iam meminerat, dicens: *Eo tempore quidam fuit Ordinis Minorum Frater Bernardinus nomine, Senenſis natione, venerabilis vitæ & famæ præclaræ, egregius prædicator: quotidiè poſt miſſarum celebrationem populis prædicabat, diſcurrens per ciuitates & oppida Tuſciæ, & Lombardiæ, & Ducatus Spoletani. Et cum tanta gratia, vt Eccleſias & plateas audientibus impleret, & fructum plurimum Deo offerret, ex Verbi Dei ſemine per eum ſparſo. Hic quendam ſcilicet melliſluum adinuenit modum: vt creditur, pia intentione: vt ſcilicet melliſluum nomen Ieſu, quaſi obliteratum in cordibus fidelium incaleſceret. Nam pictum vel ſculptum in magna tabula ornata populo oſtenſum faciebat adorare. Hoc etſi ſimplicibus*

Digitized by Google

nem afferre, ſapientes arbitrabantur idololatriam, vel ſaltem ad ſuperſtitionem tendere; cùm populi magis venerarentur illas litteras, quàm ſignificatum per eas, ſcilicet Ieſum Chriſtum. Imitati ſunt eum aliqui prædicatores Ordinis minorum, tales tabulas cum illo nomine in proceſsionibus ferentes, & cruci, quæ de more ante fertur, præferentes. Hinc ortæ ſunt magnæ in populis contentiones, aliis factum commendantibus, aliis reprobantibus; cùm etiam aliqua ad exaltationem illius nominis prædicando Bernardinus proferret, quæ veritati non videbantur inniti. Demùm ad curiam Romanam citatus ſuper his fuit. Et Martinus Papa, habita priùs ſolemni per Magiſtros & Prælatos, diſcuſsione materiæ, & rationis adinuentione illa, vt ſuperſtitioſa & periculoſa oſtenſa; Martinus prohibuit illud ampliùs fieri, nec populis ſic oſtendi. Quod Bernardinus filius obedientiæ humiliter mandatum acceptauit, & integrè obſeruauit. Hæc ille titul. 22. cap. 7. §. 5. ſup.

§. 2. Quibus, imprimis, reſpondemus; hanc rixam exortam fuiſſe an. 1427. quando Viterbij & Senis, magno ſpiritus feruore, magnoque animarum fructu, ipſe ſanctus Bernardinus prædicans de Nomine Ieſu, déque eius veneratione: ſuperſtitionis, hæreſis, & idololatriæ inſimulatus eſt ab aduerſariis: quorum duo erant genera. Primum eorum, qui peccatis vitiiſque irretiti, vim concionum ipſius ſancti Bernardini haud poterant ampliùs ſufferre: eo quòd illorum deprauatos mores palam argueret: Alterum, quorundam prædicatorum, qui liuore inuidiæ frementes in ſanctum Bernardinum, ipſum ſummoperè æmulabantur; quòd ſuis concionibus totum ad ſe concitabat populum, ingenti omnium applauſu; ipſi verò inanes & vacui dimittebantur. Quare conuenientes in inuicem, falsò accuſarunt eum apud Sedem Apoſtolicam; vt ſic rationem ſuæ doctrinæ redderet: ſpeciem zeli fidei Catholicæ præ ſe ferentes. Ita Marcus Vlyſſiponenſ. Epiſcopus Syluienſis, part. 3. chronic. lib. 1. cap. 45. & 46. lib. 2. cap. 11. & lib. 3. cap. 34. Salazar. lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 13.

§. 3. Præcipuus autem fuit, quidam Manfredus Vercellenſis, Dominicanus, qui prædicans in partibus Lombardiæ, annuntiabat, neſcio quo ductus ſpiritu, Antichriſtum fore propinquum ſuo tempori; quem multi viri ac mulieres ſequebantur: quos Summus Pontifex Martinus V. voluit diſſoluere, ſed non valuit. Bononia Florentiam, deindè Romam venere, non ſine ingenti labore. Nam hæ fœminæ remanentes in magnis anguſtiis vitæ, quàmplures earum degebant vexatæ à dæmoniis. Sperabatur autem ab illis Manfredus præfatus Papa futurus, & Antichriſtus manifeſtandus, ſed ipſe Manfredus nimis credulus illarum viſionibus, Romæ obiit deluſus, ſub Eugenio IV. Sanctus igitur Bernardinus Manfredum inſaniæ arguens, cœpit verbo & ſcripto obiurgare ac condemnare totum illud opus: Manfredo interim ſeſe defendente, ac ipſum D. Bernardinum, eiuſque doctrinam in multis carpente ac ſuggillante. Verùm ipſe Manfredus paulò poſt, cum tota ſua ſecta condemnatur à Sede Apoſtolica; & periit. Ita Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 1. cap. 34. Ioannes Riocha lib. 4. Compend. tempor. cap. 20. de hæretic. Sanctus Antonin. 3. part. hiſtor. titul. 22. cap. 27. §. 8. qui propterea addit. *Vndè omnes qui voluerunt determinatum tempus aſsignare aduentus Antichriſti, vel finis mundi, reperti ſunt mendaces.* Titul. 20. cap. 2. in fin. Wadinghus. Tom. 5. ſup. ann. 1420. & 1427.

Hac occaſione exorta, tantum in ſe concitauit odium Sanctus Bernardinus, totque inimicorum nominis Ieſu laceſſitus eſt conuitiis: vt penè ab omnibus videretur deiectus. Sed ibat gaudens vir Dei à conſpectu illorum, quoniam dignus habitus eſt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Qua de re, Beatum Bernardinum de Buſtis audiamus, in ſuo Mariali part. 5. ſermon. 11. ſub fin. *Quid ergo dicemus de quibuſdam de quibus ſcripſit S. Bernardinus Epiſtolam manu propria cuidam Reuerendiſsimo Cardinali, Legato Bononienſi, ſe lamentans valdè & conquerens; quòd cùm ipſe multis ſudoribus Nomen Domini Ieſu, per totam Italiam diſcurrens, feciſſet, vt dignum erat, ab omnibus venerari; ipſi conſtitutiones quaſdam fecerunt, præcipientes confeſſoribus ſuis, ne aliquem in confeſſione audirent, qui hoc glorioſum nomen in domo ſua ſcriptum, vel depictum teneret; & quod crudelius & abominabilius eſt, cùm eorum conuerſi ad quærendum panem pergerent; clamabant in plateis, & ad portas domorum, alta voce; Foras Ieſu. Faciebantque ſibi portari ab eorum, non dicam deuotis, ſed complicibus, omnes Ieſus ſcriptos, & depictos, & cum maximo Ieſu Chriſti Domini noſtri vituperio, comburebant: in muris autem depictos, ſeu ſculptos, roſtris ferreis deuaſtabant;* &c. §. 4.

Fatemur igitur D. Bernardinum Senenſem, ſic à maleuolis falsò accuſatum, apud ſedem Apoſtolicam minùs comiter fuiſſe receptum à Martino V. Papa, imò ab eodem obiurgatum eſſe: quouſque veritas diffugatis latebris clariùs innoteſceret, & illius innocentia detecta appareret, quod paulò poſt euenit. Quare ipſe Martinus V. ac Eugenius IV. miris eum laudibus extulerunt, doctrinamque illius ſanam eſſe & probatam declararunt, nomenque Ieſu ſic graphicè depictum ab eo, de cætero geſtandum, ac populis adorandum permiſerunt. Itaque nec S. Bernardinus conticuit ſe à prædicatione nominis Ieſu, aut retractauit quæ prius edixerat in ipſius nominis honorem: prout ſatis ſupérque conſtat ex verbis præfati B. Bernardini de Buſtis. *Beatiſsimus* [inquit] *pater meus S. Bernardinus iſta duo ſigna per Italiam deportauit, & adorari atque venerari fecit, ſcilicet Nomen Ieſu & glorioſæ Virginis; propter quod nunquam fuit hæreticus, ſed fidei Chriſtianæ zelator præcipuus; nec de huius ſigni veneratione vnquam pœnituit, vt ſcribit homo quidam, ſed vſque ad mortem in ipſius adoratione perſeuerauit.* Hæc ille ſup. part. 12. ſerm. 1. part. 2. Sic Surius in vita ſancti Bernardini cap. 24. 26. 30. & 31. die 20. Maij. & ex eo Nigronus commentar. in Regul. commun. ſocietat. Ieſu in titul. part. 3. §. 53. §. 5.

Hoc tamen, licèt longiores ſimus, nobis prætermittendum non eſt. Quòd videlicet, cùm D. Bernardinus Bononiæ concionaretur apud S. Petronium, venerandum illud nomen Ieſu, litteris aureis tabellæ impreſſum, ſummo altari affigi iuſſit. Quamobrem à quibuſdam calumniatoribus accuſatus, apud Eugenium IV. huiuſmodi factum viri Dei in ſummam eius laudem ceſſit. Interim verò quidam Beati patris æmulus, præfatam tabellam auferri, eiuſque loco Crucifixi imaginem, erigi iuſſit. Qui tamen ab eodem Pont. grauiter per Epiſtolam correptus, eam loco reſtituere, ac eiuſdem Crucifixi capiti affigere coactus eſt. Cuius quidem Epiſtolæ tranſumptum à tergo eiuſdem imaginis poſitum, vſque in hodiernum diem perſeuerat. Ipſa verò imago ſimul & tabella eiuſdem Pont. max. iuſſu, ex ſancti Petronij templo ad Conuentum D. Pauli de monte, iuxta Bono- §. 6.

Digitized by Google

niam, tranſlatæ fuerunt: quibus & hæ ſequentes litteræ ſunt ſuppoſitæ. *Hæc duo ſigna noſtræ ſalutis inſignia, imago Crucifixi & Nomen, in quo ſalui ſumus; debito honore à toto clero huius almæ ciuitatis Bononiæ, ab Eccleſia S. Petronij huc delata ſunt, iuſſu Eugenij* 4. *tunc temporis Pont. max.* Teſte Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 2. in præfato conuentu, qui eſt Prouinc. Bononienſ. quod & ego illic degens, ann. 1620. vidi, & pro pietate veneratus ſum. Quidni? cùm ſeraphicum patrem S. Franciſcum legamus mirè affectum fuiſſe erga id nomen. *Ipſum quoque Domini nomen* (inquit D. Bonauent.) *non ſolùm cogitatum, verùm etiam prolatum, & ſcriptum, reuerentia volens honorare præcipua, Fratribus perſuaſit aliquando, vt omnes ſchedulas ſcriptas, vbicumque repertas, colligerent, mundoque loco reponerent, ne fortè ſacrum illud nomen contingeret conculcari, &c.* Hæc ille. In vita S. Franciſci cap. 10. quem ſequuntur Franciſcus Coſterus, concion. Dominic. 13. poſt Pentecoſt. §. 10. & Lorinus tom. 2. commentar. in Pſalm. 98. verſ. 3. ſub fin.

§. 7. Itaque, quantò liuor & inuidia ſtuduerat nominis Ieſu deprimere honorem & gloriam: tantò magis eiuſdem nominis creuit reuerentia & cultus apud fideles, cuius rei gratia tot ſermones editi ſunt in lucem. Quin etiam feſtum particulare nomini Ieſu à Sede Apoſtolica inditum eſt, ad inſtantiam Fratrum Minorum: cuius officium proprium compoſuit ipſe ſanctus Bernardinus Senenſis: Deindè auxit B. Bernardinus de Buſtis, vti conſtat ex Marco Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 2. cap. 11. & Willoto. Athenar. orthodoxar. Franciſcan. verb. *Bernardinus.* Poſtremò nouum officium prodiit, ſedente Clemente VIII. Papa, ab eo mox approbatum, in cuius celebratione, conceſſit eaſdem indulgentias, quæ concedi ſolent Chriſti fidelibus, qui ſacris officiis interſunt, in feſto Corporis Chriſti, & per illius octauam: vt patet ex ipſius litteris Apoſtolicis. Reponitur itaque hocce feſtum inter propria feſta Ordinis Min. cuius rei fidem faciunt Breuiaria ac Miſſalia, noua & antiqua eiuſmodi Ordinis. Agit de eo Molanus in Additionibus & Annotat. ad Vſuardum XV. Ianuar. & lib. 3. de Imaginib. cap. 1. Vbi recenſet de nomine Ieſu ordinationem feſti & officij per Clementem VII. cum annotatione indulgentiar. ab eo conceſſarum an. 1530. Ferrarius. in Catalog. ſanctor. & Sauſſayus In Martyrolog. Gallican. hac die 14. Vide Emmanuel. Rodericum tom. 2. quæſt. Regul. quæſt. 68. art. Nicolaus de Torga, minorita, ſcripſit de adoratione nominis Ieſu, contra Petrum Vigmannum, monachum Vratiſlauienſem, teſte Gneſnero. Cur autem nomen Ieſu maiori cultu externo, quàm nomen Dei proſequamur: copiosè deſcribit Marinus Merſennus, Quæſtion. & Commentar. in Geneſim. cap. 1. verſ. 1. obiection. 26. in Reſponſ. ad dubium 19. pag. 664. Extat deſuper benedicto nomine Ieſu *Contemplationis ſpeculum.* ann. 1534. à quodam Minorita Tornacenſi compoſitum: quod Nicolas de S. Victore, Clericus Regularis dicauit Ioanni Abbati.

§. 8. *Beati Ioannis Gallenſis Confeſſoris.* [b]] Hic B. Ioannes Valeis, Gallenſis, ſeu Gualenſis, vel Wallenſis, Anglicana proles; non fortuito, aut leuiter, ſed ex vitæ merito: quodque frugiferæ arboris in morem, vberes fructus, vitam tum largientes tum conſeruantes produceret, celebre hoc nomen attigit: vt *Arbor vitæ* paſſim appellaretur. Diuinis ſcripturis fuit eruditiſſimus: ob idque multo tempore ſacram Theologiam docuit in Gymnaſio Pariſienſi; & multa præclara opuſcula edidit: quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria tranſmiſit. Religioſus fuit deuotiſſimus, pietate, oratione, ſcientia & ſuauitate eloquij inſignis. In fine humanæ vitæ conſtitutus: cùm diu ſine loquela permanſiſſet, cœpit lætus dicere: *Ad patriam pergo*: & ita obdormiuit in Domino Pariſiis ſepultus: in cuius tumba, arbor exaratur. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de viris Franciſcan. doctrina illuſtr. item part. 4. circa fin. Sanctum eum appellans. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſ. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 12. §. 1. Gonzaga part. 1. Origin. ſeraphic. Relig. in viris huius Ordinis ſcientia illuſt. Item in BB. Fratrib. Min. ſanctitate inſignib. ac in conuentu Pariſienſi. Middendor-Pius lib. 2. Academ. in Pariſienſi. Bergomas. In ſupplemento Chronic. ad ann. 1276. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Picquet. ſup. Willotus Athenarum orthodox. Franciſc. litter. I. floruit an. 1270. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. ſeraph. Gneſnerus in Biblioth. Wadinghus tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1270. §. 36. Item. Tom. 3. ann. 1302. §. 10. & 1316. §. 9. ex Harpsfeldio. ſæcul. 13. cap. 23. Hiſtor. Eccleſ. Angliæ. Galterus in tabula Chronograph. ſæcul. 13. in ſcriptor. ſacris ex Coccio. Scripſit Ordinarium vitæ Religioſæ & Summam collectionum, ſeu Communiloquium: quæ MSS. habentur in Bibliothec. San. Victor. Pariſ. LL. 13. & 15.

Beati Odorici, de Portu Naano, Confeſſ. [c]] Vocatur B. Ludouicus Odericus, ſeu Odoricus, Forliuienſis; ſiue Forlicienſis; quia de Portu Naano, oppido Foroliuij oriundus erat. Iuuenis Ordinem minorum intrauit, in quo tanto ſpiritus feruore accenſus eſt, vt quotidiè virtutibus, & donis cæleſtibus proficeret. Subuculam ferream iugiter ferebat ac carnem, corpus continuè edomabat: vigebat in eo ſummæ abſtinentiæ vis, pane ſolo & aqua in ſua refectione contentus. Solo ac vnico habitu veſtiebatur, orationi feruentiſſimè incumbebat, humilitatem ita colebat, vt prælaturæ munus haud vnquam voluerit exercere, magis optans obedire quàm præeſſe; vt autem pœnitentiæ ac contemplationi faciliùs operam daret, loca ſolitaria, ex licentia Superiorum, inhabitabat. §. 9.

Cùm igitur pluribus annis id vitæ genus duxiſſet: martyrij deſiderio flagrauit, & præclara ſanctitate effulſit. Vir etiam eruditus erat, ac deuotus, & diuini verbi prædicator egregius: quare, cùm iam in Ordine in omni ſanctitate creuiſſet & miraculis: peregrinationem longinquiſſimam ob feruentiſſimum Chriſti amorem aſſumens, Aſiam & Indiam, & maiorem partem orbis terrarum prædicationis ac fidei zelo; euangelizando, peruagatus eſt, vt plures ad Chriſti fidem traheret, Nam & multos ab iniquitate ad ſemitam iuſtitiæ conuertit; & per ſpatium 17. annorum, quibus profectionem ſuam confecit, viginti-millia infidelium ſacro fonte Baptiſmatis regenerauit: quos optimis moribus, atque ſanctiſſimis documentis inſtruxit, & miraculis ingentibus confirmauit. §. 10.

His expletis, Italiam reuerſus eſt, vt exindè nouos colonos ablegaret in Orientem, ad nouam Chriſtianitatem excolendam; ſed aliter Deo diſponente Piſis, acuta continuaque febre afficitur: cui tunc apparuit ſeraphicus Pater S. Franciſcus, iubens, vt Vtinum verſus acceleraret iter eò quòd illic mortem obiret. §. 11.

Digitized by Google

obiret. Qui tanti Patris mandato obtemperans, Vtinum proficiſcitur; & ſacramentis Eccleſiæ pia deuotione ſuſceptis, apud Conuentum Vtinenſem, fœliciter obdormiuit in Domino, an. 1331. in craſtino octauæ Epiphaniæ, feria 2. hora tertia, anima autem cœlos penetrante, corpus materno gremio excipitur, oſtentis ſanctitatem confirmantibus; quam & hoc carmine Hieronymus Montenianus Vtinenſis celebrauit.

Qui tibi vota canunt, ægrotis redde ſalutem:
Si qua pericla tuis, impiger affer opem.
Sit procul à nobis crimen quodcunque nefandum:
Quilibet exoptet nil niſi grata Deo.
Da pater iſtius conſeruatoribus ædis
Sacra, quod valeant omnia ritè geri.
Deuotis ſolitum præſtes Odorice fauorem:
Seruetur per te Monteniana domus.

§. 12. Multa ſcripſit opuſcula, ingenij quidem ſui monimenta: quorum ſeries apud probos authores reperitur. Miraculis autem, tùm in vita, tùm in morte, ac poſt obitum adeò coruſcauit: vt propterea in Patriarchatu Aquileienſi ſit inter ſanctos relatus, de eoque ſit publicè feſtum magna cum ſolemnitate. Plures eius præclara facinora commemorant ac deſcribunt. B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. Minor. prouinc. D. Antonij. ſanctitat. illuſtr. Codex. MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. chronic. lib. 8. cap. 18. 19. & 20. ex Mariano lib. 4. cap. 9. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſ. Gonzaga part. 1. Orig. ſeraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Wilotus Athenarum orthodoxar. Franciſcan. littera O. Toſſinianus libr. 1. hiſtor. ſeraph. & lib. 2. Wadinghus to. 2. annal. Minor. ad ann. 1279. §. 30. & tom. 3. an. 1305. §. 9. 1331. §. 13. & ſeq. Guillelmus de Solanga, Patauinus, edidit peregrinationem B. Oderici Naaonenſis: Gallicè poſtea tranſlata eſt ann. 1351. per F. Ioannem Longum Yprenſem, Monachum S. Bertini apud S. Audomarum: Extat Rothomagi MS. In folio, penes. D. Ioan. Bigot, virum nobilem, in curia ſubſidiorum Normaniæ conſiliariorum Decanum. De eo præterea agunt, Platus lib. 2. de bono ſtat. relig. cap. 30. Faſciculus tempor. ad ann. 1344. Gneſnerus in Bibliothec. Simlerus ibid. in epitom. Picquetus in cathalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Sedulius commentar. in vit. S. Franciſc. cap. 3. §. 8. Grauina 2. part. *vocis turturis* cap. 13. Poſſeuinus ſup. Bzouius. Tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1331. §. 14. & ann. 1332. §. 14.

Beata Gaudentia Virginis, &c. [d]) Dicta eſt Gaudentia, ceu Gaudegia, vel Gaudioſa: cœnobij S. Claræ oppidi Tordeſyllarum, ad amnis Durriæ fluenta, Palentinæ Diœceſis, alumna. Scribit Gonzaga part. 3. ſup. in præfato monaſterio: quod eſt primum prouinciæ Conceptionis Deiparæ, apud regnum Caſtellæ] hanc ſummæ ſanctitatis atque prudentiæ ſororem fuiſſe: & ſanctam paſſim, ob eximias eius virtutes, ab omnibus appellatam, quæ ad Burgenſe Clariſſarum monaſterium, vt ei præeſſet, hinc tranſlata extitit, atque plurimis nautis in mari periclitantibus, tum in vita, tum quoque in morte, opportunè apparuit. Eadem habet Barezzus 4. part. chronic. Minor. libr. 4. cap. 43. viuebat circa ann. 1525. Valerianus lib. 4. de BB. fœmin. Ordin. Minor. cap. 42. Wadinghus Tom. 4. ſup. ann. 1365. §. 12. §. 13.

DECIMO-OCTAVO CALENDAS FEBRVARII.

Apud Caſtrum Plebis in Hethruria, Beati [a] Iacobi, Tertiarij, Martyris. Apud Indiam Occidentalem, in Prouincia Guaxacatlana, Beati [b] Franciſci Laurentij, Guardiani Conuentus Izatlanici Martyris: qui cùm innumeras Indiæ gentes, vitæ admirabili exemplo, atque feruentiſſimis verbi diuini concionibus, ſuaui iugo Chriſti ſubdidiſſet; ab infidelibus Iocotecanis Indis, ferrea claua in capite percuſſus, victor ad cœlos migrauit: vnà cum Beato Ioanne, eius ſocio, qui eodem mortis genere, pro Chriſto, martyrij coronam accepit. In Vartha oppido Poloniæ, Beati [c] Melchiſedech, Confeſſoris; qui ſanctiſſimæ paupertatis, & obſeruantiæ regularis cultor exiſtens, diem ſui obitus longè anteà reſcire meruit à Deo. In territorio Palentino, Beatæ [d] Mentiæ Virginis; prudentia & deuotione inſignis. Mediolani, Beatæ Beatricis, Virginis.

IANVARII XV.

§. 1. *Beati Iacobi. Martyr.* [a]] Martyrium ſubiit pro defenſo iure Eccleſiæ, hac die, anno 1304. cùm eſſet ſacerdos, ac tertij Ordinis alumnus: ita Marianus libr. 2. cap. 23. & lib. 4. cap. 1. ex legenda MS. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. chronic. Minor. lib. 6. cap. 29. §. 1. & part. 1. lib. 9. cap. 25. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris Tertiariis Franciſcan. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1242. §. 21. & tom. 3. ad an 1304. §. 1. 2. 3. 4. quidquid in contrarium dicat Ferrarius in Cathalog. ſanctor. 7. Iulij. Ex annal. Archangeli Gianij, centur. 3. an. 1312. lib. 2. cap. 17. Cognominatus erat *Lauderus*; ſeu Nauda. eumdemque eſſe arbitror cum B. Iacobo à Lauda, Sacerdote, Tertiario de quo infra 20. April.

BB. Martyrum Franciſci Laurentij, & Ioannis. [b]] §. 2. B. Franciſcus Laurentius, Granatæ in Hiſpania nobilibus natus, anno ætatis ſuę 18. religionem Seraphici P. ingreditur: cùm antea illius parentes à ſancto propoſito eum dimouere conati eſſent. Tranſactis verò aliquibus annis, quibus in prouincia Granatenſi deuotè ac laudabiliter vixit, zelo animarum ductus ad nouæ Hiſpaniæ Indos proficiſcitur; multaque incommoda & pericula in itinere paſſus eſt: quippe, qui nudatis pedibus per aſpera loca, à variis peracutiſque beſtiolarum aculeis, diu noctuque grauiſſimè vexatus ſit, locaque terribilia viſu, atque tranſitu difficillima penetrauerit. Neque interim hyemali tempore, ſpiritu feruens, aut quieſcere, aut labi, vel tempo-

Digitized by Google

porum iniuriæ, aut etiam difficultati cedere vnquam ſolebat, fide, & inſatiabili humanæ ſalutis deſiderio, hæc omnia ſuperans; vt æterna hominibus ſubminiſtraret. Hinc ſua prædicatione, ſuiſque exemplaris vitæ perſpicuis moribus, in conuerſione Infidelium vberrimos retulit fructus; improboſque eorum ritus, prophana ſacrificia, ac templa, & idola execrans, deſtruxit, Eccleſias, altaria, piaſque imagines erexit, & Chriſtianos politicoſque ritus introduxit. In ipſo autem diuino opere (quia virtute animi ſobrius, auſterus, fortis ac ſtrenuus extabat) intolerabiles corporis afflictiones, aduerſaque plurima; vti famem, ſitim, frigus, calores, labores, laſſitudines, aliaque huiuſmodi facilè perferebat. Feruidus erat in oratione, præſertim nocturno tempore, quo per horam & dimidiam, preces ad Deum mente deuotiſſima effundere aſſueuerat: idque nec itineris defatigatione, neque alterius cuiuſuis incommodi exceptione, vnquam prætermiſit. Feſſis præterea artubus, in campis, vel ſuper ſtratos arborum ramos, aut ſuper nudam humum, idque ſatis parcè, quietem perpetuo conceſſit. Eccleſias ac etiam monaſteria variis in locis, & nationibus, ædificari curauit. Gymnaſia quoque inſtituit, in quibus totius prouinciæ Indorum pueros, Fratres Minores doctrinam Chriſtianam edocerent: vt patet. Izatlanæ, Guaxacatlanæ, Texoguinæ: Cacoatnelæ, Vanderæ, Amaxotæ, Coronatæ, &c.

§. 3. Cùm eſſet Guardianus conuentus Izatlanici, Cacalotnanicos Indos, prouinciamque Guaxacatlanam inuiſurus, vt fideles inibi degentes confirmaret, deuoto quodam fratre Ioanne ſibi in ſocium aſſumpto; illuc profectus eſt. Vbi itaque eò primùm appulit; hilari vultu, atque humaniſſimo hoſpitio ab eis excipitur. Sequenti verò nocte, Indi propinquioris Pagi accolæ (ij Iocotecanes appellabantur) in Chriſtianos Indos irruentes; [cùm catholicæ fidei ſupra modum inimicarentur) eorum ſeptemdecim truculentiſſimè interfecerunt. Quo tumultu excitatus à ſomno Chriſti miles Franciſcus, accenſa candela, ante Dei altare deuotè genuflexus, ſeſe martyrum Regi Chriſto obnixè commendare cœpit. Sed dùm pius eius ſocius Frater Ioannes, ſimili modo ad altare confugeret, ab impiis inuaditur; atque in Eccleſiæ valuis, ferreis baculis atrociter interimitur. Eoque extincto interiora Eccleſiæ penetrantes, ſeruum Dei Franciſcum, Crucifixi imaginem manu tenentem, belluino furore adoriuntur, atque venerabile eius caput tam graui ictu, ferreo fuſte percutiunt: vt penitùs occiſus ſit. Poſtridiè verò Hiſpani ab Indis Chriſtianis moniti, ſuperuenientes, vtriuſque martyris corpus indè ablatum, ad Izatlanicum conuentum deferendum, inſuper & honeſtiſſimo loco recondendum curarunt: qui & paulò poſt tantum facinus condigna vltione vindicarunt. Florebant circa an. 1560. De his copioſè agunt Gonzaga 1. part. Origin. ſeraph. relig. vbi de BB. huiuſce Ordinis fratribus apud Indos Occidentales martyrio pro Chriſti fide, coronatis. Item part. 4. in conuentu Izatlanico, qui eſt 24. prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus part. 4. chronic. Minor. lib. 4. cap. 1. vſque 13. Daça. Ibid. lib. 2. cap. 15. & ſeq. Rapinæus hiſtor. general. Recollector. decad. 7. part. §. 1. poſt Marcum Vlyſſiponenſ. 3. part. chronic. Minor. lib. 9. cap. 52. Boſium de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 16. Marianus lib. 3. cap. 6. 7. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſt. catholic. pag. 366. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Grauina 2. part. cap. 24. In *voce Turturis.*

Beatæ Melchiſedech, confeſſoris. [c]) Varthæ Conuentus extructus eſt an. 1480. *In quo* (inquit Gonzaga part. 2. ſup. vbi de eo Conuentu, qui eſt 13. Prouinc. Poloniæ.) *Paupertatis ſanctiſſimæ cultor, ac ſuæ Regulæ zelantiſſimus, Pater F. Melchiſedech, B. Patri Ioanni Capiſtrano contemporaneus, ac ſtrenuus collaborator, ſecundi aduentus Dominici diem ſub humili pauimento præſtolatur. Hic diem ſui obitus à Deo Optimo maximo, quem ſumma veneratione, ſummoque timore coluerat, reſcire meruit; maximumque deſiderium omnibus, tum fratribus, tum quoque ſæcularibus moriens reliquit.* Eadem refert Barezzus ſup. lib. 1. cap. 49. & wadinghus Tom. 6. ſup. ad ann. 1462. §. 79. & ann. 1468. §. 23. §. 4.

Beatæ Mentiæ, Virginis. [d]) Hæc B. Mentia Aualos nuncupabatur, Virgo prudentiſſima ac deuota: cui Crucifixi imago, quæ adhuc in eo monaſterio Dominæ noſtræ de conſolatione (apud oppidum Calabazanæ 4. millibus paſſuum à Palentia diſtans) perſeuerat, habeturque in maxima veneratione: loquuta eſt, atque huiuſmodi verba dixiſſe fertur: *Pium me vocas, ſum etenim; tibique pius ero.* Hæc Gonzaga 3. part. ſup. in præfato monaſterio, quod eſt 3. prouinc. Conceptionis in Caſtella. Barezzus lib. 3. cap. 41. ſup. Viuebat circa an. Chriſti 1480. Valerianus de BB. Fœminis Ord. Min. lib. 4. cap. 37. Wadinghus Tom. 1. ſup. ann. 1449. §. 54. §. 5.

Beatæ Beatricis Virg. [e]) Patria, Mediolanenſis erat & placens Deo, Angeli in eius tranſitu cecinerunt; *Gloria in Excelſis Deo*: Ita monimenta MSS. Prouinciæ Mediolanenſ. ac Monaſterij S. Apollinaris vbi quieſcit: & Vvadinghus Tom. 6. ad ann. 1471. §. 40. §. 5.

DECIMO-

DECIMO-SEPTIMO CALENDAS FEBRVARII.

MArrochij in Africa, paſſio Sanctorum Martyrum [a] Berardi, Petri, Accurſij, Adiuti, & Othonis: qui pro fidei Chriſtianæ libera prædicatione, ac Mahumeticæ ſuperſtitionis obiurgatione; primò vincula & carceres, opprobria, famem, ſitim, verbera ſæpiùs iterata, experti: ſale, aceto, ac feruenti oleo plagæ illorum circumfuſæ; tandem capitis detruncatione, martyrij coronam à Domino perceperunt. In Gallia, Beati [b] Petri, Confeſſoris; vitæ perfectione, atque Angelica puritate conſpicui. Corumniæ Gallœcorum, Beati [c] Anonymi, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli; miraculis clari. Morlupi, in Prouincia Romana, Beati [d] Morici Siculi, Confeſſoris: oratione, ac cœleſtium myſteriorum contemplatione ſpectabilis. Romæ, Beatæ [e] Ioannæ à Fœlicibus Tertiariæ; ſanctiſſimæ vitæ fœminæ.

IANVARII XVI.

§. 1. *SAnctorum Martyrum Berardi, &c.* [a]] Duo primi erant Sacerdotes: duo alij fratres laici, & vltimus preſbyter, ex Italia oriundi; quos ſeraphicus pater D. Franciſcus ann. 1219. in regnum Miramolini ablegauit: ſi fortè hunc Tyrannum Mahumeticæ legi deditum auertere, & ſuaui iugo Chriſti poſſent ſubmittere. Qui illuc profecti, & templum Maurorum ingreſſi, fidem Catholicam, cœperunt clara voce prædicare: quare magno impetu exindè repulſi, alapis & fuſtibus cæduntur. At, pro Chriſto animoſiores effecti, ad Regem accedunt, eique palam declarant legis ſpurcitias pſeudo-prophetæ Machometi, geſtaque eius abominanda: fidei verò Chriſtianæ puritatem: ſanctitatem, ac veritatem. Quibus ira inflammatus Rex à ſe expelli iuſſit, flagellari, & capite truncari: ſed à filio principe, humana quadam erga ipſos compaſſione ducto, mitigatus: protinùs, ſententiam mutauit, & in altam turrim præcepit eos detrudi. Illi autem ſtantes in ſummitate turris, altiori voce Chriſtum Deum verum tranſeuntibus prædicabant, falſam verò legem Mahumeticam eſſe: quod cùm innotuiſſet Regi, ſtatuit, vt in profundiorem carcerem recluderentur. Verùm Rex, capto cum ſuis conſilio, paulò poſt, Marrochiam iuſſit eos transfretare.

Illuc appulſi, Regem ſtatim conueniunt, cui con-
§. 2. ſtanti animo fidem Chriſti neceſſariam ad ſalutem annuntiantes, ab eo ſunt reiecti, & in plagas Chriſtianorum deducti: ſed iterum Marrochiam regreſſi, in tetrum carcerem coniiciuntur, mandauitque Rex viginti diebus eos eſſe ſine cibo & potu; ſed diuina fuerunt interim conſolatione refecti, deindè liberè dimiſſi, (poſt quædam miracula ab eis facta] iterum liberam Chriſti prædicationem adoriuntur: iterumque carceri mancipati pugnis & flagellis, opprobriis, ac ludibriis vexantur: deindè crudeliter cæſi, ſale & aceto, ac oleo feruenti, plagæ eorum perfricatæ ſunt. Demùm poſt multos & varios ipſorum cruciatus; ille Rex impiiſſimus, per medium frontis gladio manu propria interemit: eorumque corpora in ignem proiicienda præcepit: ſed ab igne nil læſa Chriſtiani clam abſtulerunt, & aromatibus condita, honorificè tumularunt. Paſſi ſunt autem anno Chriſti 1220. Pontificatus Honorij III anno 3. ſeu 4. ſecundùm alios. Sacræ eorum reliquiæ ab infante, Petro, Sanctij Portugalliæ Regis fratre vterino, exindè aſportatæ ſunt in Luſitaniam, apud Conymbricenſem vrbem & in Eccleſia ſanctæ Crucis reconditæ, thecis argenteis auro & gemmis exornatis incluſæ: quas maximis Deus glorificauit miraculis.

Relati ſunt hi à Sixto IV. Romano Pontifice; inter §. 3.
ſanctos martyres: extatque de ea re diploma, quod ita incipit: *Cùm aliàs animo reuolueremus.* Datum Romæ die 6. Auguſti anno 1481. Pontificatus ann. 10. horum illuſtre martyrij certamen habetur in vita eorum edita à fratre Ioanne Tiſerando, Minorita, Gallo, ſoluta oratione, quam poſtea Corbinus Gallico carmine lepidè cecinit lib. 2. ſanctæ Franciad. pag. 31. & ſeq. Item. lib. 3. pag. 43. & cæt. Brautius. in Martyrolog. Poëtico. Odoricus. Tom. 13. Annal. Eccleſ. Ann. 1219. §. 56. ex qua Surius, Doubletus. Lippelous Tom. 1. ac Theſaurus concionator. Tom. 2. Ianuarij die 16. Firmamentum trium Ordinum. Beatus Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. Diui Franciſci fructu 8. 11. parte ſecunda, vbi de Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtr. in Prouincia ſancti Iacobi Hiſpaniæ. Codex MS. Bibliothec. ſancti Victor. Pariſienſis. Ibid. Sanctus Antonin. tertia parte Chronic. titul. 24. cap. 3. initio & cap. 7. §. 1. Martyrologium Romanum decicimo ſexto Ianuarij. Baronius ibidem, in annotat. Moſander, & Haræus ead. die. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. chronic. Minor. libr. 4. à capite primo vſque ad 30. & part. 3. lib. 6. cap. 33. & 34. Hartmannus Schedel. in Chronico mundi. Genebrardus libr. quarto Chronograph. ad ann. 1215. Henricus Sedulius Commentar. ad vitam horum martyrum. Gonzaga de Origine ſeraphicæ Religionis, part. 1. in Sanctis viris huiuſce Ordinis. item part. 3. in Conuentu ſecundo & decimo Prouinciæ Portugalliæ. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. ſeraph. relig. Wadinghus tom. 3. opuſculor. Diui Franciſci Annotat. in collationem 23. item, Benedictione 1. item tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1211. §. 26. 1213. §. 19. 1219. §. 32. 48. 49. & ſequentibus. ann. 1220. §. 38. &c. Item. tom. 7. ad ann. 1481. § 1. & ſeq. & ann. 1482. §. 8. Bzouius ad ann. 1220. §. 12. tom. 13. & tom. 18. ad annum milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum ſextum §. vigeſimo-quarto. Vincentius Belua. libr. 3. ſpecul. hiſtor. cap. 131. Pomerium de Sanctis,

Digitized by Google

parte Hyemal. habet concionem de ipſis, quæ eſt 46. Charron. hiſtor. vniuerſal. Gall. capit. 131. Marieta libro vigeſimo ſecundo, hiſtor. Eccleſiæ Sanctorum Hiſpaniæ capite vigeſimo-octauo & vigeſimo-nono. Boſius de ſignis Eccleſiæ, tom. 2. libr. 15. capit. 7. Molanus in addition. & annotat. ad Vſuardum, hac die. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcani. Sabellicus Æncad. 9. lib. 6. init. Appendix ad Petrum de Natalibus capite 1. Ignatius le Gault, de Sanctitate Romanæ Eccleſiæ, cap. ſecundo ſectione 2. Elzearius libro ſecundo, cap. vndecimo; ſacri montis Oliueti, & libro tertio, capite octauo. Vaſconcellius in Anacephaleoſi Rogum Luſitaniæ, in Aphonſo ſecundo. Marianus libro 1. cap. 16. Ferdinandus à Caſtello, libro primo hiſtor. prædicat. cap. 51. Martyrologia Alexandri de Pelegrinis, Petri Galeſinij, Franciſci Maurolic, &c. Picquetus in catalog. virorum illuſt. Ordinis Minorum Ex Ioanne Franciſco de Panuinis, part. prima Relation. pro canonization. Sancti Bonauent. in præfat. circa fin. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 12. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 13. Lucas Caſtellinus in Elucidario Theologic. de Certitudine gloriæ Sanctor. Canonizator. Victonus Tractat. de antiquo ac moderno vſu Canonizationis Sanctor. cap. 28. De Buſtis 3. part. Roſarij Quadrageſimal. ſerm. 27. part. 2. Bacchotus. In faſtis Chriſtianis.

§. 4. *Beati Petri, Confeſſoris.* [b]) Agit de eo, Sanctus Antonin. tertia parte hiſtor. titul. 24. cap. 7. §. 13. vbi de Beato Chriſtophoro, ſancti Franciſci ſocio, ſcribit columbam tēpore, quo Miſſam celebrabat, ſuper eum ſolitam circunuolitare: quam hic Beatus Petrus adhuc iuuenis meruit multoties conſpicere. *Sæpè* (inquit) *columba ſuper caput eius candida celebrantis viſa eſt. Frater autem quidam iuuenculus, qui contemptis diuitiis & parentibus, habitu Ordinis ſuſcepto, ſub eo moribus erudiebatur, nomine Petrus; pro ſui maxima puritate, columbam ipſam videbat, & Angelum ſui cuſtodem frequenter videre & alloqui merebatur. Et quia ſcriptura, inquit, de propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu; vir ſanctus etſi quotidiè pro commiſſis lugeret: metuens tamen ne forte adhuc de eis veniam conſecutus non fuiſſet, ſuaſit adoleſcentulo illi Angelico Petro, cuius perfectionem nouerat; & allocutionem eius cum Angelo: vt de ſtatu eius aliquando requireret. Quod cùm Petrus ille impleſſet; blando ſermone Angelus ait: quòd non timeret Chriſtophorus de commiſſis, ſed de bonis inchoatis fidelis eſſet vſque ad mortem, & coronam reciperet vitæ.* Eadem refert Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 6. cap. 49.

Beati Anonymi, Confeſſ. [c]) Hic miſſus eſt à ſeraphico patre, ſancto Franciſco in Hiſpaniam; qui vſque Gallœciam deueniens: Corumniæ motum fecit, inibique conuentum extruxit in quo ſanctiſſimè vixit ac obiit, & ſepulturam corpus eius accepit. Memoratur à Gonzaga tertia parte ſupra, in conuentu 2. prouinciæ ſancti Iacobi: hiſce verbis. *Fundatoris verò corpus, in huius loci Eccleſia ſepultum eſt, in quodam videlicet peculiari ſepulchro, cuius dextro lateri ſequentes litteræ impreſſæ ſunt; Oſſa fratris ſancti; nec abs re quidem, cùm plura Deus Optimus Maximus miracula ad eius merita operari dignetur. Aliquot autem eius oſſa indè exhumata, honorifica quadam arca, ſed lignea, recondita ſunt, atque ad eiuſdem ſepulchri latus eminentiori in loco appoſita: vbi & in maxima veneratione à Corumnienſibus habentur,* &c. Eadem teſtatur Wadinghus Tom. 1. annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum decimum quartum §. 8. §. 5.

Beati Morici Siculi, Confeſſ. [d]] Laicus fuit profeſſione, ſingulari oratione & contemplatione præditus: aliarumque virtutum ſplendore illuſtratus, qui ſub finem vitæ grauiſſimis tentationibus à Dæmone impugnatus, ſed minimè expugnatus; ſanctiſſimè in Domino obdormiuit; poſtquam omnia Eccleſiæ Sacramenta pia deuotione excepiſſet. Cuius corpus ſepulturæ traditum eſt apud Conuentum S. Mariæ ſecundæ, Morlupi, Prouinciæ Romanæ. Obiit autem hac die, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto, ætatis ſuæ trigeſimo tertio: illius meminere, Bonifacius Bonibelli in Chronica Patrum Reformatorum Prouinciæ Romanæ, Barezzus quarta parte Chronic. Minorum lib. 10. cap. 16. Rapinæus in Hiſtor. general. origin. Recollector. decad. 9. part. 2. §. 2. Marianus lib. 5. cap. 56. Gononus. In Chronico. SS. Deiparæ ſæcul. 12. ad an. 1295. & de Balinghen. In Appendic. ad Calendarium Virg. Mariæ, hac die, eodemque an. quo putant, ſed perperam, floruiſſe: dicendumque eſt, non, ann. 1295. ſed 1595. §. 6.

Beata Ioanna Tertiar. [e]] Filia fuit Ioannis Franciſci de Fœlicibus, ſanctiſſimæ vitæ fœmina: ex tertio Ordine Pœnitentium. Memoratur à Vvadingho tom. 2. ſupra anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, §. 57. ex Manuſcriptis conuentus Aracœlitani, quo requieſcit. De Sillis in cap. 1. Reg. tertij Ordin. ex Arbore Seraphica. §. 7.

DECIMO-SEXTO KALENDAS FEBRVARII.

IN Palæſtina Beatorum [a] ſeptem Martyrum; qui ob Chriſti fidem, à Soldano Ægypti, capite cæſi ſunt. Citonij in Hethruria, Beati Petri [b] à Trauanda, Confeſſoris: qui doctrina, & zelo Monaſticæ obſeruantiæ, ac patientia clarus: ſpiritu Prophetico, & maximis miraculis valdè coruſcauit. In Hiſpania, apud Scalonam oppidum, Beatæ [c] Franciſcæ Guaſcinæ, Virginis: vitæ aſperitate, atque Angelica conuerſatione, celebris. Beatiæ in Bæticis, Beatæ [d] Catharinæ Rodriguez, Virginis: cuius Religio, vitæ candor, atque ſanctitas incredibiles fuere.

Digitized by Google

IANVARII XVII.

§. 1. **B**Eatorum Martyrum ſeptem.[a]] Horum meminerunt ſanctus Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 10. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. vbi de fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtr. in prouincia Terræ ſanctæ: Marcus Vlyponenſ. part. 2. chronic. Minor. lib. 5. cap. 15. Beatus Bartholomæus Piſanus qui de eis ita ſcribit lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Prouincia Terræ ſanctæ: *In hac Prouincia* (inquit) *iacent infraſcripti fratres: Frater Iacobus, Cuſtos Syriæ & martyr: Frater Hieremias, ſocius eius Martyr. Alij ſeptem Fratres noſtri martyres: qui propter fidem à Soldano Ægypti, Melchaſa, ſunt decapitati.* circa annum Chriſti 1288. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libr. 7. cap. 3. ſæcul. 13. ann. 1289. Toſſinianus libr. 1. hiſtor. ſeraph. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Wadinghus tom. 3. an. 1342. §. 61.

§. 2. *Beati Petri à Tauanda, Confeſſoris.*[b]] Senenſis erat, ex Trauanda oriundus: à pueritia optabat Ordinem ſeraphicum profiteri: cuius deſiderium tandem compleuit, in conuentu S. Franciſci, prouinciæ Tuſciæ, propè Citonium: quem patres Conuentuales tunc incolebant. Igitur iuuenis cùm eſſet, litteris ſic profecit; vt breui Philoſophiæ ac Theologiæ operam dederit, quibus & eruditiſſimus mox indè euaſit. Verùm, ingenti virtute animi pollens, maximè floruit: vitæ ſanctitate, optimis moribus, & Religionis pijs inſtitutis. Amantiſſimus erat altiſſimæ paupertatis, & ſuæ zelator profeſſionis: diuinum attentè ac deuotè recitabat officium: ſpiritualibus ſemper occupatus exercitiis; quare ab omnibus reuerebatur, iamque vir ſanctus vocabatur. Dùm autem Guardianus in conuentu Aſſiano exiſteret: & obſeruantiæ ſtrictioris ſuæ Regulæ deſiderio teneretur: officio renuntians, ſanctum Bernardinum adiuit, cumque eſt comitatus vſque in conuentum de monte propè Peruſium: vbi ad Reformationem Obſeruantinorum admiſſus, bonis operibus, (ſpatio ann. 47. quibus in ea vixit) ſanctiſſimè floruit. Perfectioni enim adeò ſtuduit; vt cæteris norma eſſet ad feruorem.

§. 3. Caſtiſſimus erat, ideòque mulierum conſortia ſummoperè fugiebat; orationi die noctéque inſtabat, ſacrum Miſſæ ſacrificium magno pietatis affectu celebrabat: duabus horis de nocte dormiebat, numquam autem lecto decubans, aut iacens: ſed ſedens, ſtans, aut caput innitens. In tribulationibus, infirmitatibus, & anguſtijs patientiſſimus; vndè meruit à Deo conſolari, & à Chriſto, ſacra Virgine Deipara, alijſque ſanctis, viſitari: infirmis, maximè peſte laborantibus ſedulò ſuccurrebat. Spiritu prophetico decoratus, prædixit aduentum Caroli VIII. Regis Galliarum in Italiam, plurimaſque Patrum Obſeruantinorum tribulationes & preſſuras, quæ certiſſimè illis ſupernenere: aliaque permulta futura clarè enuntiauit. Morti vicinus, Miſſæ deuotè interfuit, & Sacramenta Eccleſiæ ſuſcepit, quibus peractis lecto decubuit; cunctos fratres ad virtutem, vitæque perfectionem eſt cohortatus: & ſeipſum Domino commendans, exceſſit è viuis, die decimo ſeptimo Ianuarij, anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo. Plura miracula viuus ac mortuus edidit: cæcis etenim viſum: ſurdis auditum; atque dæmoniacis liberationem, ſuis meritis ab Omnipotente impetrauit, adeſtque modò Epilepticis. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſis, tertia parte chronic. Minor. libr. 7. cap. 18. & 19. Gonzaga part. 2. Orig. Seraphic. religion. in Conuentu ſancti Franciſci propè Citonium: qui eſt 22. prouinc. Tuſciæ. Vvadinghus tom. 2. annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum, §. vigeſimo ſeptimo, & tom. 1. ann. 1212. §. 5. & Tom. 5. ann. 1444. §. 3. Item. Tom. 7. ad ann. 1492. §. 4. & ſeq. Bzouius tom. 18. annal. Eccleſ. ad annum 1492. §. quinquageſimoſeptimo. De Balinghen. In Calendar. Virg. Mariæ hac die.

Beatæ Franciſcæ Caſcinæ, Virginis.[c]) Floruit circa annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum, ſub ſanctæ Conceptionis Virginis Deiparæ regula; iacetque in monaſterio immaculatæ Conceptionis Scalonæ eius ſacrum corpus: vbi ob vitæ aſperitatem, atque Angelicam conuerſationem: non abſque ſanctitatis opinione, mortem obiit: vti teſtantur Gonzaga part. 3. ſup. in præfato monaſterio, quod eſt 28. Prouinciæ Caſtellæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 54. Valerianus de Beatis Fœminis Ord. Minor. lib. 4. cap. 11. Salazar. lib. 7. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 12. §. 4.

Beatæ Catharinæ Rodriguez, Virginis.[d]) Hæc virgo Hiſpalenſis regulari diſciplina, atque vitæ ſanctitate conſpicua extitit: apud monaſterium ſancti Antonij à Padua, in Beatianæ ciuitatis ſuburbio conſtructum, quod eſt 4. Prouinc. Granatenſ. vbi claruit an. 1531. quam reliquæ ſorores in cœlis cum Chriſto ſponſo beari exiſtimant. Memoratur à Gonzaga part. 3. ſup. in eo monaſterio Beatiano. Barezzo ſup. lib. 1. cap. 14. Valeriano cap. 17. ſup. Wadingho. Tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 63. §. 5.

DECIMO QVINTO KALENDAS FEBRVARII.

ALgieri in Mauritania, paſſio Beati [a] Franciſci Zirani, Martyris, qui iuſſu perfidi Regis, viuus decoriatus eſt; quo in ſupplicio, victor ad cœlos migrauit. Chile, in India Peruana, Beati [b] Antonij à ſancto Michaele, Epiſcopi: genere, ſcientia, & vitæ ſanctitate conſpicui. In Gallia, Beati [c] Ioannis, Confeſſoris: eximiæ eruditionis, & pietatis viri. Vlyſſipone in Luſitania, Beatæ [d] Leonoræ à Regibus, Virginis; quæ humilitate & obedientia inſigniter emicuit.

Digitized by Google

IANVARII XVIII.

§. 1. BEati Franciſci Zirani, Martyr.[a]] Hic ex *Saſa*, in Sardinia inſula oriūdus erat, dignitate Sacerdos: ſocius fuit Reuerendi Patris Matthæi Aquirræ (quem Rex Hiſpaniarum ablegabat oratorem ad Regem Cuco in Aphrica) magnæ prudentiæ viri: vt hac occaſione, tranſiens per Algieri Regnum liberaret venerabilem Patrem Franciſcum *Serram*, eius cognatum inibi captiuum; quod & opere præſtitit, vnà cum alijs 4. Chriſtianis, quos à vinculis ſoluit, ac ſecum duxit in Regnum Cuco. Porrò Rex Cuco, cupiens ardua quædam negotia, tum regni ſtatum, tum fidei Chriſtianæ conſeruationem ſpectantia, cum Hiſpaniarum Rege pertractare; deſtinauit ad eum hunc Beatum Franciſcum Ziranum, cui & confidentiæ litteras porrexit: ſicque die prima Ianuarij anno milleſimo ſexcenteſimo tertio profectus eſt. Verùm cùm circa littus maris pergeret, à militibus Regis Algieri, interceptus, catena ferrea collo circumdatur, & manibus poſt tergum ligatis, ſputis, pugnis, opprobrijs, alijſque ludibrijs illum vexantes, deduxerunt in ciuitatem Algieram, die decima Ianuarij: quem Rex protinùs carceribus mancipandum iuſſit; neve à Chriſtianis viſitetur, ſub pœna mortis, indixit. At pater Franciſcus *Serra*, mortis periculum paruipendens, cognatum conſtanter ſemel & iterum inuiſit, (dùm Mauri Moſquitæ intereſſent) nuntians eum igne cremandum, ſeu crudeli morte finem habiturum: quare beatus Franciſcus Ziranus rogauit, vt confeſſorem ſibi adduceret, à quo pœnitentiæ Sacramentum ſumeret; ſed cùm hoc impoſſibile foret, ob Regis decretum, per totam noctem agonem ſuum precibus Domino commendauit.

§. 2. Igitur die Sabbathi decimaoctaua Ianuarij, ſummò manè, anno milleſimo ſexcenteſimo tertio, à Rege ſententiam mortis excepit: qua viuus decoriaretur; & pellis eius, paleis repleta, ſuper portam ciuitatis poſita, in ſpectaculum cerneretur ab omnibus: qua ſententia, etſi impia, iniuſta, crudelitate ac horrore plena, audita, ſtatim Chriſti Athleta, oculis manibuſque in cœlum leuatis, voce lachrymabili, in hæc prorupit verba: *Gratias agamus Domino Deo noſtro; quia me indignum ſeruum elegit.* Cuius animi conſtantiam & magnanimitatem, perfidi ſatellites admirati, verborum lenimentis ac ingentibus promiſſis, illum conabantur à ſanctò propoſito auertere: quæ omnia Chriſti ſeruus ſpernens, liberè clamabat Ieſum Chriſtum Deum eſſe verum: Machometem verò virum nefarium, ac Pſeudo-prophetam. Extrahitur interim è carcere, ſubucula ampla & alba, habitu Religionis depoſito, veſtitur, & ferrea vinctus cathena ducitur ad ſupplicij locum. Vbi duobus palis alligatus, cœperunt impij carnifices, nouaculis pellem crudeliter detrahere; Beato Franciſco interim cantante illud trium puerorum Canticum: *Benedicite omnia opera Domini Domino*, &c. vſque ad finem: Deindè Litanias ſacræ Virginis Deiparæ. Cùm autem omninò eſſet excoriatus, & pellis vmbilico ſolùm inhæreret: pro maiori ſupplicio, illam tunc fortiter detrahentes; Beatus Franciſcus, capite, voceque in cœlum eleuatis, dixit, *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, quo dicto expirauit; victorque ad ſuperna euolauit. Eo inſtanti terribilis tempeſtas exorta, ſic Mauros tremore affecit, vt celeri gradu ad ſua confugientes, tempus dederint Patri Franciſco *Serra*, alijſque Chriſtianis, corpus ſancti Martyris ſepeliendi in cœmeterio Chriſtianorum. Reuerſi autem Mauri, vt præfatum corpus igni traderent, ſed minimè inuenientes, pellem martyris, paleis refertam, & in modum Crucifici extenſam, palo appoſuerunt ſuper portam: quam à ventis tandem in terram proiectam, Chriſtiani deuotè colligentes, vt pretioſam Reliquiam venerati ſunt, atque ſeruarunt. Hæc Barezzus parte quarta, chronic. Minorum, libro decimo circa finem; ex veridica relatione prælo cuſſa Barcinone, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto. Daça ibid. lib. 4. cap. 51. an. 1601. A quo & Franciſcus *Cyrianus*, dicitur.

B. Antonij Epiſc.[b]] Certiſſimum eſt Franciſcanos in Indiam Occidentalem primos omnium traieciſſe, eamque luce Euangelij colluſtraſſe (qua de re infra ad 31. Aug.) necnon ibidem Conuentus Fratrum erexiſſe. Nam in Prouincia Quitenſi, F. Ludouicus Belga, illic primus ædem nobis extruxit: vrbi Regum, F. Franciſcus de *Sancta Anna*. In Villa Argenti F. Hieronymus; in ciuitate Pacis, F. Franciſcus de *Angelis*: in Cuſco, Peruanæ Prouinciæ Metropoli, F. Sebaſtianus: &c. vide poſt alios Grauinam, in *Voce Turturis*. part. 1. cap. 6. Huiuſce autem Conuentus de Cuſco, Guardianus fuit B. Ioannes, Gallœcus, Recollectus, vir ſanctæ vitæ, & ingentis exempli: cui ſucceſſit ipſe B. Antonius à *Sancto Michaele*, qui Salmanticenſis erat natione, nobili genere ortus, doctrina & vitæ ſanctitate eximius, præfatæ vrbis Hoſpitalis author primarius: poſtea verò Epiſcopus de Chile. Ita I. Balduinus in ſua verſione Gallica Hiſtoriæ Incas, Regum Peruanorum, lib. 7. cap. 12. Hunc eundem eſſe puto quem Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 34. ad an. 1540. & 1545. vocat Epiſcopum, *de Montemarano*. §. 3.

B. Ioan. Confeſſ.[c]] Illius meminit de Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Franciſcan. à quo dicitur Eleemoſynarius Clementis Papæ. Fortè is eſt, qui apud Poſſeuinum, in Apparatu ſacro, vocatur *Ioannes Rigandus*: Gallus, Ordin. Minor. Pœnitentiarius Clementis 5. ſcriptor Summæ Confeſſariorum. §. 4.

Beata Leonora à Regibus, Virginis.[d]] Hæc monaſterij Sanctæ Claræ Vlyſſiponenſis alumna, ſub Regula Vrbaniſtarum floruit circa ann. 1560. cuius meminit Barezzus parte quarta chronic. lib. 4. cap. 39. poſt Gonzagam part. 3. ſup. in præfato monaſterio Clariſſarum: quod eſt 1. prouinciæ Portugalliæ, vbi ſic ait, *Mortem quoque obyt hoc in ipſo loco deuotiſſima atque pyſſima ſoror Leonora à Regibus; in qua obedientia donum, cum profundiſſima humilitate coniunctum ſupra modum enituit. Qua etiam de cauſa ab huius ſacri conuentus ſororibus, inter cœlicolas annumeratur, omneſque illam fœlicem Beatamque prædicant.* Wadinghus ſupra anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, paragrapho decimonono. Valerianus libro quarto de BB. fœmin. ordin. Minor. cap. 40. §. 5.

DECIMO QVARTO KALENDAS FEBRVARII.

APud Indiam Occidentalem, Beati [a] Bernardi Bertrandi, Coſini, Galli: qui primus omnium à Chichimicis gentilibus, in valle Guadiana, feraliter pro Chriſti fide trucidatus, illuſtri martyrio coronatus fuit, & Apoſtoli Chichimicarum gentium gloriam adeptus. Elchij, Regni Valentiæ oppido, Beati [b] Ludouici ab Aracilio, Confeſſoris; qui in maxima humilitate & charitate fundatus, patientiæ, conſtantiæ, ac ſpiritus feruidi mira protulit de ſe exempla; maximè in ſuccurrendis morbo Epydimiæ correptis, quibus iuuandis & ipſemet peſtifera lue infectus, ſancto fine quieuit. Caſtaneti in Luſitania, Beatæ [c] Mentiæ à Conceptione Virginis; quæ ſignis & virtutibus floruit.

IANVARII XIX.

Beati Bernardi Coſini, Martyris. [a]] Religioſiſſimus is pater primus fuit, qui in nouam Barbarorum, atrociumque Indorum (qui Chichimicæ appellantur) regionem introiuit, primoque ab Indis quibuſdam amicis (qui erant pacifici) officioſè comitatus, excelſa montium loca, (quæ noua Cantabria ab Hiſpanis nominatur) non ſine moleſtiis, anguſtiis, ac periculis variis conſcendit: indéque abſcedens, obuios habuit Indos quoſdam Barbaros, feroſque, qui ſtatim tendentes arcus, ſagittaſque in eum iacientes, ab emiſſis eorundem ſagittis repercuſſi ſunt: timoreque ac ſtupore preſſi atque confuſi diſceſſere. Is verò progrediens ad vallem (quæ dicitur de Guadiana) peruenit; vbi ſedulò ac ſtrenuè incumbens ſaluti animarum, quæ effuſo pretioſo Chriſti ſanguine ſunt redemptæ, à furibundis Barbarorum illorum turmis (qui Chichimicæ vocantur) trucidatus, obdormiuit in Domino: anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto. Gallus autem erat natione. Hæc ex Gonzaga, parte prima origin. religion. vbi de Martyribus Franciſcanis: ob Chriſti fidem, ſuo æuo paſſis apud Indos Occidentales. Item parte quarta in Cuſtodia ſancti Franciſci Zacatecas, prouinciæ ſancti Franciſci Euangelij. Barezzo parte quarta Chronic. Minor. libro tertio, capite 65. Daça. Ibid. lib. 2. cap. 51. Rapinæo in hiſtor. generali Recollector. decad. 7. part. 2. §. 3 Hilarione à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 266. Picqueto in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Toſſiniano libr. 2. in fin. vbi de India. Grauina *In voce Turturis*: part. 2. cap. 24. Boſio tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. duodecimo, capite vigeſimo ſecundo. Mendoſa, ſecunda parte hiſtor. Chinæ, libro tertio, capite ſeptimo, octauo, nono & decimo. Mariano lib. 3. cap. 2. §. 1.

Beati Ludouici ab Aracilio, Confeſſoris. [b]] Hic §. 2. prouinciæ Valentinæ in Hiſpania, alumnus, purioris, ſtrictioriſque Regularis obſeruantiæ deſiderio flagrabat: ſed quamplurimis aduerſæ valetudinis incommodis detentus, haud illud adimplere deſperabat: donec ſpiritu feruoris excitatus, mores commutare, ac mentem, reformationemque amplecti efficaciter cum forti animi conſtantia ac alacritate ſtatuit: etiamſi vitam profundere, ceu mortem obire illi contigerit. Quo facto, Deus, vt oſtenderet quantum ſibi hæc mutatio placuiſſet; tali ſanitate ipſum eo inſtanti donauit: quòd apud Patres noſtros Reformatos inter vitæ aſperitates, illam inuenerit magno ſui deſiderio, qua in mediis commoditatibus vſquam nequiuerat potiri. Concionator erat, ſed ſtomachi penuria grauatus, huic muneri incumbere minimè valebat. Attamen illius ingenui mores, deuotæ, affabileſque conuerſationes, ſatis ſuperque prædicabant; ita enim mitis, vitæque exemplaris dono exornabatur: vt illius conſortium omnes ſummè exoptarent, & amore proſequerentur non vulgari. In eo vero, charitatis & humanitatis virtus maximè eluxit: cuius conſtantia atque patientia ingens erat. Ob animi ſui inſignia merita Guardianus Conuentus ſancti Ioſephi Elchij (qui eſt 19. prouinc. ſancti Ioannis Baptiſtæ Diſcalceatorum) inſtituitur: quo in munere, incredibile eſt, quanta charitatis, pietatiſque Chriſtianæ officia infirmis impenderit! nam eo tempore, cùm Elchiacum oppidum morbo peſtifero graſſaretur, ægris ita compatiebatur, vt ipſe eos viſitaret, conſolareturque; & ad patientiam hortaretur.

Hæc & alia ardua complens opera, eadem lue inficitur: quare confeſſionis, atque Euchariſtiæ Sacramenta §. 3. magno pietatis affectu percepit: loquelam amiſſam ex vi peſtiferi morbi, paulò poſt recuperauit: diros cruciatus & dolores acutiſſimos mira patientia ſufferebat, verſus aliquot pronuncians, quibus Deum magnificè laudabat. Tandem ſacra vnctione extrema delibutus, beatæ vitæ finem ſortitus eſt, in præfato Elchiacenſi conuentu, anno Chriſti 1583. cuius gloriæ reuelatio pluribus patribus eiuſdem Conuentus facta, manifeſtè declarat quanti meriti hic viuens extiterit apud Deum. Eius meminerunt Ioannes Ximenez in ſua Chronolog. Barezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 8. cap. 65. Rapinæus hiſtor. vniuerſal. Recollector. decad. 8. part. 3. §. 6. Ioannes à ſancta Maria part. 1. Chronic. prouinc. S. Ioſephi lib. 2. cap. 39.

Beata Mentia à Conceptione Virginis. [c]] Fuit iſta §. 4. Beata Virgo Mentia, maximis virtutibus dotata, vitaque exemplari, & ſanctiſſima illuſtris, apud monaſterium Dominæ noſtræ Caſtaneti: vbi deceſſit è viuis ann. 1541. de qua Gonzaga hæc commemorat, part. 3. Origin. ſeraphic. Religion. in monaſterio præfato, quod eſt 5. prouinc. Portugalliæ. *In eo ſiquidem* (inquit) *ſoror mentia à Conceptione, per quinquaginta continuos annos, in Maxima humilitate paupertate, obedientia, oratione, atque vita aſperitate deguit, in cuius fœliciſſimo tranſitu, tantus taliſque ſplendor, totam ædem colluſtrauit; vt ab omnibus conflagrare viſus ſit, & aliquot tum Regulares, tum quoque ſæculares à diuerſis infirmitatibus eius meritis liberati ſint. Cùm enim ſemel in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, dùm adhuc loci ſorores primæuam illam à maioribus traditam ſimplicitatem, ac Religionem ſectarentur: ſacerdote, qui rem diuinam coram eis faceret, omnino carerent, atque occurrentem Miſſam intentiſſimè ex Miſſali, omnes*

Digitized by Google

ſimul in choro legerent; diues quidam homo tranſuerſum os in gutture deferens, auxilium à Deo petiturus ſeminex, Eccleſiam ingreſſus eſt. Cui mater Abbatiſſa, quæ & Religioſiſſima erat; Da nobis (inquit) Sacerdotem, qui hodiè ſacrificet; idipſumque ſingulis annis ex voto, hoc in loco, agito, & ſtatim eris liber. Cùmque ille ſalutaribus eius conſiliis annuens, id ſe facturum ſpopondiſſet; è veſtigio os, illæſo interim gutture, expuit, atque promiſſum infallibiliter præſtitit. Eadem refert Barezzus lib. 3. ſup. & Valerianus de Beatis Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 32.

DECIMO TERTIO KALENDAS FEBRVARII.

IN Inſubria, Beati [a] Petri de Archagnano, Martyris: qui dùm ſanctæ Inquiſitionis officio fungeretur; ab hæreticis ob fidem Catholicam eſt interemptus Alanquerij in Luſitania, Beati [b] Zachariæ, Confeſſoris, ſeraphici Patris S. Franciſci diſcipuli: qui ab eo in Hiſpaniam miſſus, & Guardianus Conuentus Alanquerij (quem ibidem extruxerat) effectus, vitæ ſanctitate, & miraculorum operatione totam Luſitaniam illuſtrauit. Vlyſſipone, in Portugallia, Beatæ [c] Agnetis à Deo, Virginis, primæ Abbatiſſæ monaſterij Deiparæ de Spe: quæ incomparabili humilitate, patientia atque charitate eluxit.

IANVARII XX.

§. 1. *Beati Petri de Archagnano*, [a] Florebat ann. 1340. De eoque agunt Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. chronic. Minor. lib. 9. cap. 10. §. 1. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. apud prouinc. Mediolanenſem. & Beatus Bartholomæus Piſanus ibid. lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. qui de eo ſic ait. *Frater Petrus de Archagnano qui fuit inquiſitor; & quia noluit hæreticos de libro inquiſitionis abolere; in loco, qui dicitur, Vmbraida Guercij, ab eis martyrium recepit.* Occiſus eſt igitur infra præfatam prouinciam Mediolanenſem (vt expreſsè conſtat ex Marco Vlyſſiponenſi ſup.) Valentiæ ſcilicet; quod videtur Gonzaga id innuere, hiſce verbis, parte prima Origin. ſeraphic. Religion. vbi de Beatis viris huiuſmodi Ordinis. *Beatus Petrus martyr; hæreticæ prauitatis inquiſitor, ab hæreticis occiſus; Valentiæ ſepultus eſt:* Quod eſt oppidum Lombardiæ fortiſſimum. Meminit illius idem Gonzaga, ſecunda parte, ſupra, in conuentu primo eiuſdem prouinciæ Mediolanenſis. Boſius tomo primo, de ſignis Eccleſ. libro ſeptimo, capite tertio, ſub annum 1346. Paramus libro ſecundo titul. 2. cap. 30. & Picquetus, in Catalog. vir. illuſtr. Franciſcan. Salazar. lib. 2. chronic. prouinc. Caſtellæ. cap. 12. Toſſinianus autem hunc confundit cum eo Beato Petro Martyre, de quo vndecimo Februarij: ſic & Vvadinghus tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1284. §. 4. & tom. 1. ad annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum quartum, paragrapho quinquageſimo-quinto. ex Morigia cap. 4. de ſanctis Mediolanenſ.

§. 2. *Beati Zachariæ Confeſſoris.* [b]] Cùm ex mandato S. patris noſtri Franciſci, atque ex reliqui generalis capituli Aſſiſij ann. 1216. celebrati decreto, ſancti Patres, F. Zacharias, atque F. Gualterus, cum pluribus aliis Fratribus ad Hiſpaniam, plantandæ ſeraphicæ Religionis gratia, deſtinati eſſent; eorum aliqui, eadem prorſus de cauſa, in Portugalliam conceſſerunt, qui à Rege Alphonſo 2. opera & interuentu Reginæ Vraccæ, eius vxoris, perhumaniter excepti, loca ædificationi Conuentuum accommoda, protinùs retulerunt. Qua de re ſic S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. ſcribit: mentionem agens S. Franciſci. *Tunc etiam miſit in Hiſpaniam Fratres multos, vt iuxta datum ſibi à Deo mandatum (cùm ibi fuit) loca ibi ad habitandum caperent, & hæreticos, qui illam regionem inhabitabant, ſua prædicatione confutarent. Qui cùm ad Regnum Portugalliæ deueniſſent; videntes eos populi, habitu ſingularis formæ indutos, linguâ extraneos, ne fortè hæretici eſſent, malè receperunt, & eos inter ſe nullatenùs habitare permiſerunt. Sed Regina Portugalliæ, deuota Domina, audita eorum fama & cauſa aduentus, à viro ſuo Alphonſo obtinuit; vt Vlixbonæ & Vimarani, duo loca conſtruere poſſent, quibus locis habitantes Fratres à dicta Regina, vt filij à matre, fouebantur. Inter cæteros Fratres in Hiſpania miſſos, deſtinatus fuit, quidam Frater Zacharias, Romanus, magnæ ſanctitatis vir; qui deficiente pane Fratribus, Guardianus exiſtens, à Domino impetrauit, Angelum Dei mitti ad eum: qui tot panes candidos & ſapidiſſimos ad oſtium detulit, quot erant Fratres. Et altera vice cùm quidam ad prædicationem eius compunctus, ſibi confeſſus fuiſſet, inter cætera expreſſit, ſe multum dubitare de veritate Sacramenti Euchariſtiæ; & cùm verbis eius perſuaſiuis dubitatio à mente eius auelli non poſſet, mandauit ſibi, vt die ſequenti veniret ad audiendum Miſſam eius, & Dominus ſibi prouideret. Quòd cùm feciſſet deuotè Miſſæ aſtans, vidit manifeſtè quòd hoſtia, quam tenebat in manu præfatus Zacharias, poſt conſecrationem erat conuerſa in carnem, quouſque voluit communionem aſſumere; & tunc reuerſa eſt in ſpeciem hoſtiæ ſicut prius; Et ex hoc miraculo liberatus eſt à dubitatione illa. Hic Frater Zacharias ibi demùm ſpiritum Deo reddens, miraculis effulſit.* Eadem habet Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. chronic. Minorum libr. 1. cap. 59. Item lib. 6. cap. 27. & 28.

Non ſine maxima ratione D. Franciſcus hos præfatos Fratres ablegauit in Hiſpaniam, pro conuertendis hæreticis Arragoniam infeſtantibus: cùm Petrus Arragoniæ Rex eſſet tunc maximus hæreticorum Albigeſiorum fautor: bellumque eorum poſtea gerens cum Raymundo, Tholoſano Comite, occiſus ſit in prælio, per D. Symonem, Comitem Montis-fortis, virum ſtrenuiſſimum: circa an. Chriſti. 1214. ſeu 1216. ſecundùm alios: cuius rei meminit idem S. Antoninus ibid. titul. 19. cap. 3. §. 1. *Eodem quoque anno* (*inquit*) *vxor Symonis Comitis Montis-fortis, qui adhuc contra hæreticos fidei inimicos, in partibus Tholoſanis bella gerebat pro Eccleſia; venit in Franciam auxilium à Rege & Baronibus petitura. Nam Tholoſanus Comes adiuuante illum Rege Arragonum, fautore hæretico* §. 3.

Digitized by Google

rum, ita Comitem cum ſuis arctauerat, vt vix illi valeret reſiſtere. Heretici enim occupauerant multa caſtra, quæ cum multis laboribus idem Comes cum fidelium adiutorio ceperat; Et niſi citò illi à fidelibus auxilium mitteretur, cogebatur quæ adhuc tenebat infidelibus deſignare. Itaque denuò crux contra hereticos in illis partibus prædicatur, multique ex hoc nobiles, & ignobiles, zelo fidei ducti, cruce ſignantur. Pugnante autem prædicto Comite cum ſuis contra hereticos, Rex Arragonum in bello occiſus eſt; vt præuiderat & prædixerat B. Dominicus cuidam Religioſo ſibi familiari. Latiùs hæc proſequuntur Rigordus, Guillelmus Brito, Nangius, Gaguinus, Æmylius, Maſſonus, Tillius, Nicolaus Gillius, Belforeſts, Hallianus, Charronus, Plaixus, Laziardus, Philippus Mouskes. MS. Guillelmus Guyartus. MS. & alij in Philippo Auguſto, Rege Franciæ. Vincentius Beluacenſ. lib. 30. Specul. hiſt. cap. 93. 101. & 103. ac lib. 31. cap. 2. & 9. Mathæus Pariſius, Thomas Walſingham, & Polydorus Virgil. lib. 16. Anglic. hiſtor. Blondus lib. 6. Decad. 2. Chronica Montis-fortis. Petrus à Vallo-Cernayo, in hiſtor. Albigenſ. Guillelmus à Podio-Laurentio, ibid. Catellus lib. 2. de Comitibus Toloſan. Iacobus Riberia. in Collectan. Toloſan. Rodericus Toletanus: lib. 4. hiſtor. & alij innumeri.

§. 4. Inter Fratres autem Minores, à ſeraphico Patre D. Franciſco in Hiſpaniam miſſos, B. Zacharias, vt præcipuus & Anteſignanus, nominatur, Romanus natione, vir magnæ ſanctitatis; qui ſua exemplari vita, atque feruentiſſimis concionibus, & miraculis plurimis Luſitanorum ſibi conciliauit amorem. S. Antoninus ſcribit duos tunc in Portugallia extruxiſſe Conuentus, videlicet Vlyſſiponæ & Vimarani: at Gonzaga, tertium quoque addidit, Alanquerij, ſcilicet in quo Guardianatus officio functus eſt, exceſſitque è vita. Sic enim ait. *Hac in Conuentu præfatus B. Pater Zacharias, tanquam eius author, atque promotor maxima in veneratione ab omnibus habitus eſt, ſanctéque vixit, atque ſanctiſſimè vitam finiuit. De cuius vita, licet à Chronicorum noſtrorum Authore fuſius diligentiuſque deſcripta, hæc pauca impræſentiarum referre placuit. Quod videlicet, vnus ex diſcipulis B. Patris noſtri Franciſci, ſibique chariſſimus fuerit. Quodque ad quandam Crucifixi imaginem (quæ in loci huius Capitulo vſque ad an. Dominicæ Incarnat.* 1414. *perſeuerauit] plura oracula, tum ſui Guardianatus exequutionem, tum propria animæ ſalutem concernentia, retulerit; Quodque viuens adhuc diuina virtute, aliquot mirabilia operatus ſit.* Eadem refert Marcus Vlyſſiponenſ. lib. 6. cap. 27. & 28. ſup. qui teſtatur ipſum B. Zachariam ſepultum fuiſſe in latere dextro crucis eiuſdem Alanquerij Conuentus: ad eiuſque ſepulchrum quotidiè miracula operari. De eo B. Patre agunt, Gonzaga 1. part. origin. ſeraphic. Relig. in Prouincia Portugalliæ: Item, in Conuentu Vlyſſiponenſi, Alanquerij, & Vimarani; qui ſunt 1. 2. & 3. præfatæ Prouinciæ. Toſſinianus. lib. 1. Hiſtor. ſeraph. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1212. §. 33. an. 1216. §. 2. 1217. §. 22. 23. 24. 25. ann. 1222. §. 40. 1249. Marianus lib. 2. cap. 7. Corbinus. lib. 6. ſanctæ Franciad. pag. 112. Bzouius autem. Tom. 14. Annal. Eccleſ. perperam reponit eum ad ann. 1319. §. 13. loco ann. 1219.

B. Agnetis à Deo Virginis. c) Hæc ingentibus fauoribus à Deo exornata fuit: in qua non minùs reſplenduit Monaſticus rigor, Regulariſque diſciplina: quàm alia quæuis ardua virtus. Ea de cauſa, ex Monaſterio Clariſſarum inſulæ Lignorum, ceu, Maderæ, anno 1536. aſſumpta eſt, vnà cum B. Anna à *Conceptione*, (de qua 24. Aprilis.) Atque Vlyſſiponem deductæ ſimul; vt Monaſterium Sanctiſſimæ Deiparæ de Spe, ibidem extructum, optimis moribus, religioſis ritibus atque cæremoniis imbuerent: aduentanteſque ad ipſum iuuenculas in omni pietate, honeſtate, atque morum compoſitione inſtruerent. Quare, illarum auſpiciis, tot progreſſus ſacra hæc ædes in via ſanctitatis fecit, vt plures Virgines Deo ſacras, ſibi cariſſimas pepererit. Porro, ob præclaras. B. Agnetis virtutes, cæterę ſorores eam ſibi in Abbatiſſam primam elegerunt; quo in munere ardentiſſima charitate, pietate, patientia, humilitate, prudentia & dexteritate ſic excelluit: quòd ea quę iubebat, [etſi alioqui rudia ac difficilia] leuia omninò & ſuauia aliis videbantur. Cuius obitus cùm die feſto contigiſſet, nec præ manibus pollinctor adeſſet; portariis ſororibus alia de cauſa oſtium aperientibus, pulcherrimus quidam iuuenis ex inſperato apparuit, (Angelus enim erat) illiſque ad præſtandum defunctæ ſorori ſepulturæ obſequium ſeſe obtulit: qui tandem introductus, & oblata præſtitit: & exhibita ſororibus, maxima reuerentia, vlla abſque mercede recedere voluit. Memoratur à Gonzaga part. 1. ſup. in præfato monaſterio de Spe, quod eſt 2. illius Prouinc. Portugall. & Barezzo 4. part. chronic. Minor. lib. 1. cap. 60. §. 5.

DVODECIMO KALENDAS FEBRVARII.

IN Aphrica; paſſio Beati [a] Petri Martyris. Duni in Hybernia, Beati [b] Ioannis Olorcani, Martyris; qui ob fidem Catholicam, ab hæreticis Anglis, ſuſpendio necatus eſt. Occaniæ in territorio Toletano, Beati [c] Maximi, Confeſſoris: vita & virtutibus præclari. Muluſeni in Germania, depoſitio Beati [d] Hermanni, Confeſſoris; qui humilitate, paupertate, & zelo ſalutis animarum plenus; innumeris etiam ac maximis claruit miraculis. Variſij in territorio Mediolanenſi, Beati [e] Pauli Brixienſis, Confeſſoris: qui potens opere, & ſermone, gratia etiam ſanitatum refulſit. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [f] Chriſtianæ Virginis, ſanctæ Claræ Virginis ſociæ; quam, perfectione Euangelica, & vitæ ſanctitate, ad amuſſim eſt imitata. Venetiis, Beatæ [g] Luciæ, Venetæ, ex tertio ordine ſancti Franciſci, Religioſæ fœminæ: quæ generis nobilitare, virtutum meritis, ſigniſque admirandis enituit.

Digitized by Google

IANVARII XXI.

§. 1. BEati Petri, Martyr.[a]] Conuentus ſancti Franciſci Beluiſij erat alumnus, cùm ad Aphros traiecit: vbi ſub truculentiſſimis eorum manibus, ob Catholicæ fidei prædicationem, Martyr occubuit. Vide Gonzagam tertia parte Origin. ſeraphic. relig. in dicto Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. ſancti Gabrielis. Rapinæum. Decad. octaua hiſtor. Recollector. parte prima §. octauo. Marianum libro quarto, capite vigeſimo octauo. Salazar. infra.

B. Ioannis, Martyr.[b]] Circa ann. 1570. expulſi
§. 2. ſunt per Anglos, Fratres minores, è Conuentu Dunenſi in Hybernia: adueniente etenim cum cohorte militum Ioanne Brictono, hæretico, ementita veſte, eius rabiem, & in Catholicos odium, declinare neceſſum fuit. Incidit tamen in manus eius B. Frater Ioannes Olorcan, ſacerdos, quem ex patibulo erecto, propè Fontem Gloriæ [ita dictum propter apparitionem Angelorum ſancto Patricio eo in loco factam) crudeliter ſuſpendit. Ita habent monumenta ex Hybernia allata: & Wadinghus. tom. 3. Annal. Minorum ad ann. milleſimum trecenteſimum decimum tertium. §. decimo octauo.

B. Maximi, Confeſſoris.[c]) Vir fuit ſanctiſſimus,
§. 3. Occaniæque ſancto fine quieuit. Cuius meminit Gonzaga prima part. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Picquetus in catalogo virorum illuſtr. Minorum, Salazar. lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 12.

§. 4. *B. Hermanni Confeſſ.*[d]) Vocabatur B. Hermannus de *Gerſtaghen*, Germanicus natione; qui poſt ſuſceptum anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto Ordinis Minorum habitum, profundiſſima cordis humilitate reſplenduit. Semper enim ſe ad obſequia deſpectiora & magis contemptibilia ſtudioſè ingerebat. Illi paupertas arctiſſima ſociata erat; Nam ſic eam dilexerat, vt nullius rei, niſi eius, quem extrema neceſſitas ſibi vſum, vel commodum requirebat, applicaret. Porrò pietas in eo, circa animarum ſalutem, largiflua extabat. Tantum etenim zelum habuit aliorum, vt ad loca, ad quæ nullus prædicaturus accedebat, ipſe proficiſceretur, etſi cum multa victus incommoditate, pane & aqua contentus: egregiè concionabatur, confeſſiones aſſiduè incredibili charitate, compaſſioneque audiebat: pœnitentes conſolabatur; quibus & conſilia ſalutaria fideliter impendebat. In his pauperum curam gerens, magnoperè illis ſuccurrebat: & ſalutem animarum corporis ſanitati præferebat. Verè in ipſo, præ aliis D. Franciſci filiis, ſingulariter effigies præfulſit tanti patris. Tandem à Domino vocatus, beatæ vitæ curſum peregit anno Chriſti 1287. ſepultuſque eſt in Conuentu Muluſeno, Prouinciæ Saxoniæ, quem in vita & poſt mortem variis magniſque miraculis clarum reddidit Omnipotens; quorum Teſſeram reperies, apud B. Bartholomæum Piſanum, libro primo Conformitat. fruct. octauo, parte ſecunda, in viris huius Ordinis ſanctit. illuſt. Prouinciæ Saxoniæ. Marcum Vlyſſiponenſ. part. ſecunda chronic. Minorum, libro quinto cap. ſeptimo. Toſſinianum lib. 1. Hiſtor. ſeraph. Marianum lib. 3. cap. 7. Bzouium ann. 1287. §. 13. Wadingh. tom. 2. Annal. Minor ad ann. 1287. §. 6. & tom. 1. ann. 1225. §. 21. Huius meminerunt Codex. MS. Abbat. S. Victor. Parienſ. in fratrib. Minor. BB. Prouinc. Saxoniæ. Gonzaga ibid. part. 1. & part. 3. in Prouinc. Saxoniæ. S. Crucis ſup. vbi loco *Muluſeni*, ponit *in Muenſcemienſi.* Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minor. Vide infra ad 16. Martij §. 2.

B. Pauli confeſſ.[e]] Eximius prædicator cùm eſſet, bonorum operum meritis, ac virtutum laude floruit: §. 5.
qui ſuis precibus, cæcis viſum reſtituit, & alia ſigna edidit non pauca. Illius meminit Vliſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 4. cap. 28. ſub ann. 1459. Toſſinianus ſup. lib. 2. in Prouincia Mediolanenſi. Wadinghus. Tom. 6. ſup. ad an. 1469. §. 18. & Tom. 7. an. 1477. §. 11. ex Mariano. lib. 5. cap. 9.

B. Chriſtianæ Virginis.[f]] Chriſtina ſeu Chriſtiana §. 6.
nuncupabatur Aſſiſias erat, & ſanctæ Virginis Claræ in ſæculo ſocia, quippè quæ in eadem domo habitarent. Quare illius imitatione, Chriſtiana, mundo abrenuntians, Seraphicum Patrem D. Franciſcum adiit: apud ædem Portiunculæ commorantem; vbi ab eo Religionis habitum accepit; atque vnà cum ſancta Clara Monaſticam vitam egit; poſt cuius obitum, haud in ea tepeſcuit virtutis ardor: ſed iugiter perſeuerauit, morum integritate, & perfectione Euangelica illuſtris: perpetuam memoriam ſuæ ſanctitatis poſteris ſororibus relinquens: quam euidentiſſimis ſignis palàm demonſtrauit, per annos quadraginta quatuor, quibus in religione vixit. Obijt anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octauo. De ea ſcribit Marcus Vlyſſiponenſ. parte ſecunda chronic. Minorum libro primo, capite quinquageſimo tertio, ex Mariano libro 1. cap. duodecimo. Toſſinianus ſup. Vvadinghus. Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. §. 66. & tom. 2. ann. 1258. §. 20. ex proceſſu canonizat. Valerianus de BB. Fœmin. Ord. Minor. libr. 2. cap. 11.

B. Luciæ Venetæ, ex ord.[g]) Nobili proſapia, atque
meritorum prærogatiua, inter Venetos maximè claruit: §. 7.
floruit circa ann. 1355. obiitque Venetiis; cuius corpus conditum eſt in Eccleſia ſancti Raphaelis Archangeli. Glorioſa autem extitit in vita & in morte: propter ingentia miracula, quæ Deus per eam operatus eſt. Scripſit de ea Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 23. §. 1. ad ann. 1359. Toſſinianus ſup. in ea. De Sillis. in cap. 1. Regul. tertij Ordin. Salazar. ſup. li. 6. cap. 17. Vvadinghus Tom. 4. ſup. ad ann. 1360. §. 3.

VNDECIM

VNDECIMO KALENDAS FEBRVARII.

BLeſis, in territorio Carnotenſi, Beati [a] Ioannis Vicini, Martyris; qui ab Hæreticis comprehenſus & in vincula coniectus, poſt diros cruciatus, membraque corporis præciſa, in Ligerim fluuium proiicitur: vbi glorioſa morte victor ad cœlos aſcendit. Pictauis, Beati [b] Gualteri, Pictauienſis Epiſcopi: qui doctrina & ſollicitudine paſtorali gregem ſibi creditum curans, virtutibus & ſignis refulſit. Elchij in regno Valentiæ, Beati [c] Didaci Carreræ, Confeſſoris. Aunonij in territorio Toletano, Beati [d] Alphonſi à Val Coneta, Confeſſoris: paupertate, abſtinentia, & oratione ſpectabilis. Apud Balneenſes in Hethruria, Beatæ [e] Ioannæ à ſancta Maria, ex tertio Ordine D. Franciſci magnæ ſanctitatis fœminæ. Meſſanæ In Sicilia, Beatæ, [f] Euſtochij, Virginis: quæ Illuſtri exorta proſapia, tot ſanctitatis radijs emicuit, vt prima Abbatiſſa ea in vrbe electa, miraculis in vita, & poſt mortem nunc vſque fulſerit.

IANVARII XXII.

§. 1. B*Eati Ioannis Vicini, Martyris.* [a]] Turonenſis erat, piis parentibus exortus; nuncupabatur Ioannes Vicinus, ſeu pulcher Vicinus [non autem Bellouacenſis) vulgò, *Voiſin*, aut *Beau-voiſin*. Guardianus Conuentus Turonenſis, ac poſtea Confeſſarius Monialium ſanctæ Mariæ Guiſchiæ: quando ab hæreticis captus, in territorio Bleſenſi, & carceri mancipatus, illum crudeliter occiderunt, atque in Ligerim flumen proiecerunt. De eo agit Gonzaga. 1. part. orig ſeraphic. Relig. in BB. Martyribus huiuſce Ordinis, diuerſis in partibus Galliæ, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis. Item parte tertia in Conuentu Turonenſi, qui eſt 8. Prouinc. Turoniæ, vbi ſic ait. *Anno vero Domini* 1578. *Tempore perſecutionis ſecundæ in Catholicos, Religioſos præſertim, ab hæreticis in territorio Bleſenſi, interfectus eſt. V. P. F. Ioannes* Voiſin, *quondam Guardianus Turonenſis, ibidem Profeſſus, ex honeſta familia Turonis natus; Dominarum de Guiſchia Confeſſor, tunc & Prædicator; qui poſt diros cruciatus, membraque præciſa, in fluuium Ligerim demerſus, diuino nutu, ad præfatam Turonicam ciuitatem appulit, è regione ſuæ Parœchiæ, nec vltra progreſſus; à ſuis tandem conſanguineis agnitus, in prædicti Conuentus Eccleſia honorificè, maximaCleri populique Turonenſium frequentia, ſepultus eſt.* Eadem refert Barezzus parte 4. chronicor. Minor. libr. 7. capite 27. Daça. Ibid. lib. 3. cap. 58. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor, ad ann. 1288 §. 39. Picquetus. in catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minor. Grauina. part. 2 cap. 24. ex Fernando lib. 3. cap. 19. Gouſſancourt. Tom. 2. Martyrolog. Equit. Melitens. fol. 256.

§. 2. *B. Gualteri, Epiſcopi,* [b]) Hic Beatiſſimus Antiſtes nuncupabatur Gualterus, ſeu Gualterius de Brugis, ſcilicet Flandrorum, qui dùm eſſet Conuentus Pictauienſis alumnus, & ſacræ Theologiæ Doctor eximius; ſub B. Patre Bona-gratia, tunc Generali Miniſtro, electus eſt Prouinciæ Turonicæ Miniſter: exindè tandem ad Epiſcopatum Pictauienſem, ann. 1279 quantumuis reniteretur, à Sede Apoſtolica aſſumitur; quo in munere paſtorali, doctrina, verbi diuini prædicatione, beneficentia in pauperes, vitæque ſanctitate maximè effulſit. Super eius caput, in eximiæ cuiuſdam ſimplicitatis, innocentiæ, & ſanctitatis ſignificationem, non ſemel columba apparuit, dùm ſacra miniſtraret. Quamplurimi eiuſdem meritis & precibus à febre quartana conualuerunt, déque Paralyſi, aliiſque morbis. Nam cæcos illuminauit, quidam etiam Comitiali morbo, ſiue Epilepſia affectus ſanitati priſtinæ eſt reſtitutus. Obiit anno 1307. apud præfatum Conuentum Pictauienſem fratrum Minorum, in cuius Eccleſia, eius ſepulchrum iuxta altare maius viſitur: & à multis fidelibus, illius opem ad Dominum implorantibus, deuotè viſitatur; eſt etiam propè Refectorium dicti Conuentus, domuncula, ſiue cubiculum, titulo ſancti Gualteri nuncupatum. De eo agunt. S. Antoninus 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 8. B. Bartholomæus Piſanus. lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2 vbi de BB. viris Prouinciæ Turoniæ. Codex MS. Bibliothec. S. Victoris Parienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. chronic. Minor. lib. 4. cap. 24. ex Mariano, lib. 3. cap. 4. & chronicis antiq. Ordinis. Gonzaga 1. part. Orig. ſeraphic. relig. In BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 3. in Conuentu S. Catharinæ Pictauienſ. qui eſt 22. Prouinciæ Turoniæ. Raphaël Volaterranus Antropologiæ. lib. 21. de claris viris iſtius Ordin. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. ſeraphic. relig. in eo. Picquetus ſup. Galterius, in tabula Chronograph. ſæcul. 13. in ſcriptor. Eccel. Trithemius ibid. Vvillotus. Athenar. Orthodoxar. Franciſc. littera. G. Supplementum chron. lib. 13. ad an. 1252. Gneſnerus in Bibliothec. Triuethus De Regib. Angl. ad ann. 1306. Couſinus lib. 1. Hiſtor. Tornacenſ. cap. 2. ſæcul. 14. & lib. 4. cap. 18. & 20. Meyerus. lib. 11. Annal. Flandr. Chenu. in Epiſc. Pictauienſ. ex Thuano. lib. 131 Hiſtor. in fin. Gazetus. in hiſtor. Eccleſ. Belgij. Vbi de ſanctis Diœceſ. Brugens. Bzouius Tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1307. §. 13. poſt. Bouchetum. part. 4. Annal. Aquitan. ad ann. 1305.

Vnum omninò mirabile haud poſſum intactum pertranſire: quando B. ille Gualterus factus Pictauorum Epiſcop. venit in litem pro iure ſuæ Eccleſiæ, §. 3.
cum Archiepiſcopo & Metrapolitano ſuo Burdegalenſe Bertrando; qui paulò poſt Summus Pontifex creatus, nomine Clementis V. hunc velut aduerſarium ſuum Præſulatu deiecit. Nam, omiſſis cæteris ſupra citatis authoribus ſuffecerit nobis ſi D. Anto-

Digitized by Google

nini, Florentini Archiepiſcopi, grauiſſimum hîc ponamus ea de re teſtimonium. *Sub iſto Generali* (nempe decimo Bona-gratia nuncupato) *Frater Gualterus de Brugis, Magiſter in Theologia, tunc Miniſter Turoniæ, fuit per Dominum Papam compulſus (illo totis viribus vſque ad peccatum inobedientiæ renitente) recipere Epiſcopatum Pictauienſem. Et quamuis Generalis ille ſupplicauerit, ne ille Pater auferretur illi Prouincia; præualuit voluntas Vicarij Chriſti. Erat enim vir omni virtute ornatus, in regimine vtilis. Tantæ ſanctitatis fuit, quod aliquando columba candidiſſima viſa eſt ſuper caput eius: & contractum magnum debitum pro indumentis pauperum, cum mercatore quidam (qui Angelus Dei creditur fuiſſe) in forma Procuratoris, abſoluit debitum illud, & cancellari fecit, eo ignorante. Hic tamen cùm diu litigaſſet Epiſcopus, exiſtens in Archiepiſcopatu Burdegalenſi, pro iure Eccleſiæ ſuæ: & poſt multos annos, Burdegalenſis Archiepiſcopus, dictus Bertrandus, Papa eſſet creatus, Clemens V. nominatus; depoſuit ipſum Dominum Gualterum ab Epiſcopatu Pictauienſi, & reduxit ad clauſtrum. Demùm frater Gualterus ad extrema deueniens, quandam cedulam, in qua continebatur, quòd ipſe appellabat à ſententia Domini Clementis Papæ, ſuper depoſitione ſua ab Epiſcopatu, ad iuſtum iudicium Dei; & ipſam cedulam in manu concluſit dextera ſua, & cum ea voluit ſepeliri. Quod factum eſt: multis clarens miraculis, præcipuè à quartana liberans. Cùm autem poſt duos annos, vel circa, Papa Clemens cum curia ſua, veniſſet Pictauium & ibi moram traheret, audito, quòd frater Gualterus cum cedula in manu clauſa, ſuam appellationem continente, ſepultus fuiſſet, voluit hoc videre: vndè mandauit eum exhumari, & illam cedulam ſibi offerri. Mira res, manus eius aperiri non potuit, & cedula haberi, niſi facta priùs promiſſione, quòd ſibi poſtea reſtitueretur. Quo facto, ſtatim aperiri permiſit manum, & cedulam ſumi. Quam cùm Papa legiſſet, miratus eſt; & reddi eam illi defuncto iuſſit.* Hæc ille ſanctus Antiſtes.

Beatus verò Bartholomæus Piſanus, rem paulò aliter narrat, dicens. *Hic ſanctus ad mortem deueniens, quandam ſcripſit cedulam, cum qua in manu deceſſit: Et cùm Pictauis eſſet Romana curia, ſcilicet, Dominus Papa Clemens V. (qui ipſum iniuſtè ab Epiſcopatu Pictauienſi depoſuerat) Epiſcopi & Cardinales, & alii Prælati adeſſent ad eius exequias; nulli prædictam voluit dare cedulam; ſed Domino Papa veniente, eidem ſtatim mortuus tradidit. In cedula continebatur, quomodo ipſe frater Gualterus, quia iniuſtè ab eo fuerat depoſitus, infra tot dies Dominum Papam citabat appariturum coram æterno iudice: & ſic factum eſt. Nam die ſtatuta, morte Papa ipſe deceſſit*

Præterea de eo ſcribunt Poſſeuinus. In Apparatu ſacro. Sauſſayus In Martyrolog. Gallican. hac die. §. 4. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1275. §. 14. 1278. §. 31. & 1279. §. 13. 1280. §. 9. Item. tom. 3. ann. 1305. §. 5. 1307. §. 2. & 1314. §. 5. Molanus. in natalib. Belgic. ad 22. Ianuarij. Ioannes Rioche. lib. 4. Compendij tempor. cap. 77. Gonzaga. Item part. 1. ſup. in almo Conuentu Pariſienſi. Firmamentum trium Ordinum part. 1. tract. de illuſtriorib. viris Ordin. Minor. Democharez lib. 2. de ſacrific. Miſſ. cap. 26. in Epiſcop. 71. Pictauienſ. ann. 1299. Algezira. in arbore Epilogica totius Ordin. Minor. Caſſaneus part. duodecimo Catalog. glor. mundi conſideration. vigeſimo, vbi de ſcriptor. Gallicis. §. 20. Cornelius à Lapide Commentar. in Ieremiam Prophetam. cap. 17. §. 13. Nicolaus Ægidius in Annalib. Franc. ſub Philippo 3. cognomento Pulchro. Rege, ad ann. 1305. ſcribens, quòd Clemens V. hunc B. Gualterium ſuſpenderat ab Epiſcopatu Pictauienſi; eo quòd, cùm adhuc Archiepiſcopus Burdegalenſ. exiſteret, ab ipſo, [mandato Bituricenſis Archiepiſcopi, Aquitaniæ primatis, nomine Millonis, ſeu potiùs Ægidij, Auguſtiniani) fuiſſet excommunicatus; quapropter factus Summus Pontifex tam prædictum Archiepiſcopum, quàm ipſum B. Gualterum ſummo odio perſecutus eſt: quod factum in eo rectè reprehendit, & lib. 4. Annal. Franc. cap. 47. Belforeſtius ibid. in annotat. Hylaretus concion. pro Dominica in Paſſione poſt med.

§. 5. *B. Didaci Carriera, Confeſſ.* [c]] Gallus erat natione, qui factus ſacerdos, tranſierat in Hiſpaniam, vbi inter Patres reformatos ſeu Diſcalceatos, Prouinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ commoratus eſt. Dùm igitur apud Conuentum Elehenſem, in regno Valentiæ, gradum ſiſteret; Venerandus Pater Guardianus eius loci, videlicet, B. Ludouicus *ab Aracilto*, peſte correptus, obiit, ann. 1583. (de quo ſupra egimus ad decimum-nonum Ianuarij) exindéque tota domus eadem lue ita infecta eſt, vt breui omnes fratres ferè inuaſerit: duoſque ex eis morte ſuſtulerit. Quorum prior extitit hic B. Didacus *Carriera*, qui ſanctè admodùm obdormiuit in Domino. Cùm autem exceſſiſſet è vita, cuidam condiſcipulo ſtudenti in Cella ſua apparuit, veſtimentis Sacerdotalibus indutus: quem correctione dignum reprehendebat, eo quòd minimè ſatisfeciſſet, ſuper ſuffragiis in Religione ſolitò exoluendis, pro quolibet fratre defuncto; vti conſtitutiones Ordinis decernunt. Quo audito, præfatus frater veniam petiit, & promittens omiſſa citius complere, protinùs ipſe ab oculis eius diſceſſit. Hæc ex Ioanne Ximenez in chronico ſuo. Barezzo 4. part. chronic. Minor. lib. 8. cap. 65. Rapinæo hiſt. vniuerſal. Recollector. Decad. 8. part. 3. §. 6. Ioan. à ſancta Maria part. 1. chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 39.

§. 6. *Beati Alphonſi, Confeſſoris.* [d]) Humilitatis, paupertatis, & ſilentij vigilantiſſimus Cuſtos fuit: pane & aqua, adiunctis quandoque nonnullis fructibus, ieiunia ſtrictè ſeruabat. Præcipua deuotione venerabatur S. Virginem Deiparam: tuncque erga Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum totus inardeſcebat ignis flamma amoris. Pientiſſimus etiam extitit in animas Purgatorij, pro quibus preces, diſciplinas, aliaque pœnitentiæ opera, Deo humiliter offerebat. Orationi inſtanter vacabat: aliiſque (cùm Magiſtri Nouitiorum, & Guardiani munus exerceret) eadem facere haud ſegniter perſuadebat. Sancto fine quieuit in Domino apud Conuentum S. Sebaſtiani Aunonij (qui eſt 26. Prouinciæ S. Ioſephi] hac die, vti teſtatur Ioannes à ſancta Maria, part. 2. Chronic. eiuſd. Prouinc. lib. 4. cap. 33. ad 1600. quo floruit.

§. 7. *B. Ioanna à ſancta Maria, ex 3. Ord.* [e]) Maximarum extitit exemplar virtutum, ſuæque ſanctitatis ſpecimen dedit apud Balneenſes; vbi ſepulta eſt in Abbatia eiuſdem loci. Quamobrem hac die, ſolemnitas illius pia deuotione fidelium agitur: Eius meminerunt, Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 2. lib. 9. cap. 23. §. 1. ſub an. 1360. Valerianus de BB. Fœmin. Ord. Minor. lib. 4. cap. 17. De Sillis. in cap. 1. Reg. tertij Ordin. De Torres. In practic. exhortationibus ſuper eamd. Regul. fol. 37. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 17. Wadinghus

Tom.

Digitized by Google

Tom. 4. ſup. ad ann. 1360. §. 3.

§. 8. *Beata Euſtochij, Virginis.* [f]] Hæc nobiliſſima Virgo, Catanæ in Sicilia, piis, illuſtribuſque parentibus nata eſt: cuius mater Euſtochium quoque vocata, mulier ſanctiſſima (de qua 17. Octob.) hanc filiam vnicam à Deo ſummis precibus obtinuit: quam & ab initio Diuino cultui conſecrauit, & in Baptiſmate *Smaragdam* nuncupauit. Ab infantia complura futuræ ſanctitatis indicia prodidit: nam pietati & orationi iam omnino intenta, cilicium deferebat ad carnem, rarò in publicum egrediebatur: videri aut videre renuebat, ſi quandoque foras exiret. Cùm autem ſingulari pulchritudine ac corporis venuſtate floreret, plures nobiles in vxorem ſibi dari à patre inſtanter poſtularunt, qui tandem cuiuſdam viri illuſtris deſiderio annuens, petitis acquieuit. Quod cùm virgo reſciuiſſet, tot modis cœpit faciem deturpare, carnem teneram abſtinentia, cilicio, & aliis pœnis macerare, vilibus indui veſtibus: ornamentaque cuncta in luctum conuertere: vt propterea ſponſus eam dimiſerit, & pater breui tempore nimio cordis dolore percitus, obierit. Quo mortuo, Monaſterium Clariſſarum ingreditur, & relicto priori nomine, *Euſtochium* voluit appellari: in præcipuos voti ſui patronos deligens Seraphicum Patrem S. Franciſcum, D. Paulum, S. Hieronymum, & B. Iacobum *Tudertinum*, de quo 25. Decemb.

§. 9. Eo in ſtatu, maiore ſpiritus feruore afflata, ampliora pietatis auſteritatiſque opera amplexatur: diſciplinis, ciliciis, ieiuniis, orationibus, ac contemplationibus addicta erat, infirmis magna cum charitate & patientia miniſtrabat, morbo cōtagioſo laborantibus præſtò fuit. Verùm perfectioris vitæ deſiderio flagrans piæ matris interuentu, aliorumque opera proximorum, licentiam à Summo Pontifice obtinuit, *Meſſanæ* nouum conſtruendi Monaſterium, vbi prima Regulæ S. Claræ ſeruaretur: cuius rei gratia, perſecutiones haud modicas, æquo mitique animo tulit. Annum 27. agebat cùm priore derelicto Monaſterio ad nouum, vnà cū ſororibus BB. *Franciſcetta*, *Iacoba*, & aliis, ſe contulit: in quo prima Abbatiſſæ officium ſuſcepit: quod tamen munus, quoties deponere volebat, toties coacta eſt idem exercere. Demùm ſanctitate & miraculis clara, moritur an. 1484. feria 5. ibique ſepulta iacet. Agunt de ea Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 7. cap. 5. vſque 10. Gonzaga. 2. part. ſup. in 1. Monaſterio Prouinc. Siciliæ. Toſſinianus lib. 1. ſup. Elzearius lib. 1. cap. 16. ſacri mont. Oliuet. Bzouius Tom. 18. Annal. Eccl. ad an. 1485. §. 23. Iacobillus an. 1484. de SS. Fulginatibus in B. Cæcilia Coppoli 2. Ianuar. Valerius de SS. Fœminis Ord. Minor. lib. 2. cap. 36. 37. & 38. Laura, Marianus, & Maurolicus vitam eius deſcripſit, ex quo Marulus lib. 4. hiſtor. ſacrar. Relig. vult obiiſſe ann. 1486. Ferrarius autem in catalogo Sanctor. die 22. Ianuar. ann. 1480. ex eius vita MS. apud Moniales Montis Virginum; & Octauio Caietano, in Martyrologio Siculo. Gononus In Chronico. SS. Deiparæ ſæcul. 14. ad ann. 1485. Balinghem. In Calendario Virgin. Mariæ eod. ann. die 20. Ianuar. & Wadinghus Tom. 6. ſup. ad ann. 1472. §. 101. Item Tomo 7. ad ann. 1491. §. 10. & ſequent.

DECIMO KALENDAS FEBRVARII.

SAlmaſtræ, in Oriente, Beati [a] Guillelmi Anglici; qui ob publicam Chriſti confeſſionem, & Mahometicæ ſectæ reprobationem, carcerem & grauia vincula perpeſſus, à Mauris tandem gladiis confoſſus, martyrium conſummauit. Ferrariæ, Beati, [b] Hieronymi à monte Politiano, Confeſſoris, qui pluries Miniſtri Prouincialis munere functus, humilitate, ſilentio, & virginitate, admodùm emicuit: & ſignis viuus ac mortuus illuxit. In India Orientali, Beati [c] Ludouici à Cruce, Confeſſoris, miraculis clari. Aſtæ, Beati [d] Ioachini à Leuanto, Confeſſoris, magnæ ſanctitatis viri. Fulginij in vmbria, Beatæ [e] Ioannæ Fulginatis, Virginis.

IANVARII XXIII.

§. 1. BEati *Guillelmi Anglici, Martyris.* [a]) Anglus erat natione, qui in Orientem profectus, cœpit Chriſti Euangelium diſſeminare, & vbique verba ſalutis prædicare. Itaque à Mauris interrogatus, quid de eorum lege, ac Machometo magno Propheta, ſentiret? Reſpondit ſe credere in Ieſum Chriſtum: at quicumque Machometum ſequuntur, errore ducuntur, ac damnatione digni: eo quòd illius lex falſa ſit & fraudulenta. Quibus auditis, Mauri manus iecerunt in eum, & in tetrum carcerem conicientes, compedibus ac manicis ferreis vincierunt: proclamantes per vrbem, quæ Chriſti ſeruus contra ſectam eorum eructauerat. Ea voce, ingens populi concurſus factus eſt, & vir Dei è carcere eductus, in conſpectu omnium ſiſtitur, velut agnus manſuetiſſimus inter lupos. Quo tempore iterum interrogatur, tentaturque, an velit effata denegare, fidemque Chriſtianam abiurare: alioquin ſciat, mortem crudeliſſimam maximo cum dedecore ſubiturum. Quibus vir ſanctus, intrepida mente reſpondit; Priora à me dicta denuò certa fide atteſtor, iterumque palam aſſero, legem ſeruatoris Chriſti Ieſu ſolam eſſe veram & optimam, paratus ex tunc pro ea mori: veſtram verò ſectam falſam eſſe, vt & veſtrum Pſeudo-Prophetam. Ad hæc audita, Mauri magno impetu facto, & altiſſimè vociferantes: vnus illorum gladio eum trans-verberauit: ſed Chriſti martyr manu ſua obtegens vulnus inflictum, magna animi conſtantia, priora reiterauit verba: proclamans, ſe vltrò mortem ſubiturum, pro Chriſti fide ſanctiſſima: quam magnificè laudabat, ſectam verò Machometi condemnans. Quare Mauri vniuerſi in eum accurrentes, gladiis ſuis citò confoderunt. De eo agit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. chronic. Minor. lib. 8. cap. 40. ex chronicis antiq. Ordinis. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub. 19. Miniſtro Generali totius

Digitized by Google

Ordin. paſſus eſt autem ann. 1334. Boſius. tom. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 14. ann. 1341. Wadinghus. tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1334. §. 19. ex Mariano. lib. 4. cap. 10. Salazar. ſup. lib. 2. cap. 9. & 12.

§. 2. *B. Hieronymi, Confeſſ.* [b]) Fuit quidem genere nobilis, at virtutibus illuſtrior; nam à puero magnarum virtutum ſpecimen præbuit, & Eccleſiaſticam dignitatem fugiens, ad fratres Minores Obſeruantes migrat, deindè ad Patres Capucinos acceſſit: vbi tum in Romana, tum in Bononienſi Prouincia, ſæpè Vicarius Prouincialis, licet inuitus, eligitur: in vita & poſt mortem ſignis admirandis claruit: iuxta Bouerium Tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1546. §. 10. &c. quo obiit ex Petracio, Salodienſi, Monteflor. & aliis MSS.

§. 3. *B. Ludouici, Confeſſ.* [c]) Frater Laicus erat, natione Luſitanus, qui in Indiam traiiciens admirabili ſanctitate enituit: ad cuius proceſſus conficiendos, pro illius canonizatione, litteræ petuntur Apoſtolicæ, pro vt conſtat ex libello Neapoli edito ann. 1626. apud Typographiam Ioan. Dominici Roncalioli, & Rapinæo, in hiſtor. general. origin. Recollector. præfat. part. 1. §. 4.

§. 4. Hic velim, mecum aduertas, quàm mira egerit diuina prouidentia, etiam per manus fratrum noſtri ordinis Laïcorum, in conuerſione Infidelium, maximè Indorum, tum Orientalium, tum Occidentalium: quod in decurſu huiuſce Martyrologij Franciſcani, ſuis in locis, liquebit conſpicere. Non enim ſoli fratres Minores, Obſeruantes, vel Reformati, ſeu Recollecti, ac Diſcalceati, Americam, & alias Indiarum regiones perluſtrarunt, ſed & patres Capucini, eiuſdem Ordinis licet vltimi, haud paruam in illis contulerunt operam: quidquid gloriæ noſtræ æmuli dictis iactitent & factis. Inſpice, precor, quàm frigidè de Franciſcanis loquatur Iarricus Tom. 3. hiſtor. Oriental. lib. 5. in Prouincia Goana: cap. 29. apud Diuum; lib. 6. cap. 8. apud Caturteum, cap. 17. apud Coulanum, & Trauancorum: cap. 25. apud Ceilanum inſulam: vbi tamen Andræas Franciſcanus, Cochinenſis Epiſcopus, patres Ieſuitas primò recepit, ann. 1602. ſic olim eoſdem patres ſuſceptos fuiſſe Goæ, à Beato Ioanne Albuquertio, Recollecto; ſecundo Goano Epiſcopo, conſtat: quando ſanctus Franciſcus Xauerius ab eo benedictionem accepit, vt in Iapponium pergeret. Teſte Turſellino. lib. 4. vitæ eius cap. 7. & Maffæo, lib. 14. hiſtor. Indic. ſed de his aliàs ad 12. Septemb. §. 8. Interim legas, velim, Ignatium-Ioſeph. lib. 1. hiſtor. Eccleſ. Abbatiſſullæ: cap. 58. & luculenter inſpicies: quantis in locis, apud infideles, hi fratres Minores Capucini domicilia extruxerint.

B. Ioachinij, Confeſſ. [d]) Huius fratris Laici vita, §. 5. cunctis virtutum forma ac diſciplina fuit: nam præter eius auſteritatem, humilitatem, & paupertatem, charitas ipſius immenſa erat, qua & peſte laborantibus læto ac prompto animo inſeruiebat: orationem ſummè excolebat, & in extaſim raptus, triduò in ea perſeuerabat. Scribunt de eo Bouerius ſup. ad ann. 1578. §. 23. &c. quo obiit. Salodienſis, & MS. Prouinciæ Genuenſis.

B. Ioannæ, Virg. [e]) Patria Fulginas erat, dotata §. 6. ſpiritu orationi aſſiduo, in qua diu noctuque perſeuerabat: hac die obiit, an. 1614. iuxta Iacobillum de SS. Fulginatibus, in B. Margarita *Dominici*, 13. Iunij.

NONO KALENDAS FEBRVARII.

IN territorio Viennenſi in Auſtria, Paſſio Beatorum [a] octodecim fratrum; qui pro Chriſto acerbiſſimum martyrij genus à Turcis ſubierunt. Elchij, in Regno Valentiæ, Beati [b] Franciſci à Valentia, Confeſſoris: obedientia, vita exemplari, atque virtutum fama celebris. Illeſcis in Hiſpania, Beatæ [c] Agnetis à Conceptione Virginis, primæ Abbatiſſæ Monaſterij Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis; quæ & reuelationibus diuinis, & ſingulari perfectione à Domino exornata; ſancto fine quieuit. Bennarij in Pede-montano Principatu, Beatæ [d] Paulæ Gambaræ; eiuſdem loci Comitiſſæ; quæ Tertiariarum ſumpto habitu: vita & miraculis extitit illuſtriſſima.

IANVARII XXIV.

§. 1. B*B. octodecim Fratrum,* [a]) Horum illuſtre martyrium accidit circa annum Chriſti 1541. cuius mentio habetur apud Gonzagam. part. 2. origin. ſeraphic. relig. in Prouinc. Auſtriæ ſub fin. his verbis. *Octodecim huius Prouinciæ Fratres in Paradiſi loco, tribus milliaribus à Vienna Auſtriæ diſtante, acerbiſſimum martyrij genus ſubierunt. Cùm primùm enim Turcæ ipſum locum inuaſiſſent, è veſtigio Fratres truculenter aggreſſi, eos necauerunt.* Eadem prorſus refert Barezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 3. cap. 34. Daça ibid. lib. 3 cap. 49. De his autem ſcribit Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor.

§. 2. *B. Franciſci à Valentia, Confeſſor.* [b]] Profeſſione Laicus, patria verò Valentinus erat in Hiſpania natus; vir vitæ exemplaris, promptæ obedientiæ, & perfectionis haud infimæ. Socius fidelis & amantiſſimus extitit R.P. Franciſci Ximenez, Miniſtri Prouinc. S. Ioannis Baptiſtæ. Verùm ann. 1583. cùm B. Pater Ludouicus *ab Aracilio*, Conuentus Elchenſis Guardianus; & B. Didacus *Carrera*, peſte ſublati eſſent: [de quibus ſup. 19. & 22. Ianuarij] tunc & ipſe eadem lue infectus exceſſit è vita. Ante cuius obitum plures graueſque Dæmon illi tetendit inſidias, quas omnes ſpeciali Dei gratia, ſuperans, victoriam exindè reportauit; quo facto, quietè, ac deuotè inuocando nomen Ieſu, & B. Mariæ Virginis, ſpiritum reddidit cœlo, Beatitudinis præmio in æternum fruiturus. De eo agunt Ioannes Ximenez in Chronol. Barezzus ſup. lib. 8. cap. 95. Rapinæus in hiſtor. general. orig. Recoll. Decad. 8. part. 1. §. 11. Marieta lib. 17. hiſt. Eccleſ. ſanctor. Hiſpan. cap. 14. & Ioannes à ſancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph.

Digitized by Google

S. Ioſeph. lib.2.cap.39. Hic omninò diuerſus eſt à B. Franciſco *de Valentia*, Laico, cuius meminere, præfati Barezzus lib. 3. cap. 13. Ioannes à ſancta Maria lib. 1. cap.33. & Gonzaga part. 3. in Conuentu Petrochij; qui eſt. 2. præfatæ Prouinc. vbi iacet.

§. 3. *B. Agnetis à Conceptione Virginis.* [c]] Hæc diſcipula & imitatrix fuit B. Ioannæ à *Cruce* Virginis, in Monaſterio Tertiariarũ ſanctæ Mariæ de Cruce, quingentis paſſibus à pago Cuba, Toletanæ Diœceſis, ſito. Quæ ob ingentes animi ſui virtutes, de mandato Superiorum, indè extracta, cum duabus aliis Religioſiſſimis Monialibus, conducta eſt in nouum Monaſterium Illeſci Immaculatæ Conceptionis Matris Dei ſacratum; fundatum ab Illuſtriſſimo Patre Franciſco Ximenio, Toletano Archiepiſcopo. S. R. E. Cardinale; anno Chriſti 1517. ipſius B. Agnetis conſanguineo. Huius igitur Conuentus prima Abbatiſſa instituta, mira perfectione, & Monaſticæ Obſeruantiæ zelo, ſorores Virgines prudentiſſimè rexit ac gubernauit: vbi & ſancto fine quieuit: prout teſtatur Barezzus. ſup. lib. 2. cap. 52. Poſt Gonzagam. part. 3. Orig. ſeraph. relig. in præfato Monaſterio Illeſci. Quod eſt 15. Prouin: Caſtellæ; de ea ita ſcribentem. *Prima huius loci Abbatiſſa, vna fuit ex illis tribus, quæ ex Monaſterio S. Mariæ de Cruce allatæ fuerè, nomine Agnes à Conceptione, cui conſanguinitas cum fundatore interceſſit: cuiuſque ſanctitas tanta fuit, vt plura Deo ſibi reuelante, prænoſſe meruerit; quamobrem & in vita, & in morte, in maxima veneratione habita eſt.* Valerianus de BB. fœmin. Ord. Minor. lib. 4. cap. 28. Salazar. lib. 7. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap.14.

B. Paula Gambara, [d]) Brixienſis erat natione, Bennarij Comitiſſa; ann. 1545. Tertiaria: quæ cùm viuens omni virtutum genere exornata fuerit, plurimis poſt obitum miraculis claruit. Ita Gonzaga 2. part. ſup. In Conuentu ſancti Franciſci Bennarij, qui eſt eſt 26. Prouinc. Genuenſ. vbi requieſcit. §. 4.

OCTAVO KALENDAS FEBRVARII.

Ciuitatulæ in inſula Minoricenſi, paſſio Beatæ [a] Agathæ Amalleræ Virginis, à Turcis Iugulatæ. Nurſiæ in Vmbria Beati [b] Ioannucij de Valle terrena, Confeſſoris: miræ patientiæ viri: qui humilitate, paupertate, & oratione ac ſpiritus feruore præditus: ſpiritu prophetico claruit & miraculis. Vercellis, Beati [c] Antonij à Cremona, Confeſſoris; virtutum meritis ac miraculorum gloria conſpicui. Panormi in Sicilia Beati [d] Benedicti cognomento Nigri, Confeſſoris: qui ſignis & virtutibus emicuit. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [e] Beatricis Virginis, ſanctæ Virginis Claræ ſororis: quæ vitam in ieiuniis, abſtinentiis, & obſecrationibus ducens, ſanctiſſimè ſpiritum Chriſto ſponſo reddidit. Gratianopoli, Beatæ [f] Ioannę Ballæ, Virginis, quæ prima Abbatiſſa electa, ſignis & virtutibus illuxit.

IANVARII XXV.

§. 1. B. *Agatha, virg.* [a]] Cùm Turcæ irruerent in inſulam Minoricenſem, Ciuitatulæ Monaſteriũ combuſſerunt, & hanc B. Agatham occiderunt, reliquas ſorores aut captiuas duxerunt vel fugarunt. ann. 1558. iuxta MSS. monimenta: Daçam. part. 4. Chronic. lib. 3. cap. 49. Wadinghum. Tom. 7. ſup. ad ann. 1487. §. 43.

§. 2. *Beati Ioannucij de Valle-terrena, Confeſſ.* [b]] Natus eſt in finibus Ducatus Spoletani; profeſſione Laicus; vir ingenti prefectione decoratus, B. Fratris Honufrij Sarzanenſis diſcipulus, atque illius æmulator indefeſſus. Huius igitur tanta fuit humilitas & paupertas, atque in perferendis laboribus, infirmitatibus ve patientia, vt vix explicari poſſit. Sanctæ orationi iugiter intendebat: in virtutis exercitio feruidus erat & aſſiduus. Fuit præterea ſpiritu Prophetico inſignitus; quo & certiſſimam ſui obitus horam Patri Guardiano à ſe ſciſcitanti, & alia plurima prænuntiauit. Exceſſit è vita Nurſiæ; cuius corpus ſacrum, ad Nurſinorum inſtantiam, quibus in maxima veneratione eſt, propè ſummum altare honorificè quieſcit: vbi quamplurimis claret miraculis. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis. 3. part. chronic. Minor. lib. 2. cap. 31. ſub ann. 1457. quo obiit. Gonzaga. part. 2. ſup. in Conuentu Annuntiat. Beatæ Mariæ Virg. Nurſiæ, qui eſt 15. Prouinc. ſancti Franciſci. Toſſinianus, lib. 1. hiſtor. ſeraphic. Iacobillus de ſanctis Fulginatibus in vita. B. Ioannis à *Nurſia.* & Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1432. §. 29. Item. tom. 6. ad ann. 1453. §. 39. ex Mariano lib. 5. cap. 27.

B. Antonij à Cremona, Confeſſ. [c]] Maxima populi veneratione colitur in Conuentu S. Mariæ de Beth- §. 3.
leem Vercellarum hic ſeruus Dei, ibidem ſepultus; qui multigenis meritis atque miraculis clarus, anno Domini 1575. die verò Menſis Ianuarij 25, diem clauſit extremum. Memoratur à Gonzaga. part. 2. ſup. in eo Conuentu Vercellenſ. qui eſt 5. Prouinc. Mediolani. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 12. Daça. Ibid. lib. 3. cap. 75. Wadingho tom. 6. ſup. ad ann. 1453. §. 43. Toſſiniano lib. 2. in Prouincia Mediolanenſ.

B. Benedicti, Cognomento Nigri, Confeſſoris, [d]] Vi-
xit in reformatione apud Siciliam, obiitque Panormi, §. 4.
in Conuentu S. Mariæ de Ieſu, qui eſt 3. Prouinc. Siciliæ; magna cùm ſanctitatis, tum miraculorum fama. Vocatur communiter *ſanctus Niger*, quia natus ſit ex fœmina captiua Nigra: cuius vita extat deſcripta. Eius meminit Barezzus ſup. lib. 8. cap. 52. ex Chronic. Bonifacij Bonibelli; De illius ſanctitate nunc profeſſus fiunt auctoritate Apoſtolica: prout accepimus ex libello Neapoli edito, apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli ann. 1626. Floruit circa ann. 1580. Rapinæus in hiſtor. general. orig. Recollect. 1. part. præfat. §. 4. Grauina part. 2. cap. 24. *In voce Turturis.* Ille eſt, vt reor, cuius mentionem facit Ferarius, In Catalago ſanctor. 4. April. à Wadingho autem tom. 5. ſup. ann. 1417. §. 29. vocatur *Benedictus à ſancto Fratello.* & tom. 6. ad ann. 1451. §. 42.

§. 5. *B. Beatricis Virginis*, [e]) Hæc Chriſti ſponſi amore incenſa, ſæculi diuitias, ac mundanas vanitates quàm libenter cõtempſit, eucurritque ad Religionem poſt B. Hortulanam, eius Matrem, & ſanctam Claram, ac B. Agnetem, Virgines, ſorores: eaſque imitata eſt in Monaſterio S. Damiani; quo vitam duxit in oratione ieiunio, & abſtinentia: ſicque ſanctiſſimè obiit in Domino. Agit de ea Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 2. lib. 1. cap. 53. ex Mariano lib. 1. cap. 5. Toſſinianus ſup. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1253. §. 25. tom. 1. an. 1212. §. 14. ex Cimarella 4. part. Chronic. lib. 6. cap. 25. Valerianus lib. 2. cap. 11. Salazar. lib. 5. cap. 21. ſup.

B. Ioanna Bella, Virg. [f]] Bella, ſeu pulchra cognominabatur, Filia Præſidis Parlamenti Gratianopolitani; Camberiaci Ordini ſanctæ Claræ nomen dedit, circa ann. 1470. ex quo loco poſtea tranſlata eſt ad nouum Monaſterium Gratianopolit. ann. 1478. die 13. Septemb. vbi, die Dominica ſequenti, 15. eiuſdem menſis, prima Abbatiſſa electa eſt: obiitque vitæ ſanctitate & ſignis admirandis glorioſa. Vide Foderetum, in deſcriptione Monaſterij Clariſſar. Gratianopolit. & Abba-villæum Capucinum, in hiſtoria Chronolog. B. Colettæ Virg. ſtatu tertio, libro quarto, capite duodecimo. Wadinghum; tom. 6. ſup. ad ann. 1469. §. 33 & ſeq. §. 6.

SEPTIMO KALENDAS FEBRVARII.

Redonis in Gallia, Beati [a] Radulphi, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri: Meſſanæ in Sicilia, Beati [b] Electi, Confeſſoris; miraculis clari. Bellicij, Beatorum [c] Confeſſorum, Petri de Petra, Ioannis Grangeri, & Martini Petri. Myanis, in Territorio Gratianopolitano, Beati [d] Iacobi Occentis, Confeſſoris. Scarlini in Tuſcia, Beati [e] Petri-Antonij à Cortona, Confeſſoris: vitæ ſanctimonia, & dono Prophetico illuſtris. In Hybernia, Beatorum [f] Feralli, & Philippi, Confeſſorum: qui vita, & virtutibus excelluerunt. Aquilæ in Veſtinis, Beatæ [g] Paulæ à Fulgineo, virginis: quæ caſtimoniæ, orationis, & ſimplicitatis virtute excelluit.

IANVARII XXVI.

§. 1. Beati *Radulphi, Confeſſoris* [a]) Tanta vitę perfectione ac puritate erat exornatus; vt Sacrum facienti, & Miſſam celebranti (dùm viueret) adſtarent miniſtrarentque Angeli. Obiit, ac ſepultus eſt apud Conuentum S. Iacobi Redonenſis vrbis ann. 1307. Eius mentionem faciunt B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc Turonenſ. Codex. MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ 2. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 1. §. 3. Gonzaga part. 3. Origin. ſeraph. relig. in eo Conuentu, qui eſt 17. Prouinc. Turoniæ. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. ſeraph. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1287. §. 15. & 20. Item tom. 3. ad ann. 1305. § 5. Petrus Caluus, in Defenſorio ſacrarum Religionum, lib. 2. cap. 32. Daça. 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 32.

§. 2. *B. Electi, Confeſſ.* [b]) Nullo alio titulo inſignitur: quàm, Filius Domini Andrææ: qui, vt reor, vir erat in Sicilia, ſingulari nobilitate notiſſimus. Huic B Electo, Chriſtus in Columbæ ſpecie apparuit. Porrò Meſſanæ mortuus eſt; miraculis ac prodigiis poſt obitum coruſcans. Floruit ann. 1360. ſcribunt de eo Bartholomæus Piſanus ſup. in Prouinc. Siciliæ. Codex. MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 24. §. 1. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Wadingh. tom. 1. ſup. ad ann. 1222. §. 42. & tom. 4. ann. 1355. §. 4. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. poſt Marianum lib 4. cap. 12.

§. 3. *BB. Petri Confeſſ. &c.* [c]) Primus, magnus extitit prædicator, vitiorumque perpetuum flagellum: alter ingentibus auſteritatibus, corporiſque macerationibus iugiter vacabat: vltimus verò, meditationi & orationi omninò addictus erat, prout teſtatur Foderetus, in deſcriptione Prouinciæ Burgundiæ, vbi de Conu. Bellicenſi. Wadinghus. to. 6. ſup. an. 1458. §. 31.

§. 4. *B. Iacobi Occentis*, [d]) Genere ac virtute illuſtris extitit: & Guardianus cùm eſſet Conuentus Myanenſis, ſanctiſſimè obiit circa ann. 1495. vide Foderetum ſup. in deſcriptione prædicti Conuentus, ac Wadinghum tom. 6. ſup ad ann. 1458. §. 31.

§. 5. *B. Petri Antonij à Cortona, Confeſſ.* [e]] Floruit circa ann. 1490. obiitque in Conuentu Minoritico propè Scarlinum Tuſciæ pagum Maritimum Diem ac horam ſui fœlicis tranſitus, longo tempore, anteà præſciuit: & meritis præclarus abiit in cœlum Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ ſup. lib. 7. cap. 17. Marianus. lib. 5. cap. 49. Wadinghus. tom. 7. ſup ad ann. 1486. §. 4

§. 6. *BB. Feralli, & Philippi, Confeſſ.* [f]] Vixerunt apud Conuentum Kyllconnaymenſem in Comitatu Galuiæ hic piiſſimi viri: qui commendãtur, videlicet F Ferallus *Mag Egan*. à doctrina, & prudentia, ab aſſidua oratione, & veneratione in populo: Alter vero: F. Philippus *Cluan*; ab eximia humilitate, pietate & ſingulari diſcretione. Floruerunt poſt ann. 1500. non tamen eodem Anno. ad Dominum migrarunt. Ita monimenta MSS. Hybern. ex quibus Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1414. §. 16. & tom. 6. ad ann. 1470. §. 21.

§. 7. *Beata Paula à Fulgineo, Virg.* [g]] Fulginas hæc erat, ſocia B. *Antoinettæ* virginis: prius Tertiariarum Regulam profitebatur, ex indéque vt primam ſanctæ Claræ virginis Regulam ſeruaret, ad Monaſterium Corporis Chriſti apud Aquilam, Aprutiorum vrbem, perrexit an. 1433. vbi Deo inſeruire omninò cupiens in maxima puritate, ac ſpiritus ſimplicitate, ad altioris perfectionis gradum peruenit: & ingenti ſanctitate plena deceſſit è vita an. 1488. Scribunt de ea Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 7. cap. 14. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1488. §. 13. Vvadinghus Tom. 5. ſup. 1447. §. 90. & Tom. 6. ad an. 1470. §. 5. & 6. Gonzaga ſup. part. 2. in eo præfato Monaſterio Aquilano, quod eſt 1. prouinciæ S. Bernardini; qui ait, illam miraculis claruiſſe: eiuſque ſacrum corpus ibidem debito honore venerari Iacobillus de SS. Fulginatib. qui vult' eam obiiſſe 26. Ianuar. an. 1470. Item in vit. B. Angelinæ *Corbara*, virg. Valerianus de BB. Fœminis Ord. Minor. cap. 41. lib. 2. de Sillis. In cap. 1. Regul. Tertiarior.

SEXTO

Digitized by Google

SEXTO KALENDAS FEBRVARII.

IN Picœno, apud ſancti Marini oppidum, Beati [a] Dominici, Confeſſoris; qui humilitate profundiſſima firmatus, miraculis quamplurimis fuit à Domino ſublimatus. Vimarani, Bracarenſis Diœceſis, in Luſitania, Beati [b] Roderici, Confeſſoris: miræ pœnitentiæ viri; qui paupertatis altiſſimæ amator extitit, & ſpiritu Prophetico fulſit. Montiliæ, in Hiſpania, Beati [c] Petri ab Angelis, Confeſſoris: pietate, ſanctis operibus, ac ſignis conſpicui. In Sicilia, Beati [d] Antonij Scalmati, Confeſſoris. Mediolani, Beatæ [e] Paulæ-Mariæ, Virginis.

IANVARII XXVII.

§. 1. BEati Dominici, Confeſſoris. [a]) Maxima humilitate eminicans, quamplurimis etiam miraculis illuſtratus eſt: quorum meminerunt B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratribus Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Marchiæ. Codex. MS. Abbatiæ S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 22. ſub ann. 1530. Gonzaga part. 1. Orig ſeraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Iacet autem in loco ſancti Marini apud Picœnos. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. ſeraphic. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1392. §. 28. tom. 1. ad an. 1241. §. 23. ex Mariano lib. 2. cap. 13. & Creſcentio in dialog. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor.

§. 2. *Beati Roderici, Confeſſ.* [b]) Celeberrimus habitus eſt in Hiſpania: ann. 1378. obiitque, ac ſepultus eſt Vimarani in Conuentu S. Franciſci, & honeſto loco reconditus: nec abſre quidem, cùm ob eius merita Prophetico ſpiritu, à Deo cohoneſtari meruerit. Tamen huius piiſſimi Patris corpus, licet diligentiſſimè conquiſitum, inueniri hoc in loco non poteſt, quapropter ad Matricem Vimaranenſis oppidi Eccleſiam occultè aliquando tranſlatũ, inibique editiori in loco Aquilonẽ verſus tumulatum, ab Oppidanis aſſeritur, quod mihi quidem maximè probatur; eiuſque rei cauſa eſt, eorumdem ad eum locum deuotio. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus, ſup. in Prouinc. S. Iacobi. Codex. MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 35. §. 1 Gonzaga part. 3. ſup. in in Conuentu Vimarani, qui eſt 3. Prouinc. Portugall. attamen in Conuentu S. Mariæ de Angelis, qui eſt 1. Prouinc. S. Gabrielis; aſſerit ibid. obiiſſe. Quem ſequitur wadinghus. tom. 1. ſup. ad ann. 1214. §. 21. & tom. 4. ann. 1381. § 2.

§. 3. Verùm nonnulla explicanda ſunt, quæ reperiuntur obſcuriora in vita præfati B. Roderici. Referuntur autem à prædicto B. Bartholomæo, fruct. 8. ſup. in hunc modum. *In monte de Valdearogo, iacet Frater Rodericus Robicij. Hic fuit homo Pœnitentiæ mirabilis; paupertatis amator, mundum fugiens, & ſpiritu Prophetico perluſtratus. Ad hunc cùm Regina Caſtellæ vxor Regis Henrici, & mater iſtius Regis Ioannis Caſtellæ, Fratres miſiſſet; vt ſibi infirma diceret, quid acturus eius filius Rex Ionnes, quoad ad hærentiam Pontificum, qui nunc ſunt: an adhæreret Domino Papæ Vrbano; vel alteri? Cùmque Fratres ad ipſum veniſſent, antequam eidem intimarent aliquid, propter quod miſiſſent, ipſe eis dixit. Sciatis, Dominam Reginam, quæ vos miſit, mortuam, Dominum Regem Ioannem Caſtellæ ſe pro alio à domino Vrbano determinaturum: & malè eueniet filio. Ac Regem Carolum, Francorum Regem, nuper mortuum, ſepultum me vidiſſe in profundo inferni; propter ſchiſma, quod poſuit, & tenuit in Eccleſia ſancta Dei. Quæ Fratres audientes, ſicut prædixit ſic & inuenerunt.*

Quibus in verbis duo ſunt animaduerſione digna. §. 4. Primum, illud eſt, de ſchiſmate, quod in Eccleſia initium habuit poſt obitum Gregorij Papæ XI. Galli, ex diuerſa electione duorum Summorum Pontificum: Vrbani VI. videlicet, & Clementis VII. Primus Romæ manſit: cui adhæſit Italia, Germania, Hungaria, &c. Alius verò Auinionem ſe recepit, cui parebant Reges Franciæ, Neapolis, Caſtellæ, Scotiæ, Arragoniæ, &c. non ſolùm autem vterque illorum, Reges ac Principes in ſuam ſententiam perducebant: ſed & ſapientiſſimi, doctiſſimique viri: ac permulti ſerui Dei, huius vel iſtius partes tuebantur, vti probè dignoſcitur, tum ex Marco Vlyſſiponenſ. cap. 34. §. 1. ſup. Leandro, Petro Rauzana, Petro Ribadeneira, &c. in vita S. Vincentij Ferrerij, 5. Aprilis: Tum ex aliis Chronicis, Hiſtor. & Annalib. Qua de re vide Reuerendiſſ. Epiſcopum, Nicolaum Coiffetellum, ord. Prædicat. in reſponſione ad Myſterium iniquitatis, & S. Capucinum, lib. 2. cap. 10. vit. Beatæ Colettæ Virg.

Cur autem tot, tantique viri clariſſimi, Clementis §. 5. VII. in Gallia apud Auenionem pro Summo Pontifice, ſe habentis, ſententiam ſequerentur? Reſpondetur primò ex S. Antonin. 3. part. hiſtor. titul. 22. cap. 2. & titul. 23. cap. 8. §. 4. Ribadeneira, & aliis ſupra, tum ex Bellarmino, de Romano Pont. lib. 4. cap. 14. Quod ideò faciebant, quia non poterat facilè iudicari, quis eorum verus ac legitimus eſſet Pontifex; vnde non deerant ſingulis doctiſſimi Patroni. Secundo, quia cauſa Clementis VII. clarior, iuſtiorque videbatur, tum D. Vincentio Ferrerio, aliiſque ſanctis viris; tum maiori parti Doctiorum hominum. Quod quidem Ioannes Laziardus, Cœleſtinus, eadem tempeſtate vitam agens, litteris commendauit lib 3. Epitom. hiſtoriæ vniuerſal. cap. 265. his verbis, *Mortuo Gregorio, cùm de creando nouo Pontifice mentio haberetur, ad Cardinales Romani concurrunt, rogantes vt aliquem natione Italum eligerent; timebant enim ne ſi fortè Gallus deligeretur, ſedem iterum in Gallias transferret. Reſpondere tum Cardinales ſibi curæ fore, vt vir optimus deligeretur, qui Eccleſiæ Dei præeſſet, nulla perſonarum, aut nationum acceptione habita. Ob quam cauſam ad arma conuerſi Romani, eò Cardinales compulerunt, vt Epiſcopum Barenſem, Bartholomæum nomine deligerent; quem Vrbanum ſextum vocauerunt. Tam enim ſeditioſus auaruſque eſt Romanus populus: vt nullo reſpectu habito ſanctitatis, magis largi-*

Digitized by Google

tiones quàm probitatem exoptet. Nam cùm optimi viri fuerint, qui ex Gallis Pontifices delecti fuerint, ac optimè Eccleſiam rexerint; eos tamen exoſos habuere Romani quòd nihil ſtipendij; nihilque lucri ex eorum electione adipiſcerentur Cardinales; itaque cùm dictum Vrbanum metu populi Romani delegiſſent, è conclaui prodeuntes, partim in Adriani molem, partim ad montana loca confugêre: impetum furentis populi vitaturi, quippè qui audierant Cardinales non ex animo, ſed fictione magis, Vrbanum Pontificem pronuntiaſſe. Quapropter Galli Cardinales iterum in vnum coeuntes Anagniam primò, mox Fundos petentes, in Vrbanum inuexerunt, eum aſſerentes nō verum Pontificem, ſed vi ac metu creatum: ob quam cauſam, alium Gebennenſem Cardinalem, qui ante Legatus in Italia fuerat, Pontificem creant, quem vocauerunt Clementem. Vide Froiſſart. volumin. 2. hiſtor. cap. 12. & 35. & Iuuenal. de Vrſinis in hiſtor. Caroli 6. Reg. Franc. ad ann. 1380. Bergomatem in Supplementi chron. lib. 14. ad ann. 1378. ex Leonardo Aretino lib. 8.

§. 6. Secundum conſideratione dignum eſt id, quod dicitur, de Rege Francorum: quem vult Beatus Bartholomæus Piſanus, Beatum Rodericum apud inferos vidiſſe conſepultum, propter ſchiſma in Eccleſia Dei excitatum. Sed pace tanti viri dixerim, hallucinatum fuiſſe: illudque minimè hiſtoricæ veritati conuenire. Nam ille rex Carolus V. ſapiens cognominatus, piè, ſanctéque obiit die decima ſexta Septembris an. 1380. cuius corpus ad ſanctum Dionyſium ſepultum eſt; cor verò Rothomagum eſt deportatum, ad Eccleſiam Cathedralem: inteſtina autem humata ſunt apud Malumdumum, Sanctimonialium Ordinis Ciſtercienſium cœnobium, iuxtà Ponteſiam. Miris laudum titulis efferunt hunc Chriſtianiſſimum Regem; quòd à pueritia Deum amauerit timueritque: quòd Eccleſiam, & eius miniſtros reueritus ſit: optimus Catholicus extiterit: ſcientiarum amator; virtutibus ornatus, bonis moribus imbutus: conſilio ſapiens; in bello prudens: diligens in executione. Iuſtitiæ ac politiæ Regni zelo flagrabat: viduarum, pupillorumque defenſor: iurium Eccleſiarum protector, ſacrorum locorum amplificator, & ſingularis benefactor: diuini honoris cultor: cuius opera præclarus Cœleſtinorum Ordo ex Italia Galliam eſt aduocatus. His & aliis quamplurimis ſummæ pietatis ac virtutis encomiis, ab Authoribus fide dignis meritò celebratur. Nicolao Gillio, P. Æmylio; R. Gaguinio. I. Laziardo cap. 263. P. Maſſono. I. Tillio. F. Belforeſto, S. Duplex. G. Corrozeto: & quotquot res Francorum ſcripſerunt.

Quid igitur: viſus eſt in profundo inferni poſt obi-
§. 7. tum, propter ſchiſma exortum quod tenuit. Adeſte nunc boni viri! ergo damnandus erat ſanctus Vincentius Ferrerius; aliique viri doctrina & vitæ ſanctitate illuſtriſſimi in infernum erant proijciendi: quia Clementi VII. adhærebant, quia cauſam eius tuebantur? minimè gentium. Nam ſi eiuſmodi Clementis VII. ius erat clarius, iuſtiuſque & æquius: qualis culpa, illud amplecti, quod bonum optimumque: à piis, ſanctis, eruditiſſimiſque viris diiudicatur. Itaque dicimus, quòd ſicut aduerſariæ partis fautores, præſentis Clementis VII. ſectatores perſequebantur excommunicationibus, aliiſque cenſuris Eccleſiaſticis: tumque diris cruciatibus inferni deuouebant: ita quæcunque de iiſdem cogitabant, in viſione cernebant, aut meditabantur: hæc eadem ſibi cœlitùs reuelata, opinabantur: quæ tamen more humano ſibi imaginaria perſuaſione euenerant: vt patet de Propheta Natham; de SS. Elizabeth vidua, & Catharina Senenſi, &c. Lege D. Greg. Pap. homil. 1. in Ezechiel. S. Thom. 22. quæſt. 171. art 5. Gaſpar. Sanctium in 2. Reg. 7. verſ. 3. Ioan. de Horozco, Couarruuiam tract. de vera & falſa Prophetia lib. 1. cap. 16. Wadinghum tom. 1. ſup. ad ann. 1227. §. decimoquarto. Apud ſanctum Antoninum 4. part. ſumm. Theolog. tit. 19. cap. §. 9. item part. 3. hiſtor. titul. 19. cap. 11. & titul. 24. cap. 11. Petrum de Aquila. Scotellum in 3. ſenten. 3. quæſt. 1. ex Varrone: item Bernardinum de Buſtis ſerm. 7. de Conceptione. Virg. Carthagenam tom. 2. arcan. Deiparæ lib. 1. homil. 19. §. 4. & libr. 7. homil. 15. §. 19. Hac de re, quæ de præfato Rege Franciæ allata ſunt circa ipſius detentionem in inferno, vti minùs vera, haud reperies apud Reuerendiſſimum Antiſtitem Marcum Vlyſſiponenſem ſup. licet de ſchiſmate fuſiùs egerit: ac mortis præfatæ Reginæ Caſtellæ Ioannæ, [de qua infrà. 27. Maij) vxoris Henrici II. Regis; & matris Ioannis Regis. Caſtellæ meminerit. Quod ſi eadem de Franciæ Rege retulerit Gonzaga, hoc ideò fit, quia vt Italus, cauſæ Clementis VII. aduerſatur: nec tamen abſque veritatis diſpendio: cùm dicat hæc eueniſſe anno 1270. quæ, quàm ſint vera, iudicent, qui Chronologiam norunt.

§. 8. *Beati Petri ab Angelis, Confeſſoris.* [c]] De eo agit Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libr. 7. cap. 43. Gōzaga part. 3 Orig. ſeraph relig. in Con. S. Laurentij, Montiliæ; qui eſt 18. Prouin. Granatenſ. vbi de ſepultura BB. Bartholomæi Guadalupenſ. & Petri ab Angelis. *Secundus eſt deuotiſsimus, ſcilicet, P. Petrus de' Angelis, præcedentis in moribus, atque vita ſanctimonia omninò ſimilis: adeò reuerenter, adeòque religioſè ſacris operari aſſueuerat, vt Deus Optimus Maximus eius oblationem patentibus etiam ſignis in ſuauitatis odorem acceptaſſe viſus ſit.* Obiit ann. 1581. Grauina part. 2. cap. 24. In voce Turturis.

§. 9. *Beati Antonij, Confeſſ.* [d]] Prouinciæ Siciliæ fuit alumnus: pro cuius meritoria inquiſitione, proceſſus fiunt authoritate Apoſtolica: vti conſtat ex libello Neapoli edito apud Typographiam Ioann. Dominici Roncalioli ann. 1626. & Rapinæo in Hiſtor, Origin. Recollector. 1. part. præfat. §. 4. Vir fuit pœnitentiæ operibus deditus; humilitate exornatus, & charitate plenus: necnon in oratione feruentiſſimus. Obiit Catalagirone, ann. 1552. cùm vixiſſet in Ordine, annos 46. Sepultus in Conuentu S. Mariæ de Ieſu: crebris autem claruit poſt mortem miraculis; quæ in proceſſu authentico continentur, apud Archiuum Archiepiſcopale Cæſar-Auguſtanum, & Epiſcopale Catalagironenſe. Vide Daçam 4. part. Chron. Min. lib. 3. c. 44. Erat autem Sacerdos. wadinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1422. §. 18.

§. 10. *B. Paulæ Mariæ, Virg.* [e]] Patria Comenſis erat: corporis maceratione, & regulari obſeruantia inſignis. Teſte wadingho ſup. ad ann. 1447. §. 92. Floruit autem multa pietate Mediolani, apud Monaſterium de Cantalupo, ſeu ſancti Bernardini.

Digitized by Google

QVINTO KALENDAS FEBRVARII.

BOSNÆ in Hungaria, Beati [a] Peregrini de Saxonia, eiuſdem vrbis Epiſcopi ſanctiſſimi. Cæſar-Auguſtæ, in Arragonia, Beati [b] Nicolai ab Orbita, Confeſſoris; Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli: qui pro Religione multis perfunctus laboribus, migrauit ad Dominum. Toleti, Beati [c] Antonij Burgenſis, Confeſſoris: qui orationi, ac piis charitatis officiis ſedulò intentus, ſignis etiam effulſit. Capiſtrani, Beati [d] Angeli à Canoſa, Confeſſoris: ſummæ innocentiæ, & perfectionis viri. In territorio Tudenſi, Beati [e] Ioannis à Baſto, Confeſſoris, ſimplicitate, vitæque auſteritate eximij: cuius ſanctitatis præconium miraculorum gloria declarat. Catalagirone in Sicilia, Beati [f] Iacobi, Confeſſoris; vitæ ſanctitate, ac miraculis celebris. In Monaſterio Concenſi, Palentinæ Diocęſis, Beatæ [g] Catharinæ à Sancto Paulo, Virginis, quæ mira manſuetudine, & vitæ innocentia claruit.

IANVARII XXVIII.

§. 1. *Beati Peregrini Epiſ.* [a]] Conſtitutus fuit Vicarius fratrum Minor. in Principatu Boſnenſi, ann. 1340. contrà hæreticam prauitatem, per, R. P. Gerardum Odonis, Generalem Miniſtrum. Poſteà ad Eccleſiam Boſnenſem in Vngaria aſſumptus eſt à Clemente 6. an. 1349. hac die. Virum tunc profectò ſanctiſſimum vocant Annales Pannonici: eiuſque opera aiunt *Patarinos* in Boſna, qui varijs erroribus impliciti in deperditam impietatem inciderant, fuiſſe conuerſos: teſte Bonfinio. Decad. 2. lib. 10. & Wadinghus. Tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1340. §. 6. & ann. 1349. §. 12.

§. 2. *Beati Nicolai ab Orbita, Confeſſoris.* [b]] Miſſus fuit ex Italia in Hiſpaniam, vt illic religionem Seraphicam introduceret, obiit Cæſar auguſtæ in Arragonia; anno 1256. cuius corpus humatum eſt apud Conuentum ſancti Franciſci ibid. erectum; manſitque ſub terra annis decem & nouem incorruptum: quare indè extractum, vſque nunc ita integrum perſeuerat, ac ſi balſamo, aromatibuſque conditum eſſet. Aſſeruatur intra honorificam thecam, pulcherrimè adornatam; clauibus obſeratam: ſemelque in anno populo oſtenditur, piæ venerationis cauſa: erat autem ipſe Laicus profeſſione. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſe 2. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 22. Gonzaga part. Orig. Seraphic. Relig. In præfato Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Arragoniæ. Wadingho tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1259. §. 11. Marieta lib. 17. hiſtor. Eccleſ. ſanctor. Hiſpan. cap. 9.

§. 3. *Beati Antonij Burgenſis, Confeſſoris.* [c]) Laicus frater cùm eſſet, cellarij officio magna cum charitate functus eſt: orationi ac deuotioni maximè incumbebat: Burgis priùs moram egit: deindè vt quietiùs Deo vacaret Toletum petiit: vbi ianitoris officium diligenter expleuit: & diem clauſit extremum an. 1342. miraculis in vita & poſt obitum illuſtris. Illius meminerunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. parte 2. in Fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtr. Prouinc. Caſtellæ. Codex MS. Abbat. S. Victor Minor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſip. ſup. lib. 8. cap. 48. §. 3. Gonzaga ſup. part. 1. vbi de BB. viris huiuſce Ordinis. Wadinghus tom. 2. ſup. ann. 1287. §. 15. Toſſinianus lib. 1. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Marieta ſup. cap. 7. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 20.

§. 4. *Beati Angeli à Canoſa, Confeſſ.* [d]) Vide Gonzagam part. 2. ſup. in Conuentu S. Franciſci Capiſtrani, qui eſt 16. Prouinc. S. Bernardini, mirificè hunc F. Laicum laudantem. Daçam. 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. & Wadinghus Tom. 5 ſup. 1442. §. 11. quo obijt. miraculis clarus.

§. 5. *Beati Ioannis à Baſto, Confeſſoris.* [e]) Vir admodùm ſimplex, & vitæ auſteritate pollens: Laïcus profeſſione extitit. Floruit circà an. 1530. obiit autem ac ſepulturam nactus eſt in Conuentu S. Mariæ à Monſtiero, [qui eſt 1. Prouinc. S. Antonij Portugalliæ] propè Tudenſem vrbem. De eo agunt Marcus Vlyſſipon. part. 3. ſup. lib. 9. cap. 49. Gonzaga part. 3. ſup. in memorato Conuentu. *Hic humatus eſt* (inquit) *F. Ioannes à Baſto, Laicus profeſſus, quem ſibi Patronum, & deprecatorem apud Deum incolæ huius regionis ex animo ſuſcipiunt: & cùm fortè ægrotant, ab eius ſepulchro terram petunt, quæ ex collo ſuſpenſa diuinitus conualeſcunt. Quidam Guardianus eiuſdem Conuentus, cùm grauiſſimo quartanæ morbo conflictaretur, animaduertens quo animi ardore terra è ſepulchro ſerui Dei expeteretur, quotque homines illius beneficio ex morbis euaſiſſent, benè ſibi ab illo ſperare cœpit, atque adeò debilitatus morbo, penèque deplorata ſalute, lectulo decumbens, his verbis ad illum, tota mente atque animo conuerſus eſt. Beatiſſime ſerue Dei, Frater Ioannes, ſi tuis precibus quartanæ morbum depulero, & à Deo Optimo Maximo ſanitatem impetrauero: promitto me ex pulcherrimo lapide locum, in quo corpus tuum aſſeruatur, confecturum. Hoc voto emiſſo* [*mirabile dictu*] *ex diuturno morbo recreatus eſt, & ad priſtinam valetudinem rediens, ſumma obſeruantia & pietate ſuſceptũ votum perſoluit. Alter etiam Guardianus Anno Dominicæ Incarnat.* 1578. *huius ſerui Dei oſſa ex periſtyllo, vbi ſub leui quodam lapide recondebantur, ad lapideum monumentum, quod extruendum curauit in pariete quadriniialis ſtructuræ, è regione recitando Euangelio deſtinata tranſtulit. Quod teſtatur ſe feciſſe commotum duobus miraculis, quæ à Deo Optimo Maximo, huius ſancti viri patrocinio & meritis, ergà ſe profecta fuiſſe aſſerit.* Rapinæus in hiſtor. general. orig. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 12. Wadinghus. Tom. 4. ſup. ad ann. 1292. §. 18.

§. 6. *Beati Iacobi, Confeſſ.* [f]) Laicus etiam erat profeſſione, ex Catalagirone oriundus; vixit ſub ann. 1515. ſepul-

Digitized by Google

tus in Conuentu S. Mariæ de Ieſu apud Catalagironem: totque poſt mortem miraculis claruit, vt Syracuſanus Epiſcopus ea authenticè per publicum notarium excepta, libelloque commiſſa, in Epiſcopalem Syracuſanorum Archiuum inferri; atque eius ſacrum corpus in communi ſarcophago exhumatum, quod integrum adhuc omninò atque incorruptum perſeuerat, honeſtiſſimo loco recondi curarit. Scribunt de eo Gonzaga. ſup. part. 2. in eo Conuentu, qui eſt 7. Prouinc. Siciliæ, & Barezzus part. 4. Chronic. Minor. libr. 1. cap. 27. Vvadinghus. Tom. 5. ſup. ann. 1422. §. 18.

B. Catharina Virg. [g]) Rarum extitit manſuetudinis in grauiſſimis iniurijs exemplum, miri candoris, & raræ innocentiæ Virgo, quam nullo vnquam lethali crimine irretitam Confeſſarii deprædicabant. Obiit an. 1568. & poſt annos viginti & ſeptem, aperto ſepulchro, corpus, & veſtimenta apparuerunt illæſa. Teſta Vvadingho. ſup. ad ann. 1450. §. 42. ex monimentis. M. SS. Monaſterij. Conchenſis, quod eſt 9. Prouinciæ Conception. Virg. §. 7.

QVARTO KALENDAS FEBRVARII.

Apud Hortenſem vrbem in Hethruria, Beati [a] Theobaldi ab Aſſiſio, Confeſſoris, ſeraphici Patris ſancti Franciſci diſcipuli: virtutum laude ac ſingulari ſanctitate illuſtris. Bononiæ, Beati [b] Matthæi Fauentini, Confeſſoris; quem miraculorum gloria etiamnum exornat. In Dalmatia, Beati [c] Michaëlis Albanenſis; vitæ auſteritate, & prodigiis ſpectabilis. Phani-Africani, in Aquitania, Beati [d] Guillelmi, Confeſſoris; miraculis clari. In Vmbria, Beati [e] Stupę, Confeſſoris, Tertiarij, dono ſpiritus Prophetici inſignis. Aſſiſij, Beatę [f] Beneuenutę, Virginis. Mediolani, Beatæ Marię [g] Ludouicæ Caſtellæ, Virginis: miræ Pœnitentiæ, & orationis aſſiduæ mentalis.

IANVARII XXIX.

§. 1. *Beati Theobaldi ab Aſſiſio, Confeſſoris,* [a]) Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 47. Gonzaga part. 1. Origin. ſeraph. relig. vbi de BB. viris huiuſce Ordinis, Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſi. in Fratribus Minor. Prouinc. Romanæ ſanctit. illuſtr. Beatus Bartholomæus Piſanus, ibid. libro primo, Conformitat. fruct. 8. part. 2. qui de eo hæc ait. *In ciuitate Hortenſi, iacet ſanctus Frater Theobaldus de Aſſiſio, qui cùm ſtaret in loco ſancti Laurentij iuxtà Tyberim; & ſibi mandaretur, quòd feſtinatò ad ciuitatem pergeret Hortenſem, veniens ad dictum Fluuium Tyberis, nec nauis adeſſet, & profonditas aquæ eſſet nimia, & ſic ne tranſiret, diſſuaderetur à circumſtantibus; ſigno crucis facto, parum eleuata tunica, aqua vix poplites tangente, cùm ſtupore aſſiſtentium, pertranſiuit. Vice alia, cum piſces vellet habere pro fratribus, nec prece, nec pretio poſſet inuenire; ad Fluuium Tyberis accedens, miſſa manu bis ſub arena, vtraque vice piſces recepit longitudine palmi, quos & Fratribus deportauit.* Florebat ann. 1250. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Algezira in arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Wadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 40. ex Mariano cap. 6. §. 7. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor.

§. 2. *B. Matthæi Fauentini, Confeſſ.* [b]) Hic Bononiæ in Eccleſia ſancti Franciſci conditus in vita & poſt obitum, nunc vſque coruſcat miraculis. Ita Toſſinianus ſup. Iacobillus de SS. Fulginatibus. In B. Martino, Fulginate 15. Martij. Piſanus ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Bononienſ. Gonzaga ſup. & part. 2. in Monaſterio 6. eiuſdem. Prouinc. Bononienſ. vbi refert [iuxta quorundam opinionem] corpus eius quieſcere cum hoc Epitaphio.

Matthæus præco feruidus
In horum conſtans numero,
Multas orbis Prouincias
Ad huius duxit ſemitas.

Licet alij contradicant, Picquetus ſup. Wadinghus ſup. Tom. 1. ad ann. 1220. §. 11. tom. 3. ad ann. 1340. §. 14. ac Tom. 4. ann. 1355. §. 1. 1399. §. 48.

B. Michaëlis Albanenſ. Confeſſ. [c]) Socius fuit in auſteritate vitæ & peregrinatione, B. Ioannis Albanenſ. (de quo 13. Auguſt.) qui ſanctitate & prodigiis fulgidus, iacet Cherſij ſiue Cheroneſij. Vide Piſanum ſup. in Prouinc. Dalmatiæ, Gonzagam 1. part. ſup. Toſſinianum & Picquetum ſup. ac Wadinghum. tom. 4. ſup. ad ann. 1355. §. 5. (ex Mariano lib. 4. cap. 12.) & 1399. §. 55. §. 3.

B. Guillelmi, Confeſſ. [d]) Tumulatus eſt, miraculis clarus, in ſancto Africano apud Aquitanos. Memoratur à Piſano ſup. in Prouinc. Aquitan. Gonzaga, & Piqueto ſup. Toſſiniano lib. 2. in cuſtodia Ruthenenſi. Mariano lib. 4. cap. 10. Wadingho. tom. 3. ann. 1334. §. 24. §. 4.

B. Stupæ, Confeſſ. [e]) Socius extitit B. Thomaſſini, (de quo 15. Septemb.) vir ſpiritu clarus Prophetiæ, qua de re librum MS. nobis dereliquit. Hunc valdè commendant Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. cap. 25. De Sillis in cap. 1. Reg. tertij Ordin. & Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 20. Wadinghus. Tom. 1. ſup. ad ann. 1405. §. 18. §. 5.

B. Beneuenuta Virg. [f]) Ann. 1213. Menſe Septembri, è Peruſio Aſſiſium venit, vt ſocia ac diſcipula S. Claræ Virg. efficeretur; cuius virtutes ad amuſſim eſt imitata. Marianus in Append. lib. 1. Toſſianianus lib. 1. Wadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1213. §. 69. ex proceſſu canonizat. ipſius S. Claræ. §. 6.

B. Maria Ludouica, Virg. [g]) Hanc Commemorant MSS. monimenta Prouinciæ Mediolanenſ. & Monaſterij S. Apollinaris vbi requieſcit: ac Wadinghus. Tom. 6. ad ann. 1471. §. 40. ſup. §. 7.

TERTIO

Digitized by Google

TERTIO KALENDAS FEBRVARII.

APud Montem-Peſſulanum, Beati [a] Berengarij - Bertrandi Raymundi, Confeſſoris; eruditione ac pietate conſpicui. Citonij in Vmbria, Beati [b] Guidonis, Confeſſoris; qui oratione feruentiſſimus, ſpiritu etiam Prophetico claruit, & miraculis. Scarlini in Tuſcia, Beati [c] Antonij Senenſis, Confeſſoris, miræ abſtinentiæ ac ſimplicitatis viri: qui deuotione, paupertate & obedientia valdè excelluit. Piſauri, in Picœno, Beatæ [d] Franciſcæ à Fano, Virginis; quæ multarum virtutum meritis pollens, ſancto fine quieuit.

IANVARII XXX.

§. 1. *Beati Berengarij - Bertrandi, Confeſſoris,* [a]] Lector Theologiæ fuit apud Conuentum Montiſpeſſulani, vbi magna ſanctitate enituit: obiit ibidem, ac ſepultus, tribus annis, antequam Beatus Rogerius (de quo decimo-quinto Septembris] è viuis excederet. Cuius familiaris erat amicus. Hic enim præcellenti gloria decoratus, pluries poſt obitum apparuit ipſi Beato Rogerio, cui & normam ac notitiam cognoſcendi, quando homo eſt in ſtatu ſalutis, ſeu de numero prædeſtinatorum, ſigno quodam peculiari; ſed nobis occulto oſtendit: deinde ei reuelauit ipſum fore ex electis ad gloriam: Diemque mortis ſuæ prænuntiauit, quibus omnibus Beatus Rogerius valdè exhilaratus eſt. De eo ſcribunt Beatus Bartholomæus libro primo, Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. ſanctit. illuſtr. apud Prouinciam Prouinciæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. parte ſecunda Chronic. Minor. libro quarto, capite 46. 49. & 51. Item libro quinto, cap. 5. 1. §. Toſſinianus in Hiſtor. Seraphic. libro 1. & 2. in cuſtodia Montiſpeſſulani. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1287. §. 14.

§. 2. *B. Guidonis, Confeſſ.* [b]) Fuit hic Beati Ægidij Aſſiſiatis (de quo vigeſimo tertio Aprilis) ſocius, cuius exemplo, tantoperè contemplationi rerum cœleſtium inſiſtebat, vt nonnunquam à Fratribus in oratione viſus ſit ſuper terram, altiſſimè eleuatus; ſpiritum Propheticum etiam habuit, & miraculis quamplurimis coruſcauit. Obiit apud Conuentum ſancti Franciſci propè Citonium; cuius oſſa cùm diu ſub humili maioris ſacelli pauimento latuiſſent, à Fratribus exhumata, ac ligneæ thecæ commiſſa, ſuper altare, quod eidem maiori ſacello ſubeſt, honorificè recondita ſunt ann. 1506. magnaque populi frequentia colitur. Florebat circa ann. 1305. Memoratur à Beato Bartholomæo Piſano, ſup. in Prouinc. Tuſciæ, Codice MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibi. Marco Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 6. cap. 30. §. 4. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadingho. tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. & tom. 1. ann. 1212. §. 4. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

B. Antonij Senenſis, Confeſſoris, [c]) Vir admodùm ſimplex extitit & deuotus; tot virtutibus decoratus, vt adhuc viuens, ab omnibus veneraretur ſicut ſanctus. Diſcipulus fuit Beati Patris Thomæ à *Scarlino* (de quo 31. Octobris) ſeu de Florentia, quem mirum in modum in ſtadio virtutis ſequutus eſt. Paupertatem ſummè coluit, ſolo habitu contentus. Sanctæ obedientiæ merito tantum tribuebat, vt per medios ignes pertranſire nullatenus hæſitaſſet, ſi à ſuperiore ſibi iniunctum fuiſſet; quemadmodum ſæpè ſolebat dicere. Miræ prorſus abſtinentiæ erat, ieiunans quolibet anno ſeptem Quadrageſimas à ſancto Franciſco obſeruatas, in pane & aqua, ac modico abſynthio. Orationi iugiter vacabat, ideoque meruit à Domino, eiuſque ſanctiſſima Matre, aliiſque ſanctis viſitari, ac conſolationibus cæleſtibus recreari. Horti curam agebat in Conuentu propè Scarlinum, [qui eſt 11. Prouinc. Tuſciæ] vbi tandem obiit, iacetque ſepultus. Agunt de eo, Marcus Vlyſſiponenſ. parte 3. ſupra libro 3. capite 41. ſub ann. 1453. & libro 7. capite quadrageſimo tertio, vbi B. Antonius à *ſancta Regina* cognominatur. Wadinghus. tom. 5. ſup. 1447. §. 39. & tom. 6. ad ann. 1454. §. 38. & 39. §. 3.

B. Franciſcæ à Fano, Virginis, [d]) Diſcipula extitit B. Fœlicis à *Mediolano*, Virginis, (de qua 30. Septembris) primæque Abbatiſſæ Monaſterij Corporis Domini, apud Piſaurum; à qua egregiè edocta, multarum virtutum meritis præclara, obdormiuit in Domino. Eius meminit Barezzus 4. part. chronic. lib. 2. cap. 12. ſub ann. 1531. Toſſinianus ſup. Valerianus de BB. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 15. Iacobillus de SS. Fulginatibus ſub. 22. Iulij. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1439. §. 54. & 1444. §. 6. ex Gallutio cap. 12. §. 4.

Digitized by Google

PRIDIE CALENDAS FEBRVARII.

IN Syria, Beatorum [a] duorum Martyrum: quorum capita à Sarracenis crudeliter excoriata, cùm nihilominùs in Chriſti Confeſſione perſiſterent, ab iiſdem capitis obtruncatione ſunt interempti. Genuæ Beati [b] Belengerij à Monte-Acuto, Confeſſoris; cuius glorioſa conuerſatio, miraculorum præconio commendatur. Patauij Beati [c] Fidentij, Confeſſoris; paupertate ac gloria miraculorum ſpectabilis. Villalpandi in Territorio Legionenſi, Beatorum [d] Ioannis & Antonij, Confeſſorum. Romæ Beatæ [e] Ludouicæ de Alberthonibus, viduæ, Tertiariæ: vita, & miraculis claræ.

IANVARII XXXI.

§. 1. BB. *Duorum Fratrum Minorum*, [a]] Vnus autem
ex eis erat iam antiquus, & alter iuuenis, vterque
verò fuit à Sarracenis decoriatus in capite; ac poſtea
decollatus. Horum mentionem egerunt Beatus Bar-
tholomæus Piſanus libro primo Conformitat. fruct.
octauo, parte ſecunda, vbi de Fratribus Minorum
ſanctit. illuſtr. in Prouinc. Terræ Sanctæ. Codex MS.
Abbat. S. Victoris Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ.
parte ſecunda, Chronic. Minor. libro quinto, capite
decimo-quinto ſub ann. Chriſti 1289. Wadinghus
tom. ſecundo, Annalium Minor. ad ann. 1284. §. ſe-
cundo, & tom. tertio, ann. milleſimo tricenceſimo
decimo quarto, §. 14. & 1342. §. 61.

B. Belengerij à Monte-Acuto, Conf. [b]] Belingerius,
§. 2. ſeu Belengerius, Berlengerius, & Bolengerius,
nuncupatur, qui ſignis in vita & poſt mortem
extitit glorioſus, Genuæ, vbi iacet ſepultus. Vixit
ann. 1330. Illius meminerunt Bartholomæus Piſa-
nus ſup. fruct. 8. & 11. in Prouinc. Ianuenſi. Codex
MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vliſſi-
ponenſ. ſuprà lib. 8. capite 22. §. 2. Gonzaga 1. part.
1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Or-
dinis. Toſſinianus libro primo Hiſtor. Seraphic. in
eo. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1250. §. 18. vo-
cat eum Bellengerium *de Monticulo*, & tom. 3. ad
ann. 1305. §. 4. Picquetus in catalog. viror. illuſtr.
Ord. Minor.

B. Fidentij, Confeſſor. [c]] Vir fuit ſanctiſſimus,
§. 3. paupertatis amantiſſimus, & miraculis inſignis: cu-
ius corpus iacet Patauij: vti teſtantur Piſanus ſuprà
in Prouinc. ſancti Antonij. Gonzaga item ſup. Pic-
quetus & Toſſinianus, ac Wadinghus ſup. Tom. 1. ad
ann. 1249. §. 9 & tom. 2. ad ann. 1267. §. 9. qui vo-
cat eum *Fulgentium*, ſed mendosè, vt reor.

BB. Ioannis & Antonij Confeſſ. [d]] Prior vocaba- §. 4.
tur Ioannes de *Cabrera*, qui Villalpandi nomen de-
dit Minoritico Inſtituto; vbi & ſanctiſſimè diem clau-
ſit extremum. Alter verò, dicebatur F. Antonius
Bacca-villa, Maiorica, nobilibus oriundus parenti-
bus; pietate & animarũ lucrandarum zelo perilluſtris:
Ibid. requieſcit: qui quidem Conuentus eſt 36. Pro-
uinc. S. Iacobi. Horum præclara acta, & vita piè tranſ-
acta, referuntur à recentioribus Ordinis ſcriptoribus.
Daça 4. parte Chronic. Minor. & Vvadingho Tom.
2. ſup. ad ann. 1298. §. 42.

B. Ludouicæ viduæ. [e]] Romana erat, ſanguine qui- §. 5.
dem Illuſtris, ſed morum integritate, & miraculorum
copia clarior: vidua, & Tertij Ordinis alumna. Cuius
tanta fuit ad Chriſti pauperes miſericordia & charitas;
vt panibus illis erogandis, tũ aureos, tùm quoque argẽ-
teos nummos inter ſubigendum immiſcuerit, nego-
tium interim Domino committens. Vt ipſe iuxtà ma-
iorem cuiuſlibet neceſſitatem eorum, diſtributionem
dirigere dignaretur. Hæc ex MS. Codic. Gonzaga 2.
part. ſup. In Conuentu ſancti Franciſci Tranſtiberim
Fratrum noſtrorum Reformat. Romæ, qui eſt 1. Pro-
uinciæ Roman. In quo corpus eius quieſcit: Ciaconij
Additionatore in Clemente 7. Papa qui eius Epita-
phium, & Carmina in Lapidea Tabula inciſa, in hunc
modum refert.

Iacet hic. B. Ludouica, Filia Stephani Petri Mathæi de Albertonibus, vxor Iacobi, & Socrus D. Nicolai Muti; vixit annos 60. animam Altiſſimo Creatori ſuo, reddidit, die vltima Ianuarij. 1530.

Cœlituum conſors frueris, quibus, otia poſce
Ludouica tuis, noſque tuere malis.
Da modò te facilem ſanctiſſima, Numine dextro,
Quo miracla facis tot pia, & affer opem.

Senatus

Digitized by Google

Senatus populuſque Romanus hac die ſacellum, in quo illius imago, & oſſa habentur, Religiosè inuiſit, ſacro intereſt, calicemque argenteum, & quatuor cereas faces offert. Ad tumulum lampas ardet aſſiduè. Sacellum autem nuper inſtauratum ornatumque eſt, à Balthaſare Palutio, Albertonio, Raſinæ Marchione, & cineres ipſius fœlicis viduæ in priori tumulo repoſiti, Vrbani VIII. Pap. nutu, Ioanni Garſiæ, Millino Cardinali, Vicario Pontificio, viuæ vocis oraculo explicato. Illic etiam inſcriptiones hæ ſequentes, vti recentiores appoſitæ.

Quod S. P. Q. R. Ludouicam Petri Mathæi de Albertonibus, Rom. Singulari pietate proſecuturus, vltimum Ianuarij diem, quo fœliciſſimè conuolauit in cœlum, per curiam Capitolinam, annua, à Iudicijs, ceſſatione celebrari: atque hoc ſacellum ſolemni pompa, vt mos eſt, à Romano Magiſtratu conſueta liberalitate adiri, ſenatus conſulto, multis ab hinc annis, iuſſerit: Balthaſar Palutius de Albertonibus, grati animi monumentum poſuit anno Iubil. 1625

Sacellum hoc, in quo oſſa B. Ludouicæ Petri Mathæi de Albertonibus, pio in gentilem ſuum obſequio, ſacris oſſibus, ſub veteri monumento repoſitis, antiquiſſima eius imagine, proprio in loco reſtituta; Balthazar Palutius de Alberthonibus, à fundamentis erexit, ornauitque anno Iubil. 1625.

Digitized by Google

FEBRVARIVS.

Kalendis Februarij.

DVBLINII in Hybernia, Beati [a] Cornelij Dubenij, Epiſcopi Dunenſis ac Conerenſis, & Martyris: qui in perſecutione hæreticorum, pro Fide Catholica ſuſpendio necatus eſt, & in partes diſſectus. Pilei propè Anagniam, Beati [b] Andrææ, Confeſſoris: generis nobilitate & virtute illuſtriſſimi; qui recuſata Cardinalitia dignitate ſibi oblata, in humilitate & ſimplicitate meruit Chriſto famulari, & copia miraculorum cœlitùs exornari. Cortonæ in Hethruria, Beati [c] Ioannelli, Tertiarij, Confeſſoris. In Gallia Beati [d] Euſtachij de Curia, Confeſſoris, Doctoris ac concionatoris eximij; qui vita & virtutibus fulgens, ſancto fine quieuit. Apud Caſçeres, in Hiſpania, Beati [e] Petri Ferrerij, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Hiſtonij in Apulia, Beati [f] Marci, à Feraria, Confeſſoris: paupertatis, abſtinentiæ & humilitatis amantiſſimi. Neeti in Sicilia, Beati [g] Dominici Melitenſis, Confeſſoris; miraculis clari. Apud Caſtilionem Aretinum in Tuſcia, Beati [h] Franciſci à Caſtro-durante, Confeſſoris; Oratione, omnique virtutum genere decorati. Laurentiani, in Baſilicata Prouincia, Beati [i] Ægidij, Confeſſoris: ſpiritu Prophetico, ſigniſque admirandis celebris. Apud Caſtrum Florentinum in Hethruria, Beatæ [l] Veridianæ Tertiariæ; fructibus pœnitentiæ dignis, & miraculorum gloria ſpectabilis. Segobiæ, Beatarum Catharinæ, Martæ, & alterius Mariæ, Virginum,

FEBRVARII PRIMA DIES.

§. 1. *BEati Cornelij, Epiſcop. & Martyr.* [a]) Dunenſis vltimus fuit Epiſcopus, ex Seraphic. Minor. Ordine aſſumptus; vir doctrina & vitæ ſanctimonia conſpicuus; qui poſt immenſos labores, permulta luſtra in grege ſibi commiſſo paſcendo exantlatos, ſenectute decrepita, martyrij palmam, morte crudeliſſima eſt adeptus, Dublinij, hac die ann. 1613. Agunt de eo Hugo Cauellus to. 1. oper. Doctoris ſubtilis. In vita ipſius B. Ioannis Scoti cap. 1. ſup. init. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1251. §. 57. & 1271. §. 15. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor.

§. 2. *B. Andrææ, Confeſſ.* [b]] Anagninus patria erat, Nepos Alexandri IV. Papæ, qui poſthabita Cardinalatus dignitate, à Sede Apoſtolica ſibi oblata, an. 1295. in maxima humilitate & paupertate totum vitæ eius curſum tranſegit. Tantaque erat ſanctitate donatus, & ingentibus miraculis clarus adhuc degens in terris: vt propterea Summus Pont. Bonifacius VIII. ſæpè diceret, illum ſanctorum catalogo adſcripturũ, ſi Deus ſibi vitam conferret incolumem. Sacrum ipſius corpus in loco Pilei iacet propè Anagniam, obiit ann. 1302. Scribunt de eo Marianus lib. 3. cap. 11. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 19. Toſſinianus lib. 1. & 2. Hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Choppinus lib. 1. Monaſtic. Titul. 3. §. 2. Bzouius. tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1255. §. 2. & 1283. §. 8. Sylueſter Marulus lib. 4. hiſtor. Sacræ Relig. Franciſcan. Wadinghus ſup. ad ann. 1290. §. 28. & 1295. §. 10. Item tom. 3. ann. 1302. §. 6. Platus lib. 1. de bono ſtat. Relig. cap. 38. Ciacconus in Bonifacio VIII. Picquetus ſup.

Eius elogium paucis perſtringit S. Antonin. 3. part. §. 3.
hiſt. Tit. 24. cap. 9. §. 4. *In Conuentu Anagniæ* (inquit]

inquit] *obiit Frater Andreas, Nepos Domini Alexandri IV. Papæ; qui pronuntiatus Cardinalis, renuit, & miraculis claruit.* Eadem habet B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Roman. ſanctit. illuſtrib. hæc addens, fruct. 8. *Huic apparens Carolus I. Rex Siciliæ, rogauit eum vt pro ſe apud Chriſtum vellet intercedere, cùm maximas in purgatorio ſuſtineret pœnas, quas euaderet, ſi pro ipſo oraret, quod & fecit. Hic inter alios ſanctos, poteſtatem accepit ſuper Dæmones; vnde in loco, in quo iacet, cùm ducuntur Dæmoniaci, ſtatim eius precibus à Domino liberantur; multa egit mira in vita, & etiam agit nunc, de quibus non valui notitiam habere.* Hic Carolus I. Frater fuit ſancti Ludouici, Franc. Regis, qui occiſis Manfredo & Conradino, Rex vtriuſque Siciliæ inauguratus eſt authoritate Clementis IV. Papæ anno 1265. Quo autem anno Cardinalis effectus ſit, B. Andræas, accipe ex eod. Piſano fruct. 8. ſupra part. in ſerie Cardinalium Ordinis Minorum. *Septimus, Frater Andreas, de comitibus Signiæ, Anagninus, Ordinis Minorum, pronepos Alexandri IV. Papæ, & affinis Bonifacii VIII. à quo anno 1295. Pontificatus primo, in 4. temporibus Aduentus Romæ purpureo pileo donatus, dignitatem remiſit. Obiit in Caſtro pilei, in Campania, anno 1302. & innumeris coruſcat miraculis,*

§. 4. *B. Ioannelli, Confeſſ.* [c]] Ex tertio Ordine D. Franciſci erat alumnus, quieuitque in Domino, apud Conuentum Cortonenſ. cuius meminit Wadinghus, ſup. ad ann. 1297. §. 29. ex antiquis MSS. & monimentis Ordin. De Torres. in practic. exhortationibus ſuper Regul. Tertiar. fol. 38. à quo *Ioannes eremita* dicitur.

§. 5. *B. Euſtachij, Confeſſ.* [d]] Famoſus extitit prædicator, vita & virtutibus clarus: Pariſienſis Doctor, qui & ſuper magiſtrum ſententiar. ſcripſit. Ita Firmamentum trium Ordinum Minorum tract. 1. in Memoriali ordin. Franciſcan. ſub. 37. Miniſtro Generali. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 7. cap. 29. ad ann. 1496. Gonzaga 1. part. ſup. in almo Conuentu Pariſienſi. Wadinghus. tom. 7. ad ann. 1496. §. 6.

§. 6. *B. Petri, Confeſſ.* [e]) Fuit natione Valentinus, atque ſancti Vincentij Ferrerij Ordinis Prædicatorum cognatus; qui obtenta facultate à Sixto IV. Papa, ann. 1472. Conuentum cœpit extruere, non longè à mœnibus oppidi, cui *Caſçerez* Hiſpanicè nomen eſt; illicque ſanctitate inſignis diem clauſit extremum, ſepultus in Eccleſia ad latus Euangelij: caput verò eius in ſacrario aſſeruatur: vbi ob ingentia beneficia diuinitùs operata, cùm Fratres, tum quoque ſæculares maxima deuotione feruntur. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 36. ad ann. 1510. Gonzagam part. 3. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. S. Michaëlis. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann 1472. §. 88.

§. 7. *B. Marci, Confeſſ.* [f]) Floruit ann. 1500. Plenus ſanctitate obiit ac ſepultus eſt in Conuentu S. Honofrij Hiſtonienſ. Meminit illius Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 44.

§. 8. *B. Dominici, Confeſſ.* [g]) Sanctiſſimè ſpiritum Deo reddidit, hic B. Frater Laicus, ſuæ profeſſionis zelantiſſimus; in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Neetano, tam in vita, quàm in morte miraculis clarus: cuius corpus in maxima veneratione eſt apud Neetanos. Teſte Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 17. Prouinc. Siciliæ. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 28. Wadingh. tom. 6. ſup. ad ann. 1451. §. 61.

§. 9. *B. Franciſci, Confeſſ.* [h]] Omnium laude virtutum excelluit; qui cùm in cubiculo orationi intenderet, vidit in ſpiritu per reuelationem mulierem quandam, fratribus ſummè beneficam, quæ ex quadam triſtitia in profundum deſperationis demerſa, clauſo oſtio, ſuſpendium ſibi parabat: ad quam ex licentia V. P. Guardiani accurrens, eam ab huiuſmodi diſcrimine protinùs liberauit, grauiúſque correptam ſanæ menti reſtituit. Mortuus eſt in Conuentu S. Chriſtophori Caſtilionis Aretini, qui eſt 16. Prouinc. Tuſciæ, memoratur à Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Wadingho tom. 5. ſup. ann. 1427. §. 22. & tom. 7. ann. 1495. §. 8.

B. Ægidij, Confeſſ. [i]] Laicus erat profeſſione: de §. 10.
quo Gonzaga ſup. in Conuentu S. Mariæ ad Niues Laurentiani oppidi, qui eſt 9. Prouinc. Baſilicatæ, hæc commemorat. *Mortem obiit hoc in Conuentu B. Frater Ægidius Laurentianus, profeſſione Laicus, vir ſanè ſanctiſſimus, atque omni virtutum genere præditus; qui plurimis, ſuis precibus, integram optatamque ſoſpitatem impetrauit; plurimiſque certiſſimè ſequutura mortis diem, atque alia futura prædixit. Cuius corpus, cùm ſexennio, aqua perfuſum, ſub humidiſſima humo latuiſſet; imputre omninò atque illæſum ſe Fratribus, dùm caſu aliud cuiuſdam defuncti fratris ſibi adiungere vellent, conſpiciendum præbuit. Quamobrem ab ijs inde exhumatum, honeſtiori loco reconditum eſt; à qua etiam die in maximo à Laurentianis honore habetur.* Eadem atteſtatur Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 21. ad ann. 1512. addens huiuſmodi corpus ſancti viri, annis octo ſub humo ſic latuiſſe incorruptum.

B. Viridianæ, Tertiar. [k]] Hæc ab infantia ſua cœ- §. 11.
pit Deum timere, mundique illecebras deuitare: intùs ad carnem cilicio & circulo ferreo accincta, ieiuniis ac piis operibus ſe totam dedit: egeniſque pro Chriſto omnia erogabat. Tantus fuit eius deuotionis feruor, vt peregrinationem ſuſceperit ad D. Iacobum in Compoſtella: indè Romam, ad limina Apoſtolorum; poſtea in patriam reuerſa, à ſeraphico P. S. Franciſco fuerit recepta ad ſtatum tertij Ordinis, in quo ſanctiſſimè vixit ac mortua eſt, ann. 1242. apud caſtrum Florentinum, vndè orta erat. Horam ſui tranſitus præſciuit, obiitque genibus flexis, erecto corpore, cancellatis brachiis; in cuius glorioſo fine, campanæ inuiſibiliter ex ſeſe ſonuerunt; multis in vita & poſt obitum claruit miraculis. Teſte Marco Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 1. cap. 11. wadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1242. §. 22. De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ordin. de Torres ſup. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 25. Razzius in SS. Ethruriæ. Ferrarius in noua Topagraphia ad Martyrolog. Roman. verb. *Florantia* hac die. cuius vita & miraculis examinatis, Clemens VII. vt officio Eccleſiaſtico veneraretur, conceſſit. Thielmanſ. Tom. 2. vit. SS. Seraph. ordin.

BB. Catharina &c. Virgin. [l]] inſigniter florue- §. 12.
runt obieruntque non ſine ſanctitatis opinione. Catharina de *ſan Millan*. Dæmonibus inuiſa, & ab eis plurimùm exagitata, quæ ann. 1579. ſanctè deceſſit. Maria de *Heredia*, abſtinentia, carnis maceratione, & erga pauperes charitate, inſignis anno 1608. abijt in cœlum. Quas nuper ſubſecuta eſt Altera Maria *Ramirez*; celebrem apud Segobienſes, propter plurimam virtutem, opinionem adepta: ita MSS. monumenta Prouinc. Concept. virg. & Monaſterij Segobienſis quod eſt 32. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1586. §. 33.

Digitized by Google

QVARTO NONAS FEBRVARII.

PRagæ in Bohemia. Paſſio Beatorum[a] quatuordecim Fratrum Martyrum: quos hæretica ſæuitia morti deſtinauit. Romæ, Beati Sabbathini, Confeſſoris, Seraphici Patris D. Franciſci ſocij, vitæ ſanctitate conſpicui. Camerini, Beati[c] Angeli à Spoleto, Confeſſoris. In Apulia, Beati[d] Gerardi, Confeſſoris, miraculis clari. Celletæ, in Territorio Claramontano, Beati[e] Ioannis Oſeri, Confeſſoris. In Italia, Beatorum[f] Confeſſorum, Mathæi Florentini; Michaëlis de Maſſa; Iuniperi & Maſſæi de Terracina; qui pietate & virtute euaſere Illuſtres. Florentiæ, Beati[g] Euangeliſtæ à Cortonio, Confeſſoris: qui pro indefeſſo labore in conuertendis peccatoribus ad Chriſtum, dignus inuentus eſt operarius mercede æterna. Valentiæ in Hiſpania, Beati[h] Franciſci Antonij, Confeſſoris: qui egregius concionator factus, pietate, paupertate, ac vita exemplari, nec non & ſpiritu Prophetico refulſit. Segobricæ, Beati[i] Petri à Villa-noua, Confeſſoris: qui ingenti virtute, oratione, ac meditatione pollens, ſancto fine quieuit. Apud Villam-Sillos, In Diœceſi Palentina. Beati[l] Franciſci Oblati Confeſſoris: eximiæ orationis viri. In Apulia, iuxta Campum-Baſſum, Beati[m] Innocentij Taurini, Confeſſoris: ſingulari doctrina, vitæ ſanctitate atque gubernandi dexteritate inſignis. Arimini, Beatæ[n] Claræ; ſanctimonialis: quæ pœnitentiæ operibus dedita, gloria miraculorum admodùm refulſit.

FEBRVARII II.

§. 1. BB. *Quatuordecim Martyrum.*[a]] Pragæ nouæ in Bohemia, ann. Chriſti 1611. Martyrij palmam ſunt aſſequuti: pro quorum canonizatione, fiunt proceſſus in illis partibus coràm ordinariis; prout teſtantur Libellus Neapoli impreſſus, ann. 1626. ex Typographia Ioan. Dominici Roncalioli, Rapinæus. In hiſtoria generali Orig. Recollector. 1. part. introduction. §. 4. Marianus lib. 4. Chronic. ſtrictior. obſeruant. Reformat. cap. 31. Grauina. in *Voce Turturis.* part. 2. cap. 13. Ardinghellus, in Appendice *Congeminata vocis Turturis,* oſtenſione 4. Thielmanſ. infrà Tom 1.

§. 2. *B. Sabbatini, Confeſſ.*[b]) Fuit vnus ex primis ſociis D. Franciſci, vir ſanctiſſimus; cuius ſacrum corpus requieſcit Romæ, in Conuentu Aracælitano. Memoratur à B. Bartholomæo Piſano. lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. ſub init. Item in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Roman. & fruct. 11. part. 2. Cod. MS. ſancti Victor. Pariſienſ. ibid. S. Antonin. 3. part. hiſtor. tit. 24. cap. 7. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. lib. 1. cap. 10 Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Seraphic. Hiſtor. in eo. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1209. §. 17. 1219. §. 54. & tom. 2. ad ann. 1251. §. 57. Poſt Specul. fratrum Minor. Marianum lib. 1. cap. 4. §. 4. Picquetum in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Thielmanſ. Tom. 2. vit, SS. Seraphic. Ordin.

§. 3. *B. Angeli, Confeſſ.*[c]] Floruit vitæ ſanctitate apud Camerinum in Prouincia Marchiæ, vbi ſepultus iacet. Illius meminerunt, Toſſinianus lib. 1. & Picquetus ſup.

§. 4. *B. Gerardi, Confeſſ.*[d]) Prouinciæ Ianuenſis alumnus, deceſſit in Prouincia Apuliæ, magnis prodigiis clarus: vti habent B. Iacobus de Marchia. In catalog. SS. Minoritar. Vvadinghus to. 3. ſup. ad an. 1305. §. 4.

§. 5. *B. Ioannis Oſeri, Confeſſ.*[e]) Guardianus fuit Conuentus Celletani, vbi admirandis virtutibus, & Regulari Obſeruantia ita reſplenduit, vt pro ſancto à cunctis habitus ſit & veneratus: teſte Fodereto, in deſcriptione Prouinciæ Burgundiæ, in eo Conuentu Florebat circa ann. 1500.

§. 6. *BB. Mathæi Florentini &c.*[f]) Hi omnes erant B. Thomæ à *Florentia*, ſeu *Scarlino* Diſcipuli, probatæ virtutis & pietatis viri, quos mirè commendant Marianus lib. 5. cap. 38. & Chronica antiqua Ordinis, tumque wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1447. §. 39. & tom. 6. ad ann. 1472. §. 53.

§. 7. *B. Euangeliſtæ à Cortonio, Confeſſ.*[g]) Pietate inſigniter illuxit Florentiæ peccatoribus conuertendis, & in Sacramento Pœnitentiæ ſingulariter inſtruendis, peculiari virtute donatus. Iacet ibid. In Conuentu S. Saluatoris, qui eſt 9. Prouinciæ Tuſciæ: cuius & meminit wadinghus Tom. 5. ſup. ad ann. 1419. §. 12.

§. 8. *B. Franciſci Antonij, Confeſſoris*[h]) Deuotiſſimus pariterque doctiſſimus ac inſignis Eccleſiaſtes euaſit; cui Deus ob inculpatam eius vitam, excultamque paupertatem, ſui obitus diem reuelare dignatus eſt. Cùm enim quodam ſibi ſimili B. Patre Petro à *Villa-Noua*, familiariter vteretur, inſtantem ſuæ mortis diem, dùm adhuc benè valeret, ei ſecretò ſignificauit: inſuper & ſe illi poſt mortem appariturum, pollicitus eſt. Obiit ac ſepultus eſt ann. 1539. in Conuentu Deiparæ, vulgò, Dominæ noſtræ de Ieſu, Valentiæ; qui eſt 9. Prouinc. Valentiæ. Agunt de eo Gonzaga part. ſup. in hoc Conuentu. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 11. Daça lib. 1. cap. 42. ibid. wadinghus. tom. 5. ſup. an. 1428. §. 9.

§. 9. *B. Petri à Villa-noua, Confeſſ.*[i]) Pietate & Religione, & vitæ perfectione fuit inſignis: præfato B. Franciſco Antonio familiaris: ſibique ann. 1540, apparuit glorioſus, [prout promiſerat) in profeſto Purificationis B. Mariæ Virg. dùm poſt matutinas in choro contemplationi vacaret. Nec multò poſt, poſtquam Miſſam deuotiſſimè celebraſſet, atque ſuis confratribus vltimum Vale dixiſſet, Segobricę, in Conuentu Dominæ noſtræ de Angelis, (qui eſt 8. Prouinc. Valentiæ) animam ſuo Creatori reſtituit. Illius meminere Gonzaga & Barezzus ſup.

Beati

§. 10. *B. Franciſci, oblati, Confeſſ.* [g]) Hic Chriſti famulus vniuerſis populis circumuicinis, & Reginæ Margaritæ Auſtriacæ ſummè charus extitit: qui ſex, aut ſeptem horis immobilis in oratione, & diuina contemplatione perſeuerabat: iacet in conuentu, apud Villam ſillos, qui eſt 17. Prouinc. Conception. virg. Teſte Wadingho ſup. ad ann. 1409. §. 22.

§. 11. *B. Innocentij Taurini, Confeſſ.* [h]) Prouinciæ ſancti Angeli erat alumnus quam & pluribus annis ſanctiſſimè gubernauit: vita etenim exemplari, atque ſingulari prudentia, necnon maximis virtutibus inſigniter pollebat: ſicque fama ſanctitatis clarus communem nactus eſt ſepulturam, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Gratiis Campi-Baſſi: qui eſt 16. præfatæ Prouinciæ. Scribunt de eo Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Barezzus. ſup. lib. 3. cap. 60. ſub. ann. 1551.

§. 12. *Beata Clara Sanctimonalis.* [g]] Naſcitur ex illuſtri *Aquilatiorum* proſapia apud Ariminum; Sanctimonialis verò efficitur in monaſterio Beatiſſimis Angelis dicato, Ordinis tunc ſancti Benedicti; at paulò poſt, monialibus Benedictinis aliò tranſlatis, ſororibus Clariſſis mancipatū, cùm eſſet, ipſa Beata Clara, iis concupiſcenti animo voluit adiungi, illicque ſancto fine quieuit: cuius ſacrum corpus intra quoddam marmoreum ſepulchrum, Eccleſiæ parieti inſertum, honorificè conditū eſt. Illuſtriſſ. Gonzag. p. 2. ſup. in præfato monaſterio, quod eſt 13. prou. Bononienſ. Iſtud de ea Elogium ponit. *Fuit præfata B. ſoror Clara de Aquilatiis, aliquādo carnis illecebris dedita, atq; mundi petulantiæ addicta; ſed ad cor, per Dei miſericordiam, reuerſa, atque hunc locum, ſub monaſtico Benedictino habitu, ingreſſa, adeò ſe ieiuniis, vigiliis, diſciplinis, atque cæteris pœnitentiæ operibus dedidit, vt infrà paucos annos, in maximam atque ſanctiſſimam fœminam euaſerit; ita vt tum viuens, tum quoque mortua, plura, diuino ſibi afflante numine, miracula ediderit, & recedentibus aliis ſororibus Benedictinis, ipſa ſola Clariſſis de nouo aduentantibus, ſub Regula & habitu Beatæ Virginis Claræ adiungi voluerit.* Hæc eadem refert Barezzus ſup. lib. 2. cap. 10. ſub. ann. 1531. at circà an. 1323. ipſam vixiſſe colligitur ex ipſo Gonzaga, & Wadingho tom. 3. ad an. 1323. §. 26. Valeriano de BB. Fœmin. Ord. Minor. lib, 4. cap. 13. & in additionibus ad Tom. 3. §. 21. & ſeq. quæ ſunt ad calcem Tom. 7. poſt Ariminenſes hiſtoricos Clementinum. lib. v. & Adimarum lib. 1.

TERTIO NONAS FEBRVARII.

CÆſar-Auguſtæ, Beati [a] Vitalis, Confeſſoris: qui à Seraphico Patre ſancto Franciſco in Marrochium ablegatus, vt inibi Chriſti fidem diſſeminaret; medio itinere, morte præuentus, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino. Alanquerij, in Territorio Vlyſſiponenſi, Beati [b] Anonymi, Confeſſoris; virtute caſtimoniæ præclari. Rupellæ, in Territorio Santonenſi, Beati [c] Ioannis à Rupella, Confeſſoris & Doctoris eximij: qui zelo paupertatis, & Regulari Obſeruantia maximè emicuit. In Gallia, Beati [d] Alexandri de Villa-Dei, Confeſſoris: qui Religione & ſumma eruditione exornatus, vitæ etiam ſanctitate illuxit. Saliceti in Caſtella, Beati [e] Didaci à Barahona, Confeſſoris: qui ob vitæ illius candorem, Guardianatus munere fungens, viuus ac mortuus miraculis coruſcauit. Romæ, Beati [f] Ioannis à Hortis, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Hiſpelli, in Vmbria, Beatæ [g] Balbinæ, Virginis, ſanctæ Claræ Diſcipulæ: quæ ſic Chriſto ſponſo adhæſit; vt totius virtutis & perfectionis ſpecimen euaſerit.

FEBRVARII III.

§. 1. BEati *Vitalis, Confeſſ.* [a]] Illius meminerunt. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. in Fratribi Minor. ſanctitate illuſtr. apud Prouic. S. Iacobi: in Hiſpania, & fruct. 11. part. 2. ſatis poſt initium. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. chronic. Minor. lib. 1. cap. 66. & lib. 4. cap. 1, & 2. Item part. 2. lib. 2. cap. 22. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Algezira in arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Corbinus lib. 3. S. Franciad. pag. 55. Wadinghus tom. 3. Opuſcul. D. Franciſci. in Annotat. ad collation. 23. Item tom. 1. Annal. Min. ad an. 1219. §. 48. 49. 50. & ann. 1220. §. 38. ex Mariano lib. 1. cap. 16. B. Ioanne Tiſſerando, Surio, & aliis. In Vita V. Martyrum, qui anno 1220. die 14. Ianuar. paſſi ſunt apud Marrochium: qua de re fuit ingens exultatio ipſi B. Vitali, vt eorum audiuit trophæum, (fuerat etenim ipſorum ſuperior inſtitutus à Seraphico P. S. Franciſco) ſed aliundè ei dolor & gemitus quòd non meruerit illorum fieri particeps coronæ. At non ei voluntas in culpa, ſed grauis infirmitas impediuit; qua aliquandiu laborans, obiit tandem Cæſar-Auguſtæ, ſepultus apud ſuos: licet iuxta nonnullorum opinionem, reuerſus in Italiam, ibidem defunctus ſit.

B. Anonymi, Confeſſoris. [b]] Facta eius nobiliora commemorant Marianus ſup. cap. 12. §. 7. Chronicon. 24. general. Ordin. Minor. Peregrinus à Bononia ſup. in S. Franciſco. Marcus Vlyſſiponenſ. prima part. ſup. libro ſexto cap. 29. Elzearius libro ſecundo Sacri Mont. Oliuet. cap. 5. Vvadinghus tom. primo Annal. ſup. ad ann. 1217. §. 24. Hunc, illum fuiſſe ſancti Franciſci diſcipulum arbitror; cuius agit mentionem Gongaza ſecunda part. Orig. Seraph. relig. in Conuentu Alanquerij, qui eſt ſecundus Prouinc. Portugall. vbi iacet: & Vvadinghus ſup. ad ann. 1222. §. 40. ſocium facit B. Zachariæ. §. 2.

B. Ioannis à Rupella, Confeſſoris. [c]] Diſcimus ex S. Antonino, hunc diuinitùs oſtenſum B. Alexandro Alenſi, quem laureandum Vniuerſitati Pariſienſi proponeret. In publico quippe Theologicę profeſ- §. 3.

Digitized by Google

ſionis munere, qui præfato Alenſi ſuccederet, primariis Academiæ Pariſienſis viris efflagitantibus, vnus potiſſimùm delectus eſt. Ab Alenſi ſumit enarrationem. *Hic*(inquit)*Cùm in Conuentu Fratrum cœpiſſet legere ordinariè, & Vniuerſitas ſibi Baccalaureum inſtituendum ex Ordine ipſo conceſſiſſet; ſollicitus quem præſentare deberet, intrans Eccleſiam, orabat ſuper ea re: & vidit ibi vnum Fatrem habitus ſui orantem, & velut magnum luminis globum totam capellam Eccleſiæ (vbi orabat) illuſtrantem: quem expectans, & exeuntem intuens, cognouit eum eſſe F. Ioannem de Rupella, de Prouincia Aquitaniæ, ſcientia lucidum & profundum. Et ex tali ſigno à Deo æſtimans Baccalaureum futurum, ipſum Cancellario pro Baccalaureo præſentauit. Qui poſtea factus Magiſter, maximus inuentus eſt prædicator; religioſitate, ſcientia, & diſcretione clariſſimus. Tantaque vi ingenij præditus, vt priorum Magiſtrorum ſubtilitati adiiciens, prædicationi & lecturæ in Theologica facultate, artem & modos traderet exquiſitos.* Hæc ille part. 3. hiſtor. titul. 24. cap. 8. §. 1. Eadem prorſus confirmant Marcus part. 2. ſup. lib. 1. cap. 12. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1222. quo id euenit §. 29. poſt Gonzagam part. 1. ſup. in almo Conuentu Pariſienſi. Corbinus ſup. lib. 8. pag. 164.

§. 4. Ob tantæ eruditionis indicia, grauiſſimis conſultationibus, cum primariis Theologis, interfuiſſe ſcribit. B. Thomas Cantipratanus lib. 1. de Apib. cap. 19. numer. 5. maximè circa pluralitatem beneficiorum, ann. 1238. ſub Guillelmo Pariſ. Epiſcopo: de qua quidem diſputatione Pariſiis habita, vbi hæc pluralitas beneficiorum condemnata eſt; agunt Meyerus in Annal. Flandr. Albertus Magnus lib. de Sacrament. Raulinus in doctrinali mortis, tract. 3. cap. 7. Faſciculus tempor. ſub Innocent. IV. Genebrardus lib. 4. chronol. in Greg. 9. Coluenerius Annotat. in Cantipratan. Chronica Franc. & alij quàm plures, quos ſequitur Vvadinghus ſup. ad an. 1238. §. 8. & 9. Belforeſtius libro quarto Annal. Franc cap. 2.

§. 5. Conſtat etiam, circa ann. 1240. ipſum vnà cum tribus eruditiſſimis, nempè B. Alexandro Alenſi, Roberto de Baſtia, & Richardo, deſtinatum fuiſſe Regulæ Minor. interpretandæ, ex mandato Capituli Prouincialis Montis Peſſulani: quæ declaratio vulgò ſub appellatione 4. magiſtrorum circumfertur, & à Capitulo Generali Bononienſi, (cui oblata fuerat) ann. 1242. approbata eſt. Mitto multa alia eius præclara opera, quibus aliorum vtilitati haud parùm profuit. Horum teſſeram habent. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. doctrina illuſtr. & fruct. 11. part. 2. in Prouinc. Turonenſ. D. Antonin. ſup. cap. 9. §. 3. Gonzaga part. 1. ſup. vbi de ſcriptor. Franciſcan. & in BB. viris huiuſce Ordinis. Item in almo Conuentu Pariſienſi. Marianus lib. 2. cap. 11. Gneſnerus in ſua Bibliotheca. Toſſinianus lib. 3. ſup. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. & cap. 11. & 25. Chronic. Citizenſe ad ann. 1254 Antoninus Poſſeuinus, Guillelmus Eyſengrenius, Trithemius, de ſcriptor. Eccleſ. Vvillotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. verb. *Ioannes de Rupella*, Galterius in tabula Coſmograph. ſæcul. 13. in Sacris Scriptor. ex Coccio, &c. Riocha in Compendio tempor. ibidem part 4. cap. 66. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1242. §. 2. poſt Aluarum de planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 67. poſt init. Galeſium cap. 2. & 8. vitæ. S. Bonauent. qui tamen cap. 9. eum confundit cum B. Ioann. à Parma, Miniſtro Generali, Malletus cap. 26. hiſtor. Conuentus ſancti Iacobi Pariſienſ. Dominic.

Porrò, Lutetiæ, ann. 1253. Cathedræ Magiſtrali regendæ ceſſit, cuius locum D. Bonauentura accepit: prout ſcribit ibidem Vvadinghus tom. 2. ad ann. 1253. §. 26. vixit tamen vſque ad ann. 1271. quo in humanis eſſe deſiit: iuxta ipſum Vvadinghum eo ann. §. 11. Iacere Rupellæ, ait Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Scripſit *ſummam de Anima*: quæ extat in Bibliotheca Sanvictoriana Pariſ. I. 14. & LL. 14. Parum ſibi æquus viſus eſt Petrus *Camuzius*; qui vbique locorum, ſed maximè, in opere Monachor. part. 1. cap. 22. §. 2. & part. 2. art. 1. ſect. 18. vocat eum (contra omnium ſententiam) Ioannem à *Rochetta*; gratis & vltrò ea volens vti locutione, ſed non impunè. Quod Etymon *Rupellæ* exoriatur à *Rupe*, nullus eſt qui ignorat illud; at dùm dicimus in traductione noſtra vulgari Gallica, *Roche* à *Rupe*, non continuò ſequitur eius diminutiuum, Rupella, ita eſſe pronuntiandum Gallicè, *Rochette*, ſed *Rochelle*, vt omnes Galli optimè norunt: quis enim vnquam legit vel didicit, *Rupellam*, vocari lingua Gallica, *Rochette*? Quòd ſi quis diceret Ludouicum XIII. Galliæ Regem ann. 1628. Rupellam, rebellem ac contumacem, graui obſidione, armiſque inuictiſſimis, coegiſſe ad deditionem: non *la Rochelle*, ſed *la Rochette*, ideſt, non Rupellam ſed Rochettam cepiſſe, nonne hunc mente captum putares? §. 6.

B. Alexandri, Confeſſoris.[d]] Cognominatur *Villa-Deus*, ceu *de Villa-Dei*, in Neuſtria natus: vir vndecumque exercitatus, florebat ann. 1260. & vſque ad mortem magna Religione & doctrina fulſit, teſte Trithemio ſup. & Riocha cap. 67. ſup. de quo id ſcribit *VVernerus* in Faſciculo temporum ſub Alexandro IV. *Alexander de Villa-Dei, Ordinis minorum, qui doctrinale compilauit, vir ſanctus, ac Theologiæ Sacræ Profeſſor, claret.* Agunt de eo Piſanus ſup. fruct. 8. part. 2. Gonzaga part. 1. in Scriptorib. Franciſcan. Gneſnerus, Symlerus in addition. ad Gneſnerum. Bergomaſ. lib. 13. ſupplementi Chronic. ad ann. 1252. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1257. §. 7. Vvillotus ſup. verb. *Alexander*. Poſſeuinus, ibid. Genebrardus ſup. in Vrbano IV. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 4. cap. 12. §. 2. Toſſinianus lib. 2. Seraph. Relig. Velaterranus lib. 21. Antropolog. Alius eſt ab eo, cuius meminit Cœnalis, lib. 2. Hierarchiæ Neuſtriæ. (quam. MS. curioſè aſſeruat. D. Ioannes Bigot, vir nobilis, Conſiliariorum Decanus in curia ſubſidiorum, apud Rothomagum) ſub Guillelmo *de Oſtilleyo*, 22. Abrincenſi Epiſcopo, circa fin. *Alexander*, inquit, *Theopolitanus, ſeu de Villa-Dei, non Minoritanus fuit, ſed Arboretanorum canonicorum adſcriptus ſodalitio; vir ſuſpiciendæ, atque amplectandæ memoriæ: non grammaticè tantùm, ſed & mathematicè doctus. 4. calendas Auguſti obiit.* &c. §. 7.

B. Didaci, Confeſſor.[e]] Fuit hic Conuentus Deiparæ Virginis Mariæ de Saliceto (qui eſt 6. Prouinciæ Caſtellæ) alumnus: in quo plures alij ſancti Religioſi vitam duxerunt, terminaruntque. *Nam* (inquit Gonzaga) *inter fodiendam terram aliquot defunctorum Patrum corpora integra, incorrupta, ſuauiſſiméq; redolentia, caſu inuenta ſunt. Quod abſq; dubio magnũ ſanctitatis ſignũ eſt. Addam, quòd aliquibus Religioſis Deo deuotis, dùm feruentiùs orationi inſtarẽt, reuelatũ ſit, hunc locum plurimis ſanctorũ corporibus honeſtari,* §. 8.

quibus

Digitized by Google

quibus annumerandus venit, Religioſiſſimus P.F. Didacus à Barahona, vir vtiq; de omni virtutum genere optimè meritus, qui, tempore naſcentis Obſeruantiæ Regularis, huius cœnobij Guardianum vigilantiſſimum egit, quiq; ob vitæ candorem, miraculis tum in vita, tum quoque in morte claruit, ſepultuſque eſt in cõmuni Fratrum Sarcophago. Hæc ille ſup. part.3 in præfato Conuent. Eadem refert Barezzus tom. 4. chronic. Minor. lib. 1. cap. 22. aitq; terræ humatum eſſe an.1512. Wadinghus tom. 4. ſup. ad an. 1376.§.20.

§. 9. *B. Ioannis, Confeſſ.* [f]] Italus, Ortæque natus, velut ſpendidiſſimũ iubar exoritur: Hinc creſcens vſque ad perfectiſſimam vitæ rationem, Romæ ſanctiſſimè deceſſit, apud Conuent. Aracœlitanum; clarebat circa ann. 1525. Scribunt de ea Gonzaga part. 2. in Conuentu S. Bernardini Ortarum, qui eſt 23. Prouinc. Roman. Barezzus ſup. libro primo cap. 53. ad ann. 1516. Salazar. ſup. libro quarto cap. v. & Wadinghus. Tom. 6. ſup. ad. an. 1463.. §.123.

B. Balbina, Virg. [g]] Ann. 1214. S. Claræ adhæſit hæc illuſtris Virgo, tantę virtutis & perfectionis diſcipula; vt aliarum mereretur eſſe magiſtra, & fundatrix Conuentus Hiſpellenſis, in Valle Gloriæ, quinto ab Aſſiſio lapide, quo in opere ſociam habuit & ſuperiorem, B. Pacificam (de qua 24. Martij) virtutibus & ſignis notiſſimam: quæ tamen poſt vnum aut alterum annum reuerſa eſt ad S. Damianum. At B. Balbina ſuperſtes exiſtens, manſit ibidem, obiitque ante S. Claram in hoc eodem, quod fundauerat, monaſterio. Vide Wadinghum tom. 1. Annal. ſup. ad an.1213.§.64.& an.1214.§.34. vbi cùm dixerit aliam eſſe à B. Balbina Virg. nepte S. Claræ, (de qua 11. Martij) miror poſtea ipſum cõtraria ſcribentem. an. 1231.§. 54. Thielmanſ. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. ordin. §. 10.

PRIDIE NONAS FEBRVARII.

HISTONII in Apulia, Beati [a] Iacobi de Petrutiis, Lorienſis Epiſcopi; qui virginitatem illibatam perpetuò ſeruauit, & paupertate, abſtinentia, charitatéque ac humilitate reſplenduit. In Gallia, Beati [b] Ioannis Bonelli, Confeſſoris Seraphici Patris ſancti Franciſci diſcipuli; qui apud Prouinciam Phocenſem Prouincialis Miniſter effectus, zelo Regularis Obſeruantiæ, & vitæ perfectione inſigniter enituit. Fulginij, Beatæ [c] Paſcalinæ, Virginis, Tertiariæ, vitæ ſanctitate inſignis. Apud Birturicas, Beatæ [d] Ioannæ, Franciæ Reginæ, Virginis: fundatricis Ordinis Monialium Annuntiationis ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ; quæ ſummis virtutibus decorata, maximis etiam claret miraculis. Ameriæ in vmbria, Beatæ [e] Elizabeth, virginis. Panormi, in Sicilia, Beatæ [f] Item Elizabethæ, virginis. Tertiariæ.

FEBRVARII IV.

§. 1. BEati *Iacobi de Petrutiis, Epiſcopi* [a]] Floruit circa ann. 1550. cuius Meminit Gonzaga 2. part. Origin. ſeraphic. Relig. in Conuentu S. Honofrij Hiſtonij qui eſt 5. Prouinc. ſancti Angeli; aitque ibi iacere. *Corpus videlicet B. Patris, ſimul atque ſanctiſſimi Epiſcopi Laurienſis, Iacobi de Petrutiis, qui paupertatem quam vouerat, cum abſtinentia, caſtitate, charitate, cæteriſque virtutibus copulans, nec Epiſcopus, ea quæ erant ſimplicis Fratris, contempſit, nec Frater, ea quæ dignitatem Epiſcopalem concernebant, prætermiſit. Et vt ſe verum Franciſcanum in omnibus oſtenderet; ſicut benè valens, licet Epiſcopali dignitate præfulgidus, communem cum aliis fratribus vitam duxerat, ita quoque ægrotans ac moribundus, hoc commune valetudinarium pauperculis Religioſis, curandus, ſepeliendusſque eligere voluit. Cuius denique corpus terra mandatum, poſt plurimos annos incorruptum omninò inuentum fuit. Nec mirùm ſanè, cùm fideliſſimo eius Patris, qui Sacramentalem illius confeſſionem excipere ſolitus erat, teſtimonio, virgo ad hanc ſacram Religionem venerit, virgoque in æuum permanſerit. Qui hora ſui tranſitus dixiſſe fertur: Per* Dei *ſummam bonitatem infinitamq; miſericordiã ſaluus ſum.* Eadem teſtatur Barezzus part. 4. chronic. Minor. lib. 3. cap. 60. ad an. 1550. Gonzaga item in 18. Conuentu eiuſdem Prouinc. Wadinghus. Tom. v. ſup. ann. 1440. §. 35.

§. 2. *B. Ioannis Bonelli, Confeſſ.* [b]] Florentinus erat natione; miſſus eſt autem in Galliam ad Phocenſem Prouinciam à S. Patre, an. Chriſti 1216. vtpotè, qui eſſet vir perfectus, & magni zeli, ac miræ Regularis Obſeruãtiæ dono præditus: factus itaq; Miniſter Prouincialis, accidit, vt tempore Capituli Prouincialis, ibid. an. 1224. ab eo apud Arelatem celebrati, D. Antonius Luſitanus concionem ad fratres haberet, ſuper Titulo crucis. *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*: quo ſic prædicante, apparuit S. Franciſcus (licet tunc longiſſimè diſtaret) in aëre ſubleuatus, ad oſtiũ Conuẽtus, veluti manib. in cruce protenſis; fratreſq; multiplici conſolatione ſpiritus repleuit. Huius rei meminerũt S. Antonin. 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 2. §. 3. Vlyſſiponenſ. part. 1. chron. Minor. lib. cap. 118. Wadingh. tom. 1. Annal. Min. ad an. 1211. §. 22. an. 1216. §. 2. 1230. §. 8.

B. Paſcalina, Virg. [c]] Diſcipula fuit & ſocia dilecta B. Angelæ, ſuæ Conterraneæ, cuius exemplo allecta nobilem progeniem & mundi delitias contempſit, habitumque ſuſcepit pœnitentiæ ſub tertio inſtituto S. Franciſ. an. 1290. Æmula facta ſuę magiſtrę, ad eam aſpirauit & peruenit perfectionem, vt ad arcana quoque B. Angelæ admitteretur, eique fieret à ſecretis. Tandem Deo plena, virtutibus & ſanctitate præclara, in cælũm euolauit ann. 1313. die 4. Februarij, ſacrumque corpus in eadem. S. Franciſci æde, qua & magiſtræ conditæ ſunt exuuiæ, ſolemni funere, concurrentibus vniuerſis ciuibus ad nobiles Virginis exequias, honorifico conditũ eſt ſepulchro. Ex antiquo vrbis Fulginatenſ. ſtatuto, Fulginates diem hunc celebrant ſacræ depoſitionis. Scribunt de ea Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 7. cap. 21. §. 2. Gonzaga. 1. part. ſup. in BB. Fœminis Tertiariis. Wadinghus §. 3.

Digitized by Google

tom. 5. ſup. ad ann. 1313. §. 11. 12. 13. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali, ſerm. 27. part. 2. Iacobillus, De SS. Fulginatib. de Sillis in cap. 1. Reg. tertij Ordinis. Salazar. lib. 1. chronic. prouinc. Caſtellæ. cap. 31. Vghellus. Tom. 1. Italiæ ſacræ. in Epiſcop. 24. Fulginat.

§. 4. *B. Ioannæ Reginæ.* [d]] Hæc Sereniſſima Regina, Filia fuit Ludouici XI. ſoror Caroli VIII. & vxor Ludouici XII. Regum Franciæ. Quæ omnibus naturæ dotibus, ac virtutibus illuſtrata, ſoli Deo ſeruire, cætera contemnere, ab ineunte ætate conſtituit. Nam (quod admiratione dignum eſt) cùm annos 5. ſolùm attigiſſet, iam aſſiduis in Eccleſia precibus vacabat, cæteris exercitationibus vanis ex alto contẽptis: adeò vt omnes cogitationes, omniaque ſtudia ſua in Deo figeret & locaret, ſicq; feruens erat in oratione, vt mente ſurſum, quaſi inter choros Angelorum, raperetur. Atque in primis ardentiſſima dilectione Filij Dei, & Genitricis eius Virginis deuotione incẽſa, Matrem miſericordiæ deprecari ſolita erat, vt ſibi perpetuò adeſſet, qua duce ſemper id ageret, quo maieſtas filij ſui, quem vnicum animæ ſuæ ſponſum deſiderabat, gratiſſimam ſeſe redderet. Cùm autem quadam die, incredibili feruore preces huiuſmodi ſacratiſſimæ Virgini offerret, ab illa reuelationem hanc accepit; futurum aliquando diem, priuſquam ex hac vita diſcederet, cùm fundatura Religonem eſſet, ex qua B. illa Virgo maximum obſequium, & honorem reciperet. Qua reuelatione ſibi facta, inflammatum eſt adeò cor puellæ illius; vt ſtatim ab ætate ſex annorum in animum induxerit, ſubiectũ reuelationis adimplere, quàm primùm ad liberam perueniſſet.

§. 5. Iam tanta virtute, prudentia & maturitate, tanquam ſpiritualibus theſauris, animã ſuam decorabat, imprimiſq; orationis ac deuotionis ſanctiſſima exercitia ſectabatur: vt cùm hæc, alia præclara de filia ſua maieſtas Regis patris ſui reſciret, ſtatim voluerit ei prouidere de optimo Confeſſario, cuius conſiliis ſanctiſſimis quotidiè magis ad amorem Dei inflammaretur. At repentè paruula confugiens ad orationẽ, & ſeſe totam Deo cõmendans, inſpiratione diuina, delegit ſibi confeſſarium V. P. Fratrem Gabrielẽ *Aue Mariæ*, tum Guardianum Conuentus Ambaſiæ, (qui eſt 8. Prouinc. Turoniæ Pictauienſ.) qui fidelibus exhortationibus ſuis aſſiduis, illam vehementiùs, quã credi poſſit, ad pietatem excitabat. Ac tandem effectũ eſt, vt ſicut corpore exteriùs creſcebat; ita ſpiritualiter & interiùs quotidiè magis excreſceret, & proficeret in dies, ac de virtute in virtutem procederet. Quod intelligẽs Regia Maieſtas eius pater, cùm iam apta viro, & nubilis annis eſſet, eam matrimonio dedit nobiliſſimo Duci Aureliæ Ludouico; qui eandẽ ſibi deſponſauit in facie Eccleſiæ. Qui quidem Dux poſt deceſſum Regis Ludouici XI. ſoceri ſui, & fratris dictæ ſponſæ ſuæ Regis Caroli VIII. obtinuit ſucceſſorio iure Coronã Regni Franciæ, tanquã proximior princeps ſanguinis: cuius prædeceſſores ſui nullum hæredem maſculum, qui poſſet in regno ſuccedere, reliquiſſent. At verò ſanctiſſima Heroïna, cùm 20. annos iam caſtè permãſiſſet cum dicto eius cõiuge; & ab eo (licet immeritò) ſæpè iniurioſiùs tractata, (quam Rex Carolus VIII. frater eius vindicare volens, dictum Ducem, inter alia, incarcerari fecit in fortiſſima turri Biturigibus ædificata) ab eo, inquã Duce ac coniuge, libellũ repudij accepit. Quam ſeparationem à Sede Apoſtolica obtinuit, cùm Rex ſacratus fuiſſet; quòd is mordicùs aſſereret ſe eam inuitam in vxorem duxiſſe, vt videlicet Patris, Regis Ludouici XI. furorem ac odium declinaret; ſeque illam nunquam fuiſſe amore proſecutum, ſed potiùs maleuolentia quadam, imò potiùs illam fuiſſe eius mentem, dùm matrimonium contraheret, vt nullo pacto ad eam ingrederetur, ſed vt connubium, Rege Carolo VIII. extincto, nullius eſſet valoris. Itaque Alexander VI. Papa, commiſſariis, videlicet, Philippo à Luxemburgo, Cardinali, titul SS. Petri & Marcellini, & Cœnomanenſi Epiſcopo: Item Ludouico, Albienſi Epiſcopo; & Ferrando Epiſcopo Ceptæ: omnimodam auctoritatem, cognita ac diſcuſſa cauſa, contulit: prius matrimonium diſſoluere vt inualidum: quòd & præſtiterunt, an. 1499. ſicque Rex accepit in vxorem ſereniſſimam Annam à Britannia; Caroli VIII. Regis relictam; Britanniæque Armoricæ hæredem.

At B. Ioanna Regina apud Bituricas ſecedens: decreuit ibidem ſemota à Curia moras trahere: maximè §. 6. cùm Rex Ludouicus XII. appennagio ſibi perpetuò aſſignaſſet Ducatum ipſum Bituricenſem. Volens igitur Pientiſſima Regina hanc Religionem erigere ac ſtabilire, quã inſpirante ſacra Virgine Maria, ab ætate ſex annorum, fundare in Eccleſia Dei conſtituerat; in primis dictam reuelationem patefecit præfato B. Patri Confeſſario. Cui ille ſapientiſſimè reſpõdit non modò id ſanctum eſſe deſiderium, ſed etiam animæ ſuæ meritoriũ & ſalutare, ac Eccleſiæ Dei vtile, quod à Spiritu ſancto procedere nullatenùs dubitaret. Quamobrem hoc ſanctum Cœnobium Virginum: vnà cum Fratrũ aliquo numero, ſufficienti prouentu aſſignato fundauit, adhibito conſilio prædicti B. Patris Gabrielis; qui iuxta eius petitionem, Regulam futuræ Religionis, Annuntiationis videlicet B. Mariæ, ſeu decem Beneplacitorum, aut virtutum eiuſdem Deiparæ, fœliciter compoſuit. Qui deindè Romam delegatus ab eadem, vt eiuſdem Regulę approbationem à Summo Pontifice obtineret, eam non abſque maximo labore ab Alexandro VI. Papa 12. Februarij an. 1501. plurimis ſibi ex Apoſtolica auctoritate adiunctis, conceſſiſque fauoribus & gratiis, impetrauit.

Poſtquam igitur hæc Regula confirmata fuit, Sere- §. 7. niſſima Regina, B. Ioanna, Profeſſionem eiuſdem Regulæ ſolemnem fecit, præſentibus Epiſcopo Albienſi, aliiſque illuſtriſſimis viris, ac B. Patre Gabriele, qui & elegantiſſimam piamque exhortationem tunc habuit: cuius aſſiduis præceptis & conſiliis eadem inclyta fundatrix cum ſororibus ſuis ſeſe totam commiſit: ibique ſanctiſſimè vixit; & nunc in cœlis laureato Deo fruitur in æternum. Exceſſit è vita die 4. Februarij ann. 1504. iuxtà veterem ſupputationem, ſeu an. 1505. iuxta nouum calculum. Cuius ſacrum pignus honorificè ſepultum eſt in eodem Monaſterio: multis miraculis præfulgens. Porrò per an. 57. manſit incorruptum (ſicut & ipſa Virgo obierat) integrumque, vſque ad an. 1562. quo hæretici, Duce *Montgommerio*, Bituricenſi vrbe capta; illud combuſſerunt, maxima cum ignominia: ſed illius memoria haud ab impiis potuit è cordibus fidelium aboleri, cùm etiam nunc, ad eius inuocationem, ſigna & prodigia operetur Deus.

De ea ſcribunt Gonzaga Orig. ſeraph. Relig. part. §. 8. tertia in Monaſterio decem Beneplacitor. ſeu Virtutum Beatæ Marię Bituricenſ. quod eſt primũ Prouinc. Turoniæ Pictauienſ. Barezzus part. quarta chronic. Minor. libro primo cap. 12. Toſſinianus libro primo. Binettus in Vita præcipuor. fundator. Relig. Vitalis de Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Seraph. Franciſcan. Ioannes Laziardus, Epitom. Hiſtor. Vniuerſal. libro tertio cap. 288. Hubertus Velleius in Addition. ad Laziardum cap. 291. Ludouicus

Digitized by Google

tus Dony-Attichienſis, in vita eius. Poyreus de triplici corona. Virgin. tract. 1. cap. 12. §. 7. numer. 29. & ſeq. Item tract. 4. §. 9. numer. 1. 2. Cornelius à Lapide, Commentar. in Baruch. cap. 3. verſ. 38. Lipſius, in deſcriptione Louanij. Ferreolus Locrius in chronic. Belgica. Claudius Paradinus in ſuis Fœderationibus ſeu Affinit. Brulius lib. 2. Antiquit. Pariſienſ. vbi de Collegio Montis-acuti. Ioannes Chenu. in Catalog. Archiepiſcopor. Bituricenſ. & Monaſter. huiuſce Diœceſ. Aubertus Miræus elogium illius ponit, lib. de Origin. Ordin. Annuntiationis. Spondanus in Auctario chronolog. ſub ann. 1499. tom. 2. annal. Eccleſ. ad ann. 1498. Ludouicus - Iacob. in Bibliotheca mulierum ſcript. Illuſtr. Thielmans. tom. 1. & 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Sangelaſius in vita Ludouici XII. Reg. Franc. Auctor vitæ Domini Bayardi Nicolaus Gazetus 1. part. chronic. Annuntiation. Ordin. Chappotus in vita S. Franciſci de Paula; Montoya in chronic. Ordin. Minimor. Elzearius lib. 3. cap. 5. Sacri mont. Oliuet. Charron. ca. 144. & 145. 146. hiſtor. Gall. ſeu Franc. Ferronus in addit. ad Æmilium de reb. geſtis Gall. lib. 1. in Carolo VIII. Reg. & lib. 3. in Ludouico XII. Ludouicus & Sceuola Sammarthani lib. 4. hiſtor. Genealogic. Domus Franc. & lib. 7. Petrus Mathęus in hiſtor. Ludouici XI. Reg. Franc. Ioannes *Chaumeau*, in hiſtor. Bituricenſ. Gallia Chriſtiana in ſerie Archiepiſcopor. Bituricenſ. ſub Guillelmo Cameracenſi præſule. Iacobus de Fonteny ponit eius imaginem inter Icones Reginarum Franc. Illius genealogiam edidit Pater Franciſcus Paludanus Minorita Belga. Nicolaus Gillius, Belforeſtius. Hallianus, Maſſonus, Æmylius, & alij Franciſci ſcriptores: Sub Regib. Ludouic. XI. Carolo VIII. & Ludouico XII. Hilarion à Coſta, in hiſtor. Catholic. viror. illuſt. Epiſtol. Dedicator. ac præfat. Item lib. 1. pag. 93. In vita Claudiæ Reginæ Franc. & pag. 103. in vita B. Patris Nicolai Gilberti, Minoritæ; ſed fuſiùs pag. 21. & ſeq. in vita ipſius Beatæ Reginæ Ioannæ, ſæculo. 16. Carion. in chronic. ann. 1499. Corrozetus lib. 1. Theſauri hiſtor. Franc. titul. 1. Valerius. lib. 4. de SS. Fœmin Ordin. Minor. cap. 1. Sauſſayus. in Martyrolog. Gallican. hac die. Friſonus. lib. 4. Galliæ purpuratæ pag. 545. Gononus. In chronic. SS. Deiparæ ſæcul. 15. ad ann. 1506. Balinghen. In Calendario Virgin. Mariæ hac die, & 25. Martij. §. 12. Iacobus Rinaldus. In Liliis. part. 2. cap. 1. pag. 299. Item in notis ibid. R.P. Gregorius *Mirault* Franciſcanus, vitam ipſius Beatæ Ioannæ Reginæ, vnà cum miraculis, edidit in lucem ann. 1615. Adrianus *Hubert*, & Nicolaus Oranus, In vita Beati Nicolai Gilberti, quę extat in Limine opuſculi à ſe editi an. 1626 Cum eo titulo. *Tractatus in Regulam ſancti Franciſci ad litteram*. Authore eodem Beato Gilberto.

Aduertendum, præfatum Ludouicum, ſponſum §. 9.
Beatæ Ioannæ, (antequam ad Regnum Franciæ perueniſſet) fuiſſe Ducem Aureliæ, Valeſiæ, & Mediolani; ac Comitem Virtutum. Gonzaga & Barezzus ſuprà, vocant eum Ludouicum à *Sabaudia*, licet mendosè: nam neque ex patre Carolo, (qui ex Regio Franciæ ſanguine ortus erat) neque ex matre, Maria vocata (ex Cliuienſium domo) *Sabaudus* poterat nuncupari: niſi valdè impropriè id intelligatur, nimirum, ex parte ipſius vxoris ſuæ Beatæ Ioannæ, quæ matrem habuerat Carlottam, Filiam Ludouici, Ducis Sabaudiæ; veriùs tamen crediderim vnum pro alio hîc eſſe Ludouicum interpoſitum. Ex eo autem quòd ipſa ſancta Regina ab infantia verſata fuerat cum Chriſto ſibi familiariter apparente; depingitur cum puero Ieſu, qui porrigit ei Annulum, eoque eam ſibi deſponſat. Piiſſimus Ludouicus. XIII. Rex Chriſtianiſſimus; & Regina coniux: Princeps Condæus, Dux Engoliſmæ, & Comes Aletenſis. Itemque Archiduciſſa Iſabella-Clara-Eugenia, & vniuerſitas Bituricenſ. ac Louanienſ. pro Illius Beatificatione ſcripſerunt ad Vrbanum. VIII. Pap. qui piis eorum votis vltrò annuens, Reſcriptum dedit R. R. Rolando, Bituricenſi Archiepiſcopo, & Euſtachio *Du Lys*, Niuernenſi Epiſcopo, vt inquirerent de ea: quo diligenter fideliterque expleto, res nunc agitur in curia Romana: vt vltra progrediatur.

Beata Elizabetha, Vir. c] De ea hæc ſcribit Fer- §. 10.
rarius in catalogo Sanctor. hac die. *Huius officium cum propriis lectionibus ann. 1603. ſub Clemente VIII. conceditur ex libro Congregationis Rituum. Eſt & Elizabeth eiuſdem Ordinis Panormi in Sicilia, de qua agitur officium, hac eadem die: vnde eadem videtur cum ſuperiore.* Sed de illa eademtitate valdè dubito, nec mihi certa videtur.

B. Eliſabeth. virg. Tertiar. f) Agunt de ea Anti- §. 11.
qua Conuentus Panormit. MSS. & Wadinghus. tom. 1. ſup. ad ann. 1224. §. 43. *Iacet* (inquit) *In hoc Conuentu admirabilis puella Tertiaria; quæ 13. ætatis ſuæ anno, obijt, non ſine ſanctitatis opinione.* Hæc ille, ex Toſſiniano. lib. 2. ſup. in Prouincia Siciliæ, ſub Cuſtodia Panormitana. Quare mihi minùs probata videntur, quæ de ea Ferrarius ſup. ſcribendum putauit.

Digitized by Google

NONIS FEBRVARII.

NAganſachi in Iapponia, Paſſio Beatorum [a] Martyrum Petri Baptiſtæ, Martini ab Aſcenſione, Franciſci à Blanco, Philippi à Ieſu, Gonzalui Garſiæ, & Franciſci à ſancto Michaele: cum aliis ſeptemdecim Laicis Tertiariis; qui pro Chriſti nomine, vincula, carceres, ludibria, alioſque cruciatus perpeſſi, tandem cruci affixi, & haſtis trans-verberati fuere. Recaneti, in Picœno, Beati [b] Beneuenuti, Confeſſoris; mira pietate, & ſignorum claritate ſpectabilis. In Aprutio, Beati [c] Meliorati, Confeſſoris; quem miraculorum gloria exornat. Biturgiæ in Vmbria, Beati [d] Chriſtophori Papienſis, Confeſſoris; paupertatis & humilitatis, patientiæ atque continentiæ amantiſſimi. Louanij in Brabantia, Beati [e] Nicolai de Aſca, Confeſſoris, Angelicæ puritatis, & columbinæ ſimplicitatis viri. In Territorio Cantiani Epiſcopatus, non longè ab oppido Robledilio, Beati [f] Franciſci Ciuitatenſis, Confeſſoris; qui Prouincialatus munere functus, & ſpiritu prophetico plenus, deceſſit è vita. In Hiſpania, Beati [g] Ioannis ab Aquila Confeſſoris, Prouinciæ Arrabidæ olim cuſtodis; ſumma deuotione, & perfectæ paupertatis zelo inſignis. Beluiſij in Territorio Palentino, Beati [h] Franciſci à Villa-Bonna, Confeſſoris; qui poſt Prouinciale officium expletum; orationi, contemplationi, ac ieiuniis vacans, admirandæ ſanctitatis ſpecimen dedit. Plici in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [i] Georgij, Confeſſoris; eximia humilitate conſpicui. Vill-nouæ de Scaphafracta, in Caſtella, Beati [l] Ioannis à ſancto Michaele, Confeſſoris. Camari in Sicilia, Beati [m] Andrææ ab Arragonia, Confeſſoris; miraculis clari. Platææ, in eodem Siciliæ Regno, Beati [n] Thomæ à Catalagirone, Confeſſoris; eximiæ charitatis viri. Illiturgi, in Diœceſi Giennenſi, Beatæ [o] Agnetis Canæ, Abbatiſſæ: miræ pœnitentiæ, & virtutis fœminæ.

FEBRVARII V.

§. 1. B*B. Petri Baptiſtæ, & ſocior.* [a]) Dux & anteſignanus horum athletarum Chriſti extitit B. P. Petrus Baptiſta, Prouinciæ ſancti Ioſeph diſcalceatorum alumnus; qui Commiſſarij officio fungens, tunc morabatur in Prouincia ſancti Gregorij Philippinar. inſularum Indiæ Occidental. exindéque ſoluens die vltima Maij ann. 1593. vnà cum tribus ſociis Fratribus, traiecit in Iapponiam, vbi Legatus pro concilianda pace miſſus fuerat, vtque hac occaſione Chriſti Euangelium inibi diſſeminaret. Itaque à Taycozama Quabacundano, Rege, benignè honorificéque ſuſceptus, Legationis ſuæ ſeriem ac ſubſtantiam ex parte Regis Hiſpaniar. illi expoſuit, diligenterque ac prudenter omnia cum ipſo Taycozama egit, vt Patres ſocietatis Ieſu ab exilio reuocarentur: Chriſtique fidem prædicare, & collapſas Eccleſias reædificare, illis impunè licitum foret. Deindè, ipſemet B. Petrus Baptiſta, præfati Regis authoritate ac munificentia, Eccleſias, Monaſteria, hoſpitalia, aliaque pietatis & deuotionis domicilia cœpit conſtruere, populo publicè fidem Chriſtianam annuntiare; adultos inſtruere; Baptiſmo abluere, &c. Verùm perſecutione paulò poſt exorta, ab eodem Rege Fratres Minores carceribus mancipantur, qui ſententiam mortis mox excipientes, educti ſunt foras ante Phanum Idolorum, vbi parumper auriculæ ſiniſtræ omnibus abſcinditur: deindè cathenis ferreis per collum alligati, per totum fermè Iaponiæ Regnum circũducuntur; opprobriis, ludibriis, ac itineris labore pedeſtri valdè afflicti: quæ omnia, libenti, forti, ac læto animo, pro Chriſto ſunt perpeſſi. Tandem Naganſachum peruenientes, ad locum ſupplicij mox trahuntur crucifigendi: ac lanceis confodiendi, more Iapponico.

§. 2. In his, ſex erant Fratres Minores, ex Diſcalceatis Prædictæ Prouinciæ ſancti Gregorij, quorum primus crucis mortem ſubiit B. P. Philippus à Ieſu, Sacerdos, ſecundus. B. P. Franciſcus Blanco, concionator; tertius B. P. Martinus ab Aſcenſione etiam concionator: quartus B. P. Gonſaluus Garſia, Profeſſione Laicus: quintus, BB. Franciſcus à ſancte Michaele, Laïcus ſextus B. P. Petrus Baptiſta, Commiſſarius, qui vltimus precatus eſt crucifigi. Poſtremo, decem, & ſeptem Iappones Laici ex tertio Ordine D. Franciſci, ſimilem pœnam paſſi, ann. 1597. omnes glorioſo Martyrio ſunt coronati: Quorum triumphum copioſè deſcribunt Barezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 10. cap. 56. vſque ad 70. Daça ibid. lib. 2. cap. 60. & ſeq. Vaſconcellius in Deſcription. Regni Luſitani, vbi de Martyrib. Iapponienſ. §. 9 & in Religioſis viris Martyrib. §. 7. Chriſtophorus Dauandagno de ipſis concionem habet. Marcellus à Ribadeneira librum de eorum Martyrio compoſuit. Elyaſ. tom. 1. Legation. Eccleſ. Triumphant. cap. 31. lib. 2. §. 69. Iacobus Damianus lib. 5. Synopſis Societatis Ieſu. cap. 21. Thielmans. tom. 1. vitar. SS. Seraphic Ordin. Ioannes à ſancta Maria, in vita, ſeu relatione Martyrum Iapponior. Item in chronica Prouinciæ ſancti Ioſeph, part. 1. lib. 2. cap. 47. & part. 2. lib. 3. à cap. 1. vſque ad

25. Lu-

Digitized by Google

25. Ludouicus *Frois*, in hiſtorica relatione horum Martyrum ad R. P. Claudium Aquam-viuam, ſocietatis Ieſu præpoſitum Generalem. Ex noſtris verò Gallis Recollectis, R. P. Polycarpus *du Fay* Panegyrim egit de eis. R. P. Ignatius *le Gault*, de ſanctitate Eccleſiæ Romanæ, cap. 2. §. 2. poſt med. R. P. Carolus Rapinæus, in hiſtor. Generali Recollector. Decad. 11. part. 1. Seuertius lib. 2. Antimartyrolog. hæretic. in fin. Solierus to. 1. ca. 21. & 24. to. 2. hiſt. Iappon. lib. 11. ca. 13. 14. & Marianus lib. 4. cap. 17. vſque 27. Poyreus tract. 2. triplicis Coronæ Virg. Mariæ, cap. 6. §. 4. num. 5. Fernandez lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 2. Grauina, in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Eorum etiam meminerunt, Syluester Lauallenſ. de iuſtis magnitudinibus Eccleſ. Romanæ lib. 3. cap. 12. §. 4. Wadinghus, tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1298. §. 42. Vitalis de Algezira, in arbore Epilogica totius Ordinis ſeraphic. D. Franciſci. Hilarion à Coſta, lib. 2. hiſtor. Catholic. illuſtrior. viror. pag. 366. Gretzerus tom. 1. de ſancta Cruce, lib. 1. cap. 98. Cornelius à Lapide, Commentar. in Epiſtol. D. Pauli ad Galatas, cap. 2. verſ. 19. in fin. Galterius, in tabula Chrono. graphic. ſæcul. 16. in ſanctis & illuſtrioribus viris. Spondanus, in Auctario chronolog. ad Annal. Baronij ſub ann. 1597. Charron. cap. 152. hiſtor. Vniuerſal. Gall. ſeu Franc. Fabrinus de Iubileo, cap. 6.

§. 3. Dignum autem duxi nomina 17. dictorum Tertiariorum noſtri Ordinis Martyrum hîc recenſere. Primus eſt, Paulus Sauziquius, Gabriel Duiſco, Ioannes Quizuya, Thomas Xico, Franciſcus Medicus, Ioachim Saquierus, Michaël Coſaquyn, cum filio ſuo Thoma quindecim annorum: Bonauentura Duiſco, Leo Carazuma, Martinus, poſtea Matthias cognominatus, Antonius Naganzachius, Ludouicus Duiſco; Paulus Ibariquius, Petrus Xuquexico adauctus, Coſmas Tagnia, & Franciſcus Carpinterus adauctus. Demùm Petrus Ynniguez verſibus & ſoluta oratione, hiſpanicè edidit, tum horum, aliorumque præfatorum Martyrum victorias, tum ingentes populi ciuitatis Victorinæ, Diœceſis Calaguritanæ, pios ac deuotos concurſus, ob ſolemnitatem celeberrimæ proceſſionis Generalis, apud Conuentum Fratrum Minorum factam, ann. 1628. Menſe Februario, pro fœlici Beatificatione BB. Martyrum, per Summum Pontificem Vrbanum VIII. tunc in Sede Apoſtolica, totius Eccleſiæ Catholicæ clauum tenentem. Anno etenim 1626. cùm cauſa & proceſſus eorum diſcuterentur Romæ in Sacro Rotæ auditorio, ab eadem Rota veri Martyres ſunt declarati, die prima Aprilis: vti conſtat per relationem mox Neapoli procluſſam; ex Typographia Ioann. Dominici Roncalioli, ann. 1626. Poſtremò, his annuens, idem Summus Pontifex, de conſenſu Cardinalium, opus perfecit, cuius Bulla Apoſtolica extat apud præfatum R. P. Rapinæum ſup. incipitque, *Saluatoris & Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem, ſub annulo piſcatoris, die decimo quarto Septembris, 1627. Pontificatus anno quinto, qua non ſolùm verè eos Martyres decernit, ſed & omnibus Religioſis D. Franciſci, vbiuis exiſtentibus, & aliis etiam Eccleſiaſticis ac ſæcularibus perſonis, Manilenſis Diœceſis duntaxat, officium & Miſſam, die quinta Februarij, recitare, ac celebrare, de eiſdem Martyribus; licentiam concedit.

§. 4. *B. Beneuenuti, Confeſſor.* [b]) Laicus erat profeſſione, vir deuotus, vita ſanctiſſimus, & miraculis inſignis; Recimeti, Recineti, ſeu Recanati obiit apud Picœnos. Agunt de eo, Beatus Bartholomæus Piſanus, libro primo, Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minorum, Prouinc. Marchiæ ſanctitat. illuſtribus. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga parte prima, Origin. Seraphic. relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1232. §. 18. 1250. §. 14. & tom. 2. ad ann. 1289. §. 29. Toſſinianus libro primo, Hiſtor. Seraphic. Claruit miraculis tempore Alexandri IV. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minor.

B. Meliorati, Confeſſ. [c]) Signis admirandis emicuit in Prouinc. Pennenſi, quæ nunc eſt ſancti Bernardini titulo decorata; Illius meminit Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. Chriſti 1270. §. 29. ex Antiq. MS. & monimentis Ordinis. §. 5.

B. Chriſtophori, Confeſſ. [d]) Præſtantiſſimus ſimul atque deuotiſſimus extitit Frater Laïcus; qui paupertatem & humilitatem, patientiam, atque continentiam amplectens ſummo affectu, Deo & hominibus euaſit gratiſſimus. Floruit ann. 1535. obiitque Biturgiæ, & in Conuentu ſanctæ Mariæ Magdalenæ, (qui eſt 12. Prouinc. ſancti Franciſci) ſepultus, vti docet Gonzaga ibid. parte ſecunda, ſupra. Barezzus ſupra lib. 5. cap. 25. §. 6.

B. Nicolai, Confeſſ. [e]) Floruit circa ann. 1540. vir Angelicę puritatis, & columbinæ ſimplicitatis, ex opulentiſſimis ortus parentibus, noſtram pannoſam amplexus eſt humilitatem, in eaque ſemper amabat neſciri, eligens magis abiectus eſſe in domo Dei, quàm frui ſæcularium notitia. Ita Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinc. Germaniæ inferior. §. 7.

B. Franciſci, Conf. [f]) Patria erat Ciuitatenſis, (vulgò, *de Ciudad Rodrigo*) qui ad ſancti Gabrielis Prouincię clauum ſedens, atque prophetico donatus ſpiritu, diem clauſit extremum, ann. 1554. tumulatuſque eſt, in Conuentu S. Mariæ de Angelis, qui eſt 1. prædictę Prouinciæ. Illius meminere Gonzaga ibid. par. 3. ſup. Vvadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1214. §. 21. quem miraculis illuſtrem tradit. §. 8.

B. Ioannis, Confeſſ. [g]] Prouinciæ ſancti Iacobi erat alumnus, quando vnà cum BB. Petro *Melgario*, Angelo Pinciano, Michaële Cordubenſi, & aliis, D. Patri Ioanni à *Guadalupe* adhęſit, pro introducenda Reformatione, & fundatione primi Conuentus Cuſtodię, nunc Prouincię ſancti Gabrielis, ann. 1500. Singularem amicitiam contraxit cum BB. Didaco Hernandez, Petro de *Alcantara*, & Martino à *ſancta Maria*; Ann. verò 1556. Cuſtodiam, hodie Prouinciam, Arabidorum, regebat, quarè plenus dierum ac bonorum operum ſpiritum Deo reddidit. Scripſerunt de eo Gonzaga, part. 3. ſup. in Prouincia Sancti Gabrielis: item in Prouincia Arrabidorum, & conuentu 6. eiuſdem. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 18. & 55. Ioannes à Sancta Maria 1. part. chronic. Prouinciæ S. Ioſeph. lib. 1. cap. 4. 8 & 28. Daça. ſup. lib. 3. cap. 45. §. 9.

Beati Franciſci, Confeſſoris. [h]] Huius Elogium ſic enarratur à Gonzaga. *Ad hunc appoſitus eſt admirandæ ſanctitatis pater F. Franciſcus à Villis-bonis, qui poſt functum hac in Prouincia Miniſteriatus officium, ad hanc ſacram ædem, pœnitentiæ agendæ cauſa, accedens; ſe totum orationi, diuinorum contemplationi, vigiliis, ieiuniis, ac cæteris operibus bonis, cum maxima cura, omnibuſque neruis, dedidit: quique ipſo B. Agathæ feſto, prout ipſemet multò antè prædixerat, viam vniuerſæ carnis, anno Domini 1566. ingreſſus eſt.* Hæc ille, part. 3. ſup. in conuentu S. Franciſci Beluiſij, qui eſt 4. Prouinc. S. Gabrielis, quem ſequuntur Barezzus ſup. lib. 5. cap. 5 & Rapinæus decad. 8. part. 1. §. 8. §. 10.

Digitized by Google

§. 11. *Beati Georgij Confeſſ.* [i]) Laicus erat: maxima humilitate præditus, qui & plures victorias à Dæmone reportauit, vixit aliquandiu, mortemque obiit ann. 1581. in conuentu Plicano, S. Michaelis de Victoria: qui eſt 22. Prouinc. S. Ioſeph, vti habet Gonzaga, ibid. part. 3. ſup. & Ionnes à ſancta Maria, ſup. lib. 2. cap. 34. 35. & 36. item part. 2. in fin. vbi de Addition.

§. 12. *Beati Ioannis à S. Michaele, Confeſſ.* [l]] Altiſſimæ paupertatis fuit amantiſſimus iſte B. Frater laicus, vitæ ſanctitate præclarus, atque omnibus ſummè charus: cuius corpus requieſcit in conuentu Dominæ noſtræ Rupis Amatoris, qui eſt 11. Prouinc. S. Gabrielis. Memoratur ab eodem Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 31.

B. Andreæ, Confeſſ. [m]) Viuus ac mortuus miracu-
§. 13 lis coruſcauit: moritur in conuentu S. Mariæ de Ieſu, Camari, illicque honorificè eſt ſepultus. Ita Gonzaga 2. part. in hoc conuentu, qui eſt 6. Prouinc. Siciliæ. Barezzus, lib. 24. cap. 26. ad ann. 1560. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1428. §. 7.

Beati Thomæ, Confeſſor. [n]) Virtutibus ferè omni- §. 14.
bus micans, charitate præſertim exurens; orauit Dominum, vt ceſſante ciuium peſte, ipſe ſolus pro omnibus pateretur, & quod petiit; accepit; ſicque ſoluto corpore, ex Epidimia migrauit ad cœlum, anno 1576. cuius corpus conditum eſt in conuentu S. Petri Platiæ, teſte Grauina in *Voce Turturis.*

B. Agnetis. Abbatiſſ. [o]) pietate, & genere Illuſtris §. 15.
vixit hæc Chriſti ancilla. triginta annorum Abbatiſſa Monaſterii iſtius, quod eſt 5. Prouinc. Granatenſ. vide Vvadinghum. tom. 5. ſup. ad ann. 1430. §. 53.

OCTAVO IDVS FEBRVARII.

Pictauis, Beati [a] Simonis, Confeſſoris: qui Prouinciæ Turonenſi præfectus verbo & exemplo inſigniter refulſit. Recaneti in Picœno, Beati [b] Compagni, Confeſſoris. In Vmbria, Beati [c] Gentilis à Spoleto, Confeſſoris fundationis Regularis Obſeruantiæ fratrum Minorum propagatoris fideliſſimi; qui multis perfunctus laboribus, ſancto fine quieuit. Vrbini, Beati [d] Iacobi Confeſſoris: eximiæ orationis, & patientiæ viri. Ripæ-Sardanæ apud Caſtrum Plani-meleti, non longè ab vrbe Fanenſi. Beati [e] Antonij, Confeſſoris. Tertiarij: Pœnitentiæ operibus, & ſignis admirandis conſpicui. In Prouincia Sancti Angeli, Beati [f] Blaſij à Conto, Confeſſoris: ſpiritu Prophetico clari. In Tuſcia propè Podium-Bonitium, Beati Franciſci [g] à Sancto Stephano, Confeſſoris, ingentis ſanctitatis viri. Vvarſſauiæ, in Polonia, Beati [h] Ladiſlai à Gelnono, Confeſſoris: qui eruditione & eloquentia pollens, miraculorum etiam gloria ante & poſt obitum enituit. In Apulia, apud Campum-Baſſum, Beati [i] Cherubini Bergomatis, Confeſſoris: qui Guardianatus munere laudabiliter functus, vitæ ſanctitate, & gratia curationum eluxit. Aquilæ in Veſtinis, Beati [l] Innocentij à ſancto Angelo, Confeſſoris: mira ſimplicitate & innocentia ſpectabilis. Mexici, Beati [m] Alphonſi de Roſis, Confeſſoris: qui propter ipſius inſignem prudentiam ac religionem; primus Commiſſarius generalis totius nouæ Hiſpaniæ electus, ſanctiſſimam illic vitam egit ac mortuus eſt. Apud Caſtanheiram Luſitaniæ pagum. Beati [n] Ioannis ab Outeiro, Confeſſoris; qui orationi & pœnitentiæ intentus, Guardianatus munus præclarè exercuit, & ſignis meritiſque emicans, exceſſit è vita. In Valle Stignana, ad Radices Gargani montis Apuliæ, Beati [o] Ludouici à Croneto, Confeſſoris. In Methymna Roſeca, Palentinæ diœceſis, Beati [p] Ioannis à Campo, Confeſſoris; humilitate & ſignorum claritate inclyti. Beluiſij in Territorio Placentino Hiſpanico, Beatæ [q] Beatricis à Cruce, Virginis Abbatiſſæ.

FEBRVARII VI.

§. 1. Beati Simonis, Confeſſoris. [a]) Extitit Prouincialis miniſter Turonenſ. Prouinciæ, in cuius ore Spiritusſanctus, in columbæ ſpecie viſus eſt: & ſancto fine obiit apud Pictauium, vbi ſacrum eius corpus requieſcit. Ita B. Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. Minoribus Prouinciæ Turonenſ. ſanctitate illuſtribus. Codex Manuſcriptus Abbat. S. Victor. Parienſ. ibid. Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphic. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 1. §. 2. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. relig. in BB. huiuſce Ordinis. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1287. §. 15. ex Mariano & to. 3. ad ann. 1305. §. 5. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor.

Beati Compagni, Confeſſoris. [b]) Iacet Recineti ſeu §. 2.
Recaneti, ſanctitate clarus. Vide Vvadinghum tom. 2. ſup. ad 1289. §. 19. ex MS. monimentis Ordinis; eundem eſſe puto cum eo, qui paulò antea, ann. 1277. §. 19. apud eumdem legitur. *Compagnus de Burgo.*

Beati Gentilis, Confeſſoris, [c]) Fuit Prouinciæ ſancti §. 3.

Digitized by Google

Franciſci alumnus; profeſſione Sacerdos, ſeu iuxta Laicus ac ſocius Beati Patris Ioannis *de Vallibus*, fundatoris fratrum Minorum Obſeruantinorum de quo ſeptimo Ianuarij. Cùm verò Beatus Gentilis, poſt ipſius Beati Ioannis obitum, cœptum viuendi modum ſibi proſequendum ſtatuiſſet; tandiu ſibi laborandum cenſuit, quouſque ſe, ac ſuos ſequaces ablato loco (vndè à Miniſtro Prouinciali extracti diſperſique fuerant) Piſtiæ, ſiue Bruliani, in Florido colle, reſtitueret. Nec eum ſua ſpes, aut cura fefellit. Nam quorundam nobilium fauore vſus, à ſummo Pontifice Clemente VI. præfatum Bruliani locum; atque tria alia, videlicet, Carcerum, Eremitorij, & Montis Luci ſupra Spoletum, in eadem S. Franciſci prouincia impetrauit. Ad hæc, vt in eorum ſingulis duodecim Fratres, vel ex aliis conuentibus aduentantes, vel ex ſæcularibus Minoritico habitu induendos, conſtituere poſſet, ab eodem Papa obtinuit. Quare fama huius ſanctæ reformationis vbique peruolante; mirum in modum excreſcere cœpit, ac perfectionis & altioris ſanctitatis clariora edere veſtigia.

§. 4. Verùm, à Miniſtro Generali, Guillelmo Farinerio, tanta ſubtilitate & humana prudentia inſectatus eſt B. Gentilis: vt accuſatus apud Cardinalem Ægidium Hiſpanum, per vniuerſam Italiam Legatum Apoſtolicum, mox Conuentus Vrbis-veteris carceribus, ipſe vnà cum ſociis ſit mancipatus: & ad inſtantiam eiuſdem Legati, Breue Apoſtolicum ipſius Beati Gentilis Innocentius VI. Papa reuocarit; eumque cum ſociis, obedientiæ miniſtri Generalis denuò in omnibus ſuppoſuerit. Quare, hæc & alia multa paſſus, atque igne tribulationis examinatus, purior perfectiorque euadens: quod vitæ reliquum ſibi ſuperfuit, pacificè tranſiit, & ſancto fine quieuit ann. 1362. Scripſerunt de eo Toſſinianus ſup. & lib. 2. in præfato Miniſtro generali & ſeq Marcus Vlyſſiponenſis ſup. part. 2. lib. 9. cap. 13. & part. 3. lib. 1. cap. 1. & lib. 7. cap. 41. Gonzaga ſup. part. 1. vbi de exordio Obſeruantiæ regula. item part. 2. in conuentibus 2. 3. 4. 27. 32. 38. & 47. prouinciæ ſancti Franciſci. Rapinæus in hiſtor. generali orig. Recollector. vbi de Memoriali totius Ordinis Seraphici: ex Firmamento trium Ordinum; & Speculo fratrum Minor. Wadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1218. §. 7. tom. 3. ad ann. 1334. §. 24. (ex Mariano lib. 4. cap. 10.) & ad ann. 1350. §. 15. 16. item tom. 4. ad an. 1355. §. 2. & 3. & an. 1362. §. 4. Iacobillus de SS. Fulginatib. In B. Ioanne *Vallenſi*. 4. April.

§. 5. *B. Iacobi, Confeſſ.* Camer. patria, Laicus erat profeſſione; ſanctæ orationi (teſte Wadingho. Tom. v. ad an. 1487. §. 36. ex Mariano. lib. 4. cap. 14. & chronicis Antiquis Ord. addictiſſimus cùm eſſet, à Dæmone haud modicas propterea pertulit moleſtias, quas Diuina ſemper ope protectus, facilè ſuperauit: ac tandem in bona ſenectute, poſt longam in virtute exercitationem; ſanctiſſimè obiit apud Conuentum S. Donati. propè Vrbinum, prouinciæ Marchiæ.

§. 6. *Beati Antonij Confeſſoris.* Patria Vrbinas, frater germanus. B. Ioannis. de quo. 22. Auguſt. Tertiarius erat, vitamque duxit eremiticam propè Vrbinum: vbi dignos pœnitentiæ faciens fructus, ſanctiſſimè obiit, miraculis clarus. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 1. cap. 58. ad ann. 1438. Algezira in Arbore Epilogica totius ordinis Franciſcan. De Sillis in cap. 1. reg. tertij Ordin. Salazar. infr. lib. 6. cap. 25. Wadinghus. Tom. v. ſup. ann. 1425. §. 13. 1432. §. 27.

Beati Blaſij, Confeſſoris. [f] Ingenti doctrina atque ſanctitate fuit præditus: dùm magno ſpiritus feruore concionaretur, continuò expirauit, ſicut ipſe paulò antea populo prædixerat: ſepultus eſt in Prouincia S. Angeli, multis miraculis à Domino exornatus. Teſte Marco Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 4. cap. 32. ad an. 1462. Wadingho. Tom. 6. ſup. ad an. 1460. §. 30. ex Mariano lib. v. cap. 33. §. 7.

Beati Franciſci, Confeſſoris. [g] Vir fuit incredibilis ſanctitatis; cui, cùm B. Patri Bernardo de *Feltro*, Montis pietatis in ciuitate Lucenſi erectionem meditanti, aliquot eius ciues tergiuerſarentur, ac B. ipſe Pater ferè de aſſequendo negotio deſperaret: Chriſtus Dominus præfati Montis inſtitutionem abſque dubio futuram reuelauit, præcepitque vt prædictum B. Bernardinum hac de re certiorem redderet. Obiit in Conuentu S. Lucheſij propè Podium Bonitium, qui eſt 6. prouinc. Tuſciæ. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Wadingho tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1213. §. 13. & Tom. 7. ad ann. 1491. §. 9. quo obiit, Cimarellus. part. 4. lib. 6. cap 27. §. 8.

Beati Ladiſlai, Confeſſoris. [h] Natione Pannonius, vir extitit ſanctiſſimus, atque inſignis concionator. Qui Scythis ferociſſimis (quos vt compatriotas habebat, cùm ex illis Pannonij originem ducant) catholicam fidem prædicaturus, non timuit vſque ad Moſchouiæ Regiam penetrare; eoque in itinere (in quo & mortuum aſellum deferendis ſarcinulis deputatum, ad vitam ſuis precibus reuocauit) plura opprobria, pluriamaſque moleſtias ferre; ab eo tamen propoſito exequendo per Magnum Moſchouitarum Ducem Schiſmaticum, cui Scythæ parent, prohibitus eſt. Plura prætereo miracula, quorum tabellæ, in circuitu ſepulturæ ipſius appenſæ adhuc conſpiciuntur; & plura opuſcula, eaque deuotionem excitantia atque pietatem, tum Latino, tum quoque Polonico ſermone: necnon & ſequentes rithmos, propriam conuerſionem ac vitam concernentes, edidit: quibus conſtat Minoriticum induiſſe habitum ad an. 1462. 1. Auguſti, quo die mundo natus erat. §. 9.

Anno Chriſti milleno quadrin. ſexin. ſecundo.
Ad vincula ſancti Petri accepi vincula clauſtri:
Me Petrus genuit in Gelnono, Petrus & Almus.
Clauſtro me clauſit, vinclaque mea tulit:
Grates Deo reddo, cantando cum Citariſta,
Dirupiſti mea vincula, alme Deus:
Gratia ſit miſero, vt perſoluam vota mea,
Vt bene perſoluam, gratia ſit miſero.

Vide Gonzagam ſecunda parte ſupra in Conuentu ſanctæ Annæ Warſſauienſi, qui eſt 1. prouinciæ Poloniæ. Marcum Vlyſſiponenſem ſup. libr. 8. cap. 33. ad an. 1508. quo obiit. Wadinghum. Tom. 6. ſup. an. 1454. §. 76. an. 1462. §. 78.

Beati Cherubini, Confeſſoris. [i] Prouinciæ ſancti Angeli fuit alumnus; tantaque vitæ probitate fulgebat, vt omnes precum ſuarum vim apud Deum ſummopere expeterent; filiumque Viceregis Neapolitani, è faucibus mortis eripuerit. Cùm autem Guardianatus officio fungeretur Nuceriæ Sarracenorum, diem vltimum mortis ſuæ fore ſibi vicinum prænoſcens, ad Conuentum Campi Baſſi perrexit, vbi poſt deuotam Sacramentorum Eccleſiæ ſuſceptionem, admodùm ſenex deceſſit è vita. Ad cuius inuocationem multi à diuerſis tribulationibus & infirmitatibus ſunt liberati. Agunt de eo Marcus Vlyponenſ. part. 3. ſup. libr. 8. cap. 38. ad ann. 1512. Boſius de ſignis Eccleſ. Dei §. 10.

Digitized by Google

tom. 1. lib. 12. capite 21. Marius Mutius in SS. Bergomatib.

§. 11. *Beati Innocentij, Confeſſ.* [l]] Hic cùm eſſet Confeſſarius Monialium S. Claræ monaſterij Aquilani de Corpore Chriſti; mira prorſus ſimplicitate & innocentia vitæ claruit: ita vt aues cæli inter manus ſuas, magna cum familiaritate colludentes, ac garrulis vocibus perſonantes, & circumuolitantes, ipſum lætificarent. Obiit, ſepultuſque eſt Aquilæ in conuentu S. Bernardini; qui eſt 1. prouinc. D. Bernardini. Eius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 36. & lib. 9. cap. 47. ad an. 1530.

§. 12. *Beati Alphonſi, Confeſſ.* [m]] Ex prouincia Caſtellæ, ob eximiam eius prudentiam ac religionem, primus generalis Commiſſarius totius nouæ Hiſpaniæ electus ann. 1531. ipſam ingreſſus eſt. Cùmque Religioſorũ illic degentium virtutem & ſummã obſeruantiã perſpexiſſet, præfato munere ſe abdicans, ibi ſubſtitit: magnaque cum ſanctimonia vitæ, & pœnitentiæ fructu emicuit. Verùm, aduerſarius noſter, tanquã Leo rugiens, maximis eum tentationibus inuaſit, vt ea regione abſcederet: quibus ille tandem ſuccumbens, Hiſpaniam reuerſus eſt. Sed quoties ibi orationi vacabat, veluti oculis aduerſabatur ei in cruce pendens Chriſtus, ſic illum obiurgans: cur in ea ipſum reliquiſſet; ſuaque ſolatia quærens, Hiſpaniam reuerſus eſſet? his vehemẽter attonitus, & cœleſti annuens vocationi, rursùs ſe in nouam Hiſpaniam contulit: vbi in Mechoacano & Xaliſco, priuſquã Prouincia SS. Petri & Pauli erecta eſſet, bis Cuſtos fuit, plenuſque dierum & bonorum operum: ann. 1570. in conuentu Mexicano, mortuus eſt ac ſepultus. Ita Fauſtin. Taſſo. in hiſt. ſui temporis, Gonzaga part. 4. ſup. in hoc conuentu, qui eſt 1. prouinc. S. Euangelij. Barezzus part. 4. chronic. Minor. lib. 5. cap. 18. Daça ibid. lib. 2. cap. 50. Rapinæus in hiſtor. general. orig. Recollector. decad. 7. part. 3. pag. 360. Platus lib. 2. de bono ſtat. relig. cap. 30. Marianus lib. 2. cap. 20. Salazar. lib. 2. chronic. prouinc. Caſtellæ. cap. 15.

§. 13. *Beati Ioannis, Confeſſ.* [n]] Floruit apud cœnobium S. Antonij à Caſtanheira, paſſuum millibus 24. ab vrbe Vlyſſipone diſſitum; cuius & Guardianus aliquando extitit. Vir erat aſſiduæ orationi & pœnitentiæ deditus; moribus & virtute conſpicuus. Huius fama & opinione per finitimam regionem diuulgata, contingit; vt ab oppido Caſtanheira, puella à Dæmone obſeſſa, ad eum adduceretur ſananda, quæ ad conſpectum viri ſancti, horribilem fremitum & clamorem edebat. Ille verò, abiurato per Chriſtum Dæmonio imperat, vt confeſtim corpore illo excedat: quod mox impleuit, & puella incolumis remanſit. Hæc Gonzaga ſup. part. 3. in eo conuentu, qui eſt 12. prouinc. ſancti Antonij Portugall. Barezzus lib. 7. cap. 8. ad an. 1587. Rapinæus ſup. decad. 8. part. 1. §. 12. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad an. 1392. §. 23.

Beati Ludouici, Confeſſ. [o]] Laicus erat profeſſione; qui ob eius inculpatam vitam, ſummam ſimplicitatem; continuamque orationem, Dæmonibus fuit formidabilis. Vide Gonzagam part. 2. in conuentu 25. prouinc. S. Angeli. §. 14.

Beati Ioannis à Campa, Confeſſoris. [p]] Memoratur à Barezzo 4. part. chronic. Minor. lib. 4. cap. 42. poſt Gongazam parte 3. Orig. Seraph. relig. in conuentu S. Mariæ de Spe, valle de Scopeſſo (qui eſt 20. prouinc. Conceptionis in Hiſpania) ita de eo ſcribentem. *Sepultus etiam iacet in huiuſmet monaſterij Eccleſia, humillimus ac ſupra modum religioſus Frater Ioannes à Campo, Laicus profeſſus; qui dùm viueret, & mulierem grauiſſima infirmitate laborantem, ſigno crucis ſuper eam facto, è mortis faucibus ex tempore eripuit: & puerum incurabili febre oppreſſum, porrectis ſibi quibuſdam Bellariis, integra ſanitati reſtituit; & ſubuenturus ſemel ſibi obuio in itinere pauperi, quià ſe inſtantius eleemoſynam petebat, poſt præmiſſam orationem, tres ante ſe pulcherrimos panes poſitos conſpexit: quibus denique tum ſui, tum egeni, tum quoque ſocij viſcera recreauit.* Vixit circa annum Chriſti 1570. Wadinghus. Tom. v. ſup. an. 1429. §. 14. §. 15.

Beata Beatricis à Cruce. [q]] Voce cœlitùs elapſa, fuit ſemel & iterum in Abbatiſſam Monaſterij Beluiſiani (quod eſt 6. prouinc. Angelorum) electa. Diem mortis ſuæ preſciuit, quo aduenienteh ac die, ann. 1591. totam domum ſuauiſſimo odore repleuit. Obiit autem cum ingenti fama ſanctitatis. Teſte Daça ſup. lib. 4. cap. 50. §. 16.

SEPTIMO IDVS FEBRVARII.

IN Picœno, Beati [a] Rizerij à Mutia, Confeſſoris; Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli: qui Marchiæ Anconitanæ Prouincialatus munere præclarè functus eſt: atque paupertatis altiſſimæ amãtiſſimus, necnon & miraculis exornatus, obdormiuit in Domino Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Antonij à Stronconio, Confeſſoris: qui Virginitatem incontaminatã cuſtodiuit, & prophetiæ dono fuit illuſtratus; cuius vita ſanctiſſima, & mors in conſpectu Domini pretioſa multis miraculis acclamatur. In Tuſcia, apud Caſtilionem, Aretini Diœceſis; Beati [c] Franciſci à Lauda, Confeſſoris: pietate, & ſenſuum mortificatione, ac cordis puritate celebris. Græcij, in Reatina Diœceſi, Beati [d] Pauli Siculi, Confeſſoris; magnæ ſanctitatis viri. Platææ in Sicilia, Beatæ [e] Anonymæ, Tertiariæ, miraculis claræ.

FEBRVARII VII.

§. 1. BEati Rizerij à Mutia, Confeſſoris. [a]] Picœns erat, nobili genere natus: ſtudebatque Bononiæ vnà cum Beato Peregrino de Fallerone (de quo 5. Septemb.) quando Seraphicus Pater Diuus Franciſcus ibidem concionabatur. Cuius prædicationibus, cùm ſimul interfuiſſent: diuino lumine illuſtrati ad S. Franciſcum potinùs acceſſerunt, eum obnixè rogantes, vt in ſuum Ordinem dignaretur admittere: quorum

rum deſideriis annuens, pius Pater, cum gaudio illos recepit, habituque Minoritico induit. Intelligens verò D. Franciſcus, cui & quali officio eorum quilibet ſe ſubderet; dixit eis, tu Peregrine, teneas viam humilitatis, & tu Rizeri ſeruias Fratribus, quod & factum eſt. Nam. B. Rizerius (de B. Peregrino ſuo loco dicetur) per actiuam vitam, dùm viueret, ambulans; & Deo ac proximo fideliter ſeruiens, factus eſt familiariſſimus B. Franciſco, multaque ab ipſo didicit, & de pluribus agnouit veritatem, in agendiſq; cognouit Domini voluntatem. Denique iuxtà ipſius S. Franciſci vaticinium, ſic fratribus ſeruiens, factus eſt ab eo miniſter prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, quam Prouinciam, maxima cum pace ac diſcretione, Deique zelo, rexit.

§. 2. Poſt multum verò temporis, permiſit Deus tentationes grauiſſimas ſibi euenire; vt probaretur tanquam aurum in fornace: ob quas tentationes, frequentiùs ſeſe exercebat in abſtinentia, diſciplinis, lachrymis & orationibus: quibus tamen haud liberatus, ferè in deſperationem ducebatur, credens ſe à Deo eſſe derelictum. Itaque deſolatione maxima exagitatus, decreuit in corde ſuo ad D. Franciſcum proficiſci eo propoſito; vt ſi Seraphicus pater, familiaritatem illi oſtenderet, Deum tandem fore ſibi propitium crederet: ſin autem, ſignum eſſet à Domino derelinqui. Igitur pergens verſus Aſſiſium, maxima cum ſecuritate affectuque ingenti cœptum proſequebatur. Hæc autem omnia per ordinem cœlitùs reuelata ſunt D. Patri Franciſco, intra palatium Epiſcopi Aſſiſinatis graui infirmitate decumbenti: qui ſtatim ſociis ſuis ad ſe vocatis, ſcilicet BB. Maſſeo, & Leoni, dixit. Ite in occurſum filij mei, F. Rizerij; & ex parte mea ipſum ſalutantes, amplectentes, & oſculantes, dicite: quòd inter cæteros fratres, per vniuerſum mundum conſiſtentes, eum ſingulariter diligo. Illi verò iuſſa B. Patris complentes, illi obuiam fuere: cuius animam ita conſolatione repleuerunt, vt quaſi tota præ gaudio liquefiéret, indéque iubilando, in laudes diuinas reboaret. Eo autem perueniente ad locum palatij Epiſcopalis, continuò ipſe Seraphicus Pater licet grauiter infirmus, è lecto ſurrexit, venitque in occurſum illius; eum dulciter amplectens, ait. Cariſſime fili, F. Rizeri: inter omnes fratres, qui ſunt in mundo vniuerſo, te diligo. Cuius fronti ſignum Crucis impreſſit: ipſumque amantiſſimè oſculatus eſt, dicens: Hæc tentatio tibi data fuit ad maximum lucrum tuum: quod ſi nolueris amplius, non habeas. Statimque (mirabile dictu) ceſſauit omnis illa tentatio diabolica, ac ſi vnquam ſenſiſſet eam. Exindè ad ſummæ perfectionis culmen pertingens, multis claruit virtutibus; & miraculorum gloria fuit illuſtris.

§. 3. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 1. 4. & 8. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. ſanctit. illuſt. prouinc. Marchiæ. item fruct. 10. & 12. part. 2. item lib. 2. fruct. 1. 6. 9. & 14. part. 2. Codex MS. Abbat. Victor. Pariſ. vbi de Franciſc. ſanctit. inſign. in prouinc. Marchiæ. Marc. Vlyſſipon. part. 1. chron. min. lib. 1. cap. 118. lib. 2. cap. 18. & lib. 9. cap. 55. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinian. lib. 1. Hiſt. Seraph. relig. in eo B. Rizerio. Vvading. tom. 1. annal. Min. ad ann. 1219. §. 7. & 8. 1226. §. 13. 14. item tom. 3. opuſcul. D. Franciſci colloquio 20. S. Bonauent. cap. 11. vitæ. D. Franciſci. Vincentius Beluacenſis part. 2. Specul. hiſt. lib. 31. cap. 100. Floretum cap. 26. Specul. D. Franciſci fol. 149. S. Antonin. 3. part. hiſt. tit. 24. cap. 2. §. 3. qui illum B. *Richerium* vocat, ſicut & nonnulli alij; vti Thielmanſ. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Dictus eſt etiam *Rogerius*, ſeu *Rigerius*: ſed corruptè, apud Marcum Vlyſſipon. lib. 1. cap. 79. ſup. Hunc confundit Marian. lib. 2. cap. 9. & 10. cum B. *Rogerio* Tudertino: (de quo ſup. 5. Ianuar.) ſed rectè diſtinguit Vvadingh. ſup. ann. 1236. §. 4.

Beati Antonij à Stronconio, Confeſſoris.[b]] Picæns erat natione, & admodùm iuuenis Ordinem Minorum ingreſſus eſt apud Stronconium. Profeſſione emiſſa tranſiit in Hethruriam ad Beatum Ioannem *Stronconium*: vt ſub eius Magiſterio, perfectioris vitæ normam diſceret. Licet autem iuuenis, ac corpore debilis eſſet, haud propterea ſpiritus feruore carebat, quin potius victrix audacia fati in eo mirè eluxerit. Obedientiſſimus erat: ad mandatum Superiorum, in Corſicam traiecit Inſulam, à qua minimè diſceſſit, niſi eorundem auctoritate reuocatus. Sanctæ paupertatis amantiſſimus fuit, & caſtitatis integerrimus cuſtos: vt potè, qui virginitatem corpore & animo in nullo violauerit. Cuius rei gratia, per ſpatium quadraginta annorum ab aſpectu mulierum ita ſe abſtinuit, vt nullam aſpexerit, quòd tantò mirabilius eſt, quòd Laicus cùm eſſet, ad eleemoſynam quotidiè pergeret. Vitæ eius auſteritas prorſus erat incredibilis. Nihil vnquam ad pedes deferebat, nec ſottulas, nec ſandalia: vilibus induebatur, ſomnus eius parcus ac breuis: nuſquam carnes, oua, aut caſeum comedebat, pane & aqua cum abſinthio, reficiebatur, quaſi omni tempore. Pluribus diebus nonnunquam manebat abſque cibo & potu, præcipuè infra hebdomadam ſanctam; nempè à die Iouis vſque ad Dominicam Paſchæ, ſæpè famem, & ſitim aduersùs valentiſſimè decertabat, à neceſſariis vitæ etiam ſe abſtinens. Sibi quidem auſterus, ſed aliis, gratioſus, benignus, & liberalis. §. 4.

Præterea, relucebat in eo ingens amor Dei & proximi, Deo iugiter adhærebat, præſentemque in mente habebat: & cum eo cupiens omninò conuerſari, cæterorum planè deuitabat conſortia, niſi neceſſitas, aut profectus, aliud requireret. Charitas enim proximi radices altiùs in eo protenderat: nullam refugiens pœnam, ſi alicuius poſſet ſuccurrere ſaluti, aut neceſſitati: qua de re, infirmorum curam libenter amplexus, illis vltrò inſeruiebat, in aduerſis patientiam poſſidebat, magna cum tranquillitate animi & quiete. Humilitate ſingulari pollebat, qua vilia & abiectiora munia exercebat, cæteroſque Fratres ſibi proponebat. Acediam ſummè abhorrebat, labori manuum (quando nil aliud aderat) ſemper inſiſtebat. Orationi feruentiùs vacabat; aſſerens deuotioné cibū eſſe animæ & alimentum proprium. Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumma veneratione, affectuque proſequebatur. Tanta verò pietate, Miſſam audiebat, ſeu illi inſeruiebat: vt nonniſi ægrè ab ea functione recederet. Prophetiæ dono abundantiſſimè plenus erat; quo & vltimum ſui diem præuidens, Sacramenta Eccleſiaſtica deuotione exemplari ſuſcepit: exindéque ad cœleſtem gloriam tranſiit ann. 1471. Cuius corpus ſepultum eſt in Conuentu ſancti Damiani, propè Aſſiſium: vbi coruſcat miraculis quàmplurimis, quorum ſeries reperitur apud Speculum Fratrum Minor. Marcum Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 5. cap. 30. 31. 32. 33. & 34. an. 1464. Gonzagam 2. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt. 2. prouinc. S. Franciſci. Toſſinianum lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eo. Elzearium lib. 1. cap. 16. ſacri mont. §. 5.

Digitized by Google

Oliuet. & lib. 2. cap. 6. & 8. Picquetum in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Bzouium tom. 18. annal. Eccleſ. ad an. 1471. §. 36. Vvadinghum. Tom. v. ſup. 1447. §. 26, & tom. 6. ad an. 1454. §. 39. ann. 1471. §. 13. & ſeq. poſt Marianum. lib. v. cap. 37.

§. 6. *Beati Franciſci à Lauda, Confeſſoris.* [c]] Inſuber erat, à *Lauda* ciuitate cognominatus, Conuentus S. Chriſtophori Caſtilionis Aretini (qui eſt 16. prouinc. Tuſciæ) alumnus, vir magna vitæ ſanctitate præditus; pigritiam ſummè oderat, conſortiaque ſæcularium valdè fugiebat. Sacrum Miſſæ ſacrificium deuotiſſimè celebrabat: diuinum officium, preceſque magna cum attentione ac reuerentia recitabat. Per annos 38. quibus hoc in loco demoratus eſt, nuſquam viſus eſt, vel mulierem alloqui, vel intueri faciem: & quamuis Conuentus vrbi eſſet vicinus, eam tamen haud ingreſſus eſt, niſi poſt annos quindecim. Demùm ſanctitate celebris exceſſit è vita an. 1495. Honoratur à Marco Vlyponenſ. part. 3. chron. Minor. lib. 7. cap. 26. & Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu Aretino, qui perperam vocat eum B. Franciſcum à *Caſtrodurante*, cùm diuerſus ſit ab eo. de quo ſuprà 1. Februar. vide Vvadingh. tom. 7. ſup. ad an. 1459. §. 8.

B. Pauli Siculi, Confeſſ. [d]) Hic B. Frater laicus, ob deuotionem & auſteritatem, eam vulgò æſtimationē obtinuit, vt beatus videretur ille ſibi, cui tritā lacernam eius oſculari permitteretur. Nobilibus infœcundis prolem oratione ſua promeruit: qua die Græcij in Conuentu expirauit, ſimul & ſpirauit inſolitam ſuauitatem odoris; ſepultus ibidem eſt an. 1594. Hæc ex memoriali P. Antonij Placentini: & Mariano, lib. 5. Chron. ſtrictior. obſeruant. reformat. Franciſcan. §. 7.

B. Anonima Tertiar. [e]) Mulier extitit ſanctiſſima, quæ ob vitæ integritatem quamplurimis claruit miraculis, antè & poſt ipſius obitum: porrò, animam agens, Plateæ ſepeliri voluit in Conuentu Sanctæ Mariæ de Ieſu, fratrum Minor. Obſeruant. Vide Gonzagam 2. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 11. prouinc. Siciliæ, & Barezzum 4. part. chronic. Minor. lib. 2. cap. 55. ad ann. 1535. Valerianum lib. 4. de BB. fœmin. Ordin. Minor. cap. 31. §. 8.

SEXTO IDVS FEBRVARII.

IN Burgundia. Beatorum [a] plurimorum Martyrum: qui ab hæreticis variis iniuriis, & diuerſis pœnis pro Catholica Religione afflicti; ad vltimum ſtrangulati, martyrij palmam meruerunt. Fulginij in Vmbria, Beati [b] Hermanni, Confeſſoris; genere, vita, & gloria miraculorum illuſtris. Anconæ, Beati [c] Amati, Confeſſoris; miraculis clari. In Italia, Beati [d] Bonifacij de Senis, Confeſſoris: ſignis admirandis celebris. Valiſoleti in Territorio Palentino. Beati [e] Ioannis à Theſſeda, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Benicarloni, in territorio Dertoſano, Beati [f] Gabrielis Franci: Confeſſoris. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [g] Iacobæ à Septem-ſoliis, viduæ Tertiariæ: quæ genere & virtutibus nobiliſſima, necnon à ſeraphico P. S. Franciſco de rebus cœleſtibus edocta ſplendidioribus ſanctitatis radiis in orbe refulſit.

FEBRVARII VIII.

§. 1. BEatorum plurim. Mart. [a]) Hi erant prouinciæ S. Bonauenturæ alumni: qui ab hæreticis capti an. 1571. & manibus poſt terga ligatis, coacti ſunt longum iter proſequi; vt ſic palàm & publicè, ab omnibus, ludibrio haberentur. Itaque opprobriis & iniuriis vexati, grauia inſuper paſſi ſunt tormenta. Nam ij hæretici ſuis gladiis cruces in frontibus ipſorum fratrum efformantes, eos maximè ſubſannabant; hinc pluribus conuitiis, & verbis irriſoriis laceſſiti, iuſſi ſunt tandem humi ſedere; vbi ſuis ipſis chordis, quibus de religioſo more præcingebantur, impiè ac crudeliter eos ſtrangularunt, die 8. huius menſis. Duos tantùm recenſent nonnulli: alij verò tres fuiſſe aſſerunt; imò quatuor extitiſſe, & vſque ad ſex perueniſſe. De eis ſcripſerunt, Marcus Vlyſſipon. 3. part. chron. Min. lib. 9. cap. 60. Barezzus ibid. part. 4. lib. 5. cap. 36. Fauſtinus Taſſo. hiſtor. ſui temporis. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. relig. in ſacris martyrib. Hilarion à Coſta lib. 2. hiſtor. catholic. pag. 364. Obſeruat Picquetus in præfat. ad cuſtodiam Lugdunenſ. martyres 64. Minores, ab hæreticis occiſos fuiſſe ex ea prouincia; vti videre eſt, in lib. Gallico, *Arcanorum*, ſeu *ſecretorum*, & *facultatum* Franciæ, excuſo, an. 1581. ſub alieno, & ementito nomine *N. Fromenteau.*

§. 2. *B. Hermanni, Confeſſ.* [b]) Dùm ſeraphicus Pater, S. Franciſcus, vallem perluſtraret Spoletanam, an. 1213. Fulgineum venit; vbi adhuc ſui inſtituti nullum adrat habitaculum, quod tamen tunc obtinuit à quodam Petro, viro nobili; cuius & filius Hermannus, D. Franciſco tantoperè adhæſit, vt incunctanter Minorum Ordini nomen dederit; ſicque ſeraphici Patris S. Franciſci veſtigia ad amuſſim inſectatus eſt, vt confeſtim magnæ & ſanctæ apud ſuos opinionis ſpecimen euaſerit: atque in dies ſanctiſſimè vixerit, vſque ad an. 1256. quo cœlum inuectus eſt. Hic miraculis viuens & mortuus refulſit. Eius corpus ſolemni pompa ſepultum eſt in Eccleſia cathedrali S. Feliciani, illius vrbis. Huius mirabilium operum ſeries recenſetur à B. Bartholomæo Piſano, lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 10. part. 2. in Fratrib. Min. ſanctit. illuſtr. prouinc. S. Franciſc. & Marc. Vlyſſipon. 2. part. chron. Min. lib. 9. cap. 16. §. 4. & 5. mendosè tamen ab eo *Hyeronimus* vocatus. Agunt de eo Specul. FF. Minor. ſeu *Franciſchina*: Marianus lib. 2. cap. 7. §. 37. Toſſinian. lib. 1. ſup. in eo. & Picquet. ſup. Gonzag. part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Bzouius tom. 13. annal. Eccleſ. ad an. 1287. §. 13. Vvadinghus tom. 1. annal. Min. ad an. 1213. §. 7. & 1232. §. 23. item, tom. 2, ad an. 1256. §. 44. Iacobil. de Epiſcopis, ac ſanctis Fulginatib. in eo.

B. Amati, Confeſſ. [c]) Picœnum miraculorum gloria §. 3.

Digitized by Google

gloria illuſtrauit; teſte Vvadingo.tom.2. Annal. Minor.ad ann.1289.§.27. & 45.(poſt Toſſinian. lib.2. in cuſtodia Anconitana.) Item ad ann.1323. §. 44. Tom. 3.

§. 4. *B. Bonifacij, Confeſſ.* [d]] Memoratur ab eodem Wadingh.ſup. Tom.2. ad ann.1290. §.16. pluraque edidit poſt mortem miracula. Ex antiquis MS. & Monumentis Ord.

§. 5. *B. Ioannis Confeſſ.* [e].] Hiſpanus erat natione, ſtrictioris obſeruantię alumnus, qui & Romæ familiariter egit cum S. Ignatio, Societatis Ieſu inſtitutore, ante ann.1550.quo ipſe B. Ioannes obiit: illius meminerunt Petrus Ribadeneira lib. 1. vitæ Franciſc. Borgię, c.19. Iulius Nigronus Comment. in regul. commun. Societ. Ieſu, in explicatione titul. particul. 1.§. 14. apud quem extat vita huiuſce B. Ioannis MS. ab Emmanuele Sà Ieſuita (cui notus fuerat) compoſita: eamque ſummariè refert Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 23. Iacet ſepultus in Conuentu S. Franciſci Pinciarum, qui eſt primus Prouinc. Conception. In Hiſpania.

§. 6. *B. Gabrielis, Confeſſ.* [f]) Vir erat magnæ perfectionis,& regularis Obſeruantiæ: orationi & ſilentio valdè deditus: illius geſta refert Ioannes à S. Maria 1.par. Chron. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 49. obiit in conuentu S. Franciſci Benicarlonis, qui eſt 15. Prouinc. Sancti Ioan. Baptiſtæ in Hiſpania.

7. *B. Iacobæ à Septem-ſoliis.* [g]] Matrona erat Romana, ex antiqua illuſtrique *Septem ſoliorum* familia; tam generis ſplendore decorata, quàm variis magniſque reipubl. tam ciuilis, quàm Eccleſiaſticæ muniis & honoribus aucta: licet tabidæ luis colluuione, quę per totam Italiam, non longè à B. Patris, Sancti Franciſci deceſſu ſæuiſſimè graſſata eſt, tantæ progeniei modò apud Romanos, vel tenues, vel nullæ extent reliquiæ. Hæc incredibili Seraphici Patris ſanctitate, & admirabili pœnitentia ducta, ex ſumma erga eum deuotione, non ſolùm ipſum, ſed & omnes Fratres eius Romam aduentantes, familiariter vel apud ſe vel alterum ex duobus filiis, Romanis Senatoribus, recipiebat hoſpitio; ſanis victum & veſtitum, infirmis pharmaca, & quæcumque medicinalia, velut materno amore miniſtrabat; & vt vno verbo dicam, nihil pauperibus Fratribus aliquando deerat, quod generoſæ & deuotę matronæ aliqualiter ſuppeteret. Hanc in morte Seraphicus pater aduocabat, quàm ardentiſſimè, ſed caſtiſſimè in vita dilexit. Paucis etenim diebus antequam extremum ipſe clauderet diem, mortemque iam præ foribus inſtitiſſe ex Dei reuelatione certò ſciens, nobiliſſimam hanc fœminam præmonendam indicauit; & ſi quæ exequiis erant neceſſaria, ab eadem poſtulare: vt cuius in vita deuotionem, & liberalitatem expertus fuerat, grata eiuſdem præſentiæ morientem ſolaretur, & caſtum eiuſdem amorem in ſepulturę obſequio, & orationum ſuffragiis, etiam mortuus ſentiret.

Imperfecta autem remanſit Epiſtola; & ſcribam calamo parcere iuſſit: quia diuinitùs illi tunc fuit reuelatum, quomodo D. Iacoba veniebat, & omnia ſecum deferebat, provt ipſe deſiderabat. Quod rei probauit euentus: nam poſt modicum, cum duobus filiis Senatoribus, magnaque Comitiua aduenit, narrauitque qualiter Angelus Domini ſibi oranti apparuit, & omnia quæ Seraphicus pater ſcribere voluit, ei indicauit. Nullam pręter hanc (quam vir Dei, non D. Iacobam, ſed F. Iacobum propter viæ probitatem, & ſanctimoniam vocabat) intra monaſterij ſepta admiſit; illamque, ex eius licentia, ad lectum, in quo iacebat, Fratres perduxerunt. Quæ ſtatim ad pedes ſacris ſtigmatibus conſignatos ſedens, vt altera Magdalena, rigando lachrymis prę‌ deuotione, magnam conſolationem accepit: & ei, donec huic miſeræ vitę valedixit, humiliter ibidem inſeruiuit; poſt illius verò obitum, voluit in eadem Eccleſia cum ſeraphico Patre ſepeliri. Clara eſt adhuc eius ſepulchri memoria, in Eccleſia Minor. conuentual. Aſſiſij: in ipſo Eccleſiæ muro, propè ſuggeſtum. Sanctiſſimè obiit ann. 1239. Agunt de ea Beatus Bartholomæus Piſanus, lib. 2. Conformitat. fruct. 6. part. 2. verſ. fin. & lib. 3. fruct. 4. part.2.circa medium. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic.lib.2.cap.67. Rebolledus, ibid. cap. 28. Speculum vitæ Diui Franciſci fol.138. Floretum, fol.105. Vvadinghus, tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1212. §.34. & ann. 1226. §. 26. 27. 28. item 1229. §. 29. ann. 1235. §.24. & ann. 1239. §. 14. item Tom. 1. opuſcul. D. Franciſci Epiſtol. 17. Elzearius, lib. 2. ſacri mont. Oliueti cap. 5. & 8. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. vbi de ſacris Reliquiis conuentus Aſſiſij. De Sillis, in cap. 1. reg. tertij Ordin. ex Arbore Franciſcan. Corbinus. lib.3. Sanctæ Franciad. pag. 57. & 58. ac ſeq. Item. lib 5. pag.88. & ſeq. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

QVINTO IDVS FEBRVARII.

Lvtetię Pariſiorum, Beati [a] Iuliani Alemanni, Confeſſoris: mira ſanctitate, ſpectata eruditione, ac miraculis præditi. In oppido Varalli, diœceſis Nouarienſis, Beati [b] Bernardini Caimi, Confeſſoris: pietate, prudentia, ac virtute inſignis. Vitioſæ, in Hiſpania, Beati [c] Leonis Luſitani, Confeſſoris; ſummę ſimplicitatis viri: qui & zelo ardentiſſimo ſalutis animarum flagrabat. In Prouincia Auſtrię, Beati [d] Medardi, Confeſſoris: concionatoris eximij, doctrina, & virtutibus conſpicui. In Sicilia; Beati [e] Innocentij à ſancta Lucia, Confeſſoris: qui & reformationis Siculę propagator extitit ſingularis, & clarus ſanctitate, miraculorum etiam gloria coruſcauit. Mediolani, Beatę [f] Angelę Seraphinę de Dauerijs, Virginis; quæ paſſionis Dominicæ aſſidua meditatrix extitit, & particeps.

Digitized by Google

FEBRVARII IX.

§. 1. **B**Eati *Iuliani Confeſſoris.* [a]] Vocatur B. Iulianus de Spira, ſeu *Alemannus*, quia Teutonicus erat natione; vir ſpectatæ eruditionis & claræ ſanctitatis, ſymphoniacis aulæ Regiæ Gallorum præfectus, ante, quàm Seraphicorum Ordinem ingrederetur. Feruens autem religionis amore, D. Franciſcum cum S. Antonio Luſitano, tanquam pharos, & lucentes ignes ſibimet patronos delegit. Quorum inſtituto initiatus, eorundem mores, & geſta digeſſit; & officio, quo vterque in Eccleſia celebratur, menſuras, & modos cantus poſuit, vna vel altera antiphona demptis. Multis annis lector extitit Pariſiis; vbi obiit ac tumulatus eſt, ann. 1285. miraculis clarus. De eo agunt Beatus Bartholomęus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Franciæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 1. §. 1. Gonzaga part. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Chriſti 1228. §. 78. & Tom. 2. ad ann. 1278. §. 31. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſ. can. littera I. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Poſſeuin. In Apparatu ſacro.

§. 2. Verùm nunc oritur haud parua difficultas. Nam Iulianus quidam in Cuſtodia Aquilæ, hoc cœnotaphio honoratus, quibuſdam opinionem iniecit, à priore non fore diuerſum.

Degerat in terris vitam Iulianus honeſtam;
Oſſa tegit marmor, ſpiritus aſtra tenet.
Cui placuit viuo ſanctiſſimus Ordo Minorum,
Eſt cœlo, & terris nunc ſibi firma quies,
Fertilis ingenio tulit hunc Germania patrem:
Aſt Aquila functum corpus in vrbe iacet.
Dites hunc omnes repetunt, clamantque miſelli,
Subſidium hic miſeris, diuitibuſque ſalus.

Hæc refert Willotus.

Eſt, & alius Iulianus, de quo Gonzaga ſup. vbi de Almo Pariſienſi agit, ſic ſcribit. *Clauſtrum ingredientibus mox ad læuam occurrit tumulus, cui inſcribitur; Honorandus Pater, Frater Iulianus Britonis, Ordinis Minorum, Conuentus Cœnomanenſis, à confeſſionibus Mariæ, Regina Francorum. Obiit anno Do.* 1291. Eadem refert Franciſcus à Cruce-mayna, in ſua Bibliotheca. At hi res toto cœlo differũt. Nam hic vltimus, Gallus erat natione, ex Britãnia Armorica oriundus: defunctus ann. 1291. Alius verò, nempe ſecundus, Germanus quidem erat: ſed alio ſæculo vixit; de quo infra 30. Septembr. noſter autem Beatus Iulianus *de Spira*, vocitabatur, vti placet Wadingho Tom. 1. ſup. ad ann. 1227. §. 4. quo anno, venit in Germaniam vnà cum B. Simone Anglico, Normaniæ cuſtode, tunc Germaniæ Prouinciali Miniſtro inſtituto.

§. 3. *Beati Bernardini Caimi, Confeſſoris.* [b]] Hic vir Dei B. Bernardinus Caimus, Mediolanenſis, cùm, poſt Guardianatus officium in ſacro monte Sion laudabiliter functum, propriam Mediolani Prouinciam repetiiſſet, quæreretque anxius locum aliquem repræſentandis Dominicæ Crucis myſteriis, ad Terræ-ſanctæ inſtar idoneum, in montem Varalli incidit; quem omninò contemplatus, cùm ſibi magis, magiſque arrideret, eum abdominis dono ſibi dari petiit. Vt igitur primùm voti compos effectus eſt, ſacrum Monaſterium, in margine Maſtallonis amnis, inter montem ipſum atque Varallum oppidum, ædificari curauit: quod anno Chriſti 1493. omnibus ſuis numeris abſolutum, ſibi traditum eſt tunc præfatæ Prouinciæ Vicario, à Varallenſi communitate: cuius Eccleſia à Reuerendiſſimo Iulio Colardo, Salodienſi Epiſcopo, ann. 1501. die 5. Septembr. Sanctiſſ. Marię de Gratiis conſecrata extitit. Conceptum prætereà deſiderium exequutioni mandaturus idem Beatus Bernardinus, Eccleſias, ædiculas, oratoria, ſacellaque complura extruere cœpit, tum in itinere ad montem, tum in gyro, ac ſupra collem. Nondum tamen hoc opus, ſuo tempore vltimam artificis manum eſt expertum. In ipſo autem montis ingreſſu hoc Diſtichon cernitur.

Hæc noua Hieruſalem, vitam, ſummoſque labores,
Atque Redemptoris omnia geſta refert.

§. 4. Porrò lite exorta inter Patres Prouinciæ Boſnæ & Croatiæ; eo quòd minimè poterant ampliùs in vnum conuenire, ob Turcarum infeſtationes frequentiores: poſt longam ancipitemque diſceptationem; res tandem delata eſt ad Generale Capitulum Aquilæ, quæ Aprutiorum ciuitas eſt, anno Domini 1495. ſub R. P. Franciſco Samſone, totius Ordinis Generali miniſtro celebratum: vbi tum ex eius R. P. Generalis, tum quoque ex aliorum Patrum, quorum intererat, decreto; venerandus Pater Beatus Bernardinus in Commiſſarium inſtitutus fuit, qui rem totam ſeriò diſcuteret, litemque inter vtroſque Patres dirimeret. Is verò diligenti habito examine, hanc, anno Domini 1496. in conuentu S. Mariæ de Gratiis, apud Leſinam ciuitatem, diffinitiuam protulit ſententiam, quam, & venerabiles Patres, F. Hieronymus Tornielus, ac F. Chriſtophorus à Forliuio, Generales Vltramontanæ Obſeruantię familiæ Vicarij, ſucceſſiuè confirmarunt: vt videlicet, Patres Croatiæ, comitia ſuis in partibus, abſque Patribus Boſnenſibus, celebrare valerent. Quibus expletis, Varallum reuerſus eſt: vbi clarus meritis, exceſſit è vita: cuius ſacrum caput honorificè ſeruatur in quodam ſacello ſepulchri Chriſti, apud ipſum Varalli montem. Memoratur à Gonzaga part. 2. ſup. in præfato conuentu Varalli: qui eſt 21. Prouinc. Mediolani. Item in Prouinciis Boſnæ Croatiæ: & Boſnæ Argentinæ, initio. Barezzo 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 16. & 17. D. Bernardino de Buſtis, in Mariali ſerm. 4. de Conceptione. part. 3. & in ſuo Roſario Quadrageſimali concion. 27. part. 2. Wadingho. Tom. 7. ſup. ad ann. 1483. §. 30. & ann. 1493. §. 43. & ſeq.

§. 5. *Beati Leonis Luſitani.* [c]] Eius meminit Barezzus ſup. lib. 4. cap. 49. ex Gonzaga part. 3. ſup. vbi de Conuentu S. Ioannis Baptiſtæ Vitioſæ, qui eſt 3. Prouinc. S. Ioſeph Diſcalciator. in Hiſpania. *Mortem obiit* (inquit) *hoc in loco, anno à virgineo partu* 1563. *ſummæ ſimplicitatis vir, ac Pater F. Leo Luſitanus, dignitate ſacerdos; qui adeò animarum ſalutem ſitiuit, vt licèt grauioribus implicaretur infirmitatibus atque doloribus: nunquam alicui Sacramentalis Confeſſionis exceptionem denegarit: quapropter ab omnibus huius patriæ accolis inter cœlicolas adnumeratur.* Rapinæus in hiſtor. general. Origen. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 11. Grauina in *voce Turturi*

Digitized by Google

Turturis: part. 2. cap. 24. Ioannes à S. Maria 1. part. chronic. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 32.

§. 6. *Beati Medardi, Confeſſoris.* [d]] Medardus ſeu Methardus, nuncupatus eſt; vir miræ eruditionis, atque Ferdinandi Germanorũ Imperatoris concionator, nec nõ & Lutherani dogmatis acerrimus oppugnator: qui ſanctitatis opinione clarus diem clauſit extremum. De eo agunt Gonzaga part. 2. ſup. in Prouinc. Auſtriæ, ſub fin. & Barrezzus ſup. lib. 5. cap. 25. ad ann. 1571.

Beati Innocentij à Sancta Lucia, Confeſſoris. [e]] Siculus erat natione, & vitæ ſanctitate atque miraculis floruit. Vide Barezzum ſup. lib. 8. cap. 57. ex Bonifacio de Bonibellis, in chronic. PP. Reformat. Prouinc. Roman. an. 1572. & Grauinam ſupra. §. 7.

Beata Angela Seraphina Virg. [f]] De ea ſcribit Wadinghus Tom. 5. ſup. ad ann. 1447. §. 92. ex monimentis. MSS. Monaſterij S. Bernardini, quod eſt 4. Prouinc. Mediolanenſ. §. 8.

QVARTO IDVS FEBRVARII.

Apud Belgium, inter medios fines Gandenſium, atque Burgarum, Beati [a] Guillelmi Olis, Martyris: qui ab hæreticis, ob fidem Catholicam comprehenſus, arbori alligatur, moxque cerebro terebrato, corpus diſſectum eſt in duas partes, ſpiritus verò euolauit in cœlum. In Territorio Treuirenſi, [b] Beatorum Guillelmi Straui, & Chriſtiani Sui, Martyrum: qui in perſecutione hæreticorum Caluiniſtarum paſſi ſunt. Piperni. In territorio Terracinenſi, Beati [c] Leornardi à Fulgineo, Confeſſoris: qui vita exemplari, virtutibus ac miraculorum gloria præfulſit. Apud Montem-murum, propè Scarlinum in Tuſcia, Beati [d] Gaſpari à Florentia, Confeſſoris: mira abſtinentia, oratione, manſuetudine, & regulari obſeruantia, ac ſignis maximis, celeberrimi. Capriolæ propè Senas In Tuſcia, Beati Paulj [e] Teuthonici, Confeſſoris: qui nobili exortus proſapia, pietate, & oratione, humilitate, & charitate, cæteriſque virtutibus maximè, emicuit, ac poſt mortem miraculis coruſcauit. Romæ, Beati [f] Zachariæ à Valcamonica, Confeſſoris; viri præclari meriti ac virtutis. Mediolani, Beatæ [g] Scholaſticæ Virginis: quæ orationis, contemplationis & perfectionis amica; vitæ etiam auſteritate, ac miraculis emicuit.

FEBRVARII X.

§. 1. *Beati Guillelmi Olis, Martyr.* [a]] Gallus erat natione, genere nobilis, & dignitate Sacerdos, Conuentuſque Niuellenſis alumnus: qui inter Gandauum & Burgas ab hęreticis graſſatoribus captus, cuidam arbori fuit alligatus, deindè ictu ſclopeti per cerebrum transfixus, ac poſtremò in medio dorſi à capite ad longum vſque ad inferiora ſectus, agonem ſuum fœliciter conſummauit, nil aliud dicens, præter *Ieſus, Maria*: quibus in verbis inuictum animum cœlo reddidit, ann. 1575. Thomas Bouchierus in hiſt. Eccleſ. Martyr Fratrum Mino. Obſeruantinor. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in ſacris Martyrib. Ord. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in Prouinc. Flandriæ: item part. 3. in Prouinc. Flandr. ſub finem. Barrezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 11. Daça ibid. lib. 3. cap. 7. & 72. Hilarion à Coſta lib. 2. hiſtor. Catholic. pag. 366. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 12. cap. 22. Raiſſa Infra.

§. 2. *Beatorum Guillelmi, &c. Martyr.* [b]] Anno Domini 1579. cùm deuotiſſimus Pater B. Guillelmus *Strauus* Sacerdos, & B. Chriſtianus *Sui*, Treuerim pergerent: ambo in itinere, vnico ictu ſclopeti, à quodam hæretico fuerunt interfecti, in odium Catholicæ Religionis, apud celebrem quendam pagum. At ſceleſtus ille haud diu pœnas luit. Nam Dominus & Capitaneus illius pagi, cùm crudele huiuſmodi facinus intellexiſſet, veniens obuiam malefactori, dixit ei: Tu maledicte nebulo hæretice, & prædo: interfeciſti hos duos optimos Religioſos, ſimpliciter gradientes. Propterea accipe mercedem tuam; & hoc dicens, ictu ſclopeti träsforauit corpus eius; & ſic miſer miſerrimè obiit iuxta opera ſua. Hæc ex Gonzaga 3. part. Origin. Seraph. Relig. in fine Prou. Flandriæ. Barezzo part. 4. Chronic Minor. lib. 7. cap. 33. Daça ibid. lib. 3. cap. 70. Raiſſa in Auctario, ad natales SS. Belgij hac die.

§. 3. *Beati Leornardi à Fulgineo, Confeſſoris.* [c]] Fulginas erat natione; nobili genere exortus: obiitque Priuerni ceu Piperni, Prouinciæ Romanæ; in vita & poſt mortem clarus miraculis: reſtituit etenim, ſigno Crucis, claudis greſſum, cœcis viſum, &c. obiit ann. 1290. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtr. Prouinc. Roman. Codex, MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſis ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 19. §. 2. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1241. §. 18. & tom. 2. ad ann. 1290. §. 17. & 1292. §. 34. Itéque. In Additionib. Tom. 2. §. 56. Vghellus. Tom. 1. Italiæ Sacræ. In Epiſcop. 27. Fulginat. ex Creſcentio in dialogo & Mariano lib. 2. cap. 13. Iacobillus de ſanctis Fulginatib. Picquetus in catal. viror illuſtr. Ordin. Mino.

§. 4. *Beati Gaſpari à Florentia, Confeſſoris.* [d]] Socius B. Thomæ à *Scarlino* amantiſſimus fuit: ſingularique ſanctitatis prærogatiua illuſtris. Indicibilis erat abſtinentiæ: nam pane & aqua contentus eſt toto tempore vitæ ſuæ: niſi quòd nonnunquam abſynthium, aliaſque herbas amaras, crudaſque, vt magis pateretur, refectioni adhiberet. In tantam ſimplicitatem deuenerat atque innocentiam, vt lupi, & fera quæque animantia comiter ad eum accederent: aueſque ſylue-

Digitized by Google

ſtriores haud ipſum refugerent. Orationi ita inſtanter ac feruidè inſtabat; vt ſæpè viſus ſit in aërem ſubleuari à terra. Timens autem ne Conuentus Minoriticus Montis-muri, ad tertium milliare à Pago *Scarlino* diſtantis, tanquam pauper & inconditus à fratribus deſpiceretur; eum anno Chriſti 1470. in pulchriorem atque capaciorem formam redigi curauit; hic igitur Fratres in maxima quiete atque tranquillitate perſeuerarunt. Aſſueuerant autem edocti ab eo, à carnibus, aliqua Fratrum induſtria acquiſitis, penitùs abſtinere: quapropter inuidus Dæmon, aſſumpta humana figura, obſequio Populonienſis Domini, qui Fratres ex intimis præcordiis diligebat, ſe mancipauit, ſibique ſuaſit, vt illis carnes aliquando tranſmitteret. Demandatam igitur ſibi à præfato domino eius rei curam fideliſſimè, atque ſæpiùs quàm par eſſet, Dæmon exequebatur. Sed Fratribus, quòd antiquum rigorem ex frequentiori carnium vſu ex parte remitti cernerent, id ægrè ferentibus; loci Guardianus, qui tunc prædictus pater, B. Gaſpar erat, in latentis fraudis ſuſpicionem venire cœpit: Populonienſem Dominum accedens, Dæmonem carnium ferendarum miniſtrum accerſiri iubet: cúmque eum ſæpiùs vndè veniſſet, quauè ex patria originem duceret, interrogaſſet, hoc tulit reſponſum: videri quidem ſibi moleſtum atque moroſum, hominem, qui ab eo patriam, atque progeniem vi extorquere vellet. Cui Guardianus: hoc fecerim, quia te Dæmonem exiſtimo. Tunc Dæmon ad Dominum verſus, cum maxima bile ait; Eſto beneficus his ingratis hominibus; qui probra, atque iniurias, ob recepta beneficia facillimè referunt. Hiſque dictis eum maximo ſtrepitu atque fragore ex eorum conſpectu euanuit: quamobrem Dominus ipſe Populonienſis ſummè perterritus, Fratres maiori in honore, præcipuè tamen Patrem Guardianum, in poſterum habuit: atque Fratres, ob detectam ſathanicam malitiam, immenſas Deo gratias reddidere, cautioreſque poſtmodum effecti ſunt.

§. 5. Viuus ac mortuus pluribus, maximiſque coruſcauit miraculis. Obiit anno Chriſti 1477. apud præfatum Conuentum: ſuper cuius ſepulturam albi flores non pauci exurgentes, occaſionem præbuerunt Fratribus, huiuſmodi tumulum aperiendi & ſacrum eius corpus inuiſendi: quod quidem omninò integrum, ac ita recenti carne compactum erat, quaſi adhuc viueret: licet ab illius tranſitu, anni quamplures elapſi eſſent. Ipſius meminerunt Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 31. Gonzaga part. 2. ſup. in prædicto Conuentu Montis-muri: qui eſt 11. Prouinc. Tuſciæ. Toſſinianus lib. 1. ſup. Wadinghus. Tom. 5. ſup. ad ann. 1440. §. 11. 12. 1445. §. 14. 1447. §. 39. 1449. §. 5. Itē Tom. 7. ad ann. 1477. §. 4. & ſeq.

§. 6. *Beati Pauli Teutonici, Confeſſoris.* [d]] Genere quidem nobilis, ſed virtutibus atque ſanctitate multò illuſtrior extitit. In Curia Imperatoris educatus, Cæſarem in Italiam proficiſcentem ſequutus eſt: Senaſque veniens, ibidem moras longiùs protraxit. Cùm verò Sanctum Bernardinum concionantem ſæpiùs illic audiiſſet, admirabilium ſuarum vi exhortationum inflammatus, ſæculum deſeruit, & Religionem Seraphicam profeſſus eſt. In qua, piis exercitiis, ſanctiſque actibus tantoperè profecit; vt breui maximam vitæ perfectionem in Ordine Minor. ſit adeptus. Nouitiorum Magiſteriū quadraginta annis egit: alios inſtruens ac docens, quæ ſpiritalia erant. In conuerſatione cœlicus omninò videbatur: ſic enim moribus præſtabat vt in eo, mirè reluceret, vis ſinceræ pietatis, promptitudo obedientiæ, ſingularis paupertatis, humilitas profundiſſima, feruentiſſima charitas, & deuotio exemplaris, ſiue erga officium diuinum recitandum, ſiue ad ſacrum celebrandum. Orationi admodùm deditus erat, quam ſpiritus ardore continuabat: ſumméque delectabatur, dùm in contemplatione rerum cœleſtium ampliùs moraretur. Pluries à Dæmonibus tentatus & afflictus: toties de eis victoriam reportauit; opera & interceſſione Virginis Deiparæ, D. Gregorij, peculiaris eius patroni; Seraphici Patris Sancti Franciſci, necnon aliorum Beatorum Ordinis Minorum, quos in ſui patrociniū aduocabat, & illorū viſitationibus, ceu apparitionibus nō modicū cōfortabatur.

Singulari pietate ac diligentia ſemper portabat ſe, ad §. 7.
benè Chriſtianéque moriendum: cúmque in extremis adeſſet, circumſtantes Fratres amantiſſimè rogauit vt eo mortuo, corpus celeri greſſu terræ mandarent, humarentque priuſquàm ſæculares eius obitum addiſcerent, ne ipſi in exequiis à debita deuotione auerterentur. Sed fruſtrà hæc præcautio. Nam hora ſui tranſitus in cœlum adueniente ann. 1483. ſtatim ingens populi multitudo cucurrit ad Conuentum ſancti Bernardini Capriolæ, (qui vnico tantùm milliari à Senenſi ciuitate diſtabat) & certatim cupiens vnuſquiſque videre, venerari, ac tangere illud ſacrum corpus: maiorem partem habitus, quo operiebatur, pro reliquia, ex ardentiſſima deuotione, abſtulerunt. Mortali vita exutus miraculis claruit; & quamplurimi, illius ope, fauores, diuerſaque beneficia è cœlo accepiſſe, votis & tabellis ad eius ſepulchrum appenſis, teſtati ſunt. Scripſerunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 6. cap. 39. Gonzaga 2. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 4. Prouinciæ Tuſciæ. Marianus. lib. 5. cap. 46. & Wadinghus. Tom. 7. ſup. ad ann. 1483. §. 2. & ſeq.

Beati Zachariæ à Valcamonica, Confeſſoris. [e]] Ex
Prouincia Brixiæ tranſiit ad reformationem Prouin- §. 8.
ciæ Romanæ; vt horum patrum id vitę genus aſſumeret. Indè zelator extitit obſeruantiæ ſuæ regulę; & tantò euaſit omnium virtutum laude, atque morum grauitate exornatus: vt cæteris exemplar eſſet integerrimæ perfectionis. In iure canonico peritus erat. Pietate, vitæque auſteritate eminebat. Octuagenarius ieiunia Eccleſiaſtica ſeu ex voto, perfectè ieiunabat: quippè qui diceret, ſe obligatum teneri in conſcientia, ad omne id boni operis, quod poterat adimplere. Nam verus religioſus, inquiebat, non ſolùm obligationi intendere debet; ſed Deo placere cupiens illi ex intimo amore ſeruiendum oportet; & omnia quę poteſt, totis viribus, explere pro eo ſatagat. Tandem, ſenio confectus, poſt ſacramenta Eccleſię piè ſuſcepta: fœliciter in Domino obdormiuit octuagenario maior; ann. Chriſti 1586. cùm 66. in religione exegiſſet: ſepultus in Conuentu S. Franciſci trans Tyberim, Romæ. Mentionē faciunt de eo Bonifacius de Bonibellis in Chronic. Patrum Reformator. Prouinc. Roman. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 10. cap. 70. ſub fin.

Beatæ Scholaſticæ, Virginis. [f]] Magna pietate, vitæ- §. 9.
que auſteritate claruit apud monaſterium de Ieſu Mediolani: orationi, ac meditationi iugiter intenta erat; & perfectioni ſic addicta, vt breui, ſingularium exemplar virtutum effulſerit: obiit ibid. ann. 1584. in ſepulchro marmoreo honorificè condita. Illius meminit Gonzaga 2. part. Orig. Seraph. relig. vbi mentionem facit quarundam religioſiſſimarum virginum: hoc in monaſterio de Ieſu (quod eſt 2. Prouinc. Mediolanenſ.) quieſcentium: hiſce verbis: *Harum ſiquidem poſtrema, ſoror ſcilicet Scholaſtica, plurimis tum in vita, tum quoque in morte miraculis clarniſſe fertur; ideoque aliud à communi ſororum ſarcophago ſepulchrū*

nempè

Digitized by Google

nempè lateralem parietem, honoris gratia, aſſequuta eſt. Eadem refert Barezzus ſup. lib. 8. cap. 74. Valerianus lib. 4. de BB. Fœmin. Ord. Minor. cap. 46. wadinghus. Tom. 6. ſup. ann. 1456. §. 160.

TERTIO IDVS FEBRVARII.

IN Territorio Valentinenſi, in Gallia, paſſio Beatorum [a] Petri Paſchalis, & Catellani, martyrum: qui cùm ſanctę inquiſitionis munus exercerent, ab hæreticis intercepti, crudeliter pro fide Catholica necati ſunt. Florentiæ, Beati [b] Hieronymi de Stufa, Confeſſoris, ac concionatoris eximij; miraculis clari. Romæ, Beati [c] Franciſci à Francia, Confeſſoris: viri præclariſſimæ virtutis & ſanctitatis. Antuerpiæ, Dormitio Beati [d] Ioannis Troij, confeſſoris; viri admodùm ſimplicis & pij. Palentiæ, Beatæ [e] Ludouicæ Villalobos, Virginis: quæ vitæ perfectione maximè enituit.

FEBRVARII XI.

§. 1. B*Eatorum Petri Paſcalis, & Catellani, Martyrum.* [a]] Cùm R. Pater, F. Iacobus Bernardi, Generalis inquiſitor eſſet aduerſus hæreticam prauitatem in prouinciis Arelatenſi, Aquenſi, & Ebredunenſi; miſit hos duos BB. Patres, tanquam officij ſui vicarios, in Epiſcopatum Valentinenſem, vt contra hæreticos, eorumque fautores procederent. Dùm ergo iniuncti muneris opus diligenter proſequerentur, pergerentque à Cabiolo ad caſtellum Montelißium: ab ipſis hęreticis intercepti, crudeliter ſunt interfecti; ann. 1321. quorum corpora delata Valentiam, & apud Conuentum fratrum, honorificè condita, pluribus miraculis illuſtrantur. Eo autem die, quo martyrium ſubiere, cuidam ſanctimoniali infirmæ apparuerunt; primò totaliter ſanguinolenti, poſtea omninò glorioſi, pręmonentes eam, vt in craſtino exiret obuiam corporibus eorum pro ſanitate recuperanda: quod cùm monitis obtemperaſſet, ſtatim priſtinę reſtituta eſt ſanitati: Fama itaque huiuſce martyrij, ac ingentium miraculorum ab ipſis martyribus patratorum vbique peruolante; ad aures Ioannis XXII Papę peruenit: qui iuſſit, vt coram Epiſcopo Valentino de vita, martyrio, ac miraculis eorum, examen proceſſuſque fierent: Litterę Apoſtolicę ſic incipiunt: *Vox ſanguinis Innocentis.* Datum Auenione 12. Calend. Octob. Pont. ann. 6. ſed horum canonizationem iam incœptam quędam ſequens turbatio Eccleſiæ impediuit. Memorantur à Beato Bartholomæo Piſano libr. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Burgundię. Cod. MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marco Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 43. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memorial. Ordin. ſub Miniſtro generali 18. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſiniano lib. 1. Boſio tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ann. 1322. Picqueto in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Wadingho tom. 3. annal. Minor. ad ann. 1321. §. 21. & ſeq. ex quibus, meritò redarguendus Salazar lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 9. Volens Martyrium fuiſſe aſſequutos in Regno Valentiæ. De inquiſitione in Gallia vide Seuertium lib. 7. Anti Martyrolog. Hæreticor. cap. 4. Section. 1. §. 4.

§. 2. *Beati Hieronymi de Stufa, Confeſſoris.* [b]] Eius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 43. & libr. 4. cap. 32. & lib. 5. cap. 29. ſub. ann. 1460. aitque Conuentus Vintelæ in Apulia fuiſſe alumnum: & ſacrum eius corpus Florentiæ (vnde exortus erat) iacere in Conuentu S. Saluatoris: qui eſt 9. Prouincię Tuſcię: quod & ibid. atteſtatur Gonzaga part. 2. ſup. his verbis. *Corpus B. Patris Hieronymi de Stufa, qui primo Laicorum fratrum habitu indutus, poſtmodumque à B. Patre Thoma de Scarlino, inuitus omninò, ad Clericatum, atque ſacerdotium vſque promotus, ac tandem Concionator effectus; præſtantiſſimis quibuſque Italiæ prædicatoribus palmam præripuit; plurimiſque miraculis coruſcauit.* Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. Wadinghus. Tom. 5. ſup. ann. 1419. §. 12. 1427. § 16. 1447. §. 32. 1449. §. 15. Tom. 6. ann. 1459. §. 25.

Beati Franciſci à Francia, Confeſſoris. [c]] Gallus erat natione, & Laicus profeſſione. Mira prorſus abſtinentia vixit, nam ſemel in die cibum ſumebat: ſępiùs ſolo pane & aqua contentus; tanta parcitate cibi vtebatur, vt vix naturę ſufficere videretur ad ſuſtentationem. Iuſſus à Patre Guardiano, iuſculum ſumere, obedientię protinùs parebat: ſed rei ſumendę aquam frigidam, cineres, aut abſynthium ita immiſcebat: vt calorem ſaporemque omninò amitteret. Solo habitu, eóque viliori & attrito veſtiebatur: ſine intermiſſione orationi inſtabat: ſiue laborando manibus de die; ſiue per noctem quam ferè ducebat inſomnem. Pauperibus maximè compatiebatur, quando nil aliud largiri quibat. Signis etiam enituit: piſces etenim in manibus ſuis ſunt virtute diuina multiplicati; & chorda, qua pręcinctus erat, ſanitatem ęgris cœlitùs contulit. Tandem, humilitate, ſimplicitate, puritate, obedientia, & charitate exornatus atque patientia, in morbum incidit: quo, poſt ſacramentorum piè ſuſceptionem, decedens, è vita migrauit in cœlum, anno Chriſti 1586. ætatis ſuę 30. religionis vero 6. ſepultus in Conuentu S. Franciſci trans Tyberim. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 79. ex chronica Bonifacij Bonibeli, Prouinc. Roman. Refformat. Rapinæus in hiſt. general. orig. Recollector. decad. 9. part. 2. §. 3. §. 3.

Beati Ioannis, Confeſſoris [d]] De eo certa relatione accepimus dormire ſolitum ſuper magnam Crucem ligneam, ſpineam Coronam, in memoriam Dominicæ Paſſionis, habentem in capite. Abſtinentia fuit admirabili, frequenter pane & aqua, famem & ſitim extinguens, vſque ad ætatem planè decrepitam. Orationi ità deditus fuit; vt vix ſpiritum ab oratione relaxare videretur. Cùm aliquando iuſſus eſſet excurrere, prædicandi gratia, ad pagos, cadente veſpere, foſſam magnam aquis plenam, cùm ſine diſcrimine haud poſſet traiicere; confugit ad Deum, obedientiam allegans, non ſua ſed voluntate Superioris ſe emiſſum; rogabat vt in neceſſitate conſtitutum iuuaret, quo poſſet obedientiam explere. Et ecce ſubitò currus aduenit cum equis, Auriga iubens Ioannem conſcendere currum, tranſuexit per foſſam, ac paulò §. 4.

vlteriùs, quo locum poſſet faciliùs inuenire deſtinatum: & mox auriga diſparuit. Obiit anno 1597. ſepultus ad Altare Nominis Ieſu, in ambitu Conuentus Antuerpienſis, ætatis ſuæ 82. Hæc Raiſſa, hac die, in Auctario ad Natales SS. Belgii, ex Archiuis pręfati Conuentus. Wadinghus. ſup. 1447. §. 84.

§. 5. *Beatæ Ludouicæ Villalobos, virginis.* [c]] Hæc ita perfectionis amore eſt ſuccenſa: vt quamlibet aliam religioſam ſororem aliqua virtutis laude excellentem cerneret, protinùs imitari curioſiùs ſtuderet: ſicque ſanctiſſima euaſit. Floruit circa ann. 1540. apud monaſteriũ S. Claræ Palentiæ, quod eſt 5. Prouinc. Conceptionis. Eius meminerunt Gonzaga 3. part. ſup. in eo monaſterio, & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 42. ad ann. 1544. Valerianus de BB. Fœminis Ordin. Mino. lib. 4. cap. 36. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1373. §. 33.

PRIDIE IDVS FEBRVARII.

BIdinij in Bulgaria, paſſio Beatorum [a] Antonij, Gregorij, Nicolai, Thomę, & Ladiſlai; qui ab hęreticis Gręcis, pro confeſſione orthodoxę fidei, in fruſta conſciſſi, atque diſcerpti, glorioſo martyrio triumpharunt. Tauri, in territorio Zamorenſi, Beati [b] Stephani Coruini, Confeſſoris: ſignis & virtutibus conſpicui. Lucę, in Tuſcia, Beati [c] Chriſtophori Criuelli, Confeſſoris: qui ieiuniis, diſciplinis, abſtinentia, humilitate, caſtitate, ac obedientia ſeſe exercens, miraculorum etiam gloria meruit à Domino exornari. Mediolani, Beati [d] Laurentij à Bagnacauallo, Confeſſoris: concionatoris eximij, ac ſanctitate celebris. Eugubij, Beatę [e] Franciſcę Eugubinę, Tertiarię: quę ſanctitatis fama vbique refulſit.

FEBRVARII XII.

§. 1. *Beatorum Martyrum, Antonij, &c.* [a]] Conſtat illorum martyrium accidiſſe anno 1369. verùm magna reperitur controuerſia in ipſorum nominibus ac perſonis recenſendis. Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minorib. ſanctitate illuſtrib. vicariæ Boſnæ, ſic ſcribit: *In regno Bulgarorum, ciuitate, quæ dicitur Bidinium, paſſi ſunt, Frater Andreas, Vngarus, Sacerdos: Frater Gregorius de Iadera, Sacerdos: Frater Nicolaus de Marchia; Frater Benedictus de regno Apuliæ: & Frater Thomas, laicus, de Fulgineo, à Calogeris Græcis. Cùm enim ad petitionem Regis Vngariæ Ludouici, ad reducendum ad veram fidem Bulgaros, illos acceſſiſſent, & fructum maximum ibidem facerent, & hoc diſpliceret Calogeris Græcis: capto Bidinio per Bulgaros, Fratres præfati per fruſta conciſi, martyrium compleuerunt.* Eorum adhuc meminit fruct. 11. part. 2. ibid. & Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. Picquetus, in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan.

§. 2. Alij verò, rem in duplici differentia conſtituunt. Fatentur equidem præfata omnia, quo ad martyrium illorum: ſed vario modo eos dinumerant. Ita enim habent Firmamentum trium Ordinum, & Speculum Fratrum Minor. tract. 1. in Memoriali Ordinis, ſub generali, 23. ſeu 14. *Anno Domini 1369. in Vngaria* (dicendum eſt in Bulgaria) *ciuitate Bidin, paſſi ſunt pro defenſione fidei, quinque perfectiſſimi Fratres, videlicet Antonius de Saxonia, vir igniti eloquij, magnique raptus. Frater Gregorius de Tragurio, Prouinciæ Dalmatiæ, profundiſſimæ humilitatis, & magnus zelator fidei: Frater Nicolaus Vngarus, qui per decem & ſex annos, non comedit niſi in die poſt veſperas, panem & aquam tantùm, portando ſemper ad carnem circulos ferreos & loricam: omnes ſacerdotes: ac Frater Thomas de Fulgineo, & Frater Ladiſlaus, laici, viri deuotiſſimi, & pœnitentiæ rigoroſæ.* Eadem atteſtantur Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. chronic. Minor. lib. 25. & 30. §. 3. item part. 3. lib. 1. cap. 58. Toſſinianus ſup. lib. 2. ſub R. P. Marco Viterbienſi, generali. Algezira etiam ſup. Wadinghus tom. 3. annal. Minor. ad ann. 1323. §. 21. & tom. 4. ad ann. 1369. §. 11. quibus videtur iungendus Iacobillus de SS. Fulginatib. & Salazar. ſup. lib. 2. cap. 9. & 12. Thielmans. Tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 3. *B. Stephani Coruini, Confeſſoris.* [b]] Nobili genere natus, ſed moribus obſcurior erat: quia cùm quadam feria 6. in Paraſceue Eccleſiam fratrum Minor. Tauri, ingreſſus eſſet, vt concionem de Domini Paſſione audiret, tantò, doloris gladius Chriſti tormentorum ipſum pertranſiuit: vt mox mundo valedicere, religionemque D. Franciſci intrare, efficaciter apud ſe decreuerit. Itaque Reuerendum Patrem Guardianum accerſiit; cui cordis ſui arcanum patefecit: ab eo humiliter expoſcens, ad habitum religionis admitti, prout fecit. Cùm igitur apud conuentum vrbis Rodericæ moraretur, tanto affectu ſe ſtudio orationis addixit; vt & in extaſim raperetur, & à Beata Virgine Deipara viſitaretur. Corpus ſuum diuerſimodè edomabat; dùm autem in conuentu de Tauro aſpera diſciplina illud caſtigaret, Dæmon apparuit, cur tali rigore ſe affligeret, inquirens ab eo: cui vir ſanctus reſpondit; ſe quidem id ſemper, & qualibet die, totiſque viribus facturum. Crede mihi, ait tentator, quòd exindè citò me vlciſcar. Itaque, cùm B. Stephanus ibid. Sacriſtæ officio fungens, ſcalam aſcendiſſet, vt quandam crucifixi imaginem aptare valeret; Diabolus ſcalas amouit; illeque cadens in terram, crus maximo cum dolore ſibi fregit: quam infirmitatem vſque in diem mortis ſuæ patienter tulit. Illud tamen mirabile Deus operabatur in eo; quòd cùm non poſſet pedibus ſtare, tamen dùm ſacra celebraret, nullam læſionem, vel fracturam in crure, pro eo tempore, habuiſſe videbatur: nec vllum ſentiebat dolorem.

§. 4. Quid plura? Ad altare Miſſam celebranti, loco Acolyti, Angeli inſeruierunt. Pro mortuis maximè exorabat, & multorum animas è purgatorio, ſuis ad Deum precibus, liberauit: quamobrem illorum plures illi poſtea apparentes maxima cum humilitate ei gra-

Digitized by Google

ei gratias referebant. Donum lachrymarum in oratione habens; aliis etiam impetrauit. Morti appropinquans, Eccleſiæ ſacramenta piiſſima deuotione ſuſcepit: & ſub finem Matutinarum, è viuis ſublatus eſt in cœlum: corpus relinquens in terra, aſpero cilicio ſubindutum. Tempore obitus ſui glorioſus apparuit cuidam Mariæ, nobili ac deuotæ fœminæ, nuntians illi tranſitus ſui horam: quæ, poſt aliquot annos, ob ingentia miracula ab eo edita, illuſtre ſepulchrum cōſtrui fecit altiùs eleuatum à terra, in quo ſacrum ipſius corpus honorificentiùs collocatum eſt: vbi ad eius inuocationem magna & mirabilia operatur Omnipotens. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtr. Prouinc. S. Iacobi. Codex. MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. minor. lib. 4. cap. 30. & 31. florebat ann. 1280. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Wadinghus to. 2. annal. Minor. ad ann. 1270. §. 30. 1290. §. 29. Marieta lib. 17. hiſtor. Eccleſ. ſanctor. Hiſpan. cap. 3. & 4.

§. 5. *Beati Chriſtophori Criuelli, Confeſſoris.* [c]] Monitus fuerat in viſione à Seraphico Patre S. Franciſco, habitum ſui ordinis ſumere, quod die ſequenti præſtitit: quando ad concionem S. Bernardini Senenſis, Mediolani, Dei amore tactus, ab eo obnixè, vnà cum pluribus aliis adoleſcentibus, petiit religionis Seraphicæ habitum, laicorum fratrum ſtatum eligens: quo valdè profecit. Ieiuniis enim continuis, diſciplinis, vigiliis, cæteris mortificationibus vacabat: orationi aſſiduè intentus erat, maximè contemplationi vitæ, paſſionis, ac mortis Chriſti: quam ingenti lachrymarum profluuio ſic amariſſimè deflebat, vt nonnunquam cadens in terram, vt mortuus reputaretur. Horum numero adiicienda ſunt ea, quæ Gonzaga p. 2. orig. Seraph relig. in cōnuentu S. Cerbonij extra Lucam vrbem (vbi ipſe obiit an. 1467.) qui eſt 21. Prouinc. Tuſciæ, enarrat his verbis. *Iacet denique ſepultum hoc in conuentu corpus venerabilis ac Beati Patris, Chriſtophori Criuelli, natione Mediolanenſis, qui cùm in ſæculo aliquando militaſſet, fuiſſetque exercitus cuiuſdam Patriarchæ Capitaneus, ſiue Dux, ſumpto de manibus B. Patris Bernardini de Senis, Franciſcano habitu, tantoperè humilitati, abſtinentiæ, paupertati, obedientiæ, caſtitati, cæteriſque virtutibus ſtuduit; vt qui inſignis ſæculi miles extiterat, inſignior Chriſti athleta euaſerit: ſuiſque orationibus, omnium delictorum in ſæculo perpetratorum veniam à Patre miſericordiarum impetrauerit, atque id ſibi reuelari meruerit. Cuius corpus, cùm pluribus annis iuxtà Eccleſiæ valuas humatum extitiſſet, aquarumq; ſtillicidiis patuiſſet, indè nihilominùs effoſſum, imputre, integrum, incorruptum, ac ſuauiſſimè redolens apparuit. Et quid mirum, cùm viuens atque mortuus miraculis claruerit?* De eo item Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 5. cap. 37. Bzouius tom. 18. annal. Eccleſ. ad ann. 1471. §. 6. à quo *Cribellus* cognominatur. Wadinghus. Tom. 5. ann. 1443. §. 14. & Tom. 6. ad ann. 1467. §. 14.

B. Laurentij à Bagnacauallo, Confeſſoris. [d]] Floruit circa ann. 1495. vt ſanctus veneratur Mediolani, §. 6.
in conuentu S. Mariæ de Pace, qui eſt 2 Prouin. Mediolanenſ. vbi obiit, ac requieſcit. Eius meminit Gonzaga ibid. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. chronic. lib. 7. cap. 29. Barezzus ibid. part. 4. lib. 1. cap. 27. ſub ann. 1517. Wadinghus. Tom. 7. ad ann. 1446. §. 5.

B. Franciſca, ab Eugubio, Tertiar. [e]] Hæc Religioſa Fœmina Eugubina, vitam fama ſanctitatis celeberrimam, duxit, in tertio ordine Seraphici Patris §. 7.
Franciſci, floruitque circa ann. Chriſti 1360. Agunt de ea Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 13. §. 1. ſub ann. 1359. Salazar. lib. 6. cap. 17. ſup. de Sillis. In cap. 1 Regul. Tertij Ordin. De Torrez. In practicis Exhortationibus ſuper eamd. Regul. fol. 38. Wadinghus. Tom. 4. ſup. ad ann. 1360. §. 3.

IDIBVS FEBRVARII.

APud Indos Occidentales, Beati [a] Aloyſij Villalupi, Martyris: qui dùm ex Zacatecis Guadalphagiaram verſus properaret, in ipſo itinere ab infidelibus Chichimecis inuaſus, ob fidei prędicationem, ſagittis eorum vndique confixus eſt & occiſus. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Angeli Tancredi, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci ſocij, admirandę ſanctitatis viri: qui in vita & poſt mortem miraculis refulſit. Abbiatę In Territorio Mediolanenſi, Beati [c] Iacobi à caſtro Leone, confeſſoris. Romę, Beati [d] Bonauenturę, Confeſſoris: qui charitate maxima, ac ſpiritu Prophetico inſignis, puerum mortuum ad vitam reuocauit. Albazeti, In Territorio Carthaginenſi, Beatę [e] Marinę-Aluarez-Marci, viduę, ac Tertiariæ: quæ pietate ac ſanctitate floruit.

FEBRVARII XIII.

§ 1. B*Eati Aloyſij Villalupi, Martyris.* [a]] Hic Chriſti ſeruus, *Aloyſius*, ſeu *Ludouicus*, & *Alphonſus* dictus, martyrium pro fide Chriſtiana, ſubiit, anno 1582. quod conſtat tùm ex Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 45. & Daça ibid. lib. 2. cap. 60. tùm ex Gonzaga 4. part. Origin. Seraph. relig. in Prouinc. ſancti Euangelij in fin. *Præterea* (inquit) *anno Domini 1582. Frater Aloyſius Villalobos, ex cuſtodia de Zacatecas huiuſmet prouinciæ S. Euangelij Sacerdos Deo deuotus, dùm ſui prælati iuſſu, pro exequendis quibuſdam ſibi creditis negotiis, ex Zacatecis Guadalfagiaram verſus properaret, in ipſo itinere ab Indorum infidelium (Chichimecorum ſcilicet) turmis inuaſus, ſagittiſque vndique inclementer confixus, puram Deo animam, fidelis, patiens, ac denique omni virtutum genere ornatus, reddidit.* Eius item memini

Digitized by Google

nit part. 1. vbi de BB. martyribus apud Indos Occidentales ob Chriſti fidem paſſis. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 366. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Min. Marianus lib. 3. cap. 34. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 22. Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. *Alphonſus* ab eo vocatus.

§. 2. *Beati Angeli Confeſſoris.* [b]] Dictus eſt B. Agnellus, ſiue Angelus: cognomento *Tancredi*: è Reate oriundus: primuſque miles qui Ordinem Minor. ingreſſus ſit. Cum eo, atque aliis duobus ſociis BB. Petro Carthanio, & Bernardo à Quintavalle, D. Franciſcus Romam profectus eſt ad Summum Pontificem Honorium III. vt diem determinaret pro indulgentia S. Mariæ de Portiuncula lucranda, quam antea ſibi Peruſij conceſſerat. Hunc idem Seraphicus Pater vnà cum BB. Leone & Maſſæo, aſſumpſit in ſocium; quando primò ad ſacrum Aluernæ montem acceſſit, & ibi cum eo ſtetit. Præterea ille eſt, qui eundem S. Franciſcum in prædicatione ſequutus eſt. Nam cùm reuelatum cœlitùs fuiſſet B. Syluestro, ac S. Virgini Claræ, D. Franciſcum haud directum eſſe à Deo, vt ſolitaria loca petens, orationi operam daret: ſed potiùs concionando, inter homines conuerſari deberet: ſtatim Seraphicus vir Dei, aſſumptis duobus ſociis BB. Maſſæo & Angelo, ad prædicandum acceſſit.

§. 3. Cùm autem à Diabolo inquietaretur, ipſumque valdè timeret, vt propterea ſolus ſtare nollet: idem Seraphicus Pater ipſi Beato Angelo mandauit, vt quendam montem excelſum ſolus conſcendens, alta voce clamaret: ſuperbi Dæmones, modò ad me venite omnes, & facite mihi quicquid poteſtis; quòd cùm ille humiliter adimpleſſet, & nullus illorum adueniſſet, impauidus deinceps remanſit. De illo ſolebat D. Franciſcus dicere: quòd ille cenſendus eſſet verè frater minor; qui fidem haberet, B. Bernardi à Quintavalle: ſimplicitatem & puritatem Beati Leonis; curialitatem B. Angeli: eò quòd fuerit omni curialitate & benignitate ornatus, &c. Hic adiunctis ſibi paris ſodalitij commilitonibus, BB. viris Leone & Ruffino, ſanctæ Claræ virg. conſanguineis, miracula Seraphici Patris Sancti Franciſci ſcripto digeſſit, iubente Creſcentio Æſinò, tùm ordinis totius Generali, quod etſi non aliundè, ex trium tamen ſociorum litteris miſſis ad Generalem 3. Idus Auguſti, ann. 1246. liquet quàm clariſſimè.

§. 4. Adhuc præſens anno 1253. moribundę S. Virgini Claræ apud S. Damianum 12. Auguſti. Tandem & ipſe poſtea obiit Aſſiſij, hoc nomine ter fœlix; quòd in æde ſanctiſſimi P. Franciſci, nec ab eiuſdem ſepulchro procul, ſit conditus; ſigna quoque & miracula viuens ac mortuus, ediderit. Scribunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 2. 7. 8. 10. 11. & 12. par. 2. item lib. 2. fruct. 2. & 11. par. 2. item lib. 3. fruct. 3. part. 2. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. vbi de fratrib. Minor. ſanctit. illuſt. ſub init. Sanctus Antonius 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. Firmamentum trium Ordin. tract. 1. in Memoriali Ordin. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 10. 76. item libr. 2. cap. 2. 37. 51. item lib. 6. cap. 19. & 55. & 2. part. lib. 1. cap. 37. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. in BB. viris huiuſce Ordinis. Willotus Athenarum. Orthodoxar. Franciſcan. littera A. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. in eo. Wadinghus tom. 3. opuſculor. D. Franciſci colloquio 30. item tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 3. & alibi ſæpius. item tom. 2. ann. 1258. §. 10. quo obiit & 1289. §. 45. Picquetus ſup. Poſſeuinus. In Apparatu ſacro. Corbinus. lib. 2. Sanctæ Franciad. pag. 26. Thielmans. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

B. Iacobi, confeſſ. [c]] MS. Prouinciæ Mediolanenſ. & Wadinghus. Tom. 6. ſup. ad ann. 1469. §. 23. docent hunc in Sacello Sancti Firmi Conuentus oppidi Abbiatæ, qui eſt 16. præfatæ Prouinc. ſepultum eſſe cum opinione ſanctitatis. §. 5.

Beati Bonauenturæ, Confeſſoris. [d]] Patria erat Velitrenſis, laicus profeſſione, maxima charitate pollens; cuius rei gratia, ingentia dona à Domino meruit obtinere. Plurima ſpiritu Prophetico prædixit; puerumque mortuum, quem matri ſuæ precibus à Deo impetrarat, ad vitam ſuis orationibus reuocauit. Romæ obiit ann. 1526. ſepultus in conuentu S. Mariæ de Ara cœli. Illius meminerunt Gonzaga part. 1. ſup. in præfato conuentu. Barezzus 4. part. Chronic, Minor. lib. 1. cap. 52. Daça ibid. lib. 1. capit. 28. Wadinghus ſup. tom. 2. ann. 1251. §. 57. Petrus Caluus in Defenſorio ſacrar. relig. lib. 2. fol. 293. §. 6.

B. Marinæ Aluarez, Tertiar. [e]) Vt primùm hæc honeſta matrona, ex oppido *Albazete* oriunda, per viri mortem, Matrimonij vinculis ſoluta fuit, quamdam domum Albazetanæ matrici Eccleſiæ contiguam, cum Marina Aluarez-Marci, atque Catharina Aluarez, ſibi filiabus (Deo, quod ſibi vitæ reliquum erat conſecrata) ingreſſa eſt: Inibique ſub Tertiarum ſororum Franciſcanarum habitu, per 22. annos continuos ſanctiſſimè vixit: qua moriente anno. 1551. corpus eius delatum eſt (prout adhuc viuens iuſſerat) in Conuentum Fratrum Minor. eiuſdem loci. Teſte Gonzaga. 3. part. ſup. In Monaſterio Annuntiat. B. Mariæ *Albazeti*, quod eſt 9. Prouinciæ Carthaginenſ. & Algezira In Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Ipſa eſt vt arbitror, quæ *Sabina Aluarez*. à Valerio. lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 45. nuncupantur. §. 7.

DECIMO.

Digitized by Google

DECIMOSEXTO KALENDAS MARTII.

APud Francavillam, in Vngaria, Beati [a] Ioannis, Confeſſoris; qui primus Prouincialis Vngariæ extitit; & clarus meritis, maximis miraculis emicuit. Alberſtadij in Germania, Beati [b] Othonis, Confeſſoris: ſignis, & virtutibus glorioſi. Toloſæ, Beati [c] Michaëlis Mogotti, Confeſſoris; qui oratione, abſtinentia, aliiſque virtutibus pollens, ſancto fine quieuit. Alcantarę, In Territorio Cauriensi. Beati Franciſci à Cruce [d], Confeſſoris. Anconæ, Beatarum [e] trium Sanctimonialium ex tertio ordine Diui Franciſci: quarum corpora ibidem honorificè condita, magna habentur in veneratione.

FEBRVARII XIV.

§. 1. *BEati Ioannis, Confeſſoris.* [a]] Primus extitit Miniſter Prouincialis, Prouinc. Hungariæ; qui & multis miraculis coruſcauit, & diei mortis ſuæ longè ante præſcius, rogauit Fratres vt corpus ſuum Francavillam deportarent: quod & factum fuit, licèt abſque ope humana; nam cùm naui transferri deberet, accidit vt corpus per ſeipſum, ad præfatum locum, ſine nauigij adiutorio, ſe tranſtulerit, & in loco præparato ſe poſuerit. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Hūgariæ Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſip. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 11. & libr. 8. cap. 44. ex Mariano. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. Vvadinghus Tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1270. §. 37. & 1287. §. 7. Picquetus in catalog. viror. illuſt. ord. Franciſcan.

§. 2. *Beati Othonis, Confeſſoris.* [b]] Otho, & Oſto appellatur: qui cùm eſſet canonicus ſæcularis, haberetque magnam ſtrumam in gutture, à ſancta Euphemia liberatus: mandatum eſt ſibi, vt religionem Seraphicam intraret ac profiteretur; quibus obtemperans iuſſis tantò profecit in huiuſcemodi Ordine, vt viuus ingentibus virtutibus claruerit, & mortuus quamplurimis coruſcarit miraculis. Obiit, ac ſitus eſt, in ciuitate Alberſtadenſi. Scribunt de eo Piſanus ſup. in Prouinc. Saxoniæ. Codex MS. etiam ibidem. Toſſinianus & Gonzaga ſup. item part. 3. in Prouinc. Saxoniæ ſanctæ crucis. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Vvadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1234. §. 12. ex Bernardo à Beſſa in Chronic. MS. Picquetus ſup.

§. 3. *Beati Michaelis Mogotti, Confeſſoris.* [c]] Laicus erat profeſſione; cuius vita laudabilis, & conuerſatio optima: in oratione aſſiduus paupertate ditiſſimus, patiens, feruido perfectionis zelo accinctus, moribuſque admodùm exemplaris. Senex factus, pane & aqua pro cibo, reficiebatur; vili laceroque habitu cooperiebatur: aſperum cilicium ferebat ad carnem. Illius commoratio erat in ſacello Deiparæ Virginis: lectus, tabula, aut aſſer, ſæpiùs nuda humus: ſemperſtabat erectus, niſi cùm oraret flexis genibus, aut ſederet ad menſam; requiem nullam capiebat, niſi infirmitate grauatus. A Dæmone multoties oppugnatus extitit, vt ab oratione eum auerteret; at nunquam expugnatus: ſolitus erat, qualibet nocte crucem in humeris portare, ſicque oneratus vnamquamque Eccleſiæ ædiculam viſitare, vbi in memoriam Dominicę Paſſionis aſperiùs ſe flagellis caſtigabat. Quadam die Dominica, dùm ſolitò fuſiùs in Eccleſia moraretur, oblitus eſt officij coquinarij; ita vt prandij hora, haud quicquam paratum eſſet fratribus ad manducandum: mox cum rumore accerſitus, ipſe in ſilentio pro culpa, ad coquinariam acceſſit: ſed, virtute diuina, cuncta manibus Angelorum reperit opportunè diſpoſita: quæ citò fratribus dedit ad ſuſtentationem. Cùm Romam pergeret ab excurſoribus captus, denudatuſque eſt: ſed viſo illius ad carnem rudi cilicio, dolore cordis tacti ac compuncti habitum reddiderunt, veniam ab eo humiliter poſcentes. Tandem Toloſam reuerſus à ſua peregrinatione ſancto fine exceſſit è vita in conuentu S. Franciſci, (qui eſt 2. Prouinciæ Aquitaniæ antiquioris) anno Chriſti 1334. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ part. 2. Chronic. Minor. libr. 8. cap. 42. ex antiquis Ordin. Chronicis. Toſſinianus lib. 1. ſup. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Vvading. Tom. 3. an. 1334. §. 20. & ſeq. poſt Marianum lib. 4. cap. 10.

B. Franciſci, Confeſſ. [d]] Vir fuit Religioſiſſimus §. 4.
miræ abſtinentiæ, orationis, & pœnitentiæ: Iacet in Conuentu oppidi *Alcantara*: qui eſt 12. Prouinciæ S. Michaëlis, cui aliquando præfuit: pro vt atteſtantur MSS. monimenta eiuſdem Prouinc. & Vvadinghus. Tom. 7 ſup. ad ann. 1487. §. 37.

BB. Trium ſanctimonialium tertij Ord. D. Franciſci. [e]] Harum ſacra corpora maxima cum reueren- §. 5.
tia cuſtodiuntur apud monaſterium S. Mariæ Nouæ, in Ancona vrbe, vbi vitam duxerunt cœlicam: circa ann. Chriſti 1445. quod tamen cœnobium nunc inhabitant Clariſſæ ſorores, quæ derelicto Tertiariarū ſtatu, arctiori vitæ, iuxta S. Claræ virginis regulam, ſeſe liberè ac voluntariè aſtrinxerunt. De his meminit Gonzaga 2. part. Orig. Seraph. relig. in præfato monaſterio, quod eſt 1. Prouinc. Marchiæ. *Quarum corpora* (inquit) *cùm integra perſeuerarent, maximéque à ſororibus fierent, voluit quadam Abbatiſſa, ex Monialium tamen conſenſu, ea ex ſuis locellis exhumata ad honoratius ſepulchrum transferre. Dúmque ea pro religioſo more, leuari, atque ad ſolem exſiccari curat, conſumpta protinùs carne, ipſa tantùm nuda oſſa remanſerunt. Quæ nihilominùs in pulcherrimam arcam inferri, atque in editiorem locum ſtatui fecit.* Vvadinghus. Tom. 5. ſup. ad ann. 1444. §. 73. à quo priores duæ vocantur, *Antonia Minias de Senis: & Clara Firmana.*

Digitized by Google

DECIMOQVINTO KALENDAS MARTII.

PAtauij Tranſlatio Sancti [a] Antonij Luſitani, Confeſſoris: tempore Vrbani Papæ IV. Senis in Tuſcia, Beati [b] Ioannis Riſtori, Confeſſoris eruditione, fide, ac pietate clariſſimi; qui aduerſus hęreticos ſtrenuè decertauit & multos ad fidem Catholicam perduxit. Beualliæ In Corſica Inſula, Beati [c] Petri à Brieta, Confeſſoris: mira abſtinentia, oratione, ac paupertate exornati. Apud Campum. Baſſum, in regno Neapolitano [d] Beati Franciſci Aragoni, Confeſſoris; magnæ ſanctitatis viri, atque miraculorum gloria illuſtris. Abdaræ, in Hiſpania, Beatæ [e] Mariæ Guſmaniæ: nobilitate, profundiſſima humilitate, atque Religione inſignis.

FEBRVARII XV.

§. 1. B. *Tranſlatio S. Antonij*, [a]] Diſcimus ex B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. D. Franciſc. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. ſanctitate illuſtr. in Prouincia. Paduana S. Antonin. 3. part. hiſtor. titul. 24. cap 3. §. 4. Marco Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 37. & plurib. aliis præfatum S. Antonium diem obiiſſe extremum, in loco Cellæ, ſeu Arcellæ, extra ciuitatis Paduanæ muros, in ſuburbio, ex quo ad alium Conuentum Fratrum Minor. de ſancta Maria nuncupatum, delatus eſt, auctoritate Reuerendi Patris Miniſtri Prouincialis eiuſdem Prouinciæ, & maxima cum reuerentia ſepultus eſt in quodam ſepulchro inibi diuinitùs inuento. Qua de re ita ſcribit D. Antoninus ſup. §. 5. *Quibus ita geſtis, tandem Epiſcopus cum Clero, Poteſtas cum Magnatibus, atque militibus, cum nimia populi multitudine ordinatis, ad locum proceſſionaliter pergunt; corpus à fouea ſubuehunt, humeroſque ad portandum optimates quique ſubijciunt. Sic demum cùm hymnis & laudibus, ad ſancta Dei Genitricis Eccleſiam veniunt: vbi ipſum expletis ab ipſo Miſſarum ſolemnijs, honorificè, ſub die tranſitus ſuiquinto, ſepeliunt.* Quæ omnia confirmantur ex lectionibus 2. Nocturni, diei octauæ, feſti ipſius ſancti Antonij, apud Breuiarium vetus ac nouum Ordinis Fratrum Minor.

§. 2. Verùm, pluribus annis elapſis, quibus ſacrum Corpus eo in Conuentu iam diu iacuerat, indè ſolemniori pompa ac immenſa gloria, tranſlatum eſt in ampliſſimam Eccleſiam pro ſui honore nouiter extructam: (ob ingentia beneficia, quę ciues Patauini, meritis ipſius, à Deo ſuſceperant) pręſentibus Guidone, Epiſcopo Portuenſi, Cardinali Bononienſi Picardiæ, Legato Apoſtolico per Italiam: ac Reuerendiſſimo Generali totius Ordinis Minor. S. Bonauentura, anno Chriſti 1263. in octaua Dominicæ Reſurrectionis 7. Idus April. cuius rei meminit S. Antoninus: §. 6. ſup. dicens. *Anno Dominica Incarnationis 1263. cùm glorioſus Dominus liberaſſet ciuitatem Paduanam, de manu cuiuſdam perfidi Principis Cytellini nomine, (qui tyrannicè capiens, regens eam, depopulatus erat) meritis huius S. Antonij, in feſto eiuſdem ſancti, in octaua; Patauini ciues beneficij non immemores Eccleſiam prægrandē ad eius honorem conſtruentes, corpus ſancti transferre ſtatuerunt ad locum eminentiorem. Quod in octaua Dominica Reſurrectionis agentes, educto de tumulo corpore ſacro, cum magna reuerentia, inuenta eſt lingua eius in ore adeò recens, rubicunda, & pulchra; qua tamen per multos annos, cum corpore ſub terra iacuerat, ac ſi tunc deceßiſſet. Quam venerabilis vir Bonauentura Generalis tunc Miniſter Ordinis, & poſtea Cardinalis effectus, qui præſens Trāſlationi erat, in manibus tenens, irrigatus profluuio lacrymarum, deuotißimè his verbis affatus eſt. O lingua benedicta, qua ſemper Deum benedixiſti, & alios benedicere feciſti, nunc apparet quanti meriti fuiſti: & infigens ei deuotißima oſcula, inßit eam ſeorſum honorificè collocari.* B. Bartholomæus Piſanus haud parum diſſimile refert ſup. hiſce verbis. *Cardinalis Bononie Belgica, Dominus Guido, Epiſcopus Portuenſis, à morte per Antonium liberatus, Apoſtolicus in Italia Legatus; ipſius Tranſlationem peregit: & caput in pulcherrimo tabernaculo de argento ſuis ſumptibus facto locauit. Dominus Frater Bonauentura, Cardinalis Albanenſis, exiſtens Generalis Ordinis, facta corporis Tranſlatione, cùm aperuiſſet eius arcam, poſt 25. annos ab eius morte, corpore reſoluto, linguam eius reperit acutam, integram, & rubeam in ore, quam poſtea cùm quidam Generalis, vellet à loco Padua deportare, nunquam vidit portam aliquam, vndè exiret. Vndè ipſam repoſuit in quodam altari; & cuidam Fratri hoc patefacto à Generali Miniſtro (qui Frater poſt 34. annos) veniens ad mortem fratribus indicauit. Quam reuerenter de altari prædicto tollentes, in quodam tabernaculo cryſtallino poſuerunt, & hodie ipſam inſpicientibus integra eſt & ſana.*

Eadem atteſtantur Marcus Vlyſſiponenſ. cap. 31. ſup. & part. 2. lib 2. cap. 4. Breuiarium Fratrum Minor. in lectionibus 2. Nocturni diei feſti huiuſce Tranſlationis 15. Februar. Vvadinghus, Toſſinianus, & quotquot vitam S. Bonauenturæ ſcripſerunt. Sed maxima exindè oritur controuerſia. Nam vt apparet ex B. Bartholomæo Piſano, hæc Tranſlatio accidit, poſt 25. annos à morte S. Antonij, Marcus verò Vlyſſiponenſ. opinatur id ad ann. 1260. ceu 1273. eueniſſe, ann. 30. ab obitu illius, ſed hallucinantur. Conſtat etenim hanc Tranſlationem peractam fuiſſe ann. Chriſti 1263. iuxta S. Antoninum, & Breuiarium præfatum Fratrum Minorum, ergo non, ann. 25. aut 30. ſed 32. ab illius fœlici obitu; tempore Vrbani IV. Papæ; maximè cùm exceſſerit è vita S. Antonius ann. 1231. die 13. Iunij. Vide Vvadinghum tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1263. §. 8. 9. & ſeq. Firmamentum trium Ordin. tract. 1. in Memoriali Ordin. Minor. ſup. 9. Generali, & Sedulium Commentar. in cap. 28. vit. S. Antonij, Marietam. lib. 16. hiſto. Eccleſ. ſanctor. Hiſpan. cap. 21. Odoricum. Tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1263. §. 89. Ferrarium, In Catalog. ſanctor. & Galeſio & Maurolyco: hac die, ſed fallitur, aienſ. 25. die huiuſce menſis fieri Iterum §. 3.

rum

rum de eiuſmodi Tranſlatione apud nos.

Præfatus autē Guido de Monteforti, Lemouicenſis, Gallus, titulo S. Cæciliæ, Cardinalis, poſteà Portuēſis Epiſc. dùm inſigne beneficiū vitæ in manifeſto mortis diſcrimine à S. Antonio mirabiliter conſeruatæ, profiteri vellet, Patauium ſe contulit; illicque ann. 1350. 15. Febru. ſecundam fieri curauit Tranſlationem corporis eiuſdem ſancti ad arcam argenteam, & magnę capitis partis, ad pretioſiſſimam thecam, ſuis ſumptibus affabrè elaboratas. Guillelmus Cortuſius lib. 10. hiſtor. Paduę cap. 1. Valerius Polydor. In deſcriptione Eccleſiæ S. Anthonij Paduani. Quare anno ſequenti, nempe 1351. in Capitulo Generali Lugdunenſi, decretum eſt, vt ea die, ritu duplici fieret de huiuſmodi Tranſlatione officium Diuinum; quod nunc vſque perſeuorat. Ita Vvadinghus tom. 2. ſup. & tom. 3. ad ann. 1350. §. 8. & tom. 4. ann. 1351. §. 10. ex Speculo Fratrum Minor. & Firmamento trium Ordin. tract. 3. in ordinationib. circa Diuinum officium. Hinc Martinus V. Papa conceſſit omnibus viſitantibus Eccleſias Fratrum Minor. in hac feſtiuitate, indulgentiam annorum 50. & duodecim quadragenarum. Vide compendium priuilegior. verb. *Indulgentia quoad ſæculares*. 1.

§. 5. *B. Ioannis Riſtori, Conf.* [b]] Vocatur hic vir Dei, B. Ioannes *Riſtori*, ceu de *Coſtoro*, Senenſis; vir admodum ſpiritualis, maxima prędictus prudentia, ac conſilio, ob cuius vitæ exemplaris perfectionem, ab omnibus, vt ſanctus habebatur: hæreſum profligator acerrimus; doctrina & pietate conſpicuus. Ad hunc ſe contulit S. Bernardinus adhuc adoleſcens, illum conſulturus, ſuper cordis ſui deſiderio vehementiſſimo, videlicet, Domino famulandi in aliquo Ordine ab Eccleſia approbato. Factum audiamus ex D. Antonino 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 5. §. 1. Sic enim de S. Bernard. ſcribit. *Demùm poſt frequentes orationes, vt Dominus illam viam, & ſtatum menti eius dignaretur oſtendere, quò ſibi meliùs deſeruire valeret, in ſeipſo non fidens, acceſſit ad quendam venerabilem virum, Religioſiſſimum Ordin. Minor. Ioannem Riſtori, Senenſem, probatum ſenem, fama celebrem, longa auſteritate maceratum, & experientia circunſpectum, qui triginta annis in Boſna contra hæreticos, pugnando, multos ad fidem attraxerat; & ſenio grauatus, Terra Sancta peragrata, Senas redierat. Ad hunc profectus, cogitationes ſuas aparuit, totum ſe ponens in manibus conſilij, quem inſtigatum intelligens, ad nudam crucem nudum ſequendum in Ordine Minorum, ipſum in ſancto propoſito confirmauit*, & paulò poſt Ordinem ſeraphicum intrauit, habitum huius inſtituti ſuſcipiens per manus eiuſdem B. P. Ioannis Riſtori, in Eccleſia Fratrum Minor. Senenſ. die 8. Septemb. Eadem referunt Breuiarium Ord. Minor. in lectionib. 2. Nocturni diei 5. infra octauam S. Bernardini. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 6. Wadinghus. Tom. 5. ſup. ann. 1402. §. 4.

Beati Petri à Brietà, Confeſſ. [c]] Vitę ſanctitate floruit in Corſica Inſula, maxima abſtinentia, oratione ac paupertate prædìtus, necnon cœleſtium rerum contemplationi valdè addictus; Dæmonum inſultus mira patientia ſuſtinuit, ſed à Chriſto Ieſu, eiuſque genitrice, Virgine Maria confortatus, copioſiores vires indè reſumebat ad pugnam. Diem clauſit extremum in Conuentu ſancti Franciſci Beualliæ: vbi iacet tumulatus. Scribit de eo Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. lib. 6. capite trigeſimo ſexto, ad annum 1478. Bzouius Tom. 18. Annal. Eccleſ. 1480. parag. 47. De Balinghen. In Appendice ad Calendarium Virg. Mariæ, hac die Marianus. lib. 5. cap. 43. & Wadinghus. Tom. 7. ad ann. 1482. §. 74. §. 6.

B. Franciſci Aragoni, Conf. [d]] Fuit vir vtique ſanctiſſimus hic B. Franciſcus Aragonus, atque Angelicis moribus prædìtus, necnon & plurimis illuſtris miraculis: in cuius gratiam Sixtus IV. Pont. Max. indulgentiam omnium peccatorum plenariam, ſtatuta cuiuſlibet anni die, tum pro Religioſis, tum quoque pro ſæcularibus, Conuentui S. Ioannis iuxta Campum-Baſſum, Prouinciæ S. Angeli in Regno Neapolitano, conceſſit: quo in loco eius ſacrum Corpus requieſcit. Claruit circa ann. 1475. Memoratur à Gonzaga 2. part. Orig. Seraph. Relig. in præfato Conuentu, qui eſt 6. illius Prouinc. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 50. Bzouio Tom. 18. Annal. Eccl. ad ann. 1491. §. 29. ex Franciſco Bono. Wadingho. Tom. 6. ſup. ann. 1473. §. 10. & Tom. 7. ann. 1480. §. 12. §. 7.

B. Mariæ Guſmaniæ, Virginis, [e]] Nobiliſſimis licet exorta progenitoribus, maxima tamen humilitate vixit, Religionem Monaſticam profeſſa, Abdaræ, vulgò Almeriæ, in Hiſpania, apud Monaſterium Conceptionis B. Virginis Mariæ Deiparæ. Floruit ann. 1515. de qua meminit Gonzaga part. ſup. in eo Monaſterio quod eſt 20. Prouinc. Granatenſis. *In huius* (inquit) *denique loci Eccleſia ſoror Maria Guſmania profundiſſima humilitate, atque quacunque alia virtute prædita in Domino quieſcit.* Quæ & referuntur à Barezzo ſup. lib. 1. cap. 20. addens hucuſque magno in honore haberi à Sanctimonialibus eiuſdem cœnobij. Valeriano lib. 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 2. §. 8.

Digitized by Google

DECIMOQVARTO KALENDAS MARTII.

Damaſci, Beatorum [a] Sexdecim Fratrum Martyrum: qui pro Chriſto vincula, & carceres experti, fame, & frigore vexati, ac multa alia tormenta paſſi; ad vltimum iugulati ſunt. Rilonij, in Germania, Beati [b] Adulphi, Confeſſoris qui generis nobilitate, vitęque ſanctitate extitit celeberrimus. Apud Podium Bonitium in Tuſcia, Beati [c] Marci à Cortona, Confeſſoris; humilitate, rerumque cœleſtium contemplatione ſpectabilis. Borbę, in Luſitania, Beati [d] Franciſci à Gattą, Confeſſoris; mirę abſtinentię & perfectionis viri, nec-non in vita, & poſt obitum miraculis famoſi. Conſentię, Beati [e] Zacharię Conſentini, Confeſſoris. In Hiſpania, iuxta Arenarum Oppidum, Beati [f] Didaci Maculati, Confeſſoris; vita, & virtutibus inſignis. Romæ, Beatarum Virginum [g] Domitillę, & Ludouicę.

FEBRVARII XVI.

§. 1. *Beatorum Sexdecim, Martyr.* [a]] Eo tempore morabantur in Palæſtina, quando Petrus, Rex Cypri Alexandriam cepit; quapropter ab Infidelibus apprehenſi, & in vincula coniecti, apud Damaſcum, ibidem per annos 5. detinentur in ferro & neruo, indumentis ſpoliati; ieiuniis quidem & ærumnis probati, ſed fidei firmitate, & conſtantia inuincili præditi, roboratique, Chriſti fidem, magno ſpiritus feruore, liberè prædicabant. Verùm, poſt multos cruciatus, & dolores ab ipſis, mira patientia, toleratos, iugulum tandem præbuerunt: at impij carnifices mox cœperunt eos toto corpore crudeliter cædere, variiſque modis ferire: quibus in tormentis, glorioſa morte occubuerunt. Paſſi ſunt autem pro Chriſto, circa ann. 1370. tempore Generalatus B.P. Thomæ de Farignano. Agunt de eis B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. ſanctitate illuſtr. in Prouincia Terræ ſanctæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 26. §. 2. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. Relig. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 14. ann. 1367. Wadinghus Tom. 3. ad ann. 1342. §. 61. Marianus in Appendic. lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellę cap. 12.

B. Adulphi, Conf. [b]] Dicebatur Adolphus, ſeu
§. 2. Adulphus de *Scouuenberg*, Comes Holſatiæ; qui ann. 1239. Minorum amplexus eſt inſtitutum apud Hamburgum, in Sabbatho die S. Hippolyti; relinquens poſt ſe puerulos, Ioannem Gerardum, & Luderum; quibus tutorem dedit Abel, Ducem Dacię, generum ſuum ex Melchtilde filia, quæ poſtea duxit Suetię Ducem. Ad illam vſque ętatem iam maturam, Comitatum prædictum rexerat, rebus fœliciter geſtis, honoribus maximis apud Imp. Federicum 2. perfunctus: quibus ſpretis propter Chriſtum, eundem ſequi ſub vili leucophæa veſte, in paupertate, & humilitate decreuit. Anno verò 1244. ſedem addiit Apoſtolicam, pro diſpenſatione, quia ordines ſacros ardentiſſimo deſiderio exoptabat: cuius piis votis annuens Summus Pontifex Innocentius IV. Diploma dedit, Datum Laterani X. Kalend. Maij, ſui Pontificatus ann. 1. itaque Subdiaconus rediens à Ioanne Epiſcopo, Ord Præd. Magiſtro in Diaconum, & à Ioanne Lubicenſi Epiſcopo, in Aduentu Domini 13. Kalend. Ianuar. eſt in Preſbyterum ordinatus: vnde in Dominica, *Omnis Terra*, Primam Miſſam in Zuentina, loco valdè ſolitario, & Fratrum Minor. eremitorio; & in Namborch, vbi Comes fuerat, in Quadrageſima apud Minores Fratres, die S. Gregorij celebrauit.

Hic tandem (poſt plurimorum curricula annorum §. 3.
quibus altiſſimo vere famulatus erat) in ſupremum morbum deueniens, nonnullis adhuc panicis agitabatur terroribus: quare ſub mortem ei apparuit ſanctiſſima Virgo Maria, magno circumdata lumine, & copioſo ſanctorum cœtu; dicens: *Quare inuitè moreris? Quid, dilecte fili, trepidas? quid times? Quid vltrò beatificandam animam ex corporis ergaſtulo vereris dimittere? veni? en præ foribus ſtat filius meus dilectus, ſpiritum tuum excepturus, qui vitæ Religioſa tot annis tranſactæ præmium dabit immenſum. Securè & lætanter egredere, ô anima, fœlix & iucundus te locus expectat.* Quibus in verbis ſpiritum exhalauit. Sepultus eſt in Conuentu Rylonij Oppidi, Colonienſis Prouincię, ſub lapide quadro, in choro Fratrum. Eo donatur elogio, veluti conſolatorio, à Toſſiniano ſup. & Iacobo *Brouſſe*, in vita B. Angeli à Ioyeuſa, cap. 4. circa fin.

Cimbrica ne amiſſum doleas Holſatia Regem,
Is cum Franciſco Regna ſuperna tenet.

Porrò, idem Toſſinianus vult 14. annis eum in Or- §. 4.
dine vixiſſe, qui ſub. ann. 1253. terminarentur: forſan vult dicere, ann. 24. illumque obiiſſe 1263. Etenim Albertus Krantzius in ſua Wandalia lib. 7. cap. 18. vltra viginti annos Minoritam fuiſſe ſcribit, & conſequenter in Saxonię hiſtoria lib. 8. cap. 7. Idem eius mortem reponit ſub ann. 1261. quem non omninò reiiciendum putem; quippè illius gentis hiſtoricus, exactiùs res potuit domeſticas ſcire. Scribunt de eo, Piſanus ſup. in Prouincia Colonienſi. Codex MS. Abbat. ſancti Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 1. cap. 30. Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Henricus Pantaleo part. 2. de viris illuſtrib. German. ad ann. 1244. Chronicon Stadenſe ad ann. 1239. Platus lib. 1. de Bono ſtat. Relig. cap. 31. & lib. 2. cap. 26. Iacobus-Ioanna, in Sacro theſauro prærogatiuæ. Virgin. cap. 16. & 31. Riuiera lib. 2. tabul. Pictar. 4. myſtic. amor. ſacr. cap. 39. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. ab eo *Acdoſus* mendosè nuncupatus, Wadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1239.

Digitized by Google

1239. §. 14. 1244. §. 12. & 13. 1249. §. 9. Item. Tom. 2. ann. 1253. §. 33. Bzouius ad ann. 1234. §. 14. Tom. 13. Annal. Godonus In Chronic. SS. Deiparæ, ſæcul. 12. ad ann. 1239. Beyerlinck. Tom. 6. Theatri vitæ humanæ, verb. *Religioſus* pag. 137. Angelinus Gazęus. In piis recreationibus. pag. 44. ex Bellarmino. De Tranſlat. Imper. cap. 2.

§. 5. *B. Marci, Confeſſoris*, [c]] Vir profundiſſimæ humilitatis fuit, atque contemplationis, Laicus profeſſione; qui cùm aliquando, tædio mendicationis affectus; quòd propter eam à contemplandis Diuinis myſteriis auocaretur, ad patres Cartuſianos tranſire decreuerat. Eo inſtanti apparuit illi Chriſtus Dominus, qui, cùm qua potuit reuerentia, illius fauorem atque præſidium, ſupplex ab eo expoſceret B. Marcus: Vidit eundem Dominum toruo iratoque oculo, ac voce graui ſibi dicentem, Vade, Apoſtata, quò meliùs tibi placuerit; quomodo vis, vt fauoribus meis ac beneficiis te repleam; ſi eum Ordinem cupis omninò relinquere, quem tantoperè amore proſequor? moxque viſio diſparuit: & B. Marcus, ex hoc ſuprà modum ſtupefactus, cœpit prioris reſolutionis vicem dolere. Itaque ſic correptus à Domino, & præmonitus, quòd obedientiam mallet quàm ſacrificium; adeò ſe mendicationi dedidit, vt nihil ſibi dulcius ipſa ab eo tempore, accidere potuerit. Obiit ſanctitate conſpicuus, ann. 1489. ſepultuſque eſt in Conuentu S. Lucheſij propè Podium-Bonitium, qui eſt 6. Prouinc. Tuſcię. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 7. cap. 42. Gonzaga part. 2. ſup. in prædicto Conuentu. Wadingho Tom. 1. ſup. ad ann. 1213. §. 23. qui eum vocat B. Marchionem à *Cortonio*.

§. 6. *B. Franciſci de Gatta, Confeſſ.* [d]] Laicus erat profeſſione, & iuuenis Ordinem Seraphicum aſſumpſit: vixitque in maxima auſteritate, & perfectione. Tanto enim feruore ſtadium virtutis ingreſſus eſt, vt cunctis eſſet in admirationem, ſicque ad mortem vſque perſeuerauit. Pœnitentię ac carnis mortificationi perpetuò operam dedit. Miræ erat abſtinentiæ, vnica pulmenti ſcutella reficiebatur; cui cineres, & aquam frigidam infundebat. Per totam Quadrageſimam à potu omninò abſtinuit. Qualibet die, per duarum ſpatium horarum diſciplinam faciebat, Paſſionem Domini ſecundùm Ioannem recitando. Die noctuque orationi inſtabat; in qua ſæpè extaſim patiebatur; ſpiritu Prophetico exornatus erat; Dæmonibus agitatus, vt in impatientiam laberetur; ſua benignitate, ac humilitate eos deuicit. Tandem ſenio confectus, obiit apud Conuentum S. Mariæ de Conſolatione Borbæ; ibique ſepultus eſt: cuius tumuli terra ac puluis ſeruatur in beneficium infirmorum ac languidorum. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 42. Gonzaga part. 3. Origin. Seraph. relig. in prçfato Conuentu Borbæ, qui eſt 7. Prouinciæ Pietatis, dicens. *Ad hunc tantum patrem appoſitus eſt eximiæ pietatis Frater Franciſcus de Gatta, Laicus profeſſus, qui tùm in vita, tùm quoque in morte, miraculis coruſcauit. Cùm enim ſibi panem emendicanti quædam fœmina, nomine Maria Lopetia, ex præfato Oppido Borba oriunda, quæ brachium omninò contractum habebat, vt ſibi compateretur, ſoſpitatemque à Deo Optim. Max. ſuis precibus impetrare vellet, ſupplicaſſet; vt primùm ille domum rediit, Deoque commiſſum negotium commendauit, præfata mulier voti compos effecta eſt. Præterea eiuſdem oppidi Borbæ Prætor, cùm ventris profluuio ad mortem laboraret, nullaque ſibi ſalutis ſpes reſidua eſſet, vt primùm hauſtam ex defuncti Fratris Franciſci ſepulchro terram ventri admouit, illicò conualuit. Alia quoque plurima edidit hic Frater miracula, &c.* Claruit circà ann. 1520. Boſius de ſignis Eccleſ. ſup. lib. 12. cap. 21. Rapinæus in hiſt. General. Orig. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 7. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Daçà 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 41.

§. 7. *B. Zachariæ Conſentini, Confeſſoris*, [e]] Fuit Religioſiſſimus, atque omni commendatione digniſſimus, profeſſione quidem Laïcus, ſed ſanctitate conſpicuus: cuius corpori (cùm deferretur ad tumulum) locus datus eſt diuinitùs, à corpore B. Angeli iam ibid. ſepulti. Floruit circa ann. 1530. vide Gonzagam 2. part. ſup. in Conuentu 7. Prouinc. Calabrię, & Barezzum 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 19. Daçam ibid. lib. 1. cap. 31. *Zachæum* ipſum vocantem, Wadinghum Tom. 4. ſup. ad ann. 1399. §. 61.

§. 8. *B. Didaci Maculati, Confeſſ.* [f]] Laïcus etiam extitit, vir patiens, pius, atque feruidus, humilitate, & conſcientiæ puritate exornatus: ſanctiſſimam Virginem Deiparam, ſingulari proſequebatur deuotione. Eius egregias virtutes recenſet Ioannes à ſancta Maria, 1. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 33. iacet in Conuentu S. Andreę de Monte Arenarum, qui eſt ſextus præfatæ Prouinciæ.

§. 9. *BB. Virginum Domitillæ, & Ludouicæ* [g]] Hæ præclaræ Chriſti ſponſæ patria Peruſinæ, ex illo numero duodeno erant (quas Beata Margarita Sulmonenſ. de qua 5. Septemb. ex Monaſterio Fulginatenſ. ſecum Romam conduxit pro reformatione Monaſterij SS. Coſmæ, & Damiani.) Quarum prima fuit Abbatiſſa, & vtraque perfectiſſima S. Claræ ſectatrix: vide Vvadinghum. Tom. 5. ſup. ad ann. 1449. §. 51. & Tom. 6. Ad ann. 1469. §. 12. ex Mariano. lib. 4. cap. 23. & alijs Chronic. Antiq.

Digitized by Google

DECIMOTERTIO KALENDAS MARTII.

PAtauij, Beati [a] Lucæ Confeſſoris, ſancti Antonij Luſitani ſocij, qui vita, eruditione ac ſignis claruit. Apud Montem Subatium, iuxtà Aſſiſium, in Vmbria, Beati [b] Barnabæ ab Interamna, Confeſſoris; oratione, contemplatione, & zelo Regularis Obſeruantiæ illuſtris. Campaniani Veientum, Beati [c] Stephani à Caſtello Confeſſoris; qui meritis ac virtutibus excelluit, miraculiſque refulſit. Apud Cheluam, Regni Valentiæ Oppidum, Beati [d] Incogniti, Confeſſoris; magnæ pietatis ac ſimplicitatis viri. Neapoli in Campania, Beati [e] Apoſtoli, Confeſſoris, Tertiarij. Mantuæ, Beatæ [f] Franciſchinæ à Mediolano, Virginis; quæ prima Abbatiſſa Monaſterij Sanctæ Paulæ extitit, & miris virtutibus excelluit.

FEBRVARII XVII.

§. 1. B*Eati Lucæ, Confeſſ.* [a]] Oriundus erat ex Padua, D. Antonij Luſitani ſocius, ex generoſa nobilique *Bellunorum* familia natus: vir in ſcripturis ſanctis iugi ſtudio exercitatus, Diuini verbi prædicator egregius, ingenio clarus, & aptus eloquio; non minùs opere quàm ſermone viam Dei populos docuit in veritate; & multorum corda ad amorem Chriſti Spiritu ſancto cooperante conuertit. Plura Opuſcula edidit, & ſignis atque vitæ ſanctimonia emicuit. Floruit ann. 1230. Obiit Paduę, in Sacello eiuſdem B. Antonij conditus, ſuper cuius tumulum lapide quadrato extructum Miſſa celebratur, ibique maxima populi frequentia ac deuotione colitur. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. & 4. vbi de Fratrib. Minor. ſanctit. & doctrina illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 12. §. 4. Trithemius de Scriptorib. Eccleſiaſt. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in ſcriptorib. ac BB. viris huiuſce Ordinis. Vvilotus Athenarum Orthodox. Franciſcan. littera L. Toſſinianus lib. 1. Seraphic. Hiſtor. in eo. Vvadinghus Tom. 1. ann. 1231. §. 20. 1249. §. 9. Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1263. §. 8. & 12. Item ann. 1267. §. 9. & 1269. §. 9. quo obiit. Scardeon. de reb. Patauinis lib. 2. Claſſ. 6. Portinar. lib. 9. cap. 9. Ibid. Poſſeuinus. In Apparatu ſacro. Gneſnerus in Bibliothec. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor.

§. 2. *B. Barnabæ ab Interamna, Confeſſoris.* [b]] Hic peritiſſimus erat in Philoſophia ac medicina antequam habitum Religionis indueret; poſteà verò ita ſacræ Theologię operam nauauit, vt breui tempore, eximius concionator euaſerit, ſalutis animarum zelo ardentiore ſitibundus. Orationę meditationeque adeò delectabatur, vt pluribus horis ante matutinas ſtaret in choro, eiuſmodi exercitio vacans; quapropter haud mirum eſt, ſi ad tantam vitę perfectionem, gradumque contemplationis ſublimiorem deuenerit. Vnde B. Marcus à Marchia, de eo ſolebat dicere; quòd error non paruus perpetrabatur à Fratribus, dùm hunc B. Patrem circa officia prelationis Ordinis occupabant; etenim ſi illis obeundis minimè implicitus fuiſſet, ſupremum proculdubio contemplationis apicem attigiſſet. Nam ob humilitatem, ſuique abiectionem, tùm propter innatam bonitatem ac prudentiam, paulò poſt eius profeſſionem, Guardianus inſtitutus eſt, dehinc Diffinitor ac Vicarius Prouinciæ S. Franciſci.

Rigidus erat, in auſteritate vitæ ſuæ, abſtinentiam §. 3.
maximè colebat, ſemper feruidus zelator Obſeruantiæ Regularis. Peculiarem gratiam habebat in ſuccurrendis infirmis. Memoria Paſſionis Dominicæ ſic eius præcordiis inerat illita, vt ſæpè illius cauſa, lachrymarum copiam vix poſſet continere. Dolens verò Chriſtianorum miſeriam, quos vſuris Iudæorum valdè opprimi cernebat, opus iuſtum, & ſanctum adinuenit; vt illorum calamitatibus obuiaret: videlicet inſtituendo Peruſiæ *Montem pietatis*. Itaque veneranda canitie, ac meritis quàmplurimis præclarus; finem cùm appropinquare ſibi intelligeret; tria à Deo humiliter petiit. Primùm vt minimè moreretur in officio prælaturæ, 2. vt breui infirmitate è vita diſcederet, 3. vt in Conuentu Carcerum D. Franciſci, apud Montem Subatium, animam exhalaret. Quæ omnia cœlitùs accepit. Nam expleto ſui muneris tempore, præfatus Conuentus (qui eſt 3. Prouinc. S. Franciſci) illi ex obedientia aſſignatus eſt ad morandum: vbi cùm choro intereſſet ad Primam, ann. 1477. leui infirmitate corripitur, horaque ſexta ſequenti expirauit. Eius ſacrum corpus honorificè tumulatum eſt in Capella, à pio quodam nobili viro, in illius venerationem extructa. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſ. parte tertia, ſuprà libro quinto, capite 49. & 50. Mariano. lib. 5. cap. 40. Wadingho ſup. Tom. 6. ad ann. 1474. §. 9. & ſeq.

B. Stephani à Caſtello, Confeſſ. [c]] Miraculis tum in §. 4.
vita, ac poſt mortem conſpicuus: Obiit ann. 1510. apud Conuentum S. Mariæ de Prato Campaniani, ſeu Capiniani, Oppidi in Veiis, 16. millenario ab vrbe Roma. Ibique ſepultus, magna in veneratione eſt habitus. Illius meminerunt Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 44. Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig. in præfato Conuentu, qui eſt 20. Prouinc. Romanæ. Erat autem hic ſeruus Dei, profeſſione Laïcus, Wadinghus ſuprà ad ann. 1291. §. 56. Toſſinianus lib. 2. in Prouinc. Romana.

B. Incogniti, Confeſſ. [d]] Agunt de eo Barezzus 4. §. 5.
part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 77. ex Chriſtophoro Moreno, in vita B. Nicolai Factoris. Gonzaga part. ſupra in Conuentu ſancti Franciſci Cheluæ: qui eſt 5. Prouinc. Valentiæ, qui de eo hæc ſubdit. *Egit aliquando huius loci hortulanum pius quidam ac deuotus Religioſus, profeßione Laicus; cúmque*

Pardali

Pardali, quòd ſemina terra mandata comederent, ſibi moleſti eſſent, Deum precatus eſt, vt huiuſmodi paſſeres longè à ſe abigeret; à quo etiam tempore nullus ampliùs ſibi comparauit. Quod cum fabuloſum cuidam Chelſenſium Vice-Comiti, ac præſentis loci Patrono videretur, is rei periculum facturus duas eius generis auiculas puero ſe ſequenti occultè deferendas dedit: cúmque cum loci Guardiano, plurimiſque aliis Fratribus hortum fuiſſet ingreſſus, pardalos dimittere iuſſit, qui tamen mortui comparuerunt. Florebat ſub ann. 1585. Wadinghus Tom. 4. ſup. ad ann. 1389. §. 9.

B. Apoſtoli, Confeſſ. [e]] Oblatus, ſeu Tertiarius cùm eſſet, Apoſtolicam paupertatem, & tolerantiam egregiè imitatus, fragilem, & caducam vitam, in æternam, & immarceſcibilem in cœlis conſeruatam viſus eſt commutaſſe. Mortuus eſt Neapoli, in Conuentu ſanctæ Luciæ, ad ann. 1622. teſte Grauina in *voce Turturis*, parte ſecunda, cap. 24. §. 6.

B. Franciſchinæ, Virg. Abbatiſſ. [f]] Virgo hæc præclara Mediolanenſis, anno 1444. non abſque opinione ſanctitatis. Obiit. Donaſmundus lib. 5. Hiſtor. Mantuan. Wadinghus. Tom. 5. ſup. ad ann. 1444. §. 61. §. 7.

DVODECIMO KALENDAS MARTII.

CHile in India Peruana, Paſſio Beatorum Martyrum [a] quos gladius perſecutoris ad cœlos prouexit. Alexandriæ, in Ægypto, Beati [b] Alexandri, Confeſſoris; ſcientia, vitæque ſanctitate conſpicui. Apud Fortem-venturam, Canariæ inſulam; Beati [c] Ioannis à ſancto Torcaſio, Confeſſoris, qui feruidus Diuini verbi præco, & ſui ſtatus ſuprà modum obſeruantiſſimus atque altiſſimæ Euangelicæ paupertatis cultor exiſtens, innumeris à Deo miraculis meruit exornari. Firmi in Picœno, Beati [d] Ludouici Vrbinatis, Confeſſoris; magnæ ſanctitatis viri. In Carmona Oppido Diœceſis Hiſpalenſis, Beatæ [e] Luciæ Sanctiæ Beocianæ, viduæ: primùm tertij Ordinis D. Franciſci: deindè ſanctimonialis congregationis immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis: quæ perfectione, pietate, ac Monaſtica Obſeruantia claruit.

FEBRVARII XVIII.

§. 1. BB. *Martyr.* [a]] Hi omnes crudeliter necati ſunt ann. 1598. à Chilenſibus à fide Apoſtatis: qui nec Conuentibus fratrum, vel rebus ſacris parcentes, omnia depopulati ſunt, inter hos autem BB. Martyres, cuiuſdam fratris Laici Conſtantia emicuit, quem famis inedia conſumpſit. Vti ſcribit Daça. 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 59. ex Monumentis MSS. Prouinciæ Chilenſis.

B. Alexandri, Confeſſoris, [b]] Ex Alexandria Inſu-
§. 2. briæ ciuitate oriundus erat; Guardianus Sacri Montis Syon, non procul ab Hieruſalem, extitit: ſcientia ac vitæ ſanctimonia multùm illuſtris. Obiit ann. Chriſti 1478. vt colligitur ex Marco Vlyſſiponenſ. ſup. parte tertia, libro ſexto, capite 32. Alius eſt, vt puto, ab illo Beato Alexandro, Pariſienſi Doctore; cuius meminit. Wadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1233. §. 44.

B. Ioannis à ſancto Torcaſio, Confeſſoris, [c]] Diu vi-
§. 3. xit in Canaria, apud Inſulam cognomento, *Fortisventuræ*, (vbi Conuentus adeſt ſancto Bonauenturæ dicatus, qui eſt primus Prouinc. Canariæ) miro ſanctitatis exemplo, Chriſti fidem Infidelibus huius Regionis magno zelo prædicans. Ibi diem clauſit extremum ann. 1485. cuius ſacrum corpus honorificentiſſimè conditum, poſt aliquot annos indè tranſlatum eſt in ſepulchrum de nouo erectum, quo tempore maximum, & ſuauiſſimum exhalauit odorem. Caput eius ſub altari maiori locatum eſt. Pars verò reliquiarum alibi delata, ingenti veneratione colitur. Scribit de eo Marcus Vlyſſiponenſ. lib. 5. cap. 2. & lib. 6. cap. 41. ſup. Item Gonzaga part. 4. ſup. in præfato Conuentu: *Eſt nihilominùs* (inquit) *Canarienſibus commodatiſſimus, venerabiles ab ſineres B. Patris Ioannis Torcaſii, qui ad principis huius Conuentus Sacelli dexteram lignea arca reconduntur. Fuit ſiquidem B. is Pater indefeſſus Diuini Verbi præco, ſui ſtatus ſuprà modum obſeruantiſſimus, atque eximius Euangelicæ paupertatis cultor; quamobrem innumeris à Deo Opt. Max. miraculis decorari meruit. Nam, & Epilenticis, & febricitantibus opportunè adeſt; & alios diuerſis infirmitatibus laborantes è mortis faucibus eripuit. Præterea cùm ex eminentiori cuiuſdam montis parte, in profundiſſimum Fluuium fortè fortuna lapſus, per tres integras horas ſub aquis delituiſſet, illæſus omninò, genuflexus, atque orationi intendens, à ſe quærentibus inuentus fuit. Eius cor, inter ſacra illius celebris Monaſterij, quod Philippus II. Hiſpaniarum Rex Patribus Hieronymitis, ſub inuocatione B. Laurentij, ad vigeſimum lapidem ab Oppido Madrito ædificandum curauit, religioſiſſimè aſſeruatur.* Erat hic (antequam Canariam peteret cum S. Didaco. ann. 1444.) Conuentus Sancti Franciſci de monte (apud Andaluziam, quinque Leucis à Corduba diſtantis,) alumnus; Vide eundem Gonzagam part. 3. in Conuentu Sanctæ Eulaliæ Marchenæ, qui eſt 7. Prouinc. Bæticæ, & Barezzum infrà lib. 3. cap. 48. lib. 4. cap. 17. Wadinghus Tom. 4. ſup. ad ann. 1397. §. 12. & Tom. 5. ann. 1428. §. 10. 1441. §. 53. & 58. Item Tom. 7. & ann. 1485. §. 6.

B. Ludouici, Conf. [d]] Hic magna cum ſanctimoniæ §. 4.
fama, ad cœlos euolauit ann. 1560. quippè, qui ex Obſeruantina familia, inter primos, ad Patres Capucinos accedens, humilitate, abſtinentia, vitæ auſteritate, altiſſimæ paupertatis cultu, & prædicationis zelo, potiſſimùm floruit. Vide Bouerium Tom. 1. Annal. Capucinor. ad 1560. §. 9. ex MS. Prouinc. Marchiæ.

Digitized by Google

§. 5. *B. Luciæ Sanctiæ, Viduæ, &c.* [e]] Immaculatæ Conceptionis Sanctiſſ. Virg. Mariæ deuotiſſima erat, quare, cùm vir eius ex hac vita migraſſet, grata mulier, quicquid hæreditatis vnico communi filio obueniebat, ſibi contulit, ac propriam domum, in Carmonenſibus ſuburbiis ſubſiſtentem, annuente Leone X. Pont. Max. ex bonorum reſiduo, in Monaſterium Sanctiſſimæ Conceptionis ſacrum euexit, & à Monialibus Ordinis eiuſdem immaculatæ Conceptionis inhabitandum curauit; & illud ſub habitu Tertiariarum ſororum Seraphici Patris S. Franciſci, cum quibuſdam aliis eiuſdem inſtituti religioſis anno Chriſti 1513, ingreſſa eſt. Contradicentibus verò ſibi quibuſdam conſanguineis, atque vniuerſo Carmonenſi Clero, non paucas difficultates atque moleſtias eſt perpeſſa. Quibus tamen prudentiſſimè, atque patientiſſimè ſuperatis, poſt triennium elapſum, nempè anno Domini, 1516. ipſa ſimul cum aliis ſuis ſequacibus, & clauſuram ſolemniter profeſſa eſt, & ſanctiſſimæ Conceptionis habitum, antiquiori relicto, induit: Diuque ibi ſuperuixit pietate, vitæ perfectione, atque magno ſpiritus feruore reſplendens. Quæ tandem multis bonorum operum meritis cumulata, ſancto fine quieuit in Domino. Illius facta præclara commemorant, Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro primo, capite vigeſimo quarto, poſt R. P. Gonzagam part. tertia ſup. in prædicto Monaſterio, quod eſt 9. Prouinciæ Beticæ, Valerianus de BB. Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 4.

VNDECIMO KALENDAS MARTII.

IN Luſitania, Beati [a] Antonij à Santareno, Confeſſoris; qui litteris, & oratione ac ſignis quamplurimis eluxit. Oſſemij in Germania, Beati [b] Ioannis, Confeſſoris, miraculis clari. In Picœno apud Sirolum, Anconitanæ Diœceſis Pagum, Beati [c] Petri à Monticulo, Confeſſoris; qui fama ſanctitatis, & prædicatione emicans, ingenti etiam orationis feruore, ac miraculorum gratia fulgebat. Apud Netinos in Sicilia, Beati [d] Conradi, Confeſſoris, Tertiarij; qui generis nobilitate, ac virtutum ſplendore niteſcens; Prophetiæ dono, atque creberrimis miraculis in vita, & poſt mortem nunc vſque coruſcat. Lorcæ, In Territorio Carthaginenſi, Beatæ [e] Franciſcæ Pontię, Virginis; quæ Tertiariarum ſumpto habitu, virtutibus ac miraculis refulſit.

FEBRVARII XIX.

§. 1. BEati *Antonij à Santareno, Confeſſor.* [a]] Luſitanus erat, ex oppido Santareno ortus, Olyſſiponenſis Diœceſis, nobilibus parentibus natus. Is cùm nobilem quandam iuuenculam ardenter amaret, eique blandiretur, ab ea ſemel per ludibrium audiuit petendum ſibi forè Fluuium Iordanum, vt eius lymphis ablutus, candidior tandem fieret, ſi ſibi connubio iungi vellet. Cui ille obtemperans, & Iordanem petiit, & hauſtam ex eo aquam, in Portugalliam reuerſus, Amaſiæ in ablutionis ſignum obtulit. Quæ amoris conſtantiam ſummoperè admirans, ipſum in proprium virum accepit. Ea tandem non ita poſt multùm temporis vita functa, Antonius qui, & nobilis omninò erat, Franciſcanum habitum ſolemniter induit; tantaque ęmulatione, litteris atque orationi incubuit, vt breui in virum doctiſſimum, Deoque carum euaſerit; ita vt mulierem pertinacem, quæ nullis precibus, vt alteri reconciliaretur, impelli potuit, Satanæ in carnis interitum ab eo traditam, è veſtigio peſſimus Genius inuaſerit: & plurimi carceribus mancipati, dùm ab eo conſolationis ergò viſitarentur, diuina ope, ad eius preces, liberati è præfatis locis ſint. Ita ſcribit Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic Minor. lib. 4. cap. 17. ſub anno Chriſti 1278. quem ſequitur Gonzaga 3. part. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu Sancti Franciſci Santareni, qui eſt 6. Prouinc. Portugalliæ, ſed vocat eum Rodericum, non Antonium. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1268. §. 8. & ann. 1270. §. 35.

§. 2. *B. Ioannis, Confeſſ.* [b]] Vir fuit deuotiſſimus, quem in vita, & poſt mortem dedit Deus miraculis glorioſum: cuius corpus requieſcit in Conuentu Oſſemenſi. Agunt de eo Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. in Fratribus Minor. Prouinc. Saxoniæ, ſanctit. illuſtrib. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. & 3. part. in Prouinc. Saxoniæ. Wadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor.

B. Petri à Monticulo, Confeſſ. [c]] Socius fuit B. Conradi ab *Offida*, ſingulari deuotione ferebatur erga ſanctos Angelos, & præcipuè Michaelem Archangelum illorum Anteſignanum ac Ducem: ideóque Quadrageſimam ipſius D. Michaëlis ieiunabat: vltima verò die ieiunij, Eccleſiam ingreſſus, totum tempus in oratione complebat. Qui ſemel loquens cum S. Michaële Archangelo auditus eſt; quia propter me (inquiebat Archangelus) multùm laboraſti, nimiumque te afflixiſti, nunc ad conſolationem tibi largiendam veni; pete à me, qualemcumque fauorem volueris; à Domino obtinebo. Cui B. Petrus, nullam aliam gratiam à te efflagito, quàm vt à Chriſto meorum omnium veniam peccatorum impetres. Quod & D. Archangelus promiſit adimplere: vndè B. Petrus omninò conſolatus remanſit. Obiit præclarus meritis, ſepultuſque eſt in Conuentu Sancti Franciſci Siroli, qui eſt duodecimum Prouinc. Marchię. Hæc ſcribit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 6. cap. 30. ſub. ann. 1304. ex Chronic. Antiquis. Item lib. 5. cap. 28. §. 2. & cap. 27. & lib. 6. cap. 27. §. 2. B. Bartholomæus Piſanus lib. 2. Conformit. fruct. 4. & 7. part. 2. Item lib. 3 fruct. 3. part. 2. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. & lib. 2. in Generali 4. Wadinghus ſup. ann. 1289. §. 27. 1292. §. 26. 1294. §. 6. & Tom. 1. ad ann. 1215. §. 24. Picquetus ſupra. §. 3.

Hîc

§. 4. Hîc tamen enucleanda veniunt, quæ à Gonzaga minùs piè videntur dicta, ſic enim ait, part. 2. ſup. in prefato Conuentu Siroli. *Hoc igitur in loco diem clauſit extremum venerandæ ſanctitatis Pater Petrus à Monticulo, (vulgò Montechio) qui à circum-vicinis populis vt ſanctus colitur, & habetur; diciturque plurima edidiſſe miracula. Hocque aſſerere videtur ſequens Epitaphium primo altari præcipuam Eccleſiæ portam ingredientibus, templique dextram tenentibus occurrenti inciſum, videlicet; hic iacet Beatus Petrus de Monticulo. Quod tamen cum illis aſſeuerare minimè auſim, cùm debito teſtimonio careant. Quicquid tamen ſit, aliorum eſto iudicium, non meum.* Quibus in verbis apertè intendit illuſtriſſimus Antiſtes, ſe quodammodo dubitaſſe de multitudine miraculorum ab ipſo B. Petro editorum: quæ à circumuicinis populis fortè illi erant recitata, non autem de eius ſanctitate. Nam quòd illam haud in dubium verterit, teſtantur clariſſimè, tum præfata ipſius verba, tum ea, quæ iam antea retulerat part. 1. vbi de BB. viris huiuſce Ordinis. *B. Petrus à Monticulo, iacet in loco Siroli, in Picœno.* Sic enim abſque vlla hæſitatione recenſet eum inter cœlites Religionis Seraphicæ, non abſque ingenti ratione. Etenim, vt talis, ab ipſius ſtatim fœlici tranſitu, magno honore veneratus eſt. Illud confirmatur ſæpius à B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtr. Prouinc. Marchiæ. *In Sirolo* (inquit) *iacet ſanctus Frater Petrus de Monticulo; qui fuit viſus in aere leuatus, à Fratre ſeruo Dei de Vrbino, tunc Guardiano in loco antiquo de Ancona, vſque ad pedes Crucifixi poſiti in alto, per quinque, vel ſex cubitos à pauimento Eccleſiæ.* Itē fruct. 11. part. 2. ibid. ait *Locū de Ancona nouū: ſed in antiquo loco, ſanctus Fratrer ſeruus Dei de Barbino, vidit Fratrem Petrū de Monticulo, per ſex cubitos in aere leuatum, vſque ad pedes Crucifixi.* Item, *Locum de Monticulo; de quo fuit Frater Petrus, fama ſanctitatis, & prædicatione excellens,* Item, *Locum Siroli: in quo quieſcit dictus Frater Petrus de Monticulo.* Eadem prorſus ſcribunt Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. & alij ſupra.

§. 5. *B. Conradi, Confeſſ.* [d]] Placentiæ nobili genere natus eſt: & nonnunquam matrimonio iunctus, cuius vxor, cùm ſacrum velum ſumptura Placentiæ manſiſſet: ipſe peregrè profectus eſt, & Franciſcani Ordinis qui Tertiariorum dicitur, aſſumpto habitu ann. 1315. Romam peruenit ædes ſacras viſitaturus. Mox in Siciliam traiiciens, apud Netinos diuerſatur: ibique ſummis virtutibus, & pœnitentiæ operibus intentus, ſanctiſſimam vitam per annos quadraginta duxit. Migrauit in cœlum ann. 1351. miraculis adeò creberrimis emicuit; vt propterеà Summi Pontifices Leo X. & Paulus III. feſtiuam ipſius diem, quotannis celebrandam permiſerint, tum apud Netinos, in Sicilia, tum Placentiæ in Æmilia; ſed ex conceſſione Vrbani VIII. per ſuum Breue, datum Romæ, die 13. Septembris ann. 1625. Pontif. ann. 3. quod incipit. *Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* agitur ſolemnitas in toto Ordine Minor. ſub ritu ſemiduplici, habetque lectiones 2. Nocturni (quod nulli alteri BB. eiuſdem Seraphici Inſtituti accidit) proprias, ex ipſo ſanctorum Eccleſiæ Placentinæ ordinario, prout liquet ex libello Neapoli impreſſo, ex Typographia Ioannis Dominici Roncalioli ann. 1626. Agunt de eo Breuiaria Noua Eccleſ. Placentinæ & Netinorum, atque Fratrum Minor. Antonius de Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ordin. Vincentius Littarus Conradiadem, geſta ipſius verſibus continentem, compoſuit. Wadinghus tom. 3. ann. 1315 §. 21. & ſeq. Item Tom. 4. ad ann. 1351. §. 22. &c. Latiùs de eo ſcripſit ex Fazelo de Rebus Siculis, Decad. 1. lib. 4. cap. 2. Maurolico, ibid. lib. 1. Antonio Venuto, Hieronymo Apulo, & Petro Maria Campo, in vita eius. Daça, in 4. part. Chronic. Minorum, libro tertio, capite 37. Ferrarius. In Cathalog. SS. hac die: vbi ait: eum fuiſſe ex nobili *Landorum* familia oriundum. Item. In noua Topographia ad Martyrologium Roman. verbo. *Neatum, & Placentia.* Thielmans. Tom. 1. & 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Brautius. In Martyrolog. Poëtico. Bzouius. Tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1351. §. 24.

B. Franciſcæ Pontiæ, Virg. [e]] Tertianæ habitum
ſumpſit in Monaſterio Sanctæ Annæ Lorceæ, vnà §. 6.
cum matre ac ſorore; vbi tantoperè in omni virtutum genere profecit vt maximę ſanctitatis ſpecimen euaſerit, morienſque ſignis, & miraculis coruſcauerit. Agunt de ea Gonzaga. 3. part. ſup. In præfato Monaſterio, quod eſt 12. Prouinciæ Carthaginenſ. Barrezeus. ſup. lib. 1. cap. 30. ſub ann. 1520. Valerius. cap. 6. lib. 4. ſup.

DECIMO KALENDAS MARTII.

IN Picœno, Beati [a] Nicolai à Francia, Confeſſoris; eruditione clariſſimi; qui ex Gallia in Italiam profectus; ibidem virtutum laude ac Religionis perfectione, donoque lachrymarum, fuit inſignis. Garacici in Canaria, Beati [b] Michaëlis, Confeſſoris; qui humilitate, charitate, oratione atque paupertate celeberrimus, miraculis quoque coruſcauit. Apud Chichimecas Indiæ Occidentalis populos, Beati [c] Hyacinthi à ſancto Franciſco, Confeſſoris; qui plurimis virtutibus decoratus; tum Indis, tum quoque Hiſpanis benè viuendi operandique exemplar extitit, (quorum Indorum Infidelium ingentem numerum ad Chriſti fidem adduxit) & ibidem ſancto fine quieuit. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [d] Amatæ, Virginis, ſanctæ Claræ Virginis cognatæ, & diſcipulæ; quę puritate, & innocentia vitę, ac feruenti amore in Chriſtum ſponſum excelluit.

Digitized by Google

FEBRVARII XX.

§. 1. BEati Nicolai à Francia, Confeſſ. [a] Gallus erat Natione, Gallorumque Doctiſſimus ac Prædicatorum ſui æui diſertiſſimus; qui à Patria procul recedens, vt quietiorem vitam ageret, abiit in Prouinciam Marchiæ, vbi piam ſocietatem iniit cum B. Dominico à *Lioneſſa*; quem in vltima infirmitate ſæpè viſitatione ſua eſt conſolatus. Inibi miram, ſanctitateque olentem, duxit vitæ rationem: optimum quarumcunque virtutum de ſe aliis præbens ſpecimen. Cilicio aſpero ad carnem præcinctus erat; orationi iugiter inſiſtebat; & in Miſſæ ſacrificio copioſum lachrymarum imbrem emittebat. Claruit ann. 1495. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. libro ſeptimo, cap 32.

§. 2. *B. Michaelis, Confeſſ.* [b] Floruit hic apud Canariam inſulam, Laicus profeſſione; obiitque ann. 1554. ſepultus in Conuentu S. Virginis Mariæ de Angelis Garacici, vbi & miraculis clarus in honeſtiori Sarcophago reconditur. Cuius meminerunt Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 59. à Daça, ibid. lib. 1. cap. 31. ex Gonzaga part. 4. Orig. Seraphic. Relig. in prædicto Conuentu qui eſt 6. Prouinc. Canariæ. *Tanta* (inquit) *fuit humilitate præditus, tanta præterea charitate, oratione, atque paupertate inſignis, vt per triginta continuos annos, in culinæ obſequio Fratribus, hoc in loco inſeruire voluerit; nihilque vnquam alicui denegauerit; atque vnico, eoque pauperrimo, per totum eius temporis curriculum habitu contentus; inter orandum raptus, atque à terra in altum abſtractus, quàm ſæpiſsimè viſus fuerit.* Petrus Caluus, in Defenſorio ſacrar. Relig. lib. 2. fol. 296. Grauina in *voce Turturis* parte ſecunda, capite 24.

§. 3. *B. Hyacinthi à ſancto Franciſco, Confeſſ.* [c] Militiæ ſigna ſequebatur, cùm præ labore belli feſſus, ac ſomno oppreſſus, viſione quadam diuina iubetur ſæculo renuntiare, Religionique ſe mancipare, ſi propriç ſaluti conſultum cupiat; quarè imperata exequutus, Minoriticum habitum Mexicano in Conuentu induit, nulloq; pacto cogi potuit, vt ſacerdotum albo aſcriberetur, licet humanioribus litteris præditus eſſet, ſed inter profeſſos Laïcos referri voluit. Non tamen ea propter ſeruus fuit inutilis; nam profundiſſima quadam humilitate, obedientia, paupertate, cum oratione, & charitate coniunctis, dotatus eſt. Fructus prætereà tulit plurimos per annos, idque maxima cum laude, Portarij officio in præfato Conuentu fungens; cùm Infidelium ſalutem maximè ſitiret, iam ſenex omninò, ad Indos quoſdam Chichimicas Zacatecis oppoſitos, ac maximè inimicos, cum quibuſdam tum militibus, tum quoque Religioſis, ſub ann. Chriſti 1560. de Superiorum facultate penetrauit. Cúmque illorum Barbarorum plurimis armorum vi edomitis, apud eos per ſexennium commoratus eſſet, atque non ita paucos ſuis adhortationibus ad fidem conuertiſſet; eo in oppido, quod Nomen Dei nuncupatur, anno Domini 1566. diem clauſit extremum, ac Minoritico in iſtius Cuſtodiæ ſancti Franciſci Zachatecas, Conuentu ibidem extructo, ſepultus eſt. Eius ſacrum Corpus forte fortuna poſt annum exhumatum, vt ad aliud honeſtius ſepulchrum transferretur; integrum omninò, illæſum, atque ſuauiſſimè redolens apparuit. Quod & in cauſa extitit, vt tum ab Indis, tum quoque ab Hiſpanis veneratione in poſterum haberetur. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in Prouincia S. Euangelij, vbi de Cuſtodia Zacathecas. Barezzus part. 4. ſupra lib. 4. cap. 36. Daça, ibid. lib. 2. cap. 29. Rapinæus, in hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 372. & 373. Marianus libro tertio, capite 22. Salazar. lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 21.

B. Amatæ Virginis, [d] Cognata erat S. Virginis Claræ, ad cuius preces, ſçculi vanitates abiiciens, Chriſto ſponſo ſecum ſeruiuit, in ſuo Monaſterio ſancti Damiani; ipſius enim ad amuſſim heroïcarum imitata eſt veſtigia virtutum, magna cum ſanctitatis perfectione. Tanta puritate, & innocentia vitæ pollebat quòd meruerit Chriſtum cernere, moribundæ ſanctç Clarç Virgini occurrentem, ipſa B. Virgine dicente ſibi: nonne filia, vides hîc iuxta me, cœli Regem, gloria coronatum? ſtatimque aperti ſunt oculi ſororis B. Amatæ, & cœleſtem ſponſum conſpexit: cuius intuitu, feruentior in eius obſequium euaſit. Itaque in bonis operibus iugiter perſeuerans, paulò poſt tranſitum Sanctç Clarç Virginis, obdormiuit in Domino, ſepultaque eſt Aſſiſij in eius Monaſterio. Scribunt de ea Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 26. & part. 2. lib. 1. cap. 53. ex Mariano. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. §. 65. Item Tom. 2. ann. 1254. §. 38. ex Mariano in Appendic. lib. 1. & proceſſ. Canonizat. Sanctç Clarç Obiit ann. 1254. ſeu 1255. Valerianus de BB. Fœmin. Ord. Minor. libro ſecundo, cap. 11. Salazar. lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 21. Thielmanſ. Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 4.

NONA

Digitized by Google

NONO KALENDAS MARTII.

MAſſiliæ, Beati [a] Hugonis à Digna, Confeſſoris, vita ſublimis, & efficaciſſimæ doctrinæ: qui ſpiritu Prophetico, ac miraculorum gloria emicuit. Antuerpiæ, Beati [b] Cornelij à Zirichzea, Confeſſoris; qui eximia vitæ ſanctitate præditus, Reformationem Regularis Obſeruantię Franciſcanæ familiæ in Scotiæ Regnum primus inuexit; pluresque ibidem Conuentus extruxit, ac miraculis tum in vita, & poſt mortem claruit. Guadalfagiaræ, in Xaliſcis, apud Indos Occiduos Nouæ Galleciæ, Beati [c] Hieronymi à Cruce, Confeſſoris; pietate, ac charitate, zeloque ſalutis animarum inſignis. In Montilia Hiſpanię Oppido, Beati [d] Bartholomæi Guadalupenſis; qui innocentię, virtutibuſque cæteris ſtudens, diuinis etiam contemplationibus atque meditationibus adeò addictus erat, vt inter orandum frequentiùs in extaſim raperetur. Romę, Beati [e] Nicolai à Sardinia, Confeſſoris, patientia, paupertate, ac deuotione conſpicui. Oſcæ In Hiſpania Tarraconenſi, Beati [f] Ludouici Beltrani, Confeſſoris, multarum prærogatiua virtutum celebris. Apud Tordeſillarium, Monaſterium, In Territorio Palentino, Beatæ [g] Ioannæ de Ordas, Virginis.

FEBRVARII XXI.

§. 1. BEati *Hugonis à Digna, Confeſſoris*, [a]] Plenus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus extitit, vita ſublimis, & efficaciſſimæ doctrinæ fuit: ita vt notabilem expoſitionem in Regulam Seraphici Patris D. Franciſci ediderit, & librum de triplici via perueniendi ad Beatitudinem: Itemque, tractatum de Paupertate inter zelatorem paupertatis, & inimicum domeſticum compoſuerit. Obiit Marſiliæ in Conuentu Fratrum Minor. ann. 1285. Dono Prophetiæ illuſtris, cuius ſanctitatem Deus ſignis clarificauit. At, eo Conuentu ob ingruentia bella, ſolo æquato, ſub Rege Franciſco I. circa ann. 1530. erat enim extra mœnia vrbis, alius intra vrbem extruitur, corpus verò B. Hugonis creditur in Cathedralem Ædem, poſt ruinas huiuſmodi Conuentus fuiſſe delatum. Hæc accipe ex B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus. Minor. ſanctitat. illuſtrib. Prouinc. Prouinciæ ſeu S. Ludouici. Codex. MS. S. Victor. Pariſ. ibid. Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 1. §. 1. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. vbi de ſcriptoribus, ac BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 3. in eo Conuentu S. Franciſci Marſiliæ, qui eſt 2. Prouinc. S. Ludouici. Willoto Athenarum Orthodox. Franciſcan. littera H. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. & lib. 2. Wadingho Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1274. §. 15. & 1278. §. 31. 1290. §. 26. Manipulo Minor. in cap. 5. Regul. Franciſcan, Poſſeuin. In Apparatu ſacro.

Digna ſunt conſideratione, quæ recitantur ab illu-
§. 2. ſtri viro, Ioanne *Ianuillæo*, Campaniæ Seneſchallo, ac ſancti Ludouici Regis Franciæ fidiſſimo Comite; dùm ſuo peruetuſto Gallico idiomate, regreſſum præfati D. Regis ab expeditione Tranſmarina in Galliam ann. 1255. deſcribit: claſſis enim Regia appulit circa Lirinenſem inſulam, ad portum *Teres* vulgò nuncupatum; in Maritima Phocenſi Prouincia, quæ omnia ſic Latino ſermone reddidi. *Apud* Yeres *fama habebatur de quodam gnariſſimo viro Cordigero, eam per regionem diſcurrente; qui & vocabatur Frater* Hugo *quem Rex lubenter videre voluit & audire loquentem. Die autem quo* Yeres *aduenit, exiuimus obuiam in itinere, vidimuſque maximam virorum ac mulierum turmam illum pedeſtri labore inſequentem. Cùm verò illuc peruenit, Rex eum prædicare fecit, cuius prima concio fuit ſuper Religionis viris, quos obiurgare cœpit; eo quòd in Comitatu Regis ingens eorum copia habebatur. Dicebatque eos minimè in ſtatu ſaluationis adeſſe, vel ſacras mentiri Scripturas fore; quod à veritate alienum eſt. Aiunt enim Scriptura ſancta, quòd Religioſus extra clauſtrum haud viuere poteſt, abſque quo incidat in plura mortalia peccata: non minùs quàm piſcis, qui extra aquam nullatenùs viuere valet, quin moriatur. Et ratio erat. Nam Religioſi, Curiam Regis ſequentes, multoties vina, cibariaque diuerſa bibunt ac comedunt; quæ non facerent, ſi in ſuis clauſtris degerent. Quare voluptas quam exindè accipient, ad peccandum eos ampliùs inducit, quàm ſi vitæ auſteritatem ducerent. Regi poſtea loqui cœpit, cui & documentum tenendum dedit, quòd ſi diù pacificè viuere vellet, & populi votis obſequi, æquiſſimus eſſet. Dicebatque, ſequidem Bibliam, & alios Sacræ Scripturæ libros, legiſſe: at nuſquam reperiſſe, ſiue inter Principes, viróſque Chriſtianos, ſiue inter Infideles, terram aliquam, aut Dominationem vi tranſlatam fuiſſe & mutatam ab vno Domino ad alium, niſi defectu iuſtitiæ æquitatiſque adminiſtrandæ. Propterea,* (inquit Cordiger) *magnoperè animaduertat Rex; vt quàmprimùm iuſtitiam vnicuique faciat rectè adminiſtrari in Regno ſuo Franciæ; ita vt ad vltimum vſque diem vitæ, valeat optima pace ac tranquillitate gaudere, nene Deus ab eo Franciæ Regnum tollat, magno ſuo dedecore & damno. Rex ſæpiùs fecit eum interpellare, vt ſecum moraretur, quouſque in Prouincia maneret: ſed ſemper reſpondit, quòd nullatenùs in Comitatu Regis adſtaret. Hic Cordiger vna die apud nos manſit; die verò craſtina in montana receſſit. Audiuique poſtea, quòd Maſſiliæ iaceat; vbi ingentia operatur miracula.* Hæc ille Ianuillæus, in hiſtoria ſancti Ludouici IX. Regis Franciæ, teſtis oculatus; qui licet ſtylo ſimplici præfata deſcripſerit, eo tamen, fide ampliori cenſendus eſt. Vvadinghus item tom. 1. ad ann. 1238. §. 31. & Tom. 5. ann. 1424. §.

14. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Vaſſeurus part. 2. Annal. Eccleſ. Nouiodunenſ. lib. 2 cap. 76.

§. 3. *B. Cornelij à Zirichzea, Confeſſ.* [b]] Vt primùm Iacobus I. Scotorum Rex audiuit nouum quoddam Fratrum Minorum de Obſeruantia examen, Duce S. Bernardino Senenſi, in Italia fœliciùs prodiiſſe, atque ad ſuperiores vſque Germanos peruaſiſſe; Prouinciæ Coloniæ Patres datis ad ſe litteris, vt aliquot Fratres, qui vel collapſam apud ſe vtcunque Franciſcanam Religionem priſtino nitori reſtituerent, vel aliquos Conuentus de nouo erigerent, mittere vellent, obnixè rogauit. Quod vt Reuerendus admodùm Pater Ioannes Mahubertus, totius Ciſmontanæ Obſeruantiæ familiæ Generalis Vicarius reſciuit, venerabilem atque eximia ſanctitate præditum, B. Cornelium à *Zirichzea*, natione Batauum, cum ſex aliis ſociis, Eugenio IV. Max. in Scotiam, tantæ Regis pietati morem geſſurus, tranſmiſit. Illi verò Scotorum littoribus appulſi, tale, tantumque ſuæ ſanctitatis atque religionis ſpecimen dederunt, vt intra pauciſſimos annos, nouem Conuentus erexerint. Quorum primus fuit Edimburgi (quæ totius Scotiæ Metropolis ciuitas eſt) extructus, qui tamen, quòd Regia eius ſtructura Franciſcanæ Regulæ aduerſari videretur, ab ipſo B. Cornelio haud acceptus eſt; cùmque in ſententia perſiſteret, à Sede Apoſtolica, interuentu Archiepiſcopi S. Andreæ, totius Regni Primatis, compulſus eſt tandem accipere, atque inhabitare ann. 1447.

§. 4. Reuerſus poſteà in Flandriam, ſanctiſſimè obiit Antuerpiæ, ibidemque eſt ſepultus, quam plurima ſuæ virtutis ſigna poſteritati relinquens: quippè qui vt verum perfectionis iubar cunctis illuxerit. Memoratur à Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in Prouinc. Scotiæ, his verbis. *Ea fuit præfatorum ſex Patrum Cornelij, ſcilicet, atque ſociorũ religio, ea deniquevitæ puritas, aſperitas atque ſanctimonia, vt omnes Scotos in ſui admirationem traxerint, effecerintque quatenùs nihil arduum ſe inconſultis aut attentare, aut decernere præſumerent. Nec mirùm ſanè, cùm humili atque cinericio ſacco induti, pauciſſimis contentarentur: ſacræque lectioni, Diuinorum meditationi, aut Diuinis perſoluendis laudibus perpetuò intenderent: atque ſæcularium conſuetudinem pro viribus vitarent, omnibuſque, dùm opus eſſet, pro modulo adeſſent. Qua etiam de cauſa, eorum plurimi miraculis, tum in vita, tum quoque in morte clarere meruerunt. De horum numero fuere præfatus Pater Cornelius à Zirichzea, qui tandem in Belgium reuerſus Antuerpiæ in Minoritico noſtro Conuentu, cum maxima ſanctitatis opinione, diem clauſit extremum.* Vvadinghus Tom. 5. ſup. 1446. §. 17. & 1447. §. 88.

§. 5. *B. Hieronymi de Cruce, Confeſſ.* [c]] Hic in Bætica Prouincia profeſſus, paulò poſt ad Prouinciam ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli miſſus eſt in Occidentali India: vbi ſaluti animarum iugiter inhians, magnum indè retulit fructum. Ingenti pietate ac charitate præditus erat. Itaque vitæ diſcrimini nonnunquam ſe viriliter oppoſuit, vt pauperculos, miſerrimoſque Indos ab aliquorum Hiſpanorum tyrannide vindicaret: vnde & non aſpernandæ ſibi moleſtiæ ſubſecutæ, quas nihilominùs patientiſſimè tulit, conſtantiſſimèque ſuperauit, ac tandem è viuis hoc in loco excedens, apud Conuentum S. Franciſci Guadalfagiatæ, in Xaliſcis, ſepultus iacet, & tum ab iſtis, tum quoque ab illis, ob eius ſanctitatem, inculpatamque vitam, non ſecùs ac Deo charus habitus eſt. Floruit ann. 1540. De eo agunt Gonzaga part. 4. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 22. eiuſmodi Prouinc. SS. Apoſtolorum. Barezzus lib. 1. cap. 32. lib. 3. cap. 31. Rapinæus in hiſtor. General. Origin. Recollecto. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 375. Marianus lib. 2. cap. 53.

B. Bartholomæi Guadalupenſis, Confeſſ. [d]] Piiſſimus §. 6. inter alios extitit, ſacerdotioque præclarè functus eſt. Adeò autem Diuinis contemplationibus atque meditationibus aſſuetus erat; vt inter orandum frequentiùs raperetur, extaſimque paſſus videretur; adeoque corporali appetitu dominabatur, atque virtutibus clarebat, vt in eo Adamus humani generis Protoplaſtes peccaſſe minimè videretur. Qua etiam de cauſa veternoſum ſerpentem, ignem, conflagrationem, atque omnimodam ruinam Minoritico cuidam Conuentui, cuius tunc ipſe inhabitator erat, ferociùs, importuniuſque minitantem, ſuis ad Deum precibus compeſcuit; & è viuis, in Conuentu S. Laurentij Montiliæ, ann. 1581. excedens inter cœlicolas ab omnibus annumeratus eſt, prout teſtatum reliquit Gonzaga ſup. part. 3. in eo Conuentu Montiliæ, qui eſt 18. Prouinc. Granatenſis, & Barezzus ſup. lib. 7. cap. 43. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1397. §. 12.

B. Nicolai à Sardinia, Confeſſ. [e]] Patientiſſimus fuit in infirmitatibus; paralyſi laborans in tibia, qua §. 7. valdè moleſtabatur, illam tamen æquo ac miti animo ſic ſufferebat, vt nec ea moueretur ad iracundiam, nec de ipſa doleret. Die, noctuque, omnibus horis officij Diuini, lætus, & alacer in Eccleſia aderat, deuotè pſallens, ſemperque pedibus ſuis ſtans. Poſt Matutinas manebat in choro, pernoctans in oratione vſque ad Primam: Sacrum Miſſæ Sacrificium ſingulari pietate celebrabat, ſolitudine gaudebat: iugiter de Deo loquebatur, ſanctam paupertatem maximè colebat, virtutibuſque aliis ornatus erat. Tandem in ſupremum morbum incidit, & munitus Eccleſiaſticis Sacramentis ſpiritum cœlo reddidit: ſepultuſque eſt Romæ, in Conuentu S. Franciſci Reſformator, trans Tyberim; anno Domini 1588. Ætatis ſuæ ann. 48. qui à cæteris Fratribus magno in honore eſt habitus. Barezzus ſup. lib. 8. cap. 86, ex Chronica Bonifacij Bombelli. Rapinæus ſup. Decad. 9. part. 2. §. 2.

B. Ludouici, Confeſſ. [f]] Laicus erat, ſocius B. An- §. 8. dreæ Iuernẽſis (de quo 7. April.) vir pius, & in pauperes mitiſſimus; ſimplex, & abſque litteris; ſed prudentia magna, ac diſcretione plenus. Orationem, & obedientiam ſummè excolebat, tantaque rerum abſtinentia pollebat, vt neque carnem vnquam ederit, vel vinum biberit. Paupertas eius erat incredibilis; ſolo contentus habitu humi cubabat; corpuſque vigiliis, cilicio, ac diſciplinis domabat: omnibus affabilis, & benignus. Itaque ſanctis operibus exornatus, deceſſit è vita, in Conuentu de Hueſca; vbi ſignis claret. Vide Ioannem à ſancta Maria part. 2. Chronic. Prouinc. S. Ioſephi, lib. 4. cap. 24.

B. Ioanna, Virg. [g]] Anno. ibid. ætatis ſuæ 30. In §. 9. Domino obdormiuit B. Ioanna de *Ordas*, omni virtutum genere præclara: cui dum in continuo timore, & memor ſuam operatur ſalutem, indicauit Dominus ſe illi ſemper adfuturum, nec permiſſurum, vt aliquando à ſe diuelleretur per mortalis peccati reatum. Ita monimenta. MSS. Monaſterij 1. Prouinciæ Conceptionis ex quibus Wadinghus. ſup. Tom. 4. ad ann. 1365. §. 12.

Digitized by Google

OCTAVO KALENDAS MARTII.

COenomanis, Beati [a] Electi, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci diſcipuli: qui ab eo, (ob egregias animi ſui virtutes) miſſus in Galliam, Conuentum Minoriticum apud Cœnomanos extruxit, primuſque eius loci Guardianus effectus, ſingulari prudentia, vitę ſimplicitate, & paupertatis Euangelicæ ęmulatione valdè enituit, ac demùm ſpiritu Prophetico clarus, ſancto fine quieuit. Muris in Gallœcia, Compoſtellanę Diœceſis. Beati [b] Arię de Freſno, Confeſſoris: ſummę charitatis, & patientię viri. Cathanæ in Sicilia, Beati [c] Leonis Catanenſis Confeſſoris: Dono curationum, & virtutum ſplendore admodùm celebris. Villenæ, in Territorio Carthaginenſi, Beati [d] Alphonſi Roderici, Confeſſoris; qui oratione, humilitate, atque paupertate, Chriſto Domino placuit, & fœliciter ad aſtra migrauit. Cortonij in Tuſcia, Beatæ [e] Margaretę, Tertiarię; vitæ ſanctitate, ac magnis illuſtribuſque miraculis celeberrimę.

FEBRVARII XXII.

§. 1. BEati Electi, Confeſſ. [a]] Anno 1216. miſſus eſt cum ſocio in Galliam, ad Cœnomanos, à Seraphico Patre S. Franciſco, vbi à Gaufrido Laualenſi, viro illuſtri, Cathedralis Eccleſię Canonico: & à Reuerendiſſimo Hamelino Epiſcopo, gratanter exceptus eſt. Plurimi autem ciuium omnis ſtatus, & conditionis, conſiderantes ipſorum Fratrum vitæ ſimplicitatem, Euangelicæ paupertatis ęmulationem, & viuendi normam planè Apoſtolicam, relicto ſęculo, ſeſe habitu, & vita illis adiunxerunt. Tantuſque ante completum annum 1220. fuit eorum numerus, vt Conuentus, dici mereretur; non à Monaſterij ædificio, ſed à Fratrum multitudinis conuentione. Multiplicato ita Fratrum numero dictus Epiſcopus, & Canonicus, foris propè vrbis muros, locum Monaſterio ædificando ſatis opportunum contemplati, ibidem Conuentum extrui curarunt, ope Reginæ Berengarię, Ioannis Regis Anglorum coniugis, & Beati Philippi ſecundi cognomento Auguſti, Francorum Regis, tunc Cœnomanorum Principis, ann. 1225. quod opus conſummatum eſt ann. 1227. & 1228. anno verò 1232. præfatus D. Gaufridus factus Epiſcopus Eccleſiam conſecrauit, in qua & ſepeliri voluit ann. 1234. quo obiit. Cuius Conuentus Guardianus ſemper extitit præfatus B. Electus, quoad vixit, quippè, qui ſingulari prudentia, morumque honeſtate præditus fuerit, ac litteris optimè eruditus, & ſpiritu Prophetico exornatus. Qui in ſuo tranſitu lætitiæ atque claræ ſanctitatis ſignum dedit. Cùm enim triduò elinguis fuiſſet, recipiens Extremæ-Vnctionis Sacramentum, cœpit vnà cum aliis Litanias recitare Sanctorum; qui alternatim illi apparebant prout nomina eorum recenſebantur. Illiſque ipſe reuerentiam, magna cum cordis lætitia exhibebat; quibus expletis, ſpiritum exhalauit, ſepultuſque eſt in prædicto Cœnomanenſi Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Turoniæ. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. ſanctitat. illuſt. Prouinc. Turoniæ Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ, ibid. Gonzagà 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 3. in prædicto Conuentu. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 1. §. 2. quo eius meminit ſub. ann. Chriſti 1307. quarè, centenario maior obiiſſet, ſi eo anno exceſſit è vita. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Wadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1227. §. 20. & 21. Item tom. 3. ad 1305. §. 5.

B. Ariæ de Freſno, Confeſſ. [b]) Hic vico *Caſtripoli* §. 2.
inter Aſtures nobilibus parentibus ortus, valdè abſtemius & pœnitens fuit: atque pius erga proximum. Anno 1579. deceſſit genuflexus, pſallens, & orans, ex epydimia, quam contraxerat, deſeruiens magna charitate, cuidam confratri Laico, etiam peſte infecto, ſepultus in Conuentu Oppidi Murorum in Gallœcia, qui eſt 23. prouinciæ S. Iacobi, Iuxta Wadinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1432. §. 36. ex Monimentis MSS. dignitate Sacerdos erat.

B. Leonis Catanenſis Confeſſ. [c]) E Maſſanenſi Pro- §. 3.
uincia conſurgit, Laicus profeſſione; cuius vita tanto vitæ ſanctimoniæ ſplendore, totque clariſſimis à Deo miraculis illuſtrata fuit, vt cunctis ad virtutem illuceat: vti videre eſt apud Bouerium Tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1580. §. 34. & ſeq. quo migrauit in cœlum & Gononum in Chron. SS. Deipar. ſæcul. 15. ad ann. 1580.

B. Alphonſi Roderici, Confeſſ. [d]) Ex Caſtella oriun- §. 4.
dus erat, vir præcipuis moribus dotatus, ac maximè deuotus, qui ex Obſeruantium familia tranſijt ad Prouinciam S. Ioannis Baptiſtæ; vt inibi inter Patres Diſcalceatos, purioris vitæ ac Regulæ ſpiritum à Deo acciperet, atque Reformationem ex animo amplecti valeret. Quò peruentus vitam duxit fama ſanctitatis celebrem, cuius bonus odor non ſolùm ad Religioſos, ſed & ſæculares peruaſit viros. Orationi frequentiſſimus erat, Deo gratiſſimus, Chriſti Ieſu amantiſſimus, ſingularique humilitate ditatus. Qui cùm eſſet ſuperior (pluries etenim officio Guardianatus & Diffinitoriatus laudabiliter functus eſt) Fratrum tamen excitator ad Matutinas & Primam, munus diligenter explebat, & pro maiori parte pernoctabat in continuis orationibus; paupertatem ſanctam colebat, cuius rei gratia, Tractatum de Paupertate à B. Ioanne *de Fano* editum, ex lingua Italica (quam maximè callebat) in Caſtellanam tranſtulit. Denique multis aliis eximiis virtutibus præclarus obdormiuit in Domino, ann. 1584. ſepultuſque fuit in Conuentu S. Annæ Villenæ, qui eſt 5. Prouinc. S. Ioannis Baptiſtæ. Mo-

Digitized by Google

moratur à Ioanne Ximeneſio in ſua Chronic. B. Paſchalis Baylonis, cum quo erat ſingulari amicitia adſtrictus. Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 66. Ioanne à ſancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 40.

§. 6. *B. Margareta à Cortona*, [c] Oriunda fuit ex Caſtro Aluiano in Cluſina Diœceſi, pulcherrima facie, ſed laſciuiæ omninò dedita. At prioris vitæ deflens inſtitutum, & ad Dominum conuerſa; cœpit cuncta corporis ac vanitatis cauere oblectamenta, cœpit & piorum fieri deſideriorum receptaculum: ſperans à Domino miſericordiam, quam profluuiis lachrymarum, ex toto corde ſuppliciter depoſcebat. Bonis operibus cœpit etiam intendere; maximè compatiens pauperum neceſſitatibus atque pœnitentiæ viam adamare, petiit à Fratribus Minoribus habitum tertij Ordinis, quem diutiſſimè illi denegarunt; tum ob ſuperioris vitæ memoriam: tum ex inſtabilitate ſuæ iuuenilis ætatis. Verùm ipſa perſeuerante in ſua firma propoſitione obtinuit tandem ab eis, quod ita ardenter concupierat ann 1277. apud Cortonam B. Raynaldo, cuſtode Aretino. Quo facto, nouum, admirandumque vitæ genus aſſumpſit. Nam ſolitarium ſibi locum deligens, abſtinentiis, diſciplinis, ieiuniis, vigiliis, & orationibus continuis vacabat, humi cubabat, pro puluinari lapidè aut lignum capiti ſupponebat, humili veſtitu induebatur, dono lachrymarum abundanter potiebatur. Charitate, & miſericordia in pauperes plena erat: ſibi neceſſaria ſubtrahens, vt illis largiretur. Paſſionem Dominicam iugiter meditabatur: aliorum peccata deflebat vt ſua, ſæpè à Dæmone variis formis ſibi apparente, fuit diuexata, ſed toties à Chriſto, Deipara, & ſanctis Angelis conſolata, & cœleſtibus eorum viſitationibus firmata. In contemplatione rerum Diuinarum magnis illuſtrationibus gaudebat: rapiebaturque in extaſim. Humilitate profundiſſima, paupertate altiſſima, & maximo amore in Chriſtum, miro modo refulgebat. Spiritu Prophetico præuidebat futura, reuelabatque conſcientiarum ac cordium abſcondita. Cortonio obiit ann. 1297. in die Cathedræ Sancti Petri, Antiochiæ, ann. 20. à conuerſione ſua. In vita, & poſt mortem innumeris, iiſque maximis claruit miraculis quæ atteſtata fuere coram Neapoleone Cardinali Vrſino, Clementis V. in Italia Legato Apoſtolico. Eius feſtum 22. Februarij. agitur auctoritate Leonis X. Pap. apud Cortonium; poſteà ex decreto illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. ſuper ſacris Ritibus conſtitutorum, & beneplacito piæ memoriæ Greg. XV. & ex nupertima conceſſione Vrbani Papæ VIII. per ſuam Bullam, quæ incipit, *Cœleſtis aqua Flumen*: Datum Romæ ann. 1625. tertio idus Nouemb. Pontificatus ſui anno 1. celebratur in toto Ordine Minor. ipſius feſtum: Vt patet ex Typographia Ioannis Dominici Roncalioli, apud Neapolim. ann. 1626.

§. 7. Vita eius egregiè deſcripta eſt à Fratre Iuncta Benegnatis, Ord. Minor. ipſius confeſſore; approbata per præfatum Cardinalem Legatum: illius meminere B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 25. & part. 2. lib. 5. cap. 29. vſque 39. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. Fœminis 2. ac 3. Ordinis. Item part. 2. in Connentu Cortonij, qui eſt 2. Prouinc. Tuſciæ illius nomini dicato. Vbi eius ſacrum Corpus aliundè exhumatum ann. 1580. ad nouum ſepulchrum ſibi propè ſummum altare erectum, translatum eſt. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 36. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Legenda antiqua. Marianus lib. 2. cap. 13. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1277. §. 13. & ſeq. 1297. §. 22. &c. Item. Tom. 5. ann. 1433. §. 22. & 23. Algezira in arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Poireus tract. 4. triplic. Coron. Virgin. cap. 4. §. 3. num. 11. Ferrarius in Catalog. SS. Ital. ad 22. Februar. Bzouius Tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1297. §. 18. Brulius lib. 2. Antiq. Pariſ. pag. 525. Syluester Marulus, in Hiſtoria ſacra Relig. Franciſcan. De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ordin. Valerianus de BB. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 5. de Buſtis In Roſario Quadrageſimi part. 2. Serm. 27. part. 2. Villegas. In Flore ſanctor. Syluanus de SS. Hethruriæ. De Torres. In Practic. Exhortationib. ſuper Regul. Tertiarior. fol. 37. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 14. Gononus In Chronic. SS. Deiparæ Virg. ſæcul. 12. ad ann. 1297. Balinghem. In Calendario Virg. Mariæ hac die, & Brautius, In Martyrolog. Poëtico: Vghellus. Tom. 1. Italiæ Sacræ in Epiſcop. Corthonienſ. Odoricus. Tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1297. §. 69. Thielmanſ. Tom. 1. & 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

SEPTIMO KALENDAS MARTII.

Hieroſolymis, Beati [a] Iuniperi, Siculi: quia à Turcis, pro fide Chriſti, igni combuſtus eſt. In Picœno, Beati [b] Petri à Monte Vlmi, Confeſſoris; cuius ſanctitatem crebra per eum miracula antè, & poſt obitum edita teſtantur. In Hibernia, Beati [c] Ioannis à Watfordio, Confeſſoris, ad cuius ſepulchrum curantur infirmi, occiſi reſſuſcitantur, & morbi fugantur. Romæ, Beati [d] Nicolai ab Auximo, Confeſſoris, qui tum eruditione, oratione, & humilitate, tum abſtinentiis, ieiuniis, paupertate, ac zelo ſalutis animarum, celeberrimus extitit. Veſuntione in Gallia, Beati [e] Henrici à Balma, Confeſſoris; qui genere, & ſcientia, virtutibuſque pollens, alta rerum cœleſtium contemplatione etiam donatus eſt. Mediolani, Beati [f] Anſelmi, Confeſſoris; vitæ ingenti perfectione conſpicui. Concæ in Territorio Palentino, [g] Beatæ Franciſcæ à Gueuarra, Virginis.

FEBRVARII XXIII.

§. 1. *Beati Iuniperi Siculi, Martyris.* [a]] Laïcus erat profeſſione, prouinciæ Neapolitanæ alumnus; qui in Paleſtinam traiiciens; loca Sancta viſitaturus, cùm Hieroſolymam aduenisſet, & Meſquitam ingreſſus fuiſſet, à Turcis comprehenſus, primò, caput abſcinditur: deinde igni comburitur, ob Chriſtianæ fidei defenſionem. Ita Ferrarius in catalogo Sanctor. hac die, ex Marco Vlyſſiponenſi. Daça 4. part. chronic. Minor. lib. 3. cap. 48. ad ann. 1557. Salazar. lib. 2. chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 12. Boſius de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 16. ad ann. 1547.

§. 2. *Beati Petri à Monte Vlmi, Confeſſoris,* [b]] Hic vita & miraculis fuit inſignis, atque prædicator eximius: necnon & ingenti perfectione decoratus. Obiit ann. 1330. ſepultus apud locum Penuæ ſancti Marini in Picœno. De eo ſcribunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. vbi de Fratrib. Minor. Prouinc. Marchiæ, ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. chronic. Minor. lib. 8. cap. 22. Gonzaga Orig. Seraphic. Relig. part. 1. in BB. viris eiuſdem Ordinis. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Qui vult Tuderti tumulatum eſſe. *B. Petrus à Monte Vlmi, qui multos ab infirmitatibus curauit, iacet Tuderti.* Hæc ille. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1292. §. 28. tom. 1. ad ann. 1241. §. 22. & tom. 4. ad ann. 1394. §. 7. ex Creſcentio in Dialog. & Mariano lib. 2. cap. 13.

§. 3. *B. Ioannis à VVatferdio, Confeſſ.* [c]] Apud Hibernos ſepulturam eſt adeptus; vbi miracula plurima per eum Deus operatus eſt. Illius meminit B. Bartholomæus Piſanus ſup. vbi de Fratrib. ſanctitate illuſtr. Prouinc. Hiberniæ. Codex. MS. Abba. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 31. §. 2. Gonzaga ſup. Florebat circà ann. 1370. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1240. §. 25. & tom. 4. ad ann. 1379. §. 4. & 1382. §. 5. ex Mariano.

§. 4. *B. Nicolai ab Auximo, Confeſſ.* [d]] Nobilibus ortus parentibus; cùm iam eſſet Doctor in vtroque iure; in viſione admonitus eſt Ordinem Minorum ingredi, quod quidem mox opere compleuit. Nam manè facto contulit ſe in Conuentum Fratrum S. Pauli de Monte iuxtà Bononiam; vbi ann. 1407. habitum Seraphicæ Religionis induit; viliaque ac communia haud dedignatus eſt officia; quin & pro magiſtris, ſummè excepit ſimplices Fratres Laïcos, aut quoſlibet alios, abſque perſonarum delectu. Hinc talem in omni genere virtutum, aſſecutus eſt profectum; vt breui optimus Religioſus, Concionatorque egregius facilè euaſerit. Qualem verò fructum in conuerſione animarum fecerit, minimè valet quis ſufficienter enarrare. Nec mirum: cùm ex maxima humilitate ac charitate, animique feruore, hinc indè diſcurrendo, prædicabat; omnibus pœnitentiam, virtutis amorem; pœnarum acerbitatem; iudiciorum Dei abyſſum, &c. Lectoris munus etiam exercuit, omni cum diligentia & charitate; finita lectione, ad orationem protinùs confugiebat, ſeu meditationi vacabat, intrà nemus, quod ad Conuentum ſpectabat: quo in tempore, ſæpè à terra eleuari, & in extaſim rapi, cernebatur. Zelantiſſimus fuit Euangelicæ paupertatis, abſtinentiis ac ieiuniis carnem edomabat. Hieroſolymitanam peregrinationem, iubente Martino V. Papa ſuſcepit, vt hæc loca ſancta inuiſendo, ſua auctoritate reformaret; quo in munere haud paruos pertulit labores, vexationeſque. Romam regreſſus, in ſupremum morbum tandem incidit; & annorum numero, ac virtutum merito, ſupergrauatus, exceſſit è viuis: & in Ara cœli tumulatur. In cuius fœlici tranſitu, talis, tantuſque odor è ſuo corpore exhalauit, vt cuncta alia mundi odoramenta longè excederet. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 1. cap. 26. 28. 41. & 42. & lib. 3. cap. 41. Item lib. 4. cap. 22. Gonzaga part. 1. ſup. in Fratrib. Minor. doctrina illuſtr. Item in Conuentu 3. 4. & 5. Prouinc. S. Angeli part. 2. Vuillotus Athenarum Orthodoxar. Franciſcan. littera N. magnam etenim ſibi & Religioſo homini ex ſtudiis, & elaboratis ſcriptis peperit laudem. Gneſnerus in Bibliotheca. Poſſeuinus in apparatu ſacro. Vvadinghus Tom. 5. ad ann. 1405. §. 2. & 1427. §. 12. 1434. §. 6. 1438. §. 20. & ſeq 1439. §. 57. 1440. §. 28. 30. 35. 47. 1449. §. 15. Item Tom. 6. ad ann. 1453. §. 21.

Beati Henrici Confeſſ. [e]] Vir fuit magnæ contemplationis & ſcientiæ, Beatæque Colettæ, Virginis (de qua 6. Martij) confeſſarius extitit per annos 34. nempè ab ann. 1405. vſque ad ann. 1439.; quo ſanctiſſimè obiit, ſepultuſque eſt in Capella B. Annæ, Monaſterij S. Claræ, Veſuntinæ vrbis, in præſentia præfatæ B. Colettæ Virg. à Memoratur ab Vlyſſipon. part. 3. ſuprà lib. 3. cap. 4. & 5. Abauillæo Capucino in Hiſtor. Chronol. B. Colettæ ſtatu 2. cap. 8. & ſtatu 3. lib. 3. cap. 3. Fodereto, &c. Authorib. vitæ ipſius B. Colettæ: Firmamento trium Ordinum Minorum tract. 1. in Memoriali Ordin. Franciſcan. ſub 30. Miniſtro Generali. Morliera lib. 2. Antiq. Ambianenſ. in Ioanne Boiſſio LV. Epiſcopo pag. 249. Vvadingh. tom. 4. ſup. ad ann. 1380. §. 18. & 25. & Tom. 5. ann. 1438. §. 39. ac 1440. §. 43. Scripſit, *De triplici via ad ſapientiam*: extat MS. in Bibliotheca San-Victoriana Pariſ. KK. 14. §. 5.

B. Anſelmi, Confeſſ. [f]] Fuit hic Regulæ Obſeruantiſſimus, & perfectione vitæ clarus: cuius ſacrum Corpus honeſtiſſimè iacet ſepultum in Eccleſia Conuentus Minor. S. Mariæ de Pace, Apud Mediolanum. Illius meminerunt Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 20. Prouinc. Mediolanenſis. Barezzus part. 4. chronic. Minor. lib. 1. cap. 27. ſub ann. 1517. & cap. 51. §. 6.

B. Franciſcæ virg. [g]] Charitate ergà infirmas inſignis extitit: cuius hac in re pietatis multa narrantur argumenta. Inuita ad Monaſterij præfecturam aſſumpta, impensè Dominum rogauit; vt ſi illud Abbatiſſæ munus animæ curandæ non impediret, citò ab illo quomodolibet, etiam per mortis compendium, liberaret; ante duos menſes, ann. 1583. carnis ergaſtulum, & violenter iniuncti muneris curas dereliquit; apud Conchenſe Monaſterium, quod eſt 9. Prouinc. Conception. Virgin. Iuxtà Vvadinghum Tom. 5. ſup. ann. 1450. §. 42. §. 7.

Digitized by Google

SEXTO KALENDAS MARTII.

IN Oriente, Beati [a] Antonij de Roſatis, Martyris: qui pro Chriſti fide à Saracenis inter aſſeres per medium ſectus, glorioſa paſſione conſummauit agonem. Apud vrbem Veterem, Beati [b] Seuerini, Confeſſoris: ſumma modeſtia, miraculorumque gratia inſignis. Romæ, Beati Ioannis Baptiſtæ à Leuanto [c], Confeſſoris: qui Vicarij Generalis totius familiæ Vltramontanæ Patrum Obſeruantinorum toties præclarè officio functus, ſanctitate ſingulariter conſpicuus, exceſſit è vita. In Methymna de Pomar, Cantabriæ oppido, Beati [d] Lopetij, à Salinis, Confeſſoris, Fundatoris Cuſtodię, nunc Prouinciæ Burgenſis, in Hiſpania, ac his in partibus regularis Obſeruantiæ propagatoris eximij: qui vita exemplari, paupertate, oratione, & patientia fulgens, ſancto fine quieuit. Antiquæ Mellariæ; in Hiſpania; Beati [e] Ildephronſi, Confeſſoris; humilitate, caſtitate, ac ſpiritu Prophetico, & miraculis non paucis, celeberrimi. In Gallijs, Beatæ [f] Anonymę, Virginis: quæ Illuſtri proſapia genita, & cuncta pro Chriſto deſpiciens, tanto ſpiritus feruore repleta eſt: vt miro modo, mundi, carnis, & Diaboli artes deluſerit ſuperaueritque: ac tandem ſæculo prorſus incognita, cœleſtia petierit cum Agno in ęternum regnatura.

FEBRVARII XXIV.

§. 1. *Beati Antonij de Roſatis, Martyris.* [a]] Mediolanenſis erat, & Martyrio coronatus eſt ſub ann. 1369. cuius meminerunt Marianus lib. 5. cap. 1. Beatus Bartholomęus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. vbi de fratrib. Minorib. ſanctitat. illuſtr. apud Prouinc. Mediolanenſ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 10. §. 1. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 2. in Conuentu ſancti Angeli Mediolanenſ. qui eſt 1. Prouinc. Mediolanenſ. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. in eò. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 14. Vvadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1212. §. 55. & Tom. 4. ann. 1369. §. 10. ex Maurigia in Sanctuario Mediolanenſ. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Salazar. lib. 2 Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 12.

Beati Seuerini, Confeſſ. [b]] Hîc maxima prudentia
§. 2. ac modeſtia fuit pręditus, & miraculorum gloria coruſcauit apud Vrbem-veterem: vti obſeruant Piſanus ſup. fruct. 8 & 11. part. 2. in Prouinc. Romana. Gonzaga part. 1. ſup. Toſſinianus. ſup. Vvadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1236 §. 8. Picquetus ſup.

§. 3. *Beati Ioannis Baptiſtæ de Leuanto, Confeſſ.* [c]] Omni ſanctitate affulgebat, cùm primò electus eſt Bononiæ Vicarius Generalis Patrum Obſeruantin. Familiæ Vltramontanæ, ann. 1455. quam duobus annis gubernauit. Erat autem ipſe Prouincię Genuenſis alumnus. Vicarius Generalis iteratò ab eadem Familia Romæ electus eſt, ann. 1458. quam tribus annis rexit: rurſuſque ad id officium aſſumptus eſt Mantuæ, ann. 1467. præfuitque ann. 2. In cœlum migrauit ann. 1469 ſepultus Romæ honorificè in Templo Aracœlitano. Hic anno 1456 vnà cum B. Marco à *Bononia*, tunc Prouinciæ Bononienſis Vicario Prouinciali, & B. Iacobo de *Primadiciis*, Bononiæ excepit B. Catharinam à *Bononia*, cum ſuis ſequacibus, quæ Ferraria Bononiam venerat: vt inibi nouum Monaſterium fundaret, inhabitaretque. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 60. lib. 4. cap. 36. & lib. 5. cap. 29. Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 1. vbi de Vicariis Generalib. Familiæ Vltramontan. Item part. 2 in Monaſterio Corporis Chriſti Bononienſ. quod eſt 1. Prouinc. Bononienſ. qui tamen in Conuentu Leuantino (qui eſt 6. Prouinciæ Genuæ) vocat eum Baptiſtam à *Talliacarne*, ſicque à *Leuanto* eſſet illi patrium agnomen: à *Talliacarne* verò, proprium gentilitiumque nomen. Toſſinianus lib. 2. hiſtor. Seraphic. Fundamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memoriali Ordinis ſub 37. Generali Miniſtro. Bernardinus de Buſtis in Mariali part. 3. ſerm. 3. part. 3. in fin. Wadinghus Tom. 6. paſſim.

B. Lopetij à Salinis, Confeſſ. [d]] Vulgò nuncupatur §. 4.
B. *Lupus di Salazar*, diſcipulus fuit B. Petri à Villacretio, ac ſocius in reformatione augmentationeque familiæ Obſeruantinæ; cuius rei cauſa, ad Concilium generale Conſtantienſe profectus eſt. Doctiſſimus erat, & ſingulari honeſtate præditus; vitæ aſperitate pollens, altiſſimæ paupertatis zelantiſſimus extitit. Fundator præcipuus Cuſtodiæ, nunc Prouinciæ, Burgenſis fuit, cuius primum Cuſtodem ipſe egit; fundatis in ea octo Conuentibus: vbi fratres miris documentis, & vitæ exemplis; ac ingenti charitate rexit. Nihilominùs, à nonnullis fratribus diuexatus, & grauia paſſus, loca ſolitaria petiit, contemplatiuæ vitæ ſtudioſiſſimus. Quare Conuentum ſanctæ Mariæ de Linaribus, ſiue potius Eremitoriolum, ob eius ſolitudinem atque pauperiem, ipſe veræ paupertatis cultor, ſibi in habitationem delegit; in eoque vltimum perfectionis gradum aſſequutus eſt. Hinc prætereà, niſi ad luſtrandas cæteras ædes, ſibi ex Cuſtodiatus munere commiſſas, raró egrediebatur. Vnde tandem Methymnam *de Pomar*, vt ſecretas Caſtellæ Conneſtabilis confeſſiones exciperèt, profectus; diem ibi clauſit extremum, atque in ſororum Clariſſarum Vrbaniſtarum eiuſdem oppidi monaſterio ſepeliri voluit. Quare ad dextrum ſummi altaris cornu, iuxtà locum ſacro decantando Euangelio deputatum, eius corpus honeſto loco reconditum eſt; opera ac pietate Arenſium Comitum, circà annum milleſimum quadringenteſimum ſexageſimum. Scribunt de eo Gonzaga

Digitized by Google

zaga ſup. parte tertia in Prouincia Burgenſi, & eiuſdem Conuentibus 4. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 22. item in Monaſteriis 5. 6. & 11. ibidem. Præterea in Prouincia Cantabriæ Monaſterio 2. Marcus Vlyſſiponenſis part. 4. Chronic. Minor. libro ſecundo, capite vigeſimo ſeptimo. Speculum Fratrum Minorum tractat. primo in Memoriali Ordinis, folio 69. VVadinghus tom 3. ann. 1318. §. 47. & Tom. 5. ann. 1412. §. 4. 1415. §. 29. 1427. §. 19. 1440. §. 39. 1441. §. 65. & 66. 1447. §. 20. Tom. 6. ann. 1456. §. 159. 250. 251. ann. 1459. §. 37. & 38. Salazar. ſup. lib. 1. cap. 6. & 34. ac lib. 3. cap. 12.

§. 4. *Beati Ildephonſi, Confeſſoris.* [d]] Conuentus ſanctæ Mariæ de Spe, non longè ab Antiqua Mellaria (vulgò, *Fuente Ouejuna*) fuit alumnus: vitæ perfectione ſublimis, ac ſignis refulgens. Qui anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo fœliciter obdormiuit in Domino; ibidem ſepultus, in maxima veneratione ab omnibus eſt habitus. De eo agit Barezzus quarta parte Chronic. Minor. lib. 1. cap. 36. Daça ibid. lib. 1. cap. 35. poſt Gonzagam, qui præclariſſimo Encomio illum ita celebrat: vbi de præfato Conuentu, qui eſt 14. prouinc. Angelorum mentionem facit *Præſenti ſæculo* (inquit) *valedixit hoc in ipſo loco, B. F. Ildephonſus ab Antiqua mellaria, laicus profeſſus; qui licèt humilibus ortus natalibus, atque ſeruilibus, dùm in ſæculo ageret, intentus operibus; humilitate nihilominus, abſtinentia, charitate non ficta, cæteriſque virtutibus illuſtris, clarusque extitit. Cùm enim ex parentum mandato, matrimonio iunctus eſſet, non amplexibus, nec religionis deliciis, iuuenilem ſequutus petulantiam, vacauit; ſed caſtitatem cum vxore, pari mente prædita, perpetuò ſoluit. Ea tamen vita functa, diuino monitus oraculo, Franciſcanam religionem, in qua vſque ad decrepitam ſenectutem ſanctiſſimam vitam egit, ingreſſus eſt. Fuit ſiquidem B. hic in oratione aſſiduus, ſæpiúſque de humani generis hoſte viſibili forma induto, glorioſam retulit victoriam. Præterea tanta fuit diuinorum myſteriorum ſcientia ab alto illuſtratus, vt omnes in ſui admirationem, atque ſtuporem conuerteret. Spiritu etiam prophetico, quo quamplurima prædixit, donatus extitit. Et, vt paucis multa perſtringam, quantæ apud Deum æſtimationis, huius B. F opera fuerint, ſatis ſuperque ex eius miraculis, tum in vita, tum quoque in morte patratis innotuit.* Eadem recenſet Rapinæus in hiſtor general. origin. Recollector. decad. 4. part. 1. §. 7. & Marianus lib. 1. cap. 7. chronic. Reformat.

B. Anonymæ Virg. [e]] Rem admirandam referunt Mathæus Pariſ. de Geſtis Anglor. ad annum 1225. & VVadinghus Tom. 1. ſupr. eod. ann. §. 23. de puella hac, nobili genere orta, in finibus Burgundiæ; quam parentes de poſſeſſionibus non modicis hæredem ſibi conſtituere decernentes, cuidam viro illuſtriſſimo nuptam tradere voluerunt. Quomodo in habitu peregrino aufugiens, Ordinem Minorum aſſumpſerit! Quot tentationes deuicerit! Qualia paſſa ſit incommoda! Quantas denique victorias reportauerit! ac demum glorioſè virginitatem ſuam Chriſto ſponſo illibatam ſeruauerit. 5. §.

QVINTO KALENDAS MARTII.

IN Saxonia, Beati [a] Electi, Confeſſoris: qui multis virtutibus præclatus, fœlix cœleſtia promeruit adipiſci. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [b] Anonymi, Confeſſoris, paupertate, ac mentis in Deum ſinceritate inſignis: qui ab Angelis viſus eſt glorioſè in cœlum deduci. Feſulis in Tuſcia, Beati [c] Clementis à Caponibus, Confeſſoris: nobilitate generis, & humilitate, ac charitate conſpicui. Talabricæ, in territorio Toletano, Beati [d] Ioannis à Spinula, Confeſſoris: qui vita & moribus præſtantiſsimus fuit: & viuus ac mortuus miraculis coruſcauit. Apud Aprutium, in Rhegienſi prouincia, Beati [e] Bonauenturæ à Raticina, Confeſſoris. In India Occidentali apud Ciuitatem Angelorum, Beati [f] Sebaſtiani de Apparitio, Confeſſoris: qui & virginitatem immaculatam cuſtodiuit; & meritis plenus, crebris miraculis nunc vſque refulget. In territorio Abulenſi, Beatæ [g] Annæ ab Areualo, virginis Tertiariæ; quæ patientia, oratione, & abſtinentia, cæteriſque virtutibus exornata, centenario maior, ſancto fine quieuit.

FEBRVARII XXV.

§. 1. BEati *Electi Confeſſoris.* [a]] Hic poſt mortem cum immenſa luce apparuit Beato Ioanni (de quo ſecunda Iunij) Guardianus Kirenſis Conuentus in Saxonia extiterat, iacetque Kiriis, ſecundùm aliquos: at iuxtà alios, ſepultus eſt in Conuentu Lumbergenſi, cuius erat Guardianus. Vide Beatum Bartholomæum Piſanum libro primo Conformitat. fruct. 8. parte ſecunda, vbi de Fratribus Minoribus prouinciæ Saxoniæ ſanctitate illuſtribus. Codicem Manuſcriptum Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marcum Vlyſſiponenſem parte ſecunda chronic. Minor. libro primo capite decimoquinto. Gonzagam Origin. Seraph. religion. parte prima in BB. viris huiuſce Ordinis. item parte tertia; in Prouincia Saxoniæ ſanctæ Crucis, florebat anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo. VVadinghum tomo ſecundo annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum nonum §. nono. Picquetum in Catalog. viror. illuſtr. Ord. Min.

Beati Anonymi, Confeſſoris. [b]] Simplex frater erat, Pariſienſis Conuentus alumnus; qui paupertatis amator, & Chriſti fideliſſimus athleta, cùm eſſet morti vicinus, ab Angelis conſolatus eſt, & maxima claritate circumfuſus, aſcendit illis comitantibus, in cœlum, §. 2.

Digitized by Google

prout vidit quidam Monachus, Deo deuotus; qui propterea Lutetiam profectus, & à Reuerendo Patre Guardiano Conuentus ſciſcitans quid eueniſſet; reperit eadem hora præfatum Beatum Fratrem in Domino obdormiſſe. Lege Marcum Vlyſſiponenſem ſuprà libro quarto, capite octauo, §. ſecundo, ſub annum 1280. quo etiam illic reperies multos alios Anonymos Fratres, qui Pariſiis ſancto fine quieuerunt. *Piſanus* ſup. fruct. 9. part. 2. in 7. notabili, & Vvadinghus Tom. 3. ſup ann. 1337. §. 7. & 8.

§. 3. *Beati Clementis à Caponibus, Confeſſoris.* [c] Ex nobiliſſima *Caponum* apud Florentiam familia traxit originem; fuitque Beati Thomæ à *Scarlino* diſcipulus, profeſſione Laicus, profundiſſima humilitate, & ardentiſſima charitate exornatus: quibus fretus, vilia, abiectioraque exercebat officia; magno cum animi feruore, & diligentia ſæculares, amicos ſiue parentes omninò fugiebat: orationi iugiter vacabat: in qua quamplures gratias variaque dona cœlitùs accepit. Sæpè ab Angelis, à ſanctiſſima Deipara, imò & ab ipſo Chriſto Domino, viſitabatur, diuiniſque conſolationibus ex eorum conſpectibus replebatur. Obiit tandem ac ſepultus eſt, in conuentu Sancti Franciſci montis Feſularum, propè Florentiam, ann. 1478. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 6. capit. 31. Poireus tractat. 3. triplic. coronæ virgin. cap. decimo §. ſecundo, numer. 4. Bzouius Tom. 18. annal. Eccleſ. ad ann. 1472. §. 54. Vvadinghus Tom. 4. ſup. ad ann. 1399. §. 65. & Tom. 5. 1447. §. 39.

§. 4. *Beati Ioannis à Spinula, Confeſſ.* [d] Humilitate, vitæque auſteritate eluxit apud Conuentũ S. Franciſci Talabricæ vrbis, vbi obiit ac fuit tumulatus, miraculis clarus: ſub ann. 1530. Memoratur à Gonzaga part. 3. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 10. Prouinc. Caſtellæ, hiſce verbis: *Sepultus eſt in hoc Conuentu Frater Ioannes à Spinula* (*Hiſpanicè* della Zarzuella) *profeſſione quidem humilis laicus, ſed vita, & moribus longè præſtantiſſimus; qui & miracula, ante, & poſt obitum, feciſſe perhibetur.* Eadem refert Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap 22. ſub. ann. 1532. Daça ibid. lib. 1. cap. 42. Vvadinghus tom. 4. ſup. ann. 1397. §. 15. & in Additionib. ad ipſum tom. §. 28. Gouſſancourt. fol. 193. Martyrolog. Equit. Melit. Salazar lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 12. Gononus In Chronic. SS Deiparæ ſæcul. 14. an. 1475.

§. 5. *Beati Bonauentura, Confeſſ.* [e] Hic à Raticina Thurij oppido, in Rhegienſi Prouincia dictus eſt laicus profeſſione; qui cùm illic ex Obſeruantium familia ad Capucinos migraſſet, omni virtutum ſplendore, & virginitate ſeruata emicuit. Vide Bouerium tom. 1. annal. Capucinor. ad ann. 1575. §. 31. quo obiit ex MS. Rhegienſ.

Beati Sebaſtiani, Confeſſ. [f] Gallœcus erat natione, in Indiam autem traiiciens Occidentalem, habitum ſumpſit in Conuentu Mexicano ſancti Franciſci: exindéque pergens ad Conuentum ciuitatis Angelorum, tanta animi contentione, vitæ perfectioni ſtuduit, vt breui omnium virtutum ſibi conciliarit amorem. Caſtiſſimus erat, virgoque deceſſit, quamuis ante Ordinis Seraphici ingreſſum ter fuiſſet vxoratus. Obedientiæ iugo ſic collum ſubdebat, vti Deo ipſi parere videretur; ſibique viciſſim creaturæ cunctæ vltrò obtemperarent. Mira ſimplicitate, & charitate renitebat; cunctis, ægris, miſeris, & egenis opitulabatur: corpuſque ſuum aſpera caſtigatione ſæpiùs edomabat. Ad vltimum, plenus dierum, & bonorum operum obdormiuit in Domino, hora 8. noctis, hac die, ann. Chriſti 1600. ſuæ verò ętatis 98. Religionis Seraphicæ aſſumptæ 26. Tantis autem miraculis claruit ante, & poſt illius fœlicem obitum; vt nunc proceſſus ſuper futura canoniſatione illius, fiant authoritate Apoſtolica; vti teſtantur Libellus Neapoli editus, apud Typographiam Ioan. Dominici Roncalioli ann. 1626. & Rapinæus in hiſtoria generali orig. Recollector. part. 1. Introduction. §. 4. Vitam eius deſcripſit Torguemada, ex quo Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 37. & ſeq. Cognominabatur de *Apparitio*, ſed propter ingentem eius ſanctitatis famam, vulgò dicebatur de *ſancto Apparitio*. §. 6.

Beata Anna ab Areualo, Virg. [g] Clarebat ſanctitate, ann. 1500. in Hiſpania, apud Monaſterium ſanctæ Elizabethæ Areuali; ſub habitu Tertiariarum Franciſcanarum: quo per centum continuos annos, in ſumma humilitate, patientia, oratione, abſtinentia atque charitate vitam egit, ibique mortem obiens ſepulta eſt. De qua ſcribunt Gonzaga parte tertia ſup. in præfato Monaſterio quod eſt 29. Prouinc. Conceptionis, & Barezzus ſup. libro ſecundo, cap. quinquageſimoquinto ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum trigeſimum quartum. Valerianus lib. 4. BB. Fœmin. Ordin. Min. cap. 31. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1440. §. 45. §. 7.

QVARTO

Digitized by Google

QVARTO KALENDAS MARTII.

APud Bituricas, Beati [a] Maſſæi, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli: qui poſt multa virtutum opera, clarus ſanctitate obdormiuit in Domino. Vlyſſiponæ in Luſitania, Beati [b] Martini à Martinis, Confeſſoris: miræ abſtinentiæ viri: qui feruenti oratione, paupertate, vitæ auſteritate pollens, miraculis etiam emicuit. Nurſiæ in Vmbria, Beati [c] Onuphrij Sarzanenſis, Confeſſoris: qui humilitate, deuotione, atque ardentiſſima charitate præditus, ſpiritu quoque Prophetico; & miraculorum gloria inſigniter effulſit. Muſſiponti in Lotharingua, Beatæ [d] Philippæ à Geldria, Reginæ Siciliæ; quæ ſanctimonialis effecta; humilitate, obedientia, pietate, & Monaſtica obſeruantia admodùm eluxit.

FEBRVARII XXVI.

§. 1. *Beati Maſſæi, Confeſſoris.* [a]] Quis, qualiſue fuerit iſte: vel quando è viuis exceſſerit: non omnes conueniunt. Marcus Vlyſſiponenſis parte ſecunda Chronic. Minor. libro ſecundo, capite vigeſimo ſecundo ſub annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum, vocat eum B. Marcum, ceu Martinum. *In Conuentu* (inquit) *Sancti Franciſci Bituricenſis ſepultus eſt, F. Marcus, Patris Diui Franciſci diſcipulus, Religioſus admodùm ſpiritualis, magnæ perfectionis vir: qui, & in chronicis antiquis, F. Martinus nuncupatur. Ad cuius ſepulturam accidit, quòd quædam perſona ſuprà illam conſidens, audiuit vocem ſibi dicentem; Surge, non enim hoc loco digna es. Cùm aliquando propè ſancti ſepulturam, foderetur terra, vt inibi quidam nobilis humaretur, ligone pedem Beati viri attigit, ex quo, ac ſi viueret, ſanguis profluxit; tunc corpus eius diſcoopertum eſt, & integrum repertum; licet iam à multis annis illic eſſet tumulatum: quamobrem hæc ſignata eſt ſepultura, atque ferro munita; & deinceps magna habetur in veneratione.*

§. 2. At illuſtriſſimus Antiſtes Gonzaga, part. 3. Orig. Seraph. relig. in Cõuentu Salmurienſi, qui eſt 7. prou. Turon. teſtatur ipſum vocatum fuiſſe Maſſæum: hiſce verbis. *Qui quidem conuentus à Templariis primò inhabitatus, tum demùm, his à Regno Franciæ exterminatis, à Fratre Maſſæo Sancti Franciſci ſocio, ſeu contemporaneo, acceptatus, & habitatus fuit. Qui obiit, & ſepultus eſt in ſacriſtia anno Domini* 1280. Hìc etiam recepit Conuentum Bituricenſem recenter erectum ab illuſtriſſimo viro, Domino de Chauuignio: qui anno Chriſti 1270. obiit, ibique ſepeliri voluit. *Quem locum* (inquit) *impetrauit, acceptauitque V. Pater F. Maſſæus, Beatiſſimi Franciſci Patris noſtri ſocius, & contemporaneus, à prænominato Domino de Chauuigny, clariſſimo viro.* Et paulò poſt ſubdit: *Traditione à Patribus diſcimus venerabilem Patrem Maſſæum (de quo ſuprà) Bituigibus, nedum multis diebus habitaſſe, verùm etiam ibi concionatum fuiſſe. Cùmque non conſtet eum diem ſuum ibi clauſiſſe, ac ſepultum fuiſſe; longè veriſimillimũ eſt (quandoquidem non diſcordant temporum ſupputationes) eundem eſſe, quem in ſacriſtia Conuentus Salmurenſis, anno Domini* 1280. *ſepultum fuiſſe commemorauimus.* Sicque idem eſt, qui habitauit apud Bituricas, & qui obiit ac ſepultus eſt Salmuri, ſecundùm ipſum Gonzagam, & Wadinghum Tom. 1. ann. 1228. §. 88. & Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1280. §. 3. ac Choppinum. lib. 2. Monaſtic. tit. 1. §. 36.

Verùm, huic opinioni haud libenter annuimus: imò nonnulla ſunt, quæ nos ab ea recedere compellunt: maximè in his rebus ad Templarios milites ſpectantibus. Nam certiſſimum eſt Templariorum Ordinem deſtructum fuiſſe ſub Clemente V. Summo Pontifice; in Concilio Viennenſi, poſt ann. Chriſti 1310. Cuius ſententiam complexus, Philippus IV. cognomento Pulcher, Rex Franciæ: eos omnes Templarios è Gallia fugauit, & vſque ad internecionem deleuit. Teſtantur hæc omnia, Nangius, Æmylius, Gaguinus, Tillius, Maſſonus, Nicolaus Gillius, Belforeſtius, De Charron, Dupleix: aliique Franci Scriptores in eo Rege præfato. Itẽ ſanctus Antoninus tertia part. Chronic. titul. 21. cap. 1. §. 3. & cap. 3. Volateran. Platina, Cicarelli, Rioche, Ioannettus, Brandius, Laziardus, Quercetanus, Carion, Spondanus, Coiffetellus, in reſponſ. ad myſterium iniquitatis: Genebrardus, Galterius: & alij, in Clemente V. Pap. Si igitur hi Templarij extinctionem acceperunt ſub præfato Papa, qui Pontificatum iniit ann. 1305. quo modo Conuentus Salmurenſis, primò ab ipſis Templariis inhabitatus, tum demùm, his à Regno Franciæ exterminatis, ab eo Beato Maſſæo acceptatus, & habitatus fuerit, cùm ipſe obierit ann. 1280. Templarij verò nonniſi poſt Concilium Viennenſe ann. 1310. è Gallia expulſi ſint? certè hoc nimis à Chronologia aberrat; Vti rectè fatetur ipſe Wadinghus ſup. §. 8. ann. 1280. Aut igitur dicendũ eſt, mendum vitio librariorum, irrepſiſſe: dùm poſuerint ann. 1280. pro 1308. Nam eo tempore, iam Templarij Regno Galliæ deturbabantur: vel fatendum erit (quod verius eſt) hunc Beatum Maſſæum apud Bituricas diem extremum clauſiſſe. anno 1280. ex cuius reliquiis nonnihil poſteà Salmurum delatum ſit, quando, ipſis Templariis expulſis, Conuentus datus eſt Fratribus Minoribus in habitationem: qui fortè ex Biturica illuc conuenerant ad eum locum incolendum. §. 3.

§. 4. Aduerte tamen, hunc alium eſſe omninò diuerſum à Beato Maſſæo Mariano, (de quo 17. Nouembr.) Seraphici Patris Sancti Franciſci ſocio; cuius mentio ſæpiùs in Chronic. Minor. habetur, Aſſiſiique ſepultus eſt. Itaque noſter Beatus Maſſæus obiit, iacet, coliturque apud Bituricas, & propè centenarius exceſſit è vita: quod, & ſæpè aliis eiuſmodi viris, accidiſſe cernimus. Vnde nec mirum videri debet tam longam B. Maſſæo contigiſſe ætatem: cùm diuina quadam diſpenſatione factum ſit, vt complures ex his,

Digitized by Google

qui Diui Franciſci temporibus vixerint, ad longiſſimam ætatem peruenirent: nempe: vt ea quæ oculis aſpexiſſent, didiciſſentque, certa ſcientia, poſteris teſtarentur. Sic de Apoſtolis, aliiſque Chriſti Diſcipulis: ſicque de primis Religionum, & Ordinum fundatoribus, ſeu corum conſociis: vti probè animaduerterunt, Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 9. Octobr. Robertus in Gallia Chriſtiana.

§. 5. *Beati Martini à Martinis, Confeſſoris.*[b]] Hic Beatus Martinus *Martini*, ſeu à *Martinis* nuncupabatur, Frater deuotiſſimus, Laïcus profeſſione: vir magnæ perfectionis, oratione feruentiſſimus, & miraculis inſignis. Tunica nuſquam vſus eſt, ſolo habitu contentus, pane & aqua reficiebatur: corpus continuò aſperis edomabat diſciplinis nocte verò vigil, aſſiduuſque perſiſtebat in oratione. Is ergò cùm ſibi culinæ miniſterium incumberet, atque quadam die, ſæculares aliquot nobiliores cum Fratribus comeſturi eſſent, nihil minùs ab iis, quæ paranda erant, mente reuoluens, ſe aſſuetæ contemplationi dedit. Cúmque V. P. Guardianus ſæcularium ſcandalum pertimeſcens, ſibi iraſceretur, probroque daret, quòd, hora prandij inſtante, nec ignem ſtruxiſſet, nec aliquid præparaſſet: ille clauſo poſt ſe officinæ oſtio, iterum orationi incubuit. Et ecce, dùm minùs cogitat, vehementiſſimus ignis ſe ipſo accenditur; & quæ diſponenda fuerant, Angelorum miniſterio parantur. Quibus tum à ſæcularibus conuiuis, tum quoque à Patre Guardiano, reliquiſque Fratribus, cognitis, maximæ Deo grates obuenerunt. Hæc autem acciderunt apud Conuentum Sancti Franciſci Vlyſſiponenſis: vbi ipſe diem clauſit extremum, & honorificentiſſimè iacet ſepultus. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſis ſup. libr. 4. cap. 20. ſub ann. 1279. ex Chronic. antiq. Gonzaga ſup. in eo Conuentu præfato, qui eſt 1. Prouinc. Portugalliæ. Vvadinghus Tom. 1. ad annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum nonum, §. octauo. Marieta libro decimoſeptimo hiſtor. Eccleſiaſt. ſanctor. Hiſpan. cap. 2.

Beati Onuphrij Sarzanenſis, Confeſſoris.[c]] Eius
§. 6. meminere Marcus Vlyſſiponenſis ſup. part. 3. lib. 3. cap. 31. Gonzaga ſup. part. 2. in Conuentu Annuntiationis Beatæ Mariæ Virg. Nurſię: qui eſt 15. Prouinc. Sancti Franciſci, vbi ſic ait. *In antiquiori præfato Monaſterio diem clauſit extremum, ſepultuſque fuit miræ ſanctitatis, B. Frater Honofrius Sarzanenſis, Laicus, atque Seraphici Patris Franciſci impiger imitator; cui à paupertate, abſtinentia, humilitate, atque ardentiſſima charitate nihil vnquam gratius fuit: quapropter & ſpiritu Prophetico à Deo Optimo Maximo donatus fuit; quo, & multa certiſſimè prædixit, & innumeris tum viuus, tum quoque mortuus, claruit miraculis. Nurſini igitur ciues, qui incredibili in tantum virum deuotione ferebantur, quique ſuas ad Deum preces, eius interceſſione exauditas iri maximè confidebant, ne eius ſacra oſſa profanationis periculo exponerentur, ipſa ex ſpectabilis viri Caroli Saraceni Pontificij iuris Doctoris peritiſſimi, atque Nurſini Epiſcopi Vicarij præſtantiſſimi, conceſſione, ſolemni, coacta proceſsione, religioſè indè exhumata, ad nouum hunc locum tranſtulerunt, honeſtiſſimoque tumulo collocarunt.* Scilicet propè ſummum Altare Eccleſiæ. Florebat circà annum milleſimum quadringenteſimum quadrageſimú quintum. Toſſinian. lib. 2. in Prouinc. S. Franciſc. Wadinghus Tom. 5. ſup. ad ann. 1432. §. 29. & 1448. §. 3. quo obiit. vbi perperam *Narnia* legitur, pro *Nurſia*. Item. Tom. 7. ad ann. 1489. §. 6.

Beata Philippa à Gueldria[d]] Monaſterium ſanctæ §. 7.
Claræ, ſub reformatione Diuæ Colettæ Virginis, apud Muſſipontem ingreſſa eſt, anno 1519. ipſa ſereniſſima B. Philippa, Sicilię Regina, Calabriæ, Lotharingiæ, Geldriæ, &c. Ducíſſa: quæ habitu, & velo aſſumptis, ita generis nobilitatem ſanctitate ſuperauit, vt nulla penitùs religionis officia quamuis viliſſima aſpernata ſit. Obedientia, ac regulari pœnitentia, necnon, & Monaſtica obſeruantia fuit inſignis: pietate, ſingularique diuini cultus perpetuò ardebat deſiderio. Tandem in eo Monaſterio fœliciter migrauit ad Chriſtum: cuius corpus tumulatum eſt intrà ſacellum immaculatæ Conceptionis Virg. Deiparæ dicatum, à ſe extructum in clauſtro ſororum, eiuſque ſepultura, miro artificio ex marmoreis lapidibus, hinc inde fabrefacta, in medio huiuſmodi ſacelli, ante altare, vſque nunc cernitur. De ea ſcribunt Gonzaga ſup. 3. part. in eo Monaſterio, quod eſt 7. Prouinc. Franciæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. cap. 30. Daça ibid. libr. 1. cap. 29. Hilarion à Coſta hiſtor. Catholic. lib. 1. in vita eius pag. 180. & ſeq. Item. In Elogijs Illuſtr. mulier. pag. 591. Thielmanſ. Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Petrus Dauratus, Dominicanus, eius meminit, in Epiſtola dedicatoria ſuorum operum ad Claudium, Guyſium Ducem. Vita eius compoſita per religioſas præfati Monaſterij, dedicata fuit Carolo III. Lotharingiæ Duci. Obiit ann. 1547. ætatis ſuæ 85. Prophetiæ dono clara. Galterius in tabula Chronolog. ſæcul. 16. in ſanctis, & illuſtr. viris. Poireus tract. 4. triplic. coron. virg. cap. 4. §. 5. numero 10. & 17. & tract. 3. cap. 13. §. 3. numero 5. Valerianus lib. 4. BB. fœmin. Ordin. Minor. cap. 6. Wadinghus. Tom. 5. ſup. ad ann. 1431. §. 19. Seruatius de *Lairnels*: In Catechiſmo Nouitior. Tom. 2. lection. 21. Regul. 2. ante med. Chriſtophorus *Merigot*, vitam eius edidit in lucem.

Digitized by Google

TERTIO KALENDAS MARTII.

APud Montem Compatrum, in Prouincia Romana, Beati [a] Raynaldi Reatini, Confeſſoris: vitæ perfectione atque ſanctitate celebris. In Maiorica Balearenſium Inſula, Beati [b] Bartholomęi Catanij, Doctoris ac Concionatoris eximij: necnon maxima paupertate, oratione, ieiuniis, atque vitę aſperitate inſignis: qui primus Maioricarum cuſtodiæ Cuſtos extitit: & ſpiritu Prophetico ac miraculis enituit. Maleti in Inſubria Beati Archangeli [c] à Triuillio, Confeſſoris. Sarinienę, in Arragonia; Beati [d] Michaëlis Moroni, Confeſſoris, qui ſimplicitatem, humilitatemque profundam nactus; oratione, charitate, & obedientia plurimùm excelluit. Florentiæ, Beatę [e] Clarę de Vbaldinis, viduę, Abbatiſſæ: quę nobili exorta proſapia, religione, atque vitę perfectione enituit.

FEBRVARII XXVII.

§. 1. B*Eati Raynaldi Reatini, Confeſ.* [a]] Floruit circa an. Chriſti 1245. Obiitque ſanctitate clarus apud montem Compatrum, Prouinciæ Romanæ. *In dicto loco* (inquit B. Bartholomæus Piſanus) *iacet ſanctus Frater Raynaldus, de partibus Reatinis, vir perfectionis, & ſanctitatis. Hic ambulans iuxtà ciuitatem Reatinam cum Fratre Bernardo ſocio ſuo, & Guardiano, obuiàm habuit quendam cæcum eos ſalutantem, & deprecantem humiliter, vt ſuper eius occulos ſignum faceret crucis. Qui Frater Raynaldus dicti ſocij mandato, eidem crucis faciens ſignum, ſtatim ille cæcus lumen recepit. Poſt modicum deindè ſpatium infirmatus hic Frater ad mortem, cùm multi audita eius graui infirmitate ad cuſtodiendum eum circà tranſitum Fratres conueniſſent: cúmque iam cœlo videretur affinis: cœpit corpus eius ſudore profundi, & apparuerunt in facie eius, & habitu, quaſi flores ad inſtar pruinæ, deſuper concreſcentes. De quo Fratres, qui aderant plurimùm admirantes, ſudorem huiuſmodi extergebant. Sed eodem iterum recreſcente, vſque poſt obitum, in eius corpore perdurauit, & cum eo poſitus eſt in ſepulchro. Qui cùm per triennium quieuiſſet, contigit quendam alium ſanctum Fratrem decedere in eodem loco; in cuius tranſitu tanto odore reſperſa eſt domus Fratrum, & regio circumquaque, quòd de eius anima beatificatione ſignum eis eſſet certum. Hunc in ſepulchro Fratris Raynaldi collocare volentes, aperto tumulo inuenerunt corpus Fratris Raynaldi iam triennio poſitum, ita cancellatis manibus inconſumptum, ac ſi die ipſa eſſet humatum: & cùm mouere ipſum tentaſſent, vt darent locum tumulando, non potuerunt. Sed corpus dicti Fratris Raynaldi, inferiùs deſcendit tanquam viuum, danſque locum Fratri, verſus partem Occidentalem, in fouea ſe erexit; & quandiu ſemel poteſt dici oratio Dominica, ſic permanſit. Itaque videntibus cunctis, tam Fratribus quàm ſæcularibus, qui aſtabant, versùs partem Orientalem ſe ex latere declinauit: ac tamdiu ſic perſtitit, quoadusque corpus alterius Fratris in eadem ſecum fouea clauderetur. Quod videntes Fratres & ſæculares, Dominum laudauerunt*: Hæc ille libr. 1. Conformitat. fruct 8. & 11. part. 2. in fratrib. Minor. prouinc. Roman. ſanctit. illuſtrib. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis parte ſecunda chronic. Minor. libro primo capite vigeſimonono, ex chronic. antiq. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. religion. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus libro 1. Hiſtor. Seraph. relig. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum primum, paragrapho decimoquarto, & tom. 2. ad annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum primum, §. ſeptuageſimo tertio, ex Creſcentio in dialog. & Mariano libro ſecundo, capite decimotertio.

Porrò alius fuit Beatus Raynardus, ſeu Raynerius de Senis, Innocentij IV. Pœnitentiarius, anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto, qui vnà cum Gerardo de Prato etiam pœnitentiario (quos perperàm Bzouius inſcripſit Epiſcopos, necnon Ordinis Prædicatorum alumnos) miſſus eſt ab Vrbano IV. cum litteris Apoſtolicis, ad Imperat. Conſtantinop. Michaëlem Palleologum, anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto: vir quippè ſanctus, ac Prouinciæ Romanæ miniſter. De quo Wadinghus ſup. Tom. 1 ad ann. 1244. §. 12. & Tom. 2. ad ann. 1264. §. 2. Alius item fuit Beatus Raynerius de Marianis, de Aretio: cuius meminit idem Wadinghus ſup. Tom. ſecundo ad ann. 1277. §. 19. & vigeſimo. ex Piſano lib. 2. ſup. fruct. 2. part. 2. poſt med. Alius denique fuit, B. Raynaldus, cuſtos Aretinus, qui B. Margaritam à Cortona habitu tertij Ordinis induit: an verò fuerit idem cum eo Raynaldo de Caſtillione, cuius mentio habetur apud Vadinghum ibid. ann. 1277. §. 19. penitùs ignoro. Poſtremò, refertur ab eod. Vvadingho. ſup. In Additionibus. ad 2. Tom. Annal. §. 11. quidam B. Raynerius, Bononiæ inſignis ann. 1260. necnon miraculorum copia illuſtris. §. 2.

Beati Bartholomæi, Confeſſoris. [b]] Florebant circà ann. 1440. Reformationes in Ordine Seraphico, vnde quamplurimi Conuentuales Franciſcani Patres, tùm in Italia, tùm in Galliis, ac Hiſpania, paupertatem à ſancto Franciſco tantoperè commendatam anhelantes, relictis auguſtioribus Monaſteriis, eorumque redditibus, vel in ſyluas, vel in paupercula tuguriola, ex vili materia conſtructa ſeceſſerunt: vndè regularis Obſeruantia initium ſumpſit. Horum alter fuit doctiſſimus, atque eximiæ ſanctitatis pater, Beatus Bartholomæus Catanius, in ſacra pagina magiſter, necnon concionator diſertiſſimus. Hîc, cùm ſe per aliquot annos, in maxima paupertate, oratione, ieiuniis, & vitę aſperitate exercuiſſet: eaque de cauſa, Balearibus in ſingulari veneratione eſſet, & nonnullos ſibi ſimiles religioſos poſt ſe abduxiſſet; tres Conuentus Maioricæ (quæ vna eſt ex inſulis Balearibus) extruendos curauit. Primum, ad vnicum tantum §. 3.

Digitized by Google

lapidem à Maiorica Balearium Regia, ann. 1444. Alterum, ad 500. paſſus, ab oppido Sollari, ann. 1458. apud Minoricam Balearium inſulam aliam: in cuius Conuentus ſpecu, orationis atque contemplationis ergò ſecedere aſſueuerat. Vltimum, ad 500. paſſus à Mahone, eiuſdem inſulæ Minoricæ oppido, portuque celeberrimo ann. 1459. cui adiacet id ſpecu, in quo ipſe vitam, pro maiori parte duxit, pœnitentiamque egit; quos ſub titulo cuſtodiæ ſumma cum laude ac prudentia rexit. Obiit Maioricæ, in præfato conuentu à ſe extructo: ſpiritu Prophetico, & miraculis poſt mortem illuſtris: cuius corpus honeſtiſſimè tumulatum in Eccleſia, cùm poſt 18. annos ab eius funere elapſos, imputre omninò atque incorruptum à Fratribus inuentum eſſet, ex communi ſarcophago, ad eum locum, vbi nunc reconditur, extitit translatum; vbi magno fidelium Maioricarum Minoricarumque inſularum, necnon Cathaloniæ, pio concurſu colitur. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. tertia parte. ſup. libr. 5. capit. 36. Gonzaga part. 3. ſup. in init. Prouinciæ Maioricar. & in conuentib. 2. 5. 6. eiuſdem Prouinc. Bzouius Tom. 18. annal. Eccleſ. ad ann. 1471. §. 36. à quo *Caſtaneus* cognominatur. Vvadinghus. Tom. 5. ſup. ad ann. 1444. §. 58. 71. & Tom. 6. ad ann. 1459. § 53. ann. 1464. §. 48.

§. 4. *B. Archangeli, Confeſſ.* [c]] Huius ſepulchrum in veneratione habetur in Conuentu S. Mariæ de Gratijs extrà Maletum oppidum, qui eſt 26. Prouinciæ Mediolanenſ. vbi concionator eximius, annos quadraginta eſt ſanctè commoratus Ita MSS. monimenta eiuſdem Prouinc. & Vvadinghus Tom. 7. ſup. ad ann. 1495. §. 64.

§. 5. *Beati Michaëlis, Confeſſoris.* [d]] De eo hæc habet Gonzaga. *Ergaſtulo carnis ſolutus hinc relicto in præſentis loci Eccleſia corpore; idque in florida ætate, ne malitia mutaret intellectum eius, aut fictio deciperet animam illius; ad aſtra migrauit eximiæ ſanctitatis atque religionis Frater Michaël Moronus, laicus profeſſus; cuius ſimplicitas incomparabilis, humilitas profundiſſima, oratio feruens, charitas ardentiſſima, atque obedientia promptiſſima extitere. Quamobrem moriens, maximum tum fratribus tum ſæcularibus, ſui deſiderium maximamque ſanctitatis opinionem reliquit.* Hæc ille, part. 2. ſup. in conuentu S. Franciſci Sarinienenſ. qui eſt 19. Prouinc. Arragon. quem ſequitur Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 25. ſub. ann. 1532.

§. 6. *Beata Clara, vidua.* [e]] Ex illuſtri *Vbaldinorum* familia Florentina oriunda erat, Cardinalis Octauiani de Vbaldinis, magnæ tunc authoritatis apud Summos Pontifices, conſanguinea; & nobiliſſimi viri Galuriæ vxor; ex quo duos ſuſcepit liberos. Viro orbata, cœpit, & mundi auidiùs declinare illecebras. Quare monaſterij Monticelli, ſeu de Monticulo, iuxtà Florentiam, fama permota, diuitiis omnibus ſpretis, contemptiſque teneræ prolis lachrymulis, illud mox intrauit: vbi tanto virtutis ac perfectionis ſtudio operam nauauit, vt cæteris norma eſſet, & exemplum: ſolaque digna iudicaretur, quæ Monaſterium regeret, ad diſceſſum B. Agnetis, ſororis S. Claræ Virgin. Aſſiſiatenſ. ann. 1253. Vexabant vndique, hoc tempore, Florentinos bella, à quibus præfatus Cardinalis timuit ipſis ſanctimonialibus: tranſtulit itaque vniuerſas ann. 1261. in nocte S. Iacobi, ad Monaſterium peramplum, & magnificum à ſe conſtructum, ad portam S. Patrigatolini, aliàs, Romanam, ipſo ducente, omnes numero quinquaginta.

Nouum annis haud multis Monaſterium ſanctiſſimè rexit: donec in ſenectute bona, Eccleſiaſticis Chriſtiano ritu præmiſſis officiis, diem clauſit extremum ann. 1264. cuius ſacrum corpus intrà ſepulchrum marmoreum honorificè conditum eſt, quod nonnulli Eccleſiæ maioris Florentiæ miniſtri dono miſerant; hoc addentes Epitaphium, pro vt illa ferebat ætas, impolitum. §. 7.

Vita præclara refulgens nomine clara.
Norma recluſarum, ſpeculum ſine turbine clarum,
Inclyta cunctarum Chriſti iacet hîc famularum.

Miraculis, tum in vita, tum poſt mortem claruit. Duodecim ab obitu annis eius corpus integrum, recenſque ita repertum eſt, ac ſi triduò tantùm illic iacuiſſet: ſed quòd ad miraculi commendationem accedit, eſt, quod in loculo erectum, veluti ſedens, dexteram eleuauerit in modum benedicentis aſtanti populo numeroſo valdè. Denique anno 2. Pontif. Pij II. ſub Magdalena Bononienſi, Abbatiſſa, tranſlatio facta eſt, ac ipſum corpus iterum repertum vndique ſanum, & integrum: præſente D. Chriſtophoro de Podio I. V. D. Eccleſiæ Bononienſ. Archipreſbytero, & Canonico ac Archiepiſcopi Florentini Vicario generali; cum aliis multis Canonicis, & Preſbyteris. Scribunt de ea Iulianus de Caualina, Minorita; in hiſtoria illius MS. Marianus Florentinus lib. 2. cap. 25. Toſſinian. lib. 2. ſup. Marcus Vlyſſiponen. ſup. lib. 1. cap. 54. Ioannes Baptiſta Vbaldinus in hiſtoria Vbaldinæ familiæ. Vvadinghus Tom. 2. ſup. ad ann. 1261. §. 7. 8. & ſeq. item ad ann. 1264. §. 6. & Tom. 3. ad ann. 1320. §. 3. ex antiquis monumentis. MSS. proſapiæ Vbaldinæ inter Hetruſcos nobiliſſimæ. Valerianus lib. 2. BB. Fœmin. Ord. Minor. cap. 12. Thielmanſ. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

PRIDIE KALENDAS MARTII.

TVſcanellæ in Hethruria, Beati [a] Guillelmi à Cordella, Confeſſoris: qui & zelo ſalutis animarum, & miraculorum gloria reſplenduit. In Sicilia, Beatorum [b] Gandulphi & Hieronymi Confeſſorum. Guadalfagiaræ, apud Xaliſcos in India Occidentali, Beati [c] Danielis, Itali, Confeſſoris: vitæ auſteritate, charitate, & oratione conſpicui. Mediolani, Beati [d] Franciſci à Canobio, Confeſſoris: eximiæ perfectionis viri. Aquilæ in Veſtinis, Beatæ Antoniæ [e] à Florentia, Monaſterii Aquilani primæ Abbatiſſæ: vitæ ſanctitate, ſigniſque admirandis celebris.

Digitized by Google

FEBRVARII XXVIII.

§. 1. BEati Guillelmi, Confeſſor.ᵃ] Hic dùm prædicaſſet in platea ciuitatis Tuſcanellæ, cuidam cæco ad eum accedenti, facto ſigno crucis, viſum reſtituit; toto ſpectante populo. Eadem die, acceſſit ibidem, quidam ſex annis contractus, qui ſigno crucis palàm ſuper eum edito, ſanatus eſt, Deumque laudans ad propria remeauit: his & aliis miraculis, tum in vita, tum poſt mortem claruit, ibique diem vltimum exoluens, traditus eſt ſepulturæ. Florebat circa ann. 1290. Illius mentio extat apud B. Bartholomæum Piſanum. lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Roman. ſanctit. illuſtr. Codex. MS. Abbat. San-Victor. Pariſienſ. ibid. Creſcentium in dialog. Marianum lib 2. cap. 13. Toſſinianum libro 1. hiſtor. Seraphic. Marcum Vlyſſiponenſem ſecunda parte chron. Minor. lib. 6. cap. 30. §. 2. Gonzagam part. 1. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Picquetum in catalog. viror. illuſtr. Ord. Franciſcan. Wadinghum tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1241. §. 16. & tom. 2. ad ann. 1291. §. 72.

§. 2. *BB. Gandulphi, & Hieronymi, Confeſſ.*ᵇ] Hi Siculi erant natione. Patria Agrigentini; qui licèt indocti, virtute tamen conſpicui habentur, quorum acta recenſet Wadinghus Tom. 5. ſup. ad ann. 1418. §. 23. 1444. §. 50. 52. 53. & 1449. §. 16. ex Monimentis & Chronicis Antiq.

§. 3. *B. Danielis, Confeſſ.*ᶜ] Eius Elogium his verbis perſtringit Gonzaga. *Nec ſilentio prætercam, humillimum, atque incomparabili religione præditum, F. Danielem, natione Italum, profeſſione laicum, atque Prouincia S. Iacobi alumnum, qui ob ſingulares eius virtutes, vitæ aſperitatem, morum candorem, ardentiſſimam charitatem, atque fœliciſſimum exitum, ab omnibus iſtius patriæ, tùm Indis, tùm quoque Hiſpanis, vt ſanctus colitur. Nec immeritò ſanè, cùm per 50. eoque ampliùs, annos, ferrea lorica ad carnem indutus, nudiſque pedibus incedens; in perpetua oratione, continua vigilia, atque ſtrictiſſimo ieiunio; Infidelium conuerſioni omninò intentus, Deo Optimo Maximo inſeruierit.* Hæc ille part. 4. ſup. in Conuentu S. Franciſci. Guadalfagiarenſ. in India, qui eſt Prouinc. SS. Petri & Pauli. Eadem referunt Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 31. ſub ann. 1540. Daça ibid. lib. 3. cap. 30. Rapinæus in hiſtor. general. orig. Recollector. decad. 7. part. 3. §. 1. Marianus lib. 2. cap. 53. Chronic. Minor. Reformat.

*B. Franciſci à Canobio, Confeſſ.*ᵈ] Ex Minorum Obſeruantium familia ad Patres Capucinos tranſiens, multam inter eos virtutum laudem conſecutus eſt. Honeſtatis propugnator fuit acerrimus, tamque ſeuerus ſenſuum cuſtos, vt per triginta annorum curricula, quæ in Religione exegit, nullius vnquam mulieris faciem conſpexerit. Abſtinentiam vſque ad extremum ſenium rigidè coluit. Cæterùm vix animo poteſt excogitari, quàm incredibili mentis pietate, ac deuotione proſequeretur horas canonicas, ac ſacroſancta altaris myſteria. Denique ante annum, tempore ſui obitus prænuntiato, in Mediolanenſi Conuentu S. Victoris, mundo valedicit anno 1570. apud Deum perpetuò victurus. Cuius rei illuſtre Deus poſt mortem teſtimonium reddidit: quòd cùm necdùm extructo ſepulchro, illius corpus in cœmeterio, ſub dio humatum fuiſſet, poſt aliquot temporis curriculum, candidiſſimum ac pulchrum ex eo lilium ortum fuit: cuius radicem cùm fratres diligentiùs exploraſſent, eam ipſius ore pullulaſſe cernunt. Ita Bouerius Tom. 1. Annal. Capucinorum ann. 1570. §. 11. & 12. ex Monimentis MSS. §. 4.

*Beata Antoniæ, Abbatiſſæ*ᵉ] Vidua erat, cùm monaſterium ſancti Onuphrij, Florentiæ, ingreſſa eſt, vt inibi Tertiariarum vitam profiteretur, ſub diſciplina B. Angelæ Fulginatis: hinc Fulginium miſſa; indéque Aquilam profecta, primam regulam Sanctæ Claræ, vnà cum ſociis amplexatur, moramque elegit in Monaſterio ſibi à Beato Ioanne Capiſtrano, authoritate Nicolai V. Papæ, collato: cui prima Abbatiſſa præfuit, & obiit, ſanctitate ac miraculis illuſtris ann. 1472. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. 4. part. ſub lib. 5. cap. 44. & 45. & Gonzagam part. 2. ſup. in Monaſterio Corporis Chriſti Aquilano, quod eſt 1. Prouinc. Sancti Bernardini. Toſſinianum, & Valerianum ſup. cap. 33. & 34. Iacobillum de SS. Fulginatibus, in vita Beatæ Paulæ Fulginatis: & in vita B. Angelinæ Corbaræ, 14. Iulij: vbi eam vult è viuis ſublatam eſſe in cœlum die 28. Februarij. Wadinghum Tom. 5. ſup. ann. 1438. §. 7. 1447. §. 90. & Tom. 6. ad ann. 1470. §. 5. ann. 1472. §. 55. & ſeqq. Marianus lib. 5. cap. 19. Thielmanſ. Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 5.

Digitized by Google

MARTIVS.

Kalendis Martij.

LVNELLI in Gallia Narbonenſi, paſſio Beatorum [a] Martyrum Claudij-Gabrielis-Fabri, Guardiani Conuentus ſancti Franciſci illius loci: Animundi; & Ioannis Capucij, eiuſdem Conuentus Vicarij: quorum duo primi, toto corpore pugionibus hæreticorum confoſſi, in altiſſimum puteum ſemiuiui proiecti, atque lapidibus obruti; pro confeſſione fidei animas Deo reddiderunt. Beatus verò Ioannes, ab eiſdem hæreticis per campos interceptus, globis ac ſphęrulis plumbeis crudeliter interimitur. Amalphi, Beati [b] Landulphi Carracioli, eiuſdem vrbis Archiepiſcopi: doctrina, pietate, ac vitæ ſanctitate pręclari. In Apulia, Beati [c] Ioannis, Confeſſoris. Muri-vallis, in Picœno, Beati [d] Alberti à Coſſignagno, Confeſſoris; ſignis admirandis, & meritis eximiis celebris. Apud Pontœſiam, Vilcaſſini oppidum, Diœceſis Rothomagenſis, Beati [e] Ioannis Coigneti, Confeſſoris: quem gloria miraculorum exornat. In Hiſpania, Beati [f] Iacobi, Confeſſoris: qui cùm eſſet primogenitus Regis Maioricarum filius, cunctis pro Chriſto ſpretis; Seraphicum Ordinem profeſſus eſt, & virtutibus cumulatus, ſancto fine quieuit. Apud Lugum Diœceſis Imolenſis oppidum in Romandiola, Beati [g] Bonæ-vitæ, Confeſſoris, Tertiarii: vitę ſanctitate, & crebris miraculis glorioſi. Loulec̨, in territorio Algarbienſi, Beati [h] Antonii Nebriſſenſis, Confeſſoris: ſumma integritate, gratia curationum, & ſpiritu Prophetico conſpicui. Potoſi in Peruano Regno, Beati [i] Gaſpari à Valle-viridi, Confeſſoris. In Tuſcia Beatę [k] Thobię, viduę, Tertiarię. Salamanticæ, Beatæ [l] Mariæ Suarez, Item, viduæ.

MARTII PRIMA DIES.

§. 1. *BEATORVM Martyrum, Claudij, &c.* [a]] Anno 1575. accidit horum illuſtre Martyrium, memoratum à Gonzaga 3. parte Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu ſancti Franciſci Lunelli, qui eſt 19. Prouinc. ſancti Ludouici hiſce verbis. *Anno 1575. primò Pater, F. Claudius Faber, digniſſimus Guardianus, atque diſertiſſimus verbi proclamator, conſobrinuſque Patris Prati, Nemauſi occiſi, ſimilem mortem ſubiit fortiter; nam toto corpore pugionibus confoſſo, in altiſſimum puteum ſemiuiuus, à quodam fratre fuit proiectus, hoc iubente hæreticorum ferocitate, non pauperculi, & timorati fratris voluntate aut liuore: qui tandem proiecto ſuo charo P. Guardiano, ſuper illum ſaucius, fuit etiam ipſe proiectus, & demerſus, ſuper quos, ne elaberentur, magna lapidum congerie, tantorum Patrum occiſa corpora fuerunt obruta. Huic vltimo erat nomen Pater Animundus ex Sabaudia; Pater verò Guardianus erat oriundus ex Briançone, vt pater Pratus. Elapſis aliquot annis, corpus dicti Patris Animundi repertum fuit inter alia corpora, totum recens, atque proprio cruore madidum, non ſine multorum admiratione; ſiquidem, clamat ſanguis de terra. Proiectis igitur Patribus in puteum, totus furor filiorum tenebrarum ad V. Patrem, F. Ioannem Capucium, oriundum de Roüerga, Vicarium meritiſſimum, atque egregium prædicatorem, ſe conuertit, illumque*

adoritur

adoritur armata caterua ſclopetariorum in campis: & globis & ſpharulis miſerè ac crudeliter conſternarunt. *Huic annexa fuit hæc perſecutio atrox, multùmque vniuerſalis.* Eadem referunt Thomas Boucherius in hiſtor. Eccleſ. martyr. obſeruantinor. Franciſcan. Barrezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 7. cap. 11. Daça ibid. lib. 3. cap. 57. Hilarion à Coſta lib. 2. hiſtor. catholic. pag. 366. Fernandus lib. 3. hiſtor Eccleſ. cap. 21. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 2. *Beati Landulphi, Archiepiſcopi, Confeſſ.* [b] Dictus eſt *Carraciolus*, ſeu *Carazulus*, nobilis Neapolitanus, Ordinis Minorum alumnus, Doctor Pariſienſis, B. Ioannis Scoti, Doctoris Subtilis diſcipulus, necnon miniſter prouinciæ Terræ laboris: qui ad Stabienſem Epiſcopatum, in Campania maritima, ſub Archiepiſcopatu Surrentino, aſſumptus eſt, ann. 1326. indè poſteà euehitur ad ſedem Archiepiſcopalem Amalphitanam, Archiepiſcopus 19. creatus ann. 1331. vir ſanè grauiſſimus, doctus ac pius, & magnis muneribus apud Robertum Neapolitanum Regem, & ex commiſſione Ioannis XXII. Papæ, perfunctus. Hic itaque omnibus ſcientiis ad amuſſim exornatus, vitæque ſanctitate conſpicuus, multa ſacra opera compoſuit; chorum ſuæ Eccleſiæ fieri curauit: Chriſti pauperibus ita benignus, vt omnia Eccleſiæ ſuæ bona copioſè diſtribueret, egenſque ipſe ſemper remaneret. Sedit in Pontificatu annos propè viginti, obiitque circà ann. 1350. nomen & laudem aſſecutus docti, pij, ac ſancti paſtoris Quod quidem eius elogium clarè deſumitur, tum ex vetuſto Codice MS. Præſulum Amalphis exſcripto, tum ex regiſtro præfati Regis Roberti, ad ann. 1325. fol. 106. B. Bartholomæo Piſano, lib 1. Conformitat. fruct. 11. part. 2. in Prouincia Neapolitan. Toſſiniano lib. 3. Hiſtor. Seraphic. in ſcriptorib. Franciſcan. Gonzaga ibid. part. 1. ſup. Villoto in Athenis Franciſcan. verb. *Landulphus*. Fazello de Rebus Siculis. Zurita lib. 8. cap. 1. Monarchiæ Neopolitan. Waningho tom. 3. annal. Minor. ad ann. 1326. §. 10. & ann. 1331. §. 6. & 7. 1342. §. 2. ann. 1347. §. 6. 7. & 8. Poſſeuino in apparatu ſacro.

§. 3. *B. Ioannis, Confeſſ.* [c] Floruit ſanctitate, in prouincia Apuliæ: vbi clarus miraculis deceſſit è vita, iuxtà B. Iacobum de Marchia in catalog. SS. Minoritar. & Wadinghum tom. 3. annal. Minor. ad ann. 1305. §. 4. & Tom. 4. ad ann. 1355. §. 4. ex Mariano lib. 4. cap. 12.

§. 4. *Beati Alberti, Confeſſoris* [d] Cognominatur *de Coſſignano* in Piceno, miraculis clarus apud Murumvallis; teſte Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Algezira in arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Minor.

§. 5. *Beati Ioannis, Coigneti, Confeſſ.* [e] Iacet Pontœſiæ, in Neuſtria, ſeu Vilcaſſino Francico: ad cuius merita Deus plura miracula operari dignatus eſt. Vide Gonzagam 3. part. ſup. in Conuentu S. Iacobi Apoſtoli Pontiſarenſ. qui eſt 4. Prouinc. Franc. Pariſienſ. Wadinghum tom. 2. ſup. ann. 1255 §. 22. Daçam part. 4. chronic. Minor. lib. 1. cap. 31.

§. 6. *Beati Iacobi, Confeſſoris* [f] Filius erat primogenitus Iacobi Regis Maioricarum: qui iuuenis Ordinem intrauit circà ann. 1299. in quo ſanctè vixit, & verbo ac vitæ exemplo multum profecit: cuius meminerunt Piſanus ſup. fruct. 8. part. 3. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. chronic. Minor. libr. 8 cap 15. §. 1. Brouſſeus in vita Angeli à *Ioyeuſa* cap. 4. circà fin. Platus lib. 2. de bono ſtat. relig. cap. 26. & Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. relig. de eo illud diſtichon referens cum Gentilitiis inſignibus appenſum.

Sancti etiam Franciſci inopem Maiorica vitam
Mirata eſt Regem te maluiſſe ſequi.

Cuius intuitu, Rex Maioricarum, eo tempore Ordinem Minorum egregiè tutatus eſt, aduersùs eius æmulatores: prout teſtantur Hiſtorici: vndè ſanctus Antoninus 3. part. Chronic. titul. 24. cap. 9. §. 15. ſubſequentia verba appoſuit. *Multi quoque Reges, & Principes Ordinem in tanta tribulatione poſitum adiuuabant in Curia; Rex Franciæ, Rex Caſtellæ, Rex Aragoniæ, Rex Cypri, Rex Maioricarum.* De eo Zurita tom. 2. lib. 6. cap. 37. 57. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1299. §. 9. & tom. 3. ad ann. 1304. §. 13. Bzouius tom. 13. annal. ad ann. 1291. §. 17.

§. 7. *Beati Bona-vita, Confeſſ.* [g] De *Lugo Tardotij* oriundus, à teneris annis, virtutis & pœnitentiæ operibus addictus, tertij Ordinis ſancti Franciſci habitum aſſumpſit. Nullus eo continentior, nullus humilior, nullus in egenos pro ſua conditione liberalior. Sic ſanctæ orationi deditus erat: vt iugiter Deo ſpiritum commendaret; & ſæpè ſæpiùs, quid circà ſe ageretur, omninò neſciret. Ad tantam demùm peruenit vitæ perfectionem, vt per ſignum ſanctæ Crucis quamplurimos curauerit infirmos, ſpiritus malignos ab obſeſſis fugauerit: aliaque ſigna ac portenta viuus & mortuus ediderit: per quæ magnum pietatis & ſanctitatis nomen obtinuit. Deceſſit anno 1375. hac die ætatis ſuæ 37. ſepultus honorificè apud fratres Minores; ſub Altari ſacelli ſancti Antonij, quod ab eo poſteà frequentiùs denominationem accepit. Chorda ipſius magna in veneratione habetur apud illius oppidi incolas; & ſacrum eius caput ſeruatur in ſacrario, in pulchra theca deaurata. Extat eius vita diffusè ſcripta apud Lugenſes. Agunt de eo Toſſinianus ſup. lib. 1. vbi de tertio Ordin. Franciſc. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad an. 1375. §. 42. & an. 1399. §. 48.

§. 8. *Beati Antonij Nebriſſenſ.* [h] Mortem obiit Louleæ, in Conuentu ſancti Antonij Paduani an. 1575. qui ſicut vita & moribus atque virtutibus fuit conſpicuus: ita quoque in morte, miraculis claruit; & ſolo habitus ipſius contactu, infirmi priſtinam ſanitatem ſunt conſequuti: quæ omnia, ex R. Algarbiorũ Epiſcopi mandato, per publicum Notarium authenticè excepta, in Epiſcopalibus eius archiuis aſſeruata habentur. Fuit item prophetico ſpiritu inſignitus, quo & certum ſui obitus diem: & fœlicem victoriam, quam Germanorum Imperator Carolus V. de Archipyrata Ariadeno Ænobarba, propè Tuneti Gulettam, reportauit; multò antè prædixit. Hæc ex Gonzaga 3. part. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 5. Prouinc. Pietatis. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 49. ad ann. 1549. Rapinæo in hiſtor. vniuerſal. orig. Recollect. decad. 8. part. 1. §. 7. Grauina ſup. & Daça cap. 75. ſup. Salazar lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 13.

§. 9. *Beati Gaſparis à Valle-viridi, Confeſſ.* [i] Hunc commemorant Barezzus part. 4. ſup. lib. 4. cap. 37. & Gonzaga part. 4. ſup. in Conuentu Potoſiaco, qui eſt 3. Prouinc. 12. Apoſtolor. Vir vtique fuit omni virtutum genere ornatus, atque ſtrenuus Euangelicæ paupertatis cultor: qui infidelium conuerſioni deſeruiens, plenis affectibus ſaluti animarum erat intentus. Cum maxima autem ſanctitatis opinione, animam efflauit in præfato Conuentu: claruit ann. 1565. Grauina ſup.

Digitized by Google

§. 10. *Beata Tobia vidua, tertij Ordin.* [k]] Hæc illuſtri genere nata, deſponſatur, cuidam nobili viro, Guidoni nomine, ſancti Bernardini Senenſis cognato, ex *Ptolomeorum* clariſſima gente apud Senas in Hethruria; à quo tandem vidua relicta, habitum tertij Ordinis D. Franciſci ex deuotione ſuſcepit, vitam ducens ſanctitate conſpicuam. Nam ieiuniis, vigiliis, obſecrationibus, diſciplinis, aliiſque piis exercitiis iugiter vacans; corpus maceratione edomabat: pauperibus admodùm liberalis, infirmis auxilium præbebat, & ſolamen. Sobria, pudica, miſericordiæ operibus aſſiduè intenta, & cœleſtium pneumatum conſolatione haud deſtituta. Ad vltimum Beata mulier vitæ curſum fœliciter perficiens, anima eius abſque purgatorij pœnis viſa eſt in cælum conſcendere, à ſancto Bernardino Senenſi, cuius aliquando fuerat amantiſſima nutrix: quippè quæ ab obitu matris, ipſum cautè, charè, & piè educauerat. Obiit in die Cinerum; anno Chriſti 1419. De ea agit Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 3. & 12. poſt ſanctum Antoninũ: qui de Diuo Bernardino ſcribens 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 5. §. 3. ſic ait. *Spiritu quoque Prophetico effulſiſſe videtur. Nam cùm Mediolani prædicaret per Quadrageſimam totam, in ipſo die cinerum, congregato populo copioſo, verbum Dei proponeret, vir Dei in extaſim raptus, irreuerberatis fixiſque oculis, iunctis manibus, in cœlum aſpiciens: per aliquod ſpatium firmus & quaſi immobilis permanebat. Populi autem ſtantes attoniti vehementiùs admirantur, & rei exitum taciti expectabant. Poſt aliquandiu ad ſeipſum rediens, qui ſuprà ſe fuerat, ab imo pectoris alta ſuſpiria trahens; cuncto populo, ex teneritudine pariter, & gaudio ingemiſcens, his verbis affatur. Scio, præſtantiſſimi ciues, & qui aſtatis fideles, quia ſtupentes plurimùm facti eſtis ex geſtis meis, & taciturnitate: ſed pandam vobis quod Deo reuelante aſpexi in ſilentio iſto. Hodie dilectiſſima nutrix mea migrauit à corpore, cuius animam vidi ab Angelis aſſumptam ad cœli faſtigium celeriter aſcendentem: vt potè quæ bonis operibus iugiter vacans, perennis vitæ gloriam eſt adepta. Ex cuius verbis dulcis effectus, populus conſolatus eſt plurimùm: & indè deuotio aucta eſt audientium. Illuſtris autem Dux cum cœtu nobilium, ad huius rei veritatem indagandam, ad vrbem Senarum, in qua illa moram trahebat, fidelem celeremque nuntium deſtinauerunt: diem, & horam diligentiùs annotantes. Qui eò profectus ad plenum reperit, prout vir Dei populo prænuntiauerat, illa ſcilicet, die & hora nutricem ſuam ex hoc ſæculo emigraſſe.* Wadinghus Tom. 4. ſup. ad ann. 1380. §. 6. De Sillis in cap. 1. reg. tertij Ordin. Thielmanſ. 2. Tom Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beata Maria Suarez, vidua. [l]] Orbata marito, §. 11. ſanctę Claræ inſtitutum profeſſa eſt, ac ſanctiſſimè vixit, & obiit: anno 1524. hac die. Cuius abundè meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. libr. 9. cap. 51. & Gõzaga 3. part. in Monaſterio S. Claræ Salmãticenſ. quod eſt 1. Prouinc. ſancti Iacobi. Wadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1238. §. 19. Marieta lib. 17. hiſtor. Eccleſ. ſanctor Hiſpan. cap. 31. Valerian. de BB. Fœmin. Ord. Min. lib. 4. cap. 12.

SEXTO NONAS MARTII.

Apud Galibalyum, Momoniæ in Hybernia Prouincię Monaſterium: Beati [a] Dermitij Mulronij, Martyris. Auinione, Beati [b] Bonæ-gratiæ, Confeſſoris, morum ſanctitate, vitæ integritate atque zelo obſeruantię regularis inſignis; qui Generalatus totius Ordinis fungens officio, ſancto fine quieuit. In Picœno, Beati [c] Galterij Piſani, Confeſſoris. In territorio Cluſentino, propè Citonium in Hethruria, Beati [d] Petri, Galli, Confeſſoris: qui pietate, & charitate, ſummaque paupertate fulgens, ſanctiſſimè in Domino obdormiuit. In Luſitania, Beati [e] Gonſalui Vlyſſiponenſis; qui ſæpè Prouincialis miniſter electus: toties munus ſuum amplioribus ſanctitatis radiis illuſtrauit. Apud Septempedanos in Picœno, Beati [f] Pauli à Leuanto, Confeſſoris, & concionatoris eximij; miraculis clari. Maſſacij, in Marchia Anconitana, Beati [g] Ioannis à Fabriano, Confeſſoris: genere, abſtinentię virtute, & ſignis admirandis illuſtris. Pinciis in Caſtella Beatę [h] Beatricis Hermoſillæ, Virginis, Tertiarię: ſignis, & virtutibus celebris.

MARTII II.

§. 1. *Beati Dermitij, Martyr.* [a]] Pius fortiſque athleta Chriſti, in Monaſterio Galibaly, ob teſtimonium fidei ab hæreticis capite plexus eſt. In cuius Martyrio illud fuit admirandum, quòd exſecto à trunco corporis capite, nulla ſanguinis guttula profluxerit: quaſi voluerit Dominus ſacrum ſanguinem intrà ſancti corporis clauſtrum dignè ſeruare; ne indignè in pollutam cæde humum difflueret. Vide Vvadinghum Tom. 2. ſuprà ad ann. 1269. §. 12. & Tom. 3. ann. 1308. §. 14.

§. 2. *Beati Bonæ-Gratiæ, Confeſſ.* [b]] Prouincię Bononienſis fuit alumnus; vicariuſque Generalis inſtitutus (à Reuerendiſſimo P. Hieronymo Eſculano, Generali miniſtro, ob eius abſentiam) in Capitulo generali Paduæ celebrato. Ann. verò 1279. pręfato R. P. Hieronymo ad Cardinalatum euecto, idem B. P. Bonagratia, in Capitulo generali Aſſiſii habito electus eſt 10. miniſter generalis totius Ordin. Minor. Vir equidem multùm Religioſus, & iuxtà nomen ſuum, mira gratia prędidus: pius, & deuotus vitæ exemplaris, eximiique meriti ſermonis dulcedine cunctis populis gratiſſimus: ſanctitate verò, & morum integritate præclarus. Anno 1281. Capitulum generale celebrauit apud Argentinenſ. Prouinc. in Germania; quo peracto,

Digitized by Google

ſto, Galliam petiit, illicque apud Auinionem ann. 1284. ſancto fine quieuit, cùm Ordinem gubernaſſet Seraphicum ann. ſex : ad cuius obitum, campanæ ex ſeſe, mirabiliter perſonarunt, nemine ad opem conferente ; in teſtimonium ſingularis perfectionis, ac fœlicis tranſitus illius. De eo ſcribunt, B. Piſanus ſup. in Prouinc. Bononienſ. vbi de loco S. Ioannis. Item in generalib. Ord. Min. Speculum FF. Minor. Firmamentum trium Ord. Toſſinian. lib. 2. & Gonzaga ibid. ſup. S. Anton. part. 3. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 7. & 8. Bernardus à Beſſa in Chron. MS. Marian. lib. 3. cap. 6. Peregrinus de Bononia in Epiſt. ad Generalem Gondiſaluum. Chron. 24. Generalium. Marcus Vlyſſipon. part. 2. Chronic. Minor. lib. 4 cap. 15. 22. 23. 24. & 25. Vvadinghus ſup. ad ann. 1277. §. 8. 1278. §. 31. 1279. §. 9. 1283. §. 1. 1284. §. 1. Philippus Peruſinus in exceptis Ord. Min.

§. 3. *Beati Galterij, Confeſſ.* [c]] Apud Marchiam Anconitanam floruit ſanctitate, cuius meminit Vvadinghus ſup. ad ann. 1289. §. 28. ex antiquis MS. & monumentis Ordinis.

§. 4. *Beati Petri, Confeſſ.* [d]] Gallus erat natione, laicus profeſſione B. Guidonis à *Cetonio* diſcipulus: vir Chriſto amabilis, ac per omnia obſequentiſſimus: qui cùm charitate, obedientia, ſumma paupertate, ac continua contemplatione, & oratione ſplendeſceret; prout plures ex eius ore, inſtante nocte, didicerunt, virginis glorioſæ; eiuſque dulciſſimi filii, D. Patris Franciſci, S. Ioannis Euangeliſtæ, ac B. Catharinæ ſuauiſſima præſentia dignatus eſt. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu S. Franciſci, propè Citonium, qui eſt 22. Prouinc. Tuſciæ. Marco Vlyſſiponenſ. ſup. part. 3. libr. 5. capit. 37. ſub ann. 1468. Vvadingho. ſup. Tom. 1. ad ann. 1212. §. 4. Bzouio Tom. 18. annal. Eccleſ. ad ann. 1471. §. 36. à quo vocatur *Petrus Francus.*

§. 5. *Beati Gonſalui, Confeſſ.* [e]] Fuit admodùm virtuti deditus, mitis, & pius: qui cùm pluries Prouinciale munus exercuiſſet, fama ſanctitatis plenus, diem clauſit extremum. Scribit de eo Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 7. cap. 17. ad ann. 1491. & Vadinghus. Tom. 7. ſup. ad ann. 1491. §. 3.

§. 6. *Beati Pauli Confeſſ.* [f]] Deuotionem, & charitatem, ita inſectatus eſt: vt factus concionator, pluribus extiterit cauſa ſalutis: moriens autem titulo ſancti viri inſignitus eſt, ob ingentia miracula ab eo edita. Obiit in Conuentu ſanctiſſimæ Trinitatis, propè Septempedam, ſiue S. Seuerini oppidum. Agit de eo idem Marcus Vlyſſiponenſ. cap. 26. ſup. ad ann. 1495. & Wadinghus. Tom. 7. ſup. ad ann. 1495. §. 8.

Beati Ioannis, Confeſſ. [g]] Peperit nobis oppidum Fabrianum plures Patres vita inſignes, ac ſcientia claros; inter quos longè emicuit hic B. Pater Ioannes, ex nobili Germanicaque *Henricorum* familia progenitus. Paupertatis fuit amantiſſimus : mira abſtinentia præditus erat, pane, & aqua reficiebatur, ſæpè ieiunabat; cibumque haud capiebat niſi die Dominica, & feria quinta, nonnunquam integram hebdomadam abſque cibo, & potu pertranſiens, ſolo die Dominico excepto : orationi inſtanter vacabat. Obiit ſexagenarius, ann. 1559. hac die ; cuius corpus conditum iacet ſub altare ſanctiſſimi Crucifixi, Conuentus S. Iacobi Maſſaeij : vbi pio fidelium concurſu honoratur. Dùm enim viueret, plurimos à diuerſis languoribus ſanctiſſimæ Crucis ſigno liberauit, & aliquot alia miracula edidit. Vide Marcum Vlyſſipon. 3. part. ſup. lib. 9. cap. 41. Gonzagam 2. part. ſup. in Conuentu 35. & 36. Prouinc. Marchiæ. Boſium Tom. 1. de ſignis Eccl. libr. 12. cap. 21. Vvadinghum Tom. 4. ſup. ad 1399. ſ. 5. & Tom. 5. ann. 1426. §. 15. Daçam 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 42. §. 7.

Beata Beatricis Hermoſilla, Virg. [h]] Hæc vnà cum Ioanna Hermoſilla, eius Amita, egregiam perfectioni operam dedit: & nihil minùs ab hoc mundo, eiuſque pompis facientes, quicquid habere poterant, id pauperibus erogabant. Inſuper & ex proprio labore atque eleemoſynis victitantes, ſacrum Monaſterium Pincianum, ſub inuocatione S. Elizabeth, oppidanis interim ſibi ſummoperè fauentibus, erigere cœperunt : vbi cum aliquot honeſtis aliis virginibus, & viduis, ſumpto Tertiariarum Franciſcanarum habitu, profeſſionem emiſerunt ann. 1462. inter quas ipſa B. Beatrix ſanctitate vitę claruit : illicque diem clauſit extremum circà ann. 1485. cuius oſſa poſt. 47. annos, ab ipſius obitu, ſuauiſſimè fragrantia apparuerunt : atque ex antiquiori ſepulchro ad aliud multò honeſtius translata ſunt : vbi ad tantæ ſororis inuocationem miracula non pauca edere dignatus eſt Altiſſimus : ob quæ à Pincianis maxima in veneratione habetur, teſte Gonzaga ſup. part. 3. in eo Monaſterio, quod eſt 31. Prouinciæ Conceptionis, Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 55. ad ann. 1534. Valeriano lib. 4. de BB. Fœminis. Ord. Minor. cap. 31. Vadinghus Tom. 6. ſup. ad ann. 1462. §. 109. §. 8.

QVINTO NONAS MARTII.

Apamię, Beatorum [a] Martyrum Petri, Ioannis, & ſociorum, qui in perſecutione hæreticorum, ob Religionem Catholicam, crudeliſſimè trucidati ſunt. Florentię, Beati [b] Benedicti, Confeſſoris ; cuius ſanctitas, miraculorum prçconio commendatur. Cariati in Calabria Beati [c] Thomæ à Randano, Confeſſoris : virtutibus, & ſignis glorioſi. Tarequati in Mechioacanico Indiæ Occidentalis Regno, Beati [d] Ioannis à Sancto Michaële, Confeſſoris ; qui verbo, & exemplo præclarus, plurimis Indis cauſa extitit ſalutis. Limę, apud Peruanum in eadem India Occidentali Regnum, Beati [e] Alphonſi Alcanniſez, Confeſſoris : qui, & ſingulari pietate ac charitate excelluit : & zelo ſalutis Indorum accenſus, quamplures pro ipſorum conuerſione populorum ęquo animo pertulit labores. Romæ, Beati [f] Marini, Confeſſoris ; eximia charitate, & ſignis admirandis clari. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [g] Agnetis, virginis : columbina ſimplicitate exornatę.

Digitized by Google

MARTII III.

§. 1. BEatorum Martyrum, Petri, &c.[a]] Hi Religioſiſſimi Patres vocabantur; F. Petrus de *Pulchro monte*, egregius Eccleſiaſtes: F. Ioannes *Rauletus*; aliorum verò nomina tacentur: in quos ita exarſit hæreticorum furor, vt ipſis crudeliſſimè iugulatis, eorum corpora in puteum etiam ab illis perfidis proiecta fuerint: circà ann. 1563. apud Apamiam, ciuitatem Galliæ Togatæ. Gonzaga de Origine Seraphic. relig. part. 3. in conuentu Apamienſi, qui eſt 1. Prouinciæ Aquitan. recentioris. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 32. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. ann. 1567. Wadinghus Tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1291. §. 70. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 2. *Beati Benedicti, Laici,*[b]] Iſte ſanctus Frater Laicus Benedictus à *Mugello* Tuſciæ nuncupatus, multa præclara egit: maximaque miracula operatus eſt. Sepultus iacet Florentię, in conuentu ſanctæ Crucis, vbi magna veneratione colitur. Eius meminit D. Antonin. 5. part. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 5. hiſce verbis: *Requieſcit etiam ibi Frater Benedictus, Laicus de Mugello: magnis miraculis radioſus.* Eadem habent B. Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de BB. fratribus illuſtrior. Prouin. Tuſciæ. Codex MS. Bibliothec. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. in eo. Wadinghus Tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Minor. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. ibid.

§. 3. *Beati Thomæ à Randano, Confeſſoris.*[c]] Illius mentionem facit Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu ſancti Franciſci Cariati, qui eſt 19. Prouinc. Calabrię: vbi ſic ait. *Hoc tamen in loco, licèt anguſto, B. Frater Thomas Randanus, profeſſione Laicus iacet; cuius humilitas, ſinceritas, ſanctiſſimique mores adeò omnipotenti Deo grata extitere, vt per ipſum, adhuc in viuis agentem, plura miracula, quorum Randani teſtes ſunt, edere voluerit. Prætereà Religioſiſſimus hic Frater inſtantem ſibi mortem, licet optimè valeret, præſago ſpiritu pranoſcens, Extrema-Vnctionis Sacramentum ſibi à Patre, Loci Guardiano conferri ex tempore voluit. Cùmque Dominicam Paſſionem, ſe audiente, perlegi expoſtulaſſet, vt primùm ad eum locum* (Et inclinato capite emiſit ſpiritum) *eſſet deuentum, animam ſuo creatori, cunctis fratribus id ſummè admirantibus, reddidit.* Barezzus eadem teſtatur: addens illum exceſſiſſe è vita ann. 1540. lib. 3. cap. 13. part. 4. Chronic. Minor. Wadinghus. Tom. 5. ſup. 1440. §. 34.

§. 4. *Beati Ioannis à Sancto Michaële, Confeſſ.*[d]] Cùm Indicam linguam apprimè aſſequutus, diſertiſſimus concionator euaſiſſet, ſylueſtribus Indis, montana belluarum more ſeparatim incolentibus ſuaſit, vt ad planities deſcendentes, oppida ſimul ędificarent, agros excolerent, humano more viuerent, quo facto, effecit etiam, vt in ſingulis oppidis xenodochia, ſub titulo Conceptionis Deiparæ Virginis iuxtà Eccleſias erigerentur, in quibus peregrini humaniter excipi poſſent, atque infirmi curarentur: quibus tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus egregiè prouidit. Quibus in ſanctis operibus iugiter perſeuerans, migrauit à ſæculo: ſepultuſque eſt Tarequati in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu, qui eſt 16. Prouinc. SS. Petri, & Pauli, vbi magno in honore habetur. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in eod. Conuentu, & Barezzus part. 4. Chronic. Minorum libro tertio, capite trigeſimo, ad annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum quintum. Rapinæus in hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 7. parte 3. §. 1. pag. 372. & Decad. octaua, parte prima, §. octauo, Marianus lib. 2. capite 19. Chronic. Reformat.

B. Alphonſi Alcanniſez, Confeſſoris,[e]] Hic Reli- §. 5.
gioſiſſimus Frater, profeſſione Laïcus, atque ſingulari pietate prǽditus, ex Beneuento apud Hiſpanos oriundus erat, ſui inſtituti obſeruantiſſimus, & de ſalute Indorum maximè anxius; cuius rei gratia, in Indiam Occiduâ traiiciens, huic operi operam egregiam nauauit, ac multis tandem perfunctus laboribus Deo ſpiritū reddidit: cuius corpus ſepultum eſt in Conuentu Ciuitatis Regum, (quæ, & Lima nuncupatur) ibique, ob ingentes, & excellentes eius virtutes, inter ſanctos, tum ab Indis, tum quoque ab Hiſpanis refertur, & in maxima venaratione habetur; prout ſcribunt Gonzaga quarta parte ſuprà, in hoc Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Duodecim Apoſtolorum, & Barezzus ſup. libro tertio, capite quinquageſimo ſexto, ad annum Chriſti 1550. Rapinæus, pag. 370. & Grauina ſuprà.

B. Martini, Confeſſoris[f]] Laïcus erat profeſſione, §. 6.
& Belga natione, vndè cognomen accepit: qui vnà cum Beato Franciſco *Titelmano*, ex Obſeruantinis ad Capucinos tranſiens, virtutibus, & miraculis reſplenduit. Teſte Bouerio, Tom. 1. Annalium Capucinorum ad annum 1550. quo obiit, §. 39.

B. Agnetis, virg.[g]] Filia fuit Domini Opportuli §. 7.
Bernardi, Aſſiſiatis, viri Illuſtris; quæ tenerula ætate, Monaſterium S. Damiani ingreſſa, mundum ignorans, ob columbinam ſimplicitatem chara extitit S. Claræ Abbatiſſæ, ac inter primas eius cōſocias annumerata anno. 1213. Mox virtutes omnes, magna animi contentione adamata, tanto ſpiritus ardore execreuit, vt matris S. Claræ maximè cuperet veſtigia imitari: ea autem mortua, ſuperſtes remanſit, ac poſt annos aliquot Beatæ vitę curſum expleuit, Aſſiſij iuxtà S. Claram ſepulta: ſcribunt de ea Marianus, in Appendice lib. 1. Toſſinianus. lib. 1. ſup. ex proceſſu Canoniſationis S. Claræ. Wadinghus. Tom. 1. ſup. ad ann. 1213. §. 67.

QVARTO

Digitized by Google

QVARTO NONAS MARTII.

LAutrici, in Aquitania, Beatorum [a] ſex Martyrum, Franciſci Doctoris eximij: Antonij, Conuentus Lautricenſis Guardiani: Hieronymi, Alexij, Rogerij, & Ioannis, qui furore hæreticorum ſupra modum cruciati, immaniſſimo mortis genere ad cœlos migrarunt. Aſſiſij in vmbria, Beati [b] Syluestri, Confeſſoris, Diui Franciſci ſocij: qui ſimplicitate, & mira vitæ perfectione clarus, cœleſtibus etiam contemplationibus iugiter vacans, ſanctitate & meritis cumulatus, quieuit in Domino. Eugubij in Vmbria, Beati [c] Franceſchinæ, Virginis; cuius ſanctitatem miraculorum gloria exornat. Cæſarauguſtæ, Beatæ [d] Mariæ Lorienæ, Virginis; cuius ſilentium, abſtinentia, atque charitas, incredibiles fuere.

MARTII IV.

§. 1. *B Eatorum ſex Martyrum Franciſci, &c.* [a]] Paſſi ſunt ann. Domini 1568. ſed vltimus eorum omiſſus eſt à Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 15. nam ſex præfati enumerantur ab illuſtriſſimo Gonzaga, de Origin. Seraphic. Relig. part. 3. in Conuentu Minor. Lautricenſi, qui eſt 21. Prouinc. Aquitaniæ Recentioris. *Incredibile eſt* (inquit) *quanta huius noſtri temporis hæretici immanitate, quantaque ſæuitia, in hunc Conuentum Lautrici, (quæ Aquitanorum ciuitas eſt) atque in ſex Religioſiſſimos Patres eius accolas, nempe, venerabilem P. F. Franciſcum Pellicerium, in ſacra pagina Doctorem, ac diſertiſſimum Concionatorem, necnon & loci Guardianum, Patrem Antonium de Rupe. Patrem Hieronymum Graiſſetum, Patrem Alexium, Samſonem, Patrem Rogerium Viguerium, ac Patrem Ioannem Riccardum, anno Domini 1568. debacchati fuerint. Nam & ipſum Conuentum, cunctâ ſupellectile, primò ſpoliatum, funditùs euerterunt: & præfatos Patres ſupra modum cruciatos, crudeliſſimo mortis genere affecerunt.* Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1291. §. 30. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 58. ann. 1567.

§. 2. *Beati Sylueſtri, Confeſſ.* [b]] Aſſiſias erat, ac Presbyter, qui adhuc ſæcularis, cùm vidiſſet B. Bernardum à Quintaualle, cuncta ingentia ſua bona pauperibus erogare, (opera ac conſilio Seraphici Patris Sancti Franciſci, cuius inſtitutum amplecti ſummè cupiebat) auaritia ductus, accedens, dixit D. Franciſco, nunquid mihi vis reſiduum ſoluere pecuniæ de quibuſdam lapidibus, quos à me emiſti pro Eccleſiis nonnullis reparandis? Tunc Seraphicus Pater, cupiditatem eius plurimum admiratus, nolenſque cum illo contendere; miſit manum in ſinum præfati Beati Bernardi, quam indè extrahens, dedit plenam pecunia ipſi Beato Sylueſtro, dicens; quòd ſi non eſſet ſatiatus, ampliùs illi adhuc daret ad ſufficientiam. Beatus autem Syluester repetens domum, cœpit cogitare quæ egerat; & facti pœnitens, grauiter ſeipſum redarguit. Quid plura? vidit hic tribus noctibus ſubſequentibus, crucem auream maximè fulgentem, ex ore Diui Franciſci procedentem, cuius ſummitas cœlum tangebat; cuiuſque brachia videbantur protenſa vſque ad terminos orbis terrarum, cuius etiam aſpectu Draco teterrimus circumdans ad excidium ciuitatis Aſſiſij, penitùs fugabatur. Quo inductus oraculo, magna cum deuotione, rebus ſuis pauperibus diſtributis, Ordinem Minorum intrauit, circà ann. Domini milleſimum ducenteſimum nonum.

Hic primus ſacerdos ſæcularis fuit, qui habitum Seraphicum induit. Vir ſimplex erat, ac miræ perfectionis & ſanctitatis deinceps extitit. Ad tantam etenim mentis eleuationem peruenit; quòd cum Deo quaſi facie ad faciem loqueretur: vnde Sanctus Franciſcus ad eum ſolebat mittere, quando in dubiis, Dei voluntatem ſcire cupiebat. Sicut euenit, cùm ipſe Seraphicus Pater certificari vellet, an ad prædicandum ire deberet, vel orationi vacaret. Miſit enim ad eum B. Fratrem Maſſæum, qui inuenit eum, locum Carceris in Monte Subaſio incolentem; cui cùm verba retuliſſet Seraphici Patris, ſtatim Beatus Sylueſter ad orationem perrexit: & reſponſum de cœlo protinùs accepit. Quare exiens ad B. Fratrem Maſſæum; ait. Hæc dicit Dominus, vt dicas Fratri Franciſco, quod non propter ſeipſum ſolum vocauerit: ſed vt fructum faciat animarum, & multi per eum lucrentur. Quo edoctus D. Franciſcus eloquio, ad prædicandum acceſſit. Hic cùm eſſet ſocius Diui Franciſci, quandoque venerunt Aretium, ſimulque hoſpitio excepti ſunt in ſuburbio ciuitatis; at Seraphicus Pater audiuit hanc vrbem inteſtino bello quaſſatam, & propinquum ſui minitantem excidium; aſpiciens autem in cœlum, vidit ſuper eam quoſdam Dæmones in aëre exultantes, quare vocans ſocium ſuum Beatum Sylueſtrum, ait ei: vade ad portam ciuitatis, & Dæmonibus ex parte omnipotentis Dei præcipe, vt exeant. Qui feſtinans acceſſit ad portam, & fortiter exclamauit, dicens: ex parte Dei, iuſſu Patris noſtri Franciſci, Dæmones vniuerſi diſcedite; quo facto ſtatim ciues ad concordiam redierunt. §. 3.

Tandem, poſt multa mira ab ipſo edita, plenus meritis & virtutibus, vitæq; ſanctitate inſignis, glorioſus migrauit in cœlum, ann. Domini circiter 1240. Cuius ſacrum Corpus iacet in Eccleſia ſancti Franciſci, apud Aſſiſium. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus libro primo Confirmitatum fruct. 8. part. 2. vbi de viris ſanctitate illuſtr. in Prouinc. Sancti Franciſci. Codex MS. Bibliothec. Abbat. S. Victor. Pariſienſis, ibid. ſanctus Antoninus, tertia parte, hiſtor. titul. 24. cap. 2. §. 1. & cap. 7. D. Bonauentur. capi- §. 4.

Digitized by Google

te 3. Legend. ſancti Franciſci, Legenda trium Socior. Beati Franciſci. Marianus cap. 4. 7. lib. 1. Bernardus à Beſſa. Sedulius Commentar. ad cap. 3. Vit. ſancti Franciſci §. 4. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memoriali Ordinis Minorum. Marcus Vlyſſiponenſ. parte prima Chronic. Minorum. libro primo, capite vigeſimo ſeptimo, & ſexageſimo primo. Item libro ſecundo, capite trigeſimo tertio, & ſexageſimo; & libro ſexto, capite vigeſimo. Gonzaga prima parte Origin. Seraphic. Relig. in BB. Fratribus huiuſce Ordinis. Toſſinianus libro primo, Hiſtor. Seraphic. Relig. cap. 3. 7. 12. 13. & in eo. Vvadinghus tom. 1. ſuprà ad annum 1209. §. 38. &c. anno 1211. §. 4. 1212. §. 30. Grauina in voce *Turturis* part. 2. cap. 13. Corbinus lib. 5. Sanctæ Franciad. pag. 96. & ſeq. Thielmanſ. Tom. 2. Vit. SS. Seraphic. Ordin.

§. 5. *B. Franceſchinæ, Virginis*, [e]] Eius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. ſecunda parte Chronic. Minor. libro primo, capite quinquageſimo quarto; aitque illius ſacras Reliquias debito honore aſſeruari Eugubij, in Eccleſia ſancti Franciſci, vbi ſignis & miraculis coruſcant: quandoquidem tum ab exteris, tum ab indigenis ipſius patrocinium imploretur, & Deus ob eiuſmodi merita, preces exaudiat, mirabiliaque operetur frequenter. Toſſinianus libro primo, ſup. in ea. Vvadinghus tom. 2. ſupra ad annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum quintum, §. 8. quo obiit. Valerianus capite duodecimo, libro ſecundo. Thielmanſ. ſup.

Beata Maria Loriena Virginis, [d]] Admodùm pacifica extitit: cuius abſtinentia, ſilentium magnum, aliaque charitatis opera, fuere ingentia atque eximia. Florebat circà annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum, apud Monaſterium S. Catharinæ Cæſarauguſtę, quod eſt 1. Prouinciæ Arragoniæ. Gonzaga ibidem parte 3. ſupra. Barezzus ſupra libro ſecundo, capite vigeſimo quinto. Vvadinghus Tom. 1. ſuprà ad annum milleſimum ducenteſimum trigeſimum quartum, §. 8. Valerianus lib. 8. de BB. Fœminis Ordin. Minorum, cap. 47. §. 6.

TERTIO NONAS MARTII.

APud Caſtrum-villanum in Diœceſi Lingonenſi, paſſio Beatorum [a] Martyrum, Pauli Tonnelieri, & Tuſſani Fortini, ſocij eius: qui Tanlaio Caſtrum præfatum proficiſcentes, à truculentiſſimis hæreticis in via intercepti, & variis tormentis ac ſuppliciis affecti, pro Chriſto tandem ſuſpendio necati ſunt. Euecopiæ in Suetia, Beati [b] Laurentii Vpſallenſis Archiepiſcopi; qui paſtorale officium, inſeparabili Euangelizandi conſtantia, zelo ſalutis animarum, aliiſque ſummis virtutibus decorauit, & curſum vitæ beato fine compleuit. In Oriente, Beati [c] Hugonis à Pancera, Confeſſoris, ſimplicitate, humilitate atque vitę auſteritate celebris: qui & litterarum ſcientia enituit, & altiſſima contemplatione ſublimatus fuit. Scarlini, in Tuſcia, Beati [d] Polydori Romani, Confeſſoris; qui ex ditiſſimo Conſule, pro Chriſto pauper effectus, mira humilitate & obedientia claruit. Durantii in Picœno, Beati [e] Ioannis à Fano, Confeſſoris; qui cùm munus Prouincialatus in Marchia ſtrenuè adimpleret, vita doctrinaque clarus, ſanctiſſimè quieuit in Domino, plurimis poſt obitum illuſtratus miraculis. Vigleuani in Inſubria, Beati [f] Chriſtophori Mediolanenſis, Confeſſoris; genere, vita & miraculis inſignis. Compoſtellæ, Beati [g] Petri de Nanclarez, Confeſſoris; multarum prærogatiua virtutum glorioſi. Eodem die, Beatæ [h] Iſabellæ Loſæ, viduæ; ſcientia, & miſericordiæ operibus, ac charitate in pauperes, admodùm illuſtris.

MARTII V.

§. 1. B*B. Pauli & ſoc. Martyr* [a]] Non omnes autores qui de eorum vita, geſtis, ac moribus ſcripſerunt, inter ſe conueniunt, nec omnium vna eſt ſententia, quo tempore Martyrium illorum acciderit: quidam nimirum opinãtur eueniſſe ann. 1561. 1562. ſeu 1567. Alij ann. 1571. 1572. vel 1576. iiſdem enim tẽporum viciſſitudinibus Conuentus Caſtri-villani à perfidis hæreticis direptus eſt & ſucceſus. Porrò, huiuſce Conuentus Guardianus erat (licet nonnulli eum faciant Tanlai Conuentus Guardianum) ipſe B. Pater Paulus Tonnelierus; qui cùm Caſtrum-villanum redeundo pergeret, ab hæreticis in via interceptus, pro Chriſto eſt occiſus vnà cum ſocio; prout teſtantur. Gonzaga tertia parte Origin. Seraphic. Relig. in eo Conuentu Caſtri-villani, qui eſt 11. Prouinc. S. Bonauentur. Picquetus in deſcriptione eiuſdem Prouinciæ, vbi de eodem Conuentu, qui eſt 4. Cuſtodiæ Diuionẽſ. Item in catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minorum. Fauſtinus Taſſus in Hiſtor. ſui tẽpor. Thomas Bouchierus in hiſtor. Eccleſiaſt Martyr. Franciſcan. Barezzus quarta parte Chronic. Minorum, lib. quinto capite trigeſimo ſeptimo. Daça ididem, libro tertio, capite quinquageſimo primo, qui vocat eum *Petrum*. Ferdinandes libro tertio, hiſtor. Eccleſiaſt. capite

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

pite decimo-nono. Grauina in *voce Turturis*, parte ſecunda, capite vigeſimo quarto. Wadinghus tom. 2. Annalium Minorum, ad annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum ſeptimum §. vigeſimo. Horum oſſa, temporis ſucceſſu, atque pace inter catholicos & hæreticos inita, collecta; & in huius loci Conuentus Eccleſia recondi curarunt optimi conſodales.

§. 2. *B. Laurentij Archiepiſcopi,* [b]] Circà annum 1222. Minores ingreſſi ſunt Suetiam. Beatus autem Laurentius inter primos fuit, qui Religionem Franciſcanam amplexus eſt in Suetia: exindéque multiplicato numero, viros religioſiſſimos miſerunt ad alia Regna Aquilonaria, qui glorioſis & ſanctis exhortationibus, ac mirabili vitæ ſanctitate, Gentes Aquilonares, in Dei obedientià, pura fide inſtruxerunt, & beatis moribus, ac exemplis, religioſaq; pietate, conſeruarunt: vt Author eſt Ioa. Olaus Magnus, Gothus, libro 2. in fine ſuæ Hiſtoriæ, Eccleſiæ Metropolitan. Vpſalenſ. in Regnis Suetiæ & Gothiæ, cuius Archiepiſcopus fuit, & Sedis Apoſtolicæ Legatus. Ex quo etiam B. Laurentij præclaram vitam, & memorabilia facta, ſub compendio referemus his verbis.

§. 3. *Laurentius VIII. Vpſalenſ. Archiepiſcopus, tum ob inſignis ſanctimoniæ profeſſionem, tum ob eximiam in ſacris litteris eruditionem, omnium in ſe dilectionem & fauorem conuertit. Quando enim illi cœleſtis patris-familias nuntij, qui S. Franciſci Regulam profitebantur, primùm in Suetiam adueniſſent; mox ipſe renunciata omni huius mundi pompa, ſuſceptoque huiuſmodi viuendi inſtituto, Euangelicæ perfectionis ardentiſſimus obſeruator, & prædicator euaſit: ſuoque exemplo plurimos inclytos viros, & nobili genere illuſtres, mundanam tranſitoriámque fœlicitatem Chriſtiana humilitate commutare, & Ordinem S Franciſci profiteri perdocuit. Quo facto non parũ confortata eſt nobiſcum Chriſtiana Religio, quando talis & tam eximius vir, doctrina, eloquentia, & prudentia præclarus, abiecta, & ſqualida veſte circumdatus, verbum Dei virtute magna prædicaret, paratus pro nomine Ieſu; non ſolùm contumelias pati, ſed extremas quaſcumque perſecutiones ſuſtinere. Itaque cum ea ſanctitatis profeſſione nudum Chriſtum pro nobis crucifixum ſequeretur, nihilque minùs concupiſceret, quàm ab ipſo mũdo (quem magnanimiter contempſerat) honorari: Ecce totius cleri, & populi ſuffragiis in Archiepiſcopum electus eſt, vt implerentur verba illius ſummæ veritatis, quæ dixit: Nemo accendit lucernam, & eam ſub modio ponit. Confirmatus eſt per Sedem Apoſtolicam, eo tempore, quo vacabat Imperium, poſt depoſitionem Federici II. Imperat. quæ accidit tempore Innocentij IV. anno 1244. Anno primo Vrbani IV. Pallio Archiepiſcopali inſignitus. Hic in Pontificalem Cathedram ſublimatus, officium Paſtorale inſuperabili euangelizandi conſtantia, vſque ad finem vitæ continuauit, ſanis conſiliis ſuis proceres, ac plebem Regni, in ſancta Religione, Chriſtianiſque moribus, & legibus conſeruauit; & cùm multa per interregnum (in quod Pontificatus eius incidit) ad turbationem ruere viderentur, attamen ſingulari prudentia eius effectum eſt, vt nocentes longè minùs auderent in innocentes, &c.* Tandem hic D. Laurentius beato fine quieuit, ſepultus Euecopiæ, apud Fratres ſuos Minores, cum quibus viuens quieſcere non ſinebatur, Anno Dom. 1267. tertio nonas Martij. Vide Vvadinghum tóm. 1. ſuprà ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum ſecundum, §. vigeſimo quinto, & milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto, §. 15.

B. Hugonis Confeſſoris, [c]] Ethruſcus erat natione, & admodùm in ſacra Theologia eruditus, cùm Religionem Seraphicam ingreſſus eſt: attamen ſtatum ſimplicem, humilémque, Laïcorum videlicet, elegit: quo vitam Actiuam magna cum vitæ auſteritate & aſperitate nactus: *Pancera*, ſeu *Panziera*, dictus eſt. §. 4. Celſo quidem hoc nomine, ſed merita non exæquante, donatus, quòd quadraginta annorum curriculo, thorace ferreo nudam carnem amiciuerit. Ad Tartaros quibuſdam miſſis probis viris, qui eos Chriſto lucrifacerent, adiunctus comes; miram ſimplicitatem præferebat, contemplationíque cœleſtium iugiter addictus erat. Edidit Tractatum in 12. capita diſtinctum, de *Contemptu mundi*, patria lingua: in quo eminentem eius ſcientiam, ac Theologiæ profunditatem detegit. Floruit anno milleſimo trecenteſimo duodecimo. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. parte ſecunda, Chronic. Minorum, libro ſeptimo, capite vigeſimo quinto, vigeſimo ſexto, vigeſimo ſeptimo, & vigeſimo octauo, ex Mariano, Vvilloto Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. verb. *Hugo*. Toſſiniano, libro tertio, Hiſtor. Seraphic. Vvadingho Tomo tertio, anno milleſimo trecenteſimo decimo tertio, §. 8. à quo Hugo de *Prato*, dicitur. Poſſeuino in Apparatu ſacro.

Beati Polydori, Confeſſoris, [d]] Nobiliſſimus Romanorum extitit, ditiſſimus atque ſapientiſſimus, Le- §. 5. gum Doctor., & corporea ſtatura optimè ornatus: qui vt Deo fœliciùs inſeruiret, relicta ſenatoria trabea liberiſque contemptis, Ordinem Minorum intrauit, & viliorem atque deſpectiorem omnibus aliis ſe exiſtimans, Laïcorum Profeſſionem aſſumpſit: ſub B. Thoma à *Florentia*, in Conuentu Scarlini: quo magiſterio maximè profecit. Nam humilitatem obedientiámque ſummoperè coluit: coquinarij, ſtabularij, hortulani, eleemoſynarij, &c. officia læto animo complebat: & pro erratis, vti aſſolet, veniam poſtulans, pœnitentiam agebat. Corpus vitæ auſteritate domabat, ſanctæ orationi continuò vacabat; cellulam ſibi parauerat in angulo ſui horti, in qua ſic rerum Diuinarum meditationi operam dabat, vt nonnumquam in extaſim raperetur, corpus verò in altum leuaretur à terra. Sæpè viſitationibus D. Franciſci, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ (quos ſingulari deuotione proſequebatur) conſolabatur. Idémque Seraphicus Pater, vnà cum S. Antonio de Padua, & Beato Thoma à *Scarlino*, illi ſub mortem, apparuerunt, inuitantes eum ad Paradiſi gaudia: quos protinùs ſecutus eſt, anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, quo obiit Scarlini, ſepultus in Eccleſia ſanctæ Firmæ. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ ſup. part. 3. libro 3. capite quadrageſimo ſecundo. Gonzaga parte ſecunda, ſuprà in Conuentu Montis-Muri, propè Scarlinum, qui eſt 11. Prouinc. Tuſciæ. Wadingh. Tom. 5. ſupr. ad ann. 1420. §. 12. 1447. §. 32. & Tom. 6. ad ann. 1454. §. 36. & ſeq. poſt Marianum libro 5. capite vigeſimo ſeptimo. §. 6.

Beati Ioannis à Fano, Confeſſoris, [e]] Dùm Miniſtri Prouincialis Marchiæ fungeretur officio, nimio zelo Beato Matthæo *Baſcio*, & Capucinorum congregationi, contrarius extitit: cui poſteà tamen Diuinitùs nomen dedit, de repentè in virum alterum mutatus, vir ſanctitate & doctrina plenus: qui tandem obiit dum quadrageſimalis prædicationis operi inſudaret, anno milleſimo quinquageſimo trigeſimo nono. A-

Digitized by Google

gunt de eo Vlyſſiponenſis ſuprà libro nono, capite decimo quinto. Gonzaga parte prima, ſuprà vbi de Capucinorum origine. Toſſinianus libro primo, & ſecundo, ibidem ſup. Willotus ſuprà verb. *Ioannes:* Rapinæus Hiſtor. General. Recollector. Decad. 6. parte ſecunda, §. ſecundo. Ioannes Baptiſta à Peruſio in præludio ad vitam B. Fœlicis à *Cantalitio*, Bouerius tomo primo, Annalium Capucinorum ad annum milleſimum quinquageſimum trigeſimum nonum, §. ſecundo, & ſequentibus. Grauina ſuprà. Poſſeuin. ſup. Elias Tom. 2. Legation. Eccl. Triumphant. in Indice Author.

§. 7. *Beati Chriſtophori, Confeſſoris,* [f] Mediolanenſis erat, nobiliſſima *Maſchaſoli* familia natus; frater autem Minor factus, virtutum omnium ſpecimen euaſit. Obiit meritis cumulatus, apud Conuentum ſanctæ Mariæ de Gratiis Vigleuani, ſub anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, ſepultus in Sacello Diui Bernardini Senenſis; cuius Corpus poſteà è communi ſarcophago exhumatum, honorificentiùs reconditum eſt, ibique miraculis illuſtratur, & pia fidelium deuotione colitur. Agunt de eo, Gonzaga in præfato Conuentu, qui eſt ſeptimus Prouinc. Mediolanenſis. Barezzus ſuprà libro tertio, capite vigeſimo tertio. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1476. §. 56.

§. 8. *Beati Petri, Confeſſoris.* [g] Religioſis noſtræ ſtrictioris obſeruantiæ Recollectis, ſubeſt Conuentus ſancti Laurentij Compoſtellani; inter quos multi pij viri floruerunt & obierunt. Notiores hi Frater Gillius, ſiue Aegydius de *Conſuegra*, Stephanus de *Guadramiro*, Petrus de Ribera, & hic Beatus Petrus de *Nanclarez*, natione Cantaber: de quo Wadinghus, teſtis oculatus, id perhibet. *Poſtremus hic olim mihi fuit notus Salmanticæ, dum iuuenum inſtructorem ageret; vir ſanè pius, regularis inſtituti in ſe obſeruantiſſimus, & in alijs ſtudioſiſſimus, aſſiduus in oratione, in ieiunijs & vigilijs indefeſſus, in macerando corpore vltrà modum ſerius Pœnitentijs crebris incurabiles contraxit languores, quibus ſuccubuit Compoſtellæ, ſepultus in præfata æde, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo nono. Non ſine magno populi in funere concurſu, qui pauperem lacernam pia deprædatione, in minutula præſegmina proſcidit.* Hæc ille tomo primo ſuprà ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum tertium §. 26.

§. 9. *B. Iſabellæ Loſa, viduæ.* [h] Oriunda erat è Corduba; Litteris Latinis, Græcis, & Hebraïcis apprimè exculta, necnon in Theologia optimè verſata; quæ marito orbata, habitum S. Claræ induit: & parentibus illuſtriſſimis poſthabitis, opibuſque ingentibus abdicatis, patriaue pro Chriſti derelicta amore, totam, (nulla à ſe interim Chriſtianæ benignitatis prætermiſſa actione) in ſua paupertate, peregrauit Italiam; vbi complures egentibus conſtruxit ædes. Obiit tandem ſanctiſſimè, piis plena operibus, hac die, in eo Hoſpitali à ſe fundato, ſub Titulo B. Virg. Mariæ Lauretanæ. Hæc, poſt alios, ex Franciſco Auguſtino *Della Chieſa*, Salutiarum Epiſcopo, in Theatro mulier. Litteris Illuſtr. Hilarione à Coſta. Tom 2. Vitar. & Elogior. Heroinar. Illuſtr. pag. 728. & 729. parte 8. recentioris edition.

PRIDIE NONAS MARTII.

IN vico, qui Loo dicitur, propè Dieſtemienſe oppidum, in Brabantia, Paſſio Beati [a] Ioannis Cuyper, Martyris. In Vmbria, Beati [b] Petri de Aſſiſio, Confeſſoris; ſignis ac virtutibus conſpicui. Florentiæ, Beati [c] Andrææ de Tuderto, Confeſſoris, Tertiarij: miræ ſanctitatis viri. Narbonæ in Gallia, Beati [d] Petri Ioannis Oliui Confeſſoris, vita, & eruditione præclari; qui zelo Regularis obſeruantiæ plenus, & ſpectabili patientia in tribulationibus probatus, perfectum opus eſt conſecutus, Chriſti cohæres factus. In Prouincia Colonienſi, Beati [e] Theodorici de Oſemburck, Confeſſoris, Concionatoris eximij; qui eruditione, pietate, ac ſpiritus feruore pollens, ingentem fructum animarum per Germaniam reportauit, & ſancto fine quieuit. Mediolani, Beati [f] Ioannis Faſſatij, Confeſſoris. Pragæ in Bohemia, Beatæ [g] Agnetis, Virginis, Regis Bohemorum filiæ: quæ, ſpretis Regalibus oblectamentis, Monaſticam profeſſa eſt; & paupertate, pudicitia ac ſignis emicans cucurrit ad Chriſtum ſponſum. Apud Gandauum in Flandria Beatæ [h] Colettæ Boylettæ, Virginis, Ordinis Seraphici Diui Franciſci, & ſanctæ Claræ Virginis Reformatricis; quæ Diuinis exornata virtutibus, innumeris claruit miraculis.

MARTII VI.

§. 1. BEATI *Ioannis, Martyr.* [a] Patria Traiectenſis erat, profeſſione Laicus: cui cùm eſſet ſocius deſignatus R. P. Arnoldo Hallis ituro in pagum *Loo*, prædicandi gratia, vix vno milliari ab Dieſthemienſi oppido, crudeliter à Geuziis Hæreticis eſt trucidatus: præfatus verò Reuerendus Pater Arnoldus lethaliter vulneratus, ſemiuiuus domum reuerſus eſt, hac die, anno milleſimo quinquageſimo ſeptuageſimo quarto. Ita Raiſſa, in Auctario ad natales Sanctorum Belg. Molani, ex Archiuis Conuentus Franciſc. Antuerpienſ. Boenerus in Hiſtor. Delineation. Martyr. Franciſcan. Germaniæ inferior.

§. 2. *Beati Petri Confeſſ.* [b] Vnus fuit ex ipſis BB. Fratribus Minoritis, qui circà ann. 1250. virtute meritorum,

Digitized by Google

rum, ac prodigiorum, Eccleſiam Dei illuſtrarunt. Morabatur in Prouincia S. Franciſci, illicque inuitatus ad gloriam, per Angelum, admonetur, vt quodd am peccatum in ſæculo cōmiſſum confiteretur. Plures de eo ſcribunt Chron. Antiq. Ordin. Minor. Marianus lib. 2. cap. 17. Wadinghus to. 1. Annal. Minor. ad an. 1249. §. 9. & tom. 4. ad ann. 1359. §. 8.

§. *B. Andreæ Tertiar. Confeſſ.* [c]] Vita, ſanctitate ac miraculis floruit, in Italia: cuius corpus oſtenditur Florentiæ, in Conuentu Fratr. Minor. Eius meminit Wadinghus ſup. ad an. 1242. §. 21. ex Mariano. De Sillis, in cap. 1. Reg. tertij Ordinis.

§. 4. *B. Petri Ioa. Oliui. Confeſſ.* [d]] Ortus in Caſtro S. Mariæ Sirignani in Gallia. Franciſco nomen dedit Biterris, an. 1259. Eius conuerſatio mirè placuit vniuerſis. Ingenium quippè viuidum, mores optimi, inceſſus grauis, verba ſeria, magnam ei apud ſuos conciliarunt authoritatem: & multiplici doctrinarū facultate, apud exteros egregiam obtinuit opinionem. Baccalaureus Pariſ. creatus, indefeſſo ſtudio pietatem, manſuedinem, humilitatem, & ſanctam coluit paupertatem, aliis factus norma diſciplinæ: atque ad eas tandem aſcendit virtutes, vt ſpiritu prophetiæ multa verè prædixerit, & curandæ animæ multos præmonuerit. Tendebant tunc alij in vitam laxiorem, non ſecundùm ſpiritum, ſed iuxtà carnis indulgentias placidum ſibi, aliiſque viuendi genus efformantes: quibus hic Dei ſeruus ſe oppoſuit, modò, iuxtà doctrinam Apoſtoli, arguens, modò obſecrans, aliàs ſeuerè increpans; quorum contrà ſe excitauit inuidiam. Alij verò inſeparabiliter adhærebant, & vitam venerantes, & doctrinam ſequentes: quorum ſequela ampliùs cruciabat inimicos: donec in eum conſpirarunt, & in multis accuſarunt, ſcrutantes in ſcrutationibus ſuis. Vnde ab eis multas paſſus eſt tribulationes. Vſque ad vincula & carceres, è quibus omnibus eripuit eum Dominus: ad quem perrexit, mundo valedicens, hac die, ann. 1297. præmiſſis omnibus Chriſtiani hominis, & viri Religioſi muniis: acceptiſque Eccleſiæ ſacramentis, piè obdormiuit in Chriſto; quem Fratres honorificè ſepelierunt Narbonæ, vbi ſignis & miraculis multis effulſit. Mirificè eum commendāt quique pij docti, cordatique viri, à ſanctitate vitæ, ab eruditione præclara, & ab ingenti gratià cœleſti illi indita. B. Angelus Clarenus. De Tribulationib. Ordinis Minor. Tribulation. V. Hubertinus de Caſali in 1. Prologo Arboris vitæ Crucifixi. Toſſinianus lib. 3. Seraph. Relig. Marianus lib 3. cap. 14. Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 23. S. Antonin. 3 part. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 11. & 13. Firmamentum trium Ordin. Minor. part. 3. Sixtus Senenſ. lib. 4. Biblioth. ſanctæ. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Religion. Poſſeuinus in Apparatu Sacro. Fabianus Iuſtinianus lib. 3. de ſacra Scriptura: Vvillotus in Athenis Franciſcan. Vvadinghus Tom. 2. ſup. paſſim, ſed maxime ad ann: 1278. §. 28 & 1297. §. 33. & ſeq. ex quibus copioſè patet reſponſio huius ſancti Viri æmulis. Odoricus tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1297. §. 56.

§. 5. *B Theodorici, Confeſſoris.* [e] [Huius elogium videre eſt apud Trithemium Abbatem, qui eum plenè nouerat, ſub his verbis. *Theodoricus de Oſembruck, natione Tentonicus), Ordinis Fratr. Minorum, (Prouincia Colonienſis: vir in Diuinis ſcripturis exercitatus, declamator ſermonum popularium famoſiſſimus, cuius vitam omnes, qui eum nouerunt, ſanctiſſimam hoc tempore prædicant; in ſermonibus faciendis ad populum, tanta gratia diuinitùs illuſtratur, tanta facundia loquitur; tanta denique compunctione & dulcedine afficit auditores ſuos, vt ſimilem apud Germanos habuerit neminem; vnde & per totam Prouinciam Generalis Prædicator conſtitutus eſt. Legit mihi nuper, dùm Coloniæ mecum eſſet, opuſculum inſigne, deuotioni congruum, quod compoſuerat ad inſtantiam Hermanni Archiepiſc. Colonienſis. De Paſſione Domini, lib. 1. Reuerendiſſimo in Chriſto. Manuale ſimplicium, libro 1. Quia ſicut Auguſtinus. De exercitio interiori, lib. 1. Qui perſeuerauerit. Et quædam alia. Viuit adhuc in Prouincia Colonienſi, cœpto fortiter inſtans officio, ſub Maximiliano Rege, & Alexandro Papa VI. Anno Dom.* 1494. Hæc ille lib. de ſcriptor. Eccl. quem alij obſequuntur. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 17. Geſnerus in ſua Bibliotheca. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in viris huiuſce Ordin. ſcientia illuſtrib. ex B. Bartholomæo Piſano ibid. lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. Vvillotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. verb. *Theodoricus*. Toſſinianus lib. 3. hiſtor. Seraphic. Poſſeuin. in Apparatu ſacro. Cratepolius in Catalog. Epiſcop. Onaſburg. §. 40. Vvadingh. Tom. 7. ſup. ad ann. 1494. §. 91.

B. Ioannis Confeſſoris. [f]] Hic, ex Prædicatorum Or- §. 6.
dine ad Capucinos aſſumptus, cùm in Mediolanenſi Prouincia, Vicarius Prouincialis ſæpè electus fuiſſet, dignam quoque eo munere, morum ac vitæ ſanctimoniam exhibuit: vti pluribus refert Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1565. §. 8. &c. Quo obiit: Ex MS. Prouinciæ Mediolanenſ.

B. Agnetis, Virgin. [g]] Filia erat Bohemiæ Regis, §. 9.
Primiſlai Ottogari, ſiue Ottiſchgari 1. & Conſtantiæ Hungaræ, ſeu Arragoniæ; in Trebnicenſi Monaſterio, aſſueta piis exercitiis, ieiuniis, eleemoſynis, orationibus, &c. repudiauit Federici II. Cæſaris, & Henrici III. Regis Angliæ nuptias. Indéque benedictione priùs obtenta Pontificia, accerſitis Fratribus Minoritis, fit Veſtalis Clariſſa, circa ann. 1234. Patre paulò poſt decedente, & ſuccedente in Regnum Fratre Venceſlao, patrimonium ſibi à parente relictum in pios vſus diſtribuit: & Pragæ Monaſterium extruxit pro ſe, & conſodalibus; quod Summus Pontif. Greg. IX. confirmauit, factúmque opus mirè cōmendauit. Maximè quando audiuit eam omnibus renuntiaſſe poſſeſſionibus & diuitiis, ann. 1238. paupertatémque ad inſtar ſanctæ Claræ Virginis, Aſſiſiatis amplexam fuiſſe. Porrò, ibidem pientiſſima Agnes vitæ finem poſuit, ann. milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio, hac die, eadem hora, qua Chriſtus expirauit, magna cum claritate, ſuauiſſimo odore, & omnium lachrymis, atque in Templo Pragenſi B. Mariæ Virginis, in quo frequens orabat, ſepulta eſt: præclara circà infirmos & mortuos exhibens miracula. Propter eius famam per Germaniam diuulgatam, quamplurimæ Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum Filiæ, Monaſteriis, & ſanctæ Claræ inſtituto ſe tradiderunt. Carolus IV. Imperator, & Bohemiæ Rex, propter ingens acceptum à ſanctiſſima Agnete beneficium, quæ bis eum à mortis faucibus liberauerat; apud Romanum Pont. agebat de eadem inter cœlites connumeranda, eandémque curam moriens, commendauit Venceſlao Filio, qui multis Regni curis ad alia diſtractus, rem ad exitum non potuit perducere. Inſtante, regit ann. 1324. Regina Bohemiæ Eliſabeth apud Ioa. 22. pro ea canoniſanda. Scribunt de ea, Piſanus ſupra vbi de 2. Ordinis Minor. Firmamentum trium Ordin. Minor. part. 1.

tract. de illuſtrioribus viris ac Fœminis huiuſce Ordinis. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. Sanctimonialibus ſecundi Ordinis Minorum. Toſſinianus ibid. lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Marianus lib. 1. capite nono. Æneas Sylujus, cap. 27. Hiſtor. Bohem. Bonfinius Decad. 2. lib. 8. Pontanus lib. 1. Bohemiæ piæ, pag. 22. & lib. 4. pag. 52. Dubrauius lib. 15. hiſt. Bohem. Item lib. 16. & 17. Platus libro 2. de bono ſtat. Relig. capite 27. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. ſup. libro 8. capite 40. Elzearius libro 2. Sacri Mont. Oliuet. cap. 5. Vvadinghus tom. 1. ſupra ad ann. 1234. §. 4. 5. 6. ann. 1235. §. 14. 15. 16. ann. 1237. §. 14. ann. 1238. §. 10. &c. ann. 1243. §. 33. & 34. Item tom. 2. ad ann. 1283. §. 2. 3. 4. & tom. 4. ad ann. 1378. §. 11. Item in Additionib. ad Tom. 3. §. 13. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad. ann. 1234. §. 10. Grauina parte ſecunda, cap. 13. De Buſtis, in Roſario ſerm. per Quadrag. Concion. 27. part. 2. Dominicæ 2. poſt Paſcha. Valerianus lib. 2. de BB. Fœmin. Ordinis Minorum, cap. 7. Salazar. libro 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ capite 20. Spinellus de Laudib. Deipar. virg. tract. de Virginib. ſect. 7. §. 71. Choppinus lib. 2. Monaſtiſ. tit. 2. §. 24. Odoricus tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1283. §. 60. ac Tom. 13. ann. 1234. §. 48. Thielmanſ. Tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordinis.

§. 8. *B. Coletta, Virgin.* [h]] Ex Corbeia Veromanduorum Oppido, in Diœceſi Ambianenſi, erat oriunda, ann. 1380: quæ ab infantia cœpit virtuti omninò adhærere. Hinc tertium Ordinem Pœnitentium Diui Franciſci ingreſſa, amplioris-vè perfectionis ſtadium peragrans, tribus Religionis votis ſe perpetuò adſtrinxit, clauſuram ſpontaneam ſeruans, in quadam cella Eccleſiæ contigua; vbi quadriennium manſit, vitæ ſanctitate omnibus admiranda. Sub tunica obſoleta aſperum gerebat Cilicium, ferreis cathenulis delicatum corpus cingens; vnde dolorem nimium patienter tolerabat. Super nudam humum cubabat; capiti lignum ſupponens pro ceruicali. Orationi feruentiùs inſiſtebat, ſaluti proximorum vacabat; ardentiùs dans omnibus eam viſitantibus documenta virtutis. Diuinis poſteà illuſtrationibus edocta vt præſentiam Benedicti XIII. Summi Pont. in Gallia demorantis conueniret, ann. 1406. Ætatis verò ſuæ 26. Corbeia Niciam Prouinciæ Phocenſis vrbem proficiſcitur, operâ cuiuſdam illuſtris Dominæ, quæ eam ſociare vbique ſuis expenſis voluit. Petiit itaque à Chriſti Vicario, vt dignaretur ſibi priſtinam Regulæ S. Claræ Virg. obſeruantiam aſſumendi licentiam concedere: exindéque vt Ordo Seraphicus reformaretur, popoſcit: cuius piis votis annuens, eam ad Ordinem S. Claræ recepit, chorda cinxit, velum capiti impoſuit, benedixit, atque Abbatiſſam, Refformatricem, & matrem omnium ſororum inſtituit: præſentibus Cardinalibus, Prælatis, & Optimatibus multis, necnon Generali totius Ordin. Franciſcan.

§. 9. Hæc igitur Apoſtolica auctoritate ſuffulta, initium dedit illi ſanctæ Reformationi, quæ ſibi cœlitùs inſpirata fuerat, ſed quibus impetita ſit aduerſis, qualibus-ve laceſſita per ſecutionibus, haud certò ſciri poteſt. Verum, diu poſtquam exagitata fuit, ſuſcitauit Deus illuſtriſſimam Veſuntinam Comitiſſam, D. Blancham, vt ei eſſet in præſidium & ſolamen: quare ex tunc pacatior reddita, plura Clariſſarum ſororum Monaſteria, tum in Belgica, tum in Celtica atque Narbonenſi Gallia, necnon & in ſuperiori Germania, haud abſque maximis laboribus ac difficultatibus, refformans, ſeu de nouò extruens; profligata ab eis quacumque rerum proprietate, priſtino nitori & paupertati, iuxtà SS. Franciſci, & Claræ mentem, reſtituit, ſanctiſſimis conſtitutionibus inſtruxit communiuitque; quas omnes, ſimul cum pluribus aliis à ſe editis, Reuerendiſſimus P. Guillelmus de Caſali, totius Ordin. Minor. Generalis Miniſter, in 16. capita redactas: præfatis ſororibus reformatis tanquam inuiolabiles à ſe ſeruandas leges præſcripſit. Obtinuit prætereà ipſa B. Coletta ab eodem Benedicto XIII. Papa, vt Patrem Confeſſarium (qui & ſororum confeſſiones exciperet, & aduentantes ſæculares, qui abſque aliqua rerum proprietate, ſiue in particulari, ſiue in communi, iuxtà Regulæ tenorem atque præceptum, & abſq; Pontificiis indultis victitarent, ſibique ſubeſſent Minoritico habitu indueret:) eligere poſſet, pro vt etiam elegit. Quo factum eſt, vt intrà breuiſſimi ſpatium temporis, plura Monaſteria tum ſororum Clariſſarum, pauperum, tum quoque Fratrum Reformatorum, iuxta Colettanam hanc Reformationem; in Belgio, & in diuerſis Franciæ Prouinciis fundata ſeu refformata fuerint: vnde Colettanorum & Colettanarum nuncupatio inoleuit.

Paupertatis amantiſſima, pauperibus, egenis, atque infirmis maximè compatiebatur; quibus & ſuis manibus inſeruiebat. Virginalem pudicitiam curabat ne leui labe maculare. Quotidiè ieiunabat, ab eſu carnis perpetuò abſtinuit: humilitatem ſummè excolebat; ſolitudinem diligebat: doloribus & infirmitatibus quamplurimis vltrà modum cruciata, patientiſſimè ſe habebat. Orationi iugiter incumbebat, qua & Diuinis illuſtrationibus, atque conſolationibus ſæpiùs afficiebatur; & aliis opem à Deo protinùs implorabat: pluries extaſim patiebatur, Paſſionem Dominicam aſſiduè meditabatur: ſingularem deuotionem gerebat ergà Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; feſta Eccleſiaſtica inuiolabiliter ſeruari iubebat: haudque paruam concipiebat lætitiam ex viſitatione ſacratiſſimæ Deiparæ, Sanctæ Annæ, & Beatorum Angelorum; ſpiritu prophetico, dono linguarum, & gloria miraculorum, antè & poſt obitum extitit celeberrima. Viſitata fuit à S. Vincentio Ferrerio, Ordin. Prędicat. alumno: Dumque Ambiani, an. 1445. in ſuo Monaſterio moraretur, mors B. Ioannis Baſſandi, Ord. Cœleſtinor. (qui aliquando ſpiritualis eius pater extitit) Diuinitùs ſibi nuntiata eſt. Cùm autem, in Concilio Generali Oecumenico Conſtantienſi Martinus V. Papa ab omnibus electus, à tota Chriſtianitate, vt verus Pontifex, ſoluſque Chriſti Vicarius eſſet agnitus: ab eodem ipſa B. Coletta voluit denuò velari, habituque Religionis indui. Tandem mortis ſuæ diem prædicens, Gandaui obdormiuit in Domino: die 6. Martij ann. 1447. vbi ingentibus ſignis coruſcat, & magna veneratione colitur. Nonnullis datum eſt officium de ea agere per Clementem VIII. ann. 1604. Paulum V. ann. 1610. Gregorium XV. ann. 1622. & Vrbanum VIII. ann. 1625. qui & ann. 1626. ad inſtantiam Reginæ Matris Franc. toti Ordini Minor. & vniuerſo Regno Franc. conceſſit. §. 10.

Præclara eius facinora ſcriptis ſuis commendarunt: Petrus de Annalib. Oliuerius de Langhe: Thielmanſ. ſup. Tom. 1. & 2. Eligius Eucharius; Stephanus Iuliacus, ſacræ paginæ Profeſſor. Surius tom. 2. Gazetus, Doublet, Lippelnos Moſander, Simon Martin Haræus tom. 1. Henric. à Vallibus, Clichtouæus, Michael Notel, Foderetus, Gononus lib. 6. Vitar. Patr. Occident. Anton. Sanderus in Hagiologio Flandriæ, & in hiſtor. Gandauenſ. hac die, in vita eius. §. 11.

Digitized by Google

Vetera etiam M.S. Legendaria Gandauenſ. Ioannes Nider, in Formicario lib. 4. cap. 9. Coluenerius ibid. in Notis. Firmamentum trium Ord. S. Franciſci tract. 3. in Memoriali Ordinis huiuſmodi. ſub. 30. & 31. Miniſtro Generali. Morliera lib. 2. Antiq Ambianenſ. in Ioanne Boiſſio L.V. Epiſcopo pag. 249. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 1. cap. 27. & 57. Item lib. 3. à cap. 1. vſque ad 32. Gonzaga part. 1. ſup. vbi de Clariſſarum Sororum initio, Et de Coletanorum Fratrum atque Monialium ortu. Item part. 3. in Prouinciæ Franciæ Monaſteriis 7. 10. & 12. ac in fine Prouinciæ S. Andreæ. Myræus in Faſtis Belgic. 6. Martij. Chifletus part. 2. Veſuntionis Sacræ, ſub. 76. Archiepiſcopo Theobaldo pag. 293 ad ann. 1410. Martyrologium Gallicanum 6. Martij. Toſſinianus ſup. lib. 1. & 2. Foderetus in Hiſtoria Ord. Franciſ. Prouinc. ſancti Bonauentur. Deſcriptione pag 164. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Minor. Elzearius ſup. lib. 1. cap. 15. Rapinæus Decad. 4. hiſtor. General. Orig. Recollector. part. 1. §. 3. Coccius de ſignis Eccleſ. art 2. Choppinus libro 1. Monaſtic. titul. 1. §. 11. Molanus hac die, in Additionibus, & Annotationibus ad Vſuardum. Item in Indiculo SS. Belgij. Galterius, in Tabula Chronograph. ſæcul. 15. in ſanctis viris. Candela de Bono Stat. Virginitat. diſcurſ. 10. cap. 6. Odo de Gyſſeio lib. 3. B. M. Virg. Anicienſ. cap. 31. Brulius lib. 2. Antiq. Pariſ. pag. 307. Valerianus ſup. lib. 3. cap. 1. De Sillis, in cap. 1. Reg. tertij Ord. Hugo Menardus lib. 2. Obſeruation. ad Martyrolog. Benedictin. 26 Auguſt. vbi de B. Ioanne Baſſando Ord. Cœleſtin. Cornelius à Lapide, Commentar. in Epiſtol. 1. D. Petri cap. 2. verſ. 24. Poireus tract. 4. triplicis Coron. Virg. Mariæ cap. 4. §. 5. num. 10. d'Auroutjus Tom. 2. flor. exempl. cap. 6 titul. 12. part. 15. Kearnæus Tom. 1. Heliotropij, Concion. 1. de S. Ioan. Euangeliſt. §. 26. Bzouius tom. 15. ad ann. 1425. §. 26. & tom. 17. ad ann. 1447. §. 14. ſed copioſius S. Abbauillæus Capucinus, in hiſtoria Chronolog. B. Colettæ Virg. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1380. §. 12. & 13. & ſeq. ac Tom. 15. ad ann. 1406. §. 4. & ſeq. 1429. §. 18 1431. §. 22. 1435. §. 22. 1440. §. 43. & 1447. §. 41. Friſonus. lib. 4. Galliæ purpurat. pag 491. Marianus lib. 5. cap. 14. Couſinus. lib. 1. hiſtor. Tornacens. cap 2. ſæcul. 15. & lib. 4. cap. 41. Gononus. In Chronic. SS. Deiparæ ſæcul. 14. ad ann. 1426. Myræus in Faſtis Belgicis, & Balingen. hac die, in Calendario Virg Mariæ. Ferrarius. In Catalog. SS. hac die.

NONIS MARTII.

AZoti in Idumæa, Beati [a] Philippi Martyris, qui à Soldano Sarracenorum diriſſimis ſuppliciis eſt affectus. Nam manibus illi in fruſta conſciſſis, pelle excoriari vſque ad vmbilicum iubetur; mox lingua præciſa, cùm à publica fidei prędicatione haud tamen ceſſaret: ad vltimum capite truncatus, Martyrium mirabili conſtantia conſummauit. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Guillelmi, Confeſſoris eximiæ perfectionis viri: qui ſanctitate, ac miraculis, tum in vita, tum poſt obitum maximè claruit. Gienni, in Hiſpania, Beatæ [c] Mariæ à Gratia, Virginis; Religione, atque vitæ ſanctimonia conſpicuæ.

MARTII VII.

§. 1. BEati Philippi, Martyris, [a]] Gallus erat hic natione (nobili genere exortus,) patria Anicienſis ſiue Podienſis in Aruernia, quem S. Antonius de Padua, præuiderat fore Martyrem: dùm matri eius prægnanti, quæ ventura erant prædixit: cuius illuſtre præconium ita deſcribit D. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 3. §. 3. *Cùm quædam Domina de Anicio, ſeu de Podio, ſuum conceptum B. Antonio commendaſſet, ille oratione facta, futura Deo reuelante prædixit, dicens. Gaude O Domina, & fiduciam in Deo habeto, quia naſcitur tibi filius, qui erit Frater Minor, & Martyr ipſe, ad Martyrium plurimos animabit. Quod totum impletum eſt. Nam natus ille, & Philippus vocatus, Ord. Min. ingreſſus, in dies de virtute in virtutē proficiens, ex deuotione tranſmarinam peregrinationem aſſumpſit. Et cùm caſtrum Azoti, in quo tunc erat, proditoriè fuiſſet traditum Sarracenis; omnes Chriſticolæ ibi manentes à Barbaris capti, ad mortem condemnati ſunt, circà mille animas. Inter hos præfatus Fr. Philippus Deo diſponente, ad alios roborandum in conſtantia confeſſionis fidei, vltimus fuit ad ſententiam excipiendam. Interrogati igitur fideles illi, ſi fidem ſuam abnegare vellent potiùs quàm vltimum pati ſupplicium, vnanimiter reſponderunt ſe viam tenere, & fidem, quam Philippus prædicabat. Hortatus eſt autem eos F. Philippus, dicens. Eſtote chariſſimi fortes in fide, quia Dominus mihi reuelauit, quòd hac nocte per Martyrium cum mille animabus, regnum cœlorum introibo. Confortati igitur, cum palma Martyrij omnes ad cœlum euolauerunt. Soldanus verò vltrà Fratrem Philippum, vt cauſam potiſſimam permanentiæ illorum in fide, crudeliſſimè cruciauit. Nam primò iuncturas manuū fruſtatim ei incidi mandauit: & cum à confeſſione fidei non ceſſaret, fecit eum decoriari vſque ad vmbilicum: ſed per hoc non reticenti, fecit ei linguam abſcindi. Nec tamen lingua præciſa à prædicatione ceſſauit Deo mirabiliter operante; demùm capite plexus, Martyrium conſummauit. Horum corpora per aliquos dies inſepulta, incorrupta permanſerunt; ſicque Antonij Prophetia completa.* Item cap. 9. §. 10. Marcus Vlyponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 13. eadem refert: niſi quòd Tranſlatio illius Gallica habet, hæc S. Antonium prædixiſſe Aſſiſij, quę eſt ciuitas Vmbriæ, cùm tamen id acciderit apud Anicium, ſeu Podium, quæ vrbs eſt Epiſcopalis, in Gallia, vulgò nuncupata; *Le Puy en Auuergne.* Item verò Marcus Vlyſſiponenſ. Martyrium illius reponit ſub ann. Chriſti 1289. part. 2. Chronic. lib. 5. cap. 15. vnde colligitur hunc gloria Martirij fuiſſe coronatum, cùm eſſet ſexagenario maior; nam S. Antonius ante ann. 1230. è Gallia abſceſſerat in Italiam. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. Wadinghus Tom. 1. ad ann. 1251. §.

Digitized by Google

18. & Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1288. §. 36. Firmamentum trium Ordin. tract. 1. in Memoriali Ordin. Minor. ſub 13. Generali ann. 1288. Picquetus, qui perperàm cum B. Petrum ab *Aſſiſio* vocat. In Catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Salazaus lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 9. Sauſſay. In ſupplemento Martyrolog. Gallicani. Idibus Iunij. Eiuſdem vrbis *Podienſis* ciuis, erat (non *Paduana* vti perperàm habet *Binetus* De practica ſolida Sancti Amoris Dei cap. 10. §. 1.) Notarius ille poſtea Martyr in Oriente iuxtà Prophetiam eiuſdem S. Antonij.

§. 2. *B. Guillelmi, Confeſſ.* [b] Sciendum imprimis ſanctum Franciſcum duodecim Fratres primos ac præcipuos habuiſſe in ſocios; vt Saluatoris Chriſti imitaretur exemplum; qui ex diſcipulis ſuis 72. elegit duodecim, quos, & Apoſtolos nominauit, Luc. 6. verſ. 13. & 10. verſ. 1. Multos igitur Diſcipulos D. Pater Franciſcus admiſit: ſed inter eos hi duodecim ſelecti fuerant, ſcilicet, Beatus Frater Bernardus à Quintavalle. B. F. Petrus Cathaneus, B. F. Ægidius. B. F. Sabbatinus, B. F. Morichus; F. Ioannes Capella; B. F. Philippus Longus, B. F. Ioannes de S. Conſtantio, B. F. Barbarus, B. F. Bernardus de Viridante, B. F. Angelus Tancredi, & B. F. Sylueſter; quorum meminerunt B. Bartholomęus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. initio. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memoriali Ordin. Minor. Codex MS. Bibliothec. Abbat. S. Victor. Pariſ. de viris huiuſce Ord. ſanctit. illuſtr. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. Picquetus ſup. Gonzaga ibid. part. 1. Orig. Seraphic. Relig. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 10. S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. qui hæc ſubdit, *Iſti ſunt duodecim Fratres, quaſi duodecim Ordinis fundamenta, & duodecim Apoſtoli, vitam Euangelicam totis viribus ſeruare eligentes; qui omnes fuerunt ſanctiſſimi viri, excepto Fratre Ioanne de Capella, qui vt alter Iudas factus, in Ordine leproſus, furore ſuccenſus, Ordinem egrediens, à Deo ſic in manibus Dæmonum relinquitur, quòd abiens laqueo ſe ſuſpendit, vt etiam in tam peruerſo diſcipulo, Franciſcus conformaretur Chriſto. Nonne* (inquit) *ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt?* Ioan. 6. verſ. 70.

At, quemadmodum in locum Iudæ eligitur S. Mathias, qui annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis, Actuum 1. ſic loco præfati F. Ioannis de Capella, vir perfectiſſimus B. F. Guillelmus, natione Anglicus, dicitur inſertus: vita ſingularis, & ſignis, cuius vitæ perfectionem, ſanctitatemque eximiam Deus mirabiliter declarauit. Nam viuens, & mortuus adeò magnis, multiſque claruit ſignis, vt D. Patris Franciſci famam ſanctitatis obumbrare videretur. Moriens etenim circà ann. Domini 1232. ſepultus fuerat Aſſiſij iuxtà corpus Seraphici Patris Franciſci: vnde F. Helyas tunc miniſter Generalis, ann. circiter 1238. ad eius tumulum accedens, prohibuit ne talia deinceps miracula ederet. *Qui cernens* (inquit S. Antoninus cap. 9. §. 1. ſup.) *quòd quidam Frater G. Anglicus, in religione perfectus; & in Eccleſia B. Franciſci tumulatus, miraculis coruſcaret; zelo B. Franciſci motus, ne videretur rarior à miraculis, acceſſit ad ſepulchrum eius, & cum magna confidentia præcepit ei, ne cum ſuis miraculis, gloriam B. Franciſci obfuſcaret. Qui ex tunc ampliùs miracula minimè operatus eſt.* Eadem referunt Marcus Vlyſſiponenſ. lib. 1. cap. 28. & lib. 6. cap. 35. ſup. B. Bartholomæus Piſanus in eo ſup. Vvadinghus Tom. 1. ſup ann. 1212. §. 33. & ann. 1232. §. 23. ex Mariano cap. 7. Bzouius Tom. 13. Annal. 1255. §. 2. Corbinus. lib. 6. Sanctæ Franciad. pag. 112. & lib. 9. pag 210. §. 3.

B. Maria à Gratia, [c] Hæc piiſſima Virgo, vitam cum morte in æternum victura, ann. Domini 1530. commutauit: quæ ob vitæ aſperitatem, cæteraſque virtutes, quas mortali adhuc carne induta, mirum in modum coluit, à cæteris Religioſis Deo cara, veréque Beata exiſtimatur. Illius meminerunt Gonzaga 3. part. Orig. Seraphic. Relig. in Monaſterio S. Claræ Giennenſ. quod eſt 3. Prouinc. Granatenſ. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 61. Vvadinghus ſup. Tom. 4. ad ann. 1371. §. 32. §. 4.

OCTAVO IDVS MARTII.

Hieroſolymis, Deſponſatio [a] ſanctiſſimæ, & Immaculatæ Virginis, Deiparæ, Mariæ, cum Beatiſſimo Ioſeph. Apud Caſtrum-Villanum, in Territorio Lingonenſi, Paſſio, Beati [b] Patris Guardiani Conuentus Fratrum Minorum illius Oppidi; qui pro fide Catholica, ab hæreticis tentus, variis, horrendiſque ſuppliciis cruciatus, Martyrium conſummauit. Viennę Allobrogum, Beati [c] Anonymi, Confeſſoris, Seraphici Patris S. Franciſci diſcipuli; qui apud Cathedralem Eccleſiam tumulatus miraculis claret. In Sicilia, Beati [d] Antonij à Catalagirone, Confeſſoris; vitę ſanctitate, & ſignis mirificis celebris. Beluiſij, in Territorio Palentino, Beati [e] Franciſci à Rota, Confeſſoris. Platææ, in Sicilia, Beatæ [f] Margaretæ Calaxibettę, Virginis: ſpiritu Prophetico, & virtutibus inſignis.

MARTII VIII.

§. 1. *Deſponſatio, &c.* [a] Hoc feſtum peculiare eſt noſtro Ordini Franciſcano: cuius pridem apud pios ſacra obſeruatio viguit. Hinc in Capitulo Generali totius Ordin. Minor. Mantuæ, ann. 1541. habito id ſancitum *legimus: Feſtum Deſponſationis B. Virg. fiat 9. die Martij, & fiet officium Natiuitatis, mutatis nominibus: Euangelium, Cùm eſſet deſponſata, &c. Mathæi* 1. Quod rurſus confirmatum fuit in Capitulo generali Valiſoletano ann. 1565. Conciones de hac Feſtiuitate habent, B. Bernardinus de Buſtis, in Mariali. Tom. 3. part. 4. Serm. 12. Ioannes Carthagena, Tom 2. Homel. Catholic. de ſacris Arcanis Deiparæ Mariæ, & Ioſephi, lib. 4. Ioannes Creſpetus, in Triumpho Virg. Mariæ. Tom. 1. die. 7. Ioannes Benedicti, In Epiſtola Dedicat. ad Summam de peccatis. Stella 5. Cùm autem apud Gallos vſu ferè

exoleuiſſet,

Digitized by Google

exoleuiſſet, id Antonia à Borbonio, Guyſiæ Duciſſa, eximiæ pietatis Heroïna priſtinum ad cultum ſtatuit reuocari : deuotioni eius ſuffragante Petro Aurato, Ord. Præd. Theologo Pariſienſi : qui ex ſacris ſcripturis, & priſcis Religionis monimentis, ipſius Feſti officium concinnauit, votoque ſolemni dedicauit Paulo. III. Pontifici maximo : à quo feſtum ipſum cum officio eiuſdem ſibi dicato, Apoſtolica authoritate fuit approbatum ann. 1546. & cunctis recitandum indultum. Ita Sauſſayus, in ſupplemento, Martyrolog. Gallican. 22. Iannuar. Gononus. In Chronic SS. Deiparæ ſæcul. 15. ad ann 1532. Cornelius Scultingius. Tom. 3. Bibliotech. Eccleſ. part. 3. Balinghen. In Calendario Virg. Mariæ. 22. Ianuar. Spinellus. de Laudib. Deipar. Virg. Tractat. de Feſtis eiuſdem §. 11. Poireus Tract. 4. Triplicis Coronæ Virg cap. 8. Paragraph. 7. numer 9.

§. 2. *Beati Patris Guardiani Conuentus, &c.* [b]] Dùm perduelles hæretici Conuentum Caſtri-Villani expilarent, atque voracibus flammis traderent conſumandum : venerandus Pater Guardianus infirmitate depreſſus, cæteris aufugientibus, remanſit in domo. Hunc igitur iam ſenem, & languidum apprehendentes, tota die ligatum detinuerunt : faciem eius pugnis cędentes, atque ſugillantes, & pilos barbæ vellentes, quæ omnia patientiſſimè ſufferebat. Die ſequenti ligatum, veſtibus denudauerunt, ponenteſque illius genitale membrum ſuper parmam, lapidibus illud contundebant, dicentes : abiura Chriſtum, Eccleſiam nega, abnega hoſtiam conſecratam, & hæc minimè patieris tormenta, quibus in cruciatibus, vox Martyris audiebatur : *O mi bone Ieſu*, pluries eadem repetens verba. Poſteà, digitos manuum pedumque conquaſſantes ad petram, Martyris conſtantiam tentabant, ſed fruſtrà ; indeque illum educentes foras, per Oppidi vias compulerunt ſic colliſum, ignominioſè ac crudeliter deambulare : nam & crucis baculo, vt celeriùs iter feſtinaret, ſæpè vapulabant. Foras egreſſi, in foueam proiecerunt eum, & ſemi ſepultum vſque ad ſcapulas ; diuerſimodè illudebant ; bacillis caput illius verberantes. Die altera, cernentes ipſum minimè mortuum, ictu Sclopetarij ceruicè terebrarunt, tunc glorioſus Martyr inuocato nomine Ieſu, victor ad cœlos euolauit. Eius ſacrum Corpus manſit inibi ſepultum, ſed nonnullis annis elapſis, Clerus cum populo illud magna cum deuotione, exindè ſuſtulerunt, atque in Eccleſia S. Franciſci ſunt honorificè tumulati, vbi ingenti veneratione colitur. Martyrio coronatus eſt, ann. 1561. ſeu 1562. vel 1567. ſecundùm alios. De eo agunt, Barezzus 4. part Chron. Minor. lib. 5. cap. 37. ex Fauſtino Taſſo in hiſt. ſui temporis, & Thoma Bouchiero, in hiſtor. Eccleſiaſt. Martyr. Minor.

§. 3. *B. Anonymi, Confeſſoris*, [c]] Huius nomen penitùs ignoratur, qui à Seraphico Patre S. Franciſco per Galliam iter faciente, iuſſus eſt commorari. Illius meminit Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu Viennenſi, qui eſt 38. Prouinc. S. Bonauenturæ. *In Matricis* (inquit) *Eccleſiæ Viennenſis cœmeterio, quidam ex ſocijs Seraphici P. Franciſci, qui & miraculis coruſcat, tumulatus fertur. Non deſunt, qui aſſerant B. P. Franciſcum hunc locum in propria perſona viſitaſſe, quod ſanè inficiari nollem.* De eo, item in 2. Conuentu, ſic & Picquetus ibid. in Deſcriptione eiuſdem Prouinc. & Foderetus, vocans eum B. Michaëlem à *Peruſio*, ſed perperam. Wadinghus Tom. 2. ſup. ad ann. 1287. §. 15.

§. 4. *B. Antonij à Catalagirone, Confeſſ.* [d]] Ex Catalagirone, Sicula ciuitate oriundus, fuit Deo gratus, & ſanctitate inſignis; totque poſt mortem miraculis claruit, vt Syracuſanus Epiſcopus ea authenticè, per publicum Notarium excepta, libelloque commiſſa, in Epiſcopalem Syracuſanorum Archiuum inferri ; atque eius corpus, ex communi ſarcophago exhumatum, (quod integrum adhuc, & incorruptum perſeuerat) honeſtiſſimo loco recondi curarit, magnaque piorum veneratione colitur. Florebat ann. 1515. Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Cathalagironis, (qui eſt 7. Prouinc. Siciliæ) ſcribit hunc inibi ſepultum eſſe. Idem habet Barezzus ſup. lib. 1. cap. 27. ſub. ann. 1517. Hunc nonnulli confundunt cum B. Benedicto *Nigro*, à Sanfratello, Siciliæ Pago, & B. Antonio *Nigro*, ſed perperam : cùm prior deceſſerit è vita ann. 1589. poſterior autem 1549. & loca perſonarumque conditiones ac ſtatus omninò his aduerſentur. Vide Daçam 4. part. Chronic. Minor. libro tertio, capite 36. 37. 38. & lib. 4. cap. 16.

§. 5. *B. Franciſci à Rota, Confeſſoris*, [e]] Pincianus erat natione, dignitate Sacerdos, atque omni ſanctitate conſpicuus : cuius corpus conditum eſt apud Conuentũ ſancti Franciſci Beluiſij, qui eſt 4. Prouinc. D. Gabrielis. Agunt de eo Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzus lib. 4. cap. 37. ſup. ad ann. 1565. Rapinæus hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 8.

§. 6. *B. Margaritæ, Virg.* [f]] Nuncupabatur à *Plateæ*, vnde erat oriunda ; porrò ipſa tenella Virgo, adhuc in cunabulis lac ſemel in diebus ieiunij ſugebat : perfectioni poſteà virtutum, & aſſiduæ contemplationi vacans, Angelorum obſequio victum recipere meruit: multa ventura prædixit ; clara virtutibus migrauit ad ſponſum, ann. Domini 1560. Iacet Plateę, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu. Teſte Grauina in *voce turturis*, parte ſecunda, capite vigeſimo quarto.

Digitized by Google

SEPTIMO IDVS MARTII.

IN Territorio Maioricenſi, apud oppidum Mahonis, inſulæ Minoricæ: Natalis Beatorum [a], Martyrum, quos, inhumanus Pyrata Ænobarba, ob fidem Chriſti iugulauit. Trani, in Apulia, Beati [b] Petri Confeſſoris; miraculorum gloria illuſtris. Camplis, in Aprutio, Beati Baptiſtæ [c], Florentia, Confeſſoris; qui pietate, & oratione pollens, dono lachrymarum, & extaſi meruit à Domino honorari. Bononiæ, Beatæ [d] Catharinæ, à Bononia, Abbatiſſæ, Virginis, vitę perfectione, & Monaſtica Obſerantia inſignis; cuius ſacrum Corpus vſque nunc integrum perſeuerans, crebris miraculis illuſtratur. Romæ, Sanctæ [e] Franſciſcæ, Viduæ, ex tertio Ordine Seraphici Patris S. Franciſci; quę nobilitatem generis, cum bonorum operum fructu coniugens, miraculis etiam coruſcauit, & à Paulo V. Pontifice Maximo in Diuorum numerum eſt relata.

MARTII IX.

§. 1. B*B. Martyr.* [a]) Cum immaniſſimi Turcarum Tyranni Dux, *Barbaruſus*, nuncupatus, ann. 1535. ex Tuneti obſidione, cum ſexdecim ferè triremibus euaderet, ac per littus inſulæ Minoricarum tranſiret oppido *Mahonis* expugnato, Domum S. Franciſci Minorum de Obſeruantia, nedum ſpoliauit, ſed etiam incendit, ac ſolo æquauit; necnon R.P. Guardianum (quia ſacræ hoſtię Euchariſticę ludibriũ pia ſumptione præueniſſet) vnà cum ſocio trucidauit; reliquoſque Fratres ſecum in miſerabilem ſeruitutem abduxit. Ita rem enarrat Paulus. III. Pontifex in ſuis Litteris, ſub datum ann. 1537. Sexto Idus Februarij. Sanduonalius. part. 3. hiſtor. lib. 28. §. 16. Wadinghus. Tom. 6. ſup. ann. 1459. §. 53.

Beati Petri, Confeſſoris. [b]] Huius miracula enar-
§. 2. rant, B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Apuliæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. cap. 42. §. 3. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. clarebat, ann. 1335. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Wadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1241. §. 20. Picquetus in Catalog. virorum illuſtr. Ordinis Minor.

§. 3. *B. Baptiſta à Florentia, Confeſſoris,* [c]] Deuotiſſimus erat ergà myſterium Incarnationis Chriſti: & ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, orationi feruentiùs incumbebat: ita vt in extaſim raperetur, & à terra ſubleuatus in altum viſus ſit. Floruit ann. 1510. ſepultuſque eſt in Conuentu Camplenſi, qui eſt 14. Prouinc. ſancti Bernardini. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 8. cap. 37. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 21.

B. Catharina à Bononia, Abbatiſſa, Virginis, [d]]
§. 4. Bononiæ naſcitur, ann. Chriſti 1413. die 8. Septembris, Claris orta parentibus; ſed Ferrariæ eſt educata, quæ creſcente ætate, ita creuit virtute, & ſanctitate vitæ; quòd annos nata 11. ſuperno impellente ſpiritu, D. Clarę Ordinem ingreſſa apud Monaſterium Corporis Chriſti, Ferrariæ, talem vitæ rationem inierit, vt ab eo, qui temporum interuallis ad docendum non habet opus, breui inſtrueretur, & Diuinis viſionibus, quas frequentes habuit, aptaretur. Multas enim reuelationes habuit, tum de Verbi Incarnatione, tum de B. Deipara, & de Seraphico Patre S. Franciſco; aliiſque ſanctis, & Angelis. Vidit etiam animam B. Ioannis de Toſſiniano, Epiſcopi Ferrariæ, in cœlum inter Angelorum agmina euolantem. Eius ad venerabile Euchariſtiæ Sacramentum deuotio incredibilis omninò fuit: cùm integras noctes, eaſque plurimas inſomnes, illius contemplationi intenta duxerit. De reliquis verò eius virtutibus id tantùm dixerim, quòd fuerint omni ex parte perfectæ. Monaſterium Ferrarienſe ſtuduit pro viribus reformare, & in priſtinum ſplendorem adducere: quod vt factum eſt, Bononiam cum 15. ſororibus ſociis exindè perrexit, vbi aliud cœnobium fundauit, extruxitque: cuius prima extitit Abbatiſſa ann. 1456. quod admirabili prudentia, & vitæ ſanctitate rexit.

Tandem multis perfuncta laboribus, Bononiæ apud
Monaſterium corporis Chriſti obiit, è vita deceſſit §. 5.
ann. 1463. cuius ſacrum Corpus incorruptum huc vſque perſeuerans, ſumma veneratione afficitur. Quod neceſſariis quibuſdam de cauſis, ab eius ſeparatione ab anima diuerſas ſedes tenere coactum eſt. Nam primo in communi ſororum ſarcophago tumulatum; indè opera illuſtriſſimi Cardinalis Angeli à Capranica, tituli S. Crucis, Bononienſis Legati, ad loculum in modum altaris ſibi erectum, non procul à venerabili Euchariſtiæ Sacramento, tranſlatum fuit. Vndè quoque exigentibus id piis Bononienſium deſideriis, exhumatum, propè cratem ſedens, omnibus proſpiciendum extitit, facie, manibus, pedibuſque diſcoopertis, prout ipſe vidi ann. 1620. cui & ſequens hęret Epitaphium.

Hoc Corpus quod cernitis incorruptum D. Catharina Bononienſis eſt, quæ Monaſterium prima cum paucis ædificari curauit: Quod multos annos mirabili ſanctimonia rexit, & gubernauit. Cùm verò ex humanis deceſſiſſet, humi ſepulta fuit; cuius corpus decimo-nono die poſt ipſius exequias, maximo populi concurſu, & totius ciuitatis admiratione, integrum (vt nunc cernitis) & odore ſuauiſſimo fragrans, repertum eſt. Multa quoque ſigna, ſanctitatem eius atteſtantia ſubſequuta ſunt. Obiit anno Domini 1463. die nono Martij.

Quapropter in ipſius inculpatæ vitæ teſtimonium,
Deus corpus eiuſmodi mira fragrantia, atque cœli- §. 6.
co quodam liquore perfudit; quo qui liniebantur, licet grauiſſimis

Digitized by Google

grauiſſimis implicarentur infirmitatibus, incolumes omnino euadebant. Infinitis poſtmodum coruſcauit miraculis, quare ex conceſſione Papæ Clementis VII. feſtum ipſius celebratur hac die à ſororibus præfatorum Monaſteriorum Bononienſ. & Ferrarienſ. Dionyſius Palæotus, Franciſcanus, ſcripſit officium, & Miſſam, quæ in Anniuerſaria die eiuſdem Virg. decantatur, quæue ab eod. ſummo Pont. confirmata eſt. Inde Clemens 8. nomen ipſius Virg. intra Martyrologium Romam. referri iuſſit. Chriſtophorus Veruchinus, egit de magnitudine B. Catharinæ Bononiens. Iacobus Graſſetus, edidit Italicè, vitam ipſius, ann. 1610. & 1619. Brautius In Martyrolog. poëtico. Wadinghus. Tom. 5. ſup. ad ann. 1431. §. 20. Item. Tom. 6. ann. 1455. §. 118. ann. 1463. §. 110. & ſeq. Thielmanſ. Tom. 1. & 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Inſignia eius facta atque miracula conſcripſere Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. libro quarto capite 33. 34. &c. vſque in fin. ex M S. Beatæ Illuminatæ à Bembo, illius ſociæ. D. Bernardinus de Buſtis part. 2. ſerm. 27. Roſarij quadrageſimalis. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. Ordinis ſanctæ Claræ Virginis. Item part. 2. in prædictis Monaſteriis, quæ ſunt 1. & 3. Prouinc. Bononienſ. & initio huiuſce Prouinciæ. Willotus Athenarum Orthodoxar. Franciſcan. literra C. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 43. ſub ann. 1526. Galterius in tabula Chronograph. ſæcul. 15. in SS. viris. Bellarminus lib. de Relig. ſanctor. Raiſſa, in Auctario ad Natales ſanctor. Belgij 19. Nouemb. in S. Eliſabetha Hungara. Poſſeuinus in apparatu ſacro, ex Ioanne Sabbatino Arientino. lib. de Fœminis illuſtrib. Carolo Sigonio, in vitis ſanctor. & Epiſcop. Bononienſ. Dominico Maria Mutiato. In Calendario Hiſtorico. Villegas, In vita. B. Tuſſiniani Ordin. Ieſuator. & Chriſtophorus Manſuerus. In vita ipſius Virgin. Gononus in Chronico. SS. Deiparæ ſæcul. 14. ad ann. 1463. Balinghen. In Calendario Virgin. Mariæ hac die. Spinellus de Laudibus Deipar. Virg. Tract. de Virginibus. ſection. 7. §. 64. Relatio proceſſus Canoniſationis S. Andrææ Corſini, Epiſcopi Feſſulani. part. 2. §. 3. Apud Bzouium. Tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1373. §. 9. Marianus. lib. 5. cap. 34. Toſſinianus ſupra. Algezira in arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Valerianus de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 16. 17. &c. libro 2. Gramina part. 2. cap. 13.

§. 6. *S. Franciſcæ Viduæ*, [d]] Romæ, illuſtribus parentibus nata eſt anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo quarto, quæ poſtea Ludouico de Pontianis, nobiliſſimo viro nupſit. Caſtitatem coniugalem ſic dilexit, vt & occaſiones quaſlibet peccati à ſe longius depulerit; & aliis pudicitiam adamandam perſuaſerit. Cilicio, diſciplina, abſtinentia, & ſimilibus macerationibus corpus edomabat. Sanctam orationem ſummè excolebat, à Dæmonibus, variis figurarum modis tentata, firma, & conſtans permanſit, ſui Angeli cuſtodis munita præſidio: cuius aſpectu ſæpè fruebatur. Mira humilitate, & patientia eluxit; tanta autem charitate ferebatur erga pauperes; vt ferè omnia illis largiretur, & pro eis oſtiatim mendicare haud erubeſceret. Sacramenta Confeſſionis, & Euchariſtiæ iugiter frequentabat. Paſſionem Dominicam piiſſimo affectu meditabatur. Vidua facta anno 1436. Monaſterium intrauit. Societatem enim ſeu congregationem mulierum inſtituerat, quibus dederat ſancti Benedicti Regulam, ſub regimine Patrum Montis Oliueti, apud ſanctam Mariam nouam commorantium: quod inſtitutum Eugenius IV. Papa approbarat: nunc orbata marito, illud amplexata eſt. Ex tertio Ordine, D. Franciſci fuit alumna, patremque ſpiritualem eiuſdem Ordinis Seraphici habuit, nomine Bartholomæum. Tandem multis cumulata meritis obiit 9. Martij anno 1440. quam in vita, & poſt mortem plurimis miraculis illuſtrem, in Sanctorum album retulit Paulus V. Papa 29. Maij ann. 1608. Ioannes Mathiolus; Valladierus, Abbas S. Arnulphi Metenſ. & alij vitam illius ſcripſerunt. De ea agunt Martyrolog. Roman. 9. Martij. Baronius ibid. in Annotat. D. Antonin. 3. part. hiſtor. Ioannes Rauſinus, ſerm. de Euchariſtia, Concion. 12. ante med. Volaterranus lib. 22. Antropolog. Hugo Menardus, in Martyrolog. Benedictino 9. Martij, & 19. Maij. Antonius Santarellus tract. de Iubilæo cap. 17. quæſt 4. Ab Vrbano VIII. feſtum eius recenſitum eſt inter alia Breuiarij Romani, ann. 1632. & in Kalendario vſui Fratrum Minorum accommodato repoſitum, ſub ritu Duplici, velut Ordinis Seraphici, ann. 1633. Authore R. P. Ioann. Fland. ex Typographia Caroli Abelly Pariſiis, in Conuentu maiori Fratrum Minor. Galterius in tabula Coſmographie. ſæcul. 17. in euentibus memorabilibus. De Sales part. 2. Introduct. ad vitam deuotam cap. 13. circa fin. Item tract. de Amore Dei lib. 12. cap. 5. Cornelius à Lapide Commentar. in Daniel cap. 10. verſ. 5. Bzouius tom. 16. Annal. Eccleſ. ad ann. 1440. §. 106. Turſellinus lib. 10. Epitom. hiſtor. in Roberto Bauaro Imp. Spondanus in Auctario Chronolog. Annal. Baronij ſub ann. 1608. Brautius. ſup.

Digitized by Google

SEXTO IDVS MARTII.

BErnaij, in Territorio Lexouienſi, Beati [a] Andrææ Guez, Martyris: qui ex Conuentu Bernaiecenſi ab hæreticis tractus, gladioque ſauciatus, nec-non & à ferociſſimo equo per loca deuia, carduiſque plena, ad duo milliaria raptatus, animam cœlo reddidit. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Petri à Catanio, Confeſſoris, Seraphici Sancti Franciſci ſocij: qui cùm in officio Vicarij Generalis Ordinem ſanctiſſimè aliquo tempore gubernaſſet, clarus meritis, & virtutibus, ac miraculorum gloria inſigniter exornatus, migrauit ad Chriſtum. In Mexico, Beati [c] Alphonſi de Scalona, Confeſſoris; eruditione ac pietate clariſſimi, qui multa millia Indorum Infidelium conuertit ad Fidem; & vitæ ſanctitate atque zelo ſalutis animarum plenus, fœliciter obdormiuit in Domino. Atienzę, in Territorio Saguntino, Beati [d] Antonij, Confeſſoris; virtutum ſplendore admodum celebris. Valliſerij, in Vmbria, Beatæ [e] Chriſtinę à ſancta Cruce, Tertiarię.

MARTII X.

§. 1. B*Eati Andreæ Guez, Martyris,* [a]] Nuncupatur hic Dei ſeruus, Andræas *Guez*, ſiue, de *Guels*, cuius meminit Reuerendiſſimus Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. in BB. Martyribus, ſuo æuo, per Galliam, ob Chriſti fidem paſſis. Item part. 3. in Conuentu S. Ioannis Baptiſtæ Fratrum Minorum Bernaij, (Oppidi, Lexouienſis Diœceſis, in Ducatu Normaniæ) qui eſt 24. Prouinc. Franciæ, vbi hæc ait. *Quum in partibus Normaniæ graſſarentur in Chriſti fideles, & maximè Franciſcanos, hæretici Hugnoſtici, & veluti leones rugientes Bernaium inuaderent, ex piiſſimo fratrum Minorum grege, ouicu... deglutire Sathanico anhelitu cupientes, coacti dicti Fratres fuerunt egredi etiam vrbem, partim amicorum conſilio, partim metu mortis, cuius ſolius imaginem ob oculos poſitam cernebant; memores nihilominus Dei timoris, Chriſti honoris, Eccleſiæ Catholicæ ædificationis, propriæque ſalutis Horum vnus Religioſæ conuerſationis, ac probatiſſimæ vitæ Pater F. Andræas de Guels, pluſquam ſexagenarius, vt alter Eleazarus, compunctus animo, tactuſque dolore cordis intrinſecus, fugam nimia puſillanimitatè conceptam execratus, ſeipſum proditionis accuſans, & pro Chriſti gloria, nedum teneri, & ligari, ſed Martyrio coronari toto affectu deſiderans, omni ſua primæua timiditate eiurata, forti factus animo, vrbem redijt: in cuius ſuburbio crudeli hæreticorum gladio necatus, in flumen vicinum proijcitur, Catholicorum tandem pietate ab aquis aſſumptus, ſepulturæ decenti traditus eſt: in Oppido B. Albini propè Bernaium ad duo milliaria, anno Domini* 1566. Eadem etiam referuntur à Barezzo 4. part. Chronic. Minorum lib. 5. cap. 6. ſub. ann. 1566. Daça ibid. libro tertio, capite quinquageſimo octauo, ad annum 1567. Boſio lib. 12. cap. 22. tom. 1. de ſignis Eccleſ.

B. Petri à Cathanio, Confeſſ. [b].] Aſſiſias erat iſte
§. 2. B. Petrus Cathanij, ceu Cathanæus, vel à Cathanio, Canonicus ſancti Ruffini, ſeu Matricis maioriſque Eccleſiæ Aſſiſienſis: qui relicta ſæculari hac dignitate, atque patrimonio pauperibus diſtributo, Patri pauperum D. Franciſco adhæſit, Ordinem Minorum intrauit, habitumque Religionis ab eodem Seraphico Patre ſuſcepit, ann. 1209. die 16. Aprilis, ſicque fit ſocius ſecundus D. Franciſci, eo quòd B. Bernardus à Quintaualle eadem die, paucis horis antea elapſis iam Frater Minor extiterat. De quo infra 10. Iulij.

Porro ob eius maturitatem, probatoſque mores, in §. 3.
Capitulo Generali Aſſiſij celebrato, eidem Seraphico Patri in officio Generalatus ſuffectus fuit, ann. 1220. poſtquam priùs Vicarius D. Franciſci extitiſſet. Tunc B. Franciſcus, vt ſanctæ obedientiæ merito haud priuaretur, petiit ab eo, ſibi vnum de ſociis, in ſuum Guardianum dari: cui humiliter obediret, quod ipſe præſtitit. Vita fuit ſpectabilis, & in moribus præclarus vt ſol: omnique genere virtutum refertus. Tandem cum ſanctiſſimam vitam duxiſſet, Aſſiſij moriens, in Conuentu S. Mariæ de Portiuncula ſepultus eſt, ann. Chriſti 1221. De quo illud legitur, quod cùm poſt eius tranſitum, multa, eaque præclara ederet miracula, nec poſſent fratres, ob populi ad eius ſepulchrum aduentantis frequentiam, ſpiritui liberiùs vacare, ea de re apud Beatiſſ. Franciſcum tunc longiùs in quodam antro agentem, conquesti ſunt: quamobrem ſanctiſſimus Pater diſcipuli defuncti mauſoleum petens, ei in virtute ſanctæ obedientiæ præcepit, vt ab operandis miraculis ceſſaret. Mira res, non ſecus ac ſi adhuc viueret, ſibi obtemperauit obedientiſſimus diſcipulus. Rodulphus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Relig. in eo Aluarus Pelag. de planct. Eccleſ. lib. 2. cap. 69. Corbinus. lib. 2. Sanctæ Franciad. pag. 25.

Multi de eo præclarè ſcripſere. B. Bartholomæus
Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de §. 4.
Fratrib. Minor. ſanctitate illuſtr. in Prouinc. S. Franciſci, Codex MS. Bibliothec. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſipcnenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 8. 10. 34. 36. 48. 118. & lib. 6. cap. 55. Item part. 2. lib. 1. cap. 5. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memoriali Ordinis Minorum. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 2. in Conuentu S. Marię de Angelis propè Aſſiſium, qui eſt 1. Prouinc. S. Franciſci. D. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. poſt initium. Item § 4. ibid. Vbi hęc omnia paucis complectitur, dicens. *Cùm verò idem Generalis B. Franciſcus infirmitatibus, & doloribus quaſi continuis, ex rigore pœnitentiæ (cùm eſſet delicatiſſimus) grauaretur, in quodam Capitulo, inquantum potuit, ceſſit officio; & pro ſe ſtatuit, F. Petrum Cathanij ad Ordinem*

Digitized by Google

nem gubernandum, cui ſtatim promiſit firmiter obedire. Cùm autem Fratres multum lachrymarentur, videntes ſe quodammodo orphanos fieri, tanto patre orbati; B Franciſcus eleuatis in cœlum oculis, & manibus iunctis, inquit; Domine tibi recommendo familiam, quàm mihi hactenus commiſiſti. Et nunc propter infirmitates, quas tu noſti dulciſſime, curam ipſius habere non valens, eam recommendo Miniſtris, qui in die iudicij coram te teneantur reddere rationem. F. Petrus Cathanij cùm aliquo tempore rexiſſet Ordinem, vt Vicarius B. Franciſci, ante mortem ſancti deceſſit; tumulatus apud S. Mariam de Portiuncula; cùm verò multis miraculis coruſcaret, & ob hoc ad hanc Eccleſiam conflueret cum oblationibus populorum multitudo: reuerſus ſanctus ad locum, & propter illas oblationes, & viſitantium multitudinem triſtis effectus; ad eius ſepulchrum accedens, dixit. Frater Petre, tu mihi dùm viueres, ſemper obediens fuiſti; modo, quia nimis ab iſtis ſacularibus infeſtamur, debes mihi etiam obedire. Quare tibi per obedientiam precipio, vt ceſſes ab iſtis tuis miraculis: quorum occaſione ab iſtis ſacularibus perturbamur. Et ex tunc nullum miraculum fecit. Poſt mortem vero Fratris Petri, B. Franciſcus poſuit ad regendum Ordinem, F. Helyam, de Aſſiſio, virum vtique famoſa prudentia illuſtratum: qui quamuis à ſancto, & multis Fratribus vocaretur Miniſter, nullus tamen fuit ipſo viuente electus, vel ab Ordine tanquam Generalis receptus. De eo agunt Wadinghus tom. 1. Opuſculor. D. Franciſci Annotat. ad Epiſtol. 6. 8. & tom. 3. Annotat. 7. in Collation. 25. Item Apophtegm. 42. 45. Item Colloquio 2. 3. 22. Item. tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1209. §. 9. 1219. §. 54. 1220. §. 23. 24. 32. ann. 1221. §. 1. & 2. Marianus cap. 18. Iornandes cap. 229. part. 32. Bzouius tom. 13. ad annum 1218. §. 13. Corbinus. ſup. pag. 23. 24. & ſeq. Thielmanſ. tom. 1. vit. SS. Seraphic. Ordin.

§. 5. *B. Alphonſi de Scalona, Confeſſ.* [c]] Naſcitur in Oppidò Scalona, Toleto adiacente, parenteque orbatus anno ætatis 18. in Prouincia Carthaginenſi Franciſcanum habitum ſuſcepit, vbi Philoſophiæ operam dedit. Poſtea, miſericordia motus animarum à Diabolo seductarum, nouam petiit Hiſpaniam, ann. 1 31. tribuſque annis Tlaxcallæ commoratus, linguæ Mexicanæ ſtudium amplexatur, atque in formanda iuuentute operam nauauit. Nam 600. fermè pueros à ſe delectos, primis elementis, ac Grammaticalibus Rudimentis, & ſimul Chriſtianis initiis imbuiſſe memoriæ proditum eſt. Mexicano idiomate, quod memoriæ beneficio, pauco tempore eſt aſſecutus, conciones Euangelicas digeſſit, quæ & poſtea Guatemalico ſermone, quem annos natus 72. perdidicit, ſunt redditæ. Fuit in eo eximia patientia; humilitas, paupertas, Pœnitentia, & mortificatio, ac ingens animi feruor; ita vt Religioſis ſui temporis virtutum exemplar eſſet. Magiſtri nouitiorum: Guardianatus, Diffinitoriatus, atque Prouincialatus munia ſæpe exercuit. Et ſuæ ætatis 88. cùm 70. Diuo Franciſco conſecraſſet, & Indis ad fidem adducendis 50. impenſis; Mexicano Conuentui, ieiuniis, caſtigationibus, ac variis mortificationibus confectum corpus committit, anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto, Martij 10. Anima vero ouans in vrbem cœleſtem rediit, corona laurea prædicati verbi coronata. Nec enim ſine ingenti ſanctitatis opinione mundo valedixit. Vita illius rigidiſſima, & admiranda deſcribitur, part. 4. Origin. Seraphic. Relig. apud Gonzagam. ſub Conuentu Mexicano, qui eſt 1. Prouinciæ S. Euangelij. Eadem habet Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 67. 68. & 69. Daça ibid. lib. 2. cap. 31. Willotus Athenarum Orthodoxarum Franciſcan. littora A. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minorum. Marianus lib. 2. cap. 8. 9. & 10. Petrus Caluus in Defenſorio ſacrar. Religion. lib. 2. cap. 32. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

B. Antonij, Confeſſoris, [d]] Laicus erat profeſſione; §. 6. Frater B. Saluatoris *ab Horta*; qui omnium virtutum genere ſpectatiſſimus, obiit ann. 1591. cuius meminit Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1266. §. 19. ex Memorial. Hiſpanic. MS.

B. Chriſtina, [e]] Magna ſanctitate floruit, ſæcul. §. 7. 14. prout teſtantur: De Sillis, in capite primo Regul. tertij Ordinis, ex Arbore Seraphica. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1360. §. 3.

QVINTO IDVS MARTII.

APud Caſtrum-Villanum, in Territorio Lingonenſi, Beatorum [a] Trium Fratrum Martyrum; quos hæretica rabies comprehendit, & Sclopetariorum glandulis trans-verberatos, ad gloriam cœleſtem emiſit. Viennæ, in Gallia Beati [b] Michaëlis à Peruſio, Confeſſoris; vita & miraculis conſpicui. Varthæ, In Territorio Gneſnenſi, Beati Raphaelis, [c] Confeſſoris, ſanctitate vitæ celebris. Capriolæ iuxta Senas, in Tuſcia, Beati [d] Bartholomæi Lucenſis, Confeſſoris: qui ob vitæ integritatem, ſummaſque virtutes, Diffinitor Generalis, tum Vicarius totius Ordinis Seraphici, ſanctiſſimè obiit in Domino. Agnonis, in Apulia, Beati [e] Gaſparini Inſubris, Confeſſoris: qui virtute abſtinentię, & humilitatis, ac miraculorum gratia refulſit. In Belgio, Beati [f] Ioannis à Louanio, Confeſſoris: qui admirabili ſanctitate præditus, primus Miniſter Prouincialis Germanię inferioris Prouinciæ electus eſt. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [g] Balbinæ, Virginis; ſanctæ Claræ Diſcipulæ; cuius merita miraculorum præconiis illuſtrantur.

Digitized by Google

MARTII XI.

§. 1. BEatorum Martyrum,[a]] Non fuit ſatis, hæreticis ac perditis illis hominibus, omnia depopulari: vetuſta quæque, & noua deperdere, vel in vſus perduellium, rapacium, & ſceleratorum militum, prophanorumque miniſtrorum conuertere; niſi etiam ſæuirent in pios quoſque. Horum enim cruentis manibus occubuere Beati, æternaque memoria digni, tres Religioſi præfati, nominibus mihi ignoti; qui cùm foras ad concionandum eſſent egreſſi, verſus Semurium Oppidum ab eis intercepti, & Bombardarum globulis transverberati, fœlices Deo animas reddidere. Quorum corpora clam à Catholicis ſublata, apud Conuentum Caſtri-villani honorificè tumulata ſunt: vbi piè à fidelibus venerantur. Agit de eis Barezaus part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 39. ex Fauſtino Taſſo in hiſtor. ſui temporis, & Thoma Bouchiero, in hiſtoria Eccleſiaſt. Martyr. Minor. Picquetus, in Deſcriptione Prouinc. S. Bonauent. vbi de Conuentu præfato, eo autem anno paſſi ſunt, quo, & alij ſupra Martij 8.

§. 2. *B. Michaëlis, Confeſſoris,*[b]] Vir Religioſiſſimus aquam in vinum mutauit, aliaque plura miracula fecit, iacet Viennæ Allobrogum: floruitque circa ann. 1370. cuius meminere Beatus Bartholomæus Piſanus libro primo, Conformitat. fruct. 8. & 11. in Fratribus Minorum, Prouinciæ Burgundiæ, ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 31. §. 2. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Item part. 3. in Conuentu Viennenſi. qui eſt 38. Prouinc. S. Bonauenturæ. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1287. § 15. Picquetus in Deſcriptione eiuſdem Prouinc. vbi de eodem Conuentu, qui eſt 1. Cuſtodiæ Viennenſis: qui tamen in eo hallucinatur forſitan, aſſerens. *Quod in ipſo hanc vitam in meliorem commutauerint, aliqui ex illis fœliciſſimis Patribus, qui D. Franciſcum totius inſtituti Anteſignanum viderunt, nimirum, Beati PP. Michaël, Guillelmus, & Drodo; quorum prior miraculis fuit inſignis, &c.* Nam Reuerendiſſimus Antiſtes Marcus Vlyſſiponenſ. apertè teſtatur hunc Beatum Michaëlem claruiſſe ſub ann 1370. Conſtat autem S. Franciſcum obiiſſe ann. 1226. quare ſi eum vidiſſet B. Michaël, vitam tunc vltra 150. annum protraxiſſet, quod Paradoxum eſt. Niſi ipſemet Marcus errore laborauerit; eo quòd iam antea lib. 1. cap. 31. ſub. ann. 1245. eiuſdem B. Michaëlis meminerit. Vide Marianum lib. 3. cap. 7. circa ann. 1287. & Foderetum in Deſcription. Prouinc. Burgundiæ fol. 13. & in eo Conuentu Viennenſi.

§. 3. *B. Raphaëlis Confeſſ.*[c]] Nuncupatur Raphaël de *Proſſoricie*, pro cuius Beatificatione, ob eximias eius virtutes, agitur in Curia, teſte Wadingho. Tom. 6. ſup. ad ann. 1468. §. 23.

§. 4. *Beati Bartholomæi, Confeſſoris.*[d]] Huius ſingularis atque ſtrenui Patris corpus iacet Capriolæ, in Conuentu S. Bernardini (qui eſt 4. Prouinc. Tuſciæ) anno 1500. obiit; cùm prius ob puriſſimos eius mores, à patribus ſecundò huiuſce Prouinciæ electus fuiſſet Vicarius Prouincialis: atque totius Ordinis Diffinitor, necnon Vicarius generalis extitiſſet. Hæc ex eod. Gonzaga ſup. in ipſo Conuentu prædicto. Vvadingho ſup. tom. 7. ad ann. 1500. §. 16.

§. 5. *Beati Gaſparini, Confeſſ.*[e]] Mira ciborum abſtinentia fruebatur; cùm vnica tantùm, eaque ſatis frugali refectione; per ſingulos dies attritum laboribus vigiliiſque corpus recrearet; taceo profundiſſimam eius humilitatem cæteraſque virtutes, quibus cumulatus, deceſſit è viuis: miraculis glorioſus. Illius meminit Gonzaga ſup. in Conuentu S. Bernardini Agnonenſ. qui eſt 8. Prouinc. S. Angeli, & ſub initium huiuſce Prouinciæ. Daça ſup. lib. 1. cap. 42. Vvadinghus ſup. tom. 6. ad ann. 1451. §. 59.

§. 6. *Beati Ioannis, Confeſſ.*[f]] Primus Prouincialis miniſter Prouinc. Germaniæ inferioris electus eſt, anno 1529. in capitulo Durſtenſi, & ſanctitate clarus quieuit in Domino. Vide Gonzagam part. 3. in Prouinc. Colonienſi.

§. 7. *B. Balbinæ, Virgin.*[g]] Soror erat Beatæ Amatæ Virginis, (de qua 20. Februar.) vitamque Monaſticam profeſſa eſt Aſſiſij ſub diſciplina S. Claræ Virginis; vbi ad tantum perfectionis gradum peruenit: quòd Deus per eam quamplura ediderit miracula. Aretium miſſa fuit ab ipſa ſancta Clara vt inibi ſui Ordinis Monaſterium extrueret: quo peracto, Aſſiſium reuertitur. Moxque ſancta Clara diem mortis obeunte, hæc B. Balbina, nonnullis tranſactis menſibus, eam ſecuta eſt ad præmium. Agunt de ea Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. ſup. lib. 1. cap. 51. ex Mariano in appendice lib 1. Toſſinianus lib. 1. ſup. Vvadinghus tom 1. ſup. ad ann. 1215. §. 36. & tom. 2. ad ann. 1254. §. 38. quo obiit. Valerianus de BB. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 2. cap. 11. Salazar. lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 21. Thielmanſ. tom. 2. vit. SS. Seraphic, Ordin.

QVARTO

Digitized by Google

QVARTO IDVS MARTII.

BEttonij, in Vmbria, Beati [a] Iordani, Confeſſoris: eximiæ humilitatis ac perfectionis viri. Bulcanij in Aprutio, Beati [b] Benedicti Hydropici, Confeſſoris; myſtica Theologia, & vitę ſanctitate inclyti. Strigonij in Hungaria, Beati [c] Ægidij, Confeſſoris. Anconæ, Beati [d] Serui Dei, Confeſſoris; vita, & miraculis clari. Serrę Petronum in Territorio Camerinenſi, Beati [e] Ioannis de Martello, Confeſſoris magnæ ſanctitatis viri. Florentię, Beati [f] Bernardi Scarlatenſis, Confeſſoris: qui oratione, & cœleſtium rerum contemplatione extitit ſublimatus. Apud Salicetum in Caſtella, Beati [g] Matthæi Sanctorcazij, Confeſſoris; virtute orationis, & charitate conſpicui. Louitij, in Polonia, Beati [h] Ioannis Smolhę, Confeſſoris. Toleti, Beati [i] Antonij Ortizij, Confeſſoris: mirę abſtinentiæ, ſilentij, & orationis viri. In Gallia, Beati [k] Claudij, Confeſſoris: qui Prouincialatu bis laudabiliter functus, virtutibuſque haud vulgaribus exornatus, ſancto fine quieuit. Bononię Beatæ [l] Apolloniæ, viduæ, Tertiariæ: quæ bonis operibus iugiter intenta, miraculis etiam coruſcauit.

MARTII XII.

§. 1. B*Eati Iordani, Confeſſoris.* [a]] Laicus erat profeſſione, humillimus, verè perfectus, atque ſanctiſſimus. Memoratur à Beato Bartholomæo Piſano libro primo Conformitat. fruct. octauo, & vndecimo, parte ſecunda, in fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ Diui Franciſci. Gonzaga parte prima Origin. Seraphic. religion. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Wadingho annal. Minorum ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum ſextum §. decimonono, & tomo tertio ad ann. milleſimum treceneſimum ſextum, Paragrapho vigeſimo quarto. Picqueto in Catalogo virorum illuſtrium Ordinis Franciſcani. Toſſiniano libro ſecundo in Cuſtodia ſancti Franciſci.

§. 2. *Beati Benedicti, Confeſſoris.* [b].] Vir extitit eximiæ virtutis, & eruditionis. Bulcanij quieſcit ſepultus. *In Blucano* (inquit Piſanus) *iacet Frater Benedictus Hydropicus; iſte propter vnum peccatum inuidia ad iudicium tractus damnabatur: ſed precibus Beati Franciſci, & Beati Antonij liberatus, & ad vitam corporis reſtitutus, relicta ex tunc Philoſophia, mutatur in virum alterum, & habuit ſcientiam infuſam, & ſanctiſſima vita fuit.* Hæc ille ſup. in Prouincia Pennenſi. Codex Manuſcript. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Gonzaga, & Wadinghus ſup. ad annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum §. vigeſimo-nono. Marcus Vlyſſiponenſis parte ſecunda Chronic. Minor. libro primo, capite quadrageſimo ſeptimo, & libro nono, capite vigeſimonono §. primo, qui tamen hallucinatur, in temporis ſupputatione, quo hunc inſinuat vixiſſe. Picquetus ſup.

§. 3. *Beati Ægidij, Confeſſoris.* [c]] Illius meminit Wadinghus ſupra ad annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum ſeptimum paragrapho octauo, qui mira de eo refert. Ex antiq. Manuſcrip. & monumentis Ordin.

§. 4. *Beati Serui Dei, Confeſſ.* [d]] Ex perpetuo Dei obſequio ſic nuncupatus legitur B. Seruus Dei, de *Barbino* dicendum eſt, *de Vrbino*: nam patria Vrbinas fuit: qui cùm Guardianatus officio fungeretur in veteri Conuentu Anconenſ. vidit B. Petrum in extaſim raptum: & per ſex cubitos in aëre leuatum. Porrò ſanctitate, & miraculis illuſtris deceſſit è vita. Scribunt de eo Piſanus ſup. in Prouinc. Marchiæ. Wadinghus ſup. ad ann. 1289. § 27. qui tamen poſtea tom. 4. ad ann. milleſim. trigeſim. nonageſim. non. §. 33. refert eius ſacrum corpus Amandulę aſſeruari ſub altari S. Antonij.

§. 5. *Beati Ioannis, Confeſſor.* [e]] Sanctiſſimè vixit, & obiit apud Conuentum Serræ S. Clerici, ſeu S. Quirici, Camerinenſis Diœceſis, in Cuſtodia Æſina, nunc Camerinenſi: in cuius Eccleſia ſepulturam nactus eſt propè aram S. Antonij de Padua: teſte Vvadingho tom. 2. ſup. ad ann. 1290. §. 28. (poſt Toſſinianum lib. 2. in cuſtodia Camerini) & tom. 3. ad ann. 1331. §. 21. Itemque in Additionib. ad 3. tom. §. 14. Et feſtiuè colitur hac die, ex publico decreto Conſilij, & Rectorum illius populi edito anno milleſimo quadrageſimo ſeptuageſimo tertio.

§. 6. *Beati Bernardi, Confeſſoris.* [f]] Hîc, ob ſingulares virtutes, quibus prædītus erat, cæleſtibus plurimis viſionibus à Deo immiſſis conſolari meruit. Teſte Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu S Saluatoris Florent. qui eſt 9. Prouinc. Tuſciæ, & Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. vocante eum, *Bernardinum.* Vvadingho. Tom. 5. ſup. ann. 1419. §. 12.

§. 7. *Beati Matthæi, Confeſſoris.* [g]] Hîc in Conuentu Dominæ noſtræ de Saliceto (qui eſt 6. Prouinc. Caſtellæ) habitum ſumpſit, & diem obiit; laicus cùm eſſet, humilitate, & charitate in proximum extitit inſignis: noctes plurimas ſub dio ducebat inſomnes in oratione Dei, nunc aliquando in muri modum vndique circundatus, & tectus; intactus, & illæſus intra niuium ambitum, veluti ſi in ſacello deprecaretur. Ita Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1376. §. 20. ex antiq. Ordin. monimentis. Salazar. lib. 4. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 6.

§. 8. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [h]] Deuotiſſimus fuit: & ſuis orationibus amiſſum à decennio viſum cuidam

Digitized by Google

Patri, Dominicanorum Priori, reſtituit; Deoque Optimo Maximo gratiſſimus extitit. Ita Gonzaga ſup. in Conuentu S. Bartholomæi Louitienſ. qui eſt 15. prouinc. Poloniæ. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 31. Vvadinghus. tom. 6. ſup. ad ann. 1468. §. 25.

§. 9. *B. Antonij Orthesii Confeſſ.* [i]] Eximias eius virtutes, quibus, Toleti patriæ ſuæ, inſigniter refulſit, latè percurrit, Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 13. Daça. part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 23 moritur hac die, ſepulturam nactus Toleti apud Monaſterium S Eliſabeth, quod eſt 1. Prouinc. Caſtellæ, quidam confundunt eum cum alio B. Antonio Ortizio de quo infra ad 15. Aug. ſed perperam: cùm, patria, genus, locus ſepulturæ, & cæt. omninò repugnent.

§.10. *Beati Claudij, Confeſſor.* [k]] Bis officio Prouincialis Miniſtri, in Prouincia Sancti Ludouici, omni cum laude functus, multa extructioni contulit Conuentus ſanctæ Crucis Auenionenſ. Vbi magna cum pietate, atque ſanctitatis notis, ſpiritum Deo reddidit. Florebat ann. 1550. Memoratur à Gonzaga ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 3. Prouinc. S. Ludouici. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 9. ad ann. 1567.

§. 11. *Beata Apollonia, Vidua.* [l]] Tertiaria extitit, poſtquam à lege viri ſoluta eſt: ſepelirique voluit in Eccleſia Conuentus Annunciationis Deiparæ Virginis, Fratrum Minorum extra ac propè portam ciuitatis Bononienſ. poſt. ann. 1500. vbi plurimis diffamatur miraculis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. & Barezzus ſup. lib. 2. cap. 55. mentionem de ea faciunt: præcipuè autem Gonzaga part. 1. ſup. in BB. Fœminis ſecundi Ordin. Minor. & part. 2. in hoc eodem Conuentu, qui eſt 17. Prouinc. Bononienſ. his verbis. *In altera huius ſacra domus Capella, Beata Apollonia, miraculis omninò illuſtris, venerabile corpus ſepultum eſt; cui ſequentia carmina adiacent.*

Condita capſa eſt hac ſoror Apollonia dignè
Quam, qua iam fecit, firmam miracula ſanctam:
Nupta prius ciui, ſed poſt vidua ipſa manſit,
Franciſci tandem ſeſe veſte induit Almi.

Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Syluester Marulus in Hiſtor. ſacrar. Religion. Franciſcan. Valerianus de BB. fœmin. Ordin. Minor. lib. 4 cap. 31. De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ordin. Daça ſup. cap. 33. Vvadinghus. tom. 6. ſup. ann. 1475. §. 30.

TERTIO IDVS MARTII.

OXonij in Anglia, Beati [a] Angeli Piſani, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli; qui primus Guardianus Pariſienſis, ac Cuſtos Franciæ, necnon Angliæ Miniſter Prouincialis, ab eodem Patre inſtitutus, cęteris tum vitæ ſanctitate, tum ſignis admirandis, illuxit. Ibidem, Beati [b] Ioannis Anglici, Confeſſoris, Religione, & eruditione conſpicui; qui Prouincialatu in Germania, & Anglia ritè perfunctus, ſancto fine quieuit. Peruſiæ; Beati [c] Henrici, Confeſſoris, Daciæ principis: qui, ſpretis regalibus oblectamentis, habituque Tertii Ordinis Minoritici ſuſcepto, Chriſto ſeruire decreuit in paupertate, & humilitate: quem Deus miraculorum gloria decorauit. Neapoli in Campania, Beati [d] Bartholomæi Agricolæ, Confeſſoris: cuius ſanctitatem crebra miracula per eum edita teſtantur. Apud Montem-Falconem, In valle ſpoletana, Beatæ [e] Margaretæ, Religioſæ fœminæ.

MARTII XIII.

§. 1. B*Eati Angeli, Confeſſoris.* [a]] Angelus, ſiue Agnellus nuncupabatur, Piſis in Hethruria natus, atque ibidem Diuo Franciſco concionante, Frater Minor factus eſt 1211. Vir vndequaque perfectus, quem poſtea ob inſigne virtutis ſpecimen, primum idem Seraphicus Pater miſit in Galliam cum Beato Pacifico, primo Franciæ Prouinciali Miniſtro ann. 1216. à quo & Lutetiæ licentiam habuit Conuentum extruendi, & primus huiuſce domus Guardianus inſtitutus eſt, moxque primus Pariſienſis Cuſtos creatus. Denique cùm eſſet magna ſanctitate præclarus, in Angliam illum D. Franciſcus ablegauit cum ſocio B. Alberto Piſano, & aliis ann. 1219. quorum primum Prouincialem inſtituit: verùm cùm in itinere Pariſiis aliquo tempore hæſiſſent, anno 1220. transfretantes, Angliam appulerunt 3. die Maij. Vbi à Rege Henrico 3. & prælatis benignè excepti, Franciſcanum inſtitutum mirè per Angliam propagarunt. Nam, & complures Conuentus illic confeſtim extructi ſunt; & Epiſcopi, Abbates, Monachi, & in Theologia magiſtri non pauci, Ordinem Minorum humiliter profeſſi ſunt. Et B. Angelus Regis familiaris ac conſiliarius effectus, omnibuſque charus habitus: multum inſudauit in componendis controuerſiis inter Regem & Regni proceres; tantumque poſuit in his rebus operis, & ſudoris, vt & vitam depoſuerit, in craſtino feſti S. Gregorij Papæ, ann. 1232. iuxta antiquum ſupputandi morem, quo annus à Paſchate incipiebat; at ſecundum nouum calculum, ann. 1233.

Obiit autem, non ſine ſanctitatis opinione, quam multis miraculis confirmauit. Sepultũ Oxonii in capſa lignea, dùm poſt plures annos Fratres voluerunt transferre ad honorificentius, & ſublimius ſepulchrũ, carnem inuenerunt omnem in pretioſiſſimum liquorem, §. 2.

rem, balſamo ſimilem, reſolutam, & oſſa terſa oleo
ſupernatantia. Cúmque minus cautè capſulam vetu-
ſtate corruptam eleuarent, fundum adhæſit pauimen-
to, oleumque effuſum eſt cum ingenti fragrantia: oſſa
verò ad paratum mauſolæum magna cum reuerentia,
& ſolemnitate fuerunt tranſportata. Agunt de eo Mat-
thæus Pariſ. ad ann. 1232. & 1243. de Geſtis Anglor.
in Henrico III. Rege. Marianus lib. 1. cap. 7. 15. &c.
Fabianus, & Nicolaus Triuetus, antiqui, & coæui
authores, in Chronicis MSS. ad ann. 1221. B. Bar-
tholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. &
11. part. 2. in fratrib. Minor. ſanctitate illuſtr. per
Prouinc. Angliæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ.
ibid. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph, in eo. Marcus
Vlyſſipon. part. 1. Chronic. Minor. lib 6. cap. 31. 32.
& 33. D. Antoninus 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. §.
1. & 2. Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. relig. in BB.
viris huiuſce Ordinis, & Conuentu Pariſienſ. item
in Prouinc. Turoniæ part. 3. Chronicon Citizenſe ad
ann. 1254. Pitſeus in indice illuſtrium Angliæ ſcrip-
tor. Franciſcan. ann. 1224. vel potius ann. 1226. Pic-
quetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Wa-
dinghus Tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1211. §. 25.
ann. 1216. §. 2. ann. 1219. §. 32. 41. & 42. ann. 1220.
§. 58. & ſeq. Harpsfeldius ſæcul. 13. Volaterranus
lib. 21. Anthropologiæ. Corbinus lib. 10. Sanctæ
Franciad. pag. 233. & ſeq.

Beati Ioannis, Confeſſ. [b]] Anglicus, & Ioannes
§. 3. *Anglicus* vulgò appellatur: an verò id nomen ei con-
ueniat à patria, vel à familia, mihi ſubobſcurum eſt:
conſtat autem ipſum Iuriſperitum fuiſſe, & ingenti
ſcientia præclarum. Porrò B. Cæſario *de Spira* à mi-
niſteriatu Germaniæ abſoluto; illi ſubſtitutus eſt B.
Albertus *de Piſa*, in Comitiis generalibus apud Aſſi-
ſium habitis, ann. 1223. Quibus expletis, miſſi ſunt
cum eodem B. Alberto, hoc ipſo anno ad partes illas
viri inſignes, & eruditione præſtantes; inter quos
Beatus Anglicus, haud vltimum obtinet locum. Bea-
to Alberto ſucceſſit B. Ioannes *de Plano Carpini*; qui
anno 1230. Capitulo generali Aſſiſiatenſ. & tran-
ſlationi corporis B. Franciſci interfuit, relicto pro ſe
vicario in Prouincialibus Teutoniæ comitiis electo B.
P. Anglo. Nam paulò antè viſitatorem egerat in Ger-
mania. De quo vetus author Chronici Saxonici MS.
ann. 1229. hæc ſcribit. *Frater Ioannes Anglicus pri-*
mus viſitator in Theutoniam eſt miſſus; vir tranquil-
lus, charitatiuus valdè, qui mirificè Fratres ad virtu-
tes colendas inflammauit. Quin etiam eundem poſtea
Beatus Ioannes Parens, Generalis, ex eodem Autho-
re, præfecit Miniſtrum Prouincialem Saxoniæ ad in-
ſtantiam Beati Iordani, Cuſtodis illius Prouinciæ &
Fratrum. Succeſſitque Fratri Simoni Anglico de-
functo circà ann. 1231. Mox ſucceſſu temporis tran-
ſlatus in Angliam, præfuit ann. 1246. & 1247. regi-
mini Fratrum: quem & Summus Pontifex Innocen-
tius IV. eodem tempore collectorem Apoſtolicum in-
ſtituit, qui vnà cum aliis, de conſenſu etiam Regis
Angliæ piam ſubuentionem, iuxta Concilij generalis
Lugdunenſ. decretum, hinc indè, per Angliam, Hi-
berniam & Scotiam, à prælatis & clero, expoſcerent,
pro iuuandis rebus Cruciatæ, & expeditionis Hiero-
ſolymitanæ.

§. 4. Exagitat plus æquo huiuſmodi collectores Mat-
thæus *Pariſius*: quibus impunè, plura flagitia impo-
nit: non quod velim miniſtrorum omnium excuſare
exceſſus: ſed inuidiam facti (qua ſuprà modum inu-
ritur *Pariſius*) propulſare. B. Ioannes Anglicus ho-
rum vnus, religione & ſcientia notiſſimus tum fuit;
magnus ſui inſtituti zelator, & multis in religione
functionibus per varias Prouincias deſtinatus. Non
eſt ergò veriſimile hominem vanum, ſuperbum, aſpe-
rum, ſuique inſtituti tranſgreſſorem, vt ſcribit falsò
Pariſius, in tam varias curas & officia ab externis ex-
poſci, aut vltrò à ſuperioribus, viris ſanctis oblatum
fuiſſe: nec ignotæ alioquin probitatis argumentum;
quòd eum Pontifex huic curæ idoneum præ reliquis
cenſens, in Anglia, Hibernia, ac Scotia præfecit. Vi-
rum ſanctum fuiſſe teſtatur Bernardus à Beſſa, ſocius
S. Bonauent. in Hiſtor. de Ordin. Seraphic. Gene-
ralib. Marianus ſup. part. 1. lib. 1. cap. 6. Chronica
Saxon. MS. Vvadingh. tom. 1. ſup. ad ann. 1223. §. 23.
ann. 1229. §. 26. ann. 1230. §. 16. ann. 1231. §. 48 ann.
1234. §. 6. ann. 1247. §. 20. & 21. quo nitidè calum-
nias *Pariſii* confutat ac delet.

B. Henrici, Confeſſ. [c]] Erat hic filius Haquini Da- § 5
ciæ Regis; qui patientia, humilitate, atque pauper-
tate inſignis effectus, tertium Ordinem Seraphici P.
S. Franciſci ſuſcepit, atque mutato habitu incogni-
tus permanens, ſancto fine quieuit, ann. 1415. ad ra-
dices montis, iuxtà Peruſium; ſepultuſque eſt in Ec-
cleſia S. Andrææ, vbi miraculis coruſcat: cuius tu-
mulum eſt piè veneratus Sigiſmundus Imperator,
dùm Romam pergeret. Vitam illius admiratione di-
gnam deſcripſit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib.
1. cap. 31. Bzouius tom. 15. ad ann. 1415. §. 59. Brulius
lib. 2. Antiquit. Pariſ. pag. 525. De Sillis in cap. 1.
reg. tertij. Ordinis. De Torres. In practic. Exhorta-
tionib. ſuper eamd. Regul. pag. 37 Salazar. lib. 6.
Chronic Prouinc. Caſtellæ. cap 22. Ferarrius. In Ca-
talog. SS. hac die. Algezira. In arbore Epilogica to-
tius Ordin. Franciſcan. Benedictus Coronatus. cap.
19. vitæ S. Elzearij. Maurus Abbas Montis-Oliueti.
In Prat. Florido. part. 2. lib. 6. cap. 4. Pompeius
Pellinus. lib. 2. hiſtor. Peruſinæ. part. 3. ad 1504.
Hieronymus Combonus de viris ſanctitate cõſpicuis.
3. Ordin. S. Franciſc. cap. 105. poſt. Marianum. lib.
4. cap. 8. Brautius in Martyrolog. Poëtico.

B. Bartholomæi, Confeſſ. [d]] Germanus fuit natione, §. 6.
ex Ambergha Palatinatus oriundus, inter PP. con-
uentuales profeſſus: qui Neapoli ann. 1622. cum pro-
bata ſanctitatis opinione obiit, necnon miraculorum
gloria nunc vſque refulget. Sepultus in Conuentu
Neapolitano S. Laurentij: qui eſt caput Prouinc. Ter-
ræ laboris Patrum conuentualium. Illius meminе-
runt Nicolaus Armiger, eiuſdem inſtituti alumnus,
in Curru myſtico hiſtor. Ord. S. Franciſci, ſæcul vl-
tim. Rota poſtrema. Gerardus Empellius, Belga Ob-
ſeruantinus, in Examin. huiuſmodi Currus, Examin.
3. quæſt. 3. Wadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1231 § 15.
oculatus teſtis: qui, vbi recenſet grauiſſimos ſanctiſ-
ſimoſque viros inibi conſpicuos: hæc addit. *Beatus*
item Donatus; necnon noſtrorum dierum vir Bartho-
lomæus Agricola, de Ambergh, Germanus, cuius ſo-
lemnis ibi agitur memoria, cuiuſque ſepulchrum dùm
præſens adorarem, vidi multis tabellis, & votis exorna-
tum, à populo frequentatum, & in reuerentia habitum.
Compendium vitæ, & publicos ſermones in anniuerſa-
riis eiuſdem habitos, apud me habeo excuſos, ex quibus
potiora (Deo annuente) ſuis dabo temporibus. Grauina
in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

B. Margareta. [e]] Memoratur à Marco Vlyſſipo- §. 7.
nenſi. ſup. part. 2. lib. 7. cap. 21. §. 2. ad ann. 1313. ex
antiq. MSS. & Monumentis Ordinis De Sillis. In
cap. 1. Regul. tertij Ordin. Salazar. lib. 1. cap. 31.
ſup.

PRIDIE IDVS MARTII.

LVgduni, Tranſlatio [a] ſancti Bonauenturæ Cardinalis, & Epiſcopi Albanenſis, Doctoris Seraphici: tempore Eugenij quarti. In Saxonia paſſio Beatorum [b] Martyrum, qui ab hæreticis è ſuis conuentibus pulſi, cæſi, atque miſerrimè afflicti, triumphum gloriæ in Confeſſione Catholicæ fidei, ſunt adepti. In Africa apud Marrochios, Beati [c] Agnelli, Fezienſis Epiſcopi; doctrina, & multis virtutibus præclari. Apud Montem-Ferrandum, in Aruernia, Beati [d] Philippi Longi, Confeſſoris, magnæ ſanctitatis, & caſtimoniæ viri; qui cùm vnus eſſet ex ſociis S. Franciſci, & zelo ſalutis animarum flagraret, miſſus in Galliam, illic poſt ingentes exantlatos labores, ad cœlos euolauit. Ibidem Beati [e] Guillelmi Mariconi, Confeſſoris: vitæ ſanctimonia, & ſpiritu Prophetico inſignis. Hadrię in Aprutio, Beati [f] Andrææ de Andria, Confeſſoris: dono orationis, & humilitatis ſpectabilis. Apud Netinos in Sicilia, Beati [g] Antonij, cognomento, Nigri, Confeſſoris: Tertiarij: qui piis operibus iugiter intentus, ad æterna præmia migrauit miraculis conſpicuus. Myrtili, in Luſitania, Beati [h] Galterij, Confeſſoris: rerum cœleſtium contemplatione, & fama ſanctitatis illuſtris. Illiturgi, in Territorio Giennenſi, Beatæ [i] Franciſcæ Baldinię, Virginis.

MARTII XIV.

§. 1. *TRanſlatio Sancti Bonauenturæ.* [a]] Accidit ann. 1434. illud autem non eſt ſilentio prætereundum, quod cùm eius ſacrum corpus transferretur ad nouam Eccleſiam, Lugduni, in titulum ſancti Franciſci, erectam, centeſimo, & ſexageſimo ſui obitus anno, reliqua corporis parte alioquin exeſa, & corroſa, caput tamen ſolidum, capillamentum hærens, labia, dentes, & lingua, atque cor, in nullo à vitali ſtatu, aut colore demutata, reperta ſunt: quare præfata lingua, & cor, ſeorſim in eburnea pixide, honorificentiſſimè magnoque cultu tunc à Fratribus repoſita ſunt: lingua quidem eo tunc temporis: cor vero ann. 1482. poſt eius canonizationem. Ea de re ſcripſerunt Piſanus libro primo Conformitat. fruct. octauo, parte ſecunda, in Prouincia Burgundiæ. Octauius Sueſſanus Oration. pro Canonizat. ipſius ſancti Bonauenturæ. Ioannes Franciſcus de Pauinis in relation. de eiuſmodi Canonizat. parte ſecunda art. 5. circa finem. Continuator Vincentij Beluacenſ. lib. 31. Toſſinian. lib. 1. Hiſtor. Seraph. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minorum, libro 2. cap. 7. & part. 3. libro 1. cap. 56. Gonzaga 1. parte Origin. Seraph. relig. in Conuentu Pariſienſ ſub fin. & part. 3. in 1. Conuentu S. Bonauenturæ Prouinc. D. Bonauent. Schedel in Regiſtro Mundi, vbi de eo. Supplementum Chronic. libro decimo octauo ad ann. 1268 Ferrarius. In Catalog. SS. & Sauſſayus. In Martyrolog. Gallican. hac die. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1274. §. 22. & multi alij, quos ſupra retulimus ad 13. Iulij. Porrò, Martinus V. conceſſit viſitantibus Eccleſias Fratrum Minorum, in Feſtiuitatibus ſanctorum Franciſci, Antonij, Claræ, &c. necnon in Tranſlationibus eorum, indulgentiam annorum 50. & quadragenarum 12. Iulius 2. eamdem conceſſit in Feſto, ac Tranſlatione S. Bonauenturæ, Teſte Compendio Priuileg. Ordin. Minor. verb. *Indulgentiæ, quoad ſeculares, primò.* §. 9. & 18. Inſuper, hac die, ann. Chriſti 1587. Sixtus V. Summus Pontifex, magna cum ſolemnitate, Romæ, in Eccleſia 12. Apoſtolorum, inter primarios Eccleſiæ Doctores, ipſum D. Bonauenturam annumerauit: Qua de re, Mauritius Breſſius, Gallus natione, vir ad omnes ingenuas diſciplinas egregiè eruditus, luculentam orationem habuit: quæ extat initio 1. Tom. oper. D. Bonauentur. Vide Petrum Galeſium, in vita ipſius Seraphici Doctoris cap. 20.

Beatorum Martyr. [b]] Paſſi ſunt in perſecutione hæreticorum per vniuerſam ferè Saxoniam, & Teutoniam debacchantium ann. 1524. quo tempore omnes quaſi Fratres Minores extincti ſunt his in regionibus, ob fidem Catholicam, quam Lutherani ſummo odio perſequebantur. Teſte Gonzaga parte tertia Origin. Seraphic. in Prouinc. Saxoniæ ſanctæ Crucis. Barezzo parte quarta Chronic. Minor. libro primo capite trigeſimonono. Daça, ibidem libro tertio, capite ſeptuageſimo ſecundo. Hæc autem hæreticorum rabies rurſus Fratres Minores, in eadem Prouincia degentes, feraliter nunc depaſta eſt; cùm Sueci hæretici in Germaniam nuper irrumpentes, ferro, & igne omnia deuaſtarunt, & feris crudeliores, Barbariſque ac Paganis deteriores, ſacra, & prophana, humana, & diuina violarunt. Maximè autem ſæuierunt in Religioſos Franciſcanos; quos diris variiſque tormentis diuexarunt, ac morti tradiderunt inter quos præcipuè emicuit R. P. *Adolphus Ardolphi*, Prouinc. Argentinæ Cuſtos, martyrio affectus in Vitembergia, ann. 1632. die 6. Ian. prout referunt teſtimonia fide digna apud nos ſeruata Pariſiis. §. 2.

Beati Agnelli, Epiſcopi Marroch. [c]] Lupus, Agnus, & Agnellus nonnunquam reperitur appellatus. Sciendum itaque, quòd Seraphicus Pater S. Franciſcus, apud Aſſiſium celebrato generali Capitulo ann. 1219. miſerit in omnes vniuerſi orbis nationes, aliquos ex ſuis Fratribus, Euangelij prædicandi, & Chriſtianæ perfectionis annuntiandæ cauſa. Ad Africam deſtinauit duos ex præcipuis ſuis comitibus, verè Beatos, FF. Electum, & Ægidium, laicos, adiunctis a ijs quamplurimi §. 3.

Digitized by Google

plurimis: (de quibus ſup. ad 6. Ianuar.) ſubmiſſis, vno vel altero interlabente menſe, tanquam ſubſidiarijs militibus, quinque illis BB. fidei athletis, qui anno ſequenti, videlicet 1220. apud Marrochium, pro eadem ad ſanguinem & mortem vſque decertarunt: de quibus 16 Ianuar. ſup. In Hiſpaniam, cuius multa adhuc pars ſub dura Sarracenorum ſeruitute gemebat, præter alios, miſit B. Ioannem Parentem, poſtea miniſtrum Generalem totius Ordin. Franciſcan. (de quo 1. Ianuar. ſup.) B. Agnellum noſtrum &c.

§. 4. Porrò, quàm grati ſibi fuerint præfati 5. martyres apud Marrochium paſſi, Dominus oſtendit, iuſtam vindictam occiſoribus inferẽdo; nam ab eo anno, quo ſancti palmam martyrij meruere perennem, omnium penè rerum ſterilitas, & ſæua peſtis, per quinquennium (vt iuxta numerum occiſorum eſſet numerus annorum vindictæ, ac ſi pro menſura culpæ eſſet & plagarum modus) ſic in eos debacchata eſt, vt morbo incurabili inualeſcente, maxima pars gentis illius fuerit condigna morte deleta. Ipſius quoque regis impij brachium & latus dextrum, totum vſque ad pedes, eo anno, quo ſanctos interemerat, penitus exaruit. Quibus diuturnis malis attriti, diuinam iam agnoſcentes vindictam, ob viros hos crudeliter occiſos, ad loca occurrunt martyrij conglomerati turmatim, ſibi ignoſci deprecantes; quos inſcrutabili Dei iudicio, & ſi hoſtes, exaudiuit: & abundanti repentinoque imbre regionem vndequaque fœcundauit. Quo certiores effecti miraculo, de Dei cura & beneuolentia erga Chriſtianos, publico edicto permiſit Rex, vt publicè ibidem ſuam colerent fidem; Catholicum haberent, modò Franciſcanus eſſet, Antiſtitem; & Romano ritu ſibi Eccleſiam extruerent. Quod ſanè factum eſt; & multis durauit annis: ex Petro de Natalibus libro 11. in Append. cap. 1. Marco Vliſſiponenſ. 1. part. chronic. Minor. libro 4. cap. 24. Surio cap. 8. & aliis, in vita horum 5. SS. 16. Ianuar.

§. 5. Statimque Beatus Agnellus, meritis præclarus, licet longa confectus ætate, creatus eſt Marrochiorum Epiſcopus per Greg. IX. Papam anno 1226. iuxta antiquum annorum calculum. Velim tamen attendas, Chriſti Euangelium à Franciſcanis haud pacificè fuiſſe propagatum, vt perſecutio omninò vlla exorta fuerit: nam circa ann. 1232. multi ex Minoribus Fratribus, variis in Africa locis diuerſa paſſi ſunt martyrii genera, irruentibus in eos feraliter, ex communi conſpiratione, Sarracenis, quia multos ſuæ ſectæ viros videbant ad Chriſtianam veritatem per illos conuerti; ſubterfugit plurimorum exacta notitia, niſi horum quinque, quorum meminimus ad 16. Septembr. propterea idem Summus Pontifex anno. 1233. duas Legationes deſtinauit mittere per eoſdem Fratres Minores. Prima fuit ad Calypham de Baldac, caput impij erroris Mahumeti; quem omnes Sarraceni ac Turcæ maximè venerabantur; alia fuit ad Miramolinum Regem in Africa; datis ad vtrumque Laterani, 7. Calend. Iunij litteris. Adiunxit verò ad ipſum Miramolinum aliam Epiſtolam, in qua valde ei commendat Beatum Agnellum Ordin. Minor. Fezij Epiſcopum, atque alios eiuſdem inſtituti miſſos Fratres, erga quos, ſe benignum & beneuolum exhibebat: ita incipit. *In aliis literis noſtris*, ſub datum Laterani 6. Kal. Iunij Pont. noſtri ann. 7.

§. 6. Cùm autem Beatus Agnellus, gregem ſuum, paſtorali vigilantia, ſanctiſſimè gubernaſſet, ad cœleſtia præmia euolauit ann. 1246. De eo mentionem facit Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1219. §. 32. ann. 1220. §. 46. ann. 1233. §. 27. & 28. & ann. 1246. §. 9. & ſeq Vbi perſpicuè oſtendit, quàm longè aberrauerit Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu 2. Prouinc. Arragoniæ; attribuens B. Lupo, ſucceſſori in Epiſcopatu, quæ huic Beato Agnello erant propria. Vide infrà ad 1. Maij.

Beati Philippi, Confeſſor. [d]] Dùm Seraphicus Pater Diuus Franciſcus per vicinas Reatinæ vallis regiones proficiſceretur, acceſſit ad eum præ cæteris, non ſolùm inſtruendus, verùm & ſuæ ſodalitati adſcribendus, ex vicino quodam oppido, ann. 1209. homo timoratus & candidus, Philippus, cognomine Longus; vir tantæ poſtea perfectionis, quòd velut alter Iſayas cap. 6. verſ. 6. calculo ignito per Angeli miniſterium, labiorum acceperit munditiam; licet illiteratus, per donum intellectus profunda ſcripturæ ſenſa rimabatur, & altiora penetrabat myſteria, mira de rebus ſpiritualibus voluptate loquebatur: primus fuit ſui ſodalitij ann. 1219. cui inſtitutor commiſerit curam pauperum Dominarum Sancti Damiani: primuſque earum confeſſarius, viſitator, ac corrector extiterit. Septimum tenet locum inter ſocios duodecim ſeraphici Patris: à quo miſſus poſtea in Gallias, miro ſpiritus feruore vbique concionabatur, & ſigna ſuæ eximiæ virtutis relinquebat; qui tandem expleto Beatæ vitæ curſu, ſanctiſſimè obijt apud Montem-Ferrandum in Aruernia, Galliæ prouincia, circa ann. 1259. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11 part. 2. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. de viris Ordin. Minor. ſanctitate illuſtr. ſub initio. Firmamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memoriali Ordinis ſub Generali 2. Marchus Vlyſſiponenſis 1. part. chronic. Minor lib. 1. cap. 10. & lib. 6. cap. 55. Wadinghus tom 1. ſup. ad an. 1209. §. 28. & 1219. §. 44. & 47. Bernardus à Beſſa, Aquitanus, vitam eius deſcripſit in catalog. Generalium ſub 1. Generali, ex quo D. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. Gonzaga part. 1. in ſup. in B B. viris huiuſce Ordin. §. 7.

Peruſiæ obiiſſe, & virtutibus clarum ac prodigiis, tumulatum eſſe in Eccleſia Clariſſarum, ſcribit Wadinghus, tom. 2. ſup. ad an. 1259. §. 9. ſed nullo vel leui ſuffultus fundamento. Nam quòd Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. referat eum dormire Peruſij; inferiùs rem ex profeſſo pertractans, Palinodiam cantabit. Floruiſſe Gretij an. 1246. ſcribit Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. fateor! ſed quid inde? Nonnè & ipſe fateris ibid. ad ann. 1254. ex Sancto Antonino ſup. cap. 9. §. 2. & Marco Vlyſſiponenſe part. 2. lib. 1. capit. 31. ipſum ægrotaſſe grauiter in Gallia apud Montem-Ferrandum? dùm cuiuſdam vſurarij infœlicem prænuntiauit mortem: qui ſalutaribus exhortationibus viri Dei inductus, vt prioris vitæ inſtitutum defleret, taliſque infamis lucri cupiditate ſe abdicaret, monita quidem ſalutis libenter ſuſcipiebat, ſed ea executioni demandare ſemper renuebat, ſpe veniæ allectus futuræ. Florebat itaque Beatus Philippus Gretij ann. 1246. Clarebat autem anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimoquarto, non in Prouincia Prouinciæ, vti volũt ipſi D. Anton. & Vvadinghus ac Bzouius ad ann. 1253. §. 8. ſed in Prouincia Aruerniæ: cùm inibi proſtent Claromõs, Rionus & Mons-Ferrandus, ciuitates: de quibus iidem meminerunt. Niſi addamus, etiã Beatum Philippum floruiſſe in Prouinciæ Prouinciæ *Gratiis*, ſeu *Graſſa*, moram traxiſſe, ann. 1246. non autem *Gretij*, in Italia. Præterea, nullus Beatus Philippus recenſetur iacere Peruſiæ ſiue apud Minores, ſiue apud Clariſſas: vti conſtat ex Piſano, Gonzaga, Vvadingo, &c. §. 8.

Digitized by Google

fundationes Conuentuum ; ac Monaſteriorum Ordinis referentibus. Solummodò reperitur floruiſſe in Conuentu Peruſino Campi *Del Horto* Philippus Peruſinus, vir egregius, qui ſcripſit breuem, ſed fidam ſodalitij Hiſtoriolam. Vide Vvadinghum ſup. ad annum 1254. §. 47. Maneat itaque certum, vnum ex ſociis Diui Franciſci iacere apud Montem Ferrandum (iuxta Gonzagam 3. part. ſup. in eo conuentu qui eſt 19. Prouinc. S. Bonauentur. & ipſum Vvadinghum tom. 1. ſup. ad ann. 1229. §. 28.) nimirum Beatum Philippum Longum, vti rectè aſſerunt Foderetus & Picquetus in deſcriptione præfatæ prouinc. vbi de eo Conuentu, quieſt 1. Cuſtodiæ Amerniæ.

§. 9. Nunc concilianda veniunt, quæ ab aliquibus, in contrarium adducuntur: quaſi ipſe Beatus Philippus grande piaculum egerit, dùm curam Monialium in ſe aſſumpſerit. Aduerte igitur, in primis, Seraphicum Patrem Diuum Franciſcum, illud onus ſuis impoſuiſſe humeris; cuius teſtimonium ſcriptis adhuc remanet exaratum. *Chariſſimæ ſorori Claræ, & cæteris ſororibus ſancti Damiani; Frater Franciſcus in Christo ſalutem. Quia Domini inſpiratione feciſtis vos filias & ancillas Altiſſimi, ſummi regis, Patris cœleſtis, & Spiritui ſancto vos deſponſaſtis, viuere ſecundũ perfectionem ſancti Euangelij: volo, & promitto per me, & fratres meos, ſemper habere de vobis, tanquam de ipſis, curam diligentem, & ſolicitudinem ſpecialem; valete in Domino.* Hanc ſacris virginibus ſcripſiſſe credo, ſumpta occaſione ex magna earum in Deum confidentia, qua in eum firmiter repoſita, in ſtricta cuſtodia ſummam paupertatem in perpetuum vouerunt; ne verò poſtea aliqualis eas diſſidentia circa vitæ neceſſaria à ſancto propoſito retraheret, ſe fidei-iuſſorem & procuratorem, fore, fratribus ſuis in temporalibus promiſit: quod vſque ad tempus Vrbani IV. fideliter adimplerunt.

§. 10. Dùm verò Seraphicus pater ann. 1219. ſe præpararet ad profectionem in Orientem, & Soldani ſtatueret adire præſentiam: egit cum eo Cardinalis Hoſtienſis, Hugolinus primus Protector Ordinis Minor. de regimine monaſterij ſancti Damiani, & aliorum, quæ iam multiplicari cœperant, pro pauperibus Dominabus. Cui ille reſpondit, præter vnum illud, in quo Diuam Claram recluſit, nullum aliud ſe extruxiſſe, aut extrui procuraſſe; atque ita huius ſolius curam aſſumpſiſſe, tam quoad diſciplinam regularem, quàm quoad tenuem victum; mendicitate per ſe, aut ſocios conquirendum. Neque quicquam ſibi tantumdem diſplicere quàm vt fratres in aliis partibus, monialibus domicilia conſtitui, & per ſe regi, impenſius voluerint: ſed quod vltra modum angebat, illud erat, quod ſuum eis nomen communicauerint, & Minoriſſas vocari decreuerint. Quare inſtanter egit, cum illuſtriſſimo, & prudentiſſimo viro, vt quantum fieri liceret, elongaretur à fratribus cura & familiaritas ſanctimonialium, ſi conſultum volebat eorum famæ & profectui: & quòd illo ſolo nomine pauperum Dominarum, aut incluſarum, audirent, donec tempus aliud conuenientius & aptius imprimeret. Ad plures rationes, quas vir ſanctus pio & cordato Ordinis Protectori ſubiunxit: ille rem tractandam cum Summo Pontifice in ſe aſſumpſit, & D. Claræ, ſociarumque ſedulam curam, ac piam ſubuentionem viro Dei ex corde commendauit.

§. 11. Verè Diuus Franciſcus nunquam hæc intermiſit circa Damianitas Aſſiſiates; quod exterius fratribus præbuit exemplum aliis monaſteriis ſubueniendi, & ſe his tum aliorum precibus, tum Pontificum ſuaſu, & facili, vt ſolet, circa huiuſmodi pietate, adeò immiſcendi, vt quando iam ſecretum erupit, & ſe manifeſtauit damnum, non ſe potuerint fratres à malo retrahere, vt multo ſuo incommodo probarunt fratres ſub Vrbano IV. Quod ſanctus pater præuidens in ſpiritu, quantum potuit eos à miniſtrando his ſacris virginibus retrahebat, ſæpius turbato animo, dicens: *Timeo, ne dùm Deus nobis abſtulerit vxores, Diabolus nobis procurauerit ſorores.* Adde his, ſeuerum, quod intulit, ſuplicium cuidam ex ſociis, fratri Stephano dicto: quia ex licentia & mandato B. F. Philippi Longi, viſitatoris Monialium, ad monaſterium quoddam acceſſiſſet.

Cùm itaque ann. 1224. propriam regulam S. Claræ, & ſectatricibus præſcripſiſſet B. Frater Franciſcus, præſente ac conſcribente præfato Hugolino, Protectore, inſtitutus eſt authoritate Pontificia, Cardinale etiam volente, B. F. Philippus Longus, vnus ex ſociis ſeraphici Patris, primus viſitator monialium, ipſo etiam ita procurante, inconſulto ſancto patre; dataque ei inſuper facultate, vt poſſit in monaſteriis fratres ſubſtituere. Mouit eum ad hæc, pietas & zelus bonus, de profectu ſacrarum virginum, quibus deerant magiſtri, ac duces nouæ & arctiſſimæ vitę, non adeò tunc hominibus familiaris: iudicauit enim rationabiliter melius inſtruendas ab illius vitæ viris, quàm ab iis, qui molliuſculè & laxè viuunt, quibus nil tam pregrinum quàm ſuis corporibus violentiam inferre. Nec quicquam tamen D. Franciſco probatus hic B. Philippi zelus, qui hominem ita reprehendit: *Malè feciſti Frater Philippe, malè feciſti; hucuſque fiſtula fuit in carne, eratque curationis ſpes, ſed nunc in oſſibus radicata, euaſit incurabilis.* Sanè prophetauit; nam dùm moniales erant ſub aliena cura, facilè poterant fratres ab eis auelli, & familiaritatis damnum præueniri: at poſtquam curam illam ſubierunt, plaga inſanabilis facta eſt, dùm non potuerunt etiam quando voluerunt, oneroſam, moleſtam, & periculoſam iam factam excutere: vt probatum eſt magno Ordinis damno, ſub generalatu ſancti Bonauenturæ. Vide Marianum lib. 1. cap. 9. Chron. antiq. Hugolinum de monte in Chron. MS. Marcum Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 16. Wadinghum ſup. tom. 1. ad ann. 1219. §. 43. & 44. ac 47. item tom. 1. opuſcul. D. Franciſc. in argumento & annotat epiſtol. 4. Cornelium à Lapide Commentar. in Eccleſiaſtic. cap. 42. verſ. 14.

§. 12. (margin, beside "Cùm itaque ann. 1224.")

§. 13. Igitur moleſta nimis fuit Minoritis cura monialium ſanctæ Claræ iniuncta à Pontifice, & Cardinale Protectore, ad petitiones Epiſcoporum, ſed præcipuè monaſterium non exemptorum à iuriſdictione eorumdem. Datis itaque litteris, liberauit eos ab hac moleſtia Pontifex Innocentius IV. inſuper concedens vt minimè tenerentur ſe intromittere de Monaſteriis nouiter exemptis: aut de cætero eximendis, abſque ſpeciali mandato ſuo, vel Protectoris. Incipiunt *Petitio veſtra.* Sub datum Aſſiſij 8 Idus Iulij ann. 10. pont. Apud Vvadinghum tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1253. §. 37. Quid amplius? in Capitulo generali 1293. Piſis habito, ſtatutum fuit, vt omninò dimitteretur cura Monialum Damianitarum, ſiue Clariſſarum; quę vltra præſtitam humanitatem, & obſequia liberè à Fratribus eiſdem impenſa, contendebant hæc & maiora ex debito, & ſtatuto iure ſibi præſtanda: atque ita conuentum eſſe inter S. Franciſcum, & B. Claram; cuius monaſterij curam, in ſe ſuoſque fratres vir ſanctus aſſumpſerat.

§. 14. Quare iugum hoc viſum eſt excutiendum; quod & Summus

Digitized by Google

Summus Pontif. Vrbanus IV. tandem ad inſtantiam S. Bonauenturæ, miniſtri generalis, probauit atque conceſſit: declarationem adhibens, nequaquam fratres aliquando obligatos eſſe ad hæc onera ſubeunda. Diploma incipit, *Inter perſonas*. Sub datum apud Montem Flaſconem, 14. Calend. Septemb. Pontif. ann. 3. Attamen Ioannes Caietanus, Cardinalis Vrſinus, Ordinis Protector, ad conſeruandum inter Ordines æquè à ſancto Franciſco inſtitutos, charitatis vinculum, & tollendum puſillorum ſcandalum; rogauit Diuum Bonauenturam, vt reiectam ſororum curam reaſſumeret; adiecta prius cautione, ſeu declaratione Pontificia, & ſua, nulla eis præſtari obſequia ex debito, ſed ex charitate. Pio patri & ſummo benefactori, non potuit hoc D. Bonauentura denegare; quamuis doluerit ad ſecretum malum, & occultum periculum; conſiderans, quàm impensè laborauerit S. Franciſcus, ne quid eſſet inter ſorores & Fratres commercij. Qua de re B. Philippus, viſitatoris Monialium officio renuntians, ſeceſſit in Galliam, vbi ſanctiſſimè vixit ac mortuus eſt. Ita Bernard. à Beſſa. Marianus lib. 1. cap. 27. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. cap. 16. D. Anton. ſup. cap. 9. §. 7. Miranda in regul. Clariſſ. part. 1. cap. 20. & 21. Vvadinghus Tom. 1. opuſcul. D. Franciſci ſup. & Tom. 2. annotat. 42. & 43. in regul. S. Claræ. item Tom. 2. annal. ad ann. 1263. §. 16. & 17. & 1264. §. 3. Thielmanſ. Tom. 2. vir. SS. Seraphic. Ordin.

§. 15. *Beati Guillielmi, Confeſſ.*[c]] Ex oppido Sabaſatano oriundus, ac Conuentus Riomenſis alumnus fuit. Vide Gonzagam in conuentu Montis Ferrandi, qui eſt 19. Prouinc. S. Bonauentur. Picquetum & Fodererum ibid. Wadinghum Tom. 1. ad ann. 1219. §. 28. Hunc non ſolum vitam duxiſſe virtutibus plenam, ſed & prophetiæ dono, atque plurimis claruiſſe miraculis certò diſcimus.

§. 16. *B. Andreæ Confeſſ.*[f]] Vir fuit contemplationi & orationi maxime deditus; ſæpe à Dæmone, ſed fruſtra, tentatus: horribiles paſſus eſt vexationes, è quibus tandem, diuino fretus auxilio liber euaſit, diem & horam mortis ſuæ meruit à Domino ſibi reuelari: obiitque feria quinta primæ hebdomadæ Quadrageſimę. Agunt de eo Marianus lib. 2. cap. 13. Creſcentius in dialog. Piſanus libr. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Pennenſi. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. lib. 6. cap. 28. §. 3. & cap. 29. ſub ann. 1300. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Wadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1241. §. 13. & Tom. 4. ann. 1399. §. 57.

§. 17. *Beati Antonij Confeſſ.*[g]] Apud Barcæos montes in Africa, ex infidelibus parentibus natus, ſectam Mahometicam diu profeſſus eſt; ſed fœlici euentu à Chriſtianis captus, & triremibus Siciliæ adiudicatus; in Siciliam eſt deportatus: vbi pretio emptus à Ioanne *Landaunla*, pagi incola, propè Netinum oppidum, gregis ſui paſtor deligitur. Cernens autem Dominus in ſeruo ſuo, ſinceræ mentis abundantiam, animi ſagacitatem, morumque haud paruam elegantiam, optabat, ſi poſſet, ipſum ad caulam Chriſti relicto Mahometiſmo, adducere, piis eius votis Diuina Maieſtas annuens, captum preuenit in benedictionibus dulcedinis; ſuæ ſectæ errores detexit, Chriſtianæque Religionis veritatem, tanta certitudine illi reſerauit, vt protinus Chriſto colla ſubdiderit, & in Baptiſmo nomen ſancti Antonij aſſmpſerit.

§. 18. Exinde tanta animi contentione, vitæ perfectioni operam dedit, vt quamlibet virtutem in alio cerneret, confeſtim ſibi acquirendam proponeret; abſtinentia, vigiliis, diſciplinis, aliiſque pœnis carnem ſuam edomabat. Pauperum amantiſſimus erat, otium ſemper fugiebat, orationi, vel labori iugiter vacabat: nomen Ieſu ſanctiſſimum piè venerabatur, nec ſine reprehenſione, nomen Dei in vanum aſſumentes, abire ſinebat. Quoties prioris vitæ ſtatum recogitabat, toties in lachrymas diffluebat; veniam peccatorum ſuorum Deo obnixè deprecans. Libertate autem donatus, continuò ſolum mutauit, atque Netinum veniens hoſpitalis officiis ſe totum dedit: vt ſic miſericordiæ operibus intentus, Eccleſiæ etiam viſitationibus, Miſſarum auditioni, & piorum exercitiorum frequentationi opportuna commoditas ſibi adforet.

Porrò, vitas ſanctorum ſibi legendas curabat, qui- §. 19.
bus tantoperè delectabatur; vt eos ad amuſſim imitari ſummè exoptaret. Maximè verò B. Conradi Placentini, Tertiarii, ea in regione olim degentis, exemplo confortatus, habitum tertij Ordinis ſancti Franciſci decreuit aſſumere, quem paulo poſt recepit in Conuentu Netino S. Mariæ de Ieſu Fratrum Minor. Obſeruant. de manu R. P. Guardiani. Deindè in deſertum ſecedens, eremitorium quoddam incoluit, vbi vitam magis Angelicam, quàm humanam duxit. Demùm, Netinam in vrbem quondam regreſſus, ægrotauit, mortéque proximante Sacramenta Eccleſiæ deuotiſſimè ſuſcepit, ac fœliciter Deo animam reddidit ann. 1549. die 14. Martij: cuius corpus humatum eſt, vti decreuerat, apud præfatum Conuentum Minoriticum. Anno verò 1599. die 13 April. cùm apertum fuiſſet eius ſepulchrum, corpus inuentum eſt integrum, & abſque vlla læſione, vel corruptione. Viuens ac mortuus multis miraculis coruſcauit.

Nuncupatur autem *Niger*, quòd toto corpore niger §. 20.
eſſet, nigriſque parentibus ac Mauris progenitus: *ſanctus Niger* etiam dicebatur, ob præclaram vitæ eius ſanctitatem: tum denique vocatus eſt Antonius; eo quippe nomine appellatus eſt, quando ex aqua & Spiritu ſancto, in Baptiſmate renatus, Chriſtum induit. Cognominatur etiam à *Catalagirone*; ſeu confunditur, cum B. Benedicto, *Nigro*, & B. Antonio à *Catalagirone*: (de quibus ſup. 25. Ianuar. & 8. Martii) ſed perperã cùm perſonarum conditiones, loca & tempora, veritati hiſtoricæ, & rationi chronologicæ repugnent. Vitam noſtri Antonij, Tertiarii, ſcribit Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 36. 37. & 38. ex proceſſu authentico ter repetito. Eius meminit Wadinghus ſup. Tom 6. ad ann. 1451. §. 61.

Beati Galterij, Confeſſ.[h]] Hic fœliciter quieuit in §. 21.
Domino ann. 1580. apud Conuentum S. Franciſci Mirtyli, quod nunc oppidum, *Vianna*, appellatur: de quo id refert Gonzaga ſup. part. 3. in eo Conuentu, qui eſt 3. Prouinc. S. Antonij Portugalliæ. *Hic præterea ſepultus eſt F. quidam Laicus Gualterus, nomine, vir ſanè incredibili rerum diuinarum ſtudio flagrans, & alta quadam, atque excelſa mente præditus: qui triduò antequam è vinculis corporis ſolueretur, ſepulturam ſibi parari iuſſit, pedibus interim ipſe locum illum adiens, in quo tertium poſt diem humatus eſt. Neque enim conceſſit Deus, vt longiorem moram in terris faceret: vnde coniectari poteſt, illi Deum extremum diem prænuntiaſſe.* Eadem habent Barezzus ſup. lib. 7. cap. 35. Rapinæus decad 8 Hiſt. general. Orig. Recollector. part. 1. §. 12. Wading. Tom. 4. ſup. ad ann. 1392. §. 20.

B. Franciſcæ Baldiniæ, virg.[i]] Exceſſit à vita ann. §. 22.

1540. apud Monaſterium S. Agnetis, quod eſt 5. Prouinc. Granatenſ. poſtquam ſexaginta annos in omni virtutum genere tranſiſſet, & diem longè prædixiſſet: ex Vuadingho. Tom. 5. ſup. ad ann. 1430. §. 53.

IDIDVS MARTII.

DYrrachii in Macedonia, Beati [a] Antonij, eiuſdem vrbis Archiepiſcopi, qui ſtrenuè in Euangelio laborauit, & vitæ ſanctitate emicuit. In Hethruria, Beati [b] Pauli de Prato, Confeſſoris; zelo paupertatis, & Pœnitentiæ operibus celebris. Fulginij in Vmbria, Beati [c] Martini Fulginatis, Confeſſoris: miraculis clari. Apud Podium-Bonitium, in Tuſcia, Beati [d] Bartholomęi à Colle, Confeſſoris, concionatoris eximii: qui pietate, patientia, & eruditione exornatus, pluries Guardianatus officio functus eſt, & meritis cumulatus, cœleſtia gaudia petiuit. In Prouincia Romana, apud Roccam Antimi, Beati [e] Martini Guſmani, Confeſſoris: nobilitate generis, & virtutum claritate, ac ſignis quamplurimis illuſtris. Aſtudilii: In territorio Palentino, Beatæ [f] Catharinæ à Mendoza, Virginis. Abbatiſſæ: Religione, & Monaſtica obſeruantia, inſignis.

MARTII XV.

§. 1. *BEati Antonij, Archiepiſcopi.* [a]] Dyrrachium in Dalmatia (Italicè *Durazzo*:) idem eſt ac Epidamnum in Epyro, ſeu Macedonia. Huius vrbis ac prouinciæ Metropolita extitit ipſe B. Antonius. Florebat circa ann. 1380, *In Duratio* (ait Piſanus) *iacet F. Antonius, Archiepiſcopus Duratij: qui vltra mare pluribus annis prædicauit Sarracenis, demum, obedientia, factus eſt Archiepiſcopus Duratij Hic mortem ſuam prædixit, ſed mortuus, cum eſſet indutus habitu & paramentis; & in Eccleſia Fratrum Minorum iaceret corpus eius, incœpit ſudare; & tam validus fuit ſudor, quòd habitum & paramenta penetrauit. Manéque ſequenti, ſuper corpus eius quidam pulcherrimus iuuenis apparuit, nunquam prius viſus: qui coram populo ſtans, vitam eius à die natiuitatis vſque ad mortem recitauit: & poſt hac diſparuit, nunquam deinceps viſus ab aliquo.* Hæc ille lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. prouinciæ Dalmatiæ ſanctit. illuſtr. Eius item meminit ibid. part. 4. in fin. & fruct. 11. part. 2. ibidem. De eo etiam ſcribunt Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyponenſ 2. part. chronic Minor. lib. 9. cap. 10. §. 1. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. Orig. ſeraph. religion. in BB. viris huiuſce Ordin. Picquetus in catalog. viror. illuſt. Ord. Min. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Vvadinghus tom. 3. annal. Minor. ad ann. 1305. §. 4. & tom 4. ad an. 1351. §. 8. & 1399. § 54.

§. 2. *Beati Pauli, Confeſſ.* [b]] Claruit in prouincia Tuſciæ circa ann. 1245. Vir pœnitentis & auſteræ vitæ, ac magnus ſui Inſtituti obſeruator, & paupertatis zelator. Agunt de eo Creſcentius in dialog. Marianus libr. 2. cap. 13 Vvadinghus tom. 1. ad ann. 1241. §. 12.

§. 3. *Beati Martini, Confeſſ.* [c]] Vita eius copioſè diſcripta eſt per Iacobillum, in SS Fulginatib. Laicus quidem erat, ſed multis virtutibus inſignis: ſolitus erat dicere: *Se neſcire, an orationes ſuæ eſſent Deo acceptabiles; ſibi autem conſtare charitatis exercitia ſemper diuinæ Maieſtati fore grata*; ſtupendis miraculis conſpicuus euaſit ante & poſt obitum, qui accidit hac die, anno 1256. Agunt de eo Toſſinianus, Picquetus ſup. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1213. §. 7. 1241. §. 25. & tom. 2. ad ann. 1256. §. 44. item tom. 4. ad ann. 1355. §. 2. & 1356. §. 22.

Beati Bartholomæi Confeſſor. [d]] Hic à B. Ioan. Capiſtrano Peruſij in publica platea ſermocinante ad populum, conuerſus eſt, & cum aliis ſcholaribus pluribus, atque Doctoribus, Seraphicæ Religionis Franciſcanæ habitu indutus, eximius poſtea concionator euaſit: hinc in ſacro monaſterio montis Sion, & Romæ in Aracœlitano Conuentu, Guardianum aliquando egit: necnon Candiæ vicarium. Denique in Hethruriam reuerſus, morbo articulari laborare cœpit; quem mira patientia ſufferens, haud propterea à prædicatione deſiſtebat: atque ita bonis plenus operibus, migrauit in cœlum, ann. 1478. ſepultus in conuentu S. Lucheſij propè Podium-Bonitium. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ 3. part. ſup. lib 1. cap. 43. & libr. 2. cap. 26. Gonzaga 2. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 6. Prouinc Tuſciæ. Vvadingho Tom. 1. ſup. ad ann. 1213. §. 23. & Tom. 5. ann. 1427. §. 16. 1446. §. 3. Item Tom. 7. ad ann. 1478. §. 54. §. 4.

Beati Martini Confeſſ. [e]] Hiſpanus erat natione, nobili familia progenitus. Hic namque cùm Caroli V. Imperator. Auerſæ comes fuiſſet, huiuſque mundi tædio affectus, Franciſcanam Religionem ingreſſus eſſet, talem tantamque à ſuiſmet conſanguineis, perſecutionem paſſus eſt, vt Hiſpaniam deſerere, atque ad Prouinciam Romanam ſe transferre, ſi rebus ſuis conſultum cuperet, coactus ſit. In qua adeo ſanctè, adeoque exemplariter, inter Patres noſtros Reformatos vixit; vt ſingularium nota virtutum reſplenduerit. Nam profundiſſima humilitate, manſuetudine eximia, & charitate erga Deum ac proximum prçclarus, orationi ac contemplationi feruens & aſſiduus, officio diuino curabat celerius intereſſe: infirmis & afflictis maximè compatiebatur, quos conſolatione demulcebat, eorumque confeſſiones libenter excipiebat: abſtinentiam & pœnitentiam permaximè exoptabat, Monaſtica obſeruantia plurimùm flagrabat, & morum grauitate inſigniter pollebat. Qui cùm diuerſarum ægritudinum moleſtiis laceſſitus eſſet, eò amplius patientia elucebat: nec à priſtino ſpiritus feruore abſcedebat. Plenus autem dierum & bonorum operum, in ſenectute bona, fœliciter exceſſit è vita ann. 1575. apud Conuentum S. Franciſci §. 5.

Rochæ

Digitized by Google

Rochæ Antimi, vulgò, *Rocca Antiqua*. Diem obitus ſui prænoſſe meruit: atque B. Patri Stephano à *Molina*, glorioſus poſt mortem apparuit. Eius pileolus, languidi cuiuſdam capiti impoſitus; eum à graui infirmitate, extempore liberauit: multiſque aliis ſignis claret: quapropter ab omnibus, tum fratribus, tum quoque ſæcularibus, in maxima veneratione habetur. Ita Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga ſup. in eo conuentu quieſt 38. præfatæ Prouin. Barezzus part. 4. chron. Minor. lib. 2. cap. 57. & lib. 8. cap. 58. Wadinghus ſup. To. 6. an. 1454. §. 65. Rapinæus decad. 6. Hiſtor. general. orig. Recollector. part. 1 §. 3. Marianus lib. 5. cap. 24.

§. 6. *Beata Catharina, Virginis.* [f]] Reformatrix extitit Monaſterij Caſtri-Cæſaris: vbi in Abbatiſſam præfecta, ſorores omnes ad Religioſum vitæ inſtitutum, & arctiorem Regulæ Obſeruantiam, ann. 1580. reuocauit; & tandem ad Aſtudilianum ſuum Monaſterium reuerſa, ſancto fine quieuit. Ita Monimenta MS. Prouinciæ Conception. ex quibus Vvadinghus ſup. Tom. 4. ad ann. 1354. §. 12.

DECIMOSEPTIMO KALENDAS APRILIS.

IN Arzengua ciuitate Sarracenorum [a] Beatorum, Monaldi, Franciſci, & Antonii Martyrum: qui poſt longuam, liberamque Chriſti prædicationem, à Sarracenis ſunt fruſtatim diſcerpti: quorum Reliquiæ apud Armenos maxima habentur in reuerentia. In Germania, Beati [b] Rodingeri, Confeſſoris: qui ob præclaras eius virtutes à ſancta Elizabetha, Hungariæ Regis filia, in magiſtrum accitus, & Alberſtadii Guardianus factus: totius perfectionis ſpecimen edidit. Caſſentini propè Puppium, in territorio Aretino, Beati [c] Torelli Puppiani, Confeſſoris: ex tertio Ordine Minorum, vitæ aſperitate, rerumque cæleſtium meditatione, & ſignis admirandis glorioſi. Tullæ, in India Occidentali, Beati [d] Chriſtophori à Zamorra, Confeſſoris: qui generis nobilitatem, profundæ humilitatis, orationis atque paupertatis inſigniuit honore. Carrauaccæ, in Hiſpania, Beati [e] Petri ab Ececa, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Mechliniæ in Brabantia, Depoſitio [f] Beatæ Pieronæ Hergodſæ, Incluſæ, Tertiariæ: quæ vitę auſteritate, ſilentio, patientiaque exornata, miraculis etiam floruit. Mediolani, Beatæ Beatricis [g] à Rusconibus, Tertiarię, quę genere, & virtute Illuſtriſſima, plurimis ante, & poſt obitum ſignis claruit admirandis.

MARTII XVI.

§. 1. BEatorum *Monaldi, & ſoc. Martyrum.* [a]] Hi viri ſancti, nuncupabantur F. Monaldus de Ancona, F. Franciſcus de Petriolo, ſeu de Firmo: & F. Antonius Mediolanenſis: qui (ex relatione R. P. Carlini de Grimaldis, ad V. P. Guardianum Genuenſem in Liguria) ea de re Martyrium à Sarracenis, in præfata vrbe *Argencha*, ſeu *Arghenga*, vel *Arzenga*, ſubiere quòd publicè fidem Chriſti prædicarent: aſſerentes, nõniſi in ea poſſe ſaluari, & Machometum, vt falſum Prophetam deteſtando, & legẽ eius iniquam eſſe ac damnabilem: quibus verbis irritati aduerſarij, mille vulneribus eos confodiunt, ſicque fruſtatim cæſi, ad cœlos euolarunt quarta feria Quadrageſimæ, ann. 1314. Agunt de eis S. Antoninus 3. part. hiſto. tit. 24. cap. 9. §. 10. Speculum Fratrum Minor. & Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memoriali ordin. ſub miniſtro 12. Generali Minor. Matthæo de Aqua Sparta. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. relig. vbi de BB. viris huiuſce ordin. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. libr. 5. cap. 13. & 14. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Vvadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ann. 1288. §. 36. Tom. 3. ann. 1314. §. 9. & 14. ex Mariano libro quarto, cap. 5. Salazar. lib. Chronic. Prouinc. Caſtell. cap. 9. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 13. ann. 1289. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. vbi de BB. Martyrib. Ordin. Minor. In Vicaria Orientis pro Chriſto paſſis. Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. qui tamen ab aliis diſſentiens, ea accidiſſe ſcribit ann. 1318. tempore Generalatus R. P. Alexandri ab Alexandria. Porrò præfatorum Beatorum Martyrum ſacræ reliquiæ feris auibuſque proiectæ, ſed ab illis intactæ, opera & ſumptibus cuiuſdam Pij Presbyteri Armeni collectæ ſunt, atque honorificè ſepultæ: quæ quotannis frequenti populorum concurſu venerantur à Græcis & Armenis: quorum Patriarcha eos apotheoſi donatos teſtatus eſt; ieiuniumque ſolemne ſeruant in vigilia diei feſti ipſorum BB. Martyrum. Hæc & alia multa referuntur à Marco Vlyſſiponenſi, Vvadingho, &c. ſupra. Prædictus autem Beatus Monaldus ab *Ancona* eſt omninò diuerſus à Beato Monaldo Iuſtinopolitano, de quo 9. Nouemb. & Beato Monaldo Epiſcopo, de quo 11. Decemb. corrigendus tamen Gonzaga, qui pro *Antonio* Andræam poſuit.

§. 2. *Beati Rodingeri, Confeſſoris* [b]] Anno 1221. B. Cæſarius 1. Germaniæ Miniſter Prouincialis, Herbipolim deueniens; nonnullos inibi adoleſcentes recepit ad ordinem: in his, iuuenem quendam egregium, literis optimè inſtructum, Hartmodum nomine, in ipſo ſancti Andreæ Apoſtoli feſto, cuius & nomine inſignitus, Hartmodi appellatione Fratribus Italicis incognita, Andræas deinceps vocitabatur: qui non

multo poſt ad Sacerdotium, ann. 1222. euectus, in facundum euaſit prædicatorem, Cuſtoſque Saxoniæ eſt conſtitutus. Ita habent Chronica MS. Saxoniæ. Gonzaga 3. part Origin. Seraphic. relig. in prouinc. Saxon. & Wadinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1221. §. 10. & 1222. §. 24. qui tamen alius eſt ab illo Beato Hermanno (cuius ſup. meminimus ad 21. Ianuar.) adhuc nouitio ann. 1225. Etenim iam Sacerdos, egregiuſque concionator erat: quippe, qui antea Iſenaci Capellanus dominorum Domus Theutonicæ, Spiritusſancti afflatu, conditionem relinquens opulentiſſimam, omnibus admirantibus, pauperculo ſe Ordini humiliter addixit: & ſuis concionibus ædificationis fructum ex populo reportauit; teſte Vvadingho ſup. ann. 1225. §. 21. ex ipſa Chronica MS. Saxoniæ.

§. 3. Recepit etiam ibidem Beatus Cæſarius alium quempiam Rodingerum, ceu Rodogerium, Laicum deuotiſſimum; qui poſtmodum Guardianatus officium in Alberſtadenſi Conuentu glorioſè eſt executus: & Magiſter ſpiritualis diſciplinæ Sanctæ Elizabeth, Andrææ Vngariæ Regis filiæ, atque Ludouici Turingiæ Lantgrauij vxoris (de qua infra ad 19. Nouembr.) effectus; caſtitatem, humilitatem, & patientiam ſeruare, in oratione vigilare, atque bonis operibus inſudare docuit: necnō cæteris pietatis exercitiis haud ſegniter, ei adfuit. Scribunt de eo Marianus lib. 2. cap. 3. ex antiqua Legenda. Gonzaga ſup. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronic Minor. lib. 9. cap. 11. Vvadinghus ſup. ad ann. 1221. §. 10. & 1227. §. 85. ex Chronica MS. Saxoniæ.

§. 4. *Beati Torelli, Confeſſoris* [c] Hic annos triginta natus, mirè conuertitur ad meliorem vitæ frugem; habituque tertij Ordinis Franciſcani ſuſcepto, ſeceſſit in ſolitudinem: atque venditis, diſtributiſque facultatibus ſuis pauperibus: antrum ſuę præſtruit pœnitentiæ; deinde, constructa exigua caſa, quæ vix eum capere poſſet; aſperam cœpit vitam ducere, vir omnibus ſuis numeris abſolutus. Appropinquante iam ſui curſus termino, & ætatis anno 80. cùm feruentius oraret, apparuit ei Angelus Domini, admonens poſt dies triginta è vita migraturum, quare gaudens ipſe & exultans, eos qui ſupererant dies, in gratiarum actione, & diuinis inſumebat contemplationibus. Qui dùm genuflexus oraret, ſubleuatis manibus in cœlum, oculiſque in altum erectis; ſpiritum Deo reddidit, hac die, anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſecundo, ſepultuſque eſt Caſſentini propè Puppium, apud Vallumbroſos Monachos: ex quo, Volaterranus; Chronicon. Vallis vmbroſ. Syluanus Razzi, de vitis Sanctorum Hethruriæ. Ferrarius ad decimum-ſextum Martij: Bzouius in Annalibus, in vita Sancti Ioannis Gualberti: inter Wallis-vmbroſæ alumnos hunc connumerare curant: ſed alij contrarium ſcribentes, tertio Minorum inſtituto illum adiudicant, vt Marianus Florentinus libro tertio, capite quinto. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. part. 1. lib. 9. cap. 25. & part. 2. libr. 4. cap. 24. §. 2. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali, Sermon. 27. part. 2. De Sillis in cap. 1. reg. tertij Ordin. qui perperam, ex vnico B. Torello, duos facit, nempe, Puppium & Caſſentinum. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 15. & 30. Saluator vitalis. In Chronica Seraphic. montis Aluernæ; pag. 7. Brautius in Martyrolog. Poëtico, hac die Thielmans Tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin. Gonzaga ſup. part 1. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1282. §. 3. & ſeq. qui id copioſè probat, tum ex vetuſta eius Legenda, & picturis antiquis: tum rationibus & argumentis validiſſimis. Viuus autem & mortuus magnis coruſcauit miraculis: quæ fideliter recenſentur à præfatis Authoribus. Ob varias belli, peſtis, & diuturni temporis viciſſitudines, ignorabatur, vbi conditæ erant huius ſacræ reliquiæ, donec ann. 1507. ex reuelatione facta cuidam Monacho, repertæ ſunt in altari, quod *Sancti Torelli* nuncupatur, arca & ſericis inuolucris incluſæ: tranſlatæ ſunt in honorificum locum, decentius repoſitæ, ex licentia Coſmæ Pazzi, Aretini Epiſcopi: Generali præfecto, Camaldulentium & grauioribus quibuſque Patribus Ordin. illius aliiſque viris præſentibus: de quo publicum confecit inſtrumentum rogatus Laurentius *Bonilli* Notarius Puppienſis.

Beati Chriſtophori, Confeſſoris. [d]] Tanta fuit ſtrenui huius viri humilitas, vt Minoriticum ſuſcepturus habitum in Angelorum Prouincia, ab eius Prouinciali Miniſtro interrogatus, quiſnam eſſet, & vnde originem duceret; parentum ſuorum ingenuitatem abſconderit, ſemperque celauerit, qua etiam de cauſa repulſam ab eo paſſus eſt. Nec tamen ea propter detegere eam voluit: ſed vir ipſe nobilis, ac Leonoræ Gallorum Reginæ Caroli V. Imperatoris, vterinæ ſororis, olim pincerna, inſuper & diuitijs potens; ruſtico ſub palliolo latens, ac pauperrimi, miſellique hominis formam præ ſe ferens, ſancti Gabrielis Prouinciam petiit; vbi tandem votum aſſecutus, F. Chriſtophorus à Zamorra, cum aliàs Chriſtophorus Romero appellaretur, nuncupari voluit. Cùmque in paupertate, oratione, abſtinentia, ac cæteris demùm virtutibus mirum in modum profeciſſet; infidelium Indorum ſalutem maximè ſitiens, ad has partes, ex Superioris facultate, traiecit. In quibus quicquid ſibi vitæ reſiduum fuit, id totum in excolenda Domini vinea conſumpſit: ac maximam tandem ſanctitatis opinionem, ob morum candorem, perfectiſſimamque vitæ rationem, aſſecutus, in Conuentu ſancti Ioſephi Tullæ, in Domino fœliciter obdormiuit, ann. 1566. Scribunt de eo Gonzaga ſupra parte quarta in Conuentu, qui eſt 25. Prouinc. ſancti Euangelij. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 5. Rapinæus decad. 7. Hiſtor. general. Origin. Recollector. part. 5. §. 1. Marianus lib. 2. cap. 24. §. 5.

Beati Petri, Confeſſor. [e]] Illius meminerunt iidem Authores. Rapinæus 8. decad. part. 1. §. 9. Barezzus lib. 7. cap. 46. & Gonzaga part. 3. in Conuentu ſanctæ Mariæ de Gratia Carauaccæ, qui eſt 29. Prouin. Carthaginenſ. in quo obiit, ann. 1582. atque iuxta principis aræ gradus ſepultus eſt hic Religioſus ac de omni virtute optimè meritus, ad cuius exequias, vniuerſum Lorcenſe opidum, eius vel pedes deoſculaturum, vel ſuffragium apud Deum imploraturum, confluxit. Nec abs re ſanè, cùm admiranda ſanctitate præditus extiterit. §. 6.

Beata Pierona Incluſa, Tertiar. [f]] Diuerſimodè vocitatur, *Pierona*, *Petronilla*, & *Pyrona*: quæ in Immeluerdeghem, villa Flandriæ, iuxta oppidum Gerardi-Montenſe, à parentibus pauperibus originem ſumpſit. Cùm autem eſſet annorum fere decem & ſeptem, Gandaui inſtitutum ſororum, ſub tertia Regula S. Franciſci degentium eſt ingreſſa, vt inibi Deo purius inſeruiret, liberiuſque pœnitentię operibus vacaret. Donum lachrimarum ſic copioſè habuit, vt oculi eius, velut panni rubro colore tincti apparerent. Prælatis ſuis obediens erat, & in ea vera §. 7.

paupertate

Digitized by Google

paupertate floruit, ſtuduitque toto conamine amantiſſimæ caſtitati: qua mente, & corpore ſeipſam omnino mundam cuſtodiuit. Cùm verò illic aliquandiu ſanctè admodum conuerſata fuiſſet, ex licentia Abbatiſſæ, ad Eremitorium, ſeu clauſulam, extra muros in cœmeterio S. Nicolai ſituatam, ſeſe contulit, ibique admirabili ſanctitate, vitæ auſteritate, patientia, & miraculis floruit: necnon frequentiſſimè arcana mentium, ſecreta cordium, ànimorumque cogitationes agnouit, ſępiuſque patefecit. Obiit ann. Chriſti 1472. ætatis ſuæ 50. Hæc Raiſſa in Auctario ad Natales SS. Belgij ex part. 2. Annalis Sanctorum Brabantiæ. Ferrarius ſup. hac die.

§. 7. *Beata Beatricis, Tertiaria.*[g]] Hæc illuſtriſſima heroina, Comitiſſa erat, & tertij Ordinis Franciſcani alumna, ſanctiſſimè autem Mediolani obiit: cuius ſacrum corpus delatum eſt ad Conuentum S. Angeli Fratrum Minor. & honorificè reconditum in Capella S. Antonij, vbi maximis ſignis coruſcat: prout atteſtantur Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap. 29. Toſſinianus lib. 1. Hiſt. Seraphic. Relig. vbi de ſecundo Ordin. Minor. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. Fœminis 2. atque 3. Ord. Franciſ. his verbis. *B. Beatrix à Ruſconibus, Mediolanenſis, miraculis copioſa, iacet in Eccleſia Sancti Angeli Mediolani.* Qui tamen poſtea ſibi contrarius, eam Ludouicam vocat, dicens, part. 2. in eo Conuentu Sancti Angeli, qui eſt primus Prouinc. Mediolanenſ. *Inter reliqua, tum Patrum, tum Fratrum, tum quoque aliorum nobilium; atque popularium oſſa, ex præfato antiquiori Conuentu ad hunc nouum tranſlata: tranſlatum quoque fuit mauſoleum ſimul cum cineribus, B. cuiuſdam Ludouicæ à Ruſconibus Comitiſſæ, ac tertij Ordinis Franciſcani alumnæ: quæ tum in vita, tum quoque in morte, miraculis claruit.* Hæc autem tranſlatio accidit ann. 1551. De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ord. Marulus libr. 4. Hiſt. ſac. Relig. Salaz. lib. 6. Chr. Prou. Caſtellæ cap. 25. poſt Beatū Bernard. de Buſtis; qui part 2. Roſarii Quadrag. cōcion. 27. part. 2. tempus, quo vixerit perſpicue ſic indigitat. *Item, Beatam Beatricem de Ruſconibus, Comitiſſam, quæ noſtris temporibus fuit, & à ſeptem annis citra mortua eſt, multiſque miraculis claruit; & eſt ſepulta Mediolani, in Eccleſia noſtra S. Angeli.* Wadinghus. tom. 5. ſup. ad ann. 1418. §. 36. & tom. 7. ad ann. 1490. §. 7. quo obiit die 16. Martij. Thielmans. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

DECIMOSEXTO KALENDAS APRILIS.

IN Hybernia, natalis ſancti Patricij,[a] Epiſcopi, & Confeſſoris; qui primus ibidem Chriſtum Euangelizauit, & maximis miraculis, & virtutibus claruit. In Aquitania, Beati[b] Ioannis Cozerij, Martyris: qui dùm verbo prædicationis, per Quadrageſimam, vacaret, captus ab hæreticis, fidem Catholicam ſuo ſanguine purpurauit. Florentiæ, Beati[c] Michaëlis à Florentia, Confeſſoris: eximiæ perfectionis viri. Toloſæ, Beati[d] Melchioris Flauij, Confeſſoris: qui nobili exortus proſapia, & eruditione, optimis moribus, atque vitæ ſanctitate multò illuſtrior; Prophetiæ dono ac miraculis etiam claruit. Mantuæ, Beatæ[e] Paulę Malateſtæ, viduæ, quę alta ſui generis deſpiciens; ſummæ paupertatis, humilitatis, & charitatis atque obedientiæ tenuit apicem.

MARTII XVII.

§. 1. B*Eati Patricij, Epiſcopi*[a]] Gallus erat natione, Oriundus ex Britannia Armorica, Hic à Priſcis temporibus veneratur particulari deuotione in toto Ordine noſtro Franciſcano: quapropter in Capitulo generali Mantuano, anno 1390. decretum eſt, vt in hocce Ordine Seraphico, die 17. Martij recitaretur officium diuinum de S. Patricio, Hyberniæ Apoſtolo, ritu feſtorum nouem lectionum: monetque Wadinghus ſe reperiſſe in Kalendariis, & libris choralibus noſtræ ſodalitatis nomen, & memoriam huius ſancti Epiſcopi: quod ab his Comitiis (vt reor) generalibus ſumpſerat originem. Quid autem mouerit Patres, vt huic ſancto Antiſtiti peculiarem cultum indicerent, omiſſis aliis multis ſanctis Confeſſoribus, variarum gentium Apoſtolis, & Prouinciarum patronis; planè neſcierim; niſi fortaſſis Hyberni Patres, in Capitulo generali ita vrgerent, ampliori honori ſuæ gentis magiſtri hac ratione conſulturi. Vnde, idem *Vuadinghus*, & ipſe natione Hybernus, huiuſce S. viri prodigiis, & portentis, miraculorum gloria, & fidei Chriſtianæ longè latéque propagatæ meritis excitus, humiliter rogauit ſanctiſſimum D. Vrbanum VIII. Papam qui nunc fœliciter ſedet, vt in noua Breuiarij Romani recognitione, ab ipſo præſcripta, cuique iuſſus interat, hic honor D. Patricio accederet; vt qui pro Romana Eccleſia egregiè, & cum laude decertauit, Romanis Tabulis, tot titulis illuſtrem iuberet adſcribi. Piis ſupplicantis annuit votis ſummus Pontifex; ſicque debet Hybernia ſodalitio Minorum, vt præ omnibus Ordinibus Hybernorum celebrarit Apoſtolum: de quo Martyrologium Romanum, hac die; Baronius, ibidem in Annotationibus. Firmamentum trium Ordinum Minor. part. 3. in ordinationibus circa officium diuinum. Wadinghus tom. 4. annal. Minor. ad ann. 1390. §. 11.

Beati Ioannis, Martyr,[b]] Ioannes *Coſetus*, ſeu §. 2. *Gozerius*, vel *Cozerius* quandoq; appellatur: paſſus eſt autem ann. 1577. De quo Gonzaga part. 3. orig. Seraph. relig. in Conuentu Mirandano, qui eſt 9. prou. Aquitaniæ recentior. hæc refert. *Hic duo, nempè P. F. Dominicus Beraldus, & F. Ioannes Cozerius: iſte quidem dùm in ciuitate Fauerenſi*, (forſan Voci-Ferrutenſi) *Quadrageſimali tempore; ille verò dùm in ciuitate Tarraubia* (ſeu Tarbienſi) *per Aduentum ſacras ad populum haberent conciones: martyrij palma, ſub pernicioſiſſimis hæreticis, laureati euaſerunt.* Eadem habent Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libr. 7. cap. 8. qui tamen omnia confundit. Daça ibidem lib.

Digitized by Google

3. cap. 58. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1283. §. 12. Picquetus in Catalog. illuſtr. viror. Ordin. Franciſc. Grauina in *voce Turturis*. part. 2. cap. 24.

§. 3. *Beati Michaelis, Confeſſ.* [c]] Notat Beatus Bartholomæus Piſanus, multa alia ſanctorum corpora iacere Florentiæ: quorum nomina omninò tacet: dicens. *In dicta ciuitate Florentia, in quadam Capella iuxta Eccleſiam hoſpitalis ſancti Galli extra portam ciuitatis, iacent multi ſancti Fratres: Et Capella illa in deuotione habetur ob reuerentiam præfatorum.* Inter hos autem locum tenet B. Michaël de Florentia, ſeu de *Alberthis*, vir deuotus, & notæ ſanctitatis, inſtitutorque ſeu inſtructor B. Humilianæ, Tertiariæ, (de qua 19. Maij:) qui etſi in Conuentu ſanctæ Crucis eiuſdem ciuitatis floruerit; eius tamen corpus requieſcit in præfato loco ſancti Galli: cuius iam defuncti gloriam, cuidam perſonæ ſanctæ Deus reuelauit. Ita Marianus lib. 2. cap. 13. Creſcentius in dialog. Wadinghus ſup. ad ann. 1211. §. 23. 1241. §. 12. ann. 1246 §. 19. 22. & 24. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 19.

§. 4. *Beati Melchioris, Confeſſ.* [d]] Gallus erat natione, ex Albia ciuitate, nobili genere oriundus: ſcientia & linguarum peritia clarus, ſed moribus atque ſanctitate illuſtrior, qua etiam de cauſa, plurima præſago ſpiritu prædixit, & generalem Commiſſarium in ſuperiori Germania, Carolo V. Imperatore, ex reuerendiſſimi P. Ioannis Calui, generalis totius Ordin. Minor. Miniſtri, mandato, egit. Guardianus magni Conuentus Tholoſani extitit: necnon Pœnitentiarius Pij V. Summi Pontificis, ac Henrici II. Regis Galliarum Chriſtianiſſimi concionator facundiſſimus. Pluries Hieroſolymitanam aſſumpſit peregrinationem, vt ſacra loca Dominicę Paſſionis inuiſeret. Nonnulla opuſcula edidit: *De præparatione ad mortem: De ſtatu animarum poſt ſeparationem à corporibus; De regno Dei*: quod Carolo IX. Francorum Regi dicauit ann. 1566. Obiit in Conuentu Sanctæ Mariæ de Angelis, in ſuburbio Tholoſæ (qui eſt 11. Prouinc. Aquitan. antiquior, nunc autem primus Prouinciæ Sanctiſſimi Sacramenti noſtrorum Recollectorum) cuius exequiis tota Curia Parlamenti Tholoſani piè interfuit: ibique tumulatus eſt, ac miraculis coruſcat: teſte Gonzaga ſup. part. 3. in eo Conuentu. Willoto in Athenis Orthodoxar. Franciſcan. litter. M. Fabrino de iubileo cap. 7. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 56. & lib. 4. cap. 2. Toſſiniano, lib. 3. Hiſtor. Seraphic. Poſſeuino, in Apparatu ſacro, & F. de Cruce. Mayna, In Bibliotheca Francica. Catelo. lib. 2. Hiſtor. Linguæ Occitan. cap. 2. pag. 208. Gouſſancourt. In Martyrolog. Equit. Melitens. fol. 339. Vvadingho tom. 7. ſup. ad ann. 1481. §. 28.

Beata Paula, vidua. [e]] Hæc pia Heroina, illuſtriſſimi Ioannis Franciſci Gonzagæ, primi Mantuanor. Marchionis, vxor, ac præcipua fundatrix Monaſterij corporis Chriſti, ſiue, ſanctæ Paulæ, Mantuæ: mortuo marito, ibidem religionis habitum induit, vbi ſummis virtutibus enituit. Pauperibus etenim maximè compatiebatur, quos ſingulari charitate ſuſtentabat; infirmorum plagas, & vlcera delinire, pro viribus, curabat, ſuiſque manibus pedes eorum lauabat. Hinc ob ſummam illius humilitatem, voluntariam paupertatem, obedientiam, cæteraſque eius virtutes, quas mirificè excoluit, à cæteris Monialibus, ſic in magna veneratione habebatur: vt aliquæ earum auſæ ſint affirmare, Deum, meritis huiuſce fœminę, aliquot miracula perpetraſſe. Quapropter migrans è vita, omnibus maximum ſui deſiderium reliquit. ann. 1449. De ea agunt Toſſinianus, liqr. 1. ſup. Barezzus item lib. 2 cap. 11. Gonzaga part. 2. in eo Monaſterio (quod eſt 1. Prouinc. S. Antonij) vbi ſepulta iacet, & lib. Conſtitution. Synodal. pag. 205. Vadinghus. tom. 5. ſup. ad ann. 1420. §. 20. 1449. §. 28. ex Doneſmundo. lib. 5. Hiſtor. Mantuan. Choppin. lib. 2. Monaſtic. tit. 2. §. 24. Thielmans tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin. §. 5.

DECIMOQVINTO KALENDAS APRLIS.

Ripariæ, Diœceſis Lexouienſis in Neuſtria, paſſio, Beati [a] Ioannis Bourgi, Martyris: qui ab hæreticis Caluiniſtis, ob fidem Catholicam, glandulis ſclopetariis traiectus occubuit, cuius corpus Sagium poſtea eſt tranſlatum. Calaris in Sardinia, Beati [b] Saluatoris ab Horta, Confeſſoris: qui, & virginitatem perpetuò illibatam ſeruauit, & vitæ ſanctitate atque innumeris miraculis, nunc vſque coruſcat. In Mexico, Beati [c] Alphonſi de Molina, Confeſſoris: qui verbo prædicationis, vita exemplari, atque zelo ſalutis animarum, apud Indos Occiduos maximè profuit. Romæ, Beati [d] Onuphrij, Confeſſoris: qui oratione, ſilentio, & vitæ auſteritate pollens, ſignis etiam quamplurimis emicuit. Bononię, Beatę, [e] Illuminatæ Bembę, Virginis: genere, pietate, & Monaſtica obſeruantia illuſtris.

MARTII XVIII.

§. 1. *Beati Ioannis, Martyr.* [a]] Glorioſum Martyrium pro Chriſto oppetiit, hic venerandus pater, cùm eſſet octogenarius, in Parochia S. Petri de Riparia, Ducatus Normaniæ, Diœceſiſque Lexouienſ. ann. 1562. vbi à Caluiniſtis, ſphærulis traiectus interiit: cuius corpus poſtea Sagium delatum, in capitulo Conuentus S. Leonardi Fratrum Minor. honorificè tumulatum eſt. Scribunt de eo Gonzaga part. 3. Orig. Seraph. relig. in hoc Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Franciæ Pariſienſ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. c. 27. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Elzearius lib. 3. ſacri mont. Oliuet. cap. 10. Vvadinghus tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1226. §. 62.

Beati Saluatoris, Confeſſor. [b]] Hortæ, Dertoſanæ Diœceſis, habitū Religionis Seraphic. ſuſcepit B. Saluator Alphonſus, in Conuentu S. Mariæ de Angelis, inter PP. noſtros Recollectos: à cuius loci incolatu, poſtea denominatus eſt ab *Horta*. Hic igitur profeſſione laicus, §. 2.

Digitized by Google

nc laicus, tantùm in omni virtutum genere profecit, vt omnes in ſui admirationem adduxerit. Nam ieiuniis, cilicio, flagellis, vigiliis, orationibus, corpus ſuum affligebat; illudque laſſum nonniſi ſuper nudas ſternebat tabulas, nudiſque pedibus ſemper incedebat; opera etiam miſericordiæ erga ſuos confratres ardentiſſimò charitatis officio ſemper exercebat. Vir magnę puritatis, & admirandæ ſimplicitatis, toto vitæ ſuæ decurſu, extitit: quem multis miraculis glorioſum Deus reddidit. At, cùm ob ſui ſanctitatem, mirabilium curationum gratiam, atque exemplarem vitam, tum in regno Valentiæ, tum quoque in principatu Cathaloniæ, ac reliquis Hiſpaniæ partibus, maximi ab omnibus fieret; popularem declinaturus auram, ad Sardiniæ inſulam, ann. 1565. cùm quodam patre Prouinciæ Sardiniæ Commiſſario, transfretauit: ibidemque Conuentum Calaritanum in habitationem nactus, diem fœliciter clauſit extremum ann. 1567. cuius corpus in communi Fratrum ſarcophago tumulatum, poſt 11. annos elapſos, integrum omninò, incorruptum, atque tractabile inuentum, indè exhumatum eſt, & in ſacellum S. Petri, honeſtiori loco recondendum, tranſlatum extitit: vbi à Calarenſibus maximè honoratur.

§. 3. Vitam eius atque miracula propè infinita, latiſſimè deſcripſerunt. R.P. Dymas *Serpy*, Calaritanus, Sardiniæ miniſter Prouincialis. Barezzus ſup. lib. 5. cap. 43. vſque ad finem libri. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 3. in Conuentu 2. Sardiniæ Prouinc. ac Conuentu 15. Prouinc. Cathalonię. Carthagena tom. 4. homil. Catholic. de Arcanis Dei par. libr. vltim. §. 1. Marianus lib. 5. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 18. & ſeq. Daça ſup. cap. 59. vſque 76. Chronic. de ſanctis Sardiniæ lib. 4. cap. 1. & ſeq. Elzearius ſup. libr. 3. cap. 5. & 6. Rapinæus decad. 8. Hiſt. general. orig. Recollect. part. 1. §. 9. & part. 4. Salazar. lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 15. Ferrarius. In Catalog. SS. hac die. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 15. ad ann. 1567. Balinghen. In Appendic. ad Calendarium Virg. Mariæ hac die. Chriſtophorus Morenus. In vita. B. Saluatoris. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1479. §. 16. Thielmans. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Pro eius Canonizatione Philippus III. Hiſpanianum Rex Catholicus, ſupplices miſit litteras ad Paulum V. Pont. max. ann. 1604. die 17. Ianuarij. Et nunc authoritate Apoſtolica proceſſus fiunt: vt conſtat ex libello Neapoli edito, apud Typographiam Ioan. Dominici Roncalioli ann. 1626. Calari autem feſtum eius agitur Dominica 2. poſt Epiphaniam permiſſu eiuſdem Pontif. Maxima verò religione publicè colitur Ianuæ, in Eccleſia Conuentus noſtri *de Pace*, in ſuburbio ipſius ciuitatis ad cuius inuocationem crebra cernuntur fieri miracula: in quorum teſtimonium appenſæ ſunt innumeræ tabulæ depictæ diuerſa oſtentantes beneficia cœlitùs per eum accepta: quæ omnia vidi, ann. 1618. & 1620. dùm illic diuerſatus ſum. Illius adhuc meminere Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Nigronus in Commentar. regul. 14. commun. Societat. Ieſu §. 17. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

B. Alphonſi, de Molina, Confeſſ.[c]] Hic in nouam
§. 4. Hiſpaniam parentum manu puer abductus, occultiores elementorum obſeruationes Mexicani ſermonis, ob ætatis teneritudinem, ita breui precalluit; atque adeò firmiter, & expedite locutus eſt, vt Patres Franciſcani illo interprete, illuc appulſi vterentur. Suſcepto, vbi per ætatem licuit, Seraphico habitu, creuit, & virtute ac perfectione. Mexicanis per 50. annos, vberrima cum meſſe, ſalutis monita concionando tranſmiſit. Mirum autem eſt, quales fructus apud ipſos Indos ediderit Occiduos: dùm ſingulari elegantia, eximioque lepore à Deo ipſi conceſſo, ingenti cum omnium approbatione, verbum Dei diſſeminaret. Scripſit etiam pleraque Mexicano idiomate valdè vtilia; diuturna ægritudine, qua ſe continuò cœlis parabat, attritus, In Conuentu Mexicano quietis locum accepit, anno 1580. Memoratur à Gonzaga, ſup. parte 4. In eod. Conuentu, qui eſt primus Prouinciæ. S. Euangelij. Barezzo. ſup. lib. 7. cap. 39. Daça Ibid. lib. 2. cap. 31. Willoto, Athenar. Orthodox. Franci. littera A. Mariano. ſup lib. 2. cap. 15. ac Poſſeuino, in Apparatu ſacro: qui vult ad cœleſt Patriam euolaſſe ann. 1584. Martij. 18. ætat. ſuæ ann. 88. quorum. 70. D. Franciſco tribuerat; Ieiunijs, caſtigationibus, ac varijs mortificationibus, corpus in ſeruitudinem, & obſequium Chriſti redigendo: moritur autem non ſine ingenti ſanctitatis opinione.

Beati Onuphrij, Confeſſoris.[d]] Laicus erat profeſſione; Prouinciæ ſancti Angeli alumnus. Hic à Patribus §. 5
noſtris Reſſormatis Prouinciæ Romanæ inſtanter requiſitus, venit vt Pannarij officium exerceret: qua de re diutiſſimè apud Conuentum ſancti Franciſci fontis Columbæ demoratus eſt. Mira ſimplicitate, & charitate fulgebat; à manducatione carnis perpetuò abſtinuit ſibi nimium auſterus; ſed aliis affabilis, benignus atque manſuetiſſimus: ſilentium aſſiduè excolebat; feruentiſſimus in oratione: modico ſomno contentus erat, corpus ſuum diſciplinis edomabat, ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ſæpè maxima cum deuotione, communicabat; eſurienti in loco deſerto, cibaria ſunt illi cœlitùs miniſtrata; vxor Comitis Oliuarezij, Regis Hiſpaniarum Ambaſſiatoris, dùm in partu Romæ laboraret, tactu chordæ B. Onuphrij, fœliciter enixa eſt. His, & aliis miraculis clarus, obiit ſeptuagenarius receptis prius omnibus Eccleſiaſticis Sacramentis: ſepultuſque eſt in Conuentu Sancti Franciſci, trans Tyberim (qui eſt 1. Prouinc. Romanæ) ann. 1588. Hęc ex Bonifacio Bonibelli in Chronic. Reſſormat. Prouinc. Roman. Barezzo ſup. lib. 8. cap. 86. & Rapinæo ſup. decad. 9. part. 2. §. 2. Mariano lib. 5. cap. 55.

Beata Illuminata, Virg.[e]] Ex illuſtriſſima *Bemborum* familia, inter Venetos clariſſima, duxit originem, §. 6.
porrò vna fuit ex illis virginibus, quæ B. Catharinam Bononienſem ſecutę ſunt, dùm Ferraria Bononiam perrexit; vt illic nouum Monaſterium Corporis Chriſti fundaret, incoleretque ann. 1456. die 22. Iulij. Tanta deinceps familiaritate, & pia amicitia fuerunt ſimul coniunctæ; vt exindè occaſionem nacta B. Illuminata, admirãda & illius B. Catharinæ virg. geſta, dicta, facta, diſtinctiùs, copioſiùſque obſeruandi, & membrano quodam libello à ſe ſcripto redigendi qui adhuc extat in eodem Monaſterio: vbi meritis ac virtutibus præfulgens, naturæ debitum ſoluit, ibique tumulata eſt iuxta BB. conſodales. Memoratur à Marco Vlyſponenſ. 3. part Chronic. Min. Barezzo ibid. part. 4. lib. 2. cap. 13. Valeriano lib. 4. BB. Fœmin. Ord. Franc. cap. 16.

Digitized by Google

DECIMOQVARTO KALENDAS APRILIS.

IN Iudæa, natalis Sancti Ioſephi, [a] Sponſi Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Camerini Beati [b] Ioannis Parmenſis, Confeſſoris; qui ob eminentem eius ſcientiam, ac religionem, Generalis Miniſter totius Ordinis Franciſcani electus: tumque à Summo Pontifice Innocentio IV. Legatus pro reductione Græcorum ad vnitatem Orthodoxæ fidei, in Orientem miſſus; cùm multa præclarè obiuiſſet: ad præmia æterna euolauit, gloria miraculorum celebris. Vincentiæ, Beati [c] Marci à Sancta Maria, Confeſſoris, concionatoris eximij; qui eruditione, virtutibus, & zelo ſalutis animarum emicans Prophetię dono, ſigniſque admirandis etiam refulſit. Orapeſſæ, in territorio Abulenſi, Beati [d] Franciſci à Galiſteo, Confeſſoris: qui, & Crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pertulit, & munus Guardianatus præclarioribus ſanctitatis radiis illuſtrauit. In Teutonia, Beatæ [e] Iuttæ, Virginis Tertiariæ, ancillæ Sanctæ Elizabeth, viduę, multarum prærogatiua virtutum conſpicuæ.

MARTII XIX.

§. 1. B*Eati Ioſephi, Confeſſ.* [a]] Hunc Chriſti Domini nutritium ſingulari pietatis affectu ſemper veneratus eſt noſter Ordo Seraphicus, & in capitulo Generali, Monacienſi in Bauaria, ann. 1399. ſeu Aſſiſij in Vmbria, decretum eſt, vt feſtum celebraretur S. Ioſephi ſponſi illibati Virginis intemeratæ Mariæ, ſub officio Confeſſoris nouem lectionum. Ita Wadinghus tom. Annal. Minor. ad ann. 1399. §. 7. In capitulo autem Generali Salmanticenſi, ann. 1461. ſtatutum fuit, vt die 19. Martii huiuſmodi feſtum ageretur, poſtea, ann. 1490. id feſtum inter duplicia minora collocatum eſt. iuſſu capituli Generalis Balmetenſis propè Andegauiam: immò, & inter maiora duplicia connumeratum per Reuerendiſſ. Patrem Raynaldum Gratianum, Miniſtrum Generalem totius Ordinis. Vide Speculum Fratrum Minor. & Firmamentum trium Ordinum, tract. 3. de ordinationib. circa officium Diuinum. Porrò inſigne miraculum ab ipſo S. Ioſepho, in fauorem duorum Fratrum Minor. refert Carthagena. tom. 2. Homil. Catholic. de Arcanis Deiparæ. Virg. & S. Ioſephi lib. 4. Homil. 3. poſt med. ex Iano. in Hiſtor. S. Ioſeph. Brautius In Martyrolog. Poëtico.

§. 2. *B. Ioannis Parmenſ. Confeſſ.* [b]] Eruditione, & religioſitate inſignis, maximus paupertatis, & humilitatis extitit amicus, Prouincię Bononienſ. alumnus, qui ann. 1247. in Comitiis Generalibus Auinione habitis, depoſito Creſcentio, ſucceſſit, communi ſuffragio electus Miniſter Generalis 7. totius Ordinis, ex Lectore Theologo Pariſienſi; cuius electio pacem Ordini reſtituit: tantaque de eo fuit exultatio vt Seraphici P. S. Franciſci ſpiritum reuixiſſe aſſererent, potiſſimùm ipſius D. Franciſci ſocii tum ſuperſtites. Aſſumptus primùm reſtaurandę paci, ac diſciplinæ incubuit: amandatos in exilium Regulæ zelatores, viros ſanctos, ſcriptis litteris paternè eſt conſolatus; zelum & ſtudium obſeruantiæ laudauit, Prædeceſſoris ſententiam relaxans, ad propriam quemque Prouinciam reuocauit. Ordinem vniuerſum tribus primis annis pedes viſitauit, vno interdum, duobus ad ſummum contentus ſocijs, vnaque tunica, tam humilis incedebat; vt in multis Conuenientibus, per plures dies ignotus, vitam, & conuerſationem Fratrum intus, & extra ſecurè, & ſine ſuſpicione exploraret, tum ſeipſum procedat, cùm nihil minùs, quàm Generalem miniſtrum adeſſe exiſtimarent Fratres; ſi quid autem inueniebat caſtigatione, aut aliàs reprehenſione dignum, haud quaquam diſſimulabat; reliqua omnia ad normam, & priſtinum ſtatum reuocabat; amotis nonnunquam prælatis, qui minùs inuigilabant; amotis Fratribus, qui oſtenſionem cauſabant, & præcauebat ne aduentus ſui, aut officij fama præcurreret, antequam ſtatum rerum ipſe præſens fuiſſet expertus. Horas Canonicas, quantumuis ab itinere ſæpè laſſus, D. Franciſcum imitatus, erectus, nudoque capite perſoluebat. Nullum admiſit ciborum delectum, ſed nihil in deliciis habens, quicquid primùm offerebatur; cum gratiarum actione, in neceſſariam ſuſtentationem referebat. Nunquàm auditus eſt otiosè locutus; vt ſub mortem confeſſus ſit, magis ſilentii, quàm ſermonis reddendæ rationi obnoxium ſe eſſe.

Itaque ann. 1249. Metis, in Lotharingia, capitulum Generale celebrauit; quo expleto, Innocentius IV. eum Legatum ſuum amandauit in Orientem; ſcriptis, tam ad Ioan. III. Ducas. Trapeſuntii, ſeu Gręcorum in Aſia Imperatorem, quàm ad Manualem II. Patriarcham; quibus *Angeli pacis* nomine ipſum commendauit. Traiiciens autem vir ſanctus in Græciam, munus iniunctum tractandę vnionis ea ſatisfactione obiuit, tantaque apud Cæſarem, Patriarcham, clerum, & populum habitus eſt reuerentia, taliue exiſtimatione ſanctitatis, & ſapientiæ; vt quempiam Antiquorum patrum, verumque Chriſti diſcipulum ſe intueri putarent. Socios habuit viros ſanctos, & doctos, quorum vnus B. Gerardus, inter alia ſanctitatis argumenta, fuit pręditus ſpiritu Prophetico, de quo Iunii 16. Interim negotium vnionis, eo vſque promouit ſanctus Generalis: vt Græci, tam Imperator, quàm Patriarcha, bis, diuerſiſque vicibus Legationem inſtituerint ſolemnem ad Innocentium IV. Pont. Max. ſed inuidia Dæmonis, in itinere Apocriſarii rebus ſpoliati, coacti ſunt ſubſiſtere, ac tandem infecto negotio rediere ad ſuos: cùm perturbata tempora acceſſum ad Papam non conceſſerint. Moxque ſuperueniens mors, tam Pontificis, quàm Imperatoris; optatum rei exitum, & expectationem transfigendæ vnionis præcidit. §. 3.

Reuerſus ab Oriente, non paruo zelo inflammatus eſt pro reformatione Ordinis; qua de re, multis exoſus factis, accuſatus eſt, ſed falsò apud Alexandrum IV. §. 4.

videns

videns igitur, quàm parum emendationis, ſeu boni fructus exindè colligeret, decreuit officio renuntiare. Quare conuocato Romæ Generali capitulo, in feſto Purificationis Beatæ Mariæ Virg. ann. 1256. coram præfato Summo Pont. cum omnimoda importunitatis inſtantia, allegata ſui ipſius impotentia, à Miniſterio Generalatus ſe abſolui obtinuit, & de reaſſumendo officio, nec Capitulo Generali vehementer inſtanti, nec vllis, vel Summi Pont. vel Cardinalium ſuaſionibus acquieſcere voluit. Non contemptui, ſed impotentiæ ad officium exequendum cauſam aſſignans, humillimè ceſſit cùm rexiſſet, ann. 8. cum dimidio: Licet in omnibus capituli Tractatibus, & negotiis, reuerenter admiſſus ſit.

§. 5. Hinc, Deſertum Gratij, propè Reatinam vallem, petens, illic, apud arctam Speluncam, maxima cum humilitate, & deuotione, animique puritate demoratus eſt: tum illic multa ſalutaria edebat opuſcula, quibus vltra ſanctæ vitæ opinionem, omnibus ſui ingerebat deſideriũ. Qualibet die ſolebat celebrare, quodã iuuene deuotioni dedito, ſub aurora ſibi miniſtrãte, qui ſemel graui ſomno oppreſſus, B. P. Ioanni, ſacrum facere cupienti adfuit Angelus, humana adoleſcentis forma indutus, qui ſibi celebranti miniſtrauit. Tandem, cùm ex Nicolai IV. Pont. Max. beneplacito, tum ad infideles, prædicandi Euangelij cauſa, tum ad Græcos iterum Orthodoxæ fidei vnitati coniungendos, traiectionem pararet; caſuque Camerinum applicuiſſet, à pueris, cæteraque plebe, licet ignotus, ſanctus tamen appellari cœpit, & hunc Conuentum ingreſſus cùm adhuc benè valeret, coram Fratrum multitudine, ſpiritu Prophetico, inſtantem ſibi mortem prædixit, inquiens illud Pſal. *Hæc requies mea in ſeculum, &c.* qua, vt prænuntiauerat, ſuperueniente, poſt omnia Sacramenta de more ſuſcepta, ad cœleſtem gloriam tranſiit, ann. 1289. octuagenario maior. Qui illicò magnis cœpit coruſcare miraculis: nam mortui quamplures, eius meritis, ad vitam reuocati, alij à mortis periculo, mulieres à partus imminente diſcrimine liberatæ; cæci, muti, ſurdi, confracti, aridi, integrè curati: multi in neceſſitatibus variis mirabiliter exauditi. Honorifico conditus ſepulchro, tranſlatus eſt ad nouum Monaſterium extra vrbis muros; quò oportuit Fratres transmigrare, iubente Alexando VI. vt vbi primum eorum extitit habitaculum, vrbis extrueretur Fortalitium. Lapideum eius Mauſolæum ingredientibus à præcipua Templi porta ad læuam, propè altare ſanctiſſimo Crucifixo ſacrum, ipſa ara vtcumque eminentius occurrit, corpus integrũ perſpicitur, & maxima colitur veneratione

§. 6. Authores non pauci, huius ſancti viri mentionem ferunt. Bernardus à Beſſa, & Peregrinus à Bononia, in Antiqua Chronica 24. Generalium Beatus Angelus Clarenus, in Tribulatione. 3. 4 & 5. Ord. Minor. B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratribus Minor. Prouinc. Marchiæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marianus lib. 2. cap. 8. D. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 5. Firmamentum. trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memorial. Ordin. vbi de Generalibus. Speculum Fratrum Minorum ibid. Chronicon Citizenſe, ſub ann. 1258. D. Bernardinus de Buſtis, ſerm. 25. Dominic. 3. Quadrageſ. part. 3. Item ſerm. 31. Feriæ 6. ſequent. part. 3. Toſſinianus lib. 1. & 2. in eo. Hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in Generalibus, & in BB. viris huiuſce Ordin. Item part. 2. in Conuentu 37. Prouinc. Roman. & 30. Prouinc. Marchiæ. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 37. 38. 39. 42. 43. 55. 56. 57. & lib. 5. cap. 12. Trithemius de ſcriptorib. Eccleſ. Eyſengrenius de teſtib. Catholicæ veritatis. Poſſeuinus, in Apparatu. Willotus, in Athenis Orthodox. Franciſcan. Gneſnerus, in Bibliothec. Picquetus, in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Vvadinghus, tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1215. §. 25. ann. 1217. §. 17. 1247. §. 4. 5. 1249. §. 1. 2. 3. 4. 5. 1250. §. 1. 2. Item tom. 2. ad ann. 1256. §. 2. & ſeq. ann. 1278. §. 31. Item. ann. 1289. §. 26. & 44. nuncupatur etiam à Galleſio cap. 9. vit. S. Bonauent. B. Ioannes *Rupellius*, mendosè tamen, vide ſup. 3. Februar. §. 5. Vbertinus de Caſali. In prologo 1. Arboris vitæ: Leonardus de Vtimo, ſerm. de S. Franciſco. Bergomenſis in ſupplemento Chronic. ad ann. 1290. à quo *Iacobus* mendosè dicitur. Cornelius à Lapide. Commentar. in acta Apoſtol. cap. 12. ꝟ. 15.

Nunc dilucidanda veniunt, quæ video à nonnullis, ipſi B. Ioanni perperam attribui. Nuper vidimus, quo zelo flagraret, in tollendis abuſibus de medio Fratrum, & cuius rei gratia, aliorum in ſe conflauit inuidiam. Sanè viris Regularibus, quibus cordi erat Ordinis bonum, valdè placebat reſtaurandæ obſeruantiæ zelus; aliis verò, qui laxiorem apprehenderant vitæ rationem, durum erat contriſtare carnem ſuam, molliuſcula dimittere, rigidiora ſectari. Ex his erant non pauci potentiores, & doctiores; qui authoritate abutentes, optimi Rectoris monita negligebant. Voluit ille omninò obedientiam extorquere, errantes caſtigare, mala impunita non relinquere, atque ita efficere; vt quorundam malum exemplum, non fieret aliis in laqueum, & in ſcandalum. Hinc ſecretum murmur, frequentia conciliabula, deindè conſtans in hominem conſpiratio; quæ eo vſque prorupit, vt de multis accuſarent virum probum apud Summum Pontificem Alexandrum IV. Capita accuſationis notauit Bernardus à Beſſa, S. Bonauenturæ ſocius, & ex eo Marcus Vlyſſiponenſ. Toſſinianus, Vvadinghus, & alij, ſup. quæ in duo reduci poſſunt, nimirum, circa ea, quæ pertinebant ad obſeruantiam, ſeu relaxationem Regularem, & quæ ſpectabant doctrinam Abbatis Ioachimi. Quo ad primum, nihil profecerunt aduerſarij, aut ſaltem nihil obtinuerunt contra ipſum B. Ioannem; niſi quod in prius odium prolapſi, ampliori relaxationi ſtuduerunt, ſub ſpecie neceſſitatis, & vtilitatis publicæ exinde futuræ: quapropter decreuit vir Dei officio libentius cedere, quàm eam tolerare. §. 7.

Quoad ſecundum, fatendum eſt, Ioachimi Abbatis peculiarem illam contra Petrum Lombardum, circa Trinitatis myſterium, doctrinam, condemnaſſe Concilium Lateranenſe, ſub Innocentio III. Pap. Huius itaque prauæ doctrinæ falsò ab æmulis inſimulatus eſt B. Ioannes: quorum conatum omninò compeſcuit littera Othonis boni, Genuenſis, Innocentij IV. ex fratre nepotis, Cardinalis S. Adriani, poſtea Adriani V. Papæ, ſummè erga ipſum B. Parmenſem ſibi valdè familiarem, propenſi, tunc ad eos allata: qua teſtabatur B. Ioannis eximiam ſanctitatem, ſinceramque fidei integritatem: quare his auditis, ab incepto continuerunt, & gradum ſiſtere haud impunè arbitrati ſunt. Vide, poſt alios, Vvadinghum tom. 2. ſup. ad ann. 1256. §. 5. &c. hæc omnia luculenter, eruditè, ac copioſè pertractantem. §. 8.

Beati Marci, Confeſſor. [c]] Picœns erat, Doctorque Medicinæ, & Matrimonio ligatus, quando Diuino illuſtratus numine, mundo valedixit. Nam diuitiis, rebuſque domeſticis derelictis, mulier Monaſterium §. 9.

Digitized by Google

S. Claræ apud Aſculum, ingreditur: ille vero Fabriani, in Conuentu Eremitico Minor. FF. Religionis habitum ſumpſit, moxque ſpiritualibus exercitiis ita ſe mancipauit: vt aſſiduus in oratione, erga proximum maximè charitatiuus euaſerit, & Guardianatus officio Picœni functus ſit, in Conuentu S. Seuerini. Verùm, cùm feruentiſſimus concionator exiſteret, & animarum ſalutem nimio zelo ſitiret, cœpit totam concionando perluſtrare Italiam: miſericordiæ opera populis efficaciſſimè perſuadens; quod maximè ceſſit in pauperum vtilitatem, animarumque, profectum: per illos 40. annos, quibus prædicationis officium magna pietate exercuit. B. Iacobi à Marchia indiuiduus comes fuit: ſpiritu Prophetico claruit, quo, & diem mortis ſuæ prædixit. Quare Sacramentis Eccleſiæ de more ſuſceptis, Paſſionem Dominicam ſibi legi popoſcit: qui tandem ad ea verba de Chriſto: *& inclinato capite emiſit ſpiritum:* & ipſe efflauit animam, ann. 1496. die Sabbathi: cuius corpus ſepelitur Vincentiæ, in Conuentu S. Blaſij: vbi maxima veneratione colitur: vti teſtantur frequentia miracula, ab eo edita, & plura carmina à populis ad eius tumulum appenſa. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chron. Minor. lib. 6. cap. 20. & lib. 7. cap. 30. Gonzaga 2. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentib. 34. & 35. Prouinc. Marchiæ, & 5. Prouinc. S. Antonij. Vvadinghus tom. 1. Annal. ad ann. 1215. §. 21. & tom. 6. ad ann 1470. §. 11. & tom. 7. ann. 1496. §. 2.

§. 10. *Beati Franciſci à Galiſteo, Confeſſor.* [d]] Vir fuit vitæ omninò exemplaris. Tanto enim virtutis amore tenebatur; vt ſuis ſenſibus frænum iniecerit, & mortificationi ſui appetitus ac propriæ voluntatis perpetuò ſtuduerit. Tum, vt petulantis carnis cohiberet laſciuiam, aſpero cilicio, diſciplinis, & ciborum parcimonia corpus in ſeruitutem redigebat. Quantò autem ſibi rigidus, & parcus, tanto aliis aderat pius, & charitatiuus: afflictorum, egenorum, & miſerorum conſolator effectus. Nil eo humilius, nil obedientius, ſeu pauperius. Maius illius exercitium erat continua oratio, in qua ſic in Deum abſorbebatur, vt rerum terrenarum prorſus obliuiſceretur. Magna tamen animi ſagacitate pollebat, prudentia, modeſtia, ac compoſitione ciuili, & Religioſa. Cùm itaque tot, tantiſque donis ac virtutibus, exornatus eſſet; haud mirum eſt, ſi, quamuis ipſe ſimplex Frater Laicus, electus fuerit à Patribus in primum Guardianum Conuentus Dominæ noſtræ de Roſario, quo in ſtatu, maiora præbuit perfectionis ac ſanctitatis ſigna: quæ copioſius enarrant Gonzaga 3. part. ſup. in præfato Conuentu Roſarij, qui eſt 4. Prouinc. S. Ioſephi Diſcalceator. Ioannes à S. Maria part. 1. Chronic. eiuſdem Prouinc. Caſtellæ lib. 1. cap 42. Iacet autem in Conuentu Orapeſſano, qui eſt 20. Prouinc. Caſtellæ. Florebat circa ann. 1550.

Beata Iutta, Virg. [e]] Obiiſſe ann. 1252. Indiction. §. 11.
10. 24. Calend. April. S. Iuttam (aliis Guttam) Virginem, olim pediſſequam S. Elizabeth Hungaricæ, Lantgrauiæ, Turingiæ, & Haſſiæ, ſcribunt. Multis autem ſignis, & miraculis tam in vita, quàm poſt mortem, claruiſſe perhibetur, quæ omnium virtutum, & operum Dominæ ſuæ, cùm adhuc in humanis ageret, conſcia fuit, & ſtudioſa cooperatrix; in omnibus eam pro viribus imitari vſque ad mortem, conſtantiſſimè curabat; denique cum cæteris pediſſequis mulieris ſanctę, ipſam Tertio ſe mancipaſſe D. Franciſci inſtituto, ex probatis diſcimus Authoribus. Trithemio in Chronic. Hirſaugienſ. Wadingho ſup. tom. 1. ad ann. 1229. §. 5. & ſeq. item tom. 2. ad ann. 1252. §. 5. & aliis vitam S. Elizabethæ deſcribentibus ad 19. Nouembr. Bzouio tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1252. §. 15. Molano in Diario Medicor. Eccleſiaſtic. numer. 44. Notab. 5.

DECIMOTERTIO KALENDAS APRILIS.

IN Iudæa, Sancti [a] Ioachimi, Patris Beatiſſimæ Virginis Genitricis Dei Marię. In Aquitania, propè Rapiſtanum, Beatorum [b] Martyrum Antonij, & Gerardi; qui à perditiſſimis hęreticis comprehenſi poſt ludibria, & plura tormenta perpeſſa, ad vltimum, pro Chriſti nomine, immaniſſimè ſunt trucidati. In Tuſcia, Beati [c] Andrææ de Plano, Confeſſoris; doctrina, & vitæ perfectione inſignis. Reate in Vmbria, Beati [d] Ioannis-Andrææ, Confeſſoris; qui ob ſingularem animi corporiſque puritatem, charitatem, & cęteras eximias eius virtutes, Guardianatus officio ſępè præclarè functus, ſancto fine quieuit. Taurini, in Gallia Tranſalpina, Beati [e] Laurentij, Confeſſoris; magnę ſanctitatis viri. Lorcę, in Territorio Carthaginenſi, Beatæ [f] Mariæ Sanctiæ, Virginis, Tertiariæ; vita, & miraculis glorioſæ.

MARTII XX.

§. 1. *SAncti Ioachimi, Confeſſoris,* [a]] Præcipua deuotione colitur in noſtra Religione; vti conſtat ex Miſſali, & Breuiario, antiquo, ac nouo, Ordinis Minorum, cuius officium cum nonnullis propriis verſ. Antiphon. oration. & Lectionib. modò appoſitum cernimus intra Breuiarium Roman. ex mandato, motuque proprio Summi Pont. Gregorij XV. Nam ſanctus Vincentius *Ferrerius*, teſtatur in ſermone de B. Anna, Virginis Deiparæ Matre, nec dum, ſua ætate, fieri feſtum de eo, ab Eccleſia Catholica, populoque Chriſtiano. Sanè in Capitulo generali Lauallenſi, ann. 1505. ordinatum fuit, quòd huiuſmodi feſtum fieret per vniuerſam familiam Ciſmontanam, in craſtinum ſancti Ioſeph, ſub ritu duplicis minoris: vide Speculum Fratrum Minor. tract. 3. de Ordinationibus circa Diuinum officium, fol. 209. pag 2. at paulò poſt idem feſtum, ex noua conceſſione Iulij II. Pap. inter maiora duplicia noſtri Ordinis recenſitum eſt, per Reuerendiſſ. P. Generalem, Raynaldum Gratianum de Cotignola: Apud Firmamentum trium Ordin. part. 3. in ordinationibus Diuini officij, fol. 50. pag. 2 Balinghen in Calendario. Virg. Mariæ hac die, &

Molanus

Digitized by Google

Molanus. Brautius in Martyrologio. Poet.

§. 2. *BB. Antonij & Gerardi, Martyr.*[b]] Diſcimus ipſum B. P. Antonium de *Turno* ſeu de *Farno*, Guardianum fuiſſe minoris Conuentus Tholoſani, qui ſtat in Suburbio ſancti Michaelis; quando vnà cum ſocio B. P. Gerardo *Boneto*, in via interceptus ab hæreticis, palmam Martyrij ſimul adepti ſunt, circà annum 1562. Agunt de eis Gonzaga parte tertia, Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu Rapiſtanenſi, qui eſt 7. Prouinc. Aquitan. antiquioris. Barezzus 4. part. Chronic. Minorum lib. 4. cap. 24. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Picquetus in catalog. virorum illuſtr. Ordinis Minorum. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Vvadinghus Tom 2. Annal. Minor ad ann. 1280. §. 8.

§. 3. *B. Andreæ, Confeſſ.*[c]] Floruit hic in Conuentu Plani Caſtanearum, in Prouincia Hethruriæ, & Cuſtodia Cluſina Patrum Conuentualium; circa ann. 1290. vir perfectæ vitæ, multorum Fratrum Magiſter inſignis; tantæque virtutis, vt dùm ardenter oraret in ſylua, Chriſtus ei ſemel apparuerit, in ſpecie Seraph. è cælorum ſublimitate deſcendens, ſuaque illi chariſmata communicans. Memoratur à B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 11. part. 2. in Prouinc Tuſciæ. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic Mariano lib. 3. cap. 10. Vvadingho ſup. ad ann. 1278. §. 35. & 1290. §. 15.

§. 4. *B. Ioannis-Andreæ, Confeſſor.*[d]] Oriundus erat ex Piſtorienſi vrbe, in Tuſcia; Laicus profeſſione, ſed ſingulari bonitate ac perfectione exornatus. Qui ob vitæ eius integritatem, optimoſque mores, Guardianatus officium ſæpius exercuit; ſibi quidem auſterus & parcus, aliis verò affabilis benignus, & pacificus. Magnam adhibebat charitatem, diligentiaque in iis, quæ propriæ obligationis, vel muneris ſui erant. Magnoperè item ſtudebat puritati animæ & corporis, ſicque piis operibus intentus, ſanctiſſimè in Religione annos 66. vixit. Clarebat circa ann. 1590. ſepultuſque eſt in Conuentu S. Antonij Montis Reatis, qui eſt 8. Prouinc. Romanæ. De eo egerunt Bonifacius de Bonibellis, in ſua Chronic. Refformator. eiuſdem Prouinc. Barezzus ſup. lib. 10. cap. 70. ſub fin.

§. 5. *Beati Laurentij, Confeſſor.*[e]] Ex noſtris Recollectis vnus fuit, qui cùm Taurini moraretur, obiit in Domino, magna cum ſanctitatis opinione, an. 1619. cuius meminit Galterius, in tabula Chronograph. ſæcul. 17. vbi de ſanctis & illuſtr. viris.

§. 6. B. *Mariæ, Virginis,*[f]] Nuncupabatur Maria Sanctia à *Beotia*, quæ vna cum matre B. Eliſabetha *Pontia*, ſorore, Franciſca *Pontia*, ſumpto Tertiariarum ſororũ Frãciſcanarum habitu, adeò ſe in omni virtutum genere, cum illis exercuit, quòd ſanctitatis norma Lorcanis factæ ſint: eiuſque Reliquiæ aliquot Dæmoniacos ab immundis ſpiritibus, pluresque infirmos è diuerſis languoribus, liberauerint. Teſte Gonzaga 3. part. ſup. in Monaſterio ſanctæ Annæ Lorcenſi, quod eſt 12. Prouinc. Carthaginenſ. & Barezzo ſup. lib. 1. cap. 30. ſub ann 1520 Valeriano lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 6.

DVODECIMO KALENDAS APRILIS.

POtociæ in Lithuania, Beatorum [a] quinque Fratrum Martyrum; qui à Tartaris pro Chriſto crudeliter ſunt necati. Louanij in Brabantia Beati [b] Adami Saſboldi Confeſſoris: eruditione, pietate ac meritis præclari. Salmanticę, in Hiſpania, Beati [c] Antonij Saguntini, qui humilitate, oratione, ac rerum cœleſtium meditatione pollens, migrauit ad Dominum. Bambergæ, in Franconia, Beatæ [d] Catharinæ Zollerinæ, Virginis, primæ illius loci Abbatiſſæ; quæ vita & virtutibus inſigniter refulſit.

MARTII XXI.

§. 1. B*B. quinque Fratrum Martyrum* [a]] Exceſſerunt è vita ann. 1563. quando illa Potocia ſeu *Polocia* ciuitas, vnà cum Conuentu Fratrum à Tartaris Moſchouitiſque incendio conſumpta eſt; tunc enim & ipſi (cæteris fuga ſibi conſulentibus) capti, iugulatique ſunt, mortem, pro Chriſti nomine, fortiter ſubeuntes. Ita Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu Potocenſi, qui eſt 13. Prouinc. Poloniæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 29. Daça, ibidem lib. 3. cap. 49. Porrò de Martyribus Franciſcan. in Lithuania, vide Vvadinghum Tom. 3. ann. 1325. §. 28. & Tom. 7. ad ann. 1498. §. 44. à quo vocantur, Paulus Guardianus, Dominicus, Martinus, Venceſlaus, & Adamus,

§. 2. *Beati Adami, Confeſſor.*[b]] Is Delfij in Hollandia natus eſt honeſtiſſimis parentibus; à quibus piè & liberaliter educatus, dùm puer ſcholas frequentaret, condiſcipulis & ciuibus, moribus ſuis erat diſciplinæ ſingulare exemplar. Vltraiectum poſtea miſſus, inde Louanium, ad omnium penè ſcientiarum culmen aſcendit. Ad capeſſendum autem Seraphicæ Religionis Inſtitutum, incenſus fuit, lectione vitæ S. Franciſci, quod diſſuadentibus amicis, eiſque ignaris, Louanij amplexus eſt, dimiſſo prius Cathedralis Eccleſiæ Vltraiectenſis Canonicatu; mox emiſſis votis, Louanienſis Academiæ Profeſſor Theologus eſt renuntiatus: vbi cùm doceret, concioneſque cum fructu audientium haberet: morbo lethali correptus eſt ann. 1553. ætatis ſuæ 38. hac die. Vir ſanè fuit magnę eruditionis, ſed & pietatis maximè: quique ſæculum dereliquit, haud ſine ingenti ſanctitatis opinione. Eius ſepulchro, in Capitulo Conuentus Louanienſis adſcripſit B. Cornelius Muſius, nobilis Martyr, hoc Epitaphium.

Adamus nomen, Bataui mea patria Delphi,
Progenies Saſboath non inhonora fuit.
Traiectum Latias & Græcas tradidit artes,
Louanium Hebræas addidit, atque ſacras.
Quas vt proferrem (culpa eſt ſepelire talentum)
Et Domino vſuras non ſoluiſſe ſuas)

Digitized by Google

Commoda viſa mihi, Franciſci ſemita: at illum
Dum ſequor, in mediis curſibus eripior.

Oſſa eius poſtea, ante gradus Altaris ſummi repoſita ſunt, volente illuſtriſſimo Philippenſium, & Vltraiectenſium Archiepiſcopo, Saſboldo Voſmero, Vicario Apoſtolico, B. Adami ex ſorore nepote: qui eiuſdem Caluariam in corporis tranſlatione ſibi reſeruauit. Hæc Raiſſa in Auctario ad Natales SS. Belgij hac die. Toſſinianus libr. 3. in ſcriptor. Franciſcan. Gonzaga ibid. part 1. ſup. & part. 2. in Prouinc. German. inferior. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Vuillotus in Athenis orthodoxis Franciſcan Choppinus, lib. 1. Monaſtic. lib. 1. §. 16. Ex quibus Myræus in Faſtis Belgic. corrigendus, eum volens obiiſſe die. 4. Octobr.

§. 3. B. *Antonij, Confeſſor.* [c]] Ob egregiam morum perfectionem, Magiſterij Nouitiorum, pluribus annis, functus eſt officio. Magna humilitate ditatus erat: ſanctæ orationi aſſiduus inſiſtebat, ſupernarum contemplatione rerum iugiter potiebatur; quibus in operibus exceſſit è viuis, ſepultus in Conuentu ſancti Franciſci Salmanticenſ. qui eſt 8. Prouinc. ſancti Iacobi: Hæc ex Barezzo ſupra lib. 4. cap. 37. ad ann. 1565. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. ſanctor. Hiſpan. cap. 31.

§. 4. B. *Catharinæ, Virginis*, [d]] Fundato Monaſterio Clariſſarum Bambergæ, per nobilem Virginem Beatam Catharinam *Zollerin*, introductæ ſunt in ipſum ſorores, ann. 1343. in die ſancti Thomæ, Cantuarien. Archiepiſcopi, & Martyris. Vbi ipſa fundatrix, prima extitit Abbatiſſa, tantaque virtute enituit, vt pro ſancta haberi, cæteri affirment. Bruſchius De Epiſcopis Bambergenſibus, numero vigeſimo quinto. Gonzaga part. 3. ſup. in Monaſterio V. Prouinc. Argentinenſ. Vvading. Tom. 3. Ann. ad annū 1341. §. ſeptimo, ex MS. Chronic. Prouinc. Argentinenſ.

VNDECIMO KALENDAS APRILIS.

APud Valencenas in Belgio, Beatorum [a] plurimorum Fratrum Martyrum; qui poſt ludibria & opprobria; poſtque multa alia grauia tormenta ab hæreticis perpeſſi, ſuum agonem fœlici curſu conſummarunt. Auximi in Picœno, Sancti [b] Beneuenuti Epiſcopi, qui ſollicitudine paſtorali, & vitæ integritate præfulgidus extitit: quem ſanctitate, & miraculis conſpicuum Martinus IV. Papa in ſanctorum numerum retulit. Mexici in India Occidua, Beati [c] Ioannis Burnonis, Confeſſoris; miræ auſteritatis vitæ & pœnitentiæ viri. In Picœno, Beati [d] Angeli à Typherno Metaurenſi, Confeſſoris; humilitate atque puritate conſpicui. Taurominij in Sicilia, Beati [e] Cherubini, Meſſanenſis: Confeſſoris virtutibus ac miraculis celebris. Alcazarii in Territorio Toletano, Beatarum Virginum [f] Franciſcæ à Sancta Cruce, Mariæ de Ortega, & Ludouicæ Auendagno, Tertiariarum, quæ pœnitentiæ operibus iugiter intentæ, ſancto fine quieuerunt.

MARTII XXII.

§. 1. B*B plurimorum Martyrum, &c,* [a]] Horum illuſtre Martyrium accidit ſub ann. 1566. ſeu 1567. iuxta nouum ſupputandi modum. Nam in deuaſtatione Vallencenenſ. vrbis, ab hæreticis capti, ita ſunt diris cruciatibus vexati; vt paulò póſt, mortem pro Chriſto obierint. Ita agit de eis Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 4. ex Fauſtino Taſſo, Hiſtor. ſui temporis, & Thoma Bouchiero, in Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Fratrum Minor. Scio equidem Gonzagam rem aliter enarraſſe, hiſce verbis: vbi tractat de Conuentu Minor. Vallecenenſ. qui eſt 2. Prouinc. S. Andrææ, part. 3. Origin. Seraph. Relig. *Quanquam autem vrbs iſta multas moleſtias & deuaſtationes ab hæreticis partim ciuibus, proprijs partim exteris Gallis pertulerit, nulli tamē ex noſtris fratribus tametſi ſemper conſtantiſſimè ipſorum impietati reſtiterint, hactenus Martyrio ſanguinis fuere affecti; licet alioqui exulare fuerint coacti, & multas iniurias, & perſecutiones, & damna grauia, citra tamen mortem, ſint variis vicibus perpeſſi.* Cui breuiter reſpondebimus, & Fratres Minores tunc grauia paſſos, ſanguinem etiam profudiſſe ex vulnerum acerbitate: & ex vi tormentorum, ſeu pœnarum illatarum, paulò poſt exceſſiſſe è vita. Hæc enim atteſtantur præfati authores.

§. 2. *B. Beneuenuti, Epiſcopi,* [b]] Fuit hic patriâ Anconitanus, Auximanus Epiſcopus, ann. 1263. ab Vrbano IV. creatus; ante admiſſam dignitatem, vota emiſit Minorum; & deinceps perpetuò eorumdem veſtem palam geſtauit, quam adhuc videre eſt inter ſacras Reliquias Eccleſiæ Auximanæ: ſanctiſſimè autem moritur 11. Kalend. Aprilis ann. 1276. quem ob crebra miracula Martinus IV. cælitum numero adſcripſit. Corpus eius requieuit in priori tumulo, cum hoc Epitaphio.

Sanctus Beneuenutus de Scotiuolis, Anconitanus, Epiſcopus Auximanus.

Vſque ad ann. 1590. quo illud cum magna ſolemnitate transferri curauit Theodoſius Florentius, Epiſcopus Auximanus ad nouum ſepulchum à ſe ſplendidè præparatum in Eccleſia inferiori eiuſdem loci. Addito hoc Cœnotaphio.

Sancti Beneuenuti corpus ex ſuperiori Templo, ad venerabiliorem cultum Theodoſius Florentius, Epiſcopus Auximanus, huc transferendum curauit. Ann. Domini M D. X C. die 2. Menſis Iulij. Pont. Six t i V.

Ob ingentia illius miracula, multa in eius honorem constructa ſunt Templa & Sacella; inſtitutæ Confraternitates, & ſtructum Xenodochium, atque Parthenopæum

Digitized by Google

thenopæum Veſtalium; ſolemnis habetur eius dies
feſtus apud Auximates, aliiſque in locis. Vitam eius
ſcripſerunt (vltra ea Acta quæ habentur Auximi
M S S.) Gaſpar Volaterranus, Epiſcopus Auxima-
nus, in deſcriptione eiuſdem Eccleſ. Ioannes Baldus
lib. de Martyribus & Epiſcopis Auximatibus. Toſ-
ſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. in eo. Philippus Fer-
rarius in noua Topograph. ad Martyrolog. Rom. vbi
de Auximo, & alij. Eius meminit Martyrologium
Roman. eadem die. Baronius ibid. in Annotat. Wa-
dinghus Tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1252. §. 18. &
Tom. 2. ad. ann. 1263. §. 19. & 1276. §. 3. Victon. tra-
§. 3. ctat. de antiquo ac moderno vſu Canoniſationis San-
ctor. cap. 28. ex Elucidario Theologico Lucæ Ca-
ſtellini, de certitudine gloriæ Sanctor. Canoniſator.
Braptius in Martirolog. poëtico.

B. Ioannis Burnonis, Confeſſ. [c]] Hic ex Prouincia
ſancti Gabrielis traiecit in Indiam Occidentalem, vt
plures Infideles Chriſto lucrefaceret. ann. 1531. vir
auſteræ vitæ erat ac maximæ pœnitentiæ, dùm ſanus
fuit: in ſenectute enim variis eſt ægritudinibus diue-
xatus. De eo ferebatur ſolitum viſibiliter in Euchari-
ſtiæ Sacramento Chriſtum corporaliter conſpicere, &
D. Mariam Magdalenam ſeſe ei ſæpiùs offerentem.
Vita autem ſanctiſſimè functus, ſepultus eſt in Con-
uentu Mexicano, qui eſt 1. Prouinc. S. Euangelij.
Scribit de eo anno 1550. Barezzus 4. part. Chronic.
Minorum lib. 3. cap. 56. & Daça, ibid. lib. 2 cap.
33. poſt Gonzagam part. 4. Origin. Seraphic. Relig.
§. 4. in præfato Conuentu. Nouiſſimè verò Rapinæus in
Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 7.
part. 3. §. 1. pag. 170. Marianus libro ſecundo. Chro-
nic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 13.

B. Angeli, confeſſ. [d]] Ex familia Obſeruantium
ad Capucinos migrauit, ann. 1528. vbi virtutibus
admirandis eluxit, quas recenſet Bouerius Tom. 1.
Annal. Capucinor. ad an. 1569. §. 30. quo obiit, ex §. 5.
MS. Prouinciæ Marchiæ.

B. Cherubini, Confeſſ. [e]] Floruit ann. 1540. Il-
lius meminerunt Barezzus, ſup. lib. 3. cap. 22. Daça,
ibid. lib. 1. cap. 28. Ferrarius in catalogo ſanctor.
hac die, ex nouo Martyrolog. Siciliæ, Gonzaga part.
2. ſup. in Conuentu S. Franciſci Tauronimij, oppi-
di (haud procul à *Drepano* Promontario *diſtantis*)
*qui eſt X. Prouinc. Siciliæ. Hic tandem (inquit)
mortem obiit, ſepultuſque fuit, B. ille Pater, omnique
veneratione digniſſimus, Pater, inquam, Cherubinus
Meſſanenſis, qui viuus atque etiam mortuus plurimis
præfulſit miraculis, ſimul atque coruſcat; cuius corpus
ex communi Sarcophago exhumatum, honorifico
Mauſolæo reconditum fuit, vbi & ab omnibus maxi-* §. 6.
me colitur, frequentaturque.

BB. Franciſcæ, & ſociar. Virginis [f]] Fundatrix fuit
Monaſterij Immaculatæ Conceptionis Alcazarij, in
qua & meruit ſancta morte defungi, ann. 1574. Reli-
quæ coadiutrices eius, quarum altera, Maria, ſan-
guine & virtute, illi cognata fuerat; altera verò
Aloyſia, ſiue Ludouica, in locum deffunctæ ſuffecta,
paribus ſanctimoniæ paſſibus incedentes, glorioſo
fine in Domino quieuerunt. Vide Gonzagam tertia
parte ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 17. Prouinc.
Cartagenenſ. Blaſium Laghinam, in ſuo Memoriali,
& Marianum libro ſexto, Chronic. ſtrictior. Obſer-
uant. Reformat. cap. 23. Vuadigh To. 4. ſup. ad an.
1360. §. 3. Thielmans Tom. 2. vit. SS. Serap. Ord.

DECIMO KALENDAS APRILIS.

CLoſis, in Territorio Bituricenſi, Beati [a] Iuliani, Martyris. Cadurci Cemenorum, Beati [b] Franciſci de Cardaillaco, eiuſdem vrbis Epiſcopi, genere, ſcientia, & vitæ ſanctitate clariſſimi. In Apulia, propè ſancti Seuerini Oppidum, Beati [c] Bernardini à Porſena, Confeſſoris, & Concionatoris egregij, qui verbo & exemplo plurimùm valens, gratia etiam miraculorum claruit. Madriti, Beati [d] Hieronymi à Torregionſilio, Confeſſoris; virtute orationis, ac contemplationis inſignis. Item, Beatæ [e] Melchiadis, virtutibus clariſſimæ.

MARTII XXIII.

§. 1. B*Eati Iuliani Martyr.* [a]] Cognominabatur Iu-
lianus *Gubier*, ſeu *Gileer*, qui ob fidei conſtan-
tiam ab hæreticis crudeliſſimè necatus eſt, in Con-
uentu *Roſarum*: ita habet Gonzaga 1. part. ſup. in,
ſacris Martyribus Ordinis Minorum ſuo æuo, ob
Chriſti fidem paſſis, in Prouincia Turoniæ Picta-
uienſ. cui con rariantur Marcus Vlyſſiponenſ. part.
3. ſup. lib. 9 capite 58. Daça 4. part. Chronic. Mi-
norum lib. 3. cap. 51. & Hilarion à Coſta. lib. 2. Hi-
ſtor. Catholic. pag. 365. volentes Martyrio corona-
tum fuiſſe apud Conuentum de *Oſis*. Verùm, cùm
nullus Conuentus de *Oſis*, vel de *Roſis* reperiatur in-
tra Prouincias Turonenſ. & Pictauienſem; error eſt,
vitio librariorum inſertus; dicendumque eſt, In
Conuentu de *Cloſis*, (qui eſt 23. Prouinc. Turoniæ
Pictauienſ.) id accidiſſe. Boſius ſup. ſæcul 9. Pic-
quetus ſup. perperam, hunc vocat *Guilielmum*. Fer-
nandez lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 19. Grauina in *vo-
ce Turturis*, part. 2. cap. 24.

§. 2. *B. Franciſci, Epiſcopi.* [b]] Prius extitit de D. Fran-
ciſci familia alumnus, cuius legibus Cadurci diu vi-
xerat, ædium parte ab ſe etiam ædificata; quæ viri
tanti hodieque retinet nomen. Anno verò 1358. ad-
miſſus eſt ad gradum Magiſterij, ob eximiam eius
eruditionem, poſtquam ſententias legiſſet in vniuer-
ſitate Pariſienſi. Extant ea de re litteræ Innocentij
VI. Pap. ad Cancellarium Pariſienſ. ſub, Datum, Aui-
nione 8. Kalend. Septemb. Pont. Anno 6. Dùm au-
tem apud Auinionem moras necteret, eumdem Do-
ctoratus gradum; ex Pont. Vrbani V. præcepto con-
tulit F. Montolino, Prouinc. Phocenſis Miniſtro,
ann. 1363. & anno. ſequenti, ipſummet impertiit F.
Bertrando de S. Gulielmo, eiuſdem Ordin profeſſo-
ribus. Exindè ad Cabellicenſis, ſeu Cauellicenſis ſe-
dis infulas vocatus eſt, ann. 1366. 8. Kalend. Octob.
ſub Archiepiſcop. Auinionenſi, non verò Lugdunen-
ſi.

Porrò, Anno 1372. F. Berengarius de Arragonia, §. 3
Franciſcanus, fidei & animarum profectui laudabili-
ter intendens in partibus Boſnæ, ablegatus à Ludo-

Digitized by Google

uico, Rege Hungariæ, & Vicario Boſnenſi Fratrum Minorum, venit Auinionem, ſignificaturus Pontifici Gregor. XI. meſſem multam eſſe, operarios verò paucos; & neceſſaria eſſe Fratribus ibidem laborantibus plura, quam habebant domicilia, atque ex defectu Parochorum, Rectorumvè Eccleſiarum, multa ſuboriri dubia ſalutem animarum concernentia. Quibus omnibus vt fieret ſatis Papa, datis litteris, præcepit Gofredo Coriſopitenſi, noſtro B. Franciſco Cauallicenſi, & Galtero Glauſtrenſi, Epiſcopis, condignam dare præfato Berengario reſponſionem. Anno, item 1375. ab eodem Summo Pont. deſtinatus eſt nuntius B. Franciſcus ad Ioannam Siciliæ Reginam; qui pro Franciſci Baucij Regię ſtirpis, à Regina in vincula coniecti, quòd Materam ciuitatem, Tarentino Principatui per vim adiicere vellet, libertate & iuſtitia interpellaret.

§. 4. Tandem, ſub auſpiciis ann. 1389. translatus eſt ab Eccleſia Cabellicenſi ad Cadurcenſem, de *Cardiallaco* ſtemmate iam Cadurcenſes inter Præſules tertius, & quem pepererat Gulielmus IV. ex ea gente Epiſcopatui, Comitatu adiuncto, Maieſtatem diu familia eadem tueretur, *Begoni* extemplò ſufficitur. Conſtat quippe ex ciuitatis Cadurcenſis armario, Kalendis ipſis Quintilibus, ſolemni, vt fit, pompa, in vrbem admiſſum B. Franciſcum, tum primùm Epiſcopi ac Comitis nomine, honoreque inſignem, ann. eodem 1389. Ad eum tunc ſcribens Clemens VII. Pap. teſtatur luculenter aſſumptum fuiſſe ex Ordin. Franciſcan. Bulla incipit, *Quia præſentis vitæ conditio*; ſub Datum Auinione, idib. Ianuar. Pontific. Ann. II. Itaque patria ad vſque vltima vitę tempora ſanctè adminiſtrata, plenus dierum ac bonorum operum, finem glorioſum excepit. Ann. 1404. conditumque corpus in Eccleſia *D'eſpaignac*, prędictę Diœceſis: magna colunt veneratione Cadurcenſes, quorum iudicio *ſanctus* ipſe, vti & eius tumulus, *Sepulchrum Beati* paſſim audit. Scribunt de eo Guilielmus à *Cruce*, in ſerie Epiſcopor. Cadurcenſ. Gallia Chriſtiana, ibidem, & in Cabellicenſ. Epiſcopis. Wadinghus Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1358. §. 5. 1363. §. 18. 1364. §. 17. 1366. §. 18. 1372. §. 33. 1375. §. 39. & 1389. §. 3. Catelus lib. 5. Hiſtor. Linguæ Occitanæ in Archiepiſcop. Toloſan. ſub Ioannem de Cardalhaico. Friſonus in Appendic. ad Galliam pupurat. In Bertrando de Cardaliaco Cardinali.

B. Bernardini, Confeſſ. [e]] Florebat ann. 1520. hic ſalutis animarum zelo ductus, vix vnquam à ſacris habendis concionibus reſpirauit: quique adhuc viuens, plures infirmos ad crucis ſignum curauit, multoſque alios à Dæmonibus miſerrimè vexatos, ad dulciſſimum nomen Ieſu, à tanta afflictione liberauit. §. 5. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup., lib. 9. cap. 48. Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu S. Bernardini Oppidi S. Seuerini, qui eſt 9. Prouinc. ſancti Angeli: vbi ſacrum ipſius corpus requieſcit. Wadingho. Tom. 6. ad ann. 1453. §. 44.

B. Hieronymi, Confeſſ. [f]] Deuotiſſimus ſacerdos §. 6. fuit, qui vix ſuo æuo parem in orandi atque contemplandi genere habuit; quapropter mirabilis omninò extitit. Obiit in Conuentu ſancti Bernardini Madriti, qui eſt 11. Prouinc. ſancti Ioſeph. De eo ſcribunt Gonzaga ibidem part. 3. ſup. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro quinto, capite vigeſimo primo, ad ann. 1570. Rapinæus Hiſtor. General. Recollector. Decad. 8. parte 1. §. 11. Grauina ſup. Ioannes à ſancta Maria part. chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. ſecundo, cap. vigeſimo ſexto.

B. Melchiadis. [g]] De ea agunt Gonzaga parte §. 7. prima, ſupra in BB. Fœminis 2. ac 3. Ordinis minorum Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan, & Thielmanſ. Tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin.

NONO KALENDAS APRILIS.

SAncti [a] Gabrielis Archangeli; noſtræ Redemptionis ad ſacratiſſimam Virginem Mariam Paranymphi. Magduni in Territorio Aurelianenſi, Beati [b] Rodulphi Giameti, Martyris; qui pro Religionis Catholicæ defenſione ab hæreticis occiſus eſt. In Aquitania, Beati [c] Bernardini Molmerij, Martyris; qui in perſecutione hęreticorum Caluiniſtarum, multa paſſus, capite ad humeros vſque diſciſſo, Martyrij palmam obtinuit. Sagij in Neuſtria, Beatorum [d] Martyrum Ioannis Bruſonis, & Dominici Godardi; qui in eadem perſecutione, gladiis hęreticorum trucidati, ad cœlos euolarunt. Ocræ in Aprutio, Beati [e] Ambroſij à Pepulo, Confeſſoris; cuius ſanctitatem miracula crebra per eum edita, tum in vita ac poſt obitum, teſtantur. Turri-Lacunæ, in Hiſpania, Beati [f] Franciſci Orteſij, Confeſſoris concionatoris eximij; qui oratione, atque zelo ſalutis animarum maximè enituit. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [g] Pacificæ, Monialis piiſſimæ; quę ſingulari virtute, & miro ſpiritus feruore adornata, fœliciter obdormiuit in Domino.

MARTII XXIV.

§. 1. *SAncti Gabrielis Archangeli,* [a]] Hoc feſtum ſolemniter celebratur in toto Ordine Minoritico, cum officio proprio, iuſſu Capituli Generalis Mechlinienſis ann. 1499. ex conceſſione Alexandri VI. Papæ; qui & indulſit, vt huiuſmodi feſtum fieret in vigilia ſancti Ioſephi, (teſte Alphonſo de Caſa Rubio, in Cōpendio Priuilegior. Fratrum Minor. verbo *Feſtiuitas*, § 11. & 12.) nimirum 18. Martij, qua die Molanus in additionibus ad Vſuardum; Ferrarius in Catalog. SS. & Sauſſayus in Martyrolog. Gallic. Balinghem. In calendario Virg. Mariæ hac die. Quod autem nunc fiat 24. Martij, adhuc me latet. Officium autem recitatur ſub ritu Duplici, ex decreto Capituli Generalis Albienſis, in Aquitania, ann. 1502.

Digitized by Google

1502. vide Speculum Fratrum Minorum tract. 3. fol. 210. pag 1. & 2. &. Firmamentum trium Ordinum, ibid. fol. 50. pag. 2. in ordinationibus circa Diuinum Officium.

§. 2. *B. Rodulphi, Martyr.* [b]] Cognominatus erat P. Rodulphus *Giamet*, ſeu *Hiaciamet*, dignitate ſacerdos, qui pro Fide Catholica, ab hæreticis Martyrio coronatus eſt, in Conuentu Magdunenſi: qui eſt 13. Prouinc. Turoniæ Pictauienſ. Qua de re Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. chronic. Minor. lib. 9. cap. 58. Gonzaga 1. part. Origin Seraphic. Relig. in ſacris Martyr. Franciſcanis, ſuo æuo, ob Chriſti fidem, in præfata Prouincia paſſis. Daça 4 part Chronic. Minor. lib. 3. cap. 51. & 58. Hilarion à Coſta lib. 2 Minor. Catholic. pag. 365. ann. 1560. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Fernandez lib 3. Hiſtor. Eccleſ. cap 19. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap 24.

§. 3. *B. Bernardini Martyr.* [c]] Guardianus erat Conuentus ſancti Antonij (qui eſt 26. Aquitan. Recentior.) dum gladiis hæreticorum peruenit ad palmam Martyrij. Ita Hilarion à Coſta, ſup. pag. 364. Boſius de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul 9. Picquetus ſup. Daça ſupra cap. 51. dans ei 14. alios Martyres præfati Conuentus incolas, & Marcus Vlyſſiponenſ. qui ait ipſum cognominatum fuiſſe *Bernardinum* à *Molmerio*, cap. 60. ſup. Quare diuerſus eſt omnino à B. *Gerardo Molmerio*, Martyre, cuius meminit Gonzaga ſup. in Prouincia Reſſormatorum, vt patet ex eodem Gonzaga ibid. in Martyribus diuerſis in aliis partibus Franciæ paſſis. Vbi agit de hoc B. Bernardino.

§. 4. *BB. Ioannis & Dominici, Martyr.* [d]] Horum Elogium paucis perſtringit illuſtriſſimus Gonzaga part. ſup. in Prouinc. Franciæ Pariſienſ. *B. P. Ioannes Bruſo, ab hæreticis manuali tormento occiſus, B. P. Dominicus Godar, in Conuentu Sagienſi, in quo & præcedens, Martyrij palmam obtinuit.* Hæc ille. Præfatus autem Conuentus, primus eſt eiuſdem dictæ Prouinciæ. Picquetus ſup. vltimum vocat *Dionyſium*, ſed mendoſè. Boſius ſup. lib. 12. cap. 22. Toſſinianus lib. 2. in cuſtodia Aurelianen. Fernandez, Daça, & Grauina ſupra.

§. 5. *B. Ambroſii, Confeſſ.* [e]] Memoratur à Gonzaga parte 2. ſup. in Conuentu ſancti Angeli Orcæ, qui eſt 13. Prouinc. S. Bernardini, vbi ait, hunc locum cohoneſtari corpore *B. Patris Ambroſii de Pepulo etiam Aquilani, ſociique B. Ioannis Capiſtrani; cuius ſanctitatem innumera miracula, tum in vita, tum quoque in morte edita luculentiſſimè produnt;* Eadem habet Barezzus 4. part. Chronic. Minorum libro primo, capite vigeſimo ſeptimo.

§. 6. *B. Franciſci, Confeſſ.* [f]] Florebat ann. 1595. Conuentus Sanctiſſimæ Matris Dei Turris-Lacunæ alumnus, in quo & mortem obiit. Deuotiſſimus pariterque zelantiſſimus extitit: concionatorum ſui temporis facilè princeps, quamobrem eorum Monarcha, ab omnibus, communi vocabulo appellitabatur. Qui per 13. continuos annos, ſe domi, meditationi, lectioni, vel exercitio ſpirituali intentus, continuit, nihilque magis quàm hominum frequentiam (præcipuè verò ſæcularium) atque colloquia fugiebat. Scribunt de eo Gonzaga part. 3. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 19. Prouinc. Caſtellæ. Barezzus lib. 5. cap. 8. ſup. Salazar. lib. 4. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 17.

§. 7. *B. Pacificæ Monialis,* [g]] Conſanguinea erat S. Claræ Virginis, iamque prouectæ ætatis cùm eſſet, Ordinem intrauit; in quo tantopere profecit, ſicque virtutibus, ſpiritus feruore, & corporis robore prædita euaſit, vt ab eadem S. Clara miſſa ſit Hiſpellum, propè Vallem Spoletanam, in quendam locum, qui vulgò *Vallis Gloria*, dicebatur, ad extruendum inibi Monaſterium. Verùm eo in opere, nimio fauore à Domino eſt auxiliata: Cùm enim aqua deeſſet pernecceſſaria ad ædificandum, cœlitus illi reuelatur, quò fodiens, fons viuus ſcaturiret; qui quidem nunc vſque perſeuerat. Infirmis diuerſorum ægritudinibus morborum, malè affectis admodum, ſalubris: nam ex eo bibentibus ſanitas priſtina confertur. Indè poſtea hac ſancta Chriſti ancilla Aſſiſium reuerſa, ad D. Claram Virg. paulò poſt, ſingulari virtutum odore refecta nonagenaria, exceſſit è vita 1258. Illius meminere Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 1. cap. 53. ex Mariano. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor ad ann. 1258. §. 20. Tom. 1. ad ann. 1213. §. 64. ex Mariano, in Appendice lib. 1. Valerianus, de BB. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 2. cap. 11. Salazar. ſup. lib. 5. cap. 21. Thielmans Tom. 2. vitar. Seraphic. Ordin.

Digitized by Google

OCTAVO KALENDAS APRILIS.

IN Territorio Bononienſi, Beati [a] Ludouici, Martyris. In Gallia, Beati [b] Ioannis Liothi, Martyris; qui diris exquiſitiſque tormentis cruciatus, Eccleſiam Catholicam ſuo ſanguine purpurauit. Item paſſio Beatorum [c] Martyrum Gentiani, Ægidij, Gulielmi, Gratiani, & Clementis: quos hæretica rabies diuerſo mortis genere interemit. Mantuæ, Beati [d] Seraphini Mantuani, Confeſſoris; qui potens verbo & exemplo, plures reduxit ad Chriſtum, à quo meruit & dono lachymarum, miraculorumque decorari. Mexici, Beati [e] Chriſtophori Ruitij, Confeſſoris, Conuentus eiuſdem vrbis Guardiani; eximiæ orationis, magnæque probitatis viri. Ibidem, Beati [f] Marci à Nicia, Confeſſoris; qui pro Euangelij diſſeminatione Peruanam, Copallam, Cibolam, Quiricam, aliaſque Indiæ Occiduæ Regiones peragrauit; & meritis ac virtutibus inſignitus, cœleſtia Regna petiuit. Camari in Sicilia, Beati [g] Andrææ Camarini, Confeſſoris. Cluſis in Territorio Gebennenſi, Beati [h] Ioannis de Parcu, Confeſſoris.; eruditione, genere, atque ſpiritu prophetico conſpicui. Lugduni, Beati [i] Hieronymi à Mediolano, Confeſſoris: qui primus Prouincialis Capucinorum in Burgundia factus, totius Religionis ac pietatis ſpecimen ſe præbuit. Fulgii in vmbria, Beatæ [k] Bernardinæ Antonii, Virginis Abbatiſſæ: dono orationis & lacrymarum, ac patientiæ celebris.

MARTII XXV.

§. 1. BEati *Ludouici*, *Martyr.* [a]] Hic pius pater, iam omninò decrepitus, ab impiiſſimo quodã Stephano *Martini* hæretico, in Bononienſi Diœceſi occiſus eſt. Hæc autem Bononia ad mare Oceanum ſita eſt, in Prouincia Veromanduorum, ſiue Picardiæ, in Gallia. Memoratur à Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in ſacris Martyribus Franciſcan. ſuo æuo, ob fidem Chriſti paſſis, diuerſis in partibus Franciæ. Picqueto in Catalog viror. illuſtr. Ordin. Minor. Boſio lib. 12. cap. 22. Tom. 1. Daça 4. parte Chronic. Minorum, libro tertio, capite 58. ad ann. 1567.

§. 2. B. *Ioannis Liothi* [b]] Licet octogenarius eſſet ſacerdos, tamen ligatis ad dorſum manibus, diriſſimè cruciatus eſt ab hæreticis; à quibus poſtea, ob confeſſionem Catholicæ Fidei, mortem vltrò ſuſtinuit. Ita Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic Minor. lib 9. cap. 59. ad ann. 1560. Gonzaga ſup. in Prouin. Franciæ Pariſ. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſecul. 9. Picquetus ſupra. Fernandus libro tertio, hiſtor. Eccleſ. capite decimo-nono. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. & Daça ſupra.

§. 3. *BB. Gentiani*, *& ſoc. Martyr.* [c]] Illos omnes recenſet Gonzaga ſup. in Martyribus Franciſcan. diuerſis in partibus Franciæ, pro Chriſto paſſis. Ita enim apud eum habetur. *B. Pater Gentianus Cordies, in Conuentu Belliaco, ann.* 1562. *hæreticorum gladiis transfigitur, B. P. Ægidius Cottereau ab iiſdem in flumen mergitur. B. Pater Guilielmus Bourgongne, ſub iiſdem manibus vitam terminauit. B. Pater Gratianus Moyſant, eodem mortis genere è viuis ſublatus eſt. B. Pater Clemens Galloys, variis tormentis eodem tempore, ab hæreticis exagitatus, huic ſæculo valedixit.* Hæc ille. Item Picquetus ſup. Boſius ſup. lib. 12. cap. 22. Daça ſup.

§. 4. *B. Seraphini, Confeſſ.* [d]] Famoſiſſimus olim prædicator extitit, vitæque ſanctimonia inſignis, ſanctæ orationi maximè incumbebat: & dono lachrymarum potiebatur, denique B. Bernardi à *Feltro* fuit amantiſſimus. Eius ſacrum corpus requieſcit Mantuæ, in Conuentu Fratrum Minor. cuius ſepulchrum continuis miraculis illuſtratur: Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 7. cap. 4. ad ann. 1480. Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 3. Prouinc. ſancti Antonij, vbi etiam nunc hocce Diſtichon cernitur.

Languentum placido ſanabat famine mentes,
Et curæ ſanctis corpora nunc precibus.

Item Wadinghus Tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 34. poſt Doneſmundum, lib. 6. Hiſtor. Mantuanæ.

B. Chriſtophori, *Confeſſ.* [e]] Hic ex conceptionis Prouincia ann. 1558. cum B. P. Ioanne de *Gaona*, & aliis, nouam Hiſpaniam venit. Nullum Indorum idioma calluit, quare ſemper eſt in Mexicano Conuentu commoratus, ibique Guardianus extitit; & aliquoties ſancti Euangelij Diffinitor fuit. Perquàm compoſitæ vitæ, magnæque probitatis vir erat. Orationi verò comprimis deditus; librum de ea ſcripſit, qui excuſus typis circumfertur. Vitam in Domino ſanctam finiuit, ann. 1550, ſepultuſque eſt, in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Euangelij. Hæc ex Gonzaga ſup. part. 4. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 52. Vvilloto Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. verbo *Chriſtophorus*, Rapinæo Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 368. & Mariano lib. 2. cap. 33. Chronic. Refformat. Poſſeuino in Apparatu ſacro. §. 5.

B. Marci, *Confeſſ.* [f]] In Aquitaniæ Prouincia natus & profeſſus. ann. 1531. nouam Hiſpaniam profectus, in Hiſpaniola inſula remãſit, vt indè in Peruanam Regionem paulò antè repertam tranſiret. Primus etenim Comiſſarius Generalis fuit huiuſmodi Peruani Regni. Vbi cùm ea deeſſent, quæ ad conuerſionem §. 6.

ſionem Infidelium requirebantur, in ſancti Euangelij Prouinciam reuerſus eſt; indeque nouas regiones verſus Copallam perquiſitum tendit. Exindè autem regreſſus in Capitulo ea in Prouincia celebrato, tertius eſt Prouincialis Miniſter electus poſt B. P. Antonium *Ciuitatenſem*; eoque munere præditus, ſecundò eaſdem Regiones cum nonnullis Religioſis viris petiit, quo tempore Franciſcus *Vaſquez Coronado*, Hiſpanorum militum Dux eò proficiſcebatur. Permenſi ſunt longiſſimum terræ ſpatium, infinitoſque labores, quouſque Cibolam & Quiricam, Prouincias peruenirent, exantlauerunt, nec minoribus in reditu ſuperatis. Porro ex eo itinere illum ægritudo ſic inuaſit, vt ad diſceſſum vſque membris omnibus impeditus permanſerit. Tandem vita, doctrina, & Religione clarus, Mexici mortuus eſt, inibique ſepultus. Scribunt de eo idem Gonzaga ibid. ſup. Gomara lib. 6. hiſtor. Ind. Occidental. cap. 17. Marianus lib. 2. cap. 14. Chronic. Reformat. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 58.

§ 7. *B. Andreæ, Confeſſ.*[g]] Vir vtique fuit omni virtutum genere ornatus, qui, & ſui obitus diem, ac rupis, ſub qua pauperculi quidam foſſores incautè laborabant, inſtantem ruinam, certiſſimè prædixit; miſeriſque illis hominibus tanti periculi vitandi cauſa extitit. Anno verò 1562. meritis opimis cumulatus è viuis exceſſit: iacetque ſepultus in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Camari, qui eſt 6. Prouinc. Siciliæ. Ita Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Barezzus lib. 24. cap. 26. ſup. Wadinghus tom. 5. ſup. 1428. § 7.

B. Ioannis, Confeſſ.[h]] Moribus præſtantiſſimis, & integritate vitæ pollens, ſpiritu Prophetico admodum enitebat. Memoratur à Picqueto, in deſcriptione Prouinc. S. Bonauentur. vbi de Conuentu Cluſarum (qui eſt 47. in Ordine) in quo iacet conditus: Fodereto, ibid. pag. 843. Wadingho. tom. 6. ſup. ann. 1471. §. 29. §. 8.

B. Hieronymi, Confeſſ.[i]] Plurimum excelluit in rerum Diuinarum contemplatione; cúmque illius oſſa transferrentur ex antiqua in nouam Eccleſiam, ann. 28. ab eius obitu, cerebrum ipſius ita album, integrumque repertum eſt intra capitis cranium carne omnino exutum, ac ſi adhuc viuens animatum fuiſſet. Vide R. P. Ioannem Baptiſtam à Perusio, in Proloquio ad vitam B. Felicis à Cantalicio, Capucini, Bouerium tom. Annal. Capucinor. ad ann. 1575. §. 6. ann. 1576. §. 1. 2. 6. &c. ann. 1578. §. 2. Item. tom. 2. ann. 1584. quo obiit. Gononum in Chronic. SS. Deiparæ ſæcul. 15. ad ann. 1579. & Appendicem ad Galliam Chriſtianam, in Generalibus Capucinorum. §. 9.

Beatæ Bernardinæ, Virgin.[k]] Fulginij nobili genere orta, fuit ab infantia cœleſtibus donis refecta. Feruentiſſima erat in oratione, ſicque lachrymis eam irrigabat, vt ea de re cæcitatem incurrerit. Deuotiſſima in Paſſionem Dominicam extitit, abſtinentia etiam tribulatione, & patientia condecorata, quater onus Abbatiſſæ præclarè ſuſtulit. Sanctiſſimè obiit feria 2. hebdomadæ Sanctæ, 25. Martij ann. 1532. Iuxta Iacobillum de Sanctis Fulginatib. ſub 22. Iulij. §. 10.

SEPTIMO KALENDAS APRILIS.

VIſochij in Boſna, Beatorum [a] quinque Fratrum Martyrum; qui ab hæreticis Patarenis, pro fide Catholica, necati ſunt. Apud Caſtro-Geloſianum Aquitanorum Oppidum, Beatorum [b] Martyrum, Petri Veronenſis, & Ioannis Moreti; qui ab hæreticis comprehenſi, & ex arbore ſuſpenſi, glorioſo fine triumpharunt. Maleti in Inſubria, Beati [c] Antonij à Modœtia, Confeſſoris. Panormi in Sicilia, Beati [d] Benigni Romani, Confeſſoris; vita, & ſpiritu Prophetico inſignis. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [e] Franciſcæ à Collemedio, Virginis, ſanctæ Claræ diſcipulæ; cuius egregia virtutum opera imitata in terris, ipſam ſecuta eſt ad præmium in cælis.

MARTII XXVI.

§. 1. B*B. quinque Fratrum Martyr.*[a]] Non longè à Viſochio, in Boſna, cernuntur Monaſterij Franciſcani ruinæ, quod à Patarenis hæreticis ſolo æquatum eſt; cùm prius illic, ob Catholicam fidem, trucidaſſent quinque Fratres Minores, huiuſce domus incolas, à quo tempore, ſæpius noctu à fidelibus in ipſis ruinis quædam candelæ accenſæ conſpiciuntur: vti teſtantur Gonzaga part. 2. ſup. in præfat. Conuentu Viſochienſi, qui eſt 5. Prouinc. Boſnæ Argentinæ. Daça, ſup. lib. 3. cap. 49.

BB. Petri Veronenſ. & Ioannis Moreti, Martyr.[b]]

§. 2. Horum paſſionem paucis verbis complectitur Gonzaga 3. part. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu Caſtrogeloſiano, qui eſt 18. Prouinc. Aquitaniæ Recencioris. *Maximam profectò perſecutionem*, (inquit) *atque innumeras moleſtias ab hæreticis excitatas, in vtriuſque huius Conuentus euerſione pauperculi Fratres perpeſſi ſunt, cùm eorum plurimi carceribus mancipati, verberibus cæſi, fame & ſiti diuexatii, opprobriiſque ſaturati fuerint, & admirandæ Religionis P. F. Petrus Veronenſis, Lector, ac diſertiſſimus concionator, atque F. Ioannes Moretus, dignitate Sacerdos, ante fores ædis Beatæ, ſemperque Virg. Mariæ, ex arbore ſuſpenſi, Martyrij Palma laureati, animam cœlo reddiderunt.* Eadem Barezzus refert 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 17. ad ann. 1569. Daça, ibid. lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567. Wadinghus tom. 4 ſup. ad ann. 1367. §. 14.

B. Antonij, Confeſſ.[c]] Iacet hic vir Dei apud Conuentum S. Mariæ de Gratijs, extra Maletum oppidum, qui eſt 26. Prouinc. Mediolanenſ. in cuius tranſitu ſonum ediderunt campanæ nullo trahente, eiuſque ſepulchrum veneratur vniuerſus populus Dominica tertia Quadrageſimæ, prout atteſtatur Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1495. §. 4. §. 3.

B. Benigni Romani, Confeſſ.[d]] Oriundus erat ex Orta ciuitate, in confinibus Tuſciæ. Fuit autem tertius Prouinc. Siciliæ fundator: ad cuius inſtantiam, §. 4.

M

Digitized by Google

quamplures Conuentus inibi ſunt extructi. Qui plurima, præcipuè verò Carolo V. Germanorum Imperatori, Prophetico ſpiritu afflatus prædixit, innumeriſque miraculis claruit: qua etiam de cauſa in maxima eſt apud Panormitanos veneratione. Hæc ex Gonzaga part. 2. ſup. præfatæ Prouinc. Item in Conuentu 23. Prouinc. Romanæ Barezzo ſup. lib. 1. cap. 44. ſub ann. 1526. Daça, ibid. lib. 1. cap. 33. Wadingho. tom. 5 ſup. ann. 1430. §. 43. Laicus erat profeſſione, & tom. 6. ad ann. 1463. §. 123.

§. 5. *B. Franciſca à Collemedio, Virg* [c]] Filia erat ſtrenui Capitanei à *Collemedio*, quæ habitum Religionis induit Aſſiſij. In Monaſterio S. Damiani, diſcipula ac familiaris admodum extitit S. Claræ Virginis, quæ ſuis precibus illam à dolore capitis, per ſexennium tolerato, liberauit; quare huius ſancta veſtigia ingenti ſollicitudine imitata, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino. Illius meminerunt Barezzus ſup. lib. 2 cap. 9. ex Toſſiniano, lib. 2. Hiſtor. Seraph. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. §. 68. Marianus, in Appendic. lib. 1. proceſſus Canonizat. S. Claræ. Valerianus de BB. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 13. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin.

SEXTO KALENDAS APRILIS.

IN Vmbria Beati [a] Andrææ Senenſis, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli. Eboli, in Territorio Salernitano, Beati [b] Antonij Romani Confeſſoris, Prophetiæ dono illuſtris. Placentiæ, Beati Marci [c] à Bononia, Confeſſoris, qui nobili ortus proſapia, doctrina, pietate ac paupertate, vitæque ſanctitate illuſtrior habitus eſt; ob quæ multoties Vicarius Generalis familiæ Obſeruantinæ Vltramontanæ electus, illius extitit propugnator accerrimus, & clarus meritis ac miraculis euaſit. Apud Ciuitatem Regiam, in Caſtella, Beati [d] Petri Ahumadæ, Confeſſoris; zelo Regularis Obſeruantiæ, ac miraculis clari. Villæ-vitioſæ, in Hiſpania, Beati [e] Marci à Porta-Legra, Confeſſoris; qui virtute ac meritis conſpicuus, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino. Maniaretibus in Luſitaniæ, & Caſtellæ confinio, Diœceſis Caurienſis, Beati [f] Iacobi Itali, Confeſſoris; miræ ſimplicitatis, & obedientiæ viri. Apud Populam Caſtellæ Oppidum, Beatæ [g] Mariæ Calderonæ, Virginis; quæ deuotione ac Religione pollens, Abbatiſſæ munus diligentiſſimè exercuit, & pœnitentia, humilitate, ſuique vera abnegatione refulgens, migrauit in cœlum.

MARTII XXVII.

§. 1. BEati Andrææ Senenſis, Confeſſ. [a]] Hic eſt qui Seraphici Patris iuſſu, eleemoſynam importunis precibus petiit, obtinuitque à quodam viro, auaritiæ nimis dedito, apud Spoletum, quam ſancto Franciſco deferens, dedit ex ea omnibus Fratribus, iubens Seraphicus Pater, vt quilibet pro eo auaro diceret vnum *Pater noſter*. quo expleto, vir ille contritione commotus, venit ad B. Patrem Franciſcum, & eius pedibus prouolutus, veniam ſupplex petiit, & accepit, mutatus in virum alterum. Cuius rei meminit B. Bartholomæus Piſanus, lib. 2. Conformitat. fruct. 1. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſ. part 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 98. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. §. 9. ex Legenda Antiq. S. Franciſc. & Mariano lib. 1. cap. 7. §. 35. Erat igitur B. Andræas, Laicus, & Eleemoſynarij munus Spoleti exercebat: Quando præfatam mirabilem conuerſionem egit S. Franciſcus. Poſt obitum autem Seraphici Patris diu ſuperſtes fuit, ac perfectionis viæ Didaſcalum habuit B. Ægidium Aſſiſiatem, S. Franciſci ſocium, cum quo plura, eaque diuerſa colloquia iniit: prout patet ex Marco Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 7. cap 11. & 39. Elzeario lib. 2. cap. 2. ſacri Mont. Oliuet. & lib. 3. cap. 4.

§. 2. *B. Antonij, Confeſſ* [b]] Spiritu Prophetico clarus, ſanctiſſimè obiit in Conuentu Eebolenſi; cuius meminit Vvadinghus ſup. tom. 2. ad ann. 1292. § 32. ex antiquis. MS. & Monimentis Ordinis ac Toſſiniano. fol. 276.

§. 3. *Beati Marci à Bononia, Confeſſoris.* [b]] *Fantuccius*, ſiue de *Fantucys* cognominatus eſt; nobilis quidem genere, Bononiæ natus, ſed ſanctitate atque virtutibus multo nobilior; qui & prouinciæ Bononienſ. an. 1456. immò & totius Vltramontanæ Obſeruantinæ familiæ, ſub Vicarij Generalis titulo, gubernacula pluries tenuit. Nam primò, Aquilæ, anno Chriſti 1452. electus rexit annis 3. item Aſſiſij; in Conuentu S. Mariæ de Angelis, anno 1464. ſecundo electus, gubernauit annis 3. tandem in Inſula Biſentina iterum electus an. Chriſti 1469. rexit annis 3. Delectus eſt à Calixto III. Papa, cum alijs præcipuis patribus eiuſdem Ordinis, vt Cruciatam publicaret contra Turcas, an. 1455. familiam Obſeruantinorum egregiè tutatus eſt coram Sixto IV. Summo Pont. quæ tunc periculum minabatur: multa grauia paſſus eſt mirabili prorſus conſtantia & patientia: ſuæ enim profeſſionis erat zelantiſſimus: & magna pietate, eruditione atque vitæ ſanctitate exornatus. Placentiæ obijt ann. 1479. Cuius corpus, cùm in Minoritana Sanctæ Mariæ de Nazareth huiuſmet Placentinæ ciuitatis Eccleſia ſepulturam nactus eſſet, ne ea, ex Clementis VII. Papæ mãdato, demolita, Prophanationis periculum ſubiret, ex eiuſdem Summi Pontif. decreto, ad ſacram ædem S. Mariæ Magdalenæ, intra Monaſterium Virginum eiuſdem vrbis, fuit tranſlatum an. 1527. vbi, & vſque in

Digitized by Google

in hodiernam diem perſeuerat. In cuius laudem, deuotus quidam pater hoc edidit Epitaphium: atque fornici eius portæ, qua refectorium Minoritici Conuentus Bononienſis ſanctiſſimæ Annuntiationis petitur, inſcribi curauit.

Applaude & iubila, lætare Bononia, Marcus
Hic tuus eſt ciuis, cælica regna tenens.
Approbat hoc etenim ſignorum copia multa,
Vrbe Placentina, quæ micuere ſatis:
Hunc precibus, lachrymis, hunc implorare memento,
Vt ſummum flectat ad tua vota Deum.

De eo egerunt Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 40. 41. & 60. item lib. 5. cap. 27. 35. 46. & 52. item lib. 6. cap. 29. & 32. Gonzaga Orig. Seraphic. Relig. part. 1. vbi de Vicariis Generalib. Vltramontanor. Obſeruantium & BB. viris huiuſce Ordinis, item 2. part. in Prouincia Bononienſi, & Monaſteriis 1. & 5. eiuſd. Prouinc. Item in Prouinc. Bohemiæ. Toſſinian. lib. 2. Hiſtor. Seraphic. & lib. 2. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali, ſermon. 27. part. 2. Wadingh. Tom. 5. ſup. ad ann. 1426. §. 10. 1450. §. 52. 1449. §. 15. Tom. 6. ad ann. 1452. §. 33. & ſeq. ann. 1463. §. 24. ann. 1464. §. 13. & 14. ac 15. ann. 1465. §. 2. & ſeq. ann. 1471. §. 8. & ſeq. ann. 1472. §. 5. Item Tom. 7. ad ann. 1478. §. 14. & ſeq. ann. 1479. §. 14.

§. 4. *B. Petri Ahumada, Confeſſoris*, [d]] Floruit in Conuentu S. Franciſci Regienſi, ſiue Ciuitatis Regiæ, qui eſt 11. Prouinc. Caſtellæ. Deturbatis verò exindè Patribus Conuentualibus, Obſeruantes ſucceſſerunt, apud quos ipſe inter alios remanſit, Beatiſſimæ Virginis glorioſæ deuotiſſimus, ſuæque profeſſionis zelantiſſimus, ac miraculis conſpicuus: quamobrem moriens, ann. 1533. maximum ſui deſiderium reliquit; atque honorificè hoc in eodem loco ſepultus eſt, magnaque in veneratione habetur. Agunt de eo Gonzaga part. 3. Orig. Seraphic. Relig. in prædicto Conuentu. Barezzus part. 4. Chronic Minor. lib. 2. cap. 22. & Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1397. §. 16.

B. Marci, Confeſſ. [e]] Laicus erat profeſſione; qui cùm multarum virtutum laude floreret, ſanctiſſimè obiit apud Conuentum S. Mariæ pietatis propè Villam vitioſam, qui eſt 6. Prouinc. Pietatis. Gonzaga part. 3. ſup. in eo Conuentu. Barezzus, item ſup. lib. 3. cap. 50. ann. 1546. Daça, part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 75. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1500. §. 40. §. 4.

B. Iacobi Itali, Confeſſ. [f]] Claruit hic vir ſanctus §. 5.
Frater laicus, eximiæ ſimplicitatis, & obedientiæ; qui ab omnibus Prouinciæ S. Gabrielis Patribus, ob vitæ candorem integerrimoſque mores, inter cœlicolas refertur. Obiit apud Conuentum S. Franciſci de Maniaretibus, qui eſt 8. præfatæ Prouinciæ. Agunt de eo Gonzaga ſup. in eodem hoc Conuentu. Barezzus ſup. cap. 76. ann. 1559. Rapinæus, in hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 8. Wadinghus, tom. 5. ſup. ann. 1432. §. 37.

B. Mariæ Calderonæ, Virginis. [g]] Monaſterij Tur- §. 6.
rigiani alumna fuit, Virgo deuotiſſima atque religioſiſſima; quæ exindè, cum 7. aliis Monialibus tranſlata eſt ad Monaſterium Conceptionis, apud Oppidum, Hiſpanicè, *De la Puebla de Montalban*, quod eſt 52. Prouinc. Caſtellæ, Vt illic præeſſet: vbi cum maxima ſanctitatis opinione diem clauſit extremum circa ann. 1537. Petrus Pachierus Saguntinus Epiſcopus, ac S. R. E. Cardinalis, eius Corpus ſacrum ex choro ad alabaſtrinum atque pretioſum ſibi in maiori Eccleſiæ Sacello præparatum Mauſolæum, ob conceptam de ipſius ſanctitate opinionem, transferri curauit. De ea ſcribunt Gonzaga ſup. in eodem Monaſterio. Barezzus ſup. lib 1. cap. 54. ſub ann. 1527. Salazar. lib. 7. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 10. & 15.

QVINTO KALENDAS APRILIS.

Lugduni, Beati [a] Ioannis Gayeti, Martyris, Guardiani præfatæ vrbis Conuentus; qui ab hæreticis carceri mancipatus, probris, & verberibus affectus, atque per tres menſes pane tantùm, & aqua ſuſtentatus, vltimò brachiis confractis, præceps in Ararim deiicitur. Sezanij, in Territorio Trecenſi, Beati [b] Iuliani Formontis, Confeſſoris; qui doctrina, & eloquentia floruit, & ſingulari pietate, paupertate atque humilitate exornatus deceſſit è vita. In Mexico, Beati [c] Franciſci Legionenſis, Confeſſoris; qui cùm exploratæ probitatis ac ſanctitatis ſpeculum eſſet, poſtea excelluit in omni genere virtutum. Turonis, Depoſitio Beatæ [d] Mariæ de Silly, Religioſæ Viduæ, Virginis: ex tertio Ordine Minorum: vita, & miraculis illuſtris.

MARTII XXVIII.

§. 1. Beati *Ioannis Gayeti*, *Mart.* [a]] Capta ciuitate Lugduno, anno 1560. ſeu 1562. vt alij volunt, omnibuſque Eccleſiis à ſacrilegis hæreticorum turmis paſſim expoliatis: tandem ſacrum D. Bonauenturæ corpus è pretioſa capſa effrænatè detraxerunt: ſeruatiſque ſibi auro, & argento, illud primò igni tradentes, in rapidiſſimum Rhodanum proiecerunt cineres. Verùm, fauente Numine à pio, & ſedulo patre Iacobo *Aſteri*, ſic fuit venerandum illius caput occultum, vt illud reperire ſacrilega manus nequiuerit. Cùm enim illud humo operuiſſet, illicò Lugduno egreſſus Dolam petiit: nec prius reuerſus eſt, quàm reddita fuerit aliquantula quies. Dùm verò homines illi efferati, prioris Conuentus portas effringerent, venerãdus quidam Pater Stephanus *Bonæ vallis* Sacriſta properè oleum ſacrum in ignem iniecit, ne illud

Digitized by Google

profanaret hæretica rabies. Cæteris igitur abire iuſſis, Reuerendum P. Guardianum, F. Ioannem *Gayet*, Conuentus Cabillonenſis alumnum, concluſum aſſeruarant: poſtularuntque primò blandè, theſaurum illum potiorem ſacri capitis D. Bonauenturæ ſibi detegi: vbi prima nihil obtinent, vehementiora ſuccedunt, iubentque ſub mortis interminatione, quatenùs non modò quod perquirunt reuelet, ſed etiam Eccleſiæ Catholicæ valedicat. Vtroque, forti animo illis denegato, eum in cella ferro cancellata incluſum (vbi prius Sancti corpus reconditum erat) fame, ſiti, ſqualore, opprobriis, verberibus, & equuleo torquendum ſtatuunt. Cúmque ibidem per pias quaſdam muliercuias, furtim pauxillo panis, & aquæ ſubleuatus fuiſſet; aſtutè fingentes eundem ſe ad *Roana* ergaſtula ducturos, vinctis manibus, & pedibus, ſemineceem cum Centurione quodam fortiſſimi Ducis Guiſij, in Ararim deiecerunt, & ita fœlici agone duos inſignes athletas regno cœlorum beandos præmiſerunt. Sed cùm id agente pſeudo-miniſtro, nomine Anglo, accidiſſet; iuſto Deo vindice; ille-metann. 1572. in clade Bartholomæana, ibidem pugionibus confoſſus, & in amnem iniectus occubuit. Sic nimirum Perillus proprio inuento periit. Lege Gonzagam part. 1. Orig. Seraph. relig. vbi de ſacris Martyrib. ſuo æuo, per Galliam, ob Chriſti fidem, paſſis. Item part. 3. in Conuentu ſancti Bonauenturæ Ludgunenſi qui eſt 1. Prouinc. Burgundiæ, ſeu D. Bonauenturæ. Barezzum 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 15. Daçam 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 51. Picquetum, & Foderetum in Deſcriptione eiuſdem Prouinc. Wading. tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1252. §. 25. ſup. & ad ann. 1274. §. 22. Hilarion. à Coſta lib. 2. hiſtor. Catholic. pag. 364. qui vocat eum *Iacobum* Poſt Boſium tom. 1. de ſignis Eccleſ. libr. 7. capit. 3. ſæcul. 9. Elzearium lib. 3. cap. 10. ſacri Mont. Oliuet. Picquetum in Catalog. viror. illuſtr. Ord. Minor. Fernandum lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 19. Grauinam in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Sauſſayum in Appendic. ad Martyrolog. Gallican. & Raynandum in Mantiſſa ad indiculum SS. Lugdunenſ.

Beati Iuliani Foromontis, Confeſſoris. [b]] Huius meminerunt Gonzaga ſup. part. 3. in Conuentu Seza-
§. 2. nienſi, qui eſt 5. Prouinc. Franciæ. Barezzus item ſup. lib. 2. cap 20. ſub. ann. 1533. aiuntque, in medio chori Eccleſiæ illius Conuentus, coram ſumme altari, cerni ipſius Beati Iuliani corpus: in ſacra Theologia profeſſoris ſuo tempore, ob inſignem pietatem, paupertatem, humilitatem, vtriuſque Philoſophiæ peritiam, & ſingularis eloquentiæ candorem, nomitatiſſimi: in quarum dotum memoriā lapidi ſuperpoſito inſcribitur; *Magis Angelus quàm homo.* Vuadinghus. In Additionib. ad 2. tom. annal. Minor. §. 12.

Beati Franciſci Legionenſis, Confeſſoris. [c]] Primus fuit Cathedralis Eccleſiæ Tlaxcallenſis (quæ in An-
§. 3. gelorum ciuitate ſedem habet) Archidiaconus. Ferunt illum votum olim religionis emiſiſſe; vtque Deo quod promiſerat, adimpleret, in Prouinciali Capitulo apud Conuentum de Nuexotzinco celebrato habitum poſtulaſſe. Acceptis omnium, qui intererant, ſententiis, cùm rationem haberent maximorum fructuum qui ex virtute eius in clericali habitu, colligebantur, cùm nonniſi miſericordiæ operibus vacaret, & ſanctitatis ſpeculum eſſet, ſtatuerant, ne reciperetur, ad tempus ſaltem, quouſque nimirùm in Eccleſiam illam Epiſcopus aduentaret, vacabat enim ſedes. Ingreſſo igitur Epiſcopo, perſeuerans ille in poſtulatione, receptus tandem eſt magno omnium ſolatio. Cùm antea vir eſſet exploratæ probitatis; maximè poſtea excelluit in omni genere virtutum. Morbo oppreſſus, cùm exhalare animam vellet, rogatus à nonnullis religioſis, an pauculas res, quas ad vſum ſuum habebat, in Prælati manibus reſignaſſet; conuerſo ad eos vultu admirabundus, interiorique lætitia repletus; *Ego*, inquit, *ob quam rem Deo meo gratias ago, nihil habeo, quod relinquam, præter animum iſtum, in eius manibus*: ſicque ſanctè mortuus eſt, & apud Mexicanum conuentum ſepultus ſub ann. 1558. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Euangelij. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 69. Marianus lib. 2. cap. 23.

Beata Maria de Silly viduæ virg. [d]] Huius memi- §. 4.
nit Gonzaga part. 3. ſup. in conuentu Turonenſ. qui eſt 8. Prouinc. Turoniæ: hiſce verbis. *Anno* 1413. *quinto Kalend. April. obdormiuit in Domino pia & ſancta domina, Maria de Silly, in habitu noſtri Inſtituti, ibi tumulata è regione Maioris Altaris, multis in hunc vſque diem clara miraculis, vt patet in eius legenda: nondum tamen eſt inter ſanctos relata: ſeu (vt loquuntur) canonizata.* Wadinghus ſup. ann. 1288. §. 39. Tielmanſ. Tom. 2. Vit. SS. Seraph. Ord. Ipſius autem Legenda habetur Latina, & Gallica, anno 1644. Prælo cuſa Andegauis, apud Officinam Petri *Vaudrau*: in qua, ipſa Chriſti Ancilla, nata conſpicitur anno 1331. die 13. April. Patre Harduyno *de Maillé*, Equiti Torquato, Barone Caſtri de *Rocca S. Quintini*. Diœceſ. Turonenſ. Matre verò, D. Ioanna à *Montebaſonis*: pijs, illuſtribuſque parentibus. Ioannaquidem in Baptiſmate vocata, ſed in confirmatione Maria eſt appellata: quæ poſtea nupſit nobiliſſimo viro D. Roberto, *de Silly*: cum quo virginitatem perpetuò illibatam cuſtodiuit, & eo, è viuis ſublato, ann. 1362. votum de perpetua ſeruanda caſtitate, emiſit inter manus Renulphi, Turonenſis Archiepiſcopi. Mirum, quanta deuotione, & pijs operibus ſe exercuerit? cuius amor Chriſti, maximus; dilectio in proximum, copioſa; patientia in aduerſis, inuicta; puritas, immaculata; pœnitentia, ſumma; humilitas, profunda; &c. Porro, ad inſtantiam Iacobi à *Borbonio*, Marchiæ Comitis, Regiſque Siciliæ, &c. data eſt commiſſio authoritate Apoſtolica, pro inquiſitione vitæ & miraculorum eius: quæ quidem in ordinem redacta eſt, per Petrum de *Bruyere*, Notarium Apoſtolicum.

QVARTO

Digitized by Google

QVARTO KALENDAS APRILIS.

PErusiæ, Depoſitio, Beati [a] Martini, eius nominis quarti, Summi Pontificis: cuius ſanctitatem crebra miracula ad eius ſepulchrum cælitùs edita, teſtantur. Neapoli, in Campania, Beati [b] Donati, Confeſſoris: admirandę ſanctitatis viri. Piſis in Tuſcia Beati [c] Antonij à ſancto Ioanne Confeſſoris. Calpe, in territorio Gaditano, Beati [d] Didaci Guſmanij, Confeſſoris: qui generis nobilitate, atque virtute illuſtris, abſtinentia, paupertate, oratione, & ſimplicitate valdè emicuit. Placentiæ in Hiſpania, Beati [e] Ioannis à Beluiſo, Confeſſoris: qui mira ſimplicitate, & humilitate atque oratione decoratus eſt. Panormi, Beati [f] Franciſci Saccenſis, Confeſſoris: cuius vita virtutibus plena, & miraculis exornata. Villæluini in Territorio Palentino, Beati [g] Antonij Moreni, Confeſſoris: probatiſſimæ virtutis, & ſingularis diſciplinæ viri. Longi-Campi, in territorio Pariſienſi, Beatæ [h] Magdalenæ à Britannia, Virginis; genere, & vitæ perfectione illuſtriſſimæ.

MARTII XXIX.

§. 1. B. *Martini*, [a]] Gallus erat natione, ex *Brya*, nobili familia *Monpinciorum*, oriundus: antea *Symon*, nuncupatus, Tituli S. Ceciliæ Cardinalis, In Gallia Legatus Apoſtolicus: quando ad ſummum Pontificatum eſt euectus. Vir fuit optimus, & integer: Doctrina, animi magnitudine, morum, & vitæ ſanctitate inſignis; Eccleſiaſticæ authoritatis propugnator acerrimus, prudentia, & experientia longa rerum agendarum haud modicè inſtuctus, in ædificando magnificus, ad pietatis opera pronus, & in egenos miſericors, quos in dies, in maxima annonæ caritate, pane albo paſcebat, & cùm nobiles infortunijs, aut calamitate depreſſos videbat, ſecretum præſtabat ſubſidium. Viros pios, & Religioſos valdè amabat, maximè fratres Minores, quorum habitum ante mortem piè poſtulauit, & in eodem ſepeliri voluit, corpuſque ſuum transferri ad Eccleſiam S. Franciſci Aſſiſiatenſ. relicto inter alios, Iacobo Sabello, Cardinale, Teſtamenti executore, qui dùm ad Pontificatum eſt aſſumptus, ſub nomine Honorij 4. etiam quo ad hoc voluit, vltimam ſancti Pontificis voluntatem compleri, ſcriptis litteris ad Peruſinos: apud quos, anno. 1285. quarto Calend. April. hora ſexta noctis, B. Martinus Papa, lenta febri ſenſim vexatus, in Domino obdormiuit, poſtquam rexiſſet Eccleſiam annis 4. menſe vno, diebus ſeptem.

§. 2. Ægrè tulerunt Peruſini huiuſmodi Tranſlationem: nolueruntque ſanctum corpus à ſe dimittere, ſed in Eccleſia, S. Laurentij Cathedrali Peruſiæ ſepeliendum curarunt, & dùm aliquot poſt annis reſarciretur Templum, inuentum fuit idem corpus omninò integrum, & Minoriticus, in quo ſepultus eſt, habitus illæſus: hinc, & ex crebris miraculis à Peruſinis colitur vt ſanctus. Sanè à die fœlicis eius ad Deum tràſitus, optimi Pontificis virtutem, & ſanctitatem voluit omnipotens, compluribus manifeſtare miraculis. Ad eius quippe feretrum, & tumulum. multi valetudinarij delati, cæci, ſurdi, claudi, & muti, deſideratam conſecuti ſunt ſanitatem, pro vt refert Martinus Polonus, teſtis occulatus, In Chronico, & alij poſt eum. Platina, Genebrardus, Maſſonus, Binius tom. 3. Concilior. general. part. 2. Cicarelli, Ioannes Baptiſta de Glen, Brandius, Ioannettus, Quercetanus. Schedel. Riocha, Ciaconus, Andreas Victorellus. & cæt. In Martino 4. Pap. Trithemius in Chronica Hirſaugiẽſi. Cardinalis Ægidius Viterbienſis. In MS. Chronica, ſæcul. 20. Paulus Langius, In Chronico Citizenſi, ad ann. 1286. Galterius. In tabula Chronographic. ſæcul. 12. Spondanus, In Auctario Chronologico ad Annales Baronij, ſub ann. 1285. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. eod. anno. §. 1. Friſonus lib. 1. Galliæ Purpuratæ. In Martino. 4. Pap. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1281. §. 1. 1285. §. 1. & 1286. §. 2. Algezira in arbore Epilogica. Ordin. Franciſcan.

§. 3. *Beati Donati*, *Confeſſoris*. [b]] Neapoli obiit, ſanctitate atque miraculis clarus: cuius tranſlatio ritu ſolemni peracta eſt hac die ann. Chriſti 1388. in Dominica, *Lætare*, quæ eſt 4. Quadrageſimæ. Vide Toſſinianum lib. 1. hiſtor. Seraphic. Relig. in eo. Vvadinghum tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1234. §. 15. & tom. 4. ad ann. 1388. §. 7.

§. 4. *Beati Antonij*, *Confeſſoris*. [c]] Ex Pago ſancti Ioannis de *Valdarno*, oriundus fuit in Tuſcia, concionator eximius, paupertate diues, atque vitæ ſanctitate præclarus: qui dùm Piſis in Eccleſia Cathedrali per Quadrageſimam prædicaret, obiit ann. 1481. Latè ſcribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 37. Gonzaga 2. part. Orig. Seraphic. relig. in Conuentu 13. & 15. Prouinc. Tuſciæ. Vvadingh. tom. 5. ſup. ad ann. 1426. §. 17. itèm tom. 7. ad ann. 1481. §. 10. & ann. 1482. §. 73. poſt Marianum lib. 5. cap. 47.

§. 5. *B. Didaci Guſmanij*, *Confeſſ.* [d]] Scribit de eo Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu S. Franciſci Calpenſi: Hiſpanicè *Gilbratar*, qui eſt 12. Prouinc. Bæticæ, his verbis, *Mortem obiit hoc in Conuentu anno Domini 1568. P. Didacus Guſmanius, eximię ſanctitatis, atque perfectionis vir, qui vt fuit ſanguine atque natalibus inſignis, (deſcendebat ſiquidem ex nobiliſſima Methymnæ Sydoniæ Ducum progenie) ita quoque virtutibus inſignior extitit. Nam poſt aliqua grauiſſima munia, quibus in Curia Sereniſſimi Boemorum Regis Ferdinandi I. functus fuerat, atque Matrimonium cum nobiliſſima vxore contractum; vltimum ſibi valedicens, habitum religionis Franciſcanæ, quadragenarius induit: in quo per 40. alios continuos annos adeò religiosè vixit, vt omnibus abſtinentiæ, pauper-*

tatis, orationis, atque ſimplicitatis exemplum factus ſit. Quamobrem ex hac mortali vita diſcedens; ab omnibus verè ſanctus, veréque Beatus, habitus eſt. Præſertim verò à Calpenſibus, qui audito eius tranſitu, tanto impetu, tantaque contentione ad feretrum concurrerunt; vt niſi Fratres obſtitiſſent, vix aut veſtimentorum, aut corporis partem reliquiſſent; contendentibus pro viribus illis, vt aliquid reliquiarum eius, pro ſua in virum pietate atque deuotione, habere poſſent; de cuius haud dubiè interceſſione apud altiſſimum Dominum multa ſibi pollicebantur. Eadem atteſtantur Barezzus ſup. libr. 5. cap. 15. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Vvadinghus. tom. 6. ſup. ad ann. 1471. §. 34.

§. 6. *Beati Ioannis à Beluiſo, Confeſſoris.* [c]] Laicus profeſſione erat, valdè ſimplex, & humilis; obedientia, & oratione perfectè dotatus. Vixit ann. 1575. obiitque Placentiæ, in Conuentu ſancti Michaëlis, qui eſt 13. Prouin. ſancti Gabrielis, vbi, & ſepultus eſt: ob cuius ſingulares virtutes, vt Beatus ingenti veneratione, ab omnibus colitur. Meminerunt illius Gonzaga ſup. in hoc Conuentu: Barezzus libr. 7. cap. 14. ſup. Rapinæus hiſtor. general. Orig. Recollector. decad. 4. part. 2. §. 5. & decad. 8. part. 1. §. 8.

§. 7. *B. Franciſci Saccenſis, Confeſſoris,* [f]] Vir omnium virtutum laude celebris, ſacerdos, & concionator: qui cùm ex Minorum obſeruantium familia ad Capucinos commigraſſet; humilitatem, ac ſimplicitatē Doctrinę (qua prędiτus erat) prætulit; abſtinentia, diſciplinis, cilicio, carnem domabat: patientia, manſuetudo, modeſtia, benignitas, honeſtas, moderatio, charitas, ita in eo emicabant: vt propterea haud vulgaris ſanctimoniæ ſibi nomen comparauerit, & miraculis etiam claruerit. Obijt Panormi an 1575. Vide Bouerium tom. 1. annal. Capucinor. eo anno. §. 20. & ſeq.

B. Antonij Moreni, Confeſſ. [g]] Hic ſacerdotio inſi- §. 8.
gnitus erat antequam ad religionem accederet; adeò rebus cœleſtibus videbatur immerſus, vt à rerum exteriorum ſenſu videretur alienus. Exceſſit è vita ann. 1591. iacetque in Conuentu Recollectorum Villęluini, Palentinæ diœceſ. oppidi, qui eſt 21. Prouinciæ Conceptionis. Itaque Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1424. §. 13. ex monimentis. MSS.

Beata Magdalena, Virg. [h]] Soror erat generoſiſſimi §. 9.
Principis Franciſci, Britanniæ Armoricę Ducis: habitumque religionis aſſumpſit 25. Nouembr. ann. 1461. à quo tempore, tanta infirmitate detenta eſt, vt ann. 1462. die Lunæ 29. Martij, ſpiritum Deo reddiderit, in Monaſterio Longi-campi, quod eſt 8. Prouinc. Franc. Ita Gonzaga part. 3. ibid. Roulliardus capit. 10. 19. vitæ B. Iſabellæ Virg. ſororis ſancti Ludouici IX. Reg. Francor. Vvadinghus tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1260. §. 60. Brulius lib. 3. antiq. Pariſ. pag 1259.

TERTIO KALENDAS APRILIS.

VRbe-veteri Beati [a] Morici, Confeſſoris, Seraphici Patris, ſancti Franciſci Diſcipuli: qui mira abſtinentia, & vitæ auſteritate inſigniter refulſit. Pennæ ſancti Marini, in Picœno, Beati [b] Gratiani, Confeſſoris, magnæ ſanctitatis viri. Aquilæ in Veſtinis, Beati [c] Apollonij Aquilani, Confeſſoris: concionatoris eximij, moribus ac vitæ perfectione conſpicui. Alenconij, in Neuſtria, Beatę [d] Mariæ Clementij, Virginis: quæ Monaſtica obſeruantia, & virtutum flore adornata, ſancto fine quieuit.

MARTII XXX.

§. 1. B*Eati Morici, Confeſſ.* [a]] Hic primò fuit ex Ordine *Cruciferorum*, ſed infirmitate grauatus, & à Medicis deſperatus, in Xenodochio Parenteſi, propè Aſſiſium: omnem fiduciam pro tunc in Domino poſuit. Vndè cùm per internuntium B. Franciſco ſupplicaret, vt pro ſalute ſua Dominum exoraret, Seraphicus Pater precibus eius annuens, miſit illi electuarium de micis panis, & oleo, quod coram Virginis Dei genitricis ardebat altari, confectum; prædicens eum Fratrem Minorem futurum: dixit duobus ex Fratribus. Hanc deferte medicinam Fratri noſtro Mauricio: qua Deus non ſolum conferet illi ſanitatem integram, ſed & vt bellatorem ſtrenuum Ordini ſuo (ſcilicet Minorum) & aciei adiunget. Quod antidotum Diuina vnctione ſic confectum cùm guſtaſſet, ſanus ſurrexit, & citò conualuit; & paulò poſt Ordinem Diui Franciſci ingreſſus, magnis virtutibus claruit, ſanctitate vitæ inſignis. Mira etenim abſtinentia fulſit: pane & vino perpetuò abſtinuit, crudis contentus cibariis, videlicet herbis, leguminibus, & fructibus, per multa luſtra temporum: ſemper tamen ſanus extitit, incolumis & fortis. Vnica tantum tunicula, ipſaque vilibus pannis repetiata, coopertus erat, loricam portans ad carnem; obiit miraculis clarus ann. 1236.

Nunc enucleanda veniunt dubia. Primum eſt, non
omninò conſtare, an vnicus fuerit Beatus *Moricus*, §. 2.
ſeu *Mauritius*, tempore Diui Franciſci; quibuſdam enim viſum eſt duos tunc extitiſſe. Quorum primus vocabatur B. Moricus *Paruus* vel *Paruulus*: hunc Ordinem ingreſſus cum tribus aliis, antè primæ Regulæ FF. Minorum emanationem, circa ann. Chriſti 1209. Cuius meminerunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conform. fruct. 8. part, 2. & fruct. 11. par. 2. ex D. Bonauentura part. 3. & 4. Legendæ maioris S. Franciſci. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap 10. Vvadinghus Tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1206. §. 18. Alter fuit Beatus Moricus, prius de Ordine *Cruciferorum*, quem & Seraphicus Pater à morbo ſanauit, cuius Ordinem poſtea intrauit ann. 1216. De quo agunt idem Piſanus lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 2. & lib. 2. fruct 2. part. 2. item fruct. 6. & 11. part. 2. S. Antoninus 3. part. Hiſt. tit. 24. cap. 7. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1 ſup. lib. 1. cap. 27. & lib. 6. cap. 55. Vvadingh ſup ad ann. 1209. Toſſinianus lib. 1. cap. 4. Ferrarius infra, de Balinghem, in Calendario Virg. Mariæ ad 4. Octobr. & Gononus in Chronic. SS. Deiparæ ſæcul. 12. ad ann. 1224. Brautius in Martirolog. Poetico. Thielmanſ. Tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin. Verùm, ſi attentè hæc omnia conſiderantur

Digitized by Google

conſiderantur, quæ præfati Authores referunt: proculdubiò inuenientur, non de diuerſo, ſed de vnico intelligenda eſſe Beato Morico: prout liquet colligere ex illuſtriſſimo Gonzaga part. 1. Ordin. Seraphic. Rel. vbi de Beatis viris huiuſce Ordin ſic enim ait. *Beatus Moricus Paruulus, ac ſocius B. P. Franciſci, qui languore graui laborans in Xenodochio Parenteſi propè Aſſiſium, primò Cruciferorum Ordinem profeſſus: deindè ſola tunica contentus, pauperem vitam duxit: Obiit in Vrbe-veteri, inibique iacet.* Quæ latius proſequitur Toſſinianus ſup. in eo, & ad an 1236. §. 8. Wadinghus.

§. 3. Secundum dubium eſt: circa locum ſepulturæ eius: nam (vt legitur apud Beatum Piſanum libr. 1. Conformat. fruct. 8. part 2. in ſanctis Fratribus Minoribus Prouinciæ Diui Franciſci ſub finem) plures reperiuntur Fratres, ſancti Franciſci Prouinc. alumni, de quibus, vbi iaceant nulla eſt mentio aut memoria; vt B. Moricus, &c. Fateor equidem ita res ſe haberi apud præfatum authorem: qui tamen conſequenter ibidem addit: *Niſi quod creditur, quòd ſit ille, qui iacet in Vrbe-veteri.* Idem adſtruit poſtea, vbi de Beato Ambroſio à *Maſſa*, apud Vrbem-veterem, Prouincię Romanæ, quieſcente: hiſce verbis. *Item in* Vrbe-veteri iacet *Frater Moricus, Magiſter præfati Fratris Ambroſii, & Sanctus: ac (vt puto) vnus de ſociis B. Franciſci: Qui F. Moricus primo fuit de Ordine Cruciferorum,* &c. Abſque autem hæſitatione, id omninò confirmat; fruct. 11. part. 2. in Prouincia Romana: vbi de cuſtodia Vrbe-Vetana, & lib. 2. fruct. 6. part. 2. Idem atteſtantur Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus, apud Prouinciam Romanam. Gonzaga ſup. Toſſinianus in eo. Wadinghus ſup. ad ann. 1216. §. 21. & 1236. §. 8. Picquetus in catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Bzouius Tom. 13. ad ann. 1218. §. 14, corrigendus eſt itaque Ferrarius catalog. ſanctor. hac die. ex Maurolico: qui eum Aſſiſij putat tumulatum.

§. 4. Tertium dubium eſt, ſuper his verbis, quæ Diuus Franciſcus dicitur habuiſſe cum ipſo Beato Morico: iuxta relationem eiuſdem B. Bartholomæi Piſani lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 2. *Huic Fratri Morico,* (inquit) *dum Natiuitas Chriſti eſſet die veneris, & de carnibus comedendis eſſet quæſtio; & Frater Moricus diceret, quòd non eſſent comedendæ propter diem veneris; & hoc fuit ante confirmationem ſecundæ Regulæ: B. Franciſcus dixit: Peccas, Frater Morice, die veneris vocans diem, quo natus eſt puer Ieſus nobis; volo, inquit, quod & parietes tali die comedant carnes, ſi fieri poteſt, vel de foris liniantur.* Quibus innixi non pauci ieiunium relaxarunt; & in aliquibus cœnobiis mos inoleuit, in hoc tali die à carnibus non abſtinere. Quorum nequaquam laudarim conſuetudinem: quos omninò credo ad ieiunandum adſtringi. Fateor ſæcularibus, aliiſque indulgendum, propter veterem Eccleſiæ conſuetudinem, ſanctorum quorundam Patrum dictis, & Pontificum indultis non leuiter innixam. Quare hoc ipſum dubium proponenti Honorius III. Pap. lib. 3. decret. tit. 46. cap. *Explicari*: ſubiungit. *Reſpondemus, quòd illi, qui nec voto, nec Regulari obſeruantia ſunt adſtricti, in ſexta feria, ſi feſtum Natiuitatis Dominicæ die ipſo venire contigerit, carnibus, propter feſti excellentiam, veſci poſſunt, ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ generalis.* Quod vero ex Piſano ſupra adducitur, non vrget: cùm hoc euenerit ante Regulæ confirmationem, in qua nullius diei veneris exceptionem adiecit: poſtquam tamen omnes Diui Franciſci ſocij, & primæui Patres noſtri, hoc die ieiunarunt, à quibus ad nos deſcendit iſta obligans conſuetudo. Quæ pluribus proſequitur, Vvadinghus Tom. 2. opſculor. D. Franciſci in annotat. 16. ad Regulam S. Clarę. Itemque Tom. 2 Annal. Minor. ad ann. 1215 §. 32. ex Roderico Tom. 1. Summæ. & Tom. 3. Quæſt. regul. quæſt. 45. art. 3. Manuale Minorum. Suarez Tom. 1. de relig. lib. 4. de obligat. voti cap. vltim. num. 5. Nigronus Commentar. ad regul. 5. commun. ſocietat. Ieſu §. 12. Diſcipuli de Tempore ſerm. 11. in fin. Gerſon. part. 4. ſerm. Dominicæ. 1. Aduentus.

§. 5. *Beati Gratiani, Confeſſ.* [b]] Socius extitit B. Ægidij Aſſiſiatis, hinc multa ab eo habuit, & de ipſo vidit. Nam coram eo quendam nobilem, cuius pes, ob infirmitatem ſcindi debebat; oſculata tibia, & pede ſigno crucis ſignato, ab omni morbo curauit. Huic idem B. Ægidus reſerauit de illa conſolatione mirabili, ſeu apparitione Chriſti ſibi facta, in loco de *Setona*, ante tres dies natalis Chriſti, vſque ad Epiphaniam. Dùm ſemel cum eo loqueretur de Deo, quidam ſplendor venit, tranſiens inter ambos. Huic item commendabat Beatus Ægidius locum de *Setona*, dicens, quòd citra mare, Deus nullibi maiora fecerat, quàm in loco præfato. Perſecutiones atroces, quas Diabolus ipſe Beato Ægidio faciebat, hic fuit expertus: ad cuius clamorem ipſe accedebat ad eum. Hunc idem Beatus Ægidius multum dilexit, & de eo valdè confidebat: quia eum nutrierat ab adoleſcentia in ſanctis moribus. & actibus ſpiritualibus; huicque multa dedit documenta ſpiritualia: iacet ſanctitate celebris non apud Montem Vlmum, vti volunt aliqui, ſed Pennæ S. Marini in Picœno. Hæc accipe ex B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minoribus prouinciæ Marchiæ ſanctitate illuſtribus. Cod. MS. Abb. S. Victor. Pariſienſ. ibidem, Marco Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 10. 11. 14. 19. 20. &c. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. religion. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraph. in B. Ægidio, item in hoc B. Gratiano. Vvadingho Tom. 1. ad ann. 1241. §. 21. & 1292. §. 28. Tom. 2. annal. Minor ad ann. 1270. §. 27. Elzeario lib. 3. ſacri mont. Oliuet. cap. 4. Picqueto in catalog. viror. illuſt. Ordin. Franciſcan.

§. 6. *Beati Apollonij Aquilani, Confeſſ.* [c]] Induit beatus hic Pater noſtrę religionis habitum in prouincia Tuſciæ, indeque per obedientiam à ſuperioribus ad conuentum ſancti Iuliani Aquilæ, (ex quo ortum duxerat) tranſlatus, tantoperè in quolibet virtutum genere profecit, vt plurimos illius temporis Patres, etiam ſanctitate inſignes, longè poſt ſe reliquerit. Qui licet iuuenis ætate, moribus tamen atque ſanctitate ſenex omninò in hoc conuentu deceſſit ann. 1526. in cuius rei teſtimonium, ſtatim à fœlici eius tranſitu ignea quędam, atque perlucida columna, tecto huius loci imminens, à Tertiariis quibuſdam ac fide dignis ſororibus viſa eſt: qua proculdubio Deus eius vitę candorem, animæque gloriam ſignificare voluit. De eo ſcribunt Gonzaga ſupra in præfato conuentu, qui eſt 2. prouinciæ ſancti Bernardini par. 2. Barezzus quarta parte Chronic. Minor. lib. 9. cap. 50. Vvadinghus Tom. 5. ſup ann. 1415. §. 26.

§. 7. *Beata Maria Clementij, Virginis.* [d]] Monaſterij ſanctæ Clarę Alenconenſ. fuit alumna, ſub reformatione Beatæ Coletæ Virginis: ibique ſanctitate floruit circa ann. 1530 cuius ſacrum corpus, poſt ſeptemdecim annos ab eius funere, omnino redolens at-

Digitized by Google

que integrum, & vlla abſque corruptionis læſione apparuit. Agunt de ea Gonzaga part. 3. ſupra in eodem Monaſterio quod eſt 6 prouinc. Franciæ. Pariſ. Barezzus item ſup. lib. 2. cap. 21. ad ann. 1533. Valerianus lib. 4. BB. Fœminis ord. Minor. cap. 19. De Silis in cap. 1. regul. Tertij Ordin. qui tamen hallucinatur, ipſam inter BB. Tertiarias recenſens. Wadinghus, Tom. 7. ſup. ad ann. 1497. §. 29.

PRIDIE KALENDAS APRILIS.

MAceratæ in Picœno, Beati [a] Pauli à Marchia, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci Diſcipuli: qui ab eo prouinciæ Marchiæ Miniſter Prouincialis inſtitutus, religione floruit, & poſt mortem quamplurimis miraculis enituit. Aquilariæ, non longè ab Aranda Duriana Oſmanę Diœceſis oppidó, Beati [b] Petri à Regalada, Confeſſoris: qui vnus ex præcipuis Fundatoribus regularis Obſeruantiæ apud Hiſpanos exiſtens, tot virtutibus atque meritis illuxit, vt & viuus, ſpiritu prophetico, & mortuus, miraculis propè innumeris, illuſtratus ſit. Apud Montem-murum, propè Scarlinum in Tuſcia, Beati [c] Syluestri Senenſis, Confeſſoris, & concionatoris eximij: doctrina, ſpiritus feruore, atque vitæ auſteritate inſignis. Maceratę in itē Picœno, Beati [d] Bernardi Foroſempronienſis, Confeſſoris: qui mira deuotione, oratione, ac meditatione Dominicæ Paſſionis inſignis, migrauit ad Chriſtum. Populæ de Angelis, in India Occidentali, Beati [e] Franciſci de Villabar, Confeſſoris: qui religione, atque ſanctitate celebris, verbo & exemplo, ingentem Indolorum copiam reduxit ad Chriſtum. Genuę Beati [f] Angeli Aſtenſis, Confeſſoris: eruditione ac virtutibus ſpectabilis, Apud Methymnam ſe Roſeccam, Diœceſis Palentinæ, Beati [g] Franciſci Mugnozij Confeſſoris: vitę perfectione & Regularis obſeruantiæ celebris. Setabi in Citeriori Hiſpania, Beati [h] Blaſij à Canetta, Confeſſoris: pietate ac virtute conſpicui. Turri Lauretanæ, in territorio Hiſpalenſi, Beatæ [i] Mariæ Manuelis, viduæ: quę nobilitate generis, ac diuitiarum iactantia, pro Chriſto, ſpretis: mortuo viro, ſe in omni humilitate, pœnitentia, paupertate, ac continua oratione, intra monaſterium, exercuit, ſanctiſſiméque vitam finiuit.

MARTII XXXI.

§. 1. *BEati Pauli, Confeſſoris*, [a]] Spoletinus dictus eſt à patria, Marchianus verò à Prouincia, quam incoluit. In religione eum ſocium nonnunquam habuit D. Franciſcus, quem & Miniſtrum Prouincialem Marchiæ conſtituit: vitæ ſanctitatę pollens, multis poſt mortem claruit miraculis. Lege Beatum Bartholomæum Piſanum, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. in fratrib. Minoribus ſanctitate illuſtribus prouinciæ Marchiæ. Codicem MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcum Vlyſſiponenſ. 1. part. Chroni. Minor. lib. 1. cap. 106. Gonzagam part 1. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Vvadinghum tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1241. §. 24. (Alius eſt ab illo, cuius meminit ann. 1290. §. 10.) Marianum lib. 2. cap. 13. Creſcentium in dialogo, Bernardum à Beſſà. Toſſinianum lib. 1. Picquetum in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Min.

§. 2. *Beati Petri à Regalada, Confeſſoris.* [b]] Naſcitur ann. 1390 Patria Pincianus erat, ab infantia virtuti deditus; vir feruentiſſimæ orationis, & altæ contemplationis, qui, & ſpiritu Prophetico donatus fuit, & ingentibus meritis præclarus. Cùm autem Beatus Petrus *Villacretius* regulari Obſeruantiæ apud Hiſpanos initium dediſſet, ſtrenuéque eo in opere laboraret; aſſecutus eſt deindè hominem ſibi per omnia ſimilem, ac omninò ſecundum cor ſuum, nempe hunc Beatum Petrum à *Regalada*, ſummæ religionis virum; quem ſuis moribus ác piiſſimis deſideriis informauit, eiuſque opera ſummè adiutus, complures Conuentus Fratrum extruxit, atque legibus ſanctiſſimis communiuit: tandem omnibus ritè diſpoſitis, neophytum gregem ſuo ſucceſſori atque chariſſimo diſcipulo, B. Petro à *Regalada* commiſit.

Mirum quàm variis, maximiſque illuxerit virtutibus! quot religioſis, perfectionis verbo & exemplo §. 3.
viam fecerit! quot ſignis admirandis emicuerit! obiit ann. 1456. die Martis, & ſuo funere Conuentum Domus Dei de Aquilaria ſummoperè commendauit. Nam vt primùm diem clauſit extremum, miraculis coruſcare cœpit. Quadraginta ſiquidem, & ſex vtriuſque ſexus homines omninò contractos; tres Paralyticos; duos leproſos, alioſque quamplurimos grauiſſimè febricitantes integræ ſoſpitati reſtituit. Inſuper, & ſurdis auditum, mutis affatum, cæcis viſum, atque claudis rectificationem, ſuis meritis à Deo impetrauit. Quin, & ipſe adhuc viuens, dùm præfati Conuentus, atque alterius, videlicet, Beatæ Mariæ de Scala cœli, vulgò *Del Abroio* (quorum vnus ab alio, quadraginta, eoque amplius, milliariis diſtat) Vicarium ageret, ad vtriuſque loci Fratres intra horam, capitulum de religioſo more habuit; atque ſæpius ſtrato ſupra Duriam flumen palliolo, ex vna ripa in alteram ſe tranſtulit. Cuius denique corpus, cùm per aliquot annos in communi fratrum ſarcophago iacuiſſet, indè ad Alabaſtrinum ſepulchrum, opera ſereniſſimæ Elizabethæ Hiſpaniarum Reginæ

fabrefactum

Digitized by Google

fabrefactum, tranſlatum extitit: vbi, & in maxima veneratione, tum quoque à fratribus habetur; & innumera ferè miracula contigerunt, atque adhuc hodie contingunt. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſi 3. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 10. & lib. 3. cap. 63. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. relig. vbi de ortu regularis Obſeruantiæ apud Hiſpanos, & BB. viris huiuſce Ordinis. item parte 3. in monaſterio 2. prouinciæ Cantabriæ: & Conuentu 17. Prouinc. Conceptionis. Speculo fratr. Minor. tract. 1. in memoriali Ordin. fol. 69. Toſſiniano lib. 2. Hiſtor. Seraph. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picqueto in catalog. viror. illuſtr. Ord. eiuſdem, & Salazar. lib. 1. Chronic. prouinc. Caſtellæ. cap. 6. & 34. Item lib. 3. capit. 12. poſt Marianum Florentinum. Legitur apud Vlyſſiponenſem hunc Dei ſeruum obiiſſe die vltima Decembris: itemque apud Gonzagam ſpiritum exhalaſſe, die 30. Martij, ſed perperam: dicendumque eſt in cœlum migraſſe an. 1456. die Martis, vltima, ideſt, 31. menſis Martij: vti expreſſè tradit Marieta lib. 17. hiſtor. Eccleſ. ſanctor. Hiſp. cap. 21. Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. prouinciæ S. Ioſephi lib. 1. cap. 4. & Wadinghus Tom. 5. ſup. ad ann. 1404. §. 14. 1448. & 1456. qui addit de eo inter ſanctos connumerando agi in Vrbe, ita deprecantibus, Rege Catholico, & Hiſpaniæ Dynaſtis: relatio autem de eius ſanctitate & miraculis ad SS. Domini: Vrbanum 8. quem contulerunt Coccinus, Pirouanus, & Merlinus, Rotæ auditores, Romæ edita eſt ann. 16[illegible]0. Typis Ludouici Grignant. Vide eumdem Vvadinghum Tom. 6. ad ann. 1456. §. 159. & ſeq.

§. 4. *Beati Sylueſtri Senenſis* [c]] Habitum inter PP. Obſeruantes induit, dùm Senis operam litteris daret; vnde euaſit vir doctiſſimus, & in omni doctrinarum genere verſatiſſimus, concionatorque gregius: magno ingenio, magnoque ſpiritus feruore pollebat, vitam admodum auſteram ducebat, regulam ſuam, quam Spiritu ſancto inſpirante, & libenter amplexatus fuerat, ad amuſſim obſeruabat: B. Thomæ à *Florentia* ſtrenuus imitator factus, cuius fuerat aliquandò diſcipulus. Librum de Iuſtitia: & alia quædam opuſcula edidit. Moriens ſpiritum Deo reddidit in conuentu Montis-Muri propè Scarlinum; qui eſt 11. Prouinc. Tuſciæ. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 1. cap. 45. Vvillotus Athenar. orthodoxar. Franciſcan. littera S. Vvadinghus Tom. 4. ſup. ad ann. 1400. §. 2. & Tom. 5. ann. 1444. §. 46. & 1447. §. 39. à quo cognominatur à *Radicondolo*, 1449. §. 15. ex Lorcato in hiſtor. Placentina. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 5. *Beati Benardi à Foroſempronio, Confeſſoris.* [d]] Vocabatur antea Hieronymus de *Scorzuolo*, Foroſempronienſis, pius ac diues, qui orationi, eleemoſynis, cæteriſque bonis operibus intentus; loca etiam ſancta luſtrauit in Palæſtina. Ab ea autem peregrinatione reuerſus in patriam, cùm didiciſſet ſuos conciues, Ludouicum & Raphaëlem, Capucinos eſſe effectos, & ipſe Capucinorum habitum de manibus eorum decreuit aſſumere: quod & incunctanter opere compleuit: poſtquam, omnibus bonis ſorte diſtributis inter fratres, portionem ſuam egenis ac pauperibus, pro Chriſto, dilargitus eſt. Itaque frater Minor laicus factus, mirum! quam multis virtutibus, ac vitæ ſanctitate mox inclaruerit. Sanctam orationem maximè colebat, totuſque addictus erat meditationi Dominicæ Paſſionis; in cuius memoriam, cruentis diſciplinis ſæpe corpus ſuum caſtigabat: quibus aliquando infirmatus ad mortem, Sacramenta Eccleſiaſtica ſuſcepit, indéque crucem piiſſimè deoſculatus, obdormiuit in Domino, infra hebdomadam ſanctam ann. 1539. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi 3. part. ſup. lib. 9. cap. 26. Vitali de Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Seraph. Patris D. Franciſci. Bouerio Tom. primo, annal. Capucinor. ad annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum nonum, paragrapho quinquageſimo. §. 6.

Beati Franciſci de Villubar, Confeſſoris. [e]] Prouinciæ Burgenſis erat alumnus, cùm Indiam Occidentalem traiecit. Vir certè religione inſignis, moribus clarus, atque ſanctitate conſpicuus. Qui ſuis concionibus optimiſque exemplis, pinguiſſimos fructus Dominicum in horreum intulit, plurimiſque Indis cauſa ſalutis extitit. Exceſſit è vita in Conuentu ſancti Franciſci Populæ de Angelis intra regnum Mexicanum. Memoratur à Gonzaga 4. part ſup. in dicto conuentu, qui eſt 38. prouinc. ſancti Euangelij. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. libro quarto, ſub annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum. Rapinço. in hiſt. general. origin. Recollector. decad. 7. part. 3 pag. 365. Mariano libro ſecundo, cap. 40. §. 7.

B. Angeli Aſtenſis, Confeſſ. [f]] Diuini verbi concionator extitit eximius; qui cùm inter fratres Minores Obſeruantes, plures annos magna cum eruditionis laude traduxiſſet, atque etiam Doctoralem lauream in Facultate Theologica Almæ vniuerſitatis Pariſienſis adeptus fuiſſet: ad Patres Capucinos ſe cōferens, illic vitę ſāctitate plurimū claruit; ac tandem Genuæ, dùm in Conuent. S. Barnabæ, Guard. officio fungitur, vitam magnis in virtutibus actam beato fine concludit anno 1560. ex Bouerio, Tom. 1. Annal. Capucin. eo anno §. 6. ex Monimentis MSS.

B. Franciſci Mugnoz. Confeſſ. [g]] Laicus erat §. 8. profeſſione, ſed vitæ perfectione nulli ſecundus, cuius meminit Vvadinghus, Tom. 5. ſup. ad ann. 1429. §. 14. vbi promittit illius virtutes à ſe alias fore explicandas, iacet in Conuentu Methymnæ Riui-ſicci, qui eſt 20. Prouinciæ Conception. Virgin.

Beati Blaſii à Cantta, Confeſſoris. [h]] E regno §. 9. Valentiæ erat oriundus: ætate quidem iuuenis, ſed ſenex iudicio, ac virtute: cui Deus prædixit atque reuelauit ſui obitus horam, qua adueniente ſanctiſſimè quieuit in Domino, anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto, Sepultus in Conuentu ſancti Onuphrij, Setabenſis, vulgò *Xatiua*: qui eſt decimus prouinciæ Sancti Ioannis Baptiſtæ. Illius meminere Ioannes Ximenez in ſua Chronologia. Barezzus libro octauo, capite ſexageſimo ſeptimo, ſup. Ioannes à Sancta Maria, parte prima Chronic. prouinciæ Sancti Ioſephi libro ſecundo capite quadrageſimononò.

Beata Maria Manuelis, vidua. [i]] Memoratur §. 10. à Barezzo libro tertio, capite trigeſimo octauo, ſupra poſt Gonzagam, parte tertia, ſupra, in Conuentu Sanctę Mariæ Lauretanæ, qui eſt vigeſimus prouinciæ Bæticæ. Aiunt enim hunc Conuentū extructum fuiſſe à piiſſima Heroina, Maria *Manuele*, vxore quondam Henrici Guſmanij, ex nobiliſſima Ducum Methymnæ Sidoniæ proſapia; anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octauo; eo quòd cadens in Betim fluuium, ex voto incolumis euaſerit. At vt primum ſe ſolutam à matrimonij legibus ſenſit; quicquid diuitiarum habere potuit, id in pios vſus atque in pauperum ſubleuamen erogauit; adeoque paupertatem & honeſtatem dilexit, vt nihil vnquam proprij poſſidere, vel ab aliquo in facie, (ob incredibilem eius pulchritudinem) videri voluerit. Et vt melius libe-

Digitized by Google

riuſque Chriſto ſponſo, cui à ſua viduitate nupſerat, inſeruire poſſet, cum vna ſibi chariſſima ſocia, cœnobium ſanctæ Claræ Hiſpalenſis ingreſſa eſt; ibique in pauperrima quadam cella degens, atque pauperiorem vitam ducens, per aliquot annos in omni humilitate, pœnitentia ac continua oratione ſe exercuit; vnde poſtea, ad monaſterium eiuſdem ciuitatis de Ieſu tranſlata, in habitu ſancto atque monaſtico ſanctiſſimè vixit, ſanctiſſiméque vitam finiuit, anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio. Cùmque poſt quadraginta annos, eius ſepultura aperiretur, corpus, in ſuæ ſanctitatis teſtimonium integrum atque incorruptum repertum eſt, quapropter ad nouum ſepulchrum ſibi in Choro honorificè, prout huiuſce beatæ Virginis ſanctitatem decebat, præparatum ac ritè diſpoſitum, à monialibus huiuſce conuentus ſororibus in alium locum eminentiorem, nobiliorem, præſtantioremque, quo magis fideles vtriuſque ſexus ad deuotionem excitarentur, tranſlatum eſt: ibi magna in veneratione apud omnes habetur. Valerianus libro quarto de Beatis Fœminis Ordinis Minorum, capite trigeſimo tertio.

Digitized by Google

APRILIS.

Kalendis Aprilis.

IN Italia, Beati [a] Cæſarij Spirenſis, Confeſſoris: Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli: qui eruditione, oratione, paupertate, zeloque obſeruantiæ regularis, præclarus deceſſit è vita, ſanctitate ac miraculis conſpicuus. Aquis, in Gallia, Beati [b] Antonij à Segouia, Confeſſoris, pietate, vita exemplari, ſignis, ac ſalutis animarum diuina ęmulatione admodum illuſtris. Netini in Sicilia, Beatorum [c] Bernardini, & Antonij, Confeſſorum. Toleti Beati [d] Melchioris ab Hierba, Confeſſoris: qui virginitatem perpetuò incontaminatam ſeruauit, & charitate, deuotione, aliiſque virtutibus micans, fœliciter obdormiuit in Domino. Apud Almanſam Regni Murciæ oppidum, diœceſis Carthaginenſis, Beati [e] Ioannis de Moya, Confeſſoris; vitę ſanctitate inſignis. Bellalcazari, in territorio Cordubenſi, Beatæ [f] Iſabellæ à Sotto Maiore, Virginis: genere, humilitate & oratione clariſſimæ.

APRILIS PRIMA DIES.

§. 1. B*Eati Cæſarij Spirenſis: Confeſſor.* [a]] Germanus erat natione, maximo feruoris ſpiritu, & eruditione eximia pollens; vitæ ſanctimonia clarus, paupertatiſque altiſſimæ integerrimus amator; orationi ac contemplationi ſingulari deuotione operam dabat. Quem cernens Seraphic. Pater S. Franciſcus, tot donis & virtutibus cumulatum, illi regulam, quam ipſe priùs ſimplicibus verbis conceperat, tradidit verbis Euangelicis adornandam: quod dictus B. Cæſarius doctè ac venuſtè exequutus eſt ſub ann. 1219. Hunc idem Seraphicus Pater in Germaniam cum multis aliis fratribus ablegauit: qui omnes viri exemplaris vitæ, miræque eruditionis extitere, quorum caput & miniſter inſtitutus fuit ipſe B. Cæſarius. Quorum deniqueſtudio & zelo, in Teutonia Ordo Seraphicus initia ſumpſit, & altiores radices fecit. Nec cœptis defuit B. Cæſarius, imò ex Prouinciali Capitulo Auguſtæ Vindelicorum celebrato, Patres ac Fratres nō paucos omnium virtutum ſtemmate claros, ad prouincias, regiones, & confines Teutoniæ miſit eximios prædicatores: qui omnibus potenter pœnitentiam ſuadebant, & plures à vitiis ad virtutes reuocarunt. Ipſe interim B. Cæſarius negotium ſuis aſſiduis precibus Deo commendans, mores & veſtigia antiquorum piorumque Patrum ſequebatur. Cui etiam non fuit ſatis à remotis partibus fratres in Teutoniam, ad propagandum Minorum Ordinem adducere: quinimò Herbipoli cùm ageret, plures alumnos, & filios eidem Ordini enixus eſt. Aucto igitur Minorum numero, iactiſque in Teutonia fundamentis; Prouinciale Capitulum Vormatiæ per ipſum celebratum fuit.

B. interim Cæſarius maximo D. P. Franciſci, cæterorumque Patrum, in valle Spoletana commorantium, videndi eos deſiderio æſtuans, poſt præfatum Capitulum, & res omnes in Teutonia optimè compoſitas, aſſumpto ſocio, patre ſcilicet Simone, illuſtriſſimæ Comitiſſæ de *Colozano* filio; & P. Thoma de *Calano*, vicario inſtituto; Aſſiſium, licet aſſuetis laboribus plurimùm debilitatus, petijt: (poſtquam duobus annis Germaniam incoluiſſet) vbi & à ſeraphico Patre quàm humaniſſimè ſuſceptus; & à Miniſteriatus officio in capitulo ibidem, in feſto Portiunculæ, ann. 1223. habito, abſolutus fuit. Cui B. Albertus Piſanus, eodem anno in officio ſucceſſit. De quo infra 2. Septembr. §. 2.

Cùm autem, poſt obitum S. Franciſci, F. Helyas Ordinem regeret, à veraque regulari obſeruantia omninò declinaret: ſeraphici P. Franciſci ſocij ſuperſtites, & in his B. Cæſarius, magna cum humilitate, prudentia, ac zelo, illum ſæpè, ob regulæ tranſgreſſionem, arguerunt. Quare F. Helyas his increpationibus commotus, Summum Pontificem Gregorium IX adiit, cui falsò præfatos ſanctos Patres iurgij ac diſſentionis & relaxationis in Ordine, obnoxios eſſe, §. 3.

Digitized by Google

atteſtatus, ab eo Breue Apoſtolicum impetrauit: quo peruicaces caſtigaret, cæteros verò ad ſanam mentem reduceret Itaque tali auctoritate nixus, dictos SS. Patres ingēti vexatione perſecutus eſt, & B. Cęſarium carceribus mox mancipauit: vbi, ob varias vitæ ærūnas, carceriſque rigorem, & lethalem ictum: obiit ann. 1239. Deum ſemper precatus pro F. Helya, qui ſic eum impunè laceſſerat. Eius animam in cœlum ab Angelis deferri vidit Gregorius IX. Papa; cui dictum eſt Deo fore reddendam rationem ſuper ipſius Beati Cæſarij morte; cùm authoritate ſua perſecutus fuiſſet vſque ad interitum, pro obſeruatione ſuæ regulæ. His ab Angelo auditis, ſtupefactus eſt Summus Pontifex, & vocatis ad ſe fratribus Minoribus, ſciſcitatur ab eis, an ita res ſe haberet: quibus apprimè inſtructus breue Apoſtolicum F. Helyæ datum annullatum reddidit, & ipſum F. Helyam, in Capitulo generali Romæ celebrato, ann. 1239. officio priuauit. Deinde mandatúm dedit, pro diligenti examine, ac inquirenda veritate ſanctitatis, ac miraculorum B. Cęſarij vt illum SS. catalogo adſcriberet; ſed præuia mors Pontificis horum finem impediuit. De eo ſcribunt, Beatus Bartholomæus Piſanus libro primo, Conformitat. fruct. 8. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſis parte 2. Chronic Minor. lib. 3. cap. 3. & 5. Gonzaga part. 3. Orig. Seraph relig. in prouinciis Saxoniæ S. Crucis & Argentinæ. Toſſinianus lib. 2. Seraph. hiſt. Wading. Tom. 1. annal Minor. ad ann. 1210. §. 44. ann. 1220. §. 31. 1221. §. 5. 6. &c. 1222. §. 24. 1223. §. 23. 1239. §. 2. 3. & ſeq. ex Angelico Clareno in 2. tribunal Ordin. Minor. & Mariano libr. 1. Ioannes à S. Maria part. 1. Chronicor. prouinc. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 4.

§. 4. *B. Antonij à Segouia, Confeſſor.* [b]] Prius vocabatur *Gonſaluus*, ſed poſtea *Antonius*: priuſque ſub D. Bernardo, in ordine Ciſtercienſi, militauit: at ſeraphici Patris S. Franciſci, B. Guillelmi, aliorumque cœlitum viſionibus, reuelationibuſque inflammatus, Ordinem Minorum ingreſſus eſt: Monachis ipſis Ciſtercienſibus id ægrè ferentibus, quibus tandem citatus eſt coram Summo Pontifice, qui auditis vtriuſque partis rationibus, ſententiam tulit pro B. Antonio. Valdè conſolatus, Romam paulò poſt deſeruit, Galliamque profectus eſt: vbi apud Phòcenſem prouinciam pedem fixit, in conuentu Aquenſi, quo ad maximum perfectionis gradum peruenit. Nullo vnquam tempore, ex ore verbum protulit otioſum: tali enim feruore ſēper loquebatur, vt quandoque ebrius ab aliis putaretur, licet vinum minime potaret. Zelo ſalutis animarum iugiter inhiabat: quare aut prædicationi, aut confeſſioni, continuò occupabatur: quippe qui diceret; *ſi cœli accola eſſem, pedem tamen libentiſſimè indè proferrem, vt peccatoribus in confeſſione præſto ſuccurrerem.* Pœnitentes docebat purè & deuotè peccata ſacerdoti confiteri, attentè orare, ſcurrilia deuitare, ſicque profectum haud paruum in virtutibus accreſcerent; ſignis ac miraculis refulſit: in queis, fontē aquæ conuertit ſemel in vinum, cuius rei gratia, etiam nunc *fons S. Antonij* nuncupatur. Obiit in præfato conuentu Aquenſi, ibique magna cum veneratione ſepultus eſt. Cuius ſacrum corpus integrum, incorruptumque repertum eſt, quando, pluribus annis iam elapſis, fratres compulſi ſunt aliò migrare, & ex eo loco, in alium Conuentum intra vrbem tranſire: tunc enim & illud cum aliis ſacris pignoribus in nouam tranſtulerunt Eccleſiam. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis part. 2 ſup. lib. 4. cap. 16. ſub ann 1278. Vvading. Tom. 1. ſup. ad ann. 1248. §. 9. ex Mariano lib. 2. cap. 16. Marieta libr. 17. Hiſtor. Eccleſ. ſanctor. Hiſpan. cap. 1.

BB. Bernardini de Neto, Confeſſor. [c]] Floruerunt §. 5 apud Conuentum Netinum, in Sicilia, B. Bernardinus *de Neto*, vitæ integritate, & dicendi virtute, populo admirabilis, vaticinij ſpiritu præclarus: & B. Antonius *Laliotta*, Sacræ Theologię profeſſor, virtutum gloria inſignis: Ita atteſtantur Pyrrus in Hiſtor. Syracuſana: & Vvadinghus Tom. 6. ſup. ad ann. 1452. §. 61.

Beati Melchioris ab Hiërba, Confeſſor. [d]] Nobili §. 6. genere natus, ab ineunte ætate egregiè operam litteris nauauit: annum vero agens 20. Ordinem Minorum profeſſus eſt Toleti, in Conuentu S. Ioannis Regum: exindéque tantò profecit in omni virtutum genere: vt ad diuerſa Ordinis munia obeunda poſtea euectus ſit: nam & Guardianatus, Diffinitoriatus, &c. officiis laudabiliter eſt functus in ſua prouincia Caſtellæ. Virgo puriſſimus extitit, & facie venuſtiſſimus: continuis pœnitentiæ operibus carnem macerabat, ſimplicitate ingenuitateque pollebat, abſtinentia delectabatur, nuſquam cœnabat, omnia ieiunia Eccleſiaſtica obſeruabat in pane & aqua: conſortia mulierum maximè fugiebat, cum ſæcularibus cibum ad menſam ſumere, nec ſemel illi accidit. Affabilis, benignus & pius in omnes, ſuper mattam paleis contextam cubabat; poſt officium decantatum in choro, idem denuò flexis genibus recitabat. Præterea, officia nominis Ieſu, Beatę Marię Virginis, & Deffunctorum; vnà cum 7. Pſalmis pœnitentialibus, quotidiè deuotiſſimè perſoluebat: tribus horis Orationi Mentali vacabat, ingenti charitate flagrans, tribulatis, afflictis, infirmis, egenis: aut moribundis præſto aderat, illos pro viribus conſolaturus: de aliis minimè iudicabat, aut loquebatur malè, vel otioſè. Optabat iugiter in Eccleſia ad orationem ſtare: qualibet die ſacrum Miſſæ ſacrificium celebrabat, quo peracto ad confeſſionabile pergebat, vt Sacramentum pœnitentiæ cunctis, maximè pauperibus adminiſtraret; quos ſæpiùs longo tempore expectabat: ſed magna charitate inſtruebat. Tandem hydropiſi laborans decidit in lectum, optans maiora adhuc pati pro Chriſto: cúmque fini appropinquaret, leuatis manibus in cœlum ait: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*: poſtea cuncta Sacramenta Eccleſiæ deuotè ſuſcipiens, ſpiritum Deo reddidit, feria 3. hebdomadis ſanctæ, anno Chriſti 1586. iā ſexagenarius effectus. Sepultuſque in eodem conuentu S. Ioannis Regum Toleti: vbi tantus populi concurſus factus eſt, vt vix tumulari poſſet: vnuſquiſque cupiens indè aſportare pro reliquiis ſacris, quicquid illi deſeruiſſet, maximè ex habitu ſuo: qui hac de re, totus ferè dilaceratus eſt. Meminerunt de eo Alphonſus Villegas in ſupplem. 3. part. flor. Sanctor. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 80. 81. 82. & 83. Daça ibid. libr. 3. capit. 76. & lib. 4. cap. 29. Salazar lib. 2. Chronic. prouinc. Caſtellæ cap. 21. lib. 3. cap. 12. & lib. 5. cap. 22.

B. Ioannis de Moya, Confeſſ. [e]] Hic ex prouincia §. 7. Carthaginenſi ad prouinciam S. Ioannis Baptiſtæ tranſiit, maioris perfectionis ac regularis Obſeruantiæ gratia: ibique inter patres Diſcalceatos reformationem aſſumpſit. Suæ profeſſionis erat admodum zelator, paupertatis altiſſimæ ſectator, abſtinentia exornatus, ſanctæ orationis amicus, ſolitudinem maximè colebat: pius ac deuotus extitit, & pluries ſumma cum laude diuerſa Ordinis munia exercuit, vti Guardianatus & Diffinitoriatus. At cùm adhuc auſterioris vitæ deſiderio teneretur, Cathaloniam profectus eſt,

vt inibi

Digitized by Google

vt inibi inter Patres Capucinos, ex Italia in Hiſpaniam recenter adductos, cõmoraretur: mortificationibus, & aliis eorum exercitiis ſeipſum longo tempore exercens. Verùm, experientia edoctus, nihil differentiæ, diſcriminiſue reperiri fore inter Patres Capucinos ac Diſcalceatos: quodque vita, mores, & actiones illorum atque iſtorum, ſimiles prorſus eſſent, ad præfatam Diſcalceatorum Prouinciam eſt reuerſus. Illic perſeuerauit in aſſiduo virtutum exercitio: feruidus enim erat, & ingenti Dei amore æſtuans, ieiunia regulæ & Eccleſiæ in pane, & aqua ſeruabat, licet ſexagenarius. Pacifica bonitate abundabat, grauis, humilis, obediens, & hilaris: paucorum verborum vir, ſed factor bonorum operum mirificus. Tandem ſexagenario maior, quamplurimis meritis cumulatus, ad cœlos euolauit ann. 1599. ſepultuſque eſt in Conuentu Minor. Diſcalceat. S. Iacobi Almanſæ, qui eſt 4. præfatæ Prouinc. S. Ioannis Bapt. Agunt de eo Barezzus part. 4. ſup. lib. 9. cap. 17. & lib. 10. cap. 70. ex Ioanne Ximeneſio in ſua Chronica.

B. Iſabellæ, Virg. [f] Nobiliſſima erat, filia Comitis Bellalcazaris; quæ præ ſui humilitate nominari §. 8.
voluit Iſabella à *Popula*, vulgò *De la Puebla*, pro Chriſto namque mundum deſpiciens, tam humiliter de ſe ſentiebat, vt omnium ſerua, & ancilla, viliora curaret officia, quæ læta facie ac corde pleno explebat. Poſt Matutinas, nuſquam ſopori, aut ſomno indulgebat: ſed iugiter genibus in terra defixis, orationi vacabat vſque ad Primam. Scribunt de ea Daça ſup. lib. 3. cap. 77. Gonzaga. 3. part. ſup. in Monaſterio S. Mariæ de Columna Bellalcazaris, quod eſt. 1. Prouinciæ Angelorum.

QVARTO NONAS APRILIS.

IN Sicilia, paſſio multorum Fratrum [a] Martyrum; qui pro Sedis Apoſtolicæ defenſione, à Friderico II. Imperatore, vario mortis genere ſunt interempti. In Armenia, Beati [b] Angeli à Spoleto, Martyris: à Bulgaris, propter Chriſtum occiſi. Arelate, in Gallia, Beati [c] Monaldi, Confeſſoris, eiuſdem Diui Franciſci Diſcipuli: qui ſimplicitate, vita exemplari, ac ſignis quamplurimis refulſit. Rilonij, in Germania, Beati [d] Electi Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In Machao, Cantonæ Prouinciæ, apud Chinas vrbe, Beati [e] Petri ab Alpharo, Confeſſoris, Chinarum Apoſtoli: qui doctrina, & pietate inſignis, Chriſti Euangelium variis his in Regionibus diſſeminauit, ingenteſque animarum fructus Deo gratanter protulit. Methymnæ de Campo, in territorio Salmanticenſi, Beati [f] Lucæ à Valle-viridi, Confeſſoris: virtute abſtinentiæ, & orationis inſignis. In Calabria, Beati [g] Franciſci Bouolini, Confeſſoris: qui humilitatis, & pœnitentiæ operibus deditus, miraculis etiam illuxit. Arenis in Caſtella, Beati [h] Ioannis à ſancta Maria, Confeſſoris. Antiquæ-Mellariæ in territorio Cordubenſi, Beatæ [i] Mariæ de Ieſu, Virginis: pietate, & rerum cœleſtium contemplatione conſpicuæ.

APRILIS II.

BEatorum Fratrum Martyr.* [a] Cùm Fridericus II.
§. 1 Imp. in Summum Pontificem Gregorium IX. & Sedis Apoſtolicæ ſequaces, mira ſæuitia fureret; crudelitatem eius inauditam, poſt alios experti ſunt fratres Minores; nam eorum plurimi exilio pulſi, alij malis exſaturati, alij vltimo ſupplicio affecti, & combuſti ſunt, imò, & excoriati, capite in 4. partes diſſecto, &c. eo quòd à partibus Summi Pontificis, inconcuſsè ſtetiſſent, litteraſque Apoſtolicas detuliſſent. Vide Toſſinian. lib. 2. hiſtor. Seraphic. ſub capit. general. 6. & 7. ad ann. 1243. 1244. & 1245. Sedulium in Comment. ad vit. S. Franciſci cap. 3. §. 1. Wadingum tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1238. §. 1. ex Mariano lib 1. cap 9. & Fazzelo lib. 8 de rebus Siculis. Vveſtemonaſterienſis, & Pariſius de Geſtis Anglor. ad ann. 1243.

§. 2. *B. Angeli, Mart.* [b] Hic ex Babylonia in Tartariam rediens, cum Epiſcopis, & fratribus Minoritis, cœpit animarum ſaluti, Barbarorumque conuerſioni ſedulò inſiſtere: ſed dùm fidem Chriſti feruenter prędicaret, à quibuſdam Bulgaris crudeliter gladiis confoſſus, migrauit ad Dominum. Ita B Odericus in ſua narratione. Author Anonymus, Anglus, in ſuo Polichronico MS. & Wadinghus ſup. tom. 3. ad ann. 1307. §. 14. & ann. 1314. §. 14.

B. Monaldi, Confeſſ. [c] Eius mentio habetur apud S. Antonin. part. 3. hiſtor. Titul. 24. cap. 2. §. 3. his §. 3.
verbis. *Nam tempore quodam, F. Ioanne de Florentia capitulum in Prouincia celebrante (vbi à B Franciſco miniſter fuerat cõſtitutus) intererat Confeſſor Chriſti Antonius, vbi dùm ſuper hac materia*; Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum*: fratribus adunatis, verbum exhortationis proponeret; F. quidam Sacerdos Monaldus nomine, vir ſimplex, & virtute præclarus, faciem ſuam ad oſtium domus conuertit, viditque corporeis oculis, qualiter B. Franciſcus in aëre ſubleuatus, veluti manibus in cruce protenſis, apparuit: & Fratres, qui aderant, benedixit, tantumque ſubitò ſingulis, & vniuerſis gaudium ſpiritus eſt infuſum: vt quod ipſe Sacerdos poſt de ipſa viſione narrauit, cunctis mirantibus ipſa faceret experientia fide dignum.* Eadem referunt Bartholomæus Piſanus lib. 1 Conformit. fruct. 3. & 11. part. 2. item lib. 3. fruct. 3 part. 2. Marc. Vlyſſiponenſ. part. 1. Chron. Minor. lib 1. cap. 118. Toſſinian. lib. 1. hiſt. Seraph. cap. 4. 13. vit. S. Franciſc. item in eo B. Monaldo. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1211. §. 22. & ann. 1216. §. 2. item tom. 4. ad ann. 1400. §. 38. ex D. Bonauent. cap. 4. & Legenda Gregor. IX.

Antequam verò in Galliam pergeret ipſe B. Mo- §. 4.

N

Digitized by Google

naldus; id ei accidit ann. 1211. cum Seraphico P. S. Franciſco. Nam finito generali Capitulo, Aſſiſij apud S. Mariam de Portiuncula celebrato, cunctis Miniſtris Prouincialibus recedentibus, remanſerunt cum dicto B. Monaldo 3. Fratres, qui diuerſas orbis partes adire debebant. Hoc cernens D. Franciſcus, voluit ex charitate cum eis ad menſam cibum ſumere, & mandans omnia parari, cum tres tantùm panes eſſent inuenti; accepit eos in manibus, & gratias Deo agens, incepit frangere, fratribuſque conſodalibus dare. Qui diuina virtute in manibus Seraphici Patris ita excreuerunt, quod de illis ſufficienter ſint omnes refecti, imò, & plura panis fruſta ſuperfuere, quàm eſſent hi tres panes appoſiti. Quo viſo miraculo omnes ſunt ad paupertatis obſeruantiam feruentiſſimè incitati. Idem B. Bartholomæus Piſanus lib. 2. fruct. 12. part. 2. Vlyſſiponenſ. lib. 2. cap. 17. Wadinghus 1216.

§. 5. Prouinciam Phocenſem igitur aggreſſus B. Monaldus, vita exemplari, ac ſanctiſſima reſplenduit: maximiſque miraculis emicuit. Obiit, ſepultuſque eſt in Conuentu Arelatenſi, prout atteſtantur. B. Bartholomæus ſup. lib. 1. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. apud Prouinciam Prouinc. nunc S. Ludouici. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ord. & part. 3. in Conuentu Arelatenſi, qui eſt 6. præfatæ Prouinc. Vvading. ſup. Saxius in Pontificio Arelatenſi, ſub Hugone Boaroyo, Archiepiſcopo, §. 83. & 88. Sacrum verò ipſius corpus, indè poſtea tranſlatum eſt, (quando Conuentus ille ſolo æquatus extitit, ob ingruentium bellorum ac temporum iniquitatem) & in Cathedrali Eccleſia, intra vrbem, honorificè conditum: vti facilè coniicitur ex verbis ipſius illuſtriſſimi Antiſtitis Gonzagæ. *In Archiepiſcopali verò Eccleſia quieſcit vnus ex ſociis B. Franciſci, cuius nomen ignoratur; claret tamen miraculis. Hic fuit ſublatus, eo tempore quo fuit deſtructus conuentus.* Hæc ille par. 3. ſup. At iuxta omnia vetuſtiora Ordinis monumenta, nullus alius diſcipulus Seraphici Patris legitur ibi mortuus, aut tumulatus: præter hunc B. Monald. Picquet. in Cathologo viror. illuſtrior. Ordinis Minor.

§. 6. *Beati Electi, Confeſſoris.* [d]] Fuit magna ſanctitate ornatus: ita vt paulò ante mortem ſuam, cùm eſſet in oratione, apparuerit illi, ſacra Deipara, Beatis Catharina, & Agnete, virginibus, ſociata: ipſum ad paradiſi gaudia vocans, diemque obitus prænuntians; exceſſit è vita Rilonij, in Prouincia Colonienſi. Meminerunt eius B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. ſup. in Prouincia Colonienſi. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem. Gonzaga part. 1 ſup. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. lib. 1. cap. 30. ſup. ad ann. 1245. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus ſup.

§. 7. *Beati Petri Alphari, Confeſſoris.* [e]] Conſtat Franciſcanos plurimùm laboraſſe in propaganda fide apud Chinenſe regnum: primoſque extitiſſe, qui Euangelij luce Chinam illuſtrarunt. Id pium opus Minores alta mente repoſitum continuò habebant: ita vt Gonzaga 4. part. ſup. in Conuentu 10. Prouinc. S. Euangelii. (Vbi de B. Martino à Valentia, 1524. Indiarum Occidental. Apoſtolo; Beato Ioanne à *Zumaraga*, primo Mexicano Archiepiſcopo, noſtri Ordinis alumnis: & Beato Dominico de *Betancos*, Ordin. Prædicator.) hæc referat. *Tres hi viri perfectiſſimi, immenſo, quo ardebant, deſiderio animarum conuerſionis, ſummoperè concupiuerunt in China Regiones nauigare: quo nondum tempore, in eas, ea quà modò reperta eſt, inuenta via erat. Quorum quidem primus id Frater Martinus propoſuit: reuelatione enim compererat reperiri pleraſque regiones, Occidentem verſus, hominesque acutioris ingenij, quàm ſint Indi nouæ Hiſpaniæ habitatores: ſpirituque feruebat eò pergendi, & Chriſtianam ibi fidem prædicandi: ſed Deus, qui aliis eam Prouinciam reſeruauerat, in prima eum vocatione perſiſtere voluit; idque ita euenit.* Eadem ſcribunt Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 2. cap. 43. Daça ibid. lib. 2. cap. 12. Thildmanſ. tom. 1. vit. SS. Seraphic. Ordin. Rapinæus decad. 5. part. 2. §. 1. hiſtor. general. orig. Recollector. Marianus lib. 2. cap. 30. Chronic. Reformat. Cùm verò ſanctus Franciſcus Xauerius eam expeditionem aggredi peroptaret, ann. 1552. profectionem parauit ſub auſpiciis B. Ioannis Albuquercij, Minoritę, Goani Epiſcopi; & Alphonſi Noroniæ, Indiarum proregis: quorum litteras ad regem Chinarum deferendas ſuſcepit. Verùm antequam Chinam attingeret, ſanctè obiit 4. nonas Decemb. apud Sanctianum inſulam. Ita Maffeius lib. 15. hiſtor. Indic. Turſelinus lib. 5. vit. eius cap. 1. 2. 3. 4. 5. vſque ad 12. Trigaltius lib. 2. hiſtor. Chinenſ. cap. 1. Marianus lib. 4. cap. 30. ex Chron. Angeli Badajocij.

§. 8. Exindè tamen haud defuere viri vndequaque pij, ingentique virtute præditi, qui eundem laborem magna animi conſtantia, ſuſciperent; maximè verò ex familiis SS. Fráciſci & Dominici (inquit Trigaltius cap. 2. ſup.) qui vnà cum Luſitanica Claſſi ab Indiis Orientalibus ſoluentes, ſeu per altum Hiſpanico nauigio ab Occidentalibus vecti Thalaſſum, his appulerunt Chinarum oris: inter hos autem præcipuè emicuit B. Petrus ab Alpharo: qui ann. 1575. electus primus Cuſtos Cuſtodiæ S. Gregorij, cum multis Fratribus Diſcalceatis, mare traiecit in ratibus Hiſpanicis, & vſque Philippinas inſulas transfetauit, ann. 1578. vbi & eodem tempore, Conuentum Manilæ extruxit, mox Indicum illius patriæ idioma accuratiſſimè didicerunt: tantoque in vinea Domini excolenda operati ſunt, vt intra nouem annorum ſpatium, bis centum quinquaginta millia infidelium, Chriſtianornm albo adſcripſerint: complures Eccleſias ædificarint, &c. Itaque, cùm res ſic fœlici exordio ſuccederent, maximumque Chinæ Regnum indè peti poſſe accepiſſent: ipſe B. Petrus cum tribus aliis Fratribus, ſcilicet Ioanne Baptiſta, Piſaurienſi: Auguſtino à *Tordeſilla*: & Sebaſtiano à *Beatia*: conſcenſo, ſub, ann. 1579. nauigio, poſt octo dierum curriculum, ad præfatum Chinæ regnum, applicuere: moxque Cantonum, Xancheum, atque Machaoam ciuitatem celebrem perluſtrati, illic Eccleſiam ſummo Epiſcopi (cui nomen Melchior Aries erat) atque ſenatus, Luſitanorum ibidem commorantium applauſu, conſtruxerunt ann. 1579. menſe Nouembri, & plurimos ad Chriſti fidem conuerterunt. At dùm ipſe B. Petrus aliam eiuſdem regni vrbem, cuiuſdam alterius Eccleſię erigendæ cauſa, petiturus itineratur, morbo ex defatigatione contracto correptus in via, ſanctiſſimè ſpiritum Deo reddidit: & paulò poſt, præfata cuſtodia S. Gregorii ita excreuit, vt in Prouinciam tranſierit ann. 1586. die 15. Nouemb. per diploma Sixti 5. cuius initium eſt. *Dùm ad vberes fructus.* Ita Gonzaga ſup. in hac Prou. Mendoza part. 2, hiſt. reg. Chinenſ. lib. 1. cap. 1. & lib. 2. per totum, & lib 3. c. 12. & 13. Iarricus tom. 2. hiſt. Ind. Oriental. & tom 3. lib. 6 cap. 43. Ioannes à S. Maria 1. par. Chr. Pro. S. Ioſeph. li. 2. cap. 19. & 27.

§. 9. *B. Lucæ, Confeſſ.* [f]] Hiſpanus erat, ex Badejocio ſolo oriundus, profeſſione laicus. Curam cùm horti gereret, nil euerrebat, ſeminabat, aut plantabat, vel quidpiam

Digitized by Google

quidpiam aliud operabatur, quin ad laudem Dei referret. Ita tamen laborabat, vt etiam tempus orationi daret, ne labor nimius ſpiritum deuotionis extingueret. Gulæ frænum ſemper impoſuit, ſobrietatique, & abſtinentię deditus fuit: nuſquam enim cœnabat, vel carnes, aut piſces edebat: iuſculo aliquo, aut aliqua calida, ſeu fructibus nonnullis contentus. Quadrageſimam ſeruabat quidem integram; ſed per tres dies in hebdomada, ſolo pane reficiebatur, tribus verò aliis veſcebatur fructibus, à vino quippè ſemper ſe abſtinuit. Vix ſomnum capiebat neceſſitati opportunum; nam per diem ibat ad opus ſuum vſque ad veſperam, de nocte verò, vigiliis, orationi, & diſciplinis totus occupabatur, atque in Eccleſia pernoctabat. Obedientiſſimus erat, & inſigni paupertate diues. Maximo autem ferebatur amore in Chriſtum Dominum, tantoque pietatis affectu Paſſionis Dominicæ recolebat memoriam, vt & meruerit in hebdomada ſancta, dolores ac cruciatus extremos ſentire, quos Saluator quondam pro nobis pertulerat in cruce. Poſtea verò, ad modum cuiuſdã Reſurrectionis, toto corpore ſic rutilabat, eleuabatur, & transformabatur; vt oculi eius, caput, manus, & pedes, in tot fulgores, & ignes conuerterentur, & corpus totum radios emitteret, iubaris inſtar. Diu moratus eſt Madriti, in Conuentu ſancti Bernardini: attamen fœlicem vitæ ſuæ curſum abſoluit, cùm Conuentum noſtrum Medinæ Campi, (qui eſt 14. Prouinc. S. Ioſephi) incoleret. Eius geſta ſeruantur in Archiuis Prouin. S. Ioſeph. Diſcalceator. ex quibus Ioannes à ſancta Maria 2. part. Chronicorum eiuſdem Prouin. lib. 3. cap. 30. nonnulla deſcripſit. Florebat ann. 1590.

§. 9. *Beati Franciſci, Confeſſ.* [g]] Calaber erat natione, Muſicis eruditus fuit; ita humilitati ſtuduit, vt ad presbyteratum aſcendere ſemper recuſauerit, humilioribuſque culinæ, ſeu oſtiarij officiis vacauerit. Magnæ orationis vir erat, in qua noctes ducebat inſomnes; lecto nuſquam decubuit, ſed nudus in ligno vel aſſere proſtratus captabat quietem. Tribus diebus in hebdomada ſolis herbis pro ſua corporis refectione veſcebatur. Tanta fuit eius fama ſanctitatis, vt ex multis orbis partibus ad eum confluerent, beneficij gratia, beatumque ac fœlicem ſe quiuis reputans, ſi de illius habitu particulam aliquam aſportare valeret; nam cæco viſum reſtituit, & alia nonnulla miracula edidit: diemque mortis ſuæ præſciuit, anno ætatis ſuæ 80. ex quibus quinquaginta in ſumma vitæ pœnitentia intra ordinem Minoriticum conſumpſerat. Claruit circa ann. 1600. apud Prouinciam ſeptem Martyrum Calabriæ. Monimenta MS. Prouinciæ præfatæ. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 51.

B. Ioan, Confeſſ. [h]] Laicus erat profeſſione, ſui ſtatus amantiſſimus, & paupertatis percupidus. Cilicio ac ieiunio, & diſciplinis carnem edomabat: à vino, & carne perpetuò abſtinuit, Orationi inſtanter vacabat: paſſionemque Dominicam iugi meditatione ſic recolebat, vt & ſemper de ea loqueretur, & in die Paraſceues mori cum Chriſto ſummè exoptaret, vti accidit. Cæteras eius egregias virtutes vide apud Ioannem à Sancta Maria ſup. lib. 4. cap. 9. ad ann. 1595. Arenis ſepultus eſt in Conuentu S. Andrææ de monte, qui eſt 6. Prouinciæ S. Ioſeph. §. 10.

B. Mariæ Virginis [i]] Pientiſſima erat, & deuota maximè erga Auguſtiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentum: vndè cùm quadam die ſacra communione reficeretur, vidit puerum Ieſum in hoſtia ſibi apparentem. De ſanctiſſimæ Trinitatis myſterio ſemel anxia, Deum obnixè precata eſt, vt ſibi intelligendum daret. Tuncque per viſionem, proceſſionem quandam conſpexit, cuius initium ducebant tres perſonæ albis indutæ, omninò inter ſe æquales; ex quo mirum in modum conſolata eſt. Cùm vna dierum orationi inſtantiùs vacaret, apparuit illi B. Deipara Virgo, cum puero Ieſu in manibus, quem dulciſſimè ei oſtendebat, & offerebat. Obiit in Monaſterio Conceptionis B. Virginis Antiquæ Mellariæ, vulgò, De *Fuente-Oueiuna*, quod eſt 7. Prouinc. Angelorum, ſic Daça ſup. cap. 50. ex antiq. MS. eiuſdem loci, viuebat ad ann. 1595. §. 11.

TERTIO NONAS APRILIS.

IN India Orientali, paſſio [a] Beatorum quatuor Fratrum Martyrum: qui plurimis exantlatis laboribus, & diuerſimodè pro Chriſto à Barbaris oppreſſi, glorioſo certamine ſunt coronati. Apud oppidum de Penna Sancti Ioannis Baptiſtæ in Picœno, Beati [b] Ioannis de Penna, Confeſſoris: qui paupertate, patientia, & vitæ auſteritate emicans, ſpiritu Prophetico ac miraculis etiam eluxit. In Hethruria, apud Montem Aluerniæ, Beati [c] Bernardi à Mandela, Confeſſoris: obedientia, zeloque altiſſimæ paupertatis celebris. Borbæ in Luſitania, Beati [d] Petri Melgari, Confeſſoris: Prouinciæ Pietatis Diſcalceatorum præcipui fundatoris: qui oratione, abſtinentia, patientia, vitæque perfectione, ac maximo ſpiritus feruore inſigniter repletus, ſancto fine quieuit. Fulginij, in Vmbria, Beatæ [e] Alexandrinæ, Virginis; Abbatiſſæ; quæ præcipuarum virtutum cumulata fructu, fœlix migrauit in cœlum. Apud Villam-Sillos, In territorio Palentino, Beatæ [f] Claræ Martineziæ, Viduæ Tertiarię, quę tanto perfectionis, pœnitentiæ amore accenſa eſt, vt propterea Regno cœlorum vim intulerit, ac violenter rapuerit, crebris poſtea clara miraculis.

Digitized by Google

APRLILIS III.

§. 1. BEatorum quatuor Martyrum. [a]] Hi ſocij erant, aliorum trium fratrum; qui vt Protomartyres, primi omnium, pro Chriſto, Indiam Orientalem Calicuti ſuo ſanguine purpurarunt, de quibus infra ad 17. Decemb. Cùm itaque plures illius orbis partes Euangelizando peragraſſent; Regeſque Cochinenſem, Calicutenſem, Cananorienſem, Narſinganſem, &c. mites reddidiſſent, ac Chriſto obtemperantes; populiſque eorum fidem prædicaſſent, agonem ſuum inclyto martyrio conſummarunt, circa ann. 1510. Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. relig. in Prouincia Portugalliæ, & 4. part. in Prouinc. S. Thomæ. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. cap. 44. 45. 57. ex aliis ad ann. 1546.

§. 2. *Beati Ioannis de Penna, Confeſſoris.* [b]] Ad Ordinem Minorum cœleſti vocatione venit, & opera Beati Philippi *Picantis*, Recaneti in Picœno habitum religionis ſuſcepit. Indè in Galliam miſſus; Prouinciam Phocenſem incoluit: ann. 1219. ibique ſtetit cum ſociis, ſicut peregrinus, in multa paupertate & auſteritate: toti huic regioni luxit vita exemplari, & maxima ſanctitate. Cùm autem per annos 25. in ea Prouincia manſiſſet, Picœnum reuertitur: vbi vitam ferè ſolitariam duxit. Sanctæ orationis ſtudio maximè incumbebat: & dictis matutinis, nuſquam reuertebatur ad cellam. Inter alia dona, ſpiritu Prophetico pollebat, diuiniſque viſitationibus ſæpè perfruebatur, ſemel anxiatus ac plenus tædio, adhærens cuidam arbori, Deum rogabat, vt ſpiritum eius acciperet: cui Dominus: *Surge, grandis enim tibi adhuc via ſupereſt: qua completa ſecurus venies ad me.* Verùm, vt omninò purgatus, probatuſque in hac vita, cœlum poſtea recto tramite conſcenderet: multis, validiſque ægritudinibus eſt exagitatus, quas æquo mitique animo tolerabat. Denique anno trigeſimo ſuæ reuerſionis à Gallia in ſupremum morbum incidit, & tempore exitus ſui, à Chriſto Domino, mira dignatione viſitatur; qui & totam cameram maximo lumine repleuit, & odore ſuauiſſimo exundauit. Tunc pius ac puriſſimus athleta Chriſti, ſubleuatis manibus in cœlum, Deo gratias egit; atque protinùs expirauit, in Conuentu de Penna ſancti Ioannis in Picœno ann. 1271. quo, & ſepultus eſt, miraculis inſigniter decoratus in vita ſua. De eo ſcribunt Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. in Fratribus Minor. ſanctitat. illuſtrib. Prouinc. Marchię part. 2. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 2. cap. 24. & 25. item lib. 5 cap 6. vbi eum *Ioannucium* vocat. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Marianus lib. 2. cap. 30. Wadinghus tom. 1. ad ann. 1216. §. 2. tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1271. §. 8. & ſeq. Item 1291. §. 47. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan.

§. 3. *Beati Bernardi à Mandela, Confeſſoris.* [c]] Laicus profeſſione extitit, admodùm virtuti deditus, vitęque ſanctimonia conſpicuus, qui obiit apud Conuentum Montis Aluerniæ, qui eſt 17. Prouinc. Tuſciæ, anno Chriſti 1491. iuxta Marcum Vlyſſiponenſem 3. part. Chronicorum lib. 7. cap. 17. Gonzaga part. 2. ſup. in pręfato Conuentu eius meminit, vocatque eum B. *Bernardinum*: dùm BB. Patrum nomina recenſet, quorum corpora eo loci requieſcunt. *Deindè obedientiſſimum Fratrem Bernardinum ab Aluerna, laicum, qui 83. annis in maxima paupertate, vita auſteritate, atque perfectione, hoc in loco Deo Optimo Maximo inſeruiuit; virginiſque virginum, ac Beatiſſimi Patris Franciſci, necnon, & plurimorum aliorum ſanctorum præſentia, antequam animam cœlo redderet, dignatus eſt.* Eadem habent Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 29. & Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1213. §. 54. Item. tom. 5. ad ann. 1418. §. 36. tom. 6. ad ann. 1456. §. 154. eum vocat Bernardum Hungarum: & tom. 7. ad ann. 1491. §. 3. Marianus lib. 6. Chronicorum ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 24. In deſcriptione præfati Conuentus pag 791. Saluator Vitalis lib. 7. Chronicorum Seraphicorum Montis Aluernæ cap. 1.

§. 4. *Beati Petri Melgari, Confeſſoris.* [d]] Ex Valentia erat oriundus, nobilibus parentibus progenitus; qui in ſæculo ſub Catholicorum Hiſpaniæ Regum Ferdinando eiuſque coniuge Eliſabetha ſignis ſtrenuè militauit: ſed à Luſitanis aliquando captus, atque vinculis grauiſſimis conſtrictus, miraculosè è carcere liber egreditur: in cuius beneficij memoriam propoſuit ſibi (dùm poſſibilitas afforet) Minoriticũ Ordinem aſſumere, vt liberius ac plenius Deo vacaret. Quare ex conſenſu ſuæ vxoris, voto continentiæ iam emiſſo ad Prouinciam ſancti Iacobi ſe contulit: vbi habitum religionis accipiens, laicorum fratrum numero adiunctus eſt; Domino famulaturus in Conuentu S. Marię de Angelis qui nunc eſt 1. Prouinc. S. Gabrielis, vbi diutinam protraxit moram. Maximo ſpiritus feruore, cœpit ſe exercere, in orationibus, abſtinentijs, paupertate, auſteritatis pœnitentiæque operibus. Verùm ad maiora perfectionis incrementa aſpirans, ingenti purioris ſuæ Regulæ obſeruationis zelo quotidie inflammatus: ſummè exoptabat reformationem fieri in Ordine Seraphico, qui pro tunc nimia relaxatione diffluebat, à priſtina regulari palæſtra. Quare ope ac induſtria quorundam nobilium ſibi amicitia coniunctorum, Breue Apoſtolicum ab Alexandro VI. Papa, obtinuit: quo Conuentum extruendi Scalabiæ (vulgò *Trugillo*) facultas illi concedebatur anno 1500. ſicque reformationem inchoaret in Caſtella: ſicut B. Ioannes à *Guadalupe* iam egerat in Granatenſi regno; ab eo enim ipſe B. Petrus iam habitum reformationis acceperat ann. 1497. & Cuſtos inſtitutus fuit fratrũ Reformatorũ regni Caſtellæ: quo tempore multa grauia paſſus eſt ab æmulis.

§. 5. Poſt glorioſum obitum B. Ioannis Guadalupenſ. ann. 1505. menſe Septembri: eſt denuò Cuſtos inſtitutus cuſtodiæ ſancti Euangelij, cum plenitudine poteſtatis, per R. Patrem Ægidium *de Amelia*, Generalem Miniſtrum totius Ordinis: quo in officio confirmatus eſt anno 1506. 8. Iulij Per R. Patrem Gratianũ à *Cotignola*; huic in Generalatu ſucceſſorem: denique, authoritate Apoſtolica, electus eſt miniſter Prouincialis omnium Reformatorum Hiſpaniæ ann. 1509. quod tamen munus haud potuit exercere: ſed rurſus Cuſtos inſtitutus Cuſtodię Pietatis, in Luſitania; vbi pluribus annis vitam duxit, perfectione, ac ſanctitate celeberrimam. Obiit Borbæ, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Conſolatione: ibique ſacrum eius corpus honorificè conditum requieſcit. Ipſius egregię facta deſcribunt

Barezzus

Digitized by Google

Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 2. 4. 5. & 26. ex Ioanne Baptiſta Molez in ſuo Memoriali Prouinc. ſancti Gabrielis. Marcus Vlyſſiponenſis 3. parte ſupra lib. 7. cap. 37. & lib. 9. cap. 29. Gonzaga ſup. part. 3. in Prouinc. Pietatis, & Conuentu de Borba, qui eſt 7. huiuſce Prouinc. Item in Prouinc. S. Gabrielis, Conuentu 4. 6. 9. Speculum Fratrum Minor. tract. 1. in Memorial. Ordin. fol. 79. Marianus lib. 2. cap. 15. 16. & 17. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. reformat. Ioannes à ſancta Maria 1. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph, lib. 1. cap. 4. Rapinæus Hiſtor. general. Recollector. decad. 2. part. 1. §. 2. & 4. item decad. 3. part. 1. & decad. 8. part. 1. §. 6.

Beata Alexandrina, Virginis.] Oriunda erat ex Sulmone, Pelignorum Vrbe, in regno Neapolitano ann. 1385. Patre Nicolao de *Letto*, viro nobili; quæ quindecim annos nata, habitum religionis ſumpſit in Monaſterio S. Claræ apud Sulmonenſes, vbi cum vita exemplari, & ſingulari obſeruantia viginti tres annos exegit. Ad eius imitationem, eundem illic habitum induit Beata Margareta Sulmonenſis, cognata ipſius, magnæ ſanctitatis virgo: de qua infra 5. Septemb. Itaque B. Alexandrina, vnà cum præfata B. Margareta, & B. Liſa, cognatis ad B. Gemma, vidua, ob ciuilia diſſidia, ab vrbe Sulmone diſcedentes; Aquilam (Deo duce) peruenerunt. In ea autem peregrinatione, reliquas omnes B. Alexandrina ardentius monebat, vt aduerſa quæque æquo animo ferrent, cùm Christus eſſet afflictorum conſolatio, neque vnquam deſerat ſperantes in ſe: orabatque inſtanter, vt Deus eas dirigeret iuxta beneplacitum ſuæ diuinæ voluntatis. Habuit in monitis hæc S. Virgo ab Angelo, vt Fulgineum peteret, vnà cum ſuis ſociis, quibus vltrò obtemperantes iter direxerunt in Vmbriam. Fulginenſem vrbem ingreſſæ, ann. 1425. die 22. illic (inſpirante Domino) quendam locum obtinuerunt, die 25. eiuſdem menſis, propè Eccleſiam S. Luciæ virg. & Martyr. vbi conſtructo Monaſterio, ſub nomine eiuſdem S. Luciæ, vitam illic duxit propè Angelicam, ſub cura B. Margaretæ, primæ illius loci Abbatiſſæ. Verùm paulò poſt, ann. ſcilicet 1429. cùm illud cœnobium à Martino V. Papa, fuiſſet regimini Patrum Minor. Obſeruantium ſuppoſitum; tunc & ipſa B. Alexandrina prior Abbatiſſa eſt electa. Erat quippe ingenti vitæ perfectione, & Monaſtica obſeruantia inſignis. Feruida in oratione, & contemplatione, vnde multiplici viſitatione, Christi cœleſtis ſponſi conſolari meruit. §. 6.

Maximè verò emicuit in charitate erga proximum: diligebat namque ex intimo cordis affectu, omnes ſibi ſubditas monachas, cunctiſque compatiebatur in veritate; deerat aqua in Monaſterio, & puteus cùm eſſet effoſſus, nil ſororum neceſſitati conferebat; id cernens pia mater, virtute ſuæ orationis præſtitit, quod à natura videbatur denegatum. Prudentia etiam pollebat haud vulgari, & à Spiritu ſancto edocta, multa prædicebat futura. Eius abſtinentiæ, vigiliæ, mortificationes, aliæque pœnitentiæ erant quotidianæ, & rigidæ plena fide, & ſpe, coram Deo incedebat, profunda humilitate, & perfecta obedientia omnino exornata vſque in finem vitæ ſuæ. Ad brauium autem æternæ retributionis præcurrens, obiit ſanctiſſimè, hodie, ann. 1458. cuius corpus humatum eſt non ſine luctu, & planctu omnium qui aderant, maximè monialium. Ita Marianus, in appendic. & MS. Monimenta Fulginenſ. Toſſinianus lib. 1. ſup. in Ordin. 2. Monial. Clariſſar. vbi de B. *Gemma*. Iacobillus de ſanctis Fulgin. in vit. B. *Alexandrinæ*. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1393. [illegible] & tom. 5. ann. 1425. §. 23. 24. & 25. §. 7.

B. *Claræ Martineziæ, Vid. Tert.*] Naſcitur anno 1519. marito autem orbata, habitum S. Franciſci ſuſcepit, profeſſionemque emiſit apud Conuentum S. Mariæ de Gratia Villæ-Sillos (qui eſt 18. Prouinc. Conceptionis.) Inter manus R. P. Guardiani, Ludouici *ab Oſorio*, ann. 1568. à quo tempore admirabilis, cum fama ſanctitatis vixit. Quis enim illius abſtinentias, ieiunia, largas vigilias, lachrymas copioſas, cilicia aſpera, rigoroſas diſciplinas, humilia exercitia, orationes feruentes, mortificationis modos, pietatis opera, tentationes maximas, actiones deuotas, viſiones cœleſtes, fauores diuinos, crebra miracula, recenſere valeret? Ea omnia latè iam ſunt deſcripta à Daça, part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 24. & ſeq. ex R. P. Andræa de Soto ipſius Confeſſario. Exceſſit autem à viuis ann. 1594. hac die ad veſperam Dominicæ Palmar. Vadinghus. tom. 5. ſup. ad ann. 1409. 22. §. 8.

Digitized by Google

PRIDIE NONAS APRILIS.

APud Cayrum Babyloniç, Beatorum [a] Martyrum, Nicolai à Monte-Coruino, Franciſci Neapolitani, & Petri; qui ob fidei Chriſtianæ Confeſſionem à Soldano in carçerem detenti, cùm neç promiſſis, minis, aut ſuppliciis deterreri poſſent, à furentibus Sarracenis dilaniati, Martyrij çoronam ſunt adepti. In Luſitania, Beati [b] Petri Stellæ, Confeſſoris, vitę ſanctimonia, ac virtutum laude conſpicui. Bruliani, in Territorio Nucerino in Vmbria, Depoſitio Beati [c] Ioannis de Vallibus, Confeſſoris, zelo regularis Obſeruantiæ, & ſignorum gloria celeberrimi. Florentiæ, Beati [d] Gaſparis à Barga, Confeſſoris; qui rerum cœleſtium meditationi iugiter intentus, paupertate, pietate, ac miraculis extitit inſignis. Apud Laſram oppidum in caſtella, Beati [e] Alphonſi ab Amygdaleto, Confeſſoris; qui orationis prærogatiua maximè claruit. In Italia, propè Oppidum Roccam antiquam, Beati [f] Antonij à Puteoſidone, Confeſſoris; ſummæ ſinceritatis, profundiſſimæque humilitatis viri; qui licet nobilis, diuitiiſque abundaret, ſpretis tamen omnibus ſæculi oblectamentis, Chriſto delegit ſeruire, ſub paupere habitu Tertiarij, vſque in finem. Bellalcazari, in Territorio Cordubenſi, Beatæ [g] Mariæ à Conceptione, Virginis; dono orationis, & lachrymarum conſpicuæ.

APRLIS IV.

§. 1. B*Eatorum Nicolai, & ſociorum Martyr.* [a]] Cùm quidam nobilis Hungarus, Thomas nomine, inſtinctu Diaboli, fidem Chriſti abnegaſſet; accidit vt infra Hebdomadam ſanctam, Conuentum Fratrum Minorum Montis Syon, qui non procul à Hieroſolymitanis muris diſtat, inuiſerit, cum quo Beatus Nicolaus, tanto ſpiritus feruore diſſeruit; De gloria Paradiſi; De pœnis Inferni; De meritis Paſſionis Chriſti, Deque ſpurcitia legis Mahometicæ, &c. vt prioris vitæ deflens inſtitutum, ad Religionem Chriſtianam reuerſus ſit, & dolore ac contritione cordis tactus, decreuerit priores peccati maculas, inclyto Martyrio diluere. Itaque capto conſilio cum ipſo Beato Nicolao, Beato Franciſco, (Prouinciç Neapolit. ſiue Terræ Laboris, alumnis,) & Beato Petro Romano, Tertiario, Cayrum ſimul perrexere: vbi ſummo manè, in die ſancto Paſchæ magna animi conſtantia, corã Soldano aſtiterunt, quem ipſe vir illuſtris Beat. Thomas liberrimè obiurgauit, quòd eo inſtigante, fidei Chriſtianæ abrenuntiaſſet, quam modò totis affectibus, Palinodiam decantans, amplexabatur; ſuperſtitionem verò Mahumeticam omninò deteſtabatur. Quibus auditis ira excanduit Soldanus, & minis ac tormentis intentus, iubet eos in carcerem detrudi. Indè paulò poſt educti, cùm in confeſſione fidei Chriſtianæ perſiſterent: Saracenorum Maurorumque furori eos dimiſit; qui protinùs ab ipſis trucidati ſunt, & eorum corpora igni tradita, ann. 1358. Quo tempore clariſſima lux deſuper ita reſplenduit, vt aſtantes mirum in modum attonitos redderet. De eis agunt Firmamentum trium Ordinum tractatu primo in Memoriali Ordinis Minorum, ſub 22. Generali. Speculum Fratrum Minorum ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chronicorum Minorum, lib. 9. cap. 25. & 2. part. lib. 9. capite 18. & 19. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphicæ relig. in BB. viris tertij Ordinis, & part. 2. in Conuentu 11. Prouinc. Principatus. Toſſinianus, lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eis, & lib. 2. ſub 44. Capitulo Generali. Boſius, de ſignis Eccleſiæ tom. 1. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 14. Picquetus, in Catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minorum. Wadinghus tom. 4. Annalium Minorum, ad annum 1358. §. 4. ex Mariano lib. 4. cap. 13. Maurulus lib. 4. Hiſtor. ſacræ Relig. De Sillis, in cap. 1. Regul. tertij Ordinis. Algezira, in Arbore Epilogica, totius Ordinis Franciſcan. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali ſermone 27. part. 2. Salazar. libr. 2. Chronicorum Prouinciæ Caſtellæ cap. 9. & lib. 6. cap. 30. Marulus lib. 4. Sacrar. Religionum. De Torres in practic. exhortationibus ſuper Regulam Tertiar. fol. 28. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

B. Petri Stellæ, Confeſſoris; [b]] Tanta fuit vitę perfectione ac ſanctitate præditus, vt hora tranſitus, §. 2.
continuò ab Angelis in cœlum ſit euectus; cui obuiantes, Seraphicus Pater ſanctus Franciſcus, D. Antonius, aliique ex Ordine Minorum, Beati cælites, illum ad fœlicitatem æternam deduxerunt cum gaudio, & iubilo. Obiit, floruitque in Luſitania circa ann. 1280. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 34. ex Floſculis ac Conformitat. Ordinis. Vuadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 34.

Depoſitio B. Ioannis, [c]] Hic verè Philoteus, zelo ſtrictioris obſeruantiæ Regularis ductus licentiam §. 3.
petiit, obtinuitque à Reuerendiſſ. Gerardo Odone, Miniſtro Generali totius Ordinis Minor. ann. 1334. ſeſe cum quibuſdam aliis feruidis patribus, recipiendi in Eremitorium, vt liberius Deo valerent inſeruire. Multa eum aliquando detinuerunt impedimenta: ſed tandem is ſanctæ paupertatis egregius zelator, iſta omnia floccifaciens, poſt ſuperatas difficultates non paucas, ſua conſtanti perſeuerantia, à præfato

Digitized by Google

fato Miniſtro Generali locum Piſtiæ, ſiue Brulliani, In floriſdo colle, prope Camerinum, impetrauit. In quo cum B. F. Gentili à *Spoleto*, Prouinciæ S. Franciſci alumno ac profeſſione Laico, aliiſque nonnullis eiuſdem ſpiritus, ſe ſequentibus, ſub Generalis, atque Prouincialis Miniſtrorum cura, & obedientia, ſanctiſſimè, iuxta Regulæ exigentiam, atque genuinum ſenſum, quoad vixit perſeuerauit; & ſacræ admirabilique Obſeruãtinæ familiæ initium dedit. Illic vixit ac obiit ann. 1351. hac die, ſepultuſque eſt non abſque ſanctitatis opinione, quem Deus multis huc vſque illuſtrauit miraculis; prout atteſtantur Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minorib. ſanctitate illuſtribus in Prouincia S. Franciſc. codex. MS. Abbat. S. victo. Pariſ. ibid. Marc. Vlyſſipon. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 1. Gonzaga part. 1. ſup. vbi de exordio patrum Clarenorum atque Obſeruãtinor. Item in BB. viris huiuſce Ordinis Minor. & part. 2. Conuentu 27. Prouinciæ S. Franciſc. Toſſinianus ſup. Marianus lib. 4. cap. 10. Picquetus, & Wadinghus ſup. Tom. 2. ad ann. 1270. §. 27. & Tom. 3. ann. 1334. §. 24. & 1343. §. 10. Item Tom. 4. ad 1351. §. 40. Iacobillus de SS. Fulginatib. In vita eius Vghellus Tom. 1. Italiæ Sacræ in Epiſcop. 30. Fulginat.

§. 5. *B. Gaſpari à Burga, Confeſſoris,* [d]] Vir ſimplex erat paupertatis amantiſſimus, profeſſione Laicus: meditationi ac contemplationi maximè addictus erat. Obiit Florentiæ, ſepultuſque eſt (ſpectante ingenti populi concurſu, qui illuc ex deuotione confluxerat) in Conuentu S. Saluatoris, qui eſt 9. Prouinc. Tuſciæ. Ita teſtatum reliquit Gonzaga prima parte Orig. Seraph. relig. in eo Conuentu, aſſerens ibidem aſſeruari *Sanctiſſimæ paupertatis maximi cultoris F. Gaſparis de Bargga, Laici, corpus, qui toto vitæ ſuæ curriculo, omnipotenti Deo fideliſſimè ſeruiuit, ac ſacra Hieroſolymorum loca, mira cum deuotione luſtrauit: necnon & in ſuæ inculpatæ vitæ teſtimonium, puerum quemdam animam agentem integræ ſoſpitati, ex tempore reſtituit,* Marcus Vlyſſiponenſ. hæc eadem referens 3. part. ſup. lib. 7. cap. 44. addit miracula in vita ſua edidiſſe nonnulla Floruit ſub ann. 1500. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 28. Petrus Caluus, in Defenſorio ſacrar. Relig. lib. 2. fol. 904. Wadingh. tom. 5. ſup. ann. 1419. §. 12. & Tom. 6. ad ann. 1451. §. 45.

Beati, Alphonſi ab Amigdaleto, Confeſſ. [e]] Obiit hic apud Conuentum S. Onuphrij de Laſtra, qui eſt §. 5.
7. Prouinc. S. Gabrielis, ann. 1560. cunctis illis Patribus Diſcalceatis magnum ſuæ ſanctitatis relinquẽs odorem; erat profeſſione Laicus, atque orationis prærogatiua maximè præditus. De ipſo meminerunt Gonzaga part. 4. Cronic. Minor. lib. 4. cap. 17. Wadingh. ſup. ann. 1447. §. 73.

B. Antonij à Puteo-Fidone, Confeſſor. [f] Magna veneratione colitur, apud Conuentum ſancti Franciſci, §. 6.
propè Oppidum Roccam Antimi (vulgò dicitur Rocca antiqua) vbi & ſacrum eius corpus quieſcit. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 57. Scribit eum fuiſſe Laicum Fratrem Profeſſione, at Gonzaga part. 1. ſup. in hoc Conuentu Reformator. (qui eſt 38. Prouinc. Romanæ,) Tertiarium ſolummodò ipſum extitiſſe dicit. Nam vbi de Beato Martino Guſmanio egit, ſic ad noſtrum accedit propoſitum. *Iacet quoque eadem in Eccleſia, ſummæ ſinceritatis, profundiſſimæque humilitatis, nec minoris apud Inquilinos à præcedenti æſtimationis, Frater Antonius de Puteo Fidone, Tertiarius, qui licet nobilis, diueſque ſupra modum eſſet, ſpretis tamen omnibus huius ſeculi vanitatibus & illecebris, maluit pauperculis Fratribus adiungi, illiſque deſeruire; ac ſub Chriſto paupere, pauperem, Minoriticamque, ſub vili habitu vitam, quietamque ducere; quam ſub locuplete mundo, mollibus, pretioſiſque veſtimentis indutus, ſuæ ſalutis diſcrimem ſubire.* Claruit ann. 1540. Wadinghus, Tom. 6 ann. 1454. §. 65.

B. Mariæ Virginis, [g]] Ingenti pœnitentia & con- §. 7.
templatione claruit, donum habuit copioſiſſimarum lachrymarum; raptuſque admirandos patiebatur, in quibus nonnumquam ſubleuata cernebatur à terra. Vixit circa ann. 1575. in Monaſterio Bellalcazarenſi, quod eſt 1. Prouinc. Angelor. Teſte Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 77. ex MS. Monimentis illius Prouinc.

NONIS APRILIS.

APud Montes Caſpios in Ormeria, Paſſio Beatorum [a] Conradi de Saxonia, & Stephani ab Vngaria, Martyrũ: qui ob liberam fidei Catholicę prædicationẽ ab hæreticis ſunt trucidati. In Ciuitatenſi Hiſpaniæ vrbe, Beati [b] Chriſtophori Catanei, Confeſſoris, humilitate, paupertate, atque vitæ auſteritate conſpicui. Mohaci in Sicilia, Beati [c] Antonij à Giarratana, Confeſſoris: ſummis virtutibus, & variis miraculis illuſtrati, cuius potentia aduerſus Dæmones maximè enituit. Villæ, nouæ Infantium, in Hiſpania, Beatę [d] Eliſabethæ de Rota, Tertiariæ; quæ pietate, contemplatione & patientia admodum illuxit. Mediolani Beatę [e] Marię Magdalenæ, Virginis.

APRILIS V.

§. 1. BB. *Conradi de Saxonia, & Stephani, Martyr.* [a]] Illuſtre horum Martyrium accidit propè Montes Caſpios in *Vsuaria* ſeu *Ormeria*, vel *Ormetia*, ann. Chriſti 1288. iuxta Firmamentum trium Ordin. tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub 13. Generali Miniſtro, & Speculum Fratrum Minor. ibid. S. Anton. 3. part. Hiſt. titul. 24. cap. 9. §. 30. Ann. verò 1289. ſecundum Marcum Vlyſſip. 2. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 16. Boſium Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſecul. 14. Magnæ itaque perfectionis religioſi erant, & ardentiſſimo fidei Catholicæ zelo imbuti, quare aduerſus ſchiſmaticos, & alios Græcorum erroribus inſimulatos, iugiter diſputabant, propterea ab ipſis etiam hæreticis ſunt comminati, ab incœptis deſiſtere, (non enim ſapientia Dei, qui in ipſis loquebatur, haud poterant contraire) alioqui

malè tractarentur. Verum, minacia horum verba parui pendentes, eò quòd eſſent ſanguinem ſuum (ſi opus afforet) pro Chriſto libenter profundere parati, minimè intermiſerunt fidem prædicare, eamque magna animi conſtantia ſuſtinere in diſputationibus contra huiuſmodi hæreticos. Igitur, timentes hi ſceleſti viri, plures conuerti ad fidem Catholicam, nec poſſe veritati reſiſtere, decreuerunt præfatos Fratres interficere. Manè facto, cum egreſſi eſſent, & ingenti ſpiritus feruore ad locum ſolitum properarent, vt concionarentur ac diſputarent coram maximo populi concurſu; ab hæreticis in via inſidiantibus intercepti ſunt, ac crudeliter iugulati, qui mortem læto animo ſuſcipientes, & ſanctiſſimum nomen Ieſu confitentes, victores in cœlum abierunt. De eis ſcribit Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Prouinc. Saxoniæ ſanctæ Crucis. Toſſinianus lib. 1. hiſt. Seraph. Picquetus in Catalogo viror. illuſtr. Ordin. Minorum Vvadingh. Tom. 2. Annal. Min. ann 1284. §. 2. & Tom. 3. ad ann. 1314. §. 14. Salazar. lib. 2. Chron. Prouinc. Caſtellæ, cap. 9. & 12. Algezira in Arbore Epilogic. totius Ordin. Franciſc.

§. 2. *B. Chriſtophori Catanei, Conf.* [b]] Huius meminit Marcus Vlyſſip part 3. ſup. lib. 9. cap. 49. ſub ann. 1530. Mediolaneſis erat natione, ex Italia oriundus, vitæ auſteritate inſignis, diſcalceatus ſemper incedens; vili, dilaceroque habitu indutus, Seraph. P. S. Franciſcum ad amuſſim imitatus eſt in humilitate & paupertate, ſeptemque quadrageſimas in anno ieiunabat: Laminam quoque ferream ad carnem pro Cilicio, vſque ad mortem detulit. Obiit feria 6. hebdomadæ ſanctæ. Quo tempore, ingens factus eſt populorum concurſus, & ob eam erga ipſum B. Patrem gerebant deuotionem, particulam habitus pro reliquiis ſacris vnuſquiſque ſibi aſſumpſit. Sepulturam nactus eſt in Conuentu Ciuitatenſi, qui eſt 1. Prouinc. S. Michaelis. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 51.

B. Antonij à Giarratana, Confeſſ. [c]] Vitæ auſteritate claruit, & mortificationum ſenſuum, ſiue interiorum, ſiue exteriorum amantiſſimus, vigiliis ieiuniiſque addictus erat, paupertatem, & orationem ſummè excolebat. Cuius denique vita omninò fuit admirabilis, atque malignis ſpiritibus (cum quibus perpetuò confligebat) adeò formidabilis, vt tanti viri præſentiam minimè ſuſtinentes, ſæpè ſæpiùs ad primum huius loci conſpectum ex poſſeſſorum corporibus emigrarint. Florebat anno 1540. Mortuus eſt autem Mohaci (quod eſt Siciliæ Oppidum, vulgò *Modica*, nuncupatum) in Conuentu S. Mariæ de Ieſu, ibique honorificè tumulatus eſt, ac miraculis quàmplurimis refulget. Agunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 27. Prouinc. Siciliæ. Barezzus part. 4. Chronic. Minorum lib. 3. cap. 21. §. 3.

B. Eliſabethæ, [d]] Diſcipula extitit B. P. Didaci Ximenij, & ob præclaras eius virtutes Monaſterio corporis Chriſti Villæ-nouæ infantium, per annos 30. præfuit, vbi animum reddidit feria 5. in cœna Domini. Vide Blaſium Languinam, in ſuo Memoriali, & Marianum lib. 6. Chron. illuſtrior. obſeruant. Reformat. cap. 31. §. 4.

B. Mariæ Magdalenæ, Virg. [e]] Patria Mediolanenſis, ſic orationi erat diligenter intenta, vt nonnunquam videre meruerit cœlos apertos, teſte Vvadingho, Tom. 6. ſup. ad ann. 1471. §. 40. poſt MSS. monumenta Prouinciæ Mediolanenſ. & Monaſterij S. Apollinaris, vbi iacet ſepulta.

OCTAVO IDVS APRILIS.

LOVANII in Brabantia, Beati [a] Ioannis ab Amſterodamo, Diaconi, Martyris; qui ab impiiſſimis hæreticis tentus, & gladiis eorum confoſſus, victor ad cœlos euolauit. In monte Caſſino, Beati [b] Humilis Offidani, Confeſſoris. Apud montem Leoninum in Vmbria, Beati [c] Ambroſij à Miliano, Confeſſoris; vita & miraculis inſignis. In Mexico, Beati [d] Alphonſi ab Herrera Confeſſoris; qui ſcientia, prudentia, pietate ac religione præclarus, ſuis feruentiſſimis concionibus multùm inſudauit in conuerſione Indorum Occidentalium, & ſenio confectus fœliciter obdormiuit in Domino. Conſuegræ in Hiſpania, Beati [e] Franciſci à ſancto Ioſepho, Confeſſoris. In Caſtella, Beati [f] Ioannis ab Occania, Confeſſoris; pietate & religione illuſtris. Signiæ propè Florentiam, Beatæ [g] Ioannæ Signienſis, Tertiariæ; Religioſiſſimæ Fœminæ Miraculis glorioſæ.

APRILIS VI.

§. 1. BEati Ioannis ad Amſterodamo, Martyr. [a]] Diaconus erat, 23. annorum, qui dùm ad ſuum Dieſtemenſe Collegium reuertitur, in itinere à Gueuziis inuaditur. Recitabat tunc cum ſocio Diuinum Officium, quando hi ſceleſti parricidæ, è latebris viciniotis ſyluæ erumpentes, illum apprehenderunt, ac ligatum ad interiora ſylueſtria rapuerunt: tunc ille, flexis genibus, cœpit omnipotentis Dei implorare fauorem, pro inimicis etiam miſericordiam obnixè depoſcendo, his verbis *Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt.* At indè illi ferociores, crudelioreſque effecti, ex omni parte gladiis ſuis vulnerauerunt, ita vt 21. vulneribus mortalibus ab ipſis confoſſus ſit, anno 1579. cuius ſacrum corpus poſtea repertum eſt à Catholicis, ſanguine adhuc conſperſum, indéque tranſlatum Louanium, apud conuentum Fratrum Minorum honorificè tumulatum fuit: cum huiuſmodi Epitaphio, quod nunc vſque cernitur, his verbis conceptum.

Anno M. D. LXXIX.
Sexta Aprilis
F. Ioan. Amſterodamenſis
Poſtridie quàm gratiam Spir. S.
In Diaconatu accepiſſet,
Multis lethalibus vulneribus
In via Dieſtemium verſus
Ab hæreticis
Relig. cauſa peremptus eſt.

§. 2. Ex quo perſpicitur haud veritati conſonum eſſe, præfatum Beatum Ioannem Martyrio occubuiſſe, die 5. Aprilis, in qua tunc occurrebat feria 2. poſt Dominicam Paſſionis, vt dicit Gonzaga tertia parte, Orig. Seraphic. relig. in Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinc. Germaniæ inferioris. De eo item agit, part. 1. ibidem, in Martyribus Ordinis Minorum, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, apud Belgas. Fauſtinus Taſſo, in Hiſtor. ſui temporis. Thomas Bouchierus, in Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Obſeruantin. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 31. Daça, ibid. lib. 3. cap. 72. Fernandus, lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 40. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Ardinghellus, in Appendice Cõgeminatæ *vocis Turturis*, Oſtenſione 4. Henricus Sedulius, in Hiſtor. Seraphica, ſub finem: vbi de Corrolariis Reliquorum F F. Minorum, in inferiori Germania à Gueuziis interfectorum. Corolario 4. Hilarion à Coſta, libro 2. Hiſtor. Catholic. pag. 366. Picquetus, in catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minorum. Boſius Tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 22. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. Raiſſa, in Auctario ad natales, S S. Belgij hac die. Bœnerus, In Hiſtor. Delineation. Martyr. Franciſcan. Prouin. German. Inferior.

§. 3. *B. Humilis, Confeſſor.* [b]] Geſta eius præclara refert. copioſè Bouerius Tom. 1. Annalium Capucinorum, 1541. § 22. &c. quo obiit, ex Petracio. Magnus quippe in eo virtutum ſplendor eluxit, maximè autem cultor fuit profundæ humilitatis, orationiſque & contemplationis, præſertim Dominicæ Paſſionis amantiſſimus. Cùm itaque totus Dei charitate flagraret, tam feruenter Dei verbum diſſeminabat, vt & audientium animos ardentius ad virtutem accéderet, & ſumma ſæpè odia ac inimicitias extingueret.

§. 4. *B. Ambroſii à Miliano, Confeſſ.* [c] [Beatus hic Pater, dum quinto à Caſcia milliari, apud Montem-Leoninum Oppidum, ſacras conciones ad populum per quadrageſimam haberet, ſarcina cárnis ſolutus, migrauit ad aſtra, ann. 1525. & in Franciſcanorum Conuentualium eiuſdem Oppidi cœnobio ſepultus, miraculis coruſcat. Huius tuniculam diligentiſſimè cuſtodiunt Fratres Obſeruantini Conuentus S. Mariæ de Gratiis, apud Caſciam, cuius fuerat alumnus. Memoratur à Gonzaga ſecunda parte, ſupra in eo Conuentu Caſcienſi, qui eſt 26. Prouinc. ſancti Franciſci. Barezzo ſupra lib. 3. cap. 23 ad ann. 1542. Toſſiniano lib. 2. in Prouinc. S. Franciſci. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 34. 35. & 36. Petro Caluo, in Defenſorio ſacrar. Religion. cap. 35.

B. Alphonſi ab Herrera, Confeſſ. [d]] Adoleſcens Salmanticæ ciuili iuri ſtuduit: cùmque in eo valdè profeciſſet, ſuſcepto Minorum habitu in Prouincia ſancti Gabrielis, à qua in eam, quæ eſt ſancti Euangelij, ſe contulit. In initiis quidem valdè commotus eſt, vt in Hiſpaniam reuerteretur; idque ipſum ſuadere reliquis conabatur, non eſſe eius ingenij indigenas aſſeuerans, ex quibus poſſet fructus aliquis colligi. Sed cùm aliquando in cellula clauſus maximè iſtiuſmodi perturbatione conflictaretur: nouo quodam, & inſueto ſpiritu excitatus, indè ſe proripuit, & ad Superiorem accedens, ab eo poſtulauit, ſe vt prædicatum Indis mitteret: id enim & Diuino cultui, Dei, & propriæ ſaluti conuenire aſſerens. Facultatem aſſequutus, ſtatimque profectus, non ea amplius perturbatione afflictus eſt: multumque & diligenter in eo munere deſudauit, cùm indigenas non ſolum doceret, ſed vt parens & patronus defenderet. Vir erat religionis, & ſuæ Regulę amantiſſimus; quique cùm operam ſuam tam Indis, quàm Hiſpanis, gnauiter impenderet, ſincerè ab vtriſque diligeretur. Ob prudentiam autem & doctrinam, non apud illos omnes ſolùm, ſed in congregationibus, quæ religioſorum tunc omnium, & nouæ Hiſpaniæ Epiſcoporum, fieri ſolebant; magni ſemper eius ſententia momenti habebatur. Sancti Euangelij Prouinciæ multorum Conuentuum Guardianus extitit, Commiſſariuſque eiuſdem annis circiter duobus, B. Patre Martino de *Valentia* tunc Cuſtode exiſtente, Sancta planè ſenectute confectus obiit, & apud Conuentum Mexicanum eſt ſepultus. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in eodem Conuentu Mexici, qui eſt 1. Prouinc. S. Euangelij. Barezzus item ſup. lib. 4 cap. 35. ad ann. Chriſti 1565. Rapinæus, in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 371. Marianus lib. 1. cap. 4. & lib. 2. cap. 7. Daça, ſup. lib. 1. cap. 42. §. 5.

B. Franciſci à ſancto Ioſepho, Confeſſ. [e]] Floruit ann. 1577. quo tempore Guardianus erat Conuentus ſancti Petri Conſuegræ, qui eſt 24. Prouinc. ſancti Ioſephi; vbi non abſque ſanctitatis opinione animam efflauit. Scribunt de eo Gonzaga, ibid. part. 3. ſup. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 26. §. 6.

B. Ioannis, Confeſſ. [f]] Pientiſſimus erat, tantoque ſpiritus feruore Miſſę ſacrificium peragebat, vt totus abſorptus eſſet in Deum Chriſtum, qui & illi nonnumquam voce intelligibili loquebatur ex ſacra Hoſtia. Ex Monimentis MS. Prouinciæ Caſtellæ. Daça, ſup. lib. 3. cap. 76. ad ann. 1575. §. 7.

B. Ioanna, Tertiar. [g]] Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi part. 2. ſup. lib. 9. cap. 23. §. 1. ſub ann. 1359. vbi ait ipſam floruiſſe tunc temporis, magna vitæ ſanctitate, propè Florentiam in Hethruria: de qua agitur ſolemnitas die prima poſt octauam Reſurrectionis Domini. Vvadinghus verò, Tom. 4. ſup. ad an. 1360. §. 3. vult. eius feſtum coli, feria 2. Reſurrectionis Dominicæ. De Sillis in cap. 1. Regul. tertiar. Salazar, ſup. lib. 6. cap. 17. verum, vt præfata difficultas concilietur, dicendum venit: ſolemnitatem natalis eius agi feria 2. Reſurrectionis Dominicæ; Officium vero celebrari de ea, feria 2. poſt Dominicam in Albis. Thielmans, Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 8.

Digitized by Google

SEPTIMO IDVS APRILIS.

PINCIIS in Caſtella, Beati [a] Petri à Sanctoio, Confeſſoris, euangelicę paupertatis zelantiſſimi, fundatoris Regularis Obſeruantiæ in Hiſpania, ac primi Cuſtodis Cuſtodiæ, nunc Prouinciæ Conceptionis immaculatæ Virginis Mariç; qui vitæ auſteritate, abſtinentia, oratione, meritiſque ac miraculis illuſtris, poſt plurimos exantlatos labores animam cœlo reddidit. Apud Cadafalſum Hiſpanię Oppidum, Beati [b] Franciſci à Magdalena, Confeſſoris; eximiæ ſimplicitatis atque humilitatis viri. Compluti, Beati [c] Sebaſtiani à ſancta Maria, Confeſſoris; prophetiæ dono, & miraculorum gloria celebris. Hiſpali, in Hiſpania, Beatæ [d] Eluiræ à Villa ſicca, Viduæ; quæ Cordubæ & Hiſpali, Abbatiſſæ functa munere, incredibili humilitate, pœnitentia, vitæque ſanctitate floruit.

APRILIS VII.

§. 1. BEati Petri à Sanctoio, Confeſſ. [a]] Hic cùm eſſet ſæcularis ſacerdos, eo ipſo die, quo ſacerdotij primitias Altiſſimo offerre decreuerat, inſalutato, (vt aiũt) hoſpite, id eſt parentibus & amicis, qui ad ſolẽnia conuenerant, nullo pacto præmonitis, ad Minoriticum Caſtri-Cęſaris Monaſterium, quod Patribus Conuentualibus parebat, conuolauit; religioſoque habitu mox ibi indutus, ad nouum Aquilariæ Domicilium, Obſeruantibus illic Fratribus aſſociandus, atque à Beato Petro Villacretio eius Præſide, optimis moribus imbuendus, ſe tranſtulit. Vndè poſt ſolemne votum emiſſum, ex Superiorum facultate, Hieroſolymam ac ſanctiſſima loca viſitaturus ſe contulit. Ex qua Italiam reuerſus, plurima ibidem à ſancto Bernardino Senenſi, Regularis Obſeruantiæ ſtatum atque candorem concernentia didicit. Quibus denique apprimè imbutus, in propriam Caſtellæ Prouinciam remeauit. Ibidemque non pauca loca ſub Regularis Obſeruantiæ legibus conſtruxit redegitque, de quorum numero fuit Valiſoletanus, Salicetanus, &c. Conuentus; ac tandem poſtquam eius Cuſtodiæ, quæ tunc extra montes appellabatur, nunc autem Conceptionis Prouincia dicitur, primum Cuſtodem ſanctiſſimè egiſſet, atque introductam à ſanctiſſimis patribus, Petro *Villacretio*, ac Petro *Pinciano*, ſiue de *Regalada*, feliciter in Hiſpaniam Regularem Obſeruantiam fœlicius auxiſſet, anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, cum maximo ſanctitatis odore, Valiſoleti in Domino obdormiuit, atque in Minoritico Conuentu honorificè ſepultus eſt. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſi tertia part. Chron. Minor. libro primo, cap. decimo, & libro ſecundo, capite vigeſimo ſeptimo. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de ortu Regularis Obſeruantiæ apud Hiſpanos, item in BB. viris huiuſce Ord. & part. 3. in Prouin. Cõceptionis. Item in Conuentib. 1. 17. 18. 20. 26. eiuſd. Prouinc. Pinciis igitur, ſeu Valliſoleti humatus eſt, at ſacrum eius corpus ex ſepulchro, in quo per 21. ann. tumulatum fuerat, ad id, quò modo ſub ſummo altari honorificentiſſimè obtinet, anno Domini 1452. tranſlatum extitit. Toſſinianus lib. 2. Hiſt. Seraph. Wadinghus Tom. 1. ſup. ad ann. 1248. §. 24. Item Tom. 5. ann. 1404. §. 14. ann. 1430. §. 44. & 1431. §. 8. quo obiit ex Daça. Item ann. 1447. §. 20 & ann. 1409. §. 22 1419. §. 14. Picquetus, in Catalog. viror. illuſtr. Ord. Franciſcan. Ioannes à ſancta Maria 1. part. Chron. Prouinc. ſancti Ioſeph. lib 1. cap. 4. Salazar. lib. 1. Chro. Prouinc. Caſtellæ. cap. 6. & 34. & lib. 3. cap. 12.

§. 2. B. *Franciſci à Magdalena, Confeſſ.* [b] De eo agit Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Dominæ noſtræ de Angelis Cadafalſi, qui eſt 7. Prouinc. ſancti Ioſephi, his verbis. *Hunc ſequutus eſt eximia ſimplicitatis Religioſus atque ſua ſeruanda Regula zelantiſſimus, atque F. Franciſcus à Magdalena; cuius tanta fuit humilitas, tantaque ſui ipſius cognitio, vt licet competenter litteratus eſſet, tonſuramque de Sacerdotali more, nouitiatus tempore, inuitè tamen admiſerit, nullo pacto ſub ea profiteri voluit, ſed in laicorum Fratrum conſortium, tranſire maluit; aiens ſe quidem ad tantum munus obeundum indignum omninò, immo potiùs aptiorem ad vtenſilia abluenda, cæteraque humilitatis officia exercenda. Obiit venerandus hic F. anno Dominica Incarnationis* 1567. *eius corpus* 13. *anno à die trãſitus, cùm ſibi aliud cuiuſpiam defuncti Fratris adiungendum foret; imputre penitus, incorruptum, atque integrum inuentum eſt, licet Sarcophagum maderet aqua, facilemque corruptionis materiam miniſtraret.* Eadem refert Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 9. Rapinæus, in Hiſt. General Orig. Recollect. Dec. 8. par. 1. §. 11. Ioannes à S. Maria ſup. c. 42.

B. Sebaſtiani, Confeſſ. [c]] Laicorum Fratrum ſuſcepit habitum in Conuentu S. Michaelis de *Plico*, qui
§. 3. eſt 22. Prouin. S Ioſephi; vbi perfectionis tyrocinium exercuit. Nam ab initio, Gulæ vitium ciborum parſimonia compeſcuit; & rigore diſciplinæ carnem ſpiritui inſultantem depreſſit; aſperrimo cilicio corpus induens, & diſciplinis illud caſtigans, Nouitiis, ægris afflictis, & tribulatis maximè compatiebatur; tantoque charitatis affectu infirmis inſeruiebat, ac ſi Deum corporaliter inſpexiſſet; nec propterea orationem prætermittebat, imò verò ſic eam feruido complectebatur amore; vt dùmſemel ſtaret coram altari ſanctiſſimæ Deiparæ, viſus ſit in vlnis puerum Ieſum ab ipſa D. Virgine acceptum baiulare, & deoſculari. Sæpiùs pernoctabat in oratione. Humillimus erat, & eximia patientia plenus, mitis, omnibuſque affabilis. Paupertate etiam nimia exornabatur, ſiue in veſtitu, vnico habitu, ac penè obſoleto, contentus, ſiue in victu nuſquam carnes vel piſces comedens, ſed herbis & aqua vtens ad refectionem. Deuotiſſimus erat erga ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum: Miſſiſque tanto pietatis affectu inſeruiebat, vt haud modicum doleret, ſi ab eo miniſterio, vel tantillum, amotus fuiſſet. Porro facta eius eximia, atque miranda eius opera; quę viuus ac mortuus geſſit, copioſè enarrantur à

Digitized by Google

à Ioanne de ſancta Maria, part. 2. Chronic. Prouinciæ S. Ioſephi lib. 4. cap. 5. Grauina, in *Voce Turturis* part. 2. cap. 24. Florebat ann. 1580. Cùm autem fama ſanctitatis eius ac miraculorum increſceret, ſacrum ipſius corpus, anno 20. à die ſepulturæ elapſo, eleuatum eſt à terra & in ſacriſtia reuerenter reconditum cum authoritate D. Nuntij Apoſtolici, & illuſtriſſ. Cardinalis Toletani, præſentibus R. P. Miniſtro Prouinciali, cum cæteris Fratribus Conuentus S. Angeli Cuſtodiæ Complutenſis; vbi deceſſerat, qui eſt 21. præfatæ Prouinciæ, adſtantibus D. Vicario Generali, cum nobilibus equitibus, & aliis viris præclaris eiuſdem vrbis, à quibus omnibus vt ſanctus veneratus eſt & acclamatus. Paulò poſt, rurſus Tranſlatio eiuſdem corporis facta eſt 21. Ianuarij, ann. 1618. atque depoſitum intra Eccleſiam, in Capella maioris Conuentus, in capſa elegantiſſima, de authoritate præfati eminentiſſimi Cardinalis D. Bernardi de Rojas à Sandoual, præſente Vicario ſuo Generali Complutenſi.

B. Eluira à Villa-ſicca, Vidua, [d]] Hæc ex cùm morte proprij viri Cordubæ derelicta eſſet vidua, propriam §. 4.
ſuæ habitationis domum in ſanctimonialium Conuentum, ſub titulo S. Eliſabeth de Angelis, ibidem erexit; eiuſque primam, atque omninò ſtrenuam Abbatiſſam egit, vnde poſtea cum aliis 12. ſororibus ad Monaſterium S. Mariæ de Ieſu Hiſpalis, ann. 1520. tranſlata, eodem munere ſub rigidiſſima pœnitentia, atque incredibili humilitate, plurimis annis functa eſt. Religioſiſſima erat & vitæ ſanctitate admiranda. Illius meminit Barezzus ſup. libro 1. cap. 35. poſt Gonzagam part. 3. ſup. in præfato Monaſterio Hiſpalenſ. quod eſt 3. Prouinc. Bæticæ. Valerianus lib. 4. de BB. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 7.

SEXTO IDVS APRILIS.

VIENNÆ, in Gallia, Beati [a] Guilelmi, Confeſſoris, ſeraphici P. S. Franciſci diſcipuli; prophetiæ dono celebris. Auinione, Beati [b] Ludouici Columbi, Confeſſoris, concionatoris diſertiſſimi, & hæreſum inſectatoris acerrimi; qui fide, pietate, conſtantia & patientia clarus, bis Prouincialatus exercuit munus, & ſancto fine quieuit. Apud Vallem viridem, Hiſpaniæ vlterioris Oppidum, Beati [c] Ioannis à Capraria Confeſſoris, generis nobilitate illuſtris, ſed humilitate, charitate, orationeque clarioris, qui & gratia ſanitatum enituit, & in effugandis ſpiritibus immundis plurimùm valuit. Apud Cantonam Chinæ Prouinciam, Beati [d] Antonij à ſancto Gregorio, Confeſſoris, qui poſt plurimarum inſignia virtutum, poſt multos exantlatos labores in propaganda fide apud inſulas Philippinas, Regnumque Chinarum, fœlix ad præmia cœleſtia euolauit. Compluti in Caſtella, Beati [e] Iuliani à ſancto Auguſtino, Confeſſoris: qui nobili exortus proſapia, Chriſtum pauperem in paupertate, caſtitate, & pœnitentia ſequutus eſt, à quo viuus & mortuus creberrimis miraculis cohoneſtari meruit. Gienni in Hiſpania, Beatarum [f] Mariæ à ſancto Franciſco, & Franciſcæ, à ſancto Antonio, Virginum.

APRILIS VIII.

§. 1. B*Eati Guilelmi, Confeſſ.* [a]] Vnus fuit ex illis, qui ſeraphicum P. S. Franciſcum totius inſtituti Fundatorem viderunt; ita autem ſpiritu prophetico clarebat, vt ſtatim futura prædiceret. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Burgundiæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chron. Minor. lib 9. cap. 31. §. 2. Gonzaga, part. 1. Orig. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 3. in Conuentu Minorit. Viennenſi, qui eſt 38. eiuſmodi Prouinc. Burgund. ſiue S. Bonauenturæ. Picquetus, & Foderetus ibid. in deſcriptione iſtius Prouinc. Wadinghus Tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1287. §. 15. ex Mariano.

§. 2. *B. Ludouici Columbi, Confeſſ.* [b]] Hic, haud ſatis laudandus eſt, propter fidem, conſtantiam, & patientiam in aduerſis; vehemens hæreſum inſectator. Perindè, nulla fuit ciuitas, nulluſque Senatus in Narbonenſi Gallia, qui non auidè eum in Concionatorem habere vellet; quorum votis annuendum tanquam verus Miniſter Chriſti, in domo Domini, maximè curauit. Prouincialis bis electus eſt à Patribus Prouinc. S. Ludouici. Crebrò dicere ſolebat, ſe moriturum fore inter prædicandum, quod & rei euentus comprobauit. Functo ſiquidem Concionatoris officio per ſpatium 52. annorum, dùm tandem in Oppido Rupe-Mauræ propè Auenionem prædicaturus, Virginem de Religioſo more ſalutaret, repentè catharro correptus, in ſenectute bona, plenuſque dierum, ac bonorum operum, moritur. Cuius corpus poſtea in Conuentum S. S. Crucis Auenionis, (qui eſt 3. Prouinc. S. Ludouici) eſt allatum, atque ibidem ſepultum. De eo agunt Gonzaga part. 3. ſup. in præfato Conuentu. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 9. ſub ann. 1567. Wadinghus Tom. 6. ad ann. 1468. §. 22.

B. Ionnis à Capraria, Confeſſ. [c]] Vitam eius com- §. 3.
pendioſè, ſed graphicè deſcribit Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Matris Dei, Vallis viridis, qui eſt 17. Prouinc. S. Gabrielis. *Sepultus eſt in huius loci Eccleſia* (inquit) *profundiſſimæ humilitatis F. Ioannes à Capraria, laicus profeſſus, Norbæ Cæſareæ claris ortus natalibus; qui cùm adhuc iuuenis inclyto Oſſonienſium Comiti, ex paterna voluntate obſequeretur, Diuina intrinſecùs operatione tactus, Minoriticum Fratrum*

Digitized by Google

Laicorum habitum à Patre Minoritici Conuentus Beluiſiani Guardiano inſtantiſſimè pctiit. A quo tamen, quòd ſibi ad tot ſubeundos labores ineptus omninò, atque nimis delicatus videretur, repulſam paſſus, mutata chlamyde, ſuaque nobilitatis oblitus, vt laboribus aſſuefieret, ruſtico cuidam ad tempus adhaſit, inſeruiuitque; imò & tantòperè apud eum profecit, vt ad eos natus facillimè apparuerit. Regreſſus itaque indè, in præfatum Beluiſianum Conuentum, ab eius Guardiano libentiſſimè adprobationis Fratrum laicorum habitum; atque demum ad profeſſionem admiſſus extitit. Fuit ſanè hic vir eximia charitate præditus; nihilque gratiùs, quàm circa proximorum, præſertim verò pauperum (quibus quicquid ad manus habere poterat, ex animo pro Chriſti amore, eiuſque amariſſima paſſione porrigebat) neceſſitates occupari eidē accidere poterat. In oratione præterea feruentiſſimus extitit, ita vt integras noctes integris quoque diebus ei intentus iunxerit. Quantum verò dulcedinis, quantumque ſpiritualis oblectamenti inter orandum receperit, non facilè explicari poteſt. Inſuper Dæmonibus, cum quibus ſibi diutinus fuit conflictus, formidabilis extitit, eorumque plures ex poſſeſſorum corporibus ſigno crucis longè abegit. Nec ſanitatum gratia tanto viro defuit: Nam ſereniſſimam, pariterque pientiſſimam Portugalliæ Principem, Ioannam Auſtriacam, Philippi II. Hiſpaniæ Regis vterinam ſororem, grauiſſimè laborantem, integræ ſanitati reſtituit. Idipſum quoque nobiliſſimæ Ferianorum Duciſſæ; atque quamplurimis aliis præſtitit. Hic tandem B. Frater, cùm ab omnibus, ob eximias eius virtutes, vt ſanctus, adhuc mortali trabea indutus coleretur; meritis omninò opimus, anno ſuæ ætatis 60. à redemptione verò mundi 1575. hoc in Conuentu, prout ipſe ex reuelatione Diuina multò antè prædixerat, diem clauſit extremum. Cuius corpus, cùm fortè tumulus poſt elapſum quinquennium aperiretur, incorruptum atque integrum omninò (incorruptæ, quam tranſegit, vitæ, atque eximiæ tanti viri ſanctitatis teſtimonium) apparuit. Eadem teſtantur Barezz. ſup. lib. 7. cap. 15. Rapinæus, in Hiſt. General. Orig. Recollector. Decad. 4. part. 2. §. 9. & Decad. 8. part. 1. §. 8. ſed his copioſius Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 73. & 74.

§. 4. *B. Antonij, Confeſſ.* [d]] Quis, vel qualis fuerit iſte Chriſti ſeruus, accipe ex verbis Gonzagæ, part. 4. ſup. in Prouinc. S. Gregorij Philippinarum & Chinæ. *Fuit Hiſpanus quidem ſæcularis in regno Peruano, diues ſatis, atque Deo, & ſeraphico P. Franciſco deuotus, ſed illitteratus & omninò idiota; qui vniuerſa re familiari, atque ſubſtantia pauperibus, Euangelicum iuxta conſilium, diſtributis, Minoriticum Fratrum laicorum habitum Limæ, in Conuentu Conceptionis Deiparæ Virginis, Prouinciæ 12. Apoſtolorum induit. Vbi, inſtructorem atque morum magiſtrum, quendam Fratrem Laicum, eiuſdem Conuentus Hortulanum, nactus, tantoperè in humilitate, oratione, paupertate, abſtinentia, charitate, atque cæteris virtutibus, profecit; vt in inſignem virum, atque eximium Religioſum euaſerit. Hic igitur tantus vir, cùm ex plurium relatu, inſulas quaſdam longiùs indè diſtantes, & ab Infidelibus inhabitatas, quæ Salomonis dicebantur, ab Hiſpaniæ Regis Philippi II. militibus nouiſſimè inuentas accepiſſet; flagranti quodam ſaluandarum animarum zelo ductus, cum chariſſimo ſibi magiſtro, quo pacto, quovè modo, miſeris illis infidelibus adiumento eſſe poſſet, ſeriùs agere cœpit, &c.* ſed, quod id in dubium poſtea reuocatum eſſet, conſultiſſimè ſententiam mutauit, & ad inſulas Philippinas deflexit. Quanta autem paſſus ſit, & ſe cuiuis labori, ac quibuſuis difficultatibus, imò & ipſimet morti, dummodo propoſitum aſſequeretur, conſtanti animo deuouerit, longum nobis hîc foret depromendum. Obtinuit tandem à Sede Apoſtolica erectionem Cuſtodiæ S. Gregorij, & quòd B. Petrus ab *Alpharo*, illic primus cuſtos mitteretur, ann. 1575. de quo ſup. ad 2. April §. 7. Ipſe verò B. Antonius eum ſecutus eſt, ann. 1580. qui poſt modum cognito ipſius B. Petri, & ſociorum eius ad Chinas iam ab ann. 1579. receſſu, ſummoperè doluit, nec tantillum quieuit, quovſque illis adiunctus eſt; ac demùm, in nouam Hiſpaniam, grauiora quædam peracturus negotia, ab eis reuerſus, ſequenti anno, nempe 1581. ibidem animam cœlo reddidit. Hæc ex Gonzaga ſup. & Ioanne à Sancta Maria, 1. part. Chron. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 19.

Id pium opus proſequuti ſunt alij Fratres Minores, §. 5.
ſiquidem Martinus *Ignatius*, an. 1584. Chinam adiit, Cochinum; Iapponiam, cæteraque fermè omnia Orientalia Regna perluſtrauit; de quo Mendoſa 2. part. Hiſtor. Chinenſ. lib. 3. cap. 14. 20. &c. Hic vocatur Martinus Ignatius *à Loyola*; Idemque eſt cum illo Martino *Loyola* (ex eodem Ioanne à ſancta Maria cap. 28. ſup.) etiam Franciſcano, qui eodem anno, plurimis à Sede Apoſtolica, Greg. XIII. Pont. fauoribus donatus, ex vrbe Roma Luſitaniam, indè nacta opportunitate, Malacam vſque cum ſociis penetraturus, vt ſibi ad illud ampliſſimum Chinę Regnū, aditum parare poſſet, conceſſit: iuxta Gonzagam ſup. in Cuſtodia S. Franciſci de Malaca. Hunc poſtmodum F. Ioannes Baptiſta, Piſaurenſis, cum litteris Sixti V. Pap. atque aliquot ſociis, licet ſenio confectus, ann. 1587. ſequutus eſt; quamobrem de eiuſmodi expeditione benè ſperandum eſt: imò & pollicemur Ordinem noſtrum maximos fidei progreſſus in hoc Chinæ Regno breui tempore facturum: nam ex Malaca, & Machao, vrbibus (vbi Conuentus habemus) ad eam gentem facilis patet acceſſus. Vide Gonzaga ſup.

B. Iuliani, Confeſſ.] Patrē habuit Gallum natione, §. 6.
patria Toloſatem, virum nobiliſſimum, equitem torquatum. Natus eſt autem in Hiſpania, B. Iulianus an. 1550. factus ann 18. ſeceſſit in deſertū: vbi cū quodam Eremita aliquamdiu vixit. Sed cū maioris perfectionis deſiderio teneretur, habitum Seraphici Ord ſumpſit in Prouinc. S. Ioſephi Pœnitentia exercitiis ita ſe mācipauit, vt ea omnia referre ſit impoſſibile effatu. Diſciplinis quippe aſperrimis haud cōtētus, in ſpinis & vepribus volutabat corpus; pane & aqua reficiebatur, & per ſeptimanam integrā, quandoque nil omninò ſumebat. Camera, aut lecto minime opus erat; in choro quippe dies noctesque conſumebat in oratione, ſomni parciſſimus. Horrendo cilicio veſtiebatur ad carnem: quo ſolo vſus eſt per annos 26. Raptus, & extaſes ſæpè patiebatur: Imò & à terra ſubleuatus in cœlum, cum Angelis ferebatur: vbi muſicæ cœleſtis militiæ intererat; cunctis concentum ſuauiſſimum audientibus, & præ gaudio mirantibus. Nihil eo pauperius, vel continentius, aut humilius. Tanto cordis affectu, tantaque voluntatis propenſione ſummo bono firmiter adhęſit, vt nunquam ab eo per offenſam lethalem receſſerit. Prophetiæ dono, & miraculorum admodum exornatus fuit, ante & poſt obitum, die Sabbathi 8. April. ann. 1606. nam funis eius, vngues, capilli, cilicij, Roſarij & habitus partes & quicquid ipſum tetigerat, imò & ſola nominis ſui inuocatio crebra operantur miracula. Eo quippe apud Omnipotentem intercedente, confertur

ſalus

Digitized by Google

ſalus infirmis, ſubſidium viuis, & mortuis vita. Quapropter corpus eius Compluti apud Fratres Minores magna habetur in reuerentia, & quotquot lampades ibi piè accenduntur in eius honorem, tot ſunt ſuæ ſanctitatis teſtes omni exceptione maiores: cum harum oleum efficaciter valeat aduerſus quoſuis generis morbos. His itaque auditis atque perſpectis, Philippus III. Hiſpaniarum Rex, & Regina Margarita Auſtriaca, cum tota Curia Regia: Procuratores omnium Hiſpaniæ ciuitatum, Clerus vniuerſus Toletanus, & Complutenſis, cum Academia: cunctique Principes, Proceres, & Optimates ac Nobiles, necnon totus Ordo Franciſcanus, ſcripſerunt ad Summum Pontificem Paulum V. miſeruntque in Curiam Romanam, vt magna cum inſtantia, apud Sedem Apoſtolicam pertractaretur canonizationis ipſius B. *Iuliani* negotium. Eximias eius virtutes recenſet Salazar lib. 2. Chronicor. Prouinc. Caſtellę cap. 9. & lib. 3. cap. 15. 17. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. Vadinghus tom. 6. ad ann. 1456. §. 248.

§. 7. *BB. Maria, & Franciſca.* [f]] Ambæ ſorores erant germanæ; quæ ann. 1598. fœliciter obierunt, pœnitentia, humilitate, aſſidua oratione, & vniuerſa regulari obſeruantia illuſtres. Ita monumenta MSS. Prouinciæ Granatenſ. ex quibus Vvadinghus ſup. tom. 4. ad ann. 1371. §. 32.

QVINTO IDVS APRILIS.

IN India Orientali, apud Thamnam Sarracenorum vrbem, Paſſio Beatorum [a] Thomæ, Iacobi, Petri, & Demetrij, Martyrum; qui ſub Melico Præſide, plurimis pro Chriſto tormentis ſuperatis, victores migrarunt in cœlum. In Brabantia Beati [b] Martini Suetens, Martyris; qui ab hæreticis comprehenſus, & in itinere dirè vexatus, multiſque opprobrijs, & verberibus afflictus, Martyrij palmam obtinuit. Dolæ, in Territorio Veſuntino, Beati [c] Petri Dolenſis, Confeſſoris. Halsbachæ, in Germania ſuperiori, Beati [d] Ioannis Gontingerij, Confeſſoris; Prophetico ſpiritu, & gratia miraculorum præclari. Stamni, in Raguſio, Beati [e] Andrææ à Sardinia, Confeſſoris; dono linguarum, & ſanitatum inſignis. In Mexico, Beati [f] Antonii Maldonati, Confeſſoris, genere, ac virtute illuſtris, qui cùm Guardianus Mexicani Conuentus exiſteret, admiranda humilitate, paupertate ſui ipſius, ac mundi contemptu eluxit. Marchenæ, in Territorio Hiſpalenſi, Beati [g] Petri à Ronda Confeſſoris: ſingulari abſtinentia, & oratione extatica, conſpicui. Lamaci, in Luſitania, Beati [h] Ioannis à ſancto Lazaro, Confeſſoris. Mortarii, in Inſubria, Beatæ [i] Cæciliæ à Cotignola, Virginis: cuius virtus ac ſanctitas, ſumma fuit.

APRILIS IX.

§. 1. B*Eatorum quatuor Martyrum,* [a]] Horum celebre Martyrium diſcimus ex fideli relatione plurium virorum, qui glorioſo illorum triumpho adfuere, quales ſunt, F. Iordanus & F. Franciſcus ex Ordine Prędicat. F. Petrus, Vicarius Fratrum Minorum, in Oriente, F. Iacobus à Camerino Cuſtos apud Tauriſium, aliique non pauci. Paſſi ſunt ann. Dom. 1321 feria 5. ante Dominic. Palmarum, quorum duo primi, ſcilicet B. Thomas de *Tolentino*, Prouinc. Marchiæ, ſenex, venerandæque canitiei, & F. Iacobus *Paduanus*, erant Sacerdotes: duo autem alij, videlicet. B. Demetrius de Taſclicio, natione Georgianus, & Petrus de *Senis*, Fratres laici. Eorum autem omnium mentionem facit D. Antoninus, dicens. *Anno Dom.* 1321. *Feria 5. poſt Dominicam de Paſſione quatuor de Ordine Fratrum Minor. in Tana ciuitate Sarracenorum fuerunt Martyrio coronati, ſcilicet F. Thomas de Tolentino, Frater Iacobus de Padua, Demetrius Laicus, ſeu Conuerſus, ſciens linguas varias, & Petrus de Senis, cùm prædicarent fidem Chriſti, & Mahometum aſſererent filium perditionis, & legem ſuam abominabilem, primo igni traditi ſunt, ſed cùm nil eos ignis læſionis intuliſſet, diuerſis cruciatibus occiſi ſunt, & miracula aliqua facta ſunt.* Hæc ille 3 part. hiſtoriar. titul. 24. cap. 9. §. 15. quibus in verbis quædam veniunt notanda.

Primò, ait id eueniſſe ann. Chriſti 1321. cui conſentit, B. Bartholomæus Piſanus, in Conformit. Ordin. lib. 1. fruct. 8. part. 2. & Wvading. Licet alij, vt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. S. Franciſ. lib. 7. cap. 35. Firmamentum trium Ordin. tract. 1. in Memoriali Ord. ſub. 18. Generali. Speculum Fratrum Minor. ibid. ad ann. 1322. referant. Secundò ſcribit præfatos Martyres omnes in ignem coniectos fuiſſe, quod cæteri haud admittunt, niſi de ſolo B. Iacobo. *Quorum F. Iacobus* (inquit B. Bartholomæus Piſanus ſup.) *poſitus primò cum habitu in igne, & poſtea ſine habitu, atque oleo totus perunctus, vt faciliùs arderet, Diuina virtute ignis bis fuit extinctus.* Fatetur quidem Marcus Vlyſſipon. cap. 37. ſup. omnes prædictos ſanctos pyram ingredi voluiſſe, & B. Thomam, viam aliis (niſi à Mauris impeditus fuiſſet) prębuiſſe; ſed B. Iacobum, vt pote iuniorem, à Sarracenis in ignem proiectum fuiſſe, à quo tamen liber, & incolumis euaſit. Tertio narrat miracula nonnulla circa eos Martyres tunc edita: quod idem teſtatur Marcus Vlyſſiponenſ. cap. 40. 41. & 42. ibid. Vide Gonzagam part. 4. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu 10. Prouinc. S. Thomæ. §. 2.

Porro B. Thomæ adhuc meminit Vlyſſiponenſ. ſup. §. 3. lib. 5. cap. 12. §. 1. & cap. 18. §. 2. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1.

Digitized by Google

Hiſtor. Seraphic. & lib. 2. in General. 4. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. in Fratribus Minor. pro Chriſto paſſis apud infideles. Marianus lib. 4. cap. 6. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 13. Algezira, in arbore Epilogic. totius Ordin. Franciſcan. Picquetus in Catalog. viror. Illuſtr. Ordin. Minor. Ignatius le Gault, De ſanctitate Roman. Eccleſ. cap. 2. §. 2. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinciæ Caſtell. cap. 9. & 12. Wadinghus. tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1275. §. 2. 1289 §. 24. 1290. §. 10. 1292. §. 1. & 2. 1297. § 9. tom. 3. ann. 1302. §. 8. 1314. §. 14. 1321. §. 1. item tom. 4. ann. 1399. §. 30. & 50. Ferdinandus de Caſtello. part. 2. Chronic. Prædicat. cap. 45. Bzouius. tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1319. §. 12. 1321. §. 23. Egerunt Fratres cum Ioan. 22. Pap. pro ſanctis Canoniſandis, quorum votis ſe ſubſcripturum indicauit: ſed Schiſmate Petri Corbarij exorto, facere diſtulit, quod antea propoſuit: feciſſe tamen Benedictum 11. aliis 12. qui ipſi ſucceſſit, ſcribit Wadinghus tom. 3. ſup. ann. 1321. §. 15 & in additionibus §. 8. ex Scardeonio, in hiſtoria Patauina, & Angelo Portinario, ibid. & feſtū eorumd. celebrari. 4. feria Hebdomadæ ſanctæ Paſch. Volateran lib. 21. Antropolog.

§. 4. *Beati Martini Suetens, Martyris*[b]] Concionator fuit eximius, à ciuitate Machlinia cum aliis Fratribus à Geuziis hæreticis expulſus eſt; qui cùm Louanium peterent, præ aliis iſtis Leopardis dirè vexatus, multiſque verberibus affectus in via, mortuus eſt, ann. 1580. Hæc ex Sedulio, in hiſtor. Seraphic. ſub fin. vbi de Corrolariis nonnullis Fratrum Minor. Martyrum, Corrolario 7. Raiſſa, in Auctario ad natales SS. Belgij, hac die: Boënerus in hiſtoric. delineationi Martyr. Franciſcanor. Germaniæ inferior.

§. 5. *B. Petri Dolenſis, Confeſſ.*[c]] Habitum Religionis ſuſcepit in Conuentu Mirabellenſi, Prouinciæ Turoniæ, ann. 1560. Author fuit extruendi Conuentus Dolenſis, ann. 1572. vir probatæ vitæ, eximiæque ſanctitatis: qua de re, vide Foderetum, & Picquetum, in Deſcriptione Prouinciæ Burgundiæ, vbi de Dolenſi Conuentu.

§. 6. *B. Ioannis Gontingerij, Confeſſ.*[d]] Claruit tempore B. Ioannis Capiſtrani; cuius Elogium paucis perſtringit Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Monaſterio Clariſſarum Halſbachenſi, quod eſt 6. Prouinc. Argentinæ. *Cæterum* (ait) *in huius loci Eccleſia ſepultus iacet B. P. Ioannes Gontingerius, Prophetico ſpiritu afflatus, miraculiſque inſignis; de quo B. P. Ioannes Capiſtranus pientiſſimo Iacobo, Badenſium Marchioni ſe roganti, vt Badam concederet, huiuſmodi reddidit teſtimonium; haberet ſe excuſatum, quòd grauioribus implicaretur negotiis, contentuſque eſſet præſentia Patris Ioannis Gontingerij; Cùm is ſe multo ſanctior, multoque religioſior eſſet.* Eadem confirmat. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 49. & Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1283. §. 13.

§. 7. *B. Andreæ à Sardinia, Confeſſ.*[e]] Floruit hic circa ann. Chriſti 1540. ſocius fuit B. Ioannis *ab Anglia*; miſſi enim ſimul fuere in Illyricum, prædicandi Euangelij cauſa: quorum vterque cùm Illyricè idiomatis ignarus eſſet, Illyricè tamen Spiritu ſancto dictante, concionabatur, & miracula edidiſſe fertur. In his, quidam nobilis, cæcus effectus ex quadam infirmitate, admotis ex eorum ſepulchro ad oculos pulueribus, viſum protinùs recepit. Diem clauſit extremum apud Conuentum S. Nicolai Stamnenſis, vbi & tumulatus iacet. Hæc ex Gonzaga part. 2. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Raguſij, & Barezzo ſup. lib. 3. capite 20. Wadingho tom. 3. ad annum 1349. §. 18. §. 8.

B. Antonij Maldonati, Confeſſ.[f]] Salmanticæ nobili genere naſcitur, cùmque patre mortuo, ſeptem millia, & quingenta aureorum nummorum in reditibus ex primogenitura haberet: filiamque nobiliſſimi cuiuſdam herois ſibi deſpondiſſet; ea occaſione habitum Religionis ſuſcepit. Quòd cum bellici prælij ſpecies, & ſimulachrum, in ſponſaliorum celebratione ingenti ab eo apparatu, dictum fuiſſet, per totam noctem haud potuit quieſcere, identidem in mente habens illa verba, *ſic tranſit gloria mundi*, quæ quidem impulſio mentis vſque adeò vehemens fuit, vt ſe ſtatim religioni mancipauerit. Minoritico habitu eadem in vrbe ſuſcepto, magna cum omnium admiratione, & ſolatio; virtuti egregiam operam dedit. Poſt profeſſionem verò, arctioris vitæ deſiderio, in ſancti Gabrielis Prouinciam tranſiit; indeque nouam petens Hiſpaniam, maxima cum Religione, paupertate, & ſui ipſius caſtigatione vixit; quibus, & probitate vitæ, tametſi natiuum idioma ignoraret, maximo tamen regionibus illis emolumento fuit. Guardianus Mexicani Conuentus cùm eſſet, ipſemet ſacculum deferens in hortos, ad ea propter Deum poſtulanda pergebat, quæ erant ægrotantibus neceſſaria, admiranda ſanè humilitate, & ſui ac mundi contemptu. Vnum tantummodo, & ſimplicem habitum deferebat, aliarum virtutum, maximè paupertatis fulgens ornatu. Tandem annorum numero grauatus, & meritis bonorum operum cumulatus, è vita diſceſſit in Conuentu Mexicano, ſumma cum ſanctitatis opinione, vbi & ſepultus eſt. De eo ſcripſerunt Gonzaga part. 4. ſup. in eo Conuentu Mexicano, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Euangelij. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 43. ad ann. 1545. quo ipſe moriendo, ad cœleſtem patriam tranſiit. Rapinæus in hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag 367. Marianus lib. 2. cap. 17. Chronic. Reformat. Daça, part. 4. Chronico. Minor. lib. 2. cap. 33. Gouſſancourt. In, Martyrolog. Equit. Melitenſ. fol. 8. tom. 2. §. 9.

B. Petri à Ronda, Confeſſ.[g]] Mira oratione, abſtinentia, & Diuinis raptibus pollebat. Agunt de eo Gonzaga, ſup. part. 3. in Conuentu ſanctæ Eulaliæ Marchenæ, qui eſt 7. Prouinc. Bæticæ. Barezzus ſupra cap. 48. §. 10.

B. Ioannis. Confeſſ.[h]] Deceſſit in Conuentu S. Franciſci Lamacenſi, qui eſt 6. Prouinc. S. Antonij Portugall. ann. 1611. vir pius, & ſacrarū rerum munditiei ſtudioſiſſimus. Nam circuibat omnes Eccleſias rurales Diœceſum, in quibus habitabat, ſcopis mundabat, & miniſterialia Diuini cultus ſummo nitore repurgabat. Ad funus eius concurrit ingens populi multitudo; eumque magna proſequutus eſt veneratione Martinus Alfonſus de Melo, Epiſcopus Lamacenſis. Vide Wadinghum ſup. tom. 4. ad ann. 1394. §. 9.

B. Cæciliæ, Virg.[i]] Aliquem cognominant *à Codognola*: meminerunt Gonzaga part. 2. ſup. In Monaſterio S. Claræ Mortarienſ. quod eſt 12. Prouinciæ Mediolanenſ. Barezzus. ſup. lib. 2 cap. 6. ad ann. 1531. Valerius. lib. 4. BB. Fœminar. Ordinis Minor. cap. 13. & Wadingh. ſup. tom. 5. ad ann. 1430. §. 51. §. 11.

QVARTO

Digitized by Google

QVARTO IDVS APRILIS.

IN Picœno, Beati [a] Lucidi, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci Diſcipuli; venerandæ canitiei, & eximię ſanctitatis viri. Apud Maletum Inſubriæ oppidum Beati [b] Franciſci à Piceleone, Confeſſoris, charitate, & ſignis admirandis eminentis. Lauri, in Campania, Beati [c] Nicolai Thomacelli, Confeſſoris; qui nobili genere natus, cuncta pro Chriſto contempſit, & vitæ ſanctitate conſpicuus, ſpiritum cœlo reddidit. Carnoti in Gallia, Beati [d] Mennæ-Iacobi, Confeſſoris; pietate, & religione conſpicui. Segobiæ, Beatæ [e] Mariæ Pennaloſæ, Virginis, Tertiariæ; quæ puerum mortuum ad vitam reuocauit, & humilitate, oratione, atque charitate admodum enituit.

APRILIS X.

§. 1. B*Eati Lucidi, Confeſſ.* [a]] Inter alia quæ Seraphicus P. S. Franciſcus requirebat, vt quis verè cenſendus eſſet Frater Minor, ſollicitudinem Fratris Lucidi annumerabat; qui tantæ erat ſollicitudinis, quòd dùm aliquali conſolatione recrearetur in quouis loco, ſtatim illum deſerere, atque indè recedere optabat, dicens; non habemus hîc manſionem, ſed in cœlo. Meritò autem Lucidus nuncupatus eſt, quia verè luxit ſanctitate, & arſit gratia Diuina atque charitate, cuius lingua glorioſa Spiritu ſancto edocta, fructus fecit mirabiles. Tandem plurimis virtutum meritis cumulatus obdormiuit in Domino: qui poſt mortem, viſus eſt à B. Ioanne *de Aluernia*, gloria ſingulari fulgere. Hæc ex Mariano lib. 2. cap. 7. B. Bartholomæo Piſano, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. 11. & 12. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Marchiæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marco Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 51. & part. 2. lib. 1. cap. 23. §. 49. & lib. 8. cap. 5. Origin. Seraph. relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſiniano lib. 1. hiſtor. Seraph. Vvadingho tom. 1. Annalium Minorum ad annum 1232. §. 20. 1244. §. 11. & tom. 2. ad ann. 1256. §. 15. & 1270. §. 27. *Placidus* nonnumquam vocatus. Picquet. in Catalog. virorum illuſtr. Franciſc. Iacobillos de SS. Fulginatib. In B. Martino, Fulginate.

§. 2. *B. Franciſci, Confeſſ.* [b]] Iacet hic ſeruus Dei in Conuentu S. Mariæ de Gratijs, Maleti oppidi, qui cùm Laicus eſſet, & Infirmarij officio fungeretur, multos crucis ſigno ſanabat Teſte Vadingho tom. 7. ſup. ad ann. 1495. §. 64. poſt MSS. Monimenta Prouinciæ Mediolanenſ. & prædicti Conuentus, qui eſt 26. eiuſdem Prouinc.

§. 3. *B. Nicolai Thomacelli, Confeſſ.* [c]] Hic cùm eſſet nobiliſſimus, atque Alphonſo Arragonio, Neapolitanorum Regi gratiſſimus; ſpretis mundi honoribus, ac Regis fauoribus, cum vterino ſibi F. P. Ioanne Thomacello, Franciſcanum habitum induit, in eoque ſanctè vixit. Huic Nouitiorum Magiſtrum ſemel agenti diuinitùs reuelatum fuit, quòd vnus ex eius Diſcipulis, genere nobilis, quòd humiliora Ordinis miniſteria execraretur, nulloque pacto animum ad vtenſilia abluenda appellere poſſet, religionis habitum exuere vellet. Quamobrem anxius pater obuiam ſibi factus, hominem precatur, vt propria peccata ſacerdoti confiteri vellet; cui tamen detrectanti proprij cordis ſecretum aperit, charitatiuéque ſuadet, hortaturque vt ad ſacram confeſſionem accedat, propoſitumque mutet, ac rem totam Deo commendet. Quapropter territus nouitius, quòd huiuſmodi negotium ſibi ſoli apertum exiſtimaret, imperata ſibi à Patre facit, huiuſcemodique tentationem depellit, ac in poſterum humillimus euaſit. B. autem Nicolaus morti appropinquans, apud Conuentum ſancti Ioannis de Parco, propè Laurum Campaniæ Oppidum, exceſſit è vita, atque ſepultus eſt; ab his populis magno in honore, ac veneratione habitus. Floruit circa ann. 1530. Agunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu: qui eſt 25. Prouinc. Terræ Laboris. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 19. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1383. §. 6.

§. 4. *B. Mennæ Iacobi, Confeſſ.* [d]] B. Petrum *Morſelinum* habuit veluit virtutis exemplar ſibi propoſitum, cuius, & in reſtauratione Conuentus Carnotenſis (qui eſt 15. Prouinc. Franciæ) piiſſimum zelum pari ſagacitate ſecutus eſt. Illius meminerunt Gonzaga part. 3. in eo Conuentu. Barezzus, item ſup. lib. 5. cap. 13. ſub ann. 1568. Vvadinghus in additionibus ad tom. 1. Annal. Minor. §. 1.

§. 5. *B. Mariæ Pennaloſæ, Virginis,* [e]] Mortem obiit in Monaſterio S. Eliſabeth Segobienſi, ann. 1519. ſoror fuit religioſiſſima, quæ & defunctum puerum ad vitam reuocaſſe fertur, & vix ſibi parem in humilitate, oratione, charitate, atque cæteris virtutibus ſuo tempore habuit. Sanctiſſimè diem clauſit extremum, cuius ſacrum Corpus, ingenti deuotione colitur. Scribunt de ea Gonzaga part. 3. ſup. in eodem Monaſterio, quod eſt 32. Prouinc. Conceptionis in Hiſpania. Barezzus lib. 1. cap. 31. ſup. Marianus, de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 6. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1486. §. 33.

Digitized by Google

TERTIO IDVS APRILIS.

APud Cayrum Babyloniæ, Beati [a] Ioannis Ethei, Martyris; qui aliquando lapſus, ſed facti pœnitens, poſt publicam Chriſti confeſſionem, primò verberibus crudeliſſimè cæditur, deinde ſale, & aceto plagis aſperſis, ſex clauis in cruce affigitur, quo in cruciatu, Martyrij gloriam promeruit. Zeilamij in India Orientali, Beatorum [b] Martyrum, Martini à Guarda, & Ludouici Amaranthi; qui per diuerſa Tormenta peruenerunt ad palmam. Cunij in Pedemonte, Beati [c] Angeli à Clauaſio, Confeſſoris, Doctoris eximij; qui ſæpè Commiſſarius Generalis Vltramontanus factus, atque Nuntius Apoſtolicus à Summis Pontificibus creatus, toties hiſce muniis præclarè functus eſt, ſicque vita, & virtutibus inſignis, gloria etiam miraculorum poſt obitum refulſit. Conſentiæ in Calabria, Beati [d] Antonij Citrarij, Confeſſoris; magnæ ſanctitatis viri. Vitioſæ, in Hiſpania, Beati [e] Franciſci à Melo, Confeſſoris; dono orationis, & Regulari Obſeruantia clari. Compluti, Beati [f] Ioannis de Arcu, Confeſſoris. Vltrajecti ad Rhenum, Depoſitio Beati [g] Bartholomæi à Middelburgo, Confeſſoris: pietate, ſpiritus feruore, & Prophetiæ dono conſpicui. Granatæ, Beatę [h] Beatricis à Bello-monte, Virginis: quæ Regio Nauarræ ſanguine nata, profunda humilitate ſummè reſplenduit.

APRILIS XI.

§. 1 B*Eati Ioannis Ethei, Martyris* [a]] Hiſpanus erat, infantis Arragoniæ Ferdinandi Confeſſarius, vitæ & ſcientiæ ſingularis; qui Hieroſolymam profectus ad commorandum illis iu partibus Orientis, ſed poſtmodum captus à Soldano, cum ſocio B. Gonſaluo; carceribus mancipatus eſt. Verùm prædicto ſocio, illic mortuo (de quo 16. Maij.) ipſe pœnas non valens ſuſtinere, fidem abnegauit, & factus eſt Sarracenus. Vxorem tamen, eorum more, noluit accipere, ſicque circa tres annos ſtetit. At Diuino ſpiritu tactus, ſcripſit Fratribus Cyprum incolentibus, vt ſibi apud Cayrum Babyloniæ exiſtenti mitterent duos Fratres, quorum operâ redire ad fidem cupiebat, quod, & factum eſt. Itaque poſt ſolemnem prædicationem, qua publicè Palinodiam cantauit, captus à Sarracenis, primo verberibus crudeliſſimè cæditur, deinde ſale, & aceto plagis aſperſis, ſex clauis fuit crucifixus, ſcilicet duobus in manibus, duobus in brachiis circa cubitum, & duobus in pedibus. Cùm autem initio ſui certaminis, facies eius pallida eſſet ac liuida ex dolore vulnerum: tandem adeò rubicunda ac læta facta eſt, vt omnes mirarentur; quo in Martyrio, Deum benedicendo, & impietatem Mahumeticam execrando, expirauit, ſub ann. Chriſti 1373. Scribunt de eo B. Barthomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Terræ *S*anctæ, Martyribus, Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap 30. §. 2. Gonzaga, Orig. Seraphic. relig. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 14 ann. 1370. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 3. ad annum 1342. §. 61. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellę, cap. 12. & lib. 3. cap 9.

BB Martini, & Ludouici, Martyr. [b]] Prior erat
§. 2. Guardianus Conuentus Zeilamienſis, ſecundus verò ſocius eius; qui capti à Rege Zeilamienſi, crudeli morte ſunt necati. Illuſtre eorum martyrium referunt, Daça 4. part. Chronic. Minorum. lib. 1. cap. 57. ad ann. 1522. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 16. qui tamen B. Martinum à *Guarda*, confundit cum B. Martino à Guardia (de quo infra, ad 24. Decemb.) Martyri præclaro, cui dat ſocium, ipſum B. Aloyſium, ſeu Ludouicum Amaranthum, ſed perperam, cùm ſint omninò diuerſi. §. 3.

B. Angeli à Clauaſio, Conf. [c]) Pedemontanus erat natione, vir erudititiſſimus, quippe qui ante ingreſſum eius ad Ordinem Seraphicum, Doctor in iure Canonico, & in Theologia extiterat: Iuriſconſultus celeberrimus, & in Diuinis ſcripturis exercitatus, ingenio præſtans, eloquio clarus, deuotus, vita, & moribus, æquè ac nomine *Angelus*. Humillimus erat, benignus, omnibuſque affabilis, patiens in aduerſis, haud elatus in proſperis; Prouinciæ Genuæ electus fuit Vicarius Prouincialis Obſeruantinorum Fratrum. Cùm autem in Capitulo Generali Mantuano, ann. 1467. decretum fuiſſet, Prouincia Bohemiæ in tres, nempe Polonicam, Auſtriacam, & Bohemicam diuideretur, R. P. Petrus de Neapoli, in Commiſſarium Generalem delectus eſt, vt præfati Capituli Generalis iuſſa executioni mandaret, cui adiunctus eſt ſocius ipſe B. Angelus à Clauaſio: Anno verò 1472. Aquilæ electus Commiſſarius Generalis Vltramontanus, & rexit ann. tribus. Anno 1478. Papiæ ſecundò electus eſt ad idem officium, gubernauitque ann. tribus. Anno 1481. Romæ, coram Summo Pont. Sixto IV. Nuntius ac Commiſſarius ſanctæ Cruciatę Apoſtolicus, cum poteſtate diſpenſandi circa contracta matrimonia in 3. ac 4. gradu affinitatis, & conſanguinitatis, inſtituitur. Turcæ enim tunc temporis Hydruntũ in Apulia ceperant. Rurſus ann. 1484. apud montem Aluernum, tertiò eligitur Commiſſarius Generalis Vltramontanus, & tribus annis familiam adminiſtrauit. Hinc, quartò etiam coactus eſt idem munus ſubire

Vrbini

Digitized by Google

Vrbani ann. 1489. quod exercuit ann. 4. Interim Innocentius VIII. Papa, data Bulla 4. nonas Septembris ann. 1491. Nuntium atque Commiſſarium Apoſtolicum cum poteſtatis plenitudine, contra Valdenſes hæreticos, creat.

Demùm, vita & miraculis clarus, ſpiritum Deo
§. 4. reddidit, ann. 1495. ſepultus Cuneij, ſeu Cunij, in Conuentu S. Mariæ de Angelis, atque omnibus in gyro populis maxima in veneratione habitus. Præclara edidit opera (inter quæ relucet *Summa Angelica*,) quibus nomen ſuum longè latéque diuulgauit. Supplementum Chronicorum lib. 16, ad ann. Chriſti 1483. vult obiiſſe, ann. 1499 Galterius, in tabula Chronolog ſæcul. 15. de ſcriptorib. Eccl. Spondanus ad ann. 1487. Gneſnerus, in Bibliothec. Picquetus, in Catalogo virorum illuſtr. Ordin. Minorum. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 5. cap. 29. 47. & 52. Item lib. 6. cap. 32. 37. 40. & 41. Itē lib. 7. cap. 11. & 26. Trithemius, & Bellarminus, tom. 7. de ſcriptoribus. Eccleſiaſt. Firmamentum trium Ordinum, tract. 1. in Memoriali Ordinis Seraph. ſub. 37. Generali totius Ordin. Minor. Gonzaga part. 1. ſup. in ſcriptorib. Eccleſ. ac BB. viris huiuſce Ordin. Item part. 2. in Conuentu 17. Prouinc. Tuſciæ. Item in Conuentu 23. & 32 Prouinc. Genuę. Item in Prouinc. Bohemiæ, & Baſilicatæ. Carion, lib. 3. Chronic. ætate 4. ſub anno Chriſti 1479. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera A. Barezzus 4. part. Chronicor. Minorum. lib. 1. cap. 56. Choppinus lib. 1. Monaſtic. titul. 1. § 16. Toſſinianus lib. 2. hiſtor. Seraphic. Genebrardus in Innocentio VIII. Poſſeuinus, in Apparatu ſacro. Vadinghus tom. 5. ſup. ann. 1434. §. 13. & tom. 6. ann. 1472. §. 8. & ſeq. tom. 7. ann. 1479. §. 14. Anno 1481 §. 7. 19. & 1495. §. 2. Volaterranus lib. 21. Antropolog. Marianus de viris Illuſtribus Ordin. Minorum.

B. Antonij Citrarij, Confeſſ. [d]] Hic religioſiſſimus
§. 5. atque omni commendatione digniſſimus extitit, profeſſione quidem laicus, ſed ſanctitate conſpicuus; cuius ſacrum corpus iacet Conſentiæ, in Conuentu S. Franciſci, qui eſt 7. Prouinc. Calabriæ. Ita Gonzaga ibid. part. 2. ſup. & Barezzus ſup. lib. 2. cap 19 ad ann. 1530. & Vadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1399 §. 61.

B. Franciſci, Confeſſ. [e]] Luſitanus erat natione; vir
§. 6. exemplaris vitæ, orationi admodum deditus, & ingenti ſpiritus feruore præditus. Cùm moraretur apud Conuentum *Villa-vitioſa*, ſanctiſſimè obiit in infirmaria de *Zarayceio*. Vide Ioannem à ſancta Maria, part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſephi, lib. 1. cap. 42. viuebat ann. 1550.

B. Ioannis, Confeſſ. [f]] Fœliciter ad Dominum
§. 7. migrauit, omni virtutum genere exornatus. Cernitur ſacrum eius corpus adhuc integrum Compluti apud Fratres Minores, teſte Daça, 4. part. Chronicorum Minor. lib. 3. cap. 65. ad ann. 1570. ex Antiq. MS. Monimentis.

Beati Bartholomæi, Confeſſor. [g]] Is ante Seraphicæ §. 8.
Religionis ingreſſum mercator extiterat; deinde cùm litteris animum dediſſet, artiumque myſterium adeptus eſſet, Amſtelrodami Minoriticum habitum ſumpſit. Parcimoniam, duritiem, ſilentium, ſolitudinemque, pro delitiis habebat. Poſt ſtudia Theologiæ decurſa, Sacerdos factus, ad labores extruditur in agrum Dominicum, operam daturus, prædicationi verbi diuini: quod quadraginta annis (partim Amſtelrodami, & Bruſſellis, partim Vltraiecti) laudatiſſimè, & fructuosè compleuit. Nec propterea à piis operibus ceſſabat; primus quippe chorum aduolabat, diſcedebat vltimus. Summo mane ad horam quartam vacabat audiendis confeſſionibus: ſemper domi, niſi ratio charitatis exire compuliſſet, cum Domino conuerſatus. Norma vitæ eius, virtutum erat exemplum. Prophetiæ ſpiritu illuſtrem fuiſſe conſtat, & ſępè in concionibus bella ac rebellium motus ſubſecuturos prædixiſſe. Tandem æger decubuit, totus in precibus, & deuotione, maximè circa Paſſionem Dominicam, tum Sacramentis communitus, fœlix obdormiuit in Chriſto. Trimeſtri ſpatio in ambitus parte Boreali ſepultus, ſtudio, & amore Henrici *Bommel*, Conſilij Prouinciæ Vltraiectēſis Graphiarij, refoſſum eſt eius corpus, & quidem integrum, & incorruptum, & cum admiratione omnium adſtantium, adflauit velut ex omnibus vnguentis, & aromatibus ſuauiſſimum odorem. Quin etiam cùm famula prędicti Graphiarij auſa fuiſſet de facie B. Bartholomæi ſudariolum leuare, illam ex deuotione Deoſculatura: facie tota integra, viſa eſt impoſita eius ori rubens pulcherrima roſa: quam illa capiens hero ſuo adſtanti dedit: quam ille, ſeu gemmulam, in B. Bartholomæi memoriam cuſtodiens, digniori ſepulchro, opere fornicario ac camerario, ſacrum illud corpus cum honore multo reponi fecit. Hęc Raiſſa in Auctario ad Natales SS. Belgij, hac die, ex Archiuis Conuentus Minor. Antuerpienſ. Vadinghus ſup. tom. 6. ann. 1462. §. 101.

B. Beatricis à Bello monte, Virginis, [h]] Totius ſan- §. 9.
ctitatis de ſe exemplar aliis protulit ad imitationem. Sepulta iacet, in Monaſterio S. Eliſabethæ Granatæ, quod eſt 12. Prouinc. Granatenſ. de qua ibid. part. 3. ſup. hæc refert Gonzaga. *His quoque annectenda venit ſoror Beatrix à Beamonte, quæ licet à ſereniſſimis Nauarræ Regibus originem duceret, tanta fuit humilitate prædita, vt vix ſibi parem illa tempora produxerint.* Eadem habet Barezzus ſup lib. 1. cap. 37. Marianus, ſup. cap. 8. Florebat anno 1510.

Digitized by Google

PRIDIE IDVS APRILIS.

SAgii in Neuſtria, Beati [a] Stephani à Barguello, Martyris; generis nobilitate & ſcientia illuſtris; qui à Caluinianis hæreticis in Conuentu prehenſus, & ad ſecundum lapidem à Sagienſi vrbe deductus, ibi plurimis confoſſus vulneribus, glorioſè pro Chriſto interiit. In Gallia, Beati [b] Radulphi, Confeſſoris, Doctoris eximij; vitæ ſanctitate conſpicui. Caietæ, in regno Neapolitano, Beatorum [c] Gerardi, & Symonis, Confeſſorum; qui pietate, obedientia, ac religione inſignes extitere. Bononiæ, Beatæ [d] Ioannæ de Lambertinis, Virginis; quæ claris orta natalibus, in paupertate, humilitate, & caſtimonia, meruit ad vitæ vſque finem Chriſto ſponſo famulari.

APRILIS XII.

§. 1. *BEati Stephani à Barguello, Martyris,* [a]] Duxit originem à Parœchia Burgunica, Sagienſis Diœceſis, nobili genere natus; vir doctiſſimus erat, & B. Ioannis *Bourgij*, Martyris, Diſcipulus. Paſſus eſt anno Chriſti 1568. ſeu 1569. & in Capitulo Conuentus S. Leonardi Sagienſis (qui eſt 1. Prouinc. Franciæ Pariſienſ.) religioſè ſepultus. Hęc ex Gonzaga in eod. Conuentu, part. 3. Orig. Seraph. relig. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 17. Daça, ibid. lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567. Vvadingho tom. 1. Annal. Minorum ad ann. 1226. §. 62.

§. 2. *B. Radulphi, Confeſſ.* [b]] De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 13. ſub ann. 1245. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1234. §. 13. Natione Anglus erat, Doctorque Theologus. Qui potiùs delegit Cathedram Magiſtralem Lutetiæ, Epiſcopatumque ſibi à Rege Anglo oblatum relinquere, quàm rebus ſæcularibus diutiùs inquietari. Nec multam interpoſuit moram, quin ſtatim Minorum Fratrum ſe commiteret ſodalitio; in quo ſanctiſſimè vixit, ac obiit circa ann. 1270. Vocabatur antea Rodulphus *Ebiſach*, quem opinor eumdem eſſe cum Rodulpho *Coleburgo*; cuius meminerunt Thomas Eccleſtonus MS. de Eſordio, Minor. in Anglia. Gonzaga part. 1. ſup. in Conuentu Pariſ. Sixtus Senenſ. in Bibliothec. Vvillotus, in Athenis. Orthodoxar. Franciſcan. Pitheus in Appendic. de ſcriptor. Angl. Vvadinghus ſup. tom. 2. ad ann. 1270. §. 36.

§. 3. *BB. Gerardi, & Simonis, Confeſſ.* [c]] Virtute, & pietate inſignes, florebāt circa ann. 1255. Horum mentionem facit Gonzaga ſup. part. 2. in Conuentu S. Franciſci Caietæ, qui eſt 7. Prouinc. Terræ Laboris. Aliud quoque mirabile (inquit) *duobus Laicis Fratribus hoc in ipſo loco euenit. Præparauerant ſe iſti, pro modulo, ad Sacram communionem, cum cæteris Fratribus, de Religioſo more, in die cœnæ Domini faciendam; cúmque nil minus cogitarent, à loci Guardiano (vrgebat ſiquidem neceſſitas) panem manducaturi, in ciuitatem mittuntur. Qui tandem domum tardius reuerſi, cùm & Diuinum Officium perſolutum, & reliquos Fratres menſæ aſſidentes inueniſſent, Sacellum, vbi venerabile Chriſti Corpus de more aſſeruabatur, contempta refectione, petunt: Ibique ſuas vices, quòd ſacra communione in tanta ſolemnitate priuarentur, miſerrimè dolentes, gemitibus ac ſingultibus anxij vacabant. Dúmque nihil minùs cogitarent, ex ipſa arcula, qua ſacro-ſancta Euchariſtia recondebatur, grauiſſimus quidam, pulcherrimus, ac compoſitus iuuenis proſilijt; qui aſſerens ſe Chriſtum Dominum eſſe, eorum vtrique ſacram communionem porrexit, ſtatimque locum, vndè prodierat, repetijt.* Extant *adhuc veſtigia pedum ipſius pauimento eius ſacelli, in quo hoc contigit, impreſſa, atque ferreis craticulis contecta, inſuper & hiſtoria ipſa parieti depicta adhuc inuiſitur. Ipſi vero Laici Fratres meritis optimi hoc in eodem loco obierunt, ſepultique ſunt.* Barezzus hæc eadem teſtatur lib. 2. ſup. cap. 19. Marcus Vlyſſiponenſis, ad annum 1269. 2. part. Chronic. lib. 2. cap. 22. §. 1. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1222. §. 9. & tom. 4. ad ann. 1355. §. 4. ex Mariano libro quarto, capite duodecimo.

B. Ioannæ de Lambertinis, Virginis, [d]] Virgo fuit nobiliſſima, pariterque ſanctiſſima, quæ vnâ cum B. Catharina Bononienſi, prodiit ex Monaſterio corporis Chriſti Ferrariæ; vt ſimul Bononiam venientes, nouum inibi cœnobium Monialium corporis Chriſti extruerent. Bononiam igitur ingreſſæ 22. Iulij, ann. 1456. illius Domus B. Catharina prima inſtituitur Abbatiſſa: B. verò Ioanna, prima Vicaria, quæ ſanctiſſimam vitam duxit, ac fœliciter ibidem è vita exceſſit, cuius ſacrum Corpus humatum eſt in eodem Monaſterio, quod cùm in communi cæmeterio diu latuiſſet; effoſſa caſu terra, ſuauiſſimè quoque fragrauit: quapropter indè exhumatum, ad locellum quendam ſummo ſub altari tranſlatum eſt. Sed temporis ſucceſſu, ex eo quoque loco eductum, præcedenti B. Catharinæ adiunctum fuit. Memoratur à Gonzaga ſup. part. 2. in 1. & 3. Monaſteriis, Prouinc. Bononienſ. Barezzo ſup. lib. 1. cap. 43. ſub ann. 1526. Toſſiniano lib. 1. hiſtor. Seraph. Elzeario, lib. 2. cap. 6. Sacri Mont. Oliuet. Valeriano, de BB. Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 10. Vadingho. tom. 5. ann. 1431. §. 20. & tom. 6. ann. 1455. §. 118. Thielmans. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 4.

IDIBVS

Digitized by Google

IDIBVS APRILIS.

IN Gallia, Beatorum [a] Martyrum Ludouici Balleij, alterius item Ludouici Panetij; qui in perſecutione hæreticorum, gladio cædente, Martyrium compleuerunt. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [b] Gundiſalui, Confeſſoris, & Doctoris eximij; qui ex Prouinciali Caſtellæ, ad Generalatum totius Ordinis Minorum aſſumptus, tantò ſtuduit humilitati, puritati, paupertati, zeloque Obſeruantiæ Regularis, vt Ordinem vniuerſum videretur ad priſtinum ſplendorem ſuo exemplo reducere, quibus in operibus vſque ad finem perſeuerans, fœliciter in Domino obdormiuit. Noueſij in Germania, Beati [c] Nicolai, Confeſſoris; ſignis & virtutibus glorioſi. Conchæ, In territorio Giennenſi, Beatę [d] Catharinæ de Salazar, Virginis.

APRILIS XIII.

§. 1. *B. Ludouici Baleij, & Ludouici Panetij.* [a]] Memoratur horum illuſtre pro defenſione fidei Catholicæ Martyrium à Barrezo 4. part. Chron. lib. 5. cap. 13. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567. poſt Gunzagam de Orig. Seraph. relig. part. 3. in Conuentu Carnotēſi, qui eſt 15. Prouin. Franciæ, his verbis. *Obliuioni nullo modo debet dari Martyrium (cuius odor vbique redolet) duorum probatiſſima cōuerſatonis Patrum huiuſce Carnotenſis Conuentus filiorum, quibus nomina erant, Ludouicus Balleyus, & Ludouicus Panetius. Hi cum ex obedientia morarentur, vnus in Conuentu Meldenſi, alter in Stampenſi, gladio nefandiſſimorum. Hugnoſticorum cum cordis incredibili magnanimitate occubuerunt, & in Domino quieuerunt.* Claruerunt circa ann. Chriſti 1568. Wadinghus in Additionib. ad 1. Tom. Annal. §. 21.

§. 2. *B. Gondiſalui, Conf.* [b]] Hic B. *Gondiſaluus* ſeu *Gonſaluus, de Valbona* nuncupatus, Gallæcus, Prouinc. S. Iacobi alumnus; in ſacra Theologia magiſter; nobili natus proſapia erat, ſed moribus illuſtrior, extitit. Ob illius ingētia merita, ex Miniſtro Prouin. Caſtellæ in Generalem electus eſt vnanimi omnium Fratrum conſenſu, ann. 1304. in Capitulo Generali apud Aſſiſium celebrato. Vt autem zelator erat ſuæ regulæ, & amator Euangelicæ paupertatis, cœpit & alios Fratres ad obſeruantiam ſui inſtituti promouere; volens vt ab omnibus conſtitutiones antiquę, & ſtatuta præcedentia ſeruarentur. Itaque per Ordinem diſcurrens, ædificia ſumptuoſa dirui faciebat, veſtes exceſſiuas Fratribus auferebat. Eleemoſynas perpetuas relinquere, & annuales redditus quibuſcūq; obligationibus dimittere compellebat. Inde totū Ordinem expropriaſſe legitur in vita ſua, ſententias excommunicationis ferens contra omnes Fratres ſubditos & Prælatos, niſi infra certum tempus, illis, à quibus habebant redditus, vel eorum hæredibus reſignarent, quod etiam factum fuit; quare ab aliquibus Fratribus perſecutionem haud modicam paſſus eſt. Adeò autem humilis fuit, vt ſcutellas fratrum lauare in pelui lapidea, & alia abiectiora opera minimè dedignaretur agere. Cū igitur in Galliam profectus eſſet, & Conuentum Pariſienſem viſitaret, ibidem diem clauſit extremum, ann. Chriſti 1313. poſtquā vniuerſum Ordinem, maximo cum zelo virtutis, & non minori honore, laude, ac ſanctitate vitæ rexiſſet annos 9. Idem verò paulò poſt obitum, quibuſdam Fratribus eiuſdem Conuentus, apparuit glorioſus, in Throno reſidens, cum ſceptro & aurea corona, quibus à Chriſto donatus erat; eo quod puriſſimæ Obſeruationi Regulæ ſedulò ſtuduerat. Agūt de eo S. Antoninus 3. part. Hiſt. titul. 24. cap. 9. §. 13. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Generalibus Ordinis. Speculum Fratrum Minor. ibid. & Firmamentum trium Ordinum, tract. 1 in Memorial. Ordin. ſub eo 16. Generali. Gonzaga, de Orig. Seraph. relig. part. 1. vbi de Generalib. Franciſcan. & in Conuentu Pariſienſi. Ex Aluaro Pelagio, Epiſcopo Syluenſi, huiuſce Ord. alumno, de Planctu Eccleſiæ, lib. 2. cap. 33. & 67. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chron. lib. 6. cap. 28. & lib. 7. cap. 19. & 21. poſt Marianum, & Chronicas antiquas Ordin. Toſſinianus lib. 2. in eo. Wadinghus tom. 3. ann. 1313. § 1.

B. Nicolai, Conf. [c]] Laicus erat profeſſione, qui an. §. 3.
Chriſti 1275. idibus Aprilis dormitionem mortis accepit *Noueſii*, *Miſia* ſeu *Nuſia* vel *Miſne*, Coloniæ; per quem Deus in vita eius ac poſt obitum complura operatus eſt miracula, quorum teſſeram ponunt Piſanus, ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Colonienſ. Codex M S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Bzouius tom. 13. ad an. 1275. §. 18. Picquetus ſup. ibid. Marc. Vlyſſinonenſ. ſup. part. 2. lib. 9. cap. 29. §. 3. ad ann. 1369. Toſſinianus lib. 1. ſup. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Wadinghus tom. 1. ſup. ad an. 1249. §. 9. & tom. 3. ann. 1310. §. 17. ex Petro Merſæo cratepolio, De Archiepiſcop. Colonienſ. numer. 56. & 58. Sicque differt ab alio, Beato Nicolao de *Rheno*, qui cognominatus eſt *humilis*, eratque Sacerdos & Iuriſperitus, ac poſtea Cuſtos Saxoniæ anno 1225. apud Wadinghum eo ann. §. 21. & 22.

B. Catharina, Virg. [d]] Ardentiſſima extitit obiur- §. 4.
gatrix vitiorum, & prudentiſſima correctrix ſororum, ieiuniis regidiſſimis, præſertim die veneris, & continuis orationibus aſſueta: deceſſit ann. 1576. in Monaſterio Conchenſi quod eſt, 9. Prouinc. Conception. Virgin. ita Wadingh. tom. 5. ſup. ad ann. 1450. §. 42.

Digitized by Google

DECIMOOCTAVO KALENDAS MAII.

IN Pago Bituricenſi, Beati [a] Petri Odionis, Martyris: qui ob eximiam litterarum eruditionem, Lector in ſacra Theologia factus, dùm concionaturus apud Caſtrum Oſanum illic aduenisset, ab hæreticis inſidioſè eſt iugulatus. In Anglia, Beati [b] Rodulphi, Epiſcopi & Confeſſoris; qui Epiſcopatu Herfordienſi reſignato Ordinem Seraphicum ingreſſus, humilitate, paupertate, obedientia, & vitæ perfectione, maximè refulſit, ac ſancto fine quieuit. Apud Camignam Luſitaniæ oppidum, ad oſtium Minij fluminis, iuxta mare, Beati [c] Dominici à Sancto Iuliano, Confeſſoris. Montilliæ in Hiſpania, Beatæ [d] Mariæ à Luna, Virginis: quæ nobili genere nata, religione, ac pietate, vitæque ſanctimonia etiam floruit.

APRLILIS XIV.

§. 1. BEati Petri Odionis, *Martyris* [a]] Dùm Gallia ſuperioribus bellis, ac ſeditionibus quateretur: glorioſum vitæ finem hic Beatus Martyr ſortitus eſt, ſub ann. 1560. ex Gonzaga 3. part Origin. Seraph. relig. in Conuentu Minor. Caſtriradulphi, qui eſt 3. Prouinciæ Turoniæ Pictauienſis: ſi verò Barezzo 4. part. Chronic. Minorum lib. 6. cap. 16. credimus: circa an. 1571. accidit; Daçæ autē ibi. lib. 3 cap. 51. ad an. 1565. De eo hęc refert pręfatus Gōzaga. *Multa præterea ſupplicia horrenda perpeſſi ſunt fratres, miſerrimo illo tēporum ſtatu, quorum plerique pro fide Chriſti martyrio occubuerunt. Digni profectò, quorum memoriam poſteritati commendemus: quia charitas hoc à nobis expoſtulat: Inter quos Pater, Frater Petrus Odion tunc Lector eiuſdem Conuentus, in quodam caſtello, Oſan, vocitato, exceptus hoſpitio, ab hæreticis inſidioſè trucidatus eſt.* Item part. 1. vbi de BB. viris huiuſce Ordinis. *Beatus Pater, Petrus Odius*, in Conuentu Radulphiorum Prouinc. Turoniæ Pictauienſ *ſub impiiſſimis hæreticis animam creatori reddidit.* Erat enim hic B. Martyr. Conuentus Caſtri-Radulphi: alumnus qui extat in finibus Archiepiſcopatus Bituricenſis. Illius meminit Ioannes Benedicti in fine Epiſtol. dedicator. ad Summam Peccator. per eum editam. Hilarion à Coſta libr. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 365. Marcus Vlyſſiponenſis 3 part. Chronic Minor. lib. 9. cap. 58. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib 7. cap. 3. ſæcul. 9. Bzouius tom. 13. ad ann. 1255. §. 2. Fernandus libr. tertio. Hiſtor. Eccleſ. cap. 19. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Wadinghus tom. 4. annal. Minor. ad ann. 1388. § 10.

Beati Rodulphi Epiſcopi & Confeſſ. [b]] De eo agunt
§. 2. Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. vbi de viris huiuſce Ordinis ſanctitate illuſtr. in Prouincia Anglię. Item part. 3 ibidem in Epiſcopis eiuſd. Ordinis. Codex MS. Biblioth. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chron. Minor. lib. 1. cap. 13. S. Antoninus 3. part. Hiſtoriar. titul. 24. cap. 7. §. 2. item cap. 9. §. 1. vbi quomodo Ordinem Seraphicum ingreſſus ſit, ita deſcribit. *Quo etiam tempore, magnæ perfectionis vir, Dominus Rodulphus Anglicus, & Epiſcopus Erfordenſis, magiſter in Theologia claruit; qui ipſum Ordinem ingreſſus eſt ex hac viſione. Cùm enim oraret, raptus eſt in cœlum ad intuendum manſiones ciuium ſupernorum: nullumque ibi videns inter ſanctos diuerſarum religionum ex Ordine Minorum ad quem ſatis erat affectus, mirabatur. Tunc apparens ei vna mulierum pulcherrima, Dei genitrix Maria: quid animo volueret inquiſiuit. Cui cùm reſpondiſſet, ſuper eo ſtupere, quod nullum inter ſanctos aliarum religionum videret Ordinis Minorum: cùm tamen in Eccleſia Dei, in tanta reuerentia haberetur, & tantum fructum ſalutis animarum afferret; reſpondit. Veni mecum, & ego tibi, vbi maneant, indicabo. Et oſtendit FF. minores Chriſto familiariter adhærentes; & dixit. Ecce ſub alis iudicis ſunt: ſalua cum illis animam tuam. Quam viſionem in ſe reuerſus attendens, Ordinem Minorum intrauit, annuente Papa Gregorio IX.* Toſſinianus lib. 2. ſub F. Helia generali. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1220. §. 61. & 1234. §. 13. Harps-feeldius in Hiſtoria Eccleſ. Anglic. ſæcul. 13. cap. 21. qui eum vocat *Robertum*, ſed mendoſè. Marianus lib. 2. cap. 8. à Beſſa in Chronic. MS. §. 3.

Beati Dominici, Confeſſ. [c]] Annis decem & vltra, tanto ſtudio mundo valedixit & mentis recollectioni incubuit: vt neque ſemel ad oſtium cœnobioli toto hoc tempore acceſſerit; pane tantum & aqua contentus, vnica tunica lacera, in multis locis refecta ex pelle rupi marini. Ita Monimenta Manuſcripta Prouinciæ Sancti Antonij in Portugallia, obiit etenim ſanctiſſimè in Conuentu 2. illius Prouinciæ: vide Wadinghum tomo quarto ſupra ad annum milleſimum trecenteſimum nonageſimum ſecundum §. decimononо. §. 4.

Beatæ Mariæ à Luna, Virginis. [d]] Hęc virgo inclyta, Deoquè deuota, Maria à Luna, Plicenſium Marchionis filia, Chriſto ſponſo fœlicius obſequutura: ſacram ædem in Sanctæ Virginis Claræ honorem, ſimul atque contiguum ſibi Monaſterium (quod 50. Vrbaniſtę ſorores Clariſſæ frequentius inhabitant) intra eius oppidi, cui *Montillia* nomen eſt, ſepta; ex ea, quæ ſibi à parentibus obuenerat, hæreditaria portione, anno reſtitutæ ſalutis humanæ 1512. à fundamentis erigi, perficique curauit: atque communem regulam cum cæteris ſororibus profeſſa, ſanctiſſimam vitam ad vltimum vſque habitum ibidem duxit. Quare eximiarum eius virtutum odore vbique diffuſo, quamplures nobiliſſimę adoleſcentulæ, mundo, ac ſæculi vanitatibus abrenuntiantes, monaſticam vitam amplexæ ſunt. Tandem eo in cœnobio virtutibus clara, exceſſit è viuis, multis cum indiciis optimæ perfectionis & probatæ ſanctitatis. De ea agunt Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. relig. in eo Monaſterio, quod eſt 19. Prouinciæ Granatenſis & Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 20. Valerianus de Sanctis Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. capite ſecundo.

DECIMO

Digitized by Google

DECIMOSEPTIMO KALENDAS MAII.

IN Quadro Babyloniæ, Beati [a] Ioannis à Montepolitiano, Martyris; qui à Saracenis pro Chriſti nomine varia tormenta perpeſſus, ad vltimum in duas partes diſſecatus, victor migrauit ad Dominum. Apud Caſtrum-Villarum, in territorio Caſſanenſi, Beati [b] Petri à Sancto Andræa, Confeſſoris vitę ſanctitate, & gloria miraculorum celebris In Italia, Beati [c] Laurentij Panormitani, Confeſſoris, ac concionatoris eximij; qui eruditione, religione, ac virtute inſignis, Commiſſarij Apoſtolici ad inſulas Orientales præclaro functus eſt officio. Barcinonæ, Beati [d] Benedicti à Valentia, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, Prouincias Arragoniæ & Maioricarum, ſanctiſſimè rexit, ingentibuſque ſignis refulſit. In Vmbria, propè Montem-Falcum, Beati [e] Franciſci à Stronconio, Confeſſoris: cuius ſanctitatem miracula crebrò per eum edita teſtantur. Hiſtonij, in Apulia, Beati [f] Aloiſij à Gulioniſio, Confeſſoris; dono curationum inclyti. Methymnæ Campi; in territorio Salmanticenſi, Beatæ [g] Agnetis ab Ortega, Virginis.

APRILIS XV.

§. 1. B*Eati Ioannis à Monte-politiano*, *Martyr.* [a]] Vbcabatur B. Ioannes *Martinez* à Monte-politiano Prouinciæ Tuſciæ alumnus; qui cùm, quendam ciuem Genuenſem reperiſſet in Babyloniæ Quadro, ſeu Cayro, fidem Chriſtianam abnegaſſe; tantoperè deſudauit in reuocatione illius ad Eccleſiam, vt optatum finem conſequutus ſit. Quod Mauri ac Sarraceni perſpicientes, eos protinùs in vincula coniecerunt; & primò quidem minis ac diuerſis tormentis, deindè verbis pacificis & promiſſis conati ſunt eos in ſuam ſententiam trahere: verùm cùm id fruſtra tentatum eſſet, ſæcularis Chriſtianus conuerſus capite truncatus eſt: Beatus verò Ioannes in duas partes diſſectus, ad cœlos euolauit, anno Chriſti milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto. De eo ſcripſere Firmamentum trium Ordinum tractatu primo in Memoriali Ord. Minorum ſub vigeſimo Generali Miniſtrio huius Seraph. religionis. Speculum Fratrum Minorum ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis ſecundà parte Chronic. Minorum, libro nono, capite nono; ex Chronicis antiq. & Mariano. Gonzaga ſecunda parte Orig. Seraphic. relig. in Conuentu 27. Prouinciæ Tuſciæ. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libro ſeptimo, capite tertio, ſæcul. 14. Toſſinianus libro primo, Hiſtor. Seraphic. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcani. Picquetus in catalogo virorum illuſtrium Ordinis Minorum. Wadinghus tomo tertio, anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto, §. quinto. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Gaſtellæ cap. 9. & 12.

§. 2. *Beati Petri, Confeſſ.* [b]] De eo ſcribunt Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. in Prouinc. Calabriæ. Wadinghus ibid tom. 4. Annal. Minor. ad an. 1399. §. 62. & in Additionib. ad 2. tom. § 14. Obiit autem ann. 1264. die Lunæ 15. April. poſt occaſum ſolis. Oriundus erat ex territorio Fauentino, diſcipuluſque extitit Seraphici Patris S. Franciſci. Sepultus eſt in Conuentu Caſtri-Villarum, Prouinciæ Calabriæ à ſe fabricato: propter crebra miracula quæ patrabat exhumatus, inuentus eſt integer, & habitus illæſus; poſt annos quadraginta, depoſitum eſt corpus in arca marmorea; in qua iacuit annis ferè trecentis; donec ex ſpeciali commiſſione Clementis VIII. Pap. ann. 1601. tranſlatum eſt ad deuotum ſacellum, ex latere dextero pręcipuæ arcæ, & collocatum ſuper altare, vbi magna colitur veneratione. Habitus eius conſeruatur in pretioſa theca in ſacrario, ſimul cum libro MS. in quo continentur eius acta pręcipua & miracula. Multa operatus eſt ante & poſt mortem: claudis greſſum, cæcis viſum, ſurdis auditum, infirmis ſalutem ſuis precibus obtinuit: ab obſeſſis corporibus dæmones expulit, & ſe inuocantibus ingentia confert beneficia.

Beati Laurentij Panormitani, Confeſſ. [c]] Vir vtique doctiſſimus fuit, atque egregius concionator: virtutibus admodum exornatus, & magna religione prædirus; qui à Summo Pontifice. Eugenio 4. in Siciliam, deinde à Pio II. ablegatus eſt Commiſſarius Apoſtolicus ad inſulas Orientales, vt harum regionum populos excitaret ad arma ſumenda pro defenſione fidei Chriſtianæ contra Turcas. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſis ſupra parte tertia, libro quarto, capite vigeſimo octauo. Toſſinianus libr. 2. in Prouinc. Sicilię. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1444. §. 46. & 47. item tom. 6. ad ann. 1451. §. 57. ann. 1453. §. 33. an. 1456. §. 19 & ſeq. ann. 1457. §. 42. & 43. §. 3. §. 4.

Beati Benedicti à Valentia, Confeſſ. [d]] Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis tertia parte ſupra libro ſeptimo, capite decimo ſexto. Gonzaga, parte tertia, ſupra in Monaſterio ſanctæ Veronicæ Alicanti, quod eſt 6. Prouinciæ Valentiæ. Inſignis concionator extitit: tantoque zelo ac feruore prædicabat, vt & audientes in ſtuporem adduceret: quapropter Rex Catholicus libentiſſimè illius concionibus intererat, & ſibi in peculiarem Eccleſiaſtem delegerat. Prouincialis Miniſter factus Prouinciarũ Arragonię & Maioricarum, inibi verbum Dei egregiè diſſeminauit: ita vt deuotionem iis regionum populis non modicam intulerit. Præſens aſtitit in miraculo diuinitùs operato, ann. 1489. quando, vrbe Alicanto, maxima ſiccitate laborante imago ſanctæ Veronicæ, ſerico impreſſa, proceſſionaliter delata: ad eius oſtenſionem, per ipſum Beatum Benedictum, Alicantenſi populo de ſuggeſtu factam, abundantiſſimæ aquæ de cœlo ſubminiſtratę ſunt. Obiit ann. 1490. atque tumulatus eſt in Conuentu Sanctæ Mariæ de Ieſu, extra muros Barcinonenſ. ciuitatis: vbi condigno honore veneratur, ob ingentia à Deo per eum populo exhibita

Digitized by Google

beneficia, Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1490. §.32. Salazar. ſup. lib.4. cap.1. & Vvadinghus tom. 3. ſup ad ann. 1490. §.1.

§. 5. *Beati Franciſci à Stronconio, Confeſſ.* [c]] Ab oppido Vmbriæ cognomen accepit, fuitque Prouinciæ Sancti Franciſci alumnus; & inter Patres Obſeruantinos piè educatus, maximis virtutibus, ac vitæ perfectione valdè reſplenduit: cuius ſanctitas tanta extitit vt Deus plura per eum miracula operari dignatus ſit. Floruit ann. 1515 obiitque apud Conuentum Sancti Fortunati de *Monte-falco*: vbi in magna veneratione habetur ab huius loci accolis. Scribunt de eo Gonzaga parte ſecunda ſupra in præfato Conuentu, qui eſt 31. Prouinciæ Sancti Franciſci. Barezzus quarta part. Chronicor. Minorum libro primo, capite vigeſimo nono, ſub annum Chriſti milleſimum quingenteſimum decimumſeptimum. Toſſinianus libro ſecundo in Prouinc. Sancti Franciſci. Salazar. ſup. lib.1. cap 30. & 31 Vvadinghus tom. 5. ſup. 1443. §.13.

§. 6. *Beati Aloyſii, Confeſſoris,* [f]] Aloyſius, ſiue *Ludouicus* nuncupatus eſt; Hiſtonij, obiit in Conuentu S. Honofrij; vir vtique ſui ſtatus atque profeſſionis zelantiſſimus, qui plurimos infirmos adhuc viuens miraculosè curauit. Memoratur à Gonzaga parte ſecunda ſupra in hoc Conuentu, qui eſt 5. Prouinciæ Sancti Angeli. Barezzo ſupra libro tertio, capite ſexageſimo ad annum milleſimum quingenteſimum quinquageſimum. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Salazar. ſup. lib. 1 cap. 30. & 31. Vvadingho tom. 5. ſup. 1440. §.35.

§. 7. *B. Agnetis ab Ortega, Virg.* [g]] Admiranda ſanctitate fuit prædita hæc Religioſiſſima ſoror: claruitque apud Monaſterium ſanctæ Claræ Methymnæ campi (quod eſt 10. Prouinciæ Conceptionis) circa ann. 1540. Spiritu Prophetico celebris: huius loci excidiū atque ſororum diſperſionem, quæ poſt 16. annos infallibiliter euenerunt, morti ſuæ propinqua prædixit. Nam maiore huius domus parte ad terram lapſa, 30. eius habitatrices moniales, ad tēpus quo vſque reparata extitit, ad diuerſa huiuſce Prouinciæ loca tranſmiſſæ fuerunt: Memoratur à Gonzaga. 3. part. ſup. in eo Monaſterio. Barezzo. ſup. lib. 3. capit. 42. ad ann. 1543. Valerio lib 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. capite 36. Vvadingho, tom. 2. ſup. ad ann. 1256. §. 48.

DECIMOSEXTO KALENDAS MAII.

Apud Nontronium Aquitanorum oppidum, Beatorum [a] Mathæi Monſajonii., Conuentus illius loci Guardiani: Ioannis Borſeriani: alterius item Ioannis Broſierii, Martyrum: qui ob fidei Catholicæ confeſſionem, ab hæreticis tenti, & opprobriis laceſſiti, atque flagris diriſſimè cæſi, atrociſſimæ neci traduntur. Compluti, in Hiſpania, Beati [b] Alphonſi Sartoris, Confeſſoris: humilitate, obedientia, ac prophetiæ dono ſublimis. Orapeſſæ in territorio Abulenſi Beati [c] Hieronymi de Yelues, Confeſſoris: præcipuarum excellentia virtutum præclari. Conſentiæ, Beati [d] Ioannis à Caſtro-Villari, Diaconi: vita & miraculis clari. Apud Valuerdem oppidum, in territorio Hiſpalenſi; Beati [e] Bernardi à Laredo, Confeſſoris; qui humilitate, abſtinentia, charitate, patientia, & oratione pollens, ſignis admirandis, maximè aduerſus Dęmones, eluxit. Moroni, in eadem Prouincia, Beati [f] Andrææ à Guirola, Confeſſoris. Abulæ, Beati [g] Petri à Sancto Bonauentura, Confeſſoris: admirandæ humilitatis viri. Catalagirone, in Sicilia, Beati [h] Iacobi de Pariſio, Confeſſoris: gloria miraculorum conſpicui. Palmæ in territorio Cordubenſi, Beatę [i] Leonorę, à Sancto Franciſco, Virginis.

APRILIS XVI.

§. 1. Beatorum *Matthæi Monſaionij, &c. Martyr.* [a]] Sanguinarij ſæculi nouiſſimi hæretici ferinam omnem ſæuitiam ſuperantes; conuentum Nontronianum vnuerſa ſupellectile, cunctiſque monumentis ſpoliarunt: & ſummis encomiis laudandos Patres, B. Matthæum Monſajonium, eius Guardianum, atque cuſtodiæ Lemouicenſ. Cuſtodem, necnon & inſignem Eccleſiaſtem; B. Ioannem Borſerianum, & Beatum Ioannem Broſierium, viros religioſiſſimos atque deuotiſſimos; opprobriis, dicteriis, atque flagris ſupra modum diuexatos, atrociſſimæ neci, ob Catholicæ fidei, ac Pontificiæ auctoritatis confeſſionem, tradiderunt: ann. 1569. Agunt de eis Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. relig. in præfato Conuentu, qui eſt 42. Prouinc. Aquitaniæ recentioris. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 17. Daça, ibidem libr. 3. cap. 58. ad ann. 1567. Wadinghus tom. 4. ad ann. 1400. §.35.

§. 2. *Beati Alphonſi Sartoris, Confeſſ.* [b]] Memoratur ab eodem Barezzo ſupra lib. 1. cap. 45. poſt Gonzagam part. 3. ſupra in Conuentu ſanctę Mariæ de Ieſu Complutenſi, qui eſt 2. Prouinc. Caſtellæ: hiſce verbis. *Hoc in eodem Conuentu, ſepultus eſt bonæ memoriæ, ac ſummæ ſanctitatis vir, Frater Alphonſus Sartor, qui ob eximias eius virtutes, ſpiritu prophetico, quo & multa prædixit, à Deo inſigniri meruit: &c.* Item part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis, mentionem illius facit, Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Florebat ann. 1525. Vvadinghus tom. 6. ann. 1456. §.248.

§. *Beati Hieronymi, Confeſſ.* [c]] Luſitanus erat natione; vitam tranſegit in maxima animi trāquillitate, ſilentio, mortificatione, & pœnitentia, nihil particulare vnquam habuit, aut concupiuit; habitu viliori, & aſpero

Digitized by Google

& aſpero veſtiebatur, ſemper diſcalceatus incedebat, tantoque ſpiritus feruore Eccleſiam petebat, vt Choro pro diuino officio perſoluendo, iugiter interfuerit, etiamſi quandoque ęger eſſet, aut febribus laboraret. Orationi, flexis genibus, quaſi continuò vacabat, lectioni librorum ſpiritualium, & vitarum ſanctorum attentiſſimè inſtabat: vt poſtea opere compleret. Magiſter nouitiorum, ac poſtea Guardianus conuentus Dominæ noſtræ de *Roſario* effectus; eam curam egit tanta cum prudentia, vitæ exemplo, charitate, & cordis teneritudine, vt omnium ſubditorum animos ſibi conciliaret. Humillimuſque cùm eſſet, videbatur cæteris non præeſſe, ſed cunctis ſubeſſe. Compoſitione corporis, & religioſa conuerſatione ſua intuentium oculos alliciebat ad virtutem & honeſtatem, pauperibus valdè compatiebatur. Medicinas; & qui medici videbantur, ſummè diffugiebat: oratione quippe & abſtinentia ſeipſum omnimodè curabat. Tandem, ætatis ſuæ anno ſexageſimo quarto poſt omnia ſacramenta deuotiſſimè ſuſcepta, ſpiritum exhalauit, migrauitque in cœlum; corpus verò ſepultum iacet in Conuentu Orapeſſano, qui eſt 20. Prouinciæ Caſtellæ. Scribit de eo Ioannes à Sancta Maria prima parte Chronic. Prouinciæ Sancti Ioſephi lib. 1. cap. 42. Florebat ad ann. 1550.

§. 4. *Beati Ioannis à Caſtrouillari, Diaconi.* [d]] Huius ſanctiſſimi viri corpus in ſacrario Conuentus Sancti Franciſci Conſentiæ, ſumma veneratione cuſtoditur; ob ingentia miracula, quæ ad eius inuocationem quotidiè cœlitùs eduntur. Claruit anno milleſimo quingenteſimo ſupra trigeſimum. De eoque ſcribunt Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu qui eſt 7. Prouic. Calabrię. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 19. ad ann. 1533. & Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1399 § 61

§. 5. *Beati Benardi à Laredo, Confeſſ.* [e]] A *Laredo* ſeu *Saredo*, cognominatur. Qui licet medicus extra omnem ingenij aleam abſolutiſſimus eſſet, nunquam tamen aliquo ſacrorum ordinum initiari voluit; ſed Chriſto Domino, ſub ſimpliciſſimo laicorum habitu inſeruire maluit. Scripſit nihilominus plura opſcula, quorum alteri *Aſcenſus montis Sion*: alteri, *Modus faciendi*: alteri verò, *Metaphora Medicina*, titulus fuit. Huius religioſi fratris opera, in ſuis infirmitatibus vſus maximè fuit ſereniſſimus Portugalliæ Rex Ioannes II. (aliis XI.) in eiuſque gratiam ſingularem Piperis, Cinamomi, aliarumque ſpecierum, quæ ex orientali India in Hiſpaniam inuehuntur, eleemoſynam, in ſingulos annos Prouinciæ Angelorum erogandam contulit. Fuit præterea deuotiſſimus & maxima abſtinentia, patientia, charitate, taciturnitate atque orationis aſſiduitate præditus: inſuper & acerrimus Dæmonum hoſtis; aduerſus quorum inſidias, lignea cruce tribus clauis exornata vtebatur. Hic etiam monialem Epilepticam, præter omnium medicorum ſpem, atque ſententiam, priſtinæ ſanitati in monaſterio ſanctæ Claræ de columna Bellalcazaris mirabiliter reſtituit. Vixit circa ann. 1545. obiit verò apud conuentum ſancti Franciſci de Monte (qui eſt 7. Prouinciæ Angelorum) iuxta oppidum, quod Hiſpanicè *Valuerde* nuncupatur, in margine Bætis fluminis ſitum. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſupra vbi de hoc Conuent. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 48. ad ann. 1546. Mariano lib. 1. cap. 5. Chron. ſtrictior. obſeruant. Reformat. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 29. & lib. 2. cap. 2. Wadingho tom. 5. ſup. ann. 1453. §. 19. ipſe eſt, qui vidit animam Franciſci ab Angelis, Cardinalis, huiuſce Ordinis alumni, in gloria Paradiſi, ann. 1540. teſte Ferdinando Vghello in notis ad Ciacconum ſub Clemente 7. in eo Cardinali 8. pag. 1468.

Beati Andreæ à Gairola, Confeſſ. [f]] Hic per quadraginta annos mundo eiuſque illecebris, atque etiam nuptiis deſeruiit: ſed viduus factus, Franciſcanum habitum aſſumpſit, ac per alios quinquaginta annos, quibus in ordine ſuperuixit, Altiſſimo ita complacuit, adeòque ſtrenuè & religioſè atque perfectè vitam duxit, vt vix ſibi parem iis temporibus habuerit. Sanctiſſimè autem vitam finiuit in Conuentu Corporis Chriſti Moroni, qui eſt 25. Prouin. Bæticæ. Eius meminere ibid. Gonzaga 3. part. ſup. Barezzus ſup. cap. 25. Florebat ann. 1540. & 1550. §. 6.

Beati Petri à ſancto Bonauent. Confeſſ. [g]] Nauarrus, ſeu à *Sancto Bonauentura* cognominatus eſt: ex Abulenſi vrbe, nobilibus parentibus oriundus, primò militiam ſequutus, Vexillarij, deindè Capitanei munia exercuit: in quibus mille pericula euaſit. Hinc cœlitùs præuentus, religionem Seraphicam decreuit ſibi amplectendam: ſicque ſuis valedicens, & bona omnia pauperibus pro Chriſto diſtribuens, laicorum fratrum habitum obnixè petiuit; quem & aſſumpſit in Conuentu Abulenſi. Pretioſam humilitatis Margaritam maximè adamauit, cuius vi fretus, opera quæque viliora Conuentus, tanta animi alacritate complebat, vt videretur nil aliud ab incunabulis pertractaſſe. Otium vt vitium valdè exhorrebat; ſicque labori culinæ, horti, &c. operam dabat, vt etiam animo iugiter Deo coniunctus eſſet. Mitto illius abſtinentias, carnis mortificationes, aſperas pœnitentias, & cætera virtutis exercitia recenſere: quæ Ioannes à Sancta Maria ſup. fuſiore ſtylo deſcribit lib. 2. cap. 32. ad ann. 1575. Sancto fine quieuit in præfato Conuentu, qui eſt 23. Prouinciæ S. Ioſephi. §. 7.

Beati Iacobi, Confeſſ. [h]] Catalagirone natus eſt: Ordinemque Minoriticum illic aſſumpſit. Suæ autem profeſſionis fuit amantiſſimus, perfectuſque obedientiæ filius: tam aſſiduus in oratione, vt die noctuque Deo preces iugiter offerret. Corpus ſuum frequenti diſciplina ex cathenulis ferreis confecta, caſtigabat: ſolo, vnicoque habitu opertus erat, ſub quo cilicium ſemper gerebat ad carnem. Admodùm humilis extitit, charitatiuus, benignus, affabilis, & eximia ſimplicitate exornatus. Obiit an. 1580. in Conuectu S. Mariæ de Ieſu Catalagironis, qui eſt 7. Prouinciæ Siciliæ. Claret miraculis, quorum teſſeram refert Daça ſup. libr. 4. cap. 2. ex tribus proceſſibus authenticis. §. 8.

Beata Leonora, Virg. [i]] Humillima extitit, paupertatè ſummè excolebat, aſpero quoque cilicio corpus ſuum iugiter caſtigabat: à Dęmoniis ſępè pugnis & verbis diuexata, ſed ab Angelo conſolata, qui diem ſui obitus prædixit, in monaſterio S. Claræ Palmenſi, quod eſt 2. Prouinc. Angelor. Vide Daçam 4. part. Chron. lib. 3. cap. 77. Viuebat ann. 1565. §. 9.

DECIMOQVINTO KALENDAS MAII.

LOndini, Beati [a] Pauli à Sancta Magdalena, Martyris: qui pro fidei Catholicæ confeſſione, ſanguinem ſuum fudit. Kiriis in Saxonia, Beati [b] Conradi à Stógle, Confeſſoris: qui viuus ac mortuus miraculorum gloria refulget. Quauhnaoacij, in India Occidentali, B. [c] Franciſci Simbroni, Confeſſoris: qui caſtimonia, oratione, abſtinentia, & zelo ſalutis animarum valdè emicuit. Benicarloni in territorio Dertoſano, Beati [d] Anonymi, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Fonſalidæ in Hiſpania, Beatæ [e] Mariæ à Chriſto, Virginis: quæ prima huius loci Abbatiſſa inſtituta, ſummæ humilitatis, religionis, ac virtutis ſpecimen dedit.

APRILIS XVII.

§. 1. BEati Pauli, Mart. [a]] Penopoli in Anglia natus, ſed poſtea in Belgium appulſus, Duaci, apud patres noſtros Recollectos, Ordini Franciſcano nomẽ dedit. Porrò, quàm ſanctam, quàmque ab omni fæce remotam in Seraphico Lycæo vitam ille duxerit, vix enarrari poteſt. Nam quæ virtutes partim & per gradus, tractu temporis, in aliis ſunt, ita vnitæ in illo & connexę extemplò ſuccreuerunt, vt in eius conuerſionis exordio, nullus illo in carnis maceratione rigidior, nullus eo in contemptu rerum mundanarum eminentior; nullus in orationibus magis aſſiduus, in abnegatione propriæ voluntatis perfectior, in amore Dei, rerumque cœleſtium feruentior: Vnde haud mirum eſt; ſi Theologiæ lectoris, Guardiani Duacenſis, Cuſtodis, ac Commiſſarij Prouincialis muniis præclarè functus ſit. Verùm, cum Martyrij deſiderio, ſupra modum flagraret, mare trajecit, & Londinum vſque iterum perueniens, à ſatellitibus, captus & accuſatus; quòd, Catholicus, quòd Sacerdos, quòd Franciſcanus, quodque Catholicam fidem prædicaret tuereturque, poſt longam cum hæreticis diſputationem, morti tandem adiudicatus eſt; quam hac die, anno 1645. læto animo ſuſtulit, cùm prius clara voce pronuntiaſſet. *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, Ieſu, Maria; Ignoſce, mi Ieſu peccata mea, Ieſu conuerte Angliam: Ieſu miſerere huiuspatriæ: O Anglia conuertere ad Dominum Deum tuum.* Triumphalem iſtius agonem graphicè deſcripſerunt, R. P. Angelus à *ſancto Franciſco*, in certamine Seraphico Prouinciæ Angliæ, & Dominus *de Marſys*, lib. 3. perſecutionis Anglicanæ in Catholicos.

§. 2. *Beati Conradi à Stongle, Confeſſ.* [b]] Denominatur *Stongelem* ſeù *Stongle* vel *Stonglem*, Kiriis humatus: qui in vita & poſt mortem miraculis coruſcauit. Floruit circa ann. 1365. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8 part. 2. in fratribus Minoribus Prouinciæ Saxoniæ ſanctitate illuſtribus. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chron. Minor. lib. 9. cap. 29. §. 3. ad ann. 1369. Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis & part. 3. in Prouinc. Saxoniæ ſanctæ Crucis. A quo tamen poſitus eſt *Amadeus*, non Conradus. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 3. *Beati Franciſci Simbroni, Confeſſ.* [c]] Ex Abula Hiſpaniæ ciuitate oriundus, claros habuit parentes à quibus in omni pietate, boniſque moribus educatus, vt primùm ad adultam peruenit ætatem, Franciſcanæ religionis habitum, apud Abulenſem Prouinciæ Conceptionis Conuentum, induit; ac tantoperè in his, quæ ad religionem pertinent profecit, vt omnes ſibi coætaneos longè ſuperauerit. Aſſequutus pręterea diligenti ſtudio ſacrarum litterarum cognitionem, inque ſacris conſtitutus; cùm accepiſſet ea, quę à noſtris fratribus apud infideles Indos agerentur, omni poſtpoſita mora, ad eos traiicere decreuit, vt vel ſic ſibi conſulere, illis prodeſſe, atque Deo, pro talento ſibi cœlitùs conceſſo, obſequi poſſet. Voti igitur compos effectus, Indicum idioma apprimè didicit, in eoque frequentiſſimas ad ruſticum illum, & idololatriæ immerſum populum conciones (eximius interim paupertatis, obedientię, humilitatis, caſtimoniæ, orationis, abſtinentiæ, atque omnium denique cæterarum virtutum cultor) habuit; innumeroſque eius homines Chriſto lucrefecit; ac tandem meritis opimus, dierumque plenus, dùm huius Conuẽtus Annuntiationis Beatæ Virginis, Quauhnaoacij ſtrenuè ageret, animam ſuo creatori, maximum ſui deſiderium omnibus relinquens, reſtituit, ann. 1574. Scribunt de eo Gonzaga ſup. part. 4. in præfato Conuentu, qui eſt 35. Prouinc. S. Euangelij. Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 7. cap. 9. Rapinęus in Hiſtor. general. Orig. Recollector. decad. 7. part. 3. §. 1.

B. Anonymi Confeſſ. [d]] Floruit ann. 1580. obiitque apud Conuentum ſancti Franciſci Benicarlonis qui eſt 15. Prouinc. ſancti Ioannis Baptiſtæ: nocte verò ſequenti dulcis melodia Angelorum in Eccleſia, illius exequias decantantium, audita eſt: in teſtimonium glorię qua tunc fruebatur anima defuncti fratris. Meminit eius Barezzus ſup. lib. 8. cap. 66. (ex Ioanne Ximenez in ſua Chronolog.) ad ann. 1584. §. 4.

Beata Maria à Chriſto, Virginis. [e]] Hæc fuit Monaſterij Conceptionis matris Dei Illeſcis alumna; quę vnà cum aliis duabus probatiſſimis ſororibus monialibus exindè adducta eſt ad nouum Monaſterium ſancti Spiritus Fonſalidæ, ann. 1533. regendum: cuius prima Abbatiſſa eſt inſtituta, aliiſque omnibus ſummæ humilitatis, religionis, atque pietatis extitit exemplar. Agunt de ea Gonzaga part. 3. in præfato cœnobio Fonſalidæ, quod eſt 24. Prouinc. Caſtellę. Barezzus ſup. lib. 2 cap. 27. Salazar. lib. 7. Chron. eiuſd. Prouinc. cap. 23. Valerius de S S. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 21. §. 5.

DECIMO

Digitized by Google

DECIMOQVARTO KALENDAS MAII.

IN Belgio, Beati [a] Voiſlai, Martyris; quem feralis rabies hæretica, ob fidem Catholicam crudeliter iugulauit. Baſtiæ, in Territorio Aſſiſiatenſi Beati Bonauenturæ [b] Confeſſoris: qui paupertatis, & humilitatis ſectator perfectiſſimus factus, à Deo miraculorum gloria in vita, & poſt mortem frequenter eſt illuſtratus. Beuallię in Corſica Inſula, Beati Leonis [c] de Petra-Buni, Confeſſoris, qui plurimarum prærogatiua virtutum effulſit. Peruſiæ, Beatorum [d] Franciſci Æſini, & Ioannis Baptiſtę Nurſini, Confeſſorum: qui Doctrina, virtutibus, & ſignis admirandis illuxere. In Mexico, Beati Alphonſi [e] Ordonnezij, Confeſſoris: paupertate, humilitate, orationeque ac obedientia, & ſignis admirandis præclari. Gandiæ in regno Valentiæ, Beati [f] Andreæ Hibernonis, Confeſſoris: qui cunctarum penè virtutum apicem tenens, virginitatem ſeruauit intemeratam, & dono Prophetię ac miraculorum extitit glorioſus. Palmæ in Territorio Cordubenſi, Beatæ [g] Mariæ à S. Franciſco, Virginis: vitæ auſteritate, & Religione inſignis.

APRLILIS XVIII.

§. 1. BEati *Voiſlai, Mart.* [a]] Belga erat natione, profeſſione Laicus, Prouinciæ Flandriæ alumnus: quando hæretici, vltra feralem crudelitatem, in Catholicos ſæuientes, hunc religioſum, vi tormentorum excruciarunt vt fidem Catholicam desereret: ſed fruſtra: vnde martyrio glorioſè coronatus eſt. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Martyr. Ordinis Minorum. Daça 4. part. Chronicorum Minorum, lib. 5. cap. 72. ann. 1570.

§. 2. *B. Bonauenturæ, Confeſſ.* [b]] Laicus erat, diuque habitauit in Conuentu Ceruariæ, Cuſtodiæ Regni, cuius & ſtructuram auxit. Deceſſit ann. 1408. In Conuentu S. Crucis oppidi Baſtiæ, ſeu Inſulæ, inſigni vitæ ſanctitate præditus. Ita Wadinghus tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1408. §. 5.

§. 3. *B. Leonis, Confeſſ.* [c]] Corſus erat natione, laicus per B. Thomam *Florentinum*, Scarlini initiatus. Rigoroſo Ieiunio, aſſiduiſque ieiunijs corpus affligens, oratione, & contemplatione ſpiritum recreabat. Prophetiæ, & conſilij donis fuit etiam copioſè illuſtratus: vide Wadinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1447. §. 30. & tom. 7. ad ann. 1483. §. 75. ex Chronic. Antiq.

§. 4. *BB. Franciſci, & Ioann. Confeſſ.* [d]] Ex familia obſeruantium Fratrum Minorum, ad Capucinos commigrarunt ann. 1534. vbi tanta omnium virtutum laude floruerunt, vt prior, Generalis totius congregationis Capucinorum renuntiatus ſit ann. 1543. ac tandem ſanctiſſimè obierit octuagenario maior, ann. 1549. quem ibidem tertia die ſecutus eſt, ad cœleſtem patriam, eius comes amantiſſimus B. Ioannes à Nurſia: vt qui ſpiritu, Religione, virtute, ac regularis diſciplinæ zelo, in vita coniunctiſſimi fuerant, nec morte quidem, vel cœleſti manſione diſiungerentur. Vtriuſque virtutes, ac præclara facinora, ſignaque admiranda refert Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1549. §. 14. & ſeq. ex multis monimentis.

§. 5. *B. Alphonſi Ordonnezij, Confeſſoris* [e]] Numantiæ natus, habitum religionis ſuſcepit in Prouincia Bætica; indéque mare traiiciens, in Prouinciam S. Euangelij profectus eſt ann. 1558. Duo idiomata, Mexicanum ſcilicet, & Otomicum didicit, & vtroque concionatus eſt ingenti fructu animarum. Maxima abſtinentia, & auſteritate vixit; ſemel enim in die, & parcè cibum ſumebat; nec attigit vinum, quouſque extrema ſenecta, vrgentibus fratribus, & Superiore, paululum ſumere cœpit. Sed quamquam ita in ſe aſperus eſſet, & ſeuerus, alios tamen eximia charitate, & beneuolentia tractabat: cùm, & perquàm affabilis eſſet, & ſpirituali ſemper lætitia exultaret, videbatur in cœlis conuerſari, tam à ſe ſemper alienus, & in Deo defixus erat: manifeſtè in ſe oſtendens regulæ obſeruantiam, obediendi promptitudinem, paupertatis amorem, humilitatis magnitudinem, zelum denique ſalutis animarum deuotionemque in quotidianis precibus recitandis, Miſſis faciendis, & diuinarum rerum contemplatione. Singulis noctibus, hora 11. Matutinas preces ſolus recitabat, eaſdemque rurſus paulò poſt cum cæteris dicebat. Dæmon ei variis perturbationibus admodum moleſtus fuit, à quibus tamen orationum, & pœnitentiæ liberatus eſt. Dùm vacaret orationi multa à Deo beneficia accepit, quæ tamen ſedulò occultauit. Studebat interdiu iugiter lectioni orationem coniungens, & quidquid intellectu ſpeculabatur, affectione, & deuotione excoquebat. Noctu nunquam in cella lumen habuit: quicquid enim à ſomno, quo parciſſimus erat, reſtabat, id orationi impendebat. Honeſtatis præcipuam curam habuit, Guardianus ſæpe fuit, & ab omnibus ſummoperè amatus. A Dæmone vexatos, ſigno crucis liberauit. Tandem omnibus ſacramentis ſuſceptis, virtutum, & bonorum operum plenus, ad Dominum migrauit ann. 1584. Sepultus in Mexicano Conuentu; vbi in magna veneratione habetur. Gonzaga ibidem part. 4. Barezzus ſup. lib. 8. cap. 71. Marianus lib. 2. cap. 34. & Grauina ſup.

§. 6. *Beati Andreæ Hybernon Confeſſoris.* [f]] Oriundus erat ex *Alcantarilla* iuxta Murciam in Hiſpania, adoleſcens optimæ indolis, pacificus, & quietus: qui, & ab ineunte ætate iugum Domini ferre pluri-

mùm ſtuduit. Franciſcano ſodalitio nomen dedit in Conuentu Albaceti, Diœceſis Carthaginenſis, laicorumq; Fratrũ numero ſociatus eſt: vbi profeſſione emiſſa, tres annos adhuc ibidem peregit. Verùm, altiorem vitæ gradum mente reuoluens, tranſiit in Cuſtodiam (nunc autem Prouinciam) ſancti Ioannis Baptiſtæ Diſcalceatorum. Tunc cœpit omni animi contentione, in ſtadio virtutis, ad brauium perfectionis aſpirare; cunctoſque conatus præmiſit in perfecta noſtræ Regulæ Obſeruantia, quam ſic ad amuſſim legebat, ſeruabat, ſcrutabatur, ac intelligebat: vt Seraphici Patris S. Franciſci verus imitator appareret, aliiſque fratribus quantumuis antiquis, vel virtuoſis, zelum ſuæ profeſſionis adderet. Coram Deo ſemper ambulauit, nec à præſentia eius, vel ad punctum, receſſit. Orationi continuò vacabat die noctuque, & ſi quandoque per horam ſomno oppreſſus quieſceret, ab Angelo cuſtode mox, ea completa, excitabatur. Sæpè rapiebatur in extaſim, & ſurſum tantoperè leuabatur à terra, vt non tangi, ſed ſolùm cerni poſſet: tuncque è vultu eius ingens ſplendor emicans, intuentium quidem oculos perſtringebat: ſed voci Superioris confeſtim parebat. Poſt diuinum ſeruitium à ſe perſolutum, recitabat etiam Officium Defunctorum, Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales: Horas de *Beata*: Coronam, & Roſarium Virginis, cum multis aliis piis precibus, quas deuotè & attentè dicebat. Nuſquam enim orationi inſtabat, niſi genu flexus, abſque ſubpodio, vel alio aliquo fulcro. Qualiter autem Auguſtiſſimum venerabatur Euchariſtiæ Sacramentum, Miſſæque ſacrificio inſeruiebat; prorſus mirabile eſt.

§. 7. Humillimus ac modeſtus, plenuſque charitate erga proximum, ſemper extitit. Si quandoque rogatus vt benedictionem alicui impertiret ægro, vel crucis ſignum conferret, nuſquam votis annuebat, niſi prius à Superiore coactus, & impulſus, tumque aliquantiſper præuiam orationem feciſſet: ſolitudinis, ſilentij, & laboris amantiſſimus, otium ac vana colloquia exhorrebat. Pœnitentiæ, obedientiæ, abſtinentię, & paupertatis erat eximiæ: tantoque conſcientiæ nitore adornabatur, tali caſtimonia præfulgebat, vt virginitatem illibatam ſeruauerit, nec vllam ſenſerit carnis illuſionem, vel aliqua paſſus ſit corruptionis vulnera. Multùm eius patientia enituit, in vltima infirmitate, qua, poſt omnia Sacramenta ſumma pietate ſuſcepta, fœliciter deceſſit è vita, apud Conuentum Sancti Rochi Gandiæ, Prouinciæ Sancti Ioannis Baptiſtæ, tempore Matutinarum, hora prima, April. 18. ann. 1602. cuius exequiis interfuere Clerus vniuerſus, & cæteri religioſi, Dux Gandiæ, cum Senatu, immenſaque populi multitudine. Porrò, tantis ſignis ac portentis, claruit viuus ac mortuus, vt de eo canonizando ſermo ſit in curia Romana; nuncque proceſſus fiunt, authoritate Apoſtolica; vti conſtat, ex libello Neapoli, ann. 1616. apud Typographiam Ioannis Roncalioli, & Rapinæo 1. part. Hiſtor. general. Recollector. in præfat. §. 4. Illius vitam, virtutes ac miracula latè deſcripſit Ioannes à ſancta Maria 2. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 4. cap. 21. 22. & 23. vbi cognominatur *Hibernon*, non verò *Iuernenſis*.

§. 8. *B. Mariæ à Sancto Franciſco, Virginis.* [g]] Pœnitentiæ operibus maximè dedita, corpus ſuum aſpero cilicio, toto vitæ tempore, edomabat: nuſquam camiſia vſa eſt, ſemper diſcalceata incedens: panis, & aqua, cibus eius, & potus. Spiritum Deo reddidit in Monaſterio S. Claræ Palmenſi, quod eſt 2. Prouinciæ Angelorum. Vide Daçam 4. part. Chronicorum Minorum lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575.

DECIMO TERTIO KALENDAS MAII.

BArbezilij, in Santonia, Beati [a] Petri Coſeti, Martyris. Aſculi in Picœno, Beati [b] Conradi, Confeſſoris: vita & ſignis admirandis celebris. Alburquerquij, in Caſtella, Beati [c] Ioannis à Bouadilia, Confeſſoris: qui patientia, humilitate, ac omni virtutum genere extitit apprimè adornatus. Apud Bilbilim oppidum in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [d] Caſullæ, Confeſſoris; qui ſcientia, paupertate, & caſtimonia conſpicuus, dono etiam opitulationum nunc vſque emicat. Sinſonzæ, Mechioacanici Regni in India Occidua primariæ, Beati [e] Petri à Garrobiliis, Confeſſoris, admirandæ religionis, & ſanctitatis viri: qui potens opere, & ſermone multos Infideles conuertit ad Chriſtum. Panormi, Beatæ [f] Claræ à Catana, viduæ, Tertiariæ genere, & virtutibus inſignis.

APRILIS XIX.

§. 1. B*Eati Petri Coſeti, Martyris.* [a]] Hic cum Paſſionem Dominicam, feria ſexta Paraſceues, concionaretur ab hæreticis captus, paloque alligatus, tormentorum ictibus, ad Martyrij palmam peruenit, ſub ann. 1560. Gonzaga part. 1. in ſacris Martyribus Ordinis Minorum ſuo æuo; ob Chriſti fidem paſſis in Prouinc. Turonenſ. Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronicorum. lib. 9. cap. 59. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſc. Grauina, in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. ex Fernando lib. 3. cap. 19. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 364.

§. 2. *B. Conradi, Confeſſ.* [b]] Nobilibus parentibus Aſculi in Picœno natus, ann. 1234. Galliam poſtea ſtudiorum cauſa, inuiſit, vbi, & Theologus Pariſienſis euaſit. Obijt plenus ſanctitate, hac die, an. 1289. Quamplurimorum patrator miraculorũ exindè efficitur; ob quę

ob quæ à populo ciuitatis Aſculanæ magna in veneratione habetur; de quo, & feſtum illic celebrari ſolitum eſt. FF. Benedictus à Podio Canoſæ, & Dionyſius à ſancto Homero, Prouinciæ Aprutinæ, eius ſocij, vitam ipſius conſcripſerunt, & Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1189. §. 27. item in Additionibus ad eundem tom. 2. §. 33. incidit in proceſſum compactum pro hoc B. viro Canoniſando, ex quo patriam, genus, vitam, & acta ſub Compendium reduxit. Illius meminerunt Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouincia Marchiæ. Codex MS. Abbat. San-Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſipponenſ. part. 2. ſup. lib. 8. cap. 22. §. 2. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Picquetus in Cathalog. viror. Illuſtr. Franciſcan. poſt Marianum lib. 2. cap. 8.

§. 3. *Beati Ioannis à Bonadilia, Confeſſoris.* [c]] Ex Salmantica vrbe oriundus erat, & Prouinciæ Sancti Gabrielis alumnus; in qua vitam ſanctiſſimam duxit: Prælati officio multoties laudabiliter functus. Diuturnitate morbi, ſeu prolixi languoris ærumna, haud animo, vel corde fractus, omnia conſtantiſſimè, & humillimè ſufferebat. Mori ſummè cupiebat eo die, quo Filius Dei pro ſalute hominum paſſus eſt; cuius deſiderium adimpleuit Dominus; obiit etenim feria ſexta in Paraſceue: eadem hora, qua Chriſtus expirauit in cruce. Eius ſacrum corpus honorificè tumulatum fuit in Conuentu B. Virginis Mariæ Alburquerquij. Scribunt de eo Gonzaga part. 3. Orig. Seraphic. Religionis in eodem Conuentu, qui eſt 5. præfatæ Prouinciæ. Barezzus part. 4. Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 58. ſub. ann. 1531. Ioannes Baptiſta Molez in Memorial. eiuſdem Prouinc. Rapinæus in Hiſtor. general. Orig. Recollector. decad. 4. part. 2. §. 13. & decad. 8. part. 1. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Aurelian. Daça part. 4. Chronicorum Minorum lib. 3. cap. 51. Fernandus lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. capit. 19. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 4. *Beati Caſulla, Confeſſoris.* [d]] Doctrina, & vita exemplari vir fuit eminentiſſimus, & ſanctitate celebris: ob cuius merita, multa fidelibus ipſum inuocantibus impenduntur cœlitùs beneficia. Diem clauſit extremum apud Conuentum ſancti Franciſci Bilbilis oppidi, ad Solonem fluuium; qui eſt 4. Prouinc. Arragoniæ. De quo Gonzaga ibidem part. 3. ſup. id refert. *Mortem obiit hoc in Monaſterio (in quo ſacra Theologiæ ſtudium perpetuò viget) atque in communi Fratrum ſarcophago eximiæ ſanctitatis Pater Frater Caſulla, ſepultus eſt: qui ob excellentes, quibus pollebat, virtutes, ab omnibus tum Fratribus, tum quoque ſecularibus, ſanctus, Deoque charus habitus eſt. Fuit ſiquidem inter humiles humillimus, inter pauperiores pauperrimus, atque inter caſtiſſimos ſummè (ſi ita fari liceat) caſtiſſimus. Quamobrem cum Iob dicere potuit; Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de Virgine. Quoad cæteras verò eius virtutes, hoc tantùm dixerim, quòd nihil penitus ad earum perfectionem deſiderari potuerit. Hinc factum eſt, vt vniuerſum oppidum ad eius funus confluxerit, & alter crines, alter verò vel habitus, vel chordæ partem, in reliquiam à ſe ſummè venerandam atque colendam, accipere contenderit.* Eadem atteſtantur Barezzus ſup. lib. 2. cap. 22. ad ann. 1532. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1362. §. 6.

Beati Petri à Garrobiliis, Confeſſoris. [e]] Prouinciæ §. 5.
Sancti Michaëlis fuit alumnus; qui factus Sacerdos in Indiam Occiduam aduenit. Poſtquam autem Indicum Mechioacanicæ regionis idioma (hoc Taraſcum vocant) apprimè didiciſſet, totum ſe Infidelium conuerſioni dedit. Nec tamen fruſtra: cùm infinitos penè idololatras Chriſti fidem ſuſcipere feruentiſſimis ſuis concionibus coegerit, & mille aliquando idola vno die vel igni tradiderit, vel in fruſta comminuerit. Execrabilia prætereà quædam ſacrificia à Montanis Scatulenſibus Indis, Dæmonibus offerri ſolita, longè eliminauit. Tandem infirmitate grauatus, ſed meritis cumulatus, in ſenectute bona, ſpiritum exhalauit: ſepultuſque eſt in Conuentu S. Franciſci Sinſonzæ, qui eſt 1. Prouinc. SS. Petri & Pauli. Vide Gonzag. ibid. part. 4. ſup. Barezzum ſup. lib. 3. cap. 28. circa ann. 1540.

B. Claræ, viduæ Tertiariæ. [f]] Vidua cùm eſſet, & §. 6.
tertij Ordinis alumna, diuitias, nobilitatem, patriam ſuoſque relinquens, omnibus incognita in ſolitudinem ſeceſſit, ibique in aſſidua contemplatione, pœnitentia, & voluntaria paupertate perſeuerans, labore ac meditatione victitabat: multa antequam euenirent prædixit, obdormiuit in Domino, anno ſalutis 1617. Sepulta Panormi, in Sancta Maria de Ieſu: teſte Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

Digitized by Google

DVODECIMO KALENDAS MAII.

IN partibus Orientis in Medorum Imperio, Beati [a] Iacobi de Florentia, Zaiotonenſis Epiſcopi, & Martyris; pro Chriſto à Sarracenis interempti. Briuæ in Aquitania, Beatorum [b] Stephani à Borda, & Antonij de Pulchro Viſu, Martyrum. Mexici, in India Occidentali, Beati [c] Franciſci Toralli, Confeſſoris, Iucatani primi Epiſcopi; ſcientia, & virtutibus illuſtris. In Hethruria, Beati [d] Matthæi de Caſtillione Aretino, Confeſſoris: eximiæ puritatis, magnæque ſanctitatis viri. Laudæ, Beati [e] Iacobi Oldi, Confeſſoris, Tertiarij; qui miſericordiæ, & charitatis operibus iugiter intentus, dono Prophetiæ ac miraculorum gratia extitit ſublimatus. Eremitæ Vallis Saxi propè Fabrianum, Beati [f] Franciſci à Libra, Confeſſoris: qui Reſformationis Regularis Obſeruantiæ propagator præcipuus, primus extitit Vicarius Familiæ Obſeruantiæ in Prouincia Marchiæ, & clarus meritis ſancto fine quieuit. Moſteiri in territorio Tudenſi, Beati [g] Alphonſi Aurienſis, Confeſſoris. Groningæ in Friſia, Beati [h] Matthię Becheri, Confeſſoris: religione ac pietate ſpectabilis. Bellalcazari, in territorio Cordubenſi, Beati [i] Ludouici à Cruce, Confeſſoris: generis nobilitate, & vitæ ſanctitate clariſſimi. Vrbini, Beati [k] Dominici Lioneſij, Confeſſoris: qui ob præclaras virtutes, ſepties Miniſter Prouincialis Marchiæ effectus, toties mira prudentia, charitate, & ſanctitate, atque ſignis admirandis refulſit. Aſſiſij in Vmbria, [l] Conſecratio Eccleſiæ Conuentus Minorum Fratrum, ſub nomine Seraphici Patris ſancti Franciſci; à Gregorio IX. Summo Pontifice ſolemniter celebrata. In Scalone Caſtellæ oppido, Beatæ [m] Ioannę Pachiecæ, Virginis: nobilitate, mundi abdicatione, & amore in Chriſtum ſponſum illuſtris.

APRILIS XX.

§. 1. *Beati Iacobi, Epiſcopi, & Martyr.* [a]] Quo tempore paſſus ſit, diſce ex S. Antonino 3. part. hiſtor. titul. 24. cap 9. §. 20. vbi ait. *Anno Domini* 1362. *pro confeſſione Catholicæ fidei, per Sarracenos fuit Martyrio coronatus Dominus Frater Iacobus de Florentia, Epiſcopus Zaiotonenſis.* Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraph Wadinghus tom. 4. annal. Minor. ad ann. 1362. §. quarto; ex Mariano lib. quarto cap. decimo tertio. Volateranus lib. vigeſimo primo, Antropolog. qui ſocium illi adiungit Beatum Guillelmum *Campanum:* cui omninò aduerſatur præfatus D. Antoninus: vide infra 8. Auguſti.

§. 2. *Beatorum Stephani, & ſocij Martyr.* [b]] Conflagrato Conuentu Briuenſi, hæretici Caluiniſtæ, eo ſcelere haud contenti, B. Patrem Stephanum *de Borda*, & Beatum Fratrem Antonium de *Pulchro Viſu*: quòd eorum impietatem deteſtarentur, quodque extra Romanam Eccleſiam ſalutem inueniri negabant, funeſtis gladiis confoderunt, circa ann. 1565. Vide Gonzagam 3. part. Orig. Seraph. relig. in prædicto Conuentu, qui eſt 40. Prouinc. Aquitan. recentior. Vvadinghum tom. 1. ad ann. 1227. §. 18. Daçam 4. part. Chronic. Minor. libr. tertio, capit. quinquageſimo octauo.

§. 3. *Beati Franciſci Toralli, Epiſcopi,* [c]] *Ex Vbeda* ciuitate Hiſpaniæ originem duxit, & à teneris annis ſuſcepto D. Franciſci habitu in Prouincia Bætica, iugum Domini amplexatus eſt. Poſtea zelo ſalutis animarum inflammatus, nouam Hiſpaniam petiit, ibique in Prouincia S. Euangelij magnæ cum probitatis ſuæ documento vitam tranſegit. Primus omnium Popolcarum idioma, ob nimiam barbariem difficillimum, didicit, aliiſque religioſis tradidit, cùm in methodum id facilitatis cauſa reduxiſſet: Mexicanum quoque aſſecutus, vtique eximiam operam in loco Tecamalchi, vniuerſaque Popolcarum regione dedit; illicque ingentem eorum numorum diuino tinxit lauacro. Electus Cuſtos prædictæ Prouinciæ. ad generale Capitulum, ann. 1553. Salmanticæ celebrandum profectus, maiorem Hiſpanię partem peragrans, religioſos homines ſalutis animarum cupientes, ad hoc opus Dominicæ vineę perquiſiuit; cùm interim pedibus iter faceret, vili adeò veſte indutus fuit, vt maximè omnes Conuentus in paupertatis amore confirmaret.

Porrò, ann. 1554, nouam Hiſpaniam reuerſus, 34. Religioſos ſecum deduxit: vbi non multò poſt, in de- §. 4.
cimum Prouincialem huiuſmodi Prouinciæ ſancti Euangelij electus eſt, quam, & prudenter, atque ſanctiſſimè rexit. Prouincialatus tempore nondum elapſo, propter eximiam probitatis eius opinionem, ab Indiarum ſenatu, in Hiſpania conceptam, in primum Iucatani Epiſcopum aſſumptus eſt. *Suſcepit hanc ille dignitatem, quia nulli in illis regionibus alij miniſtri Euangelij, quàm Diui Patris Franciſci Fratres reperiebantur*, inquit Gonzaga, & impulſus maximè eo deſiderio, quo flagrabat, indigenas ad veram fidem deducendi ante conſecrationem,

Digitized by Google

ob negotia nonnulla, Hiſpaniam rurſus petiit, in-
déque conſecratus ad Epiſcopatum rediit: cui ſæ-
pè renuntiauit, cellulæ mòdo ſuæ quietem optans,
& extremum ſepulturæ locum inter ſanctos religio-
ſos, quos nouerat, in hac Prouincia: idque vltimum
ſanè adeptus eſt, quamquam abdicare ſe Epiſcopatu
haud quaquam potuerit. Nam è Iucatano in nouam
Hiſpaniam, ob res nonnullas neceſſarias, veniens, vi-
tam Mexici, in Conuentu S. Franciſci finiuit, menſe
Aprili, ann. 1571. ibique in medio maioris capellæ ſe-
pultus eſt: haud ſine ſanctitatis inſignis odore. Agunt
de eo Gonzaga parte quarta in præfato Conuentu, qui
eſt 1. Prouinciæ ſancti Euangelij. Barezzus ſupra li-
bro quinto capite vigeſimo ſexto. Toſſinianus libro ſe-
cundo ſupra in Epiſcopis huiuſce Ordinis anno 1561.
Rapinæus Hiſtor. General. Origin. Recollector. de-
cad. 7. part. 1. §. 3. Hilarion à Coſta libro primo Hi-
ſtor. Catholic. pag. 115. Marianus libro ſecundo, ca-
pite trigeſimo ſexto Chronic. Reformat. Daça quarta
parte Chronicorum Minorum libro ſecundò capite
quadrageſimo nono, & libro tertio capite quinqua-
geſimo.

Beati Matthæi, Confeſſoris [c]] Hic eſt ille Frater Lai-
§. 5. cùs, vir pius, & humilis, puritatis magnæ, & vitæ
probatiſſimæ; qui ex commiſſione Reuerendi Patris
Philippi *Perusini*, Hethruriæ Miniſtri Prouincialis,
& P. Ioannis *Caſtillionenſis*, Cuſtodis iuſſu Capituli
generalis Argentinenſis, ann. 1282. detexit, quæ ſibi
cœlitùs reuelata fuerant apud Montem Aluernum, de
Stigmatibus Seraphici Patris Sancti Franciſci: circa
modum, locum, tempus, & horam tanti prodigij.
Huiuſce memoriam agunt Beatus Bartholomæus Pi-
ſanus libro tertio Conformitat. fruct. 3. parte 2. Mar-
cus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. Minor. lib. 4.
cap. 25. 26 Marianus libr. 3. cap. 5. Sedulius Com-
mentar. in vit. ſancti Franciſc. cap. 13. §. 2. Vvadin-
ghus tom. 2. ſup. ad ann. 1264. §. 8. 1281. §. 1. Toſ-
ſinianus ſup. lib. 1. & alij rerum Franciſcan. ſcripto-
res. Gonzaga 1. part. ſup. in Conuentu ſancti Chri-
ſtophori Caſtillionis Aretini, qui eſt 17. Prouinc.
Tuſciæ, vocat eum Matthæum à ſancto Ioann.

§. 6. *B. Iacobi Oldi, Confeſſ. Tertiarij* [f]] patria Lauden-
ſis, anno 1404. menſe Aprili, magna pietatis, & vir-
tutis opinione obijt. Marchiſio patre, & Flordimina
matre, progenitus, traducta vanis illecebris adoleſ-
centia, vxorem duxit; genitiſque tribus liberis, co-
gitare cœpit, quàm vana, & caduca ſint omnia ter-
rena. Tum iactis humilitatis, optimis probæ vitæ fun-
damentis, tertium S. Franciſci Inſtitutum pœniten-
tiæ obeundę delegit: allectis genitrice, & coniuge vt
idem vitæ genus ſubirent. Deindè ſacerdotio initia-
tus accuratius animam virtutibus, præſertim pietatis
erga proximos, orationis, abſtinentiæ, & corporis
edomandi ſtatuit excolere, perpetuum geſtabat cili-
cium, vel ferreum vel aſperis ſetis, nodoſique ne-
xibus intextum. A carnibus, & vino abſtinuit, & ne
vel ipſa aqua nimis placeret, myrrha vel abſinthia ad-
miſcebat. Aſſuetis Eccleſiæ ieiuniis alias addebat
Quadrageſimas, in quibus per octiduum nihil mandu-
cabat. Lectus nuda humus, ceruical lapis, veſtis
deſpecta.

§. 7. Continuis ſermonibus populum ad meliora prouo-
cabat chariſmata, & oppida ruralia percurrens,
egentibus vniuerſa exhibebat pietatis obſequia. Eius
hortatu multi ad frugem vitam conuerſi, mundo vale
dixerunt. Futuros euentus, & imminentia bella Pro-
phetauit. Tandem infirmis per Xenodochia ſeruiens,
prædixit ſocio vtrumque breui, è vita diſceſſurum.
Ille quadruo languens, piè obijt, ſepultus in clauſtro
Minorum: hic leui, & breuiſſimo morbo correptus,
hilaris, & iucundus, illa ſæpè repetens verba; *Di-
rupiſti Domine vincula mea*: deuotè expirauit: ſepul-
tus in Eccleſia S. Iuliani, à ſe constructa, & dotata
in proprijs ædibus. Eum Laudenſes magna habent in
veneratione, in Cathalogo SS. & BB. Laudenſium
compacto in tertia Synodo ſub. D. Michaële Se-
ghiſio, inter reliquos connumeratur, & in viſitatione
Eccleſ. Laudenſium, quam habuit idem Epiſcopus
an. 1621. iuſſit corpus eius decẽtius reponi. Vita ipſius
deſcripta eſt ab eius Confeſſario F. Sebaſtiano Darda-
done, Minoritano 1423. ex qua Marulus lib. 4. Hi-
ſtor. ſacrar. Relig. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertia-
rior. De Torres in practic. exhortationib. ſuper
eandem Regul. fol. 36. De Buſtis. In Roſario Qua-
drageſimal. Serm. 27. part. 2. Salazar. lib. 7. Chro-
nicor. Prouinc. Caſtellæ cap. 10. & 30. Petrus Caluus
in defenſorio ſacrar. Religion. lib. 2. cap. 49. Vadin-
ghus tom. 5. ſup ad ann. 1404. §. 7. & ſeq. Iacobus
Thielmanſ. tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin.

Beati Franciſci à Libra Confeſſor. [g]] Alius eſt à Bea- §. 8.
to Franciſco, Fabriani ſepulto; (de quo 6. Auguſti)
tumque diuerſus à Beato Franciſco *Fabrianenſi*, cuius
nuper meminimus: diſtinguitur etiam à Beato Fran-
ciſco *Cicho*, Tertiario, de quo agemus 4. Auguſt.
prout perſonarum conditiones, loca & tempora, ſatis
ſuperque comprobant. Sciendum itaque, quod cùm
per Henricum generalem Miniſtrum, Beatus *Paulu-
tius* à Fulgineo inſtitutus fuiſſet velut Prouincialis Su-
perior pro Obſeruantibus fratribus per Picœnum de-
gentibus, videlicet, Camerini, Cæſæ, Palumbæ, ac
Muri; ann. 1390. ſuper hæc loca, & alia Cœnobiola
tractus Picœni, Beatus ipſe Paulutius, iam ætate gra-
uatus, ſuum conſtituit Commiſſarium, & Coadiuto-
rem Beatum Franciſcum *à Libra*, aliàs *Cichum* Fa-
brianenſem, virùm optimum; qui dudum cum aliis
Fratribus Picœntibus ei adhæſerat, & religioſiſſima
conuerſatione, conſodales ad omnem virtutem, & ſæ-
culares ad religioſam ineundam vitam alliciebat. Ob-
tinuit hic à nobiliſſimo Heroe Chiauello, Fabriani
Domino, Guidonis filio, ædiculam Eremitæ Vallis
Saxi 4. mil. paſſ. à Fabriano diſtantem, iis in partibus,
ob Seraphici Patris noſtri Sancti Franciſci incolatum,
celeberrimam. Tandem vicario functus munere, in
illa Prouincia annis multis, poſt monachatus quin-
quageſimum quintum, eo in loco Eremitæ, magna
ſanctitatis opinione deceſſit: (qui eſt 34. Conuentus
Prouinciæ Marchiæ) ann. 1422. hac die. Scribunt de
eo Iacobillus in SS. Fulginatibus, vbi de Beato Pau-
lo, ſeù Paulutio de *Trincis*: & Vvadinghus ſup. tom.
4. ad ann. 1390. §. 3. ex Mariano lib. 5. cap. 4. item
tom. 5. ad ann. 1418. §. 6.

Beati Alphonſi Aurienſ. Confeſſoris. [h]] Ædes San- §. 9.
ctæ Mariæ à Moſteiro, quæ iam per multos annos Re-
collectioni deſeruiit, prima fuit ex Obſeruantia Pro-
uinciæ Portugalliæ: illic enim conſtat ſemper viguiſſe
religioſiſſimam diſciplinam, & viros virtute conſpi-
cuos. In eo ſiquidem Conuentu, qui eſt 1. Prouinc S.
Antonij Portugall. iacet cum veneratione Beatus Al-
phonſus Aurienſis, qui octogenarius obiit, ann. 1479.
non ſine ſanctitatis opinione. Illucque intulit quan-
dam Beatiſſ. Virginis imaginem è Belgio ann. 1456.
aſportatam, miraculis inſignem. Vide Vvadinghum
ſup. tom. 4. ad ann. 1392. §. 18. ex Monimentis MS.
præfatæ Prouinciæ.

Beati Matthiæ Becheri, Confeſſor. [i]] Præfuit ali- §. 10.
quando Conuentui Groningenſi, (qui eſt 17. Prouinc.

Digitized by Google

Colonienſ.) hic Dei ſeruus, pius atque deuotus: qui inter Miſſarum ſolemnia, contemplandis myſteriis intentus vno atque altero cubito, à terra ſubleuari ſolebat. Ita MS. monimenta Prouinciæ prædictæ; ex quibus Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1387. §. 3. fuit quippe vnus ex illis priſcis patribus, qui Obſeruantiam regularem excoluerunt, circa ann. 1500.

§. 11. *Beati Ludouici, Confeſſoris.* [k] Cùm Caroli V. Imperat. curiam nimis frequentaſſet, armiſque bellicis vacaſſet, diuino monitu planè mirando, ad Ordinem Minorum vocatus fuit: vt illic B. Alphonſum à *Soto Maiore*, eius progenitorem, iam Franciſcanum, mortefunctum, ad amuſſim imitaretur. Quod, & ipſe Ludouicus opere compleuit in Conuentu S. Mariæ de Angelis, vbi corporis macerationibus, pœnitentiis, diſciplinis, &c. iugiter intentus; beatæ vitæ finem ſortitus eſt. Corpus vero eius demortuum atque denudatum repertum eſt omninò liuidum, & ictibus diſciplinarum dilaceratum; atque cilicio aſpero coopertum. Vti teſtantur Monimenta antiqua Prouinciæ Angelorum. Daça ſup. lib. 1. cap. 42. Gonzaga 3. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 1. illius Prouinc. & in 2. vbi ſepulturam nactus eſt. Wadinghus tom. 6. ſup. ann. 1474. §. 30.

§. 12 *B. Dominici, Confeſſ.* [l] Egregia eius opera, admirandaſque virtutes, & miracula innumera, copioſè commemorant. Marcus Vlyſſipon. part. 3. ſup. lib. 1. cap. 42. & lib. 7. cap. 31. & 32. Gonzaga part. 2. ſup. in Monaſterio S. Claræ Vrbinatenſ. (quod eſt 14. Prouinc. Marchiæ) vbi ſacrum ipſius corpus, ſub ſummo Altari, condigno honore aſſeruatur. Bzouius tom. 18. annal. Eccleſ. ad ann. 1497. §. 28. quo obiit. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. & 31. Qui eum cognominat. à *Leone*. Gononus in Chronico SS. Deiparę ſæcul 14. ann. 1497. Balinghen in Calendar. Virg. Mariæ hac die. Marianus de viris illuſtrib. Ordin. Minorum. Cimarellus lib. 7. cap. 37. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1452. §. 35. à quo *à Goniſſa* cognominatur ad ann. 1467. §. 2. & tom. 7. ad ann. 1497. §. 1. & ſeq.

Conſecratio Eccleſ. Conuent. Aſſiſii. [m] Valdè celebris habita eſt; quippè, quæ à Gregorio IX. Summo Pont. peracta ſit, ann. 1235. hac die, Dominica in Albis, non autem Dominica 3. poſt Paſcha: vti mendosè aliquando legebatur. Cuius meminere Marianus. lib. 2. cap. 8. Marcus. part. 2. ſup. lib. 1. cap. 3. Vvadingus ſup. tom. 1. ad ann. 1235. §. 17. quam ob cauſam, Clemens IV. Ioan. XXII. aliique Romani Pontif. complures indulgentias elargiti ſunt viſitantibus Eccleſiam FF. Minor. hac die, & per octauam: apud Compendium priuileg. FF. Minor. verb. *Indulgentia, quoad ſæculares. Primò.* §. 13.

Beata Ioanna Pachieca, Virginis. [n] Illuſtriſſima *Pachiecorum* ſtirpe progenita, filia fuit Didaci *Pachieci*, Villenici Marchionis, fundatoris Monaſterij Conceptionis Scalonæ, quod eſt 28. Prouinc. Caſtellæ; ann. 1527. quę mox illud intrans, ea quæ ſæculi erant omninò ſpreuit, & in humilitate, ac feruore ſpiritus, Chriſto ſponſo meruit famulari, & ſancto fine in cœlum tranſire. Gonzaga ſup. part. 3 in eo cœnobio. Barezzus item ſup. libr. 1. cap. 54. Valerianus de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 11. §. 14.

VNDECIMO KALENDAS MAII.

RAmæ in Boſna Argentinenſi, [a] Beatorum ſex Martyrum; ab efferatis Turcis pro Chriſto occiſorum. Columbarij in Hethruria, Beati [b] Guidonis à Bolſena, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Callij in Vmbria, Beati [c] Ioannini, Tertiarij, Confeſſoris; cuius ſanctitatem crebra miracula commendant. Apud Montem Sanctum in Picœno, Beati [d] Gerardi de Monte, Confeſſoris In Italia, Beati [e] Ludouici à Vincentia, Confeſſoris: qui Vicarius Generalis Vltramontanæ familiæ Obſeruantinæ factus, doctrina, religione, ac vitæ ſanctitate floruit. Spoleti, Beati [f] Demetrij, Inſubri, Confeſſoris: qui vitam ſolitariam agens, maximarum virtutum ſplendore, ac miraculorum gloria claruit. Aunonij in Hiſpania, Beati [g] Ioannis Ruizij, Confeſſoris: oratione, paupertate & vitæ candore inſignis. In Caſtella, Beati Andrææ [h] à Valconeta, Confeſſoris. Cæſar-Auguſtæ, Beatæ Magdalenæ [i] Magaloniæ, Virginis: oratione contemplationeque illuſtris.

APRILIS XXI.

§. 1. BEatorum ſex Martyrum. [a] Scribunt Gonzaga 2. part. Orig. Seraphic. relig. in Conuentu S. Ramę qui eſt 13. Prouinciæ Boſnæ Argentinæ, & Daça 4. part. Chronicor. Minor. lib. 3. cap. 49. ad ann. 1557. hos illuſtre martyrium ſubiiſſe propter Chriſtum, quando ipſe Conuentus ab efferatis Turcis fuit inuaſus.

§. 2. *Beati Guidonis à Bolſena, Confeſſor.* [b] Apud quoſdam, librariorũ errore, dictus eſt, à *Saluena, Soluena*, & *Soluengo*. Floruit ann. 1320. ingenti ſanctitate præditus. Qui dùm adhuc nouitiũ Senis ageret; dulciſſimo Chriſti colloquio dignari meruit. Nam cùm de Deo loqueretur per hortum deambulans cum ſocio nouitio, Fratre Mino Altimani, (qui poſtea Miniſter Prouincialis Tuſciæ factus eſt) Chriſtus Ieſus, in ſpecie pueri pulcherrimi, in medio eorum apparuit; & vſque ad primum ſignum pro Veſperis cum ipſis ſtetit. Huic etiam reuelatum eſt de ſecta *Fratricellorum*; quæ poſtea exurgere debebat: qua de re fleuit amarè ad Dominum. Cùm autem diutius apud Conuentum Columbarij, commoratus eſſet, illic ſanctiſſimè deceſſit è vita: cuius ſacrum corpus ibidem in Eccleſia reconditum iacet. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in FF. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouincię Tuſciæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ.

Digitized by Google

ponenſ. 2. parte. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 34. §. 1. Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. relig. in præfato Conuentu Columbarij, qui eſt 3. prouinc. Tuſciæ. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1221. §. 19. & tom. 2. ad ann. 1290. §. 15. perperam vocatur *Guillelmus* à Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 3. *Beati Ioannis Confeſſoris Tertiarij.* [c]] Nuncupatur *Ioanninus*, ſeu *Iohanninus*, vel *Iohanniolus*, vulgò, *Giohagnoli*, Tertij Ordinis alumnus. Calliοautem, aliàs ciuitate Sancti Angeli Papalis, defunctus eſt; atque in Eccleſia S. Franciſ. ſepultus, & in locum honorificum, opera Magiſtri Antonij Callienſis, anno 1372. translatus. Corpus quippe loculo incluſit, ſub altare Sancti Ioannis, & caput conſpiciendum per cratem ferream expoſuit, marmoreo lapidi inciſis rudibus his carminibus.

Miraculis claret hic Sanctus, vt ſemper apparet:
Quem Deus Deorum vocauit ad Regna Polorum.

Crebris miraculis celebris fuit eius memoria: quod pluribus perſtringit Wadinghus tom. 4. ſup. ad an. 1379. §4.

§. 4. *Beati Gerardi, Confeſſ.* [d] [Floruit in Conuentu Montis-Sancti, Cuſtodiæ Camerinenſis, circa ann. 1380. De eo egerunt Toſſinian. lib. 2. ſup. in ea Cuſtodia, Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1399. §. 30. ex MS. antiquis Monimentis, & alij.

§. 5. *Beati Ludouici à Vincentia, Confeſſ.* [e]] Hic IX. Vicarius generalis Vltramontanus, in Conuentu Auximenſi, Prouinciæ Marchiæ, electus ann. 1461. familiã prudentiſſimè gubernauit annis tribus. A Summo Pontifice ablegatus eſt in Prouincias Boſnæ & Dalmaciæ; vt quamplures lites ac iurgia inibi exorta componeret: tunc ipſe, doctrina, religione, & vitæ ſanctitate, maximè in toto Ordine nitebat: Memoratur à Gonzaga ſup. part. 1. in ſerie Vicariorum general. familiæ Vltramontanæ. Marco Vlyſſiponenſi part. 3. lib. 4. cap. 31. & 60. Wiloto Athenar. orthodoxar. Franciſcan. littera L. Toſſiniano ſup. lib. 2. Wadingho tom. 6. ſup. ann. 1455. §. 79. & 84. ann. 1456. §. 19 ann. 1461. §. 15. & 16. ann. 1464. §. 16. ann. 1469. §. 5. ann. 1472. §. 6. & ſeq.

§. 6. *Beati Demetrij Inſubri, Confeſſ.* [f]] Claruit ann. 1450. Sepultuſque eſt Spoleti: de quo Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 7. cap. 17. hæc refert. *Frater* Demetrius Albanenſis, *Eremita fuit, moratuſque eſt propè Spoletum, ſupra Montem-Lucum, per ſpatium 50. annorum, quo tempore, à ſathana nocte valdè diuexatus eſt: multiplices à Regina cœlorum conſolationes accepit, ipſum perſonaliter viſitans. Ad vltimum mortem obiit in Conuentu Sancti Pauli, qui ad Patres Obſeruantiæ attinet, iuxta Spoletum, ibique tumulatus eſt.* At ſciendum eſt primò hunc minimè *Albanenſem* fuiſſe, ſed cùm fortè in expeditione contra Turcas vſque Albaniam profectus eſſet, inde *Albanenſis* cognomen accepit: ex Inſubria enim erat oriundus. Secundò, certum eſt ipſum fuiſſe omninò ex noſtro Ordine, habitumque Seraphicum induiſſe: ſed propterea dici *Eremitam*, quia ex licentia Superiorum, Eremitico more, per ſyluam, loca ſolitaria incoleret: quod nõ ſolũ in Italia, ſed & paſſim in Hiſpania inter noſtros fratres *Diſcalceatos* obſeruatur. Tertio, minimè conceditur ipſum è vita migraſſe apud Conuentum Sancti Pauli: quin potius illi hoc accidiſſe crediderim in Conuentu præfato S. Franciſci, apud Montem Lucum iuxta Spoletum; vbi ſacrum eius corpus hucuſque aſſeruatur. Magis enim illuſtriſſimo Gonzagæ aſſentimur: veluti rerum abſtruſarum, curioſius & oculatim indagatori. *Diem Domini* (inquit) *in eius Eccleſia præſtolatur Venerabilis Beatuſque Pater Demetrius Inſuber, qui cum ex Hungarica expeditione in propria ſe reciperet, quarto à Zara maritimo portu milliari, dùm adhuc in mari eſſet, circa tertiam noctis horam, funeſtam quandam vocem importunè ſic clamantem, audiuit: Strue ignem, nam Caligarus Zarenſis mortuus eſt (erat enim hic miſer publicus fœnerator) quapropter Zaram peruentus, atque de miſeranda, quæ eadem tertia noctis hora contingerat, illius morte certior factus, vitam in melius commutare propoſuit, atque ſuſcepto in hoc Conuentu religionis habitu, tantopere in omni virtutum genere profecit, vt moriens plura ediderit miracula. Eius corpus in B. Patris Franciſci Papienſis ſacello honorificè cuſtoditur.* Hæc ille part. 2. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 7. Prouinc. S. Franciſci. Eadem habent Barezzus 4. parte Chronic. Minor. lib. 1. cap. 52. Wadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1218. §. 12. Salazar. lib. 7. cap. 25. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. De Sillis in cap. 1. Reg. tertij Ordin. qui eum perperam inter Tertiarios recenſet, & Torres in prac. exhortationibus ſuper eand. Reg. fol. 38. vel dicendum eſt hunc B. Demetrium Inſubrem alium eſſe à B. Demetrio Albano, tertiario Eremita; qui iacet in Eccleſia S. Pauli prope eandem vrbem, de quo. Vlyſſiponenſ. ſup. & Marianus lib. 5. cap. 30. ac Vvadinghus tom. 6. ann. 1459. §. 31. & tom. 7. ann. 1491. §. 43.

Beati Ioannis Ruizij, Confeſſ. [g]] Oriundus erat ex Viruega, in Toletano Archiepiſcopatu; qui cùm inter Patres Obſeruantes profeſſionem emiſiſſet, cuperetque altiorem perfectionis viam tenere; tranſiit ad Prouinciam S. Ioſephi Diſcalceatorum. Erat hic Dei ſeruus orationi & contemplationi multùm deditus, Chori & cellæ ſuę amantiſſimus: aſperitate vitæ admirabilis; & paupertate inſignis, ſolo, ſimplicique habitu contentus. Nihil prorſus habebat, aut faciebat; abſque expreſſo Superioris vel Confeſſarij arbitrio. Poſt Matutinas, orationi vacabat in Choro vſque mane. Sacriſtiæ curam agens, tanta cum vigilantia, munditie, atque pietate, ea que Altaris erant & Eccleſiæ pertractabat, vt nulli vnquàm ea in re ceſſerit. Sancto fine quieuit apud Conuentum Aunonienſem, qui eſt 26. præfatæ Prouinciæ: ita Ioannes à Sancta Maria 2. part. Chronic. eiuſdem Prouinciæ lib. 3. cap. 33. Florebat ann. 1590. §. 7.

Beati Andreæ, Confeſſ. [h]] Vir fuit abſtinentia, patientia, atque ſimplicitate inſignis, necnon orationi valdè deditus; qui circa feſtum Paſchale cum Chriſto moriens, cum eo pariter introiuit in gloriam. Vide Ioannem à S. Maria, ſup. lib. 4. cap. 6. ad ann. 1590. quo floruit hic B. Laicus. §. 8.

B. Magdalena Magalonia, Virg. [i]] De ea agunt Barezzus ſup. lib. 2. cap. 25. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 47. Vvadinghus, tom. 1. ſupra ad ann. 1234. §. 8. ex Gonzaga part. 3. ſup. vbi aliquot ſorores Clariſſas (quę peculiari aliqua ſanctitatis prærogatiua emicuerunt) ſepultas Cæſarauguſtæ, in Monaſterio S. Catharinæ (quod eſt 1. Prouinciæ Arragoniæ) recenſet; hanc B. Monialem primò in medium adducit: *Nempè ſororem Magdalenam Magaloniam, cuius vita perpetua oratio atque contemplatio extitit: qua etiam de cauſa, plures moleſtias à Dæmone pertulit.* Florebat ann. 1530. §. 9.

Digitized by Google

DECIMO KALENDAS MAII.

APud Saraim Tartarorum vrbem, paſſio Beati [a] Stephani Hungari, Martyris, qui aliquando lapſus, ſed facti pœnitens, mira conſtantia, verbera, ſuſpendia, membrorum diſtenſiones, ignes, & alia pro Chriſto pertulit tormenta, demùm, toto corpore gladiis confoſſus, victor glorioſiſſimè triumphauit: ac multis poſt mortem miraculis claruit. Fabriani in Marchia Anconitana, Beati [b] Franciſci Fabrianenſis, Confeſſoris & concionatoris eximij; qui meritis ac miraculis inclytus, migrauit in cœlum. Aquilæ in Veſtinis, Beati [c] Philippi à Carponeto, Confeſſoris: qui oratione, patientia, & charitate flagrans, humilitate, obedientia ac paupertate etiam effulſit. Maſſacij in Picœno, Beati [d] Ioannis Heremicolæ, Confeſſoris, Tertiarij: vitâ & miraculis celebris. Alenconij, in Neuſtria, Beatæ [e] Gabrielæ à Nozayo, Virginis: pietate, ac religione inſignis.

APRILIS XXII.

§. 1. B*Eati Stephani ab Hungaria, Martyr.* [a]] De eo veraciter dictum illud aſſumere licebit: *Vbi abundauit delictum, illic ſuperabundauit & gratia.* Rom 5. ver 20. Nā etſi religioſus profeſſus ac dignitate ſacerdos: nihil ominus peccatis obnoxius, fidem etiam palam abnegauit. At diuina miſericordia præuentus, tanto cœlitùs Chriſti amore accenſus eſt: vt palinodiam decantauerit, ann. 1334. & mox illuſtri confeſſione, Chriſtianam fidem conſtantiſſimè prædicauerit, adamauerit, & pro ea mortem ſubierit. Cuius agonem ſic deſcribit Beatus Bartolomæus Piſanus *Hic poſtquam fidem negauerat die 3. diuina miſericordia reſpectus, ad ſe reuerſus, pœnitudine ductus, miſit pro fratribus; & occultè fratri Michaeli exiſtenti in dicta ciuitate Sarai; confeſſus eſt generaliter de peccatis ſuis, & abſolutus. Die autem ſolemni congregatis benè 10. millibus Sarracenorum, quæ dixerat contra Chriſtum, & fidem, coram omnibus retractauit, aſſerens fidem Catholicam, veram & ſanctam: & Sarracenicam peſſimam & iniquam: & proiiciendo veſtimenta Sarracenica, quibus erat indutus, in habitu Ordinis, quem nunquam dimiſerat, remanſit. Quod audientes Sarraceni, ac videntes, eum pugnis, baculis & lapidibus percutientes, ſeminecem eum diuiſerunt: & ligatum fortiter, ad Cadi. 1. Epiſcopum ipſorum perduxerunt: Vbi dùm in confeſſione veræ fidei immobilis perſiſteret, flagellis de corio arena plenis, vſque ad mortem iuſſit eum torqueri; poſt hæc in carcere fecit eum poni, & mandauit; quod nihil daretur ei ad manducandum, nec bibendum; & de nocte fecit eum ſuſpendi per manum dextram, & per pedem dextrum; & in manu ſiniſtra lapidem magnum appendit, & vnum lapidem in ſiniſtro pede; & alium in medio corpore: vt tali pondere totus diſtraheretur, & deficeret, & ſic ſtetit per totam noctem illam, & diem ſequentem vſque ad noctem: quæ omnia virtute Chriſti tolerauit confortatus. Sed Cadi cùm videret eum in fide firmum, fecit eum ſuſpendi per ambas manus, & ſaxum magnum ligari ad pedes ſuos, vt totus diuideretur: & adeò fuit pondus magnum, vt brachium eius extra totum humerum eſſet poſitum, & corpus totum eſſet fractum. Ad quem Cadi accedens, & videns, quòd eum à ſua fide non poſſet remoueri, fecit eum ſuſpendi per gulam (primò tamen crudeliſſimè flagellatum) & vt fumo ſuffocaretur, citò ad pedes eius ignis magnus factus eſt: & carcerem claudens abſceſſit.*

§. 2. *Sed carcere diuino lumine radiato à laqueo eſt depoſitus, & viſus eſt à duabus mulieribus in carcere reſpiciētibus, inter duas colūbas albiſſimas, flexis genibus orare. Sed tanto miraculo Cadi ad credendum Chriſto minimè incitatus, ſequenti nocte fecit vnam magnam fornacem incendi, & intus eum proijci, & claudi; & ſic ſtetit per totam noctem in ea incolumis, & in nullo læſus ab igne. Mane autem viuens repertus eſt orans, & ſudans; ac ſi de Balneo exiret. Sed à fornace eum extrahentes, vbi homines decollabantur duxerunt eum. Deinde ad eum fractis oſtiis carceris, Sarraceni furibundè accedentes, ipſumque fortiſſimum cernentes in fide, cum ſecuri eum vnus percuſſit in collo, & ſcidit eum vſque ad medium; alius verò percuſſit eum in ventre, ſic quòd viſcera apparerent: & cùm ſic eſſet atrociter vulneratus, ipſum ad caudam equi ligauerunt: ſed Deo martyri ſuo vires impendente, equum ſemper ipſe præceſſit. Poſt hoc ipſum proijciunt in domum lignis plenam & igne, priùs tamen eius auricula amputata, & in ignem proiecta, quæ ſtatim de igne exiliuit. In domo prædicta poſitus, dùm ſe vellet ſignare, manus ligatæ ſolutæ ſunt, ignem ingrediens ſtatim fuit extinctus, quod videntes Sarraceni, eū magis lapidibus lapidarunt. Et facto iterato igne de calamis cū adipe equi, ligatum, in ipſum proiecerunt. Qui dùm ſignum crucis vellet imprimere; manus ſunt diſſolutæ, & de igne illæſus exiuit. Quod cernentes Sarraceni, ſuper eum irruentes, cum lapidibus, ſecuribus, & gladiis, ita eum percuſſerunt: quòd nulla pars corporis remanſit intacta, ſic & ſpiritum Deo reddidit. Et plura miracula per eum Deus fecit poſt mortem, & facit.* Hæc ille lib. 1. Confirmat. fruct. 8. part. 2. in fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtr. Apud Vicariam Aquilonarem. Illius item meminit fruct. 11. part. 2. ibid. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chron. Minor. lib. 8. cap. 34. vſque 40. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in memorial. Ordinis ſub 19. Miniſtro generali. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Cognominatur ab eo Beatus Stephanus *Nardinus*. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 9. & Vvadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad ann. milleſimum trecenteſimum trigeſimum quartum §. quarto & ſeq. poſt. Marianum libro quarto, capite 10.

Beati

§. 3. *Beati Franciſci Fabrianenſ. Confeſſ.* [b]] Honeſtis piiſque parentibus, Fabriani, natus eſt ann. 1251. die 2. Septembris: cuius futura mox ſanctitas exordium habuit à teneris vnguiculis: quæ etiam miraculosè indicata eſt intra ipſa clauſtra naturæ. Non diſſimilis mirabili ortui atque infantię pueritia & adoleſcentia; quam placidè, modeſtè, & piè tranſegit, humaniores ante decimum annum plenè addiſcens litteras, rebus ſacris ſolerter intentus. Ægrotante puero ad mortem, mater vouit ſe eum delaturam, ad viſitandum ſancti Franciſci ſepulchrum: quod dùm faceret, occurrit ei Beatus Angelus *Tancredus*, olim ipſius ſancti Franciſci ſocius familiaris, qui ingenuum pueruli attentè contemplatus aſpectum, aſſeueranter prędixit ſuum futurum conſodalem: idque poſtea fauſtè euenit ann. 1267. cœleſti monitus oraculo 3. Kalend. Septembr. Quare Patrem *Gratiam* adiit, Guardianum tunc Conuentus Fabrianenſ. cuius inſtantia à Reuerendo Patre Monaldo de *Sancto Elpidio*, Prouincię Marchiæ Miniſtro, habitum Ordinis ſuſcepit. Magiſtros habuit in tyrocinio ipſum P. *Gratiam*, & Beatum *Raynarium*, Sancti Franciſci olim diſcipulum, & alios ſanctos viros. Hinc miſſus eſt Aſſiſium, ad lucrandum celebrem illam Portiunculæ indulgentiam: vbi familiare habuit colloquium cum Beato Leone, Sancti Franciſci Socio, Confeſſario, & Secretario: à quo non pauca didicit.

§. 4. Poſtea addictus eſt, per Superiores, ſacræ Theologiæ ſtudiis; in quibus adeò mirificè profecit vt doctiſſimus, concionatorque eximius euaſerit, animabus valdè proficuus. Sancti Bonauenturæ Epiſcopi Cardinalis Albanenſis, audito obitu ann. 1274. amarè flens, & lugubre promens carmen, in modum næniæ cecinit, quo mentis ſuæ dolorem, Eccleſiæ & Religionis Franciſcanę jacturam, verſu Leonino expreſſit. Tandem & ipſe bonis operibus, ac miraculis glorioſus, obiit ann. 1322. ætatis ſuæ 71. Plura egregia eius facta commemorant F F. Ioannes de Septimio, & Hugolinus de Monte Mariæ. Marianus lib. 4. cap. 7. 8. Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. par. 2. in Prouincia Marchię, Codex MS. Abbat. ſancti Victor. Pariſienſ. ibidem. Speculum Fratrum Minorum cap. 9. Toſſinianus libr. 1 Hiſtor. Seraph. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chron. Minor. libr. 7. cap. 1. & part. 3. libr. 1. cap. 6. Gonzaga 1. part. in Beatis viris Minor. & part. 2. in Conuentu 34. Prouinc. Marchiæ. Dominicus Sceuolinus in Hiſt. Fabrianenſ. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Vvadinghus tom. 2. ad an. 1251. §. 31. 1267. §. 4. 1274 §. 14. 1282. §. 24. & to. 3. ad an. 1322. §. 1. & ſeq.

§. 5. *Beati Philippi à Carponeto, Confeſſoris.* [c]] Huius, in perferendis tribulationibus, & infirmitatibus, patientia; in laborando, perſeuerantia, in oratione tum Vocali, tum quoque Mentali aſſiduitas; erga Deum & proximum charitas, ad Prælatos obedientia, ac denique humilitas & paupertas tanta fuit, vt vix exprimi queant. Quapropter, ne in ſingulis commemorandis leganti ſim oneroſus, id tantum cum D. Bernardo à *Foſſa* (qui eius vitam ſanctamque conuerſationem diligentiſſime conſcripſit) dicam: quòd omninò iure irreprehenſibilis fuerit; quòdque vniuerſa eius vita, nihil aliud à quodam miraculo extiterit. Obiit in Conuentu ſancti Bernardini apud Aquilam, ſub ann. 1490. De eo etiam agunt Gonzaga part. 2. in hoc Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Bernardini. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libr. 1. capit. 50. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1490. §. 4. ex Bernardino de Foſſa in Hiſtor. Prouinc. S. Bernardini.

§. 6. *Beati Ioannis, Confeſſoris* [d]] Eremita erat, tertiumque Ordinem ſancti Franciſci profitebatur quãdo Maſſacij, hac die, ſpiritum Deo reddidit; qui ob vitam eius inſignem, & diuerſa miracula ab ipſo patrata, vt ſanctus à populo colitur, teſte Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 1. capit. 10. ſub anno 1393. Mariano, in Appendice, libr. 2. & Vvadingho, tom. 4. ſup. ad ann. 1399. §. 4. quo obiit. De Sillis, in cap. 1. Regul. tertij Ordin.

§. 7. *Beatæ Gabrielæ, Virginis.* [e]] Floruit hæc virgo piiſſima circa ann. 1530. obiitque Alenconij, in monaſterio ſanctæ Claræ; cuius corpus poſt 17. annos ab eius funere, omninò redolens atque integrum, & vlla abſque corruptionis læſione apparuit. Memoratur à Gonzaga part. 3. ſup. in prędicto Monaſterio, quod eſt 6. Prouinc. Franc. Pariſ. Barezzo ſup. lib. 2. cap. 21. Valeriano. de SS. Fœminis Ordin. Minor. libro quarto, capite 19. Vvadingho, tom. 7. ſup. ad ann. 1497. §. 29.

NONO KALENDAS MAII.

EBroicis in Gallia, Beati [a] Dionyſii Pontani, Martyris; qui ob Fidem Catholicam, vtroque oculo ab hæreticis orbatus, ac plurimis tormentis excruciatus, ſpiritum Deo reddidit. Peruſiæ, Beati [b] Ægidii, Confeſſoris; ſeraphici Patris ſancti Franciſci Socii, viri omnino extatici: qui paupertate & caſtimonia, ſpirituque prophetico inſignis, miraculis ante & poſt obitum claruit. Senis in Tuſcia Beati [c] Franciſci de Linari, Confeſſoris. Sandeciæ in Polonia; Beatæ [d] Iolentę, Viduæ, quę Boleſſao pio, Caliſſio Duce, eius marito, mortuo, Monaſticam vitam profeſſa, virtutibus ac Regulari Obſeruantia emicuit, & ſancto fine perrexit ad Dominum.

APRILIS XXIII.

§. 1. BEati *Dionyſii, Martyr.* [a]] Huius illuſtre Martyrium deſcribitur à Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. vbi de BB. Martyribus Fraciſcan. diuerſis in partibus ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, apud Franciæ Prouinciam. Item part. 3. in Conuen. ſancti Ioan. Bapt. Ebroicenſ. qui eſt 22. prædictę Prouinciæ, his verbis. *Anno Domini 1563. ſub perſecutione Hugnoſtica, charas Deo reddiderunt animas, duo venerandæ ſenectutis viri, ferè Octogenarii, huius celebris Cõuentus alumni, Patres Dionyſius à Põte, & Ludouicus Grippius: quorum prior, Confeſſarius, effoſſis oculis, capite conquaſſato, ac penè, toto variis plagis,*

Digitized by Google

affecto corpore, copia cruoris incredibili, paſſionis locum.
exornauit. Poſterior Eccleſiaſtes egregius acpius, in Cœ-
meterio D. Dionyſii, deſertoribus etiã tyrannis obuius,
plumbo transuerberato gutture occubuit. Quorum
corpora à confratribus poſt meridiem eius diei, quo pro
Chriſti gloria paſſi ſunt collecta, religioſéque curata, in
clauſtro Conuentus humata, gloriam futuræ reſurre-
ctionis, cum palma ſui glorioſiſſimi Martyrij, præ-
ſtolantur. Illorum meminere, Marcus Vlyſſiponenſ.
3. part. Chron. Minorum lib. 9. cap. 58. Barezzus
part. 4. ibidem lib. 7. cap. 2. Daça, ibidem, libr. 3.
cap. 51. Taſſo. in Hiſtor. ſui temporis, ad ann. 1573.
Boſius, tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul.
9. Picquetus, in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.
Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 365.
Vvadinghus tom. 2. Annalium Minorum, ad annum
1270. §. 39. & Toſſinianus lib. 2. infra. Grauina in
voce Turturis, part. 2. cap. 24.

§. 2. *B. Ægidij, Confeſſ.* [b]] Aſſiſias erat, & tertius ad-
hæſit ſocius D. Franciſco, ann. 1209. in feſto ſancti
Georgij, Martyris. Mira de eo refert S. Bonauentura
teſtis oculatus, maximè, cap. 3. Legend. D. Franci-
ſci. *Sanctus Pater Ægidius,* (inquit) *vir vtique fuit*
Deo plenus, & celebri memoria dignus. Hic etenim
poſtmodum, virtutum ſublimium exercitatione præcla-
rus (ſicut famulus Domini de ipſo prædixit) quam-
quam eſſet idiota & ſimplex, ad excelſa contemplatio-
nis ſublimatus eſt verticem: nam per multa curricula
temporum, ſurſum actionibus ſemper intentus, adeò
crebris rapiebatur exceſſibus (quemadmodum & ego
occulata fide conſpexi) vt magis cenſeretur inter ho-
mines vitam Angelicam agere, quàm humanam, &c.
Egregia eius facta & dicta præclara commemorant,
copioſiúſque deſcribũt ſanctus Antoninus 3. part Hi-
ſtor. titul. 24. cap. 7. & ſect. 6. 11. 12. Marianus
libr. 1. cap. 4. & ſeq. Aluarus Pelagius, libr. 2. De
Planctu Eccleſ. cap. 2. circa fin. Item cap. 52. in 3.
errore Begardor. & cap. 58. 69. 73. 75. 76. 77. 79. 84.
91. & 92. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformi-
tat. fruct. 1. 4. 6. 7. 8. 10. 11. & 12. part. 2. Item lib. 2.
fruct. 4. 5. 6. 7. & 11. part. 2. Codex MS. Abbat. S.
Victor. Pariſ. in Fratribus Minor. ſanctit. illuſt. Pro-
uinc. ſancti Franciſci. Firmamentum trium Ordin.
Minor. tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub 9. Genera-
li. Speculum Fratrum Minorum ibidem, Toſſinianus
lib. 1. & 12. Hiſtor. Seraph. Marcus Vlyſſiponenſ.
ſup. part. 1. lib. 1. cap. 8. 9. 10. 32. 35. 66. 75. & lib. 2.
cap. 51. lib. 6. cap. 4. 8. 18. 38. lib. 7. cap. 1. vſque ad
45. & lib. 10. cap. 12. Item part. 2. lib. 2. cap. 15. 37.
& lib. 6. cap. 29. Gonzaga, part. 1. ſup. in B B. viris
huiuſce Ordin. & part. 2. in 4. Conuentu Prouinc.
ſancti Franciſci. & 19. Prouinc. Roman. Boſius, tom.
2. ſup. libr. 15. cap. 5. Surius hac die, ex quodam
Cod. Germano, & Ferrarius in Cathalog. ſanctor. 2.
Martij & 22. April. Item in noua Topographia ad
Martyrolog. Roman. verb. *Aſſiſium*. Poſſeuinus in
Apparatu ſacro. Godonus in Chronico SS. Deipar.
ſæcul. 12. ann. 1229. Brautius in Martyrolog. poëtico
22. April. Naueus in Chronico Apparition. ſancti
Michaelis Archangeli, lib. 3. cap. 14. & lib. 5. cap. 19.
Odoricus, tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1262. §. 28.
Platus lib. 1. De Bono ſtatus Relig. cap. 40. lib. 2. cap.
4. & 18. & lib. 3. cap. 9. Thielmãſ. tõ. 2. Vitar. SS. Se-
rap. Ord. Franciſcus Coſterus, in Concio. Dominic. 4.
Quadrageſ. §. 8. Rebolledo lib. 1. Chronic. cap. 25.
Elzearius, lib. 2. Sacri Mont. Oliuet. cap. 2. verſ. 8.
& lib. 3. cap. 4. 8. Cornelius à Lapide, Commen-
tar. in Geneſ. cap. 34. verſ. 1, & in Epiſt. 2. D. Pe-
tri cap. 1. verſ. 10 Franciſcus de Sales, tract. de Amore
Dei, lib. 5. & cap. 6. & lib. 6. cap. 4. Nigronus, in
Cõmentar. ad Regul. commun. ſociet. Ieſu Reg. 2. §.
6. Regul. 14. §. 16. 17. Regul. 15. §. 10. Regul. 22. §.
36. Regul. 28. §. 25. & Regul. 42. §. 12. Sedulius, in
Comentar. ad vitam S. Franciſci, cap. 3. §. 3. Wadin-
ghus tom. 3. Opuſcul. D. Franciſci, Apophtegm. 46.
Item tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1209. §. 10. 12.
& ſeq. ann. 1212. §. 4. 57. 58. ann. 1215. §. 35. an. 1219.
§. 32, 34. ann. 1237. §. 7. 8. &c. Item tom. 2. ad an.
1262. §. 3. & ſeq. ann. 1291. §. 59. Moſander, tom. 7.
Surij, Doubletus, Haræus, Hippelous, hac die. Sedu-
lius, Commentar. ad vitam ſancti Franciſci, §. 3.
Bzouius, tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1230. §. 8. §. 3.

Obiit ann. 1262. à conuerſione ſua poſt ann. 52. ex
Mariano cap. 26. Legenda Italica MS. à B. Leone S.
Franciſci ſocio compilata, cap. 67. & Chronicis
Antiquis; quare corrigenda ſunt errata, quæ in non-
nullis reperiuntur, vbi ponitur 1362. 1282. 1260. &c.
loco 1262. hæc enim crediderim potiùs vitio libra-
riorum, quàm inſcitia Authorum, inſerta fuiſſe. Por-
rò, nimis craſsè hallucinatur Iacobus *Brouſſeus*, cap.
30. in vita B. Archangeli *Scoti*, Capucini, ex Fauſti-
no Diſtemienſi, ſcribens, ipſum B. Ægidium nullis
claruiſſe miraculis; contrarium quippe liquidò con-
ſtat, ex præfatorum teſtimoniis Authorum, Mariani,
D. Antonini, Piſani, Marci Vlyſſiponenſ. Surij, Se-
dulij, &c. non ſolùm antè, ſed & poſt glorioſum eius
tranſitum; quorum teſſeram reperies apud Wadin-
ghum (vt potè recentiorem) tom. 2. ſup. ad ann.
1262. imo & S. Bonauentura de eo dicere ſolebat,
præſtitum illi à Deo, vt poſſit efficaciter opitulari eis,
qui ad animæ ſuæ ſalutem inuocant eum: idemque
Doctor Seraphicus gratias Deo agebat, ſe in ea inci-
diſſe tempora, quibus ſanctiſſimum hunc Fratrem
Laicum Ægidium, & videre & alloqui potuiſſet. Te-
ſte Piſano ſup. lib. 1. fruct. 8. part. 2. Marco Vlyſſi-
ponenſ. part. 1. ſup. lib. 7. cap. vltim. &c.

Quantum verò ad illud eiuſd. B. Ægidij, quod fre- §. 4.
quenter, in feruore ſpiritus dicebat: *Pariſius, Pari-*
ſius, quare deſtruis Ordinem ſancti Franciſci? non de-
fuere, qui hæc ſubſannantes, impunè denegarent ea
eſſe ab ipſo viro Dei prolata, ſeu audacter aſſererent,
non ita eſſe curanda, cum abſque magno, vel tenui
fundamento, dicta forent. Quo ad primum, tres teſtes
fide dignos proferam (vt alios omittam) quibus cer-
tò certiùs indicabuntur ea extitiſſe propria ipſius ſer-
ui Chriſti verba. Primus erit, B. Bartholomęus Piſa-
nus, lib. 1. fruct. 8. part. 2. ſup. in eo, B. Ægidio ca-
pit. 23. de Dictis memorab. eius. Secundus eſt ſanctus
Antonin. ſup. cap. 7. §. 11. Tertius, Marcus Vlyſſi-
ponenſ. part. 1. ſup. lib. 7. cap. 36. Quo ad ſecundum
indubitata res eſt, ipſum B. virum, ea magna cum ra-
tione, exclamaſſe, cùm plurimorum Fratrum ſcien-
tiis Lutetię operam nauantium, ſpiritum cerneret in-
quietum: quippe, qui in ſuis doctrinis & ſtudiis confi-
dentes, nil boni æquique conſulerent, quorum multi
libenter, vltroque Dei verbum diſſeminabant, ſed
propria ſalute neglecta, virtutis opera, perfectionis
profectum, atque Regularem obſeruantiam, refugie-
bant. Qua de re, Aluarus ſup. lib. 2. cap. 6. 33. 66.
& 78. Item Ocularia & Manipulus Fratrum Minor.
in epiſtola Liminaria, ante med.

B. Franciſci, Confeſſ. [c]] Hunc Pius 2. in quodam Di- § 5.
plomate ann. 1460. maximopere commendat à mo-
rum probitate, fidei ſinceritate, & vitæ ſanctimonia
ſibi notiſſima: plurimum etiam cooperatus eſt refor-
mationi Monaſterij ſancti Nicolai vrbis Senenſis. Te-

ſte

ſte Wadingho. tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 33.

§. 6. *Beata Iolenta Vidua.* [d]] Obiit, ann. 1279. in Polonia Boleſlaus *Pius*, ita dictus à piis operibus, Dux Caliſſienſium; qui Monaſterium Gneſnæ, D. Claræ inſtitutum profeſſis conſtruxit. Porrò Iolenta, orbata marito, ad B. *Kingam*, ſororem ſuam, Duciſſam Poloniæ, etiam Viduam, ſe contulit: à qua benignè ſuſcepta, ſimul in veterem Sandeciam commigrarunt, ibique reliquum vitæ tempus in Monaſterio S. Clarę à ſe condito peregerunt. Vita itaque functa eſt B. *Kinga*, ſeu *Chunigunda* ann. 1292. de qua infra ad 15. Septemb. Quo autem tempore defuncta ſit noſtra B. Iolenta, haud mihi compertum eſt, adhuc tamen viuebat ann. 1287. vide Cromerum, lib. 9. & 10. rerum Polon. Vvadinghum tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1279. §. 6. & 1287. §. 5. Toſſinianum, libr. 1. Hiſtor. Seraph. qui eam vocat B. *Iulentem*, & Barezzum 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 9. omnia confundentem (perperam enim ab eo nuncupatur *Iuliana*; deinde, habitum Religionis ſumpſiſſe Gneſnæ, in Monaſterio, poſt viri obitum, à ſe extructo, &c. veritati hiſtoricę minimè cohærent) Valerianum de SS. Fœminis Ordinis Minorum, lib. 4. cap. 13. Choppinum lib. 2. Monaſtic. tit. 2. §. 24. & Thielmans ſup.

OCTAVO KALENDAS MAII.

Cantuariæ in Anglia Beati [a] Ioannis Pechani, eiuſdem vrbis Archiepiſcopi: vita, doctrina, & miraculis clariſſimi. Guatemalæ in India Occidentali, Beati [b] Franciſci Colmenarii, Confeſſoris: qui ſummæ paupertatis atque humilitatis cultor, ſuis feruentiſſimis concionibus, Indorum conuerſioni magnoperè incubuit, & ſanctitate conſpicuus euolauit in cœlum. Piſis in Tuſcia Beatæ [c] Bonæ, Virginis. Fulginii, Beatę [d] Gemmæ Sulmonenſis, Viduę, genere, humilitate, & ſpiritus feruore illuſtris.

APRILIS XXIV.

§. 1. *Beati Ioan. Pech. Archiepiſc.* [a]] Anglus erat natione, patria Ciceſtrienſis, non procul ab *Hewenſ.* cœnobio educatus, abeodemque liberaliter adiutus. Quamtumuis autem humili loco natus eſſet, alto tamen ingenio pręditus aſpirauit ad magna; paulatimque virtutum ſuarum meritis obtinuit. In prima Adoleſcentia, litteris operam dedit, Lutetiæ Pariſiorum, Magiſtro præcipuè S. Bonauentura; deinde Oxonij Sacræ Theologiæ ſupremam Lauream Doctoratus, & primam in eadem Facultate Cathedram Profeſſoris accepit. Demum Pariſiis publicè Magiſtrum ſententiarum prælegit, vtrobique ſacram Scripturam expoſuit & irrepentes tum quaſdam vocum nouitates eruditè confutauit, imò penitùs exterminauit; illicque à piiſſima Margareta, Regina Franciæ, Vidua S. Ludouici Regis, varia ſe accepiſſe beneficia agnoſcit. Poſt hæc, Prouinciæ Anglicanæ creatus Miniſter, ita ſe geſſit, vt multa ad Religionis augmentum, ſalubriterque inſtituerit, & ipſe omnium primus obſeruarit. Orationibus, ieiuniis, & vigilijs, cæteros ſuperabat, in ſeptem quadrageſimas, ad exemplum S. Franciſci integro anno diſtributo. In alta ſpecula poſitus, vndè alios videret, & ab iiſdem viciſſim videretur, nō ſolùm ab omni malo exemplo, ſed & à quauis ſpecie mali ſe cohibebat; & à licitis ſæpe abſtinebat, ne videretur nimium ſibi indulgere. Multas Europæ partes pedes peragrauit; & ex Anglia Patauium venit ad Comitia Generalia ann. 1278. redijtque abſque vllo vehiculo, vel iumento. Tandem, cùm iam non ſolum Angliam & Galliam, ſed & Italiam celebris de eo fama peruagata eſſet; Romam accerſitur, & Lector ſacri Palatij conſtituitur. Moribus grauis, religioſa vita, & doctrina illuſtris; in hoc officio valdè omnibus placuit, & Curiæ Romanæ proceres ſibi deuinxit

§. 2. A Nicolao III. Summo Pont. aſſumitur ad Archiepiſcopatum Cantuarienſ. ann. 1279. reiecto Roberto, Bathonienſi Epiſcopo à Capitulo Cantuarienſi electo, prout exprimitur ipſis litteris Apoſtolicis ſuæ aſſumptionis ad hanc dignitatem, apud Regeſtum Vatican. Epiſt. 20. *Sollicitudinis Apoſtolicæ.* Sub Datū Romæ apud S. Petrum V. Kal. Februar. Pont. ann. 2. *His ductus de cauſis, ad perſonam, ſcientiarium altitudine præditam, diſcretionis maturitate conſpicuam, præclaram meritis, Religionis claritate fœcundam, &c.* Quo in munere paſtorali multum emicuit. Nam confeſtim ſynodos conuocauit, maiorem Angliæ partem, per ſe obiuit, vt de ſtatu Cathedralium Eccleſiarum, cœnobiorum, & aliarum Eccleſiarum Cleri, & reliqui populi certiùs intelligeret: Dedicari fecit Eccleſias ſolemni ritu, nulla admittens munera. Agit cum Rege Anglo, vt idonei præficiantur beneficiis Eccleſiaſticis; ipſumque monet, vt ſaluam velit Eccleſiæ authoritatem; ſuorum conſodalium Franciſcanor. verus amator & defenſor, Iurium Eccleſ. Cantuarienſ. acerrimus propugnator. Collegium, & alia quædam loca pia ædificauit; in pauperes liberalis, omnibus præſtò aderat.

§. 3. Tribulationes & aduerſitates ei non defuerunt, neque enim virtuti ſua tinea deeſt, in minoribus agens nonnullas paſſus eſt calumnias, fuit namque, qui eum aliquando traduceret, apud D. Bonauenturam, Generalem Miniſtrum, & de quibuſdam falsò accuſaret; ſed voce Crucifixi conſolatus, patienter tulit, moxque inimicorum calumniæ, & eius innocentia, fuerunt detectæ. Sublimatus in dignitatem paſtoralem, conqueruntur de eo Epiſcopi, quibus ille ſatisfactum cupit; ab aliis falſæ de eo querelæ ad Summum Pontif. delatę ſunt, quas faciliùs diſſipauit. Porrò ingentis eius, eximiæque ſcientiæ quædam poſteris reliquit monimenta: in his, *Collectanea Bibliorum,* & proprium de ſanctiſſima Trinitate Officium, quod incipit: *Sedenti ſuper ſolium.* Extatque in antiquo Breuiario Romano; quod Mathurinus *le Bret,* Franciſcanus Gallus notis illuſtrauit, ad calcem lib. 4. ſentent. quos in Scotum edidit ann. 1517. Apologia *contra obloquentes Mendicitatis; De perfectione Euangelica.* adeſt MS. in Bibliotheca San Victoriana Pariſ. CC. 17. Singulari, poſt Chriſtum, honore & cultu

Digitized by Google

B.V. Mariam proſequebatur; ad quam & alios ſedulò prouocabat. Ad cuius honorem multi, id temporis, quadraginta dies, qui Aſſumptionem eius antecedunt, ieiunare ſolebant, quod ille ieiunium Anglis accuratè commendabat, neminem vero illi aſtrinxit. Aliaque, dum in clauſtris viuebat, ieiunia ſolebat obſeruare, etiam factus Archiepiſcopus non relaxabat. Parſimonia, & ciborum abſtinentia mirè delectabatur; vnde menſæ aſſidens inſipidis reficiebatur cibis, ſuoſque docebat inter epulas eſurire. Cætera etiam virtutum exercitia nequaquam remittebat, imò verò diligentiùs Diuinæ ſeruituti ſe totum mancipabat; dicens, ſe ſubditis propoſitum in exemplum. Sacrata templa omni decenti apparatu, per vniuerſam Diœceſim, ſolicitiſſimè decorabat, otium ſummè fugitabat. Caſtæ illibatæque erat conuerſationis, mulierum colloquia vel à longè abhorrens; mediocri communique veſtitu vſus, vigilando, & orando, omnes, quos à ſacris habebat, ſuperabat, adeoque ſe dimittebat, vt ſæpè cereos candelaſque in Eccleſia ipſe accenderet, & cætera infimorum munia obire ſoleret.

§. 4. Obiit ſanctiſſimè, an. 1292. cùm præfuiſſet in Archiepiſcopatu ann. 13. eius ſacrum Corpus Cantuariæ iacet in Eccleſia S. Thomæ, vbi multis fulſit miraculis. Agunt de eo Regeſtum Cantuarienſ. Eccleſ. & Gallia Chriſtiana in ſerie Archiep. Cantuar. Walſinghum in Ypodigmate Neuſtriæ ad an. 1278. 1279. & 1287. Item in Hiſtoria Angl. ſub Eduardo I. Reg. ad ann. 1280. & cęt. Treuethus de Regib. Angl. ad an. 1279. & ſeq. Salazar. lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 15. Balinghen. in Calendario Virg. Mariæ 15. Auguſt. §. 36. Platus lib. 2. de Bono ſtatus Relig. cap. 37. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. in Fratrib. Minor. Prouinc. Angl. ſanctit. illuſtr. Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. ibid. Item fruct. 8. part. 2. in viris huiuſce Ordin. Doctrina illuſtribus. Item part. 3. in Epiſcopis eiuſdem inſtituti, tumque fruct. 11. part. 2. in Prouinc. Bononienſ. vbi de Bononię loco. Marianus lib. 3. cap. 3. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 23. & lib. 8. cap. 49. Toſſinianus, lib. 1. Hiſtor. Seraph. Gonzaga, part. 1. Origin. Seraphic. relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Willotus, in Athenis Orthodox. Franciſcan. littera. *Ioannes*, Vveſtmonaſterienſis ann. 1281. & 1292. Harpsfeeld. ſæcul. 13. col. 8. qui ſcribit paucos aut nullos in hac ſede Cantuarienſi ſui ſimiles ſucceſſores ſortitum eſſe. Ciacconus in Nicolao III. ipſum B. Ioãnem Dominican. Ordinis ex plano errore faciens. Seruatius Myricanus in Enchiridio F F. Minor. Picquetus, in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Geſnerus, in Bibliothec. Molanus, in Annotat. ad Vſuard. in Feſto SS. Trinitatis. Pitſeus de Scriptor. Angl. ad ann. 1290. Bzouius. in Annal. Eccl. ad an. 1278. §. 23. Goduinus, de Prælatis Anglię Galterius, in tabula Chronograph. ſæcul. 13. in ſcrip. Eccl. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Vvadinghus, tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1278. §. 29. ann. 1279. §. 14. & ſeq. ann. 1281. §. 6. ann. 1292. §. 12. tom. 3. ad annum 1343. §. 7. Poſt Beatum Aluarum, lib. ſecundo, de Planctu Eccleſ. cap. 60. poſt med. Bzouius tom. 13. Annalium Eccleſ. ad ann. 1278. §. 23. & 1292. §. 8. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

B. Franciſ. Confeſſ. [b]] Sanè præſtantiſſimus ac Religioſiſſimus hic Pater, de Catholica fide optimè §. 5.
meritus extitit. Cùm enim per 35. eoque plus, annos, ſacris concionibus, atque Indorum conuerſioni ad fidem (extremæ interim cuiuſdam paupertatis, profundiſſimę humilitatis, nec-non orationis feruentiſſimæ cultor) ſumma cura, ſummaque ſollicitudine, in Prouincia Guatemalica incubuiſſet: maxima cum ſanctitatis opinione diem clauſit extremum, apud Conuentum ſancti Franciſci Guatemalenſ. circa an. 1560. ad cuius etiam funus, quotquot erant in ciuitate, ſiue Indi, ſiue Hiſpani, vnà cum mulieribus, conuolarunt, vt quiſquis, vel illius habitus, vel crinium particulam habere poſſet. Nec abs re quidem, cùm eius Chyrographum, ad incurabile vlcus ſemel applicatum, quendam Alphonſum *Gutitrez* integræ ſanitati mox reſtituerit. Ita Gonzaga part. 4. ſupra in pręfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinc Nominis Ieſu de Guatemala. Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 13. Daça ibid. lib. 2. cap. 35. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Marianus lib. 2. cap. 45. Chron. Refformat. Grauina, in *Voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

B. Bonæ Virg. [c]] Florebat circa naſcentis Ordinis §. 6.
Minor. primordia. ad ann. 1218. ſeu 1228. non vero ann. 1208. niſi commutatis litteris legatur: an. 1280. Memoratur à Ferrario, in Catalog. ſanctor. hac die, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Piſæ*. Syluano Razio, De SS. Hetruriæ. Brautio in Martyrolog. poëtico.

B. Gemma, Vidua [d]] Sulmone, nobilibus exorta §. 7.
natalibus, nupſit Franciſco Filiolo, ex quo duas filias peperit. BB. Margaritam, & Claram. Orbata marito, Ordinis S. Auguſtini habitum, vnà cum præfata Clara aſſumpſit, illicque Religioſè vitam duxit, donec oborta magna ſeditione in vrbe, exulare oportuit cum filiabus, & BB. Alexandrina, & Liſa, neptibus, Fulgineumque proficiſci, (vti ſuperius notauimus, ad 3. April. §. 6.) vbi ſecundam Regulam S. Clarę, in Monaſterio ſanctæ Luciæ profeſſæ ſunt. Illic autem ſanctiſſimè vixit Beata Gemma, perſeuerando in continua oratione, contemplatione, & pœnitentia. Quæ, licet ætate grandæua, ſic iuuenis ac prompta videbatur in bonorum operum exercitio, & Diuino Officio, vt omnes longè ſuperaret, cum cæterarum Monacharum admirabili exemplo & ædificatione. Profundæ erat humilitatis, nec vnquam eligi voluit in Abbatiſſam & Superiorem, cupiens cuiuſlibet parere voluntati. Charitate eximia pollebat, tum in proximum, omnes diligens, abſque vel minimo delectu, tum maximè in Deum, quem toto pectore & ore amabat, laudabat, & benedicebat. Obiit hac die ann. 1435. cum ingenti fama ſanctitatis. Scribunt de ea, Toſſinianus lib. 1. ſup. in 2. Ordin. Monial. Clariſſar. Iacobillus, in SS. Fulginatibus, ex Codice MS. eiuſdem Monaſterij. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1395. §. 1. & tom. 5. ann. 1425. §. 23. 24. & 25. Thielmans tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin. Alia eſt à B. Gemma, Virgine, quę Goriani in territorio Sulmonenſi colitur, cuius meminit Ferrarius ſup. 12. Maij.

Digitized by Google

SEPTIMO KALENDAS MAII.

MAgdeburgi, Beati [a] Iacobi Taruiſini, Confeſſoris; Alſatiæ, deinde Saxoniæ Cuſtodis, qui virtutibus, ſigniſque admirandis floruit. Apud Montem Regalem, in Pedemontano Principatu, Beati [b] Balthazaris à Caſtro-Nouo, Confeſſoris; qui mira ſanctitate, vitæ candore, & puritate præditus, gratia miraculorum extitit etiam celeberrimus. Guadalfagiaræ in Xaliſcis Indię Occiduæ populis, Beati [c] Franciſci Orapeſſani, Confeſſoris: qui zelo ſalutis animarum ſuccenſus, tanto ſpiritus feruore iugiter conuerſioni Indorum Infidelium inſiſtebat, vt ad mortem vſque idipſum Chriſtianæ pietatis opus proſecutus ſit, ac demum ſancto fine quieuit. Beluiſij in Territorio Palentino, Beati [d] Ioannis à Coria, Confeſſoris; magnæ ſanctitatis viri. Æſij in Picœno, Beati [e] Angeli Saonenſis, Confeſſoris; genere, virtute, ac miraculis illuſtris. Firmi in Marchia Anconitana, Beatę [f] Hieremiæ, Virginis.

APRILIS XXV.

§. 1. B*Eati Iacobi, Conf.* [a]] Aduerte in primis B. Cæſarium Spirenſem primum fuiſſe Germaniæ Miniſtrum Prouincialem, per S. Franciſcum conſtitutum, ann. 1221. quare ex Italia Germaniam proficiſcens, plures ſibi adhibuit ſocios, nimirum, BB. Ioannem de Plano Carpini; Barnabam, Germanum; Thomam de Celano; Ioſephum de Teruiſio, &c. Porrò B. Cæſario, ſuccedens in officio Prouincialatus Germaniæ, B. Albertus Piſanus, ann. 1223. (vti ſuperius annotauimus 1. April. §. 2.) Miſſi ſunt cum eo ex Italia ad Theutoniæ partes, viri inſignes, & eruditione ac Religione præſtantes, nempe, BB. Marcus, ſeu, Martinus de *Mediolano*, Iacobus de *Taruiſio*, Ioannes *Anglicus*, &c. primus extitit Cuſtos Franconiæ, ſecundus, Cuſtos Alſatiæ, & alius, poſtea Miniſter Prouincialis Saxoniæ, ann. 1231. Conſtat autem præfatum B. Ioannem, de *Plano Carpini*, Cuſtodem Saxoniæ electum fuiſſe, ann. 1223. cui mox ſufficitur ipſe B. Iacobus *Taruiſinus*, Cuſtos Alſatiæ, ann. 1224. ſicque fuit ſecundus Cuſtos Saxoniæ.

§. 2. Itaque, anno 1225. ipſe Iacobus, finita miſſa, quam infra octauam Dedicationis Eccleſiæ, à ſe in noua Magdeburgenſium ciuitate erectæ, & ab Alberto Archiepiſcopo, in feſto Exaltationis S. Crucis conſecratæ, celebrauerat, viribus cœpit repentè deſtitui; & hoſpitium Fratrum, quod in veteri ciuitate, penes S. Petri Eccleſiam habebant, delatus, 11. Kalend. Octobris, vigilia S. Matthæi Apoſtoli, obdormiuit in Domino. Cùmque Fratres vix locum, aut vſum ſepulturæ adhuc haberent, habita deliberatione, Conradum Epiſcopum Hildesheimenſem conuenire ſtatuunt, tunc temporis Magdeburgi agentem, inſtante iam Synodo, die S. Mauritij inchoanda, ad quam pluresquoque Epiſcopi iam confluxerant. Supplices ergò ad eum veniunt Epiſcopum, nuntiantes ei B. Patris Iacobi mortem: ille in lachrymas ſolutus, quippe qui ipſum B. Patrem ſumma cum veneratione ſemper dilexerat: Ecce, inquit, hoc eſt ſomnium, quod modò in lecto dormiens habebam; ſibi etenim in ſomnis Beatum Iacobum albis veſtibus indutum, cœloſque petentem conſpicere, & vocem ſibi dicentem, vade ſepelias eum, audire viſus eſt. Funere igitur delato ad dictam Eccleſiam Fratrum in noua ciuitate, ab eodem Epiſcopo honorificè eſt ſepultus. Anno verò, 1239. eius oſſa tranſlata fuere ex hoc cœnobio ad Conuentum veteris Magdeburgi, vbi, & honorifico loco ſunt recondita. Cuius rei memoria hac die celebratur. Memoratur à Codice MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. in Fratribus Minorum ſanctitate illuſtr. Prouincię Saxoniæ. Piſano ibidem libro primo, Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. Marco Vlyſſiponenſi, ſecunda parte Chronicorum Minorum, libro 9. capite 29. §. 3. Gonzaga parte prima, Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item parte tertia, in Prouincia Saxoniæ S. Crucis. Wadingho, tom. 1. Annalium Minorum, ad annum 1221. §. 6. & 10. ann. 1223. §. 23. 1224. §. 45. ann. 1225. §. 22. & ann. 1239. §. 14. ex Chronic. MS. Saxon. Picqueto in Catalogo virorum illuſtr. Franciſc.

§. 3. *B. Balthazar. Confeſſoris,* [b]] Meruit B. hic Pater, ob ſui ſanctitatem, incredibilemque vitæ candorem & puritatem, plurimis miraculis, tum in vita, tum quoque in morte, à Deo altiſſimè honorari; idque Tabellæ, & vota à ſæcularibus, quibus in maxima veneratione eſt, in gyro eius corporis appenſa, certò certiùs commonſtrant. Obiit apud Conuentum S. Mariæ Gratiarum Montis-Regalis, in cuius ſacrario venerabile eius corpus religioſiſſimè aſſeruatur. De eo agunt Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 21. Prouinc. Genuenſ. Barezzus part. 4. Chronicor. Minorum lib. 1. cap. 65. ad ann. 1525. Daça, ibid. lib. 1. cap. 28. & 33.

§. 4. *B. Franciſci, Confeſſ.* [c]] Supra modum Dei ſeruitio, animarumque ſaluti iugiter intentus, verus hic Chriſti ſeruus, claruit circa ann. 1540. qui tandem poſt plurimos exantlatos in Infidelium Indorum conuerſione labores, in Guadalfagiarenſi Conuentu, fœliciter obdormiuit in Domino. Meminit eius Gonzaga part. 4. ſupra in hoc Conuentu, qui eſt 22. Prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 31. & Rapinæus in hiſtor. general. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 375. Marianus, libro ſecundo, capite 55. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reform.

§. 5. *B. Ioannis, Confeſſ.* [d]] Floruit ſanctitate, Beluiſij, apud S. Franciſci Conuentum, inibique ſepultus iacet: qua de re Gonzaga ſup. part. 3. in dicto Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. S. Gabriel. Barezzus lib. 4. cap. 37. ſub. ann. 1565. & Rapinæus ſup. Decad. 8. part. 1. §. 8.

§. 6. *B. Angeli, Conf.* [e]] Ex Obſeruantibus ad Capucinos

Q

B. V. Mariam proſequebatur; ad quam & alios ſedulò prouocabat. Ad cuius honorem multi, id temporis, quadraginta dies, qui Aſſumptionem eius antecedunt, ieiunare ſolebant, quod ille ieiunium Anglis accuratè commendabat, neminem vero illi aſtrinxit. Aliaque, dum in clauſtris viuebat, ieiunia ſolebat obſeruare, etiam factus Archiepiſcopus non relaxabat. Parſimonia, & ciborum abſtinentia mirè delectabatur; vnde menſæ aſſidens inſipidis reficiebatur cibis, ſuoſque docebat inter epulas eſurire. Cætera etiam virtutum exercitia nequaquam remittebat, imò verò diligentiùs Diuinæ ſeruituti ſe totum mancipabat; dicens, ſe ſubditis propoſitum in exemplum. Sacrata templa omni decenti apparatu, per vniuerſam Diœceſim, ſolicitiſſimè decorabat, otium ſummè fugitabat. Caſtæ illibatæque erat conuerſationis, mulierum colloquia vel à longè abhorrens; mediocri communique veſtitu vſus, vigilando, & orando, omnes, quos à ſacris habebat, ſuperabat, adeoque ſe dimittebat, vt ſæpè cereos candelaſque in Eccleſia ipſe accenderet, & cætera infimorum munia obire ſoleret.

§. 4. Obiit ſanctiſſimè, an. 1292. cùm præfuiſſet in Archiepiſcopatu ann. 13. eius ſacrum Corpus Cantuariæ iacet in Eccleſia S. Thomæ, vbi multis fulſit miraculis. Agunt de eo Regeſtum Cantuarienſ. Eccleſ. & Gallia Chriſtiana in ſerie Archiep. Cantuar. Walſinghum in Ypodigmate Neuſtriæ ad an. 1278. 1279. & 1287. Item in Hiſtoria Angl. ſub Eduardo I. Reg. ad ann. 1280. & cęt. Treuethus de Regib. Angl. ad an. 1279. & ſeq. Salazar. lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 15. Balinghen. in Calendario Virg. Mariæ 15. Auguſt. §. 36. Platus lib. 2. de Bono ſtatus Relig. cap. 37. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. in Fratrib. Minor. Prouinc. Angl. ſanctit. illuſtr. Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. ibid. Item fruct. 8. part. 2. in viris huiuſce Ordin. Doctrina illuſtribus. Item part. 3. in Epiſcopis eiuſdem inſtituti, tumque fruct. 11. part. 2. in Prouinc. Bononienſ. vbi de Bononię loco. Marianus lib. 3. cap. 3. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 23. & lib. 8. cap. 49. Toſſinianus, lib. 1. Hiſtor. Seraph. Gonzaga, part. 1. Origin. Seraphic. relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Willotus, in Athenis Orthodox. Franciſcan. littera. *Ioannes*, Vveſtmonaſterienſis ann. 1281. & 1292. Harpsfeeld. ſæcul. 13. col. 8. qui ſcribit paucos aut nullos in hac ſede Cantuarienſi ſui ſimiles ſucceſſores ſortitum eſſe. Ciacconus in Nicolao III. ipſum B. Ioānem Dominican. Ordinis ex plano errore faciens. Seruatius Myricanus in Enchiridio F F. Minor. Picquetus, in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Gneſnerus, in Bibliothec. Molanus, in Annotat. ad Vſuard. in Feſto SS. Trinitatis. Pitſeus de Scriptor. Angl. ad ann. 1290. Bzouius. in Annal. Eccl. ad an. 1278. §. 23. Goduinus, de Prælatis Anglię Galterius, in tabula Chronograph. ſæcul. 13. in ſcrip. Eccl. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Vvadinghus, tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1278. §. 29. ann. 1279. §. 14. & ſeq. ann. 1281. §. 6. ann. 1292. §. 12. tom. 3. ad annum 1343. §. 7. Poſt Beatum Aluarum, lib. ſecundo, de Planctu Eccleſ. cap. 60. poſt med. Bzouius tom. 13. Annalium Eccleſ. ad ann. 1278. §. 23. & 1292. §. 8. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 5. *B. Franciſ. Confeſſ.* [b]] Sanè præſtantiſſimus ac Religioſiſſimus hic Pater, de Catholica fide optimè meritus extitit. Cùm enim per 35. eoque plus, annos, ſacris concionibus, atque Indorum conuerſioni ad fidem (extremæ interim cuiuſdam paupertatis, profundiſſimę humilitatis, nec-non orationis feruentiſſimæ cultor) ſumma cura, ſummaque ſollicitudine, in Prouincia Guatemalica incubuiſſet: maxima cum ſanctitatis opinione diem clauſit extremum, apud Conuentum ſancti Franciſci Guatemalenſ. circa an. 1560. ad cuius etiam funus, quotquot erant in ciuitate, ſiue Indi, ſiue Hiſpani, vnà cum mulieribus, conuolarunt, vt quiſquis, vel illius habitus, vel crinium particulam habere poſſet. Nec abs re quidem, cùm eius Chyrographum, ad incurabile vlcus ſemel applicatum, quendam Alphonſum *Guitiirez* integræ ſanitati mox reſtituerit. Ita Gonzaga part. 4. ſupra in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinc Nominis Ieſu de Guatemala. Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 13. Daça ibid. lib. 2. cap. 35. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Marianus lib. 2. cap. 45. Chron. Reffor mat. Grauina, in *Voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

§. 6. *B. Bonæ Virg.* [c]] Florebat circa naſcentis Ordinis Minor. primordia. ad ann. 1218. ſeu 1228. non vero ann. 1208. niſi commutatis litteris legatur: an. 1280. Memoratur à Ferrario, in Catalog. ſanctor. hac die, & in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Piſæ*, Syluano Razio, De SS. Hetruriæ. Brautio in Martyrolog. poëtico.

§. 7. *B. Gemma, Vidua* [d]] Sulmone, nobilibus exorta natalibus, nupſit Franciſco Filiolo, ex quo duas filias peperit. BB. Margaritam, & Claram. Orbata marito, Ordinis S. Auguſtini habitum, vnà cum præfata Clara aſſumpſit, illicque Religioſè vitam duxit, donec oborta magna ſeditione in vrbe, exulare oportuit cum filiabus, & BB. Alexandrina, & Liſa, neptibus, Fulgineumque proficiſci, (vti ſuperius notauimus, ad 3. April. §. 6.) vbi ſecundam Regulam S. Claræ, in Monaſterio ſanctæ Luciæ profeſſæ ſunt. Illic autem ſanctiſſimè vixit Beata Gemma, perſeuerando in continua oratione, contemplatione, & pœnitentia. Quæ, licet ætate grandæua, ſic iuuenis ac prompta videbatur in bonorum operum exercitio, & Diuino Officio, vt omnes longè ſuperaret, cum cæterarum Monacharum admirabili exemplo & ædificatione. Profundæ erat humilitatis, nec vnquam eligi voluit in Abbatiſſam & Superiorem, cupiens cuiuſlibet parere voluntati. Charitate eximia pollebat, tum in proximum, omnes diligens, abſque vel minimo delectu, tum maximè in Deum, quem toto pectore & ore amabat, laudabat, & benedicebat. Obiit hac die ann. 1435. cum ingenti fama ſanctitatis. Scribunt de ea, Toſſinianus lib. 1. ſup. in 2. Ordin. Monial. Clariſſar. Iacobillus, in SS. Fulginatibus, ex Codice MS. eiuſdem Monaſterij. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1395. §. 1. & tom. 5. ann. 1425. §. 23. 24. & 25. Thielmans tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin. Alia eſt à B. Gemma, Virgine, quę Goriani in territorio Sulmonenſi colitur, cuius meminit Ferrarius ſup. 12. Maij.

SEPTIMO

Digitized by Google

SEPTIMO KALENDAS MAII.

MAgdeburgi, Beati [a] Iacobi Taruiſini, Confeſſoris; Alſatiæ, deinde Saxoniæ Cuſtodis, qui virtutibus, ſigniſque admirandis floruit. Apud Montem Regalem, in Pedemontano Principatu, Beati [b] Balthazaris à Caſtro-Nouo, Confeſſoris; qui mira ſanctitate, vitæ candore, & puritate præditus, gratia miraculorum extitit etiam celeberrimus. Guadalſagiaræ in Xaliſcis Indię Occiduæ populis, Beati [c] Franciſci Orapeſſani, Confeſſoris: qui zelo ſalutis animarum ſuccenſus, tanto ſpiritus feruore iugiter conuerſioni Indorum Infidelium inſiſtebat, vt ad mortem vſque idipſum Chriſtianæ pietatis opus proſecutus ſit, ac demum ſancto fine quieuit. Beluiſij in Territorio Palentino, Beati [d] Ioannis à Coria, Confeſſoris; magnæ ſanctitatis viri. Æſij in Picœno, Beati [e] Angeli Saonenſis, Confeſſoris; genere, virtute, ac miraculis illuſtris. Firmi in Marchia Anconitana, Beatę [f] Hieremiæ, Virginis.

APRILIS XXV.

§. 1. BEati *Iacobi*, *Conf.* [a]] Aduerte in primis B. Cæſarium Spirenſem primum fuiſſe Germaniæ Miniſtrum Prouincialem, per S. Franciſcum conſtitutum, ann. 1221. quare ex Italia Germaniam proficiſcens, plures ſibi adhibuit ſocios, nimirum, BB. Ioannem de Plano Carpini; Barnabam, Germanum; Thomam de Celano; Ioſephum de Teruiſio, &c. Porrò B. Cæſario, ſuccedens in officio Prouincialatus Germaniæ, B. Albertus Piſanus, ann. 1223. (vti ſuperius annotauimus 1. April. §. 2.) Miſſi ſunt cum eo ex Italia ad Theutoniæ partes, viri inſignes, & eruditione ac Religione præſtantes, nempe. BB. Marcus, ſeu, Martinus de *Mediolano*, Iacobus de *Taruiſio*, Ioannes *Anglicus*, &c. primus extitit Cuſtos Franconiæ, ſecundus, Cuſtos Alſatiæ, & alius, poſtea Miniſter Prouincialis Saxoniæ, ann. 1231. Conſtat autem præfatum B. Ioannem, de *Plano Carpini*, Cuſtodem Saxoniæ electum fuiſſe, ann. 1223. cui mox ſufficitur ipſe B. Iacobus *Taruiſinus*, Cuſtos Alſatiæ, ann. 1224. ſicque fuit ſecundus Cuſtos Saxoniæ.

§. 2. Itaque, anno 1225. ipſe Iacobus, finita miſſa, quam infra octauam Dedicationis Eccleſiæ, à ſe in noua Magdeburgenſium ciuitate erectæ, & ab Alberto Archiepiſcopo, in feſto Exaltationis S. Crucis conſecratæ, celebrauerat, viribus cœpit repentè deſtitui; & hoſpitium Fratrum, quod in veteri ciuitate, penes S. Petri Eccleſiam habebant, delatus, 11. Kalend. Octobris, vigilia S. Matthæi Apoſtoli, obdormiuit in Domino. Cúmque Fratres vix locum, aut vſum ſepulturæ adhuc haberent, habita deliberatione, Conradum Epiſcopum Hildesheimenſem conuenire ſtatuunt, tunc temporis Magdeburgi agentem, inſtante iam Synodo, die S. Mauritij inchoanda, ad quam pluresquoque Epiſcopi iam confluxerant. Supplices ergò ad eum veniunt Epiſcopum, nuntiantes ei B. Patris Iacobi mortem: ille in lachrymas ſolutus, quippe qui ipſum B. Patrem ſumma cum veneratione ſemper dilexerat: Ecce, inquit, hoc eſt ſomnium, quod modò in lecto dormiens habebam; ſibi etenim in ſomnis Beatum Iacobum albis veſtibus indutum, cœloſque petentem conſpicere, & vocem ſibi dicentem, vade ſepelias eum, audire viſus eſt. Funere igitur delato ad dictam Eccleſiam Fratrum in noua ciuitate, ab eodem Epiſcopo honorificè eſt ſepultus. Anno verò, 1239. eius oſſa tranſlata fuere ex hoc cœnobio ad Conuentum veteris Magdeburgi, vbi, & honorifico loco ſunt recondita. Cuius rei memoria hac die celebratur. Memoratur à Codice MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. in Fratribus Minorum ſanctitate illuſtr. Prouincię Saxoniæ. Piſano ibidem libro primo, Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. Marco Vlyſſiponenſi, ſecunda parte Chronicorum Minorum, libro 9. capite 29. §. 3. Gonzaga parte prima, Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item parte tertia, in Prouincia Saxoniæ S. Crucis. Wadingho, tom. 1. Annalium Minorum, ad annum 1221. §. 6 & 10. ann. 1223. §. 23. 1224. §. 45. ann. 1225. §. 22. & ann. 1239. §. 14. ex Chronic. MS. Saxon. Picqueto in Catalogo virorum illuſtr. Franciſc.

§. 3. *B. Balthazar. Confeſſoris*, [b]] Meruit B. hic Pater, ob ſui ſanctitatem, incredibilemque vitæ candorem & puritatem, plurimis miraculis, tum in vita, tum quoque in morte, à Deo altiſſimè honorari; idque Tabellæ, & vota à ſæcularibus, quibus in maxima veneratione eſt, in gyro eius corporis appenſa, certò certiùs commonſtrant. Obiit apud Conuentum S. Mariæ Gratiarum Montis-Regalis, in cuius ſacrario venerabile eius corpus religioſiſſimè aſſeruatur. De eo agunt Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 21. Prouinc. Genuenſ. Barezzus part. 4. Chronicor. Minorum lib. 1. cap. 65. ad ann. 1525. Daça, ibid. lib. 1. cap. 28. & 33.

§. 4. *B. Franciſci*, *Confeſſ.* [c]] Supra modum Dei ſeruitio, animarumque ſaluti iugiter intentus, verus hic Chriſti ſeruus, claruit circa ann. 1540. qui tandem poſt plurimos exantlatos in Infidelium Indorum conuerſione labores, in Guadalſagiarenſi Conuentu, fœliciter obdormiuit in Domino. Meminit eius Gonzaga part. 4. ſupra in hoc Conuentu, qui eſt 22. Prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 31. & Rapinæus in hiſtor. general. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 375. Marianus, libro ſecundo, capite 55. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reform.

§. 5. *B. Ioannis*, *Confeſſ.* [d]] Floruit ſanctitate, Beluiſij, apud S. Franciſci Conuentum, inibique ſepultus iacet: qua de re Gonzaga ſup. part. 3. in dicto Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. S Gabriel. Barezzus lib. 4. cap. 37. ſub. ann. 1565. & Rapinæus ſup. Decad. 8. part. 1. §. 8.

§. 6. *B. Angeli*, *Conf.* [e]] Ex Obſeruantibus ad Capucinos

Digitized by Google

tranſiens, miris virtutibus excelluit, obiitque die S. Marci, in Conuentu Æſij Prouinciæ Marchiæ, ann. 1556. Teſte Bouerio tom. 1. Annalium Capucinorum ad annum 1556. §. 17. ex Petracio, & Cod. MS. Prouinc. Bononienſ.

§. 7. *B. Hieremia, Virg.* [f]] Hac die abijt in cœlum cùm eſſet nobili genere orta, & mirabili puritate, vitæque ſanctitate, mundo illuxiſſet: vti copioſè refert Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 48.

SEXTO KALENDAS MAII.

APud Regnum Ormuzianum in India Orientali, Beati [a] Fernandi, primi Goani Epiſcopi; zelo ſalutis animarum, & vitæ ſanctitate præclari. Neapoli in Campania, Beati [b] Ioannis-Angeli, de Cingulo, Confeſſoris; qui ſcientia, & pietate multos ad pœnitentiam conuertit, & zelo purioris obſeruationis Regulæ ſuæ ductus, Clarenæ Refformationi initium dedit; in qua ſanctitate illuſtris deceſſit è vita. Toleti, Beati [c] Ioachimi à Villalupo, Confeſſoris; genere, vita, & ſpiritu Prophetico Illuſtris. Pici in Caſtella veteri, Beati [d] Chriſtophori Braui, Confeſſoris; qui primus Prouincialis exiſtens Prouinciæ Sancti Ioſephi Diſcalçeatorum, ſummarum virtutum iubar cunctis apparuit. Aunonij in Hiſpania, Beati [e] Alphonſi ab Aſperilla, Confeſſoris. Villæluini in Territorio Palentino, Beati [f] Michaelis Gonzalez, Confeſſoris: probatiſſimæ vitæ, & ſingularis diſciplinæ viri: Methymnæ Roſecæ, in eadem Diœceſi, Beati [g] Franciſci à Polanco, Confeſſoris: mira patientia moribuſque integerrimis ſpectabilis. Apud Monaſterium Longi-Campi, in Territorio Pariſienſi, Beatæ [h] Blanchę, Virginis, Philippi Francię, & Nauarrę Regis Filiæ: quæ ſummam generis nobilitatem, vitæ ſanctitate ſuperauit. Montiliæ in Hiſpania, Beatæ [i] Annæ à Cruce, Viduæ, Fœminę illuſtriſſimæ; quæ cunctis ſæculi oblectamentis pro Chriſto ſpretis ſoli Deo placere ſtuduit, ac ſancto fine quieuit.

APRILIS XXVI.

§. 1. B*Eati Fernandi, Epiſ.* [a]] Vocabatur *Hernandus,* ſeu *Fernandus*, vel *Ferdinandus Vaquerius,* qui à Ioanne III. Luſitaniæ Rege ablegatus in Indiam Orientalem, primus Goanus conſecratus eſt Epiſcopus ann. 1531. Erat quippe religioſus multum deuotus, magna ſanctitate, & ingenti zelo animarum præditus. Sanè quamplurimum laborauit in excolenda ea Indorum nouella Eccleſia, & innumeras Deo lucratus eſt animas, cúmque huic labori ſtrenuè incumberet, ſanctiſſimè obiit, in Regno de *Ormuz.* Ita Maffeius, lib. 10. hiſtor. Indiar. verſ. fin. & lib. 11. longè poſt med. Daça, 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 53. hiſtor. Indiæ Occidental. 1. part. lib. 2. cap. 11.

§. 2. *B. Ioan. Confeſſ.* [b]] Diuerſimodè reperitur vocatus, Ioannes *Angelus, Cingulus*, à *Cingulo* Marchiæ Anconitanæ Oppido; *Clarenus*, à monte quodam *Claro*, quem incoluit, à quo, & conſodales, (quos à licentioſa, & laxiori, ad Regularē rigidioremque vitæ formam, exemplo ſuo traduxerat) eius loci accolæ, *Clareni* nomen ſortiti ſunt. Propterea, multa paſſus eſt ab eius æmulis, tum in Occidente, tum in Oriente. Nam B. Raymundus *Gaufridi*, Gallus, totius Ordinis Generalis Miniſter, Regulæ zelatoribus maximè fauens, hunc cum aliis eiuſdem ſpiritus viris, vt aliorum perſecutiones effugerent, deſtinandum duxit ad Regem Armeniæ, ann. 1290. à quo paulò antea litteras acceperat, quibus rogabat, quoſdam ſibi mitti huius inſtituti viros, tum propter animæ ſuæ ſolatium, tum ad inſtituendum populum multum nimis, qui ad Chriſtianorum fidem quotidiè accedebant; vbi B. Angelus, cum ſociis, innumerabiles fructus Chriſto pretulerunt. Exindè reuerſus, cùm ſuę Regulæ, quam fideliſſimè acutiſſiméque expoſuit, zelantiſſimus eſſet, ann. 1294. à Summo Pont. D. Cœleſtino V. cui etiam familiariſſimus fuit, Diploma; quo ſibi vitam eremiticam, cum ſibi adhærere volentibus, atque quædam loca in ſolitudinibus erigere liceret, impetrauit. Ac ſuccedente Bonifacio VIII. in Pontificatum, nimis in eos exarſerunt Ordinis Rectores; ſicque vt horum moleſtias, & iras declinarent, abierunt in Græciam, & partes Achaiæ, vbi in quadam inſula habitare decreuerunt. Quibus in Regionibus, cùm moram faceret, B. Angelus, Diuinitùs ſibi infuſum eſt idioma Græcum in nocte Natiuitatis Dominicæ, ann. 1300. quo fretus, Ioannem Climachum, B. Macharij Dialogum, & quædam D. Ioan. Chryſoſtomi Latinitate donauit. Nonnulla etiam alia edidit opuſcula. Huius in ſacris concionibus facundia, & doctrina fuit mirabilis. Indè etiam celebris, quòd in re Theologica, Beati Symonis à *Caſſia*, Ordin. Eremitar. Auguſtini præceptor extiterit, & plurimos à vitiis ad virtutes conuerſos ſuis laboribus Chriſto Ieſu peperit.

§. 3. Fuit denique paupertate, pietate, ſpiritus feruore, & vitæ ſanctitate præclarus. Migrauit autem ad Dominum, ann. 1340. in quodam Regni Neapolitani Conuentu, ſeu apud Neapolim, Regiam vrbem; in cuius memoriam præfatus B. Symon, orationem funebrem compoſuit. Agunt de eo, Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 11. part. 2. in Prouinc. Marchiæ. Marcus Vlyſſiponenſ. par. 2. Chro. Minor. lib. 5. cap. 18: §. 2. & lib 7. cap. 23. ad ann. 1311. Toſſin. lib. 2. hiſtor. Sera. Gonzaga 1. part. Orig. Serap. Relig. vbi de Clarenor.

PP. exor-

PP. exordio. Villotus, in Athenis Orthodoxis Franciſcan. verb. *Angelus*. Wadinghus tom 2. Annal. Minorum. ad ann. 1289. §.30. ann. 1290.§.10. ann. 1294.§.9.& tom.3.ad ann.1302.§. 8. 1317.§.16.1318. §.23.1334.§.24. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 3. ex B. Angelo *Clareno*, in Tribulatione Ordinis. 6. & 7. qui quidem non erat ſacerdos, vt Ibid. ipſemet fatetur. Poſſeuinus in apparatu ſacro. Vult eum obiiſſe ann. 1294. ſed perperam. Volaterranus lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Rapinæus, in Hiſtor. vniuerſal. Orig. Recollector. part. 2. Introductione. ſeu, Memoriali Ordinis Minorum. §. 3. & Decad. 4. part. 1. §. 3. Ioannes à ſancta Maria 1. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 21. cap. 4.

§. 4. *B. Ioachimi, Confeſſ.* [c]] Genere nobilis cùm eſſet, ſtatum Laicorum elegit in Ordine ſeraphico. Multis autem virtutibus emicuit; pœnitentiæ, & carnis macerationi fortiter intendebat, frequenterque in pane, & aqua ieiunabat, humi cubabat, & ſomni parciſſimus erat: ſæpè in oratione pernoctabat, in qua, & multis fruebatur reuelationibus, & in extaſim rapiebatur tantopere, vt nonnumquam duos, & tres dies conſumeret, pluresque addidiſſet, niſi Superioris obedientia illum reuocaſſet. Spiritu etiam Prophetico exornatus, mortem ſuam præſciuit, & ita fœliciter in Domino obdormiuit, ſepultus in Conuentu S. Ioannis Regum Toleti, qui eſt 1. Prouinciæ Caſtellæ. Hæc ex Monimentis MS. eiuſdem Prouinc. & Daça ſup. lib. 3. cap. 13. Floruit ann. 1530. Salazar. lib. 2. cap. 14. Chronicorum eiuſdem Prouinc.

§. 5. *B. Chriſtophori, Confeſſ.* [d]] Antequam Minorum ſodalitio adſcriptus eſſet, Capellæ magiſter erat, & Cantor in Eccleſia Cathedrali Zamorenſi. Factus autem Franciſcanus, cœpit omnium virtutum agere palæſtram, tantaque animi contentione aliorum egregia explorabat facta; vt breui ſibi facilè conquirenda ſperauerit. Vir fuit multæ orationis, primuſque Chori frequentabat ingreſſum, & ſingulari pietate ſacrum Miſſæ myſterium peragebat. Sic autem perfectionis viam ad amuſſim tenuit, vt totius religioſitatis, & virtutis ſpecimen mox euaſerit. Vnde quarto anno à ſua profeſſione, Conuentus Superior præficitur, ac paulò poſt in primum Prouincialem Miniſtrum Prouinciæ S. Ioſephi Fratrum Diſcalceatorum, an. 1560. eligitur, quo in munere paſtorali, tanta illuxit eius prudentia, humilitas, charitas, & vigilantia, vt ad miraculum propiùs accederet. Quanta verò fuerit illius paupertas, in rebus etiam neceſſariis, patientia in laboribus, & infirmitatibus, & conſtantia in tribulationibus, longum eſſet enarrare. Plenus itaque dierum, & bonorum operum ſanctè expirauit, ann. 1573. in pago de *Nauaelſaz*, ad portum de Pico. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in initio Prouinc. S. Ioſeph. & à Ioanne à S. Maria. lib. 1. in multis locis, & lib. 2. cap. 13. copioſius. ſup.

§. 6. *B. Alphonſi, Confeſſ.* [e]] Habitum Laicorum Ordinis noſtri ſumpſit in Conuentu Conceptionis B. Mariæ Virginis Petroſi, anno ætatis ſuę 34. In primis, voluntatem ſuam ſic abnegauit, vt nullam prorſus videretur, niſi ſui Superioris, habere, ſicque Prælati iuſſis parebat ex induſtria, vt id à natura cenſeretur ſibi datum; promptus, & alacer, ac omnibus aptus negociis, ſeu officiis iudicabatur: indifferenter cuncta Conuentus explens munia. Nuſquam otioſum quis eum vidit, linguoſum, commotum, vel mutatum. Charitate plenus erat, mœſtos conſolabatur, pauperibus compatiebatur, ſuccurrebat infirmis, cunctis opem dabat. Parſimoniam amabat; abſtinentiæ, & ieiunio addictus, nuſquam vino vſus eſt aut carne; ſanctam orationem ſemper excoluit, in qua noctes ducebat inſomnes. Paupertatem verò ſummè adamauit; cœleſtibus viſionibus, raptibus, & Diuinis colloquijs ſæpè potiebatur, Reginam cœli Deiparamque piiſſimè venerabatur, humilitatis, patientiæ, & pœnitentiæ exemplar extitit ſingulare. Eius eximia facta latius percurrit præfatus Ioannes à ſancta Maria, 2. part. lib. 4. cap. 3. ex quo diſcimus ipſum floruiſſe ann. 1590. corpus verò illius ſepultum eſſe in Conuentu S. Sebaſtiani Annonij, qui eſt 26. Prouinc. S. Ioſephi.

B. Michael Confeſſ. [f]] Mortis præſciens horam, ſua §. 7.
membra eo modo compoſuit, quo erat tumulandus, ſibique ipſe propria manu oculos clauſit, & in omnium conſpectu, veluti dormiret, manſit exanimis. Apud Conuentum Villæluini, qui eſt 21. Prouinc. Conception. Ita Wadinghus tom. 5. ſup ad ann. 1424. §. 13. Deceſſit autem Anno Chriſti 1611.

B. Franciſci à Polanco, Confeſſ. [g]] Conditus habetur §. 8.
in Conuentu Methymnæ Roſecæ qui eſt 20. Prouinc. Concept. vbi admirãdis nuper fulſit, dignitate Sacerdos: teſte ipſomet Wadingho ſup. ad ann. 1419. §. 14.

B. Blanchæ, Virgin. [h]] Videtur apud quoſdam eſſe §. 9.
diſſidium, ſuper ortu, ac progenitoribus iſtius ſereniſſimæ Heroinæ, æquè ac ſanctiſſimæ Virginis. Platus lib. 2. de Bono ſtatus relig. cap. 27. agens de B. Iſabella D. Ludouici IX. Francor. Regis ſorore, mundi contemptrice, & Religionem S. Claræ amplexata, ait *Eamque in eodem Regno imitata eſt etiam Blancha Philippi Regis Filia, annum circiter* 1315. ſic, & Salazar lib. 5. ſup. cap. 20. Quis autem fuerit hic Philippus Rex? *Pulchrum* eſſe arbitrantur nonnulli: Grauina, in *voce Turturis*, part. 2. cap. 13. Elyas tom. 1. Legation. Eccleſ. Triumphant. lib. 2. cap. 27. §. 42. Nam inter BB. Fœminas 2. ac 3. Ordin. Minorum à Toſſiniano lib. 1. & Gonzaga ſupra part. 1. ex Firmamento trium Ordinum, parte. 1. recenſetur. *B. Blancha, Philippi Pulchri Francorum Regis primogenita.* Quod certè acceperant, tum à Mariano lib. 4. cap. 4. tum à Piſano lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 2. vbi de Monialibus Clariſſis, nobilitate ac ſanctitate illuſtribus, ſub iis verbis. *D. ſoror Blancha, Filia Philippi Pulchri, Regis Francorum, primogenita ipſius, cui de iure Francorum Regnum debebatur.* At, toto cœlo aberrant; Etenim Philippus IV. cognomento *Pulcher*, Gallorum Rex Chriſtianiſſimus, vnicam habuit filiam, nomine Iſabellam, (iuxta Nicolaum, Ægidium Ioannem de Serres, &c. in eo Rege, Claudium Paradinum, in Affinitatibus Genealog. Franc. ibid.) nuptam Edwardo II. Angliæ Regi, vndè exortus eſt Edoardus III. Rex, qui poſtea ex iure Matris, Regnum Galliæ contendebat ſibi vendicare; ſed Galli auitam Regni Francici dignitatem pertæſi, illis haud impunè obuiarunt; ferro, & armis inuiſam à ſe Gynæcocratiam fortiter ſapienterque propugnaturi; ex præſcripto Saluatoris. Math. 6. verſ. 28. & Luc. 12. verſ. 27. Quoniam, *Lilia non laborant, neque nent.* Non enim id Gallici Regni Sceptrum debetur niſi nobilibus, qui non laborant, & non ſine cauſa (teſte Apoſtolo Rom. 13. verſ. 4.) Gladium enſemque portant; nec datur niſi maſculis, qui non nent. Quibus verbis, Philippus Valeſius, Regnum Francię, iure paterno, eſt adeptus, prout concluſum fuit tunc contra legis *Salicæ*, ſeu *Gallicæ* oppugnatores. Vide Froiſſartum, volum 1. hiſtor. cap. 4. & 22. Laziardum lib. 3. Epitom. hiſtor. Vniuerſal. cap. 252. Azorium, part. 2. Inſtitut. moral. lib. 11. cap. 2. quæſt. 14. Hor-

Digitized by Google

dalum, in Hiſtor. puellæ Aurelian. pag. 231.

§. 10. Scio eundem Paradinum, in Affinitatibus Genealog. Nauarræ, dediſſe huic Philippo Regi noſtro, duas filias, nempe, Ioannam, & præfatam Iſabellam; ſed priorem adhuc infantem mors abſtulit, vti teſtatur Gaguinus, lib. 7. hiſtor. Franc. in eo Reg. Tertiam quoque addit Scipio Dupleix, ibid. tom. 2. Hiſtor. Franc. vocatque eam *Blancham*; quæ ipſo teſte puerula deceſſit, priuſquam deſponſaretur. Itaque ipſa B. Blancha Monialis, nec filia fuit Philippi Pulchri Regis, nec eiuſdem primogenita; ſed 4. filia fuit Philippi, cognomento Longi, Franciæ, & Nauarræ Regis: & Ioannæ, Othonis Comitis Burgundiæ filiæ, nata, ann. 1313. die 10. Ianuarij, Deo autem oblata in Monaſterio Longi-Campi: non, ann. 1315. vt vult Platus, ſup. nec ann. 1316. iuxta Bzouium tom. 13. ad ann. 1317. §. 24. ſed 1318. ſeu 1319. Menſe Februario, & profeſſa ann. 1337. die 15. Maij. Velumque conſecrationis ab Epiſcopo Pariſienſi accepit, ann. 1345. in quo inſtituto ſanctiſſimè perſeuerauit, vſque ad ann. 1358. die 26. Aprilis, quo plena virtutibus, & meritis ad cœlos euolauit. Hæc ex Nicolao Ægidio. Halliano, lib. 13. Tillio, in ſuis Memorial. Duplexeio, tom. 2. Charrono cap. 137. &c. in hoc Reg. Philippo Longo; Paradino, ibid. ſup. in Franciæ, & Nauarræ Affinitat. Genealog. Sebaſtiano Roulliardo, in vita B. Iſabellæ à Francia, ſororis S. Ludouici IX. Reg. cap. 19. vbi copioſè B. Blanchæ eximias virtutes perſtringit, & Choppino lib. 2. de ſacra Politia. Titul. 3. §. 21. Eius corpus piè humatum eſt apud ipſum Longi-Campi Monaſterium, cor verò Lutetiam delatum, & in Eccleſia Fratrum Minorum depoſitum, vti ſcribunt Brulius, in Antiq. Pariſ. Roulliardus ſup. Gonzaga part. 1. ſup. vbi de Conuentu Pariſienſ. & Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1234.

§. 23. Vndè valdè miror ipſum Wadinghum ita fuiſſe deluſum, vt poſtea ſcripſerit, hanc B. Blancham, filiam extitiſſe Philippi Pulchri, Franciæ Regis Tom. 3. ad ann. 1315. §. 25. 1319. §. 10. & 1320. §. 17. cùm Diplomata Pontificia ab eo relata, (vbi mentio habetur parentum eius) debeant referri, ad ipſum Regem Philippum Longum, & Ioannam vxorem; non verò ad Philippum Pulchrum, iam mortuum, ann. 1313. neque ad Ioannam vxorem ſuam defunctam, ann. 1304. iuxta omnium ſententiam, quam nec ipſe reiicit. Pari modo hallucinatur Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 7. cap. 32. volens noſtram B. Blancham, patrem habuiſſe, Philippum VI. cognomento Valeſium: tum, quia nullam genuit filiam hoc nomine nuncupatam, tum, quòd minimè ſucceſſerit Carolo Pulchro, cognato ſuo, in Regnum, niſi ann. 1328. tum, denique ob carentiam Regni Nauarræ, quod minimè poſſedit. Etenim B. Blancha, filia erat Philippi Longi, Franciæ, & Nauarræ Regis, licet Gonzaga, part. 3. ſup. in præfato Monaſterio Longi-Campi, quod eſt 8. Prouinc. Franciæ. Wadinghus tom. 2. ad ann. 1260. §. 60. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordinis Minorum, vocent ipſam tantummodò filiam Regis Nauarræ.

B. Anna à Cruce, Vidua, [i]] Naſcitur, die 3. Maij, §. 11.
ann. 1527. filia primogenita D. Roderici-Pontij Legionenſis, Ducis de *Arcos*, in Hiſpania: quæ maior effecta, nupſit Petro, Marchioni de *Priego*, ſed non propterea deſtitit ab itinere virtutis, Duce ac præceptore M. Ioanne Abulenſi, Clerico Andaluziano. Mortuo autem marito, habitum Clariſſarum ſuſcepit, ann. 1553. 22. Iulij, in Monaſterio Montiliano, quod eſt 16. Prouinciæ Carthaginenſ. vocataque eſt ſoror Anna à Cruce; cùm prius appellaretur D. Anna Pontia, Legionenſis, Comitiſſa de *Feria*. Primum perfectionis ſuæ fundamentum in humilitate poſuit; vnde à Prælatis obtinuit, vt nec Domina nuncupari, nec in Abbatiſſam eligi, ab aliis poſſet. Vilioribus Domus officinis læta occupabatur. Carnis mortificationi apprimè ſtudebat, diſciplinis, & aliis pœnitētiis, tum particularibus ac publicis, corpus caſtigans. Oratio eius erat aſſidua, & feruida; in qua, & donum habuit lachrymarum, & plures viſitationes, ac reuelationes diuinas cœlitùs excipiebat. Cæteræ eius egregia facta libris quatuor perſtrinxit Martinus de Roa; & Daça, ſup. lib. 4. cap. 44. vſque 50. Obiit autem ſanctiſſimè in præfato Monaſterio, hac die, anno Chriſti 1601. ætatis ſuæ 74.

QVINTO KALENDAS MAII.

Aquis in Gallia, Beati [a] Petri Aureoli, Aquenſis Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Sanctæ Romanæ Cardinalis; qui doctrina, & eloquentia, ac concionandi munere pollens, vitæ quoque ſanctitate emicuit. Carpi in Inſubria, Beati [b] Stephani, Confeſſoris. Bitecti in Apulia, Beati [c] Iacobi ab Illyrico, Confeſſoris; virtutibus, ac miraculis propè innumeris, in vita, & poſt mortem celeberrimi. Cæſarauguſtæ, Beati [d] Bartholomæi à Victoria, Confeſſoris; qui humilitate, Charitate & oratione conſpicuus, Prophetiæ dono etiam refulſit. Feſulis, in Tuſcia, Beati [e] Petri de Scarperia, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In Aprutio, Beati [f] Ioannis à Capiſtrano, Confeſſoris; qui Prouincialatus munere laudabiliter expleto, ſcientia, virginitate, donoque lachrymarum exornatus, ſancto fine quieuit. Mediolani, Beatarum Virginum [g] Hieronymæ-Seraphinæ, & Angelæ-Catharinæ, de Cercanis, Abbatiſſarum: quæ virtutum ſplendore huc vſque emicant.

APRILIS XXVII.

§. 1. *Beati Petri Aureoli, Archiepiſcopi,* [a]] *Verberius,* ſeu de *Verberia* oriundus legitur, Doctor Pariſienſis, ac Lector ſacræ Theologiæ in Conuentu Pariſienſi inſtitutus, ann. 1316. vir in Diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in Philoſophia Ariſtotelica valdè peritus; ingenio ſubtilis, & diſputatione acutus; in declamandis ad populum ſermonibus egregius fuit: *Doctor facundus*, trito vocabulo appellatus, vir

denique

Digitized by Google

deniqꝫ omni ſcientiarum peritia clariſſimus: Eccleſiaſtes, ob ſingularem ſcripturarum eruditionem, in ſumma veneratione habitus apud Gallos; eloquentiſſimus enim erat, pietate ac prudentia exornatus. Ex Miniſtro Prouinciali Aquitaniæ, Archiepiſcopus Aquenſis, & Cardinalis (vt quibuſdam placet) à Ioanne XXII. creatus, maximè floruit. Scripſit ſtylo Scholaſtico breue omnium ſanctorum voluminum Compendium: *Breuiarium Bibliorum* intitulatum, repurgatum ann. 1585 à Clemente Stephano *Nouelletio*, Thallorino, Theologiæ Doctore. Scripſit, & alia multa præclara opera, quæ habentur MS. in Conuentu Sagienſi, Cuſtodiæ Normanniæ; citatur ſæpè apud ſummam Angelicam. Nec abs re erit, de eius ſcriptis Georgij Elderi, viri doctiſſimi, initio Oeconomiæ Bibliorum, ad ſtudioſum lectorem, cenſuram adſcribere, *Cœpi de ſacrorum Bibliorum artificio ſummatim explicando diligentiùs inquirere, in cogitatione cùm diutiùs (vt par erat) multùmque verſatus eſſem: en mihi, non fortuito, ſed, quod conſtanter credo, non abſque Dei quodam nutu, in manus venit liber verè aureus, conſcriptus primùm à probatiſſimæ opinionis, & ſanctitatis viro, Petro Aureolo, poſteà verò à doctiſſimo Iacobo Vuinphelingo, magno Germaniæ Theologo, Domino Ioanni Echio dicatus, qui, quod toties mihi euenire optaram: primâ ſtatim fronte pollicebatur, videlicet, Compendium Bibliorum vtriuſque Teſtamenti, atque adeo totius S. Scripturæ Epitomen.* De eo egerunt Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minorum. ſcientia illuſtrib. Gonzaga ibid. part. 1. Origin. Seraphic. relig. & in Almo Conuentu Pariſ. ſub fin. Item part. 3. in Conuentu Toloſano, qui eſt 2. Prouinc. Aquitan. Antiq. nec-non, & in proœmio Prouinc. Aquitan. Recentior. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minorum. lib. 7. cap. 32. & 34. S. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 8. §. 2. & cap. 9. §. 15. Trithemius, & Bellarminus, tom. 7. de ſcriptor. Eccleſ. Pepinus de imitation. ſanctor. ſerm. de S. Antonio Paduano. Poſſeuinus in *Apparatu* ſacro. Toſſinian. lib. 2. Hiſtor. Seraph. Vvillotus in Athen. Orthodox. Franciſcan. Geſnerus, in Bibliothec. Platus de Bono ſtat. relig. lib. 2. cap. 32. Vvadinghus, tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1222. §. 38. & ann. 1234. §. 32. Item tom. 3. ad ann. 1316. §. 6. 1318. §. 29. 1319. §. 13. 1321. §. 40. Sedulius, Commentar. in vita S. Franciſc. cap. 3. §. 8. (poſt Aymonem lib. 4. cap. 57. & Marianum lib. 4. cap. 5.) Volaterranus lib. 21. Antropolog. vbi de Eremitis. Marulus lib. 4. hiſtor. ſacræ relig. in Ordine Minor. Nomenclator Cardinalium, in Ioanne XXII. Pap. Ciacconus, ibid. Friſonus lib. 3. Galliæ purpurat. Spondanus ann. 1308. Sixtus Senenſis lib. 4. Bibliothe. ſanctæ.

§. 2. *B. Stephani, Confeſſ.* [b]] Gallus erat natione, vitæ ſanctitate conſpicuus, Confeſſarius illuſtriſſimæ Heroinæ, B. Camillæ *Piæ*, Virginis. Obiit hac die, ann. 1484. cuius oſſa Carpi quieſcunt, in Conuentu S. Nicolai Fratrum Minor. Teſte Gonzaga, part. 2. in huiuſmodi Conuentu, qui eſt 12. Prouinc. Bononienſ. & in Monaſterio 15. eiuſd. Prouinc. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 113. Wadingho ſup. tom. 5. 1449. §. 34. & tom. 7. ann. 1490. §. 33.

§. 3. *B. Iacobi, Confeſſ.* [c]] Claruit circa ann. 1480. prout liquet ex Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu S. Franciſci Bitecti, qui eſt 9. Prouinc. S. Nicolai, quo hęc refert. *Viam vniuerſæ carnis ingreſſus, honeſtam hoc in loco ſepulturam nactus eſt B. Frater Iacobus, natione Illyricus, ac Profeſſione Laicus, qui proculdubio viuens, ſanctiſſimis moribus, omnique virtutum genere præditus extitit; & mortuus innumeris claruit, claretque miraculis: cuius venerabile Corpus, licet à centum annis exanime, integrum adhuc, imputre, atque incorruptum, omnino perſeuerat, prout omnibus ad ipſum venerationis gratia accedentibus in confeſſo eſt.* Eadem habet Barezzus, ſup. lib. 1. cap. 47. poſt Marcum Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 8. cap. 36. Wadinghus. tom. 5. ſup. ann. 1432. §. 28.

§. 4. *B. Bartholomæi, Confeſſoris*, [d]] Hic deuotiſſimus Frater Laicus, atque Vadiniæ (vulgò *Victoria*) exortus, diu vixit: mortuus autem, ſepulturam accepit Cæſarauguſtæ, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu. Profunda humilitate, charitate ardentiſſima, atque præſago ſpiritu præditus fuit. Præterea orationi, cui etiā intentus, ſæpiſſimè rapiebatur, adeò aſſuetus extitit; vt nihil illi familiarius, dulcius-vè fuerit. In obſeruantia Regulari exactiſſimus erat, & promptus. Quare, tum à Fratribus, tum quoque à ſæcularibus, vt ſanctus, & Deo charus, dùm viueret, habitus fuit, atque in præſentiarum habetur. Illius meminerunt Gonzaga parte tertia, in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Arragon. Barezzus, libro ſecundo, capite vigeſimo ſecundo, ſupra ad annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum ſecundum. Vvadinghus. ſup. ann. 1447. §. 78.

§. 5. *B. Petri, Confeſſoris*, [e]] Feſulis, plenus dierum, omnique ſanctitate refertus, commoratus, ad annum vſque 85. ætatis ſuæ hortum excoluit, cùm eſſet Frater Laicus, indéque fœlix abiit in cœlum, corpus verò humatum eſt in Conuentu ſancti Michaëlis, propè Feſulas, qui eſt 24. Prouinc. Tuſciæ. Vide Gonzagam ſecunda parte ſup. in hoc Conuentu. Barezzum lib. 3. cap. 23. ad ann. 1540. Vvadinghum. tom. 5. ſup. ad ann. 1414. §. 12.

§. 6. *B. Ioannis à Capiſtrano, Confeſſoris*, [f]] Natus erat ex nobili familia *Chiolarum*; iam ſponſalia egerat, cùm ad Religionē venit Seraphicā: virgo tamen permanſit; verba otioſa, & ſcurrilia omnia refugiebat, donum lachrymarum obtinuit; in oratione aſſiduus erat, Chorum die noctuque frequentabat: tum Prouincialis electus ſuæ Prouinciæ S. Bernardini, ſanctiſſimè præfuit, obiitque magna cum ſanctitatis opinione; cuius corpus quinque poſt annos repertum eſt integrum & ſanum, teſte Daça 4. part. Chronicorum Minorum lib. 3. cap. 76. ex Monimentis eiuſdem Prouinc. Floruit anno 1570.

§. 7. *BB. Hieronymæ, & Angelæ, Virg.* [g]] Inter alias virgines, quæ in Monaſterio *de Vedano* (quod eſt 1. Prouinc. Mediolanenſ.) floruerunt virtute conſpicuæ, proſtant hæ ſorores duæ, neptes B. Michaëlis *de Carcano*, (de quo infra ad 15. octob.) quas ipſe hoc habitu donauit. Vtraque Abbatiſſæ munere functa, inſignem ſuæ pietatis reliquit opinionem: quarum corpora peculiari ſepulchro, vno condita loculo, habentur in veneratione: ita Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1448. §. 43. ex monimentis. MSS.

Digitized by Google

QVARTO KALENDAS MAII.

APud Podium-Bonitium in Hethruria, Beati [a] Lucheſij à ſancto Caſſano, Confeſſoris; qui multis virtutibus exornatus, habitum Tertiariorum ſuſcepit, in quo tot ſanctitatis indicia prætulit, quot magnalia ante, & poſt obitum cœlitus ab eo fuere patrata. Sartiani in Tuſcia [b] Beatorum Angeli à Ciuitella, & Ioannis Riccij, Confeſſorum: qui meritis, & virtutibus præclari, Regularis ramos obſeruantiæ mirum in modum propagarunt per Hetruriam. Aquilæ in Veſtinis, Beati [c] Vincentij Aquilani, Confeſſoris; ſummæ humilitatis, & orationis, nec-non abſtinentiæ, patientiæque viri, qui, & ſpiritu Prophetico, atque maximis ſignis emicuit. Alexiani, propè Petricagium in Corſica inſula Oppidum, Beati [d] Stephani à Renoſo, Confeſſoris; cuius vitæ ſanctitatem facta admiranda comprobant. Mottæ Philocaſtri, in Territorio Nicoterienſi, Beati [e] Ludouici Rhegini, Confeſſoris; qui primus Vicarius Prouincialis Patrum Capucinorum in Calabria exiſtens, ſummis virtutibus illuxit, & gratia miraculorum exornatus fuit. Venetijs, Beatæ [f] Claræ Venetæ, Virginis.

APRILIS XXVIII.

§. 1. B*Eati Lucheſii, Confeſſoris* [a]] Hethruſcus erat natione, virtutibus autem, & ſignis admirandis, multùm emicuit. Feruntà D. Patre Franciſco habitum tertij Ordinis, ann. 1221. ſuſcepiſſe, ac poſtea, tanta ſanctitate floruiſſe, vt ad eius ſepulchrum, apud Fratres Minores Montis Imperialis, propè Podium-Bonitium, haud parua edita ſint miracula: quibus permoti fideles, copioſas ibid. eleemoſynas porrexerunt, ad conſtruendam, demolito antiquiori ſacello, pulchram ſatis Eccleſiam, in honorem ipſius Beati Lucheſij; vbi honorificè in arca marmorea, ſub dicti Conuentus altari, corpus iacet; ſacrum verò ipſius caput, ſingulis annis, eo die Dominico, qui Paſſioni Saluatoris dicatus eſt, conuenientibus populo, & Clero, maxima cum veneratione, proceſſionaliter defertur ad dictum Caſtrum Podij Bonitij, authoritate, & indultu Gregorij X. Papæ. Obiit autem 28. Aprilis, quo die memoria eius agitur.

§. 2. Porrò vitam illius copioſè plures deſcribunt B. Bartholomæus à Colle: Item Bartholomęus, de Ptolomeis, Senenſ. Ordinis Minorum. Anonymus Author vitæ vulgari idiomate ſcriptæ. Marianus lib. 2. cap. 12. Marcus Vlyſſiponenſis ſecunda parte Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 50. & 51. Gonzaga part. 2. Orig. Seraphic. Relig. in præfato Conuentu, qui eſt 6. Prouinc. Tuſciæ. Wadinghus, tom. 1. Annalium Minorum, ad annum 1213. §. 21. &c. ann. 1242. §. 7. & ſeq Item tom. 2. ad annum 1273. §. 13. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Brulius lib. 2. Antiq. Pariſ. pag. 525. Corbinus. lib. 8. Sanctę Franciad. pag. 165. Thielmans. 2. tom. vitar. SS. Seraphic. Ord. Vocatur B. Lucenſis à Piſano. lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. ab aliis rectiùs B. Lucheſius à *ſancto Caſſano*; quem tamen Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. recenſet inter primi, & ſecundi Ordinis alumnos; cùm nihilominus Tertiarius ſolummodò extiterit. Hunc denique alij confundunt cum illo B. Lucio, à ſancto Franciſco, primùm habitu Tertiarij donato; cuius meminimus ad 24. Auguſt. vti Ioannes de Torres in praticis exhortationibus. Super Regul. Tertiar. fol. 36. & Salazar. lib. Chronic. Prouinc. Caſtellę cap. 18. & 19. quos tamen diuerſos, vnà cum cæteris, rectius agnoſcit. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali, ſerm 27. part. 2. De Sillis, in cap. 1. Regul. tertij Ordin. Marulus lib. 4. hiſtoriæ ſacræ Relig. in eodem tertio Ordine.

BB. Angeli, & Ioan. Confeſſ.] Vterque erat ex §. 3. Hethruria oriundus, ſed prior, patria Aretinus, alter verò Florentinus: ambo Laici: qui velut duo ſplendidiſſima aſtra Prouinciæ Tuſciæ, Regularem Obſeruantiam admodum prouexerunt. B. Angelus, ſui inſtituti zelantiſſimus extitit; orationi iugiter addictus, maxima in ea cœlitùs dona accepit Singulari charitate feruebat, & pluribus alijs virtutibus nitebat: qua de re bis munus Prouinciale in prædicta exercuit Prouincia, quam ſanctiſſimè rexit. Beatus verò Ioannes nobili genere natus, Vicarius Prouincialis alternatiuè extitit in eadem Prouincia cum ipſo B. Angelo; quippe qui orationis amantiſſimus cum eſſet, in omnibus ſuis operibus, humilitate, prudentia, optimoque conſilio, ſupra modum præſtaret. Ambo, Capitulo Prouinciali, apud Conuentum S. Chriſtophori Caſtilionis Aretini celebrato, intererant, cùm morbo cœperunt agitari: quare Sartianum delati, ibidem Deo animas reddiderunt, ſub finem Aprilis, ann. 1455. Quorum corpora 40. poſt annos, omninò integra, reperta piorum veneratione coluntur. Agunt de eis. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap. 43. Gonzaga. ſup. part. 2. in Conuentu 5. 13. & 15. Prouinc. Tuſciæ. Marianus lib. 5. cap. 29. Vvadinghus ſup. tom. 1. ann. 1211. §. 18. tom. 4. ann. 1399. §. 65. tom. 5. ann. 1405. §. 21. 1443. §. 11. 1447. §. 39. 1449. §. 15. & tom. 6. ann. 1455. §. 93.

B. *Vincentij, Confeſſoris,* [d]] Laicus erat profeſſione, §. 4. vir vtique ſumma ſanctitate, abſtinentia atque humilitate præditus, qui, & ſingulari patientia in laboribus, illatiſque iniuriis perferendis enituit, in oratione vigilantiſſimus, ita vt integras noctes, iis intentus etiam inſumere extitit: aſperam ſolitariamque vitam egit, ſæcularium maximè fugiens conſortia. Panis cũ herbis Abſinthio mixtis, erat cibus eius; ſitim aquæ extinguebat. Sæpè in oratione extaſim patiebatur, ita vt corpus eius ſublimaretur in altum à terrà; ſpiritu prophetico donatus fuit, quo Regi Siciliç, Ferdinando Ar-

Digitized by Google

dò Arragono, prędixit caſum ſui exercitus, eo in bello, quod contra Summum Pontificem gerere parabat: itemque Regni ſui excidium futurum prænuntiauit, dùm Carolus VIII. Rex Franciæ in Italiam veniens, maiorem illius partem, iure Belli, ab eo auferret. His itaque, atque plurimis aliis virtutibus inſignitus, ex hac mortali vita ad aſtra migrauit, ann. 1504. miraculis propè innumeris, ante & poſt obitum clarus. Cuius venerabile corpus 14. anno ab huiuſmodi tranſitu, dùm caſu effoſſa terra detegeretur, integrũ omninò, incorruptum, ac ſuauiſſimè redolens à Fratribus inuentum, indè exhumatum, atque nucea criſtallinaque arca reconditum, ad peculiarem honeſtioremque locum ab iiſdem tranſlatum eſt: quam quidem Tranſlationem accepto ferens Deus, plura mortalibus ex tempore beneficia mirabilia, (quemadmodum & vota atque tabellæ in eius ſepulchro appenſę facilè indicant) illius meritis contulit, in dieſque confert. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 8. cap. 18. Gonzaga ſup. part. 1. & part. 2. in Conuentu S. Iuliani, Aquilę, (qui eſt 2. Prouinc. S. Bernardini) vbi corpus ipſius requieſcit. Picquetus ſup. Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad an. 1557. §. 22. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1415. §. 26.

B. Stephani à Renoſo, Confeſſ. [c]] Floruit an. 1525. hic §. 5.
ſanctiſſimus vir, Frater Laicus, quamplurimis illuſtratus miraculis, quæ cœlitùs operantur ad piam eius interceſſionem: obiit, ſupultuſque fuit in Conuentu S. Franciſci, Alexiani, qui eſt 10. Prouinc. Corſicæ. Hæc ex Gonzaga, ibid. part. 2. ſup. & Barezzo 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 47. ad ann. 1526. Vvadingho tom. 4. ſup. ann. 1354. §. 11.

B. Ludouici Rhegienſis, Confeſſ. [f]] E familia obſer- §. 6.
uantina ad Patres Capucinos tranſiit; apud quos miris virtutibus, ſignis ac portentis refulſit. Agunt de eo, Romæus, lib. de 7. vrbis Neapolit. Protectorib. Angelus Hiſpanus, in Chronico, de rebus Rheginis; Proſper Pariſius, in deſcriptione Calabriæ, vbi de viris illuſtrib. Bouerius tom. 1. Annalium Capucinorum, ad annum 1537. §. decimo quinto, &c. quo obiit. Grauina, in *voce Turturis*. part. 2. cap. 24.

B. Claræ, Venetæ, Virg. [g]] Floruit ſanctitate & §. 7.
miraculis in Monaſterio S. Sepulchri Venetiis, quod eſt 13. Prouinciæ S. Antonij, cuius corpus in maxima veneratione, tum à ſororibus, tum quoque à ſæcularibus habetur; teſte Gonzaga part. 2. in præfato Monaſterio. ſup.

TERTIO KALENDAS MAII.

IN Italia, Beati [a] Franciſci Nouarienſis, Confeſſoris: qui eruditione & virtute clarus, ſancto fine quieuit. Apud Campum-Baſſum in Apulia, Beati [b] Ludouici Placentini, Confeſſoris, concionatoris eximij; qui humilitate, paupertate, ac puritate, Regularis obſeruantiæ pollens, zelo etiam animarum admirando ſuccenſus, iugiter peccatorum conuerſioni ac ſaluti inſiſtebat. Boniliæ Oppido in Caſtella, Beati [c] Ioannis Linarij, Confeſſoris; qui poſtquam in ieiuniis, diſciplinis, vigiliis, laboribus, aliiſque pœnitentiæ operibus, Altiſſimo famulatus eſſet, animam cœlo coronandam reddidit. Burgij in Sicilia, Beati, [d] Franciſci à Camerota, Confeſſoris; qui ſtultus propter Chriſtum factus, virtutibus & miraculis refulſit. Antiquæ-Mellariæ in territorio Cordubenſi, Beatæ [e] Mariæ à ſancto Hieronymo, Abbatiſſę, Virginis: quę, Diuinis exornata virtutibus, migrauit in cœlum.

APRILIS XXIX.

1. BEati *Franciſci Nouarienſis, Confeſſ.* [a]] Claruit ann. 1460. qui cùm egregius eſſet concionator, & iuris vtriuſque peritus, ſummam de Caſibus conſcientiæ emiſit: vixit, obiitque ſanctiſſimè. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi, 3. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 28. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Henrico Willoto, Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera F. Alius eſt à B. Franciſco Nouarienſi qui ex Obſeruantina familia ad Capucinos conuolauit, ſignis admirandis conſpicuus. Vti habet Bouerius tom. 1. Annal. Capucin. ad ann. 1562. §. 22. quo Nouariæ obiit.

§. 2. *B. Ludouici Placentini, Confeſſ.* [b]] Prouinciæ Bononienſis fuit alumnus, à qua tranſit in eam, quæ eſt ſancti Angeli, in Apulia: vt inibi velut incognitus liberius humiliuſque, maiori cum paupertate Deo inſeruiret, & puritati Regulæ inſtantius ſtuderet. Vbi Miniſter Prouincialis electus, id munus conſtantiſſimè recuſauit; prædicationi iugiter vacabat, maxima cum proximorum charitate, miroque fructu animarum. Concione expleta, confeſſionibus audiendis ita operam dabat, vt cibi ac potus, ſomnique penè obliuiſceretur: totus enim erat intentus peccatorum conuerſioni, & eorum ſaluti. Obiit apud Conuentum Campi-Baſſi in Apulia, quem Deus multis miraculis illuſtrauit. Obiit circa ann. 1480. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. libr. 6. cap. 36. ad ann. 1479. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1480. §. 47. Marianus lib. 5. cap. 42. Vvadinghus. tom. 7. ad ann. 1480. §. 7.

B. Ioannis Linarij, Confeſſoris, [c]] Hic deuotiſſi- §. 3.
mus Frater, Laicus profeſſione erat, animamque cœlo reddidit, ann. 1570. in Conuentu ſanctæ Mariæ Boniliæ, qui eſt 11. Prouinc. S. Ioſephi. Qui licet agriculturæ propè Salmanticam, inſigni Academia decoratam ciuitatem, quæ ſibi patria fuit, vacaret, libellum tamen contemplatiuum à B. Patre Petro de *Alcantara*, editum, cui titulus *De oratione* erat, præ manibus ſemper habebat, ſæpiuſque lectitabat. Ex cuius ſanè continua lectione vberrimos retulit fructus, illumque ſpiritum, quo & Religionem in præfata Prouincia ingreſſus eſt, & in ea ad vltimum vſ-

Digitized by Google

que vitę terminum maxima cum laude perſeuerauit, vtiliter hauſit. Fuit hic vir pœnitentiæ, atque laboribus deditiſſimus, numquam enim etiam in aduerſa valetudine, vel ab horti cultura, vel à petenda pro fratribus, cæteriſque pauperibus eleemoſyna, vacauit: inſuper & continuis vigiliis, atque diſciplinis perpetuum ieiunium adiecit, quod vt plurimùm in pane tantùm & aqua celebrare ſolitus erat. Si tamen, deficientibus viribus, aliquid amplius aliquando adiicere voluit, id profectò calida aqua, aut ſimplex iuſculum, quo panis molliretur, extitit. De eo ſcribunt Gonzaga part. 3. ſup. in prædicto Conuentu. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 21. Rapinæus, in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 11. Grauina, in *voce Turturi*, parte 2. cap. 24. Ioannes à ſancta Maria, part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 10.

§. 4. *B. Franciſci, Confeſſ.* [d]] Mirabilem ſtultitiam illam, quam elegit Deus, vt confundat ſapientes, familiarem habuit, nam ſtultus ab omnibus exiſtimari cupiebat; rudi tunica, Cilicioque contentus, nudis pedibus incedens, ſæpius ieiunabat; diem mortis ſuæ prædixit, ac miraculis clarus, quieuit in Domino, in Conuentu Burgij, ann. 1614. vti teſtatum reliquit Grauina ſup.

§. 5. *B. Mariæ, Virginis Abbatiſſæ*, [e]] Pœnitentiæ ſic addicta erat, vt Cilicium à ſe numquam depoſuerit; tantoque orationi vacabat, quòd noctes etiam in ea conſumeret. Morti vicina vidit S. Vrſulam, Virginem & Martyrem, cum ſociis inuitantem ſe ad gloriam, ac paulò poſt feliciter expirauit. Vide Daçam, ſup. lib. 4. cap. 5. viuebat circa ann. 1590. ſepulta autem iacet in Monaſterio Conceptionis B. Virginis Deiparę, quod eſt 7. Prouinc. Angelor.

PRIDIE KALENDAS MAII.

APud Cayrum Babylonis, Beati [a] Bartholomæi Martinozzi Martyris; qui à Sarracenis pro fide Chriſti, diſſectus fuit à capite vſque deorſum, in duas partes. Mantuæ, Beati [b] Franciſci à Gonzaga, eiuſdem vrbis Epiſcopi; qui genere & Religione illuſtriſſimus, totius Ordinis Seraphici Generalatu pręclarè functus eſt, exindèque ad pontificalem dignitatem ſublimatus admirabili vitæ Innocentia refulſit. In Territorio Lucenſi prope Bargam Hethruriæ Oppidum, Beati [c] Ludouici-Michaelis à Barga, Confeſſoris, mira ſimplicitate, candore ac vitę auſteritate conſpicui; qui tanta in proximum charitate abundabat, vt nil aliud ab animarum ſalute ſitire videretur, demum miraculis clarus deceſſit è vita. Culmiæ in Pruſſia Beatæ [d] Iuttæ, Viduę Tertiarię: quæ virtutibus & miraculis nunc vſque elucet. Lorcæ in Territorio Carthaginenſi, Beatæ [e] Eliſabethæ Pontiæ, Viduæ item Tertiariæ; vitæ ſanctitate, ac Monaſtica Obſeruantia, ſigniſque admirandis poſt obitum illuſtris. Mediolani, Beatæ [f] Fœlicis Beſutæ, virginis.

APRILIS XXX.

§. 1. BEati *Bartholomæi Martinozzi, Martyris*, [a]] A monte Politano in Hethruria originem duxit, & à Sarracenis, crudeli mortis genere, pro Chriſto Martyrio coronatus eſt, circa annum milleſimum trecenteſimum ſeptuageſimum. Illius meminere B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minorum, Prouinc. Terræ Sanctæ, ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem, Marcus Vlyſſiponenſ. parte ſecunda, Chronic. Minorum libr. 9. cap. 30. §. 1. Gonzaga parte prima, Orig. Seraphic. relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 2. in Conuentu S. Mariæ de Fonte Caſtello, propè Montem-Politianum, qui eſt 27. Prouinc. Tuſciæ. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 14. Wadinghus tom 3. ad annum 1342. §. 6. Toſſinianus, libro primo, Hiſtor. Seraph. in eo. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Salazar. libr. 3. Chronic. Prouinc. Caſtallæ. cap. 12.

§. 2. *B. Franciſci à Gonzaga, Epiſcopi.* [b]] Ex illuſtriſſima principum *Gonzagarum* proſapia originem duxit: cuius mater Emilia vocabatur. Plures fratres vterinos habuit, nempe Pyrrhum, oppidi ſancti Martini in agro Mantuano Dynaſtam; Scipionem, Hieroſolymitanum Patriarcham; Ferdinandum, Iulium Cæſarem, & Alphonſum: qui menſe Septembri, ann. 1579. Turonis in Gallia obiit, dùm pro Rege Chriſtianiſſimo contra huius Regni perduelles hæreticos ſtrenuè decertaret, ibique ſepultus eſt.

§. 3. Noſter verò B. Franciſcus *Gonzaga* adoleſcens factus, in Hiſpaniam proficiſcitur: vbi ſæculo, eiuſque pompis valedicens, Seraphici Ordinis habitum induit 16. Maij, ann. 1562. atque Nouitiatus incunabula tranſegit Compluti, in Conuentu ſanctę Mariæ de Ieſu, qui eſt 2. Prouinc. Caſtellæ: mox expleta profeſſione ęgregiam operam litteris nauauit ſub B. Patre Didaco à *Stunica* (de quo infra 7. Decemb.) viro doctiſſimo, ac pientiſſimo. Exindè reuerſus in Italiam, Prouinciæ ſancti Antonij primus Diffinitor eligitur, poſtea Miniſter Prouincialis eiuſdem Prouinciæ, ac tandem in 2. Generali Capitulo Pariſienſi, Miniſter Generalis totius Ordinis aſſumitur, ann. 1579. quem 8. annis ſumma prudentia, & virtute gubernauit, nimirum, vſque ad annum 1587. Quo in munere ſe intelligens conſtitutum, vt D. Patris Franciſci Vicarium ageret, ita eluxit eius virtus, conſtantia, & inſtaurandæ Religionis nonnihil inclinatæ ſtudium: vt ex tunc Euangelicæ paupertatis, & puritatis Regulæ æſtuans amore, parauerit ſe, ad errores eliminandos, temporum iniuria irrepentes: qua in re

conficienda

Digitized by Google

conficienda, quos tulerit labores, operum bonorum æquiſſimus æſtimator Deus, iudex eſt: & vniuerſi Fratres, tum Obſeruantes, tum Reformati ac Recollecti, teſtes remanent: quibus omnibus ſtatuta condidit, & Hiſtoriam Seraphicam inſigni volumine à ſe compoſitam, dicauit.

§. 4. Ardebat adhuc ſcriptis Ordinem illuſtrandi, niſi Religioſa officia, curæque Epiſcopales remorarentur. Nam à Sixto V. Papa euectus eſt ad Eccleſiam Cathedralem Cæphaludenſem regendam, in Sicilia an. 1588. Deindè ad Epiſcopatum Papienſem tráſlatus eſt à Clemente VIII. ac demùm Mantuanis Præſul datus eſt ab eodem ſummo Pontifice ann. 1593. cuius poſſeſſionem ſolemni pompa, hac die ſumpſit, quam ille per. 27. annos à Deo flagranti pietatis ſtudio rexit; vt propemodum videretur incredibile, virum vitæ rigore fractum, tanto oneri potuiſſe tamdiu ſufficere. Apoſtolicæ Sedis poſſeſſæ partes in Gallia ſuſtinuit, ad eamque pacem conciliandam, inter Henricum IV. Galliæ, & Philippum II. Hiſpaniæ, Reges, quam Comata Gallia ſanguineis lachymis iam diutiſſimè efflagitarat, Nuntius delegatus, ann. 1598. incubuit, & glorioſè perfecit. Vitæ ſanctitate conſpicuus deceſſit, anno ſuæ ętatis ſeptuageſimo quarto, Chriſti verò anno 1620. ſepultus in medio choro ſuæ Cathedralis Eccleſiæ Mantuanæ, ante maius Altare. Eius Encomiũ paucis complectitur Thomas Boſius de Signis Eccleſ. tom. 1. lib. 12. cap. 21. *Franciſcus Gonzaga, Epiſcopus Cephalenus, & illius Ordinis anteà ſummus Præfectus: vir nobilitate quidem generis præſtans, ſed longè præſtantior admirabili vitæ innocentia & puritate, &c.* Pręclariora eius facta deſumi poſſunt ex eo volumine, quod edidit, de Origin. Seraphicæ Relig part. 1. in Generalibus huiuſce Ordinis. Item part. 2. in Conuentu 40. Prouinc. ſancti Antonij, & in Conuentu 51. Prouinc. Siciliæ. Item part. 3. in Conuentu 2. Prouinc. Caſtellæ: & in Conuentu 8. Prouinc. Turoniæ, &c. Agunt de eo Barezzus ſup. lib. 7. cap. 31. Willotus Athenar. Othodoxar. Franciſcan. littera F. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. in eo. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. in Apologet. deprętenſo Monachatu Auguſtiniano. S. Franciſci, parag. 5. numer. 17. Item ad ann. 1217. parag. 17. ex Nunno, in Hiſtor. Vallis Reatinæ. Item tomo ſecundo, Opuſculor. D. Franciſc. Annotat. 33. in Regul. ſanctæ Claræ. Daça ſup. libro 4. cap. 1. eius vitam typis editam diffuſè ſcripſit Hyppolitus Doneſmundus: Vghellus item tom. 1. ſacræ Italiæ in Epiſcop. Mantuan. Antonius Poſſeuinus iunior in ſua Gonzaga, lib. 8 ad ann. 1594.

§. 5. Verum quidem eſt, quòd B. Angelo *de Paz*, nonnumquam aduerſatus eſt: imò & Breue Apoſtolicum Gregorij XIII. quo confirmabatur Reformatio ab eodem B. Angelo incœpta, ſub nomine Prouinciæ Tarraconenſis, reuocare fecit per Sedem Apoſtolicam: vti ſcribunt Bonifacius Bonibelli, in ait. B. Angeli *de Paz*. Barezzus ſup. lib. 10. cap. 28. Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 9. parte prima, & 2. in vita eius B. Angeli, parag. 4. Quibus reſpondemus, B. Franciſcum *Gonzagam* id haud egiſſe malo animo, veluti quidpiam molientem contra Reformationem, quam ipſe ſemper excoluit, fouit, ac dilexit: ſed cùm eſſet totius Ordinis tunc Moderator Generalis, ſui officij erat partes Religionis Seraphicæ tueri, quæ minimè aſſentitur, talem Reformationem, erectionemque Prouinciæ nouę, inconſulto Miniſtro Generali, exoriri: hinc propterea arbitramur, iuſtiſſimis de cauſis, B. Angelum, hanc incœpiſſe Reformationem, & B. Franciſcum Gonzagam grauiſſimas ob rationes eidem obſtitiſſe. Nam quanti fecerit ipſum B. Angelum, ſatis ſuperque conſtat ex eius atteſtatione, poſt illius obitum, vocans eum virum ſanctiſſimum, ac miraculis famoſum: ſub Datum Romæ, vltima Auguſti, ann. 1605. quam refert Barezzus ſup. cap. 54. Denique, ipſemet B. Gonzaga ita virtutibus admirandis eluxit, vt nunc de eo proceſſus fiant in partibus coram Ordinariis, & in Curia Romana agitur, pro eius Canonizatione: quod publicè Neapoli conſpicitur, apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli, ann. 1626. & Rapinæum ſup. in 1. part. præfat. paragraph. quarto. ac Victorellum in additionib. ad Ciacconum, ſub Sixto V. Pap. in Scipione Gonzaga, Cardinal. 19. Wadinghum ſup. tom. 6. ann. 1456. §. 248.

B. Ludouici à Barga, Confeſſoris; [c]] Diſcipulus fuit beati Herculani à *Piegala*; Obiitque circa ann. Chriſti 1479. De quo Gonzaga nonnulla ſcribit, tertia parte Orig. Seraphic. relig. in Conuentu ſanctæ Mariæ de Gratiis, propè Bargam, (qui eſt 19. Prouinc. Tuſciæ) illis verbis. *Sub ipſo altari Natiuitati glorioſæ Virginis ſacro Beati Patris Ludouici de Barga, (qui Religionis habitum de manu Patris Herculani ſuſcepit, quique tanta in proximum charitate præditus fuit, vt nihil aliud ab animarum ſalute ſitire videretur) venerandi cineres reconditi ſunt. B. hic Pater agros diſcurrens, ruſticos diſtinguendis ſulcis intentos ad Pœnitentiam, maximè tamen ad ſacram peccatorum confeſſionem faciendam, obnixè hortabatur. Quod ſi illorum quiſpiam aliquando ſibi confiteri voluiſſet, eum aratri ſtiuæ innixus patientiſſimè audiebat. Et ſi aliquis pudore perfuſus aliquod peccatum ſubticuiſſet, id B. Pater per reuelationem prænoſcens, huiuſcemodi hominem miris cautelis ad eius manifeſtationem alliciebat. Infirmis, & maximè laborantibus præſtiſſimò aderat, quibus etiam omnia Sacramenta miniſtrans, ſepulturæ beneficium, dùm opus eſſet, propriis manibus exhibebat. Ita vt in quadam peſte, 700. & vltra, defunctorum corpora, ſe tantum ſocio iuuante ſepelierit. Quapropter & miraculis adhuc viuens claruit. Nam & puerum defunctum ſuis precibus ad vitam reuocauit, & deficiente cymba, rapidiſſimum fluuium, ſtrato ſub pedibus mantello, vnà cum ſocio fœliciſſimè traiecit.* Eadem teſtatur Barezzus quarta parte Chron. Minor. lib. 1. cap. 48. ad ann. 1526. Opinor autem eundem eſſe cum B. Michaele de *Barea*, cuius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 6. capit. 35. ad ann. 1478. eadem enim de illo refert; quem & Bzouius ſequitur tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1578. §. 21. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 28. Petrus Caluus, in Defenſorio ſacrar. Relig. lib. 2. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad an. 1451. §. 45. an. 1471. §. 26. & tom. 6. ann. 1475. §. 27. & tom. 7. ann. 1479. §. 8. & ſeq. ex Mariano lib. 5. cap. 43. §. 6.

B. Iutta Vidua, [c]] Nobilis genere naſcitur ex familia *Sangerhauſen*. Prouinciæ Thuringiæ in Germania; in matrimonio viro illuſtri tradita, ita cum illo vixit vt admirandæ adepta ſit nomen ſanctitatis. Viro mortuo tertij Ordinis S. Franciſci inſtitutum aſſumpſit, poſſeſſionem ſibi relictam, in pauperes, pro amore Dei, & voluntariæ paupertatis ſtudio diſtribuit. Dono lachrimarum & orationis fuit exornata, miras cœlitùs accepit reuelationes, cogitationes cordium hominum cognitas habuit. Cęcorum, claudorum, paralyticorumque curæ addicta; in miſericordiæ operibus, tempus conſumebat; ſic totam vitam dicitur tranſegiſſe abſque labe peccati mortalis. §. 7.

Digitized by Google

Denique ann. 1264. in vigilia Aſcenſionis Domini, ipſo diluculo, fæliciter migrauit in cœlum: cuius corpus ſepultum in Eccleſia Cathedrali Culmenſi apud Pruſſiam, crebris miraculis coruſcat. Quare ſupplicatum eſt Sedi Apoſtolicæ pro illius Canoniſatione, annis ſuperioribus, per Epiſcopos Pruſſiæ, & Ordinis Teutonici Primores, cum Magiſtro Generali. Ita MSS. monimenta Germaniæ & Poloniæ, ex quibus Vvadinghus ſup. tom. 7. in additionib. ad tom. 2. ſub ann. 1264. §. 11. &. 12. Thielmans tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin.

§. 8. *B. Eliſabetha Pontiæ, Vidua*, [d]] Per aliquot annos, antequam Iulius II. ad Summum Pontificatum aſſumeretur, nobilis Matrona, B. Eliſabetha Pontia, Vidua ex viri morte relicta, empto à Lorcenſi Senatu, ſufficienti intra eius mœnia fundo, domum in Monaſterij formam, ſub titulo ſanctæ Annæ ibidem ędificandam curauit: ſumptoque ſimul cum BB. Franciſca Pontia, atque Maria Sanctia à Beocia ſibi filiabus, Tertiariarum Sororum Franciſcanarum habitu, adeò ſe in omni virtutum genere cum ills exercuit, vt maximam ſanctitatis opinioné apud omnes acquiſierit, & plures Virgines B. P. Franciſci inſtituto mancipandas ad ſe traxerit: Quo denique factum eſt vt præfata domus in monaſterium euaſerit, & ipſa Beata Elizabetha, cum filiabus, ſanctitatis norma Lorcanis factæ ſint: earumque Reliquiæ aliquot Dæmoniacos ab immundis ſpiritibus, pluresque infirmos à diuerſis languoribus liberauerint. Huius rei fideliſſimus teſtis eſſe poterit, F. quidã Michael, Laicus Franciſcanus, qui ad corporis pręfatę B. Eliſabethæ Pontiæ contactum, dùm aliò transferendum, honoris ac etiam deuotionis cauſa, exhumaretur, ab, hernia, cuius grauedina premebatur, liber euaſit. Hæc atteſtantur, Gonzage 3. part. ſup. in prędicto Monaſterio, quod eſt 13. Prouinc. Carthaginenſ. Barezzus ſup. libr. 1. cap. 30. ad ann. 1520. Valerianus, De SS. Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 6.

§. 9. *B. Fœlicis, Virg.* [e]] Hæc continuo cilicio; orationibus nocturnis, breui ſommo, erga infirmas charitate, èxactaque diſciplina regulari inſigniter claruit. Prout atteſtantur, MSS. Monaſterij Mediolanenſ. S. Mariæ de Ieſu. Vvadinghus tom. 6. ſup. ann. 1456. §. 260.

MAIVS

MAIVS.

Kalendis Maij.

IN Germania inferiori iuxta Ruremundam, Beati [a] Iacobi Martyris: ab hæreticis pio Chriſto occiſi. In Hybernia, propè ciuitatem Aladenſem, Beati [b] Felimei, Martyris; qui vnà cum ſocio gladiis hæreticorum occubuit. Cæſar-Auguſtæ, in Hiſpania, Beati [c] Lupi-Agni, Marrochiorum Epiſcopi, & Confeſſoris: ſignis ac virtutibus glorioſi. Bononiæ, Beati [d] Nicolai de Pepulis, Confeſſoris: genere & vitæ perfectione illuſtriſſimi: quemque copia miraculorum nunc vſque exornat. Columbarij in Tuſcia; Beati [e] Philippi à Caſtella, Confeſſoris, humilitate, & cœleſtium meditatione, ac prorsùs extatica oratione celebris: cuius corpus poſtea ad Montem Ilcinum tranſlatum eſt. Montaoni, in Hethruria, Beati [f] Vbaldi, Tertiarij, Confeſſoris: miræ pœnitentiæ & ſanctitatis viri. Marpurgi, in Germania, Tranſlatio [g] Sanctæ Elibabeth, viduæ, Andrææ Hungarorum Regis filiæ: tempore Gregorii Papæ noni. Veſuntione in Gallia, Beatæ [h] Anonymæ, viduæ: genere, & vitæ ſanctitate celebris.

MAII PRIMA DIES.

§. 1. *BEati Iacobi, Martyr.* [a]] Cognominatus eſt *Scurremans*, ſeu, *Schuermans*. Concionator egregius; qui dùm, cum obedientiæ merito, Autuerpia Veertam, verſus Ruremundam tenderet, in via, propè à Pera, Leodienſ. Campaniæ oppidulo, fuit occiſus à Gueuziis, illicque ſepultus eſt, circa an. 1579. Memoratur à Gonzaga part. 1. infra in ſacris Martyrib. Ord. Min. ſuo æuo, ab Chriſti fidem paſſis in Germania inferiori. Toſſiniano lib. 2. Hiſtor Seraph. Sedulius ibid. in fine, vbi de Corrolariis Fratrum Minor. Prouinciæ inferior. German. à Geuziis interfectorum, corrolario 3. Picqueto, in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Martyr. Daça, part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 72. Boſio. tom. 2. de ſignis Eccleſ. Dei, lib. 12. cap. 22. Ardinghellus in appendice, *Congeminatæ vocis Turturis*. Oſtenſione 4. ad ann. 1579. Raiſſa in Auctario ad natales SS. Belgij, hac die. Hilarion à Coſta, lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 366. à quo mendoſe vocatus eſt *Ioannes*, non *Iacobus*: *Ioannes* Bœnerus in Hiſtor. delineatione Fraciſcan. Martyr. German. Inferior.

§. 2. *Beati Felimei, Martyris.* [b]] Laicus erat profeſſus, B. Felimeus Hara, filius illuſtris Herois, Ioannis Hara, principalis ſuæ nationis: qui martyrium hac die ſubiit ann. 1582. Iuxta Gonzagam part. 3. Orig. Seraph. Relig. in Prouinc. Hyberniæ ad finem, de ſocio nullam habens mentionem. At Wadinghus vtriuſque meminit; tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1291. §. 32. licet mihi ſubobſcurus videatur: ſiue tempus & locum, ſiue perſonas & martyrium ſpectes: vult enim quòd apud Ardmachanum deceſſerint hi duo Fratres Laici, Felemeus *Ocorra* ſenex, & Henricus *Fremlamhaidh*, &c. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 72. Rurſus idem Vvadinghus tom. 6. ad ann. 1460. §. 57. vult eos obiiſſe ann. 1578.

Beati Lupi-Agni, Epiſcopi. [c]] Sciendum in primis; quòd Sedes Epiſcopalis Marrochij in Africa vacauerit ſubſidio Paſtoris, per mortem B. Agnelli, Ordin. Minor. de quo ſup. 14. Martij. Ad eandem ergò promouit Innocentius IV. ann. 1246. virum ſanctum, F. Lupum-Ferdinandum *Dain*, eiuſdem Ordinis. Primus etenim omnium extitit, qui cùm eſſet genere nobilis, atque dignitate canonicus; ſpretis huiuſmodi honoribus, Franciſcanæ religionis habitum Cæſarauguſtæ ſuſcepit, atque Fratribus Minoribus adiunctus eſt. Hic denique à Miniſtro eius Prouinciali Romano, ad Gregorium IX. Summum Pont. ob quædam negotia religionis ſtatum concernentia, miſſus; tanta apud ipſum Papam, tum quoque apud Illuſtriſſ. Cardinales, ſanctitatis opinione polluit, vt ab omnibus maxima in veneratione, extunc habitus ſit: exindéque Innocentius IV. Grego- §. 3.

rij præfati ſucceſſor, in Epiſcopum delegerit.

§. 4. Huiuſmodi electio mox intimata legitur ab eodem Pontifice Max. vniuerſis Chriſti per Marrochitan. Diœceſim conſtitutis. Diploma incipit, *In eminenti Specula*. Sub datum Lugduni 2. Kalend. Nouembr. Pontif. ann. 4. vbi inter alia ſic eos alloquitur. *Quamquam Ordo Fratrum Minor. ſit Eccleſiæ Romanæ nouella plantatio, quia virtuosè apud militantem & triumphantem Eccleſiam meritis proficit, & exemplis, & in feruore religionis ipſius habetur quodammodo quadam ſpecies paradiſi: de ipſo arbor fructifera eſt excerpta, Frater videlicet, Lupus, vir vtique Deum timens, inſignis virtutibus, ſcientia decoratus, prouidus in temporalibus, & in ſpiritualibus circumſpectus; de cuius perſona eidem Eccleſiæ, authoritate Sedis Apoſtolicæ, fauorabiliter & vtiliter eſt prouiſum, &c.* Eo igitur conſecrato Marrochiorum Epiſcopo: pro conuerſione Africanorum ſolemnis protinùs Franciſcanorum miſſio inſtituta eſt eodem ann. 1246. quare idem Summus Pontifex ſcripſit ad Regem Marrochiorum Sarracenum, eum ad veritatis lumen inuitans, & prædictum Epiſcopum, ac comites Minoritas, qui ad miniſterium fidelium atque infidelium conuerſionem deſtinabantur, ei impensè commendauit. Incipit littera Apoſtolica, *Gaudemus in Domino*. Sub datum Lugduni 2. Kalend. Nouemb. Pontif. an. 4. Litteras etiam idem Papa dedit ad Reges Tuniſij, Cæptæ, & Bugiæ: rogans, vt Franciſcanos, quos ad eorum Regna mitteret præfatus Epiſcopus, fouerent; & ob reuerentiam Sedis Apoſtolicæ reciperent; & ſicut aliàs conſueuerunt ibidem, liberè permitterent conuerſari.

§. 5. Aliis litteris commendauit ſimiliter Innocentius omnibus fidelibus per oram maritimam Hiſpanæ conſtitutis: atque in remiſſionem peccatorum iniunxit, quatenus eidem Epiſcopo ad Dei cultum amplificandum omni auxilio aſſiſterent. In eundem modum ſcriptum eſt, Archiepiſcopo, & conſilio Tarraconenſ. Archiepiſcopo & conſilio Maioricar. Archiepiſcopo & conſilio Valentin. Archiepiſcopo & conſilio Narbon. Epiſcopo Baionenſi & populo ſibi commiſſo: Epiſcopo & conſilio Barcinon. Archiepiſc. Ianuenſ. & populo ſibi commiſſo: Epiſcopo Maſſilienſi, & populo ſibi commiſſo: Epiſcopo Portugal. & conſilio: Epiſcopo S. Emeretij. Burgenſ. Diœceſis: conſilio S. Sebaſtiani, Pampilonenſ. Diœceſis: conſilio de Laredo, Burgenſ. Diœceſis: conſilio Caſtri de *Odiales* Burgenſ. Diœceſis: Epiſcopo Vlixiponenſ. & populo ſibi commiſſo. Scripſit etiam eadem ad Reges Nauarræ, Arragoniæ, Caſtellæ & Portugalliæ. Item ad omnes Chriſti fideles per Africam conſtitutos. Item ad Magiſtros & FF. Ordinum militiar. S. Iacobi & Calatrauenſ. Alias dedit ad vniuerſum Ordinem Franciſcan. vt prædictam miſſionem, Epiſcopum, ac ſocios, ſtrenuè, & omni conſilio, ac fauore promouerent.

§. 6. Nonnulla etiam indulta & priuilegia eidem Epiſcopo conceſſit Innocentius IV. maximè vero eandem curam & poteſtatem ſuper vniuerſos Africæ fideles ipſi B. Lupo Epiſcopo delegauit, qua gaudebat eius prædeceſſor B. Agnellus Epiſcopus. Inſuper eidem B. Lupo Epiſcopo, dedit authoritatem, Indulgentias proficiſcentibus in Terram Sanctam conceſſas, elargiendi iis Laicis, qui ad obſequium Eccleſię ſuæ ſecum remanere vellent, aut ad illum transfretare.

§. 7. Porrò B. Lupus, tunc S. Sedis Legatus in Africa, circa ann. 1257. Romam venit: acturus cum Pontifice de multis rebus Prouinciæ ſibi commiſſæ, & Chriſtanorum commodo, qui in Africa commorabantur: dehinc Hieroſolymam profecturus, cum licentia Alexandri IV. mox in Occidentem reuerſus, ea omnia compleuit quæ de ipſo referunt Gonzag. & Vvadinghus, ac tandem Hiſpaniam proficiſcens, & apud Cæſar-auguſtam moram trahens; ſanctiſſimè vitam finiuit, tempore præfati Alexandri IV. Agunt de eo Gonzag. 3. part. ſup. in Conuent. Cæſar-auguſtano, qui eſt 2. Prouinc. Arragon. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 9. Vvadingh. tom. 1. ſup. an. 1220. §. 46. ad an. 1246. §. 9. 10. & ſeq. an. 1247. §. 27. item tom. 2. ad an. 1257. §. 18. & an. 1278. §. 37 qui optimè oſtendit ac probat, quomodo Gonzag. in hoc errauerit; quòd à Gregorio IX. referat promotum B. Lupum, in Epiſcopum Romæ; cùm id contigerit Lugduni, ab Innocentio IV. ann. 1246. Nominis etiam mutationem *Lupi* in *Agnum*, firmiùs ex Summi Pont. inſtituto adhęſiſſe, haud rectè adſtruit, cùm ipſius litteræ Innocentij IV. contrarium deſignent. Non negauerim tamen (cum ipſo Vvadingho) nomen *Lupi* in contrariam dictionem ex claris virtutibus, & meritis S. viri tranſiſſe: vel tum etiam notiori appellatione vſus eſt Pontifex *Lupi* (licet aliam *Agni* commendarit & induxerit) ſecuriùs tamen coniicio, eam nominis alluſionem referendam ad B. P. *Agnelli* inſtitutionem in Epiſcopum, factam à Gregor. IX. cùm nomen & perſonę concordent: eam ignorauit Gonzaga, ideóque excuſandus.

§. 8. Sacrum eius corpus humatum eſt primò Cæſar-auguſtæ apud Conuentum FF. Minorum; (vbi diem clauſerat extremum) atque honeſto loco ſepultum. Poſtea verò tranſlatum eſt ad alium Conuentum S. Franciſci ibidem de nouo extructum, (quem modò Fratres incolunt) ann. 1289. in Feſto Apoſt. Philippi & Iacobi die 1. Maij. Maxima cum ſolemnitate, atque celebri proceſſione: quam Deus, meritis ipſius B. Lupi, miraculis honorare eſt dignatus.

§. 9. *Beati Nicolai, Confeſſ.* [d]] Nobilis Bononienſis fuit, & Iuriſperitus eximius: qui B. Bernardum à *Quintanalle*, Bononiam aduenientem, à puerorum & inſolentium liberauit moleſtiis: benignè ibi commorantem fouit, an. 1211. & conſodalibus ędes extruendas curauit ann. 1213. & 1219. tum demùm Franciſcanum habitum ſumpſit an. 1220. per manus Seraphici Patris S. Franciſci, cuius comes & amantiſſimus extitit. Qui tandem piè ſanctéque Deo ſpiritum reddidit, hac die, ann. 1229. miraculis illuſtris. Sepultus eſt autem ad Monaſterium Sancti Bernardini Clariſſarum, quod olim FF. Minorum primum fuit domicilium, ſub inuocatione ſanctæ Mariæ de *Puliolis*. Eius Encomium refert Wadinghus ex antiquo M S. cuiuſdam F. Bonauent. ann. 1306. exarato. Vide ipſum Vvadinghum tomo primo, ſup. ad ann. 1211. §. 28. & 29. ann. 1220. §. 9. & 10. & ann. 1229. §. 27. ex Piſano libr. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Bononienſ. Mariano libr. 1. cap. 8. §. 2. Marco Vlyſſiponenſ. 1. part. Chron. Minor. lib. 6. capit. 2. Toſſinian. libr. 1. Hiſtor. Seraphic. Speculo ſancti Franciſci. cap. 65. Sigonio libr. 5. Hiſtor. Bononienſ. ad ann. 1215. & 1218. item de Epiſcopis Bononienſ. ſub Henrico à *Fracta*, ann. 1219. Leandro Alberto lib. 9. decad. 1. Hiſtor. Bononienſ. Cherubino in Hiſtor. Bononienſ. fol. 128. Picquet. in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 2. in pręfato Monaſterio, quod. eſt 6. Prouinc. Bononienſ. vbi legitur hoc Epitaphium.

Nicolaus

Digitized by Google

Nicolaus primus nomine,
Cæco lumen obtinuit:
Et mortuis reſtituit
Vitam, deuotis precibus.

§. 10. *Beati Philippi, Confeſſ.* [e]] Ex humilitate, & vili de ſe concepta opinione, *Philippinus* dictus eſt, olim S. Antonij Patauini ſocius, è Regno Caſtellæ oriundus. Laicus erat, & 18. annorum adoleſcens: quando vnà cum ipſo B. Antonio, Aſſiſij interfuit Comitiis generalib. Dúmque S. Antonius ductus eſt ann. 1221. in Romandiolam à F. Gratiano Miniſtro Prouinciali, amandatus eſt hic B. Philippus in ciuitatem Caſtelli. Hinc vocatus aſtitit S. Franciſco morienti, ann. 1226. eiuſque ſacra vulnera flens, & dolens palpauit. Celebratis exequiis, ſe inuicem ſalutantes, B. Ægidius abiit Cœtonium, B. Philippus Columbarium; vbi tanquam columba in continuo gemitu, & fletu vitam duxit ſanctiſſimam: quam copiosè referunt Piſanus ſup. in Prouinc. Tuſciæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marianus lib. 1. cap. 19 & lib. 3. cap. 10. Marc. Vlyſſipon. part. 2. Chron. Minor. lib. 1. cap. 46. & lib. 5. cap. 19. Toſſinianus lib. 1 ſup. Gonzaga. 1. part. ſup. item part. 2. in Conuentu Columbarij, qui eſt 3. Prouinc. Tuſciæ. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Minor. Wadingus tom. 1. ſup. ad ann. 1221. §. 11. & 19. item tom. 2. ad ann. 1290. §. 12. &c. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 45. Picquetus in Catal. viror. illuſtr. Minor. Marieta. lib. 17. hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 7.

§. 11. Itaque poſt vitam ſanctè, & miraculosè tranſactam, in ſenectute bona, plenus dierum, annorum 87. in eodem Columbarij loco ad Dominum migrauit ann. 1290. hac die, primo Maij. Cuius corpus poſtea delatum eſt, non ſine miraculis ad Montem Ilcinum: *In Monte Ilcino* (ait Piſanus) *iacet Sanctus Frater Philippus, Laicus, qui multa fecit miracula, & inter alia, cùm de loco Columbarij, in quo deceſſit, corpus eius ad Montem Ilcinum deduceretur, inundante pluuia, nec vna gutta feretrum tetigit, nec ſui corporis portitores. De iſto ſancto Fratre fit memoria celebris in dicto caſtro, in Sanctorum Philippi, & Iacobi.* Marcus eadem habet ſup. lib. 5. Huiuſmodi autem Tranſlatio peracta eſt die S. Marci Euangeliſtæ 25. April. atque ſacrum corpus honorificè conditum in Eccleſia ipſius Sancti Marci FF. Minor. ad cuius venerationem vniuerſa populi multitudo, eo die, quotannis confluit, cum cereis, & luminibus, aſſeruatamque in ſacrario eius tunicam, quam gerebat in obitu, magno habet in pretio.

§. 12. *Beati Vbaldi, Confeſſoris.* [f]] A loco *S. Geminiani* in Tuſcia traxit originem; B. Bartholi 3. Ordin. Franciſcani diſcipulus, cui & ſeruiuit in ſua ſic diutina infirmitate, & cuius ſanctis exhortationibus, miriſque patientiæ exemplis, mundum cum vanitatibus ſuis ſpreuit, & tertiarij habitum ſumpſit. Hinc ad ſui exemplum Didaſcali, patria, parentibuſque derelictis, domicilium ſibi elegit, in Nemore rotundo apud *Camporenam*; vbi, propter Chriſti amorem, vitæ reſiduum conſumpſit, in magna pœnitentia, continuis lachrymis, & orationibus: extructa ſibi exigua caſa intra veteris cuiuſdam caſtaneæ arboris caudicem: quo vix genuflexus poterat permanere. Tranſitus eius fuit admirabilis; nam cùm hac die ann. 1301. animam egiſſet, campanæ omnes Caſtri *Montaoni* per ſeipſas, nullo mortalium trahente, perſonuerunt. Exindè corpus eius Montaonum delatum, ſub Altari maiori Eccleſiæ honorificè conditum eſt: vbi multis miraculis à Deo exornatur. Scribunt de eo Marianus libr. 3. cap. 15. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. ſup. lib. 6. cap. 25. Gonzaga part. 2. ſupra in Conuentu 31. Prouinc. Tuſciæ. Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1300. §. 11. ex Legenda MS. B. Bartholi: *Viualdum* illum appellans poſt Gonzagam. Toſſinianus in Prouinc. Tuſciæ. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. de Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. Salazar. lib. 6. cap. 10. Chronic. Prouinc. Caſtell.

Tranſlatio S. Elizabeth. [g]] Hæc celeberrima habita eſt: poſtquam ipſius Sanctæ Heroidis canonizatio completa eſt ann. 1235. per Gregor. X. Papam. Mox enim rei fama per Alemaniam diuulgata, Siffridus Moguntinus Archiantiſtes, anno ſequente, videlicet 1236. cum ingenti populorum gaudio, leuandis è ſepulchro ſanctiſſimis oſſibus diem 1. Maij conſtituit, citatis inſimul aliarum Eccleſiarum præfectis: Quo die incredibile dictu eſt; quanta Marpurgum multitudo conuenit vtriuſque ſexus, ordinum, & ſtatuum diuerſorum. Ex variis nempè nationibus, populis, & linguis, talis ac tanta ibi fuit multitudo collecta, qualis in Alemaniæ partibus vno in loco vix vnquam potuit, vel in futurum poterit congregari. Eam ad duodecies centena millia perueniſſe fertur. Oblationum verò tam abundans, & affluens copia erat, quæ non facile valuit æſtimari. Præſentibus igitur Frederico II. Imperatore; auream coronam ſanctis Reliquiis dicante; Henrico quoque Lantgrauio, illuſtri Thuringorum principe; vnà cum fratre ſuo Conrado, & matre Domina Sophia: Hermanno item filio B. Elizabeth, & Sophia eius filia, cum honorificentiſſimo inferiorum principum cœtu: Moguntino, Colonienſi, Treuerenſi, ac Bremenſi Archiepiſcopis, necnon aliis plurimis Templorum Cœnobiorumque Præſidibus, effoſſo tumulo, ſanctiſſima leuantur oſſa. Neque verò continuò; cæterorum cadauerum more, horrendi fœtoris exhalatio, ſed tanquam recluſa pretioſiſſimorum aromatum theca, gratiſſimus odor egreſſus, omnium, qui aderant, & nares imbuit, & animos ingenti gaudio perfudit. Impoſita mox capſæ plumbeæ, ſigillis Epiſcoporum obſignatæ, per medium populi, inenarrabili deſiderio præſtolantis, magnificentiſſima pompa, circumferuntur. Poſtridiè patefacta iuſſu Antiſtitum capſa, comperiuntur (viſu mirabile) benigniſſimæ miſeratricis oſſa, præter naturam, non parum olei exſudaſſe, guttatimque ſub oculis omni ex parte eiectare: quo perlitis quorumuis infirmorum artubus, optata pro voto ſanitas tam velociter quàm fœliciter conferebatur. Quare ad ſacrum eius tumulum, tantam fieri peregrinationem Prouinciarum omnium per circuitum ait ex *Alberico* Chronicon magnum *Belgicum*, quanta ferè ad S. Iacobum Compoſtellæ. Acta huiuſce Tranſlationis commemorant Theodoricus de Thuringia cap. 12. Surius, & alij in vit. S. Elizabeth. 19. Nouemb. infra. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chron. Minor. lib. 9. cap. 17. Additiones ad Lambert. Schafnaburg. ann. 1236. Trithem. in Chronic. Hirſaugienſ. Chronica compendioſa ſeu compilatio Chronol. German. Siffridus Epitom. hiſtor. lib. 2. eod. ann. Hiſtoria Lantgra. cap. 47. Krantzius lib. 7. Metropol. cap. 48. Wading. tom. 1. ſup. ad ann. 1235. §. 3. Bzouius tom. 13. annal. ad ann. 1236. §. 15. §. 13.

Beata Anonyma vidua. [h]] Comitiſſa erat Valentinenſis, habitúmque religionis ſuſcepit de manibus B. Colettæ Virginis, in Monaſterio Veſuntino: vbi miris virtutibus refulſit. Ex Codice MS. ſororis Perinnæ fol. 30. & ſeq. Abbauillæus Capucinus in hiſtor. Chronolog. B. Colettæ ſtatu 3. lib. 2. cap. 17. §. 14.

SEXTO NONAS MAII.

ALexiani, iuxta Petricagianum Corſicæ inſulæ oppidum, Beati [a] Anonymi Martyris; qui ab hæreticis, religionis Catholicæ cauſa, necatus eſt. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Ioannis, cognomento Simplicis, Confeſſoris: admirandæ humilitatis, paupertatis, & orationis viri: qui cùm Seraphici Patris Sancti Franciſci eſſet diſcipulus, tanta animi contentione, illius veſtigia ſtuduit imitari ad virtutem promerendam: vt etiam illum præceſſerit ad coronam. Conegliani, in territorio Cenetenſi, Beati [c] Marci Hungari, Confeſſoris: multarum prærogatiua virtutum, gloriaque ſignorum conſpicui. Item Beati [d] Petri à Xerezio, Confeſſoris: qui Prouincialatus munere ſanctè perfunctus, virtutibus, & ſignis admirandis eluxit. Aſturicæ Auguſtæ in Hiſpania Tarraconenſi, Beatæ [e] Mariæ Alphonſi, Virginis: quæ eius loci prima Abbatiſſa extitit.

MAII II.

§. 1. *BEati Anonymi, Martyris.* [a]] Memoratur à Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu Sancti Franciſci Alexiani, qui eſt 10. Prouinciæ Corſicæ. *Vigente* (inquit) *anno Domini 1354. (ab eo huius Monaſterij antiquitas expiſcari valet) in hac inſula Iuuenali peſtifera hæreſi, quidam Frater Minor, cuius nomen penitùs ignoratur, ab eius ſectatoribus, ob Catholicæ fidei conſtantiam, martyrio coronatus, hocque in loco ſepultus fuit.* Huic adſtipulatur Vvadinghus tom. 4. annal. Minor. ad ann. 1354. § 11.

§. 2. *B. Ioannis Simplicis, Confeſſoris.* [b]] De eo agens S. Antoninus 3. part. hiſt. tit. 24. cap. 7. ita deſcribit. *Frater Ioannes à Sancto Franciſco cognominatus Simplex; quem ſequentem bouem, vt alterum Heliſæum, ad culturam Euangelicæ perfectionis adduxit. Qui tamen innocentiæ puritate pollebat; vt in omnibus ſanctum orantem, actibus & geſtibus corporalibus vellet imitari. Et ideò, dùm ſanctus orabat, ipſum aſpiciebat continuè, & curiosè: ita quando Beatus Franciſcus flectebat vel leuabat genua; vel manus, vel oculos ad cælum: vel ſpuebat, vel ſuſpirabat, vel oſcitabat: Frater Ioannes iſte ſe ei conformabat; Et cùm Sanctus de hoc dulciter reprehenderet, reſpondit: Pater, ego promiſi facere quæ tu facis: quare neceſſe habeo facere, quæ te videro adimplere. Qui peruenit ad magnam ſanctitatem, & ante Beatum Franciſcum de hac vita migrauit.* Itaque conuerſus ad Dominum, Ordinem Minorum intrauit ann. 1215. & paucos poſt annos migrauit ad Chriſtum, non ſine nota eximiæ ſanctitatis: cuius laudabilem conuerſationem ſæpiùs vir Sanctus, Pater Franciſcus, referebat & extollebat, ita vt non Fratrem Ioannem, ſed Sanctum Ioannem Simplicem appellaret: tanta erat eius humilitas, paupertas, oratio, atque vitæ perfectio. Huius Sancti Fratris Laici corpus conditum iacet Aſſiſij, in Conuentu Sanctæ Mariæ de Angelis: cuius meminerunt Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. Minor. ſanctitate illuſtr. Prouinc. D. Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marianus lib. 1. cap. 11. §. 1. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 29. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis. & part. 2. in prædicto Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Franciſci. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Elzearius libr. 2. ſacri Mont. Oliuet. cap. 10. Wadinghus tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1215. §. 5. 6. & 7.

§. 3. *Beati Marci, Confeſſoris.* [c]] Fuit vir mira ſanctitate præditus, ſigniſque clarus. Laicus erat profeſſione; qui inter alias virtutes, humilitatem ſummè excolebat: *Conegliani*, aliis *Comiliani*, vel *Cornecliani*, (quod eſt Inſubrum oppidum,) tumulatus eſt: teſte Piſano ſup. in Prouinc. S. Antonij. Gonzaga part. 1. ſupra. Toſſiniano, Picqueto & Vvadingo ſup. tom. 1 ad ann. 1249. §. 9. & tom. 4 ad ann. 1372. §. 44.

§. 4. *B. Petri à Xerezio, Confeſſor.* [d]] Vitam duxerat Eremiticam in ſolitudine, cùm habitum noſtri Ordinis aſſumpſit; mira refulſit paupertate, ſiue in victu, ſiue in veſtitu, cui etiam Deus nonnunquam in rebus neceſſariis viſibiliter opitulabatur. Guardianatus ac Diffinitoriatus munere pluries functus eſt, tuncque miniſter Prouincialis Prouinciæ ſancti Ioſephi effectus, idem ſemper extitit humilis in oculis ſuis. Parcus erat in ſermone, ſed largus in charitate. Moribus, inceſſu, oculis, ac geſtu religioſiſſimus cernebatur. Præſentiamque Dei ſic intuebatur, vt iugiter in oratione ac meditatione rerum cœleſtium, maximè verò Paſſionis Dominicæ, mortis, & iudicij finalis, verſaretur: ſed in conuerſatione totus erat affabilis, ſincerus, ſuauis, & amabilis. Iter conficiens, ſocio iniungebat, ne ſui ſtatus perſonam cuiquam propalaret: verùm quantò plus ſeſe occultabat, tantò magis diuulgabatur. Romam veniens, à Cardinalibus, & Summo Pontifice, in honore eſt habitus. Vitæ regularis fuit zelantiſſimus, conſtitutionum atque ſtatuum Ordinis æmulator exiſtens. Sæuiens quidam in diſcolos rebelles, & proteruos; ſed maxima cum manſuetudine ſubiectis parcens, & humilibus. In directiua ſeu coerciua ſui officij adminiſtratione, paſſione mutatum, ira vel odio ductum, quis vnquam vidit? ſed patientia, ſagacitate, & prudentia ſemper exornatus apparuit. Porrò ſibi nimis rigoroſus fuit. Semper Diſcalceatus inceſſit: cilicium eius tantò aſperum erat, vt intuentibus timorem ingenerет; victus illius tenuis erat, & pauper pane, cepa, herbis, aut fructibus contentus. Per Aduentum, & Quadrageſimam, ſolo pane, & aqua reficiebatur: fuit etenim omnino abſtemius. Lectus eius aſſer vel matta.

Media

Digitized by Google

Media nocte, Matutinas ſemper recitabat intus, & extra Chorum: cæteraſque diei Horas Canonicas ſuo tempore aſſignatas, flexis genibus perſoluebat. Quotidie ſacrum faciebat; necnon officia Deffunctorum, & Beatæ Mariæ Virginis, cum omnibus orationibus, & ſuffragiis in communitate aſſuetis, omni die, etſi abſens, dicere ſolebat. Silentij, ſolitudinis, & orationis percupidus, verba fugiebat otioſa, & ſomnum longiuſculum. Ægris ſoſpitatem, aliiſque eius opem implorantibus, varia contulit beneficia. Relatione Beati Antonij à *Sancto Gregorio*, excitatus, Martyrijque deſiderio flagrans, in Philippinas, & Iapponium iter direxit, cum licentia Beati Petri *Alphari*, Commiſſarij; ſed cùm nauim aſcendiſſet, mareque traiiceret, infirmitate grauatus, ſanctiſſimè obiit, cuius corpus ſepulturam accepit intra mare Hiſpanicum ad Aquilonem, antequam Mexico appuliſſet ann. 1577. Vide Ioannem à Sancta Maria, 1. part. Chronicorum Prouinciæ Sancti Ioſephi lib. 2. cap. 21.

Beata Maria Alphonſi, Virgin. [e]] Hæc prima fundatrix extitit: ſeu diſciplinæ regularis magiſtra, à diſcipulis Sanctæ Claræ inſtructa: quæ obiit ann. 1347. & ſepulta eſt in clauſtro. Corpus magna veneratione proſequuntur moniales, ob pleraque miracula illius interceſſione patrata. Ita Wadinghus tom. 3. Annal. Minorum ad ann. 1328. §. 32. poſt Monimenta MS. Prouinciæ S. Iacobi, cuius Monaſterium Aſturicenſe extat. 8. §.

QVINTO NONAS MAII.

IN territorio Tullenſi, propè Pagum Bauonum, ad radices Montis Voſagi, Beati [a] Claudij Roleti, Martyris: qui ab hæreticis, poſt ludubria atque tormenta perpeſſa, ob defenſionem Catholicæ fidei, necatus eſt. Lucæ in Tuſcia, Beati [b] Hieronymi, Galli, Confeſſoris: paupertate, vitæque ſanctimonia, conſpicui. Auenione, Beati [c] Petri Martini, Confeſſoris: qui humilitate, & ſimplicitate clarus, gloria miraculorum nunc vſque exornatur. In territorio Toletano, iuxta Cubam Pagum, Beatæ [d] Ioannæ à Cruce, Virginis, Tertiariæ: quæ ob miras eius virtutes Abbatiſſa electa, oratione, patientia, paupertate, ac vitæ auſteritate maximè floruit: quam Dominus ſpiritu Prophetico, dono linguarum, & gratia miraculorum, in vita, ac poſt obitum, copioſiſſimè exornauit.

MAII III.

§. 1. B*Eati Claudij Roleti, Mart.* [a]] De eo ſcribit Barezzus part. 4. Chron. Minorum. lib. 7. cap. 12. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567. poſt Gonzagam part. 3. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu Minor. S. Marthæ, propè Voſagum Montem, qui eſt 12. Prouinc. Franc. Pariſienſ. ita dicentem. *Cùm deuotiſſimus R. P. Claudius Roletus, Sacerdos, huiuſque cœnobij alumnus, à viſitandis D. Quirini liminibus rediret, ipſo die Inuentionis S. Crucis, ann. Domini* 1575. *in Caluiniſtas hæreticos incidit; à quibus tandem poſt plura ludibria atque tormenta perpeſſa, illuſtri Martyrio, pro Catholica, fidei confeſſione, coronatus eſt.* Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1472. §. 91.

§. 2. *Beati Hieronymi Galli, Confeſſoris.* [b]] Pientiſſimus Sacerdos extitit, atque veræ religionis, paupertatis, necnon, & reliquarum virtutum ſectator; qui mortem obiens temporalem, cum cœlicolis beari, ab illis populis creditur. Iacet in Conuentu S. Franciſci Lucenſi, qui eſt 26. Prouinc. Tuſciæ. Floruit ann. 1525. Agunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in hoc Conuentu. Barezzus item ſup. lib. 1. cap. 65. ad ann. 1526. Wadinghus tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1289. §. 45. ex Franciotto lib. 2. de Reb. Lucenſib. Aliũ eſſe puto, à Hieronymo à *Piſtorio* propè Lucam, Pariſienſi Theologo, poſtea Capucino; de quo Manipulus Minorum, in cap. 7. Reg. Franciſc. & Hylaretus. ſerm. Feriæ 5. in paſſione poſt med.

§. 3. *Beati Petri Martini, Confeſſoris.* [c]] Pictauus erat, oriundus ex Lucionenſi territorio, qui cùm in Phocenſem Prouinciam profectus eſſet, Auenione, inter Patres Obſeruantes, Minorum habitum ſumpſit, ann. 1598. vbi verò Refformatio introducta eſt anno 1602. & ipſe, licet laicus, eam magno cum animi gaudio, primus omnium excepit. Ingenti humilitate, ac ſimplicitate Euangelica exornatus, vitæ perfectione, & Prophetiæ dono multùm emicuit: quo, & infirmis futura prædicebat, & cui medici vltrò parebant. Ad eleemoſynam (quoad vixit) petendam, ibat confidenter in Domino, non ſine proximorum ædificatione, quibus nonnunquam monita ſalutis dabat. Sanctiſſimè obiit anno 1622. die 3. Maij, hora nona ſerotina, Dominica *in Albis*: cuius exequiis interfuit concurſus populi propè infinitus: tantaque miracula in vita, & poſt mortem operatus eſt, vt vix credibile ſit effatu. Illius meminit Galterius, in Tabula Chronographica, ſæcul. 17. in SS. & illuſtrib. viris: multique adhuc proſtant oculati teſtes. Iacet, in Conuentu noſtro Auenionenſi, qui eſt 1. Prouinciæ ſancti Bernardini Recollector. Galliæ.

Beata Ioanna à Sancta Cruce, Virginis. [d]] Naſcitur anno 1481. in Diœceſi Toletana, ex parentibus honeſtis ac Chriſtianis. A iuuentute, eximia pulchritudine decorata eſt, ſed virtute venuſtior erat: nam puerilia fugiens ætatis, Chriſto ſponſo iam placere ſatagebat. Annos ſeptem nata, matre orbata eſt, tuncque ipſa cœpit pœnitentiæ operibus operam dare: abſtinentiæ erat non vulgaris, ſemel tantùm in die cómedebat: in pane, & aqua ieiunia obſeruabat: imò, duobus aut tribus diebus etiam à cibo omninò abſtinebat. Cilicium deferebat ad carnem: diſciplinis, vſque ad ſanguinis effuſionem, corpuſculum edomabat, ſummè cupiens Monaſticam vitam profiteri. Cùm igitur 15. annum attigiſſet, ad Monaſterium Tertiariarum §. 4.

Digitized by Google

S. Mariæ de Cruce, 500. paſſibus à Pago *Cuba*, Toletanę Diœceſis ſitum, (illi enim ſacra Deipara ſuaſerat, vt ſe illuc Deo in poſterum famulatura conferrot) profecta eſt, ſororeſque cum lacrymis rogare cœpit, vt ſe in earum conſortium admittere vellent. Quæ tandem ab illis recepta, totius ſanctitatis forma omnibus facta eſt: adeoque in omni virtutum genere profecit, vt facillimè ſuæ vocationis auctricem prodiderit.

§. 5. Mira fuit eius paupertas, vitæque auſteritas ac pœnitentia: orationi maximè addicta erat, ſed crucis ac paſſionis Chriſti myſteriis ſupra modum delectabatur: ita vt ſæpè in extaſim raperetur: quo tempore ſecreta diuina pandebat, & abſcondita cordium reſerabat: linguiſque diuerſis loquebatur, hinc miraculis ingentibus à Domino illuſtrabatur. Ea propter ad regendam Abbatiam eligitur: quo munere accepto, ſororibus ex tempore ſuaſit, vt totius rei domeſticæ cogitatum in Domino iactantes, ſeque omninò illi credentes, egrediendi libertati, qua gaudebant, ex ſolemni voto renuntiarent: quatenus diuinorum contemplationi myſteriorum plenius vacare poſſent. Cuius denique opera factum eſt, vt ab eo tempore, quartum quoque votum, huius loci Religioſæ emiſerint, inuiolabilis ſcilicet clauſuræ. Tunc nomen huius ſanctiſſimę virginis per vniuerſam Hiſpaniam celeberrimum euaſit: quamobrem ex diuerſis partibus, nobiliſſimi quoque viri ad eam confluebant, ſeque, atque eorum grauiſſima negotia ab ea omnipotenti Deo commendari maximè exoptabant. Inter hos fuere, Germanorum Imperator, Carolus V. Magnus ille Capitaneus, Gonſaluus *Fernandez* à Corduba: Franciſcus Ximenius, Toletanus Archiepiſcopus S. R. E. Cardinalis, &c.

§. 6. Multa etiam, iniuſtè licet calumniata, patientiſſimè tulit aduerſa: ſæpè à Dæmonibus vexata, & pugnis laceſſita, æquo animo ſuſtinebat. Quid de magnis, acerbiſque illius infirmitatibus? ea omnia pro Chriſto libentiſſimè tolerabat. Tandem omnibus Sacramentis debitè ſuſceptis, fœliciter obdormiuit in Domino: ann. 1534. ætatis ſuæ 53. Maij 3. Dominica die, hora 6. pomeridiana. Cuius ſacrum corpus, diebus quinque manſit inſepultum, ob concurſum populorum illud deuotè viſitantium: quibus expletis tumulatum eſt in clauſtro monialium. Verum creſcente pia fidelium deuotione, exindè tranſlatum eſt in chorum Eccleſiæ Abbatialis, propè ſummum Altare, à cornu Euangelij, & in honorificentiori ſepulchro collocatum: vbi maxima veneratione colitur, ob præclara, quæ Deus illic operatur miracula. Egregia eius facta, geſtaque prorſus admiranda plures deſcripſere. In his Gonzaga 1. part. ſup. in BB fœminis 2. & 3. Ordinis Minorum. item part. 3. in præfato Monaſterio de Cruce; quod eſt 12. Prouinc. Caſtellæ. Benedictus Coronatus cap. 19. vitæ S. Elzearii, Balinghen In Calendario Virg. Mariæ die 1. Martii: item in Appendice hac die; & Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1449. §. 62. Saluator Vitalis; In Chronica Seraphic. montis Aluernę pag. 89 Barezzus ſup. lib. 2. cap. 23. & 28. vſque ad 36. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 16. in ſanctis, & illuſtrib. viris, ex vita eius Lugduni edita ann. 1621. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan Poireus tract. 3. triplic. coron. Virg. cap. 4. §. 4. numer. 7. Marieta lib. 19. hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 20. 21. Marianus lib. 5. cap. 11. Elzearius lib. 3. cap. 4. ſacri mont. Oliuet. Daça ſup. Valerianus de SS. Fœmin. Ordinis Minorum. lib. 4. cap. 20. 22. 32. & ſeq. De Sillis in cap. 1. regul. tertij Ordinis. De Torres in practic. exhortationibus ſuper eamd. Regul. fol. 38 Salazar. lib. 7. Chronic Prouinc. Caſtellæ. cap. 11. Ferrarius In Catalog SS. hac die. Thielmanſ. tom. 2. Vitar SS. Seraphic. Ordin.

QVARTO NONAS MAII.

Bononię Beati [a] Alexandri Quinti, Papæ, & Confeſſoris: qui ſingulari eruditione, pietate, & caſtitate exornatus, vitæ quoque ſanctitate inſigniter refulſit. Apud Sulmonem in Pelignis, Beati [b] Philippi Aquilani, Confeſſoris: qui acerrimus vitiorum perſequutor, & meliorum chariſmatum diligentiſſimus ſectator factus; virtutis ac religionis ſpecimen dedit, miraculiſque coruſcauit. Florentiæ, Beati [c] Balthaſaris à Florentia, Confeſſoris: incredibilis abſtinentiæ viri; qui, & Prophetię dono claruit. In Caſtullonenſi Saltu, propè Hornacuelos oppidum, Beati [d] Bernardini à Caſtro-viridi Confeſſoris: oratione, & pœnitentię operibus ſpectabilis. In Goana Indię Orientalis Prouincia, Beati [e] Iacobi Borbani, Confeſſoris, & concionatoris eximij: qui Indorum conuerſioni iugiter vacans, innumerabilem animarum lucratus eſt turmam. Fani, in Picœno, Beati [f] Hieronymi à Pedona, Confeſſoris: virtutibus atque ſignis glorioſi. Illiturgi, in territorio Giennenſi, Beatæ [g] Claræ Serranæ, Virginis, Religioſa humilitate inſignis.

MAII IV.

Digitized by Google

MAII IV.

§. 1. B. *Alexandri Papæ*,[a]] Prius nuncupabatur Petrus *Philaretus*, vel *Philargus*, Cretenſis natione ſeu è Candia oriundus. Illic autem habitu Franciſcano ſuſcepto, & in regulari diſciplina educatus, altæ indolis, & viuidiſſimi ingenij adoleſcens euaſit. Indè Lutetiam profectus, adeò liberalibus ſtudijs, Philoſophiæ, Theologiæque vacauit: vt breui, magiſterij gradum conſecutus, & publicam Scholam habuerit, & in libros ſententiarum doctè, & argutè ſcripſerit. Magnus quoque orator ac concionator eſt habitus. In Longobardiam deinde veniens, ibi, & ſcribendo, & ſacras litteras profitendo, Ioanni Galeatio, viceccomiti, Inſubrum principi, innotuit, qui illum ad ſe accitum, cùm eius virtutem agnouiſſet, ſummo proſequutus eſt honore, primumque ei in conſilijs locum tribuit: cuius poſtulatione, Epiſcopus Vincentinus, poſtea Nouarienſis, mox Mediolanenſis Archiepiſcopus, tum Gradenſis Patriarcha, creatus eſt. Maximas pro ipſo Galeatio obiuit Legationes, præcipuè verò Germanicam, qua illi Ducis Mediolanenſis titulos, & inſignia, à Venceſlao Cęſare impetrauit. Poſtremò, ad Cardinalitiam dignitatem, ſub titulo SS. duodecim Apoſtolor. ab Innocentio. 7. ann. 1405. euectus: ab eod. Apoſtolicæ ſedis Legatus de Latere mittitur ad Patriarchatum Aquileienſem, Inſubres, & Liguriam. *Pro ſalute* (vt ipſe Pontifex in diplomate ſuo ſcribit) *Principum, nobilium, ciuitatum, & Prouinciarum.* Qui tandem in Concilio Piſano, Papatu priuatis Gregorio 12. & Benedicto 13. ab vtriuſque partis Cardinalibus ac patribus, ipſe in eorum locum ſuffectus eſt, ann. 1409. & Alexan. V. nomen accepit.

§. 2. Mirùm! quibus conuitijs & iniuriis hic eximius Chriſti Vicarius, impunè laceſſitus fuerit, à Philippo *Morneo* hæretico mendaciſſimo; qui tamen ſtrenuos obuiā mox habuit, ſenſitque aduerſarios, Catholicæ fidei pugiles, quoſuis probatiſſimos authores. Ab his namque acclamatur Alexander, doctrinæ, virtutum, & dexteritatis fama clariſſimus, vir egregiè doctus, græcè, & latinè peritus; Theologus præſtantiſſimus; animi magnitudine, ſumma prudentia, & incredibili liberalitate conſpicuus, ſummus illo æuo Philoſophus; vir Religioſiſſimus, nec ſedis Pontificiæ inuaſor: cui accuratum ſtudium, peripateticam diſciplinam, Diuina lux, & ſacrarum rerum intelligentiam, & incredibilem dederat ſanctitatem: virginitate illibata ſeruata decoratus benignus, pius, ſummo Pontificatu digniſſimus; in virtute ornatos propenſus; in omnes, maximè pauperes, ſic munificus, vt breui nil ſibi reliquerit: ridendoque ſolitus eſſet dicere: *ſe diuitem Epiſcopum fuiſſe: pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem.* Is itaque Pontifex creatus vniuerſam Eccleſiam in ſpem ſanandi vulneris erexit, & cœpit omnia agere, quæ, & Chriſtiana Reſpublica, & tantæ tempeſtatis ratio poſtulare videbatur.

§. 3. Cùm autem grauiter Bononiæ ægrotare cœpiſſet, cognouiſſetque mortem propè ſibi inſtare, Cardinales ad ſe venientes ad concordiam, & pacem, & ad tuendam Eccleſiæ dignitatem adhortatus: Teſtatuſque prætereа eſt, per eam mortem, quam ante oculos, ſe continuò cernere dicebat, nec reformidare, conſcientia benè actæ vitæ motus: ſe exiſtimare, & credere, quæ in Concilio Piſano decreta fuiſſent, rectè atque integrè facta eſſe omnia, ſine dolo malo, fraudeue. Cùmque hæc dixiſſet, lachrymantibus omnibus, qui aderant, illud Saluatoris verbum ægrè proferens: *pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*: ſuſceptis piè Sacramentis, moritur die Sabbathi 5. nonas Maij, noctis ſequentis hora 5. ſcilicet more noſtro Gallico, poſt mediam noctem Dominicæ diei ann. 1410. Pontificatus ſui menſe 10. die 8. ætatis ann. 71. ſepeliturque ibid. in Eccleſia Fratrum Minorum, ad læuam maioris Aræ, tumulo lateritio aliquantulum à terra eleuato. Ita teſtantur, Platina, Faſciculus temporum, Baptiſta de Glen. Maſſonus, Ciaconus, Cicarellus, Brandius, Genebrardus, Ioannettus, Quercetanus, Panuinus, Ioannes Baptiſta Egnatius & cæt. in Innocentio VII. & Alexandr. V. Pap. Bergomas in ſupplemento Chron. lib. 14. ad ann. 1409. Schedel. In Chronico. 6 mundi ætate eod. Anno. Nauclerus ibid. Volumin. 2. generation. 42. S. Antonin. 3. part. Chronic. titul. 22. cap. 5. §. 6. 7. & 8. Blond. Decad. 2. lib. 10. in fin. Gerſon. Sermon. coram Alexand. V. Pap. in die Aſcenſion. Domini. Sigonius lib. 3. de Epiſcopis Bononienſ. In Antonio Corario. Fulgoſius lib. 4. Memorabilis. Ioannes *Deſs.* In Catalogo Mediolanenſ. Præſulum. Carolus à Baſilica Petri lib. 2. Eccleſ. Nouarienſ. Ægidius, Cardinalis Viterbienſ. In MS. hiſtoria ſæcul. 15. Franciſcanus Bezzocus. In hiſtoria Pontif. Mediolanenſ. Harpsfeldius. In hiſtor. Eccleſ. Angl. ſæcul. 15. cap. 8. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Sanderus lib. 7. de viſibili Eccleſ. Monarchia. Galtherius in tabula Chronographic. ſæcul. 15. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſ. Spondanus in Auctario Chronolog. ad Annales Baronij ſub. ann. 1409. & 1410. Binius tom. 3. Concil General. part. 2. P. Æmilius, Nicolaus, Ægidius Belforeſt. & cæt. in Carolo 6. Francor. Reg. ad ann. 1409. Toſſinianus. lib. 2. Hiſtor. Seraph. Sedulius ibid. Commentar. in vit. S. Franciſci, cap. 3. §. 8. Gonzaga. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. In eo Pap. Willotus in Athenis Orthodox. Franciſcan. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1386. §. 3. & 1390. §. 13. item tom. 5. ad ann. 1401. §. 4. 1405. §. 12. 1409. & 1410. §. 1. & ſeq. Chronicum magnum Belgicum ann. 1409. Waſſeburgius de Antiquitat. Galli. Belgic. In Epiſcopo 74. Virdunenſ. fol. 464. Platus. lib. 2. de Bono ſtatus Religioſ. cap. 28.

Beati Philippi de Aquila, Confeſſoris[b]] A pueritia virtutem eſt amplexatus, & factus Frater Minor, perfectioni maximè incubuit: vitæ auſteritate, & abſtinentia pollebat: ieiuniis, vigiliis ac diſciplinis carnem edomabat; exercitia corporalia quantò vilia, & abiectiora, tantò citiùs ea requirebat, operabaturque: diuinum officium magna cum attentione perſoluebat; Miſſas quotidiè deuotiſſimè audiebat. Sępè tentatus à Dæmone, toties ex eo victoriam reportauit. Cilicium iugiter ferebat: ſuper lectum nunquam dormiebat: ſed ſedens in Cathedra, ſeu humi cubabat: accediam ſummoperè fugiebat: paupertatem diligebat, & ſolitudinem. Ad prælaturas Ordinis, licet inuitus, aſſumptus, mira prudentia, & zelo ſubditos rexit: ſicque ſanctiſſimè obiit anno 1456. ſui ingens deſiderium fratribus ac ſęcularibus relinquens: qui eius funeri ac exequiis maxima cum veneratione interfuere. Sepultus eſt autem intra Capellam Eccleſiæ Conuentus Sancti Nicolai Sulmonis, (qui eſt 8. Prouinc. S. Bernardini) ad cuius mauſolæum, illius meritis, Diuina operante virtute, plurima contingunt miracula. Agunt de eo Gonzaga 2. part. Origin. Seraphic. Relig. in eo Conuentu. Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. §. 4.

Digitized by Google

Chronicorum Minorum lib. 3. capite 61. Toſſinianus libr. 1. hiſtor. Seraphic. Wadinghus. Tom. 5. ſup. 1443. §. 13. tom. 6. ann. 1456. §. 233. & ſeq. poſt Marianum lib. 3. cap. 31.

§. 5. *Beati Balthaſaris à Florentia, Confeſſoris.*[e]] Vir fuit mira abſtinentia præditus; qui anno Domni 1493. tempore generalis Capituli in Conuentu Sancti Saluatoris Florentiæ celebrati, diem clauſit extremum; multaque ſpiritu Prophetico futura, nempe, bella, famem, peſtes, Monarchiarumque ſubuerſiones certiſſimè prædixit. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 9. Prouinc. Tuſciæ, & Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 51. Cimarello lib. 5. cap. 43. Wadingho tom. 7. ſup. ad ann. 1493. §. 15.

§. 6. *Beati Bernardini à Caſtro-viridi, Confeſſoris.*[d]] Religioſiſſimus hic erat; qui & integros dies integris quoque noctibus orationi tantum intentus coniungere aſſueuerat; quique pœnitentiæ ergò, à vino, & carnibus perpetuò abſtinuit, ac omnes virtutes quàm diligentiſſimè coluit, quibus Deo gratus, fœlici vitæ curſu peracto, ad cœleſtia gaudia euolauit. Floruit circa ann. 1540. Illum commemorant Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Sanctæ Mariæ de Angelis, qui eſt 1. Prouinc. Angelorum; & Barezzus ſup. part. 4. lib. 3. cap. 39. ad ann. 1541. Rapinæus Hiſtor. general. Orig. Recollector. decad. 1. part. 1. §. 6. Wadinghus. tom. 7. ſup. ad ann. 1488. §. 31.

§. 7. *Beati Iacobi, Confeſſoris.*[e]] Duo inſinuare videtur Maffeius: vnum, circa Ordinem noſtrum Minoriticum; quem ex induſtria maximè peroptaret remouere ab Indorum conuerſione: cùm tamen vel ipſa ſola noſtra Recollect. Reformatio, plus eo in opere egerit, quàm totius Maffei ſodalitas. *E Franciſcana familia Fratres* (inquit ipſe lib. 12. hiſt. Indic. ſub init.) *Cùm domicilium in India pridem conſtitutum haberent, eſſentque amplificandæ religionis Chriſtianæ percupidi; tamen quotidiana pſalmodia, funeribuſque, & cæteris diurnis pariter ac nocturnis cæremoniis impediti, ſatis otij nequaquam ſuppeditare poterant, peregrinationi, catechiſmo, aliiſque muneribus, quæ ad conuerſionem gentium, & curationem, & cultum, haud dubiè requiruntur.* Quaſi ſoli Maffei conſodales id opus omninò aſſumpſiſſent. At, quid hoc in noſtro Ordine Seraphico mirabilius? qui cùm totus externis detineretur cæremoniis; nihilominus, tanto cum ſpiritus ardore, Indorum conuerſioni ſic addictus fuerit, vt Maffei alumnos, eo in labore, longè antecelluerit: qua de re infra ad 31. Auguſt. & alibi paſſim. Alterum exindè conſurgit; quod idem Maffeius conetur, licet fruſtra, noſtros Franciſcanos nobis ipſis tacitùs adimere. Loquens etenim de Garçia Noronia, Indiæ Orientalis prætore, Nonnij ſucceſſore: hæc ſubdit, lib. 11. ſup. poſt med. *Præter militares autem copias, Epiſcopo Fernando iam vita functo, virum egregium, qui eo munere fungeretur ſecum Garçias adduxerat, Ioannem Alburquercium, è Franciſcana familia, Caſtellanum: eiuſque Comites atque adiutores, Vincentium ex eadem familia, catechiſtam, & Clericum quendam, nomine Iacobum, ex oppido Luſitaniæ Borba, nota facundia concionatorem. Horum verò, cùm in* Epiſcopatu *adminiſtrando, tum in excolendis atque ad Chriſtum alliciendis hominibus, fructus pietatis, & induſtriæ conſtitiſſi.* Porrò, de præfatis BB. Ioanne Alburquercio, Epiſcopo, & Vincentio, infra ad 11. & 16. Iunij. De noſtro autem Beato Iacobo Borbano, vbique eum mirificè laudat Maffeius quaſi non Minoritam; tum hoc loco, tum lib. 12. ſub init: ſic, & Iacobus Damianus lib. 1. Synopſis Societatis Ieſu cap. 4. vocans illum quidem ſacerdotem pium, ſed ſæcularem. At, hunc Ordinis noſtri Franciſcani alumnum fatetur fuiſſe Turſellinus libr. 2. vit. S. Franciſci Xauerij cap. 1. 4. 5. 10. poſt noſtrates omnes.

§. 8. *Beati Hieronymi, Confeſſoris.*[f]] Cùm ex familia Obſeruantium ad Capucinos acceſſiſſet, tanta virtutum laude, ac vitæ ſanctimonia inclaruit, vt omnibus perfectionis ſpecimen eſſet. Vide Bouerium tom. 1. annal Capucinor. ad ann. 1576. §. 35. &c. quo obiit. ex MS. Prouinciæ Marchiæ.

§. 9. *B Claræ Serranæ Virg.*[g]] Anno 1541. deceſſit è vita, in Monaſterio ſanctæ Agnetis (quod eſt 5. Prouinc. Granatenſ.) cuius anima viſa eſt in cœlum ab Angelis efferri, decantato illo verſiculo: *Auditui meo dabis gaudium, & exultabunt oſſa humiliata*, ita Wadingh. tom. 5. ſup. ad ann. 1430. §. 53.

TERTIO NONAS MAII.

ASſiſij in Vmbria, Beati [a] Illuminati, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli: eximiæ virtutis ac perfectionis viri. Apud Montem-Calerium in Pedemontano, Beati [b] Gabrielis à Iaueno, Confeſſoris. Guatemalæ in India Occidentali, Beati [c] Gonſalui Mendezij, Confeſſoris: inclyti Guatemalicæ Prouinciæ Fundatoris, qui oratione, vitæ auſteritate, & zelo ſalutis animarum iugiter emicuit. Madriti in Caſtella, Beati [d] Antonij à Secura, Confeſſoris: charitate, miſericordia, vitæque puritate conſpicui. Palentiæ, Beatæ [e] Blanchæ Henriqueziæ, Virginis: quæ quantò magis, generis nobilitate, alias conſocias moniales ſuperaret, tantò profundiore humilitate atque ſanctitate eas longè anteiret.

MAII V.

§. 1. BEati Illuminati, *Confeſſoris.*[a]] Hic Reatinus fuit, vir luminis & virtutis, ac ſocius Beati Patris Franciſci, quando ad Soldanum acceſſit; & dùm Chriſtianis, ne præliarentur cum Sarracenis, caſum prędixit ann. 1219. Tunc Seraphicus Pater cum Beato Illuminato, multa grauia paſſus eſt à Sarracenis: nam extemplò eos impiè verberantes, & penè trucidantes, de ſuis ciuitatibus expulerunt. Hic ab eodem Seraphico Patre accepit, quo modo Stigmata in eius carne à Chriſto fuerant ſibi impreſſa: illique ex gra-

tia

Digitized by Google

tia ſingulari, oſtendit. Ita Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. in fratrib. Minor. ſanctitat. illuſt. apud Prouinc. ſancti Franciſci. Beatus Bartholomęus Piſanus ibid. lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. item lib. 2. fruct. 5. part. 2. & lib. 3. fruct. 3. part. 2. Iacobus Vitriacus Hiſtor. Orientis lib. 3. ſanctus Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 2. §. 5. & cap. 7. §. 1. Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chron. lib. 1. cap. 70. & lib. 2. cap. 56. Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. item vbi de ea. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1210. §. 38. 1219. §. 54. 58. Dantes Aligerius, cantu de paradiſo, & eius commentator Chriſtophorus Landinus ibidem. S. Bonauentura cap. 9. in vita S. Franciſci. Brautius in Martyrolog. poëtico, 11. Maij.

§. 2. *Beati Gabrielis, Confeſſoris.* [b]] Ex Conuentualium cœtu, ad Capucinos tranſiit ann. 1540. Vbi tot virtutibus emicuit, vt cœleſte quoddam vitæ genus inter homines referret: teſte Bouerio tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1570. (quo obiit) §. 9. & 10. ex Salodienſi, & MS. Prouinciæ Genuenſis.

§. 3. *Beati Gonſalui Mendezij, Confeſſoris.* [c]] Huius ſancti viri elogium illuſtriſſimus Gonzaga deſcribit, cùm illius egregia recenſet opera part. 4. ſup. in Conuentu Sancti Franciſci Guatemalæ, qui eſt 1. Prouinc. Nominis Ieſu Guatemalenſis: his verbis. *Secundus vero Frater videlicet Gonſaluus Mendez, qui ex ſancti Iacobi Prouincia, ad hanc inter primos eius fundatores traiecit, Prouincialatuſque munere ſemel atque ſecundò, in illa laudabiliter functus eſt; adeò ſuæ profeſſionis, ſuique ſtatus zelator extitit, vt nunquam vel ſenio confectus, vel laboribus attritus, aliud à nudo aſſere, & ligneo ceruicali in lectum admittere; vel inter aſperrimos montes, aut exequendi muneris, aut prædicandi ergò incedens, equitare voluerit: vel tantillum aut à ſacra lectione, aut ab oratione, aut etiam ab Indorum in fide inſtructione, dempto parciſſimo tempore, quo ſomno coactus, omninò indulgebat, reſpirauerit. His igitur & aliis de cauſis à Guatemalicis, quibus moriens maximum ſui deſiderium reliquit, nec ſecus ac Deo cariſſimus habetur pientiſſimus P. Gonſaluus Mendez, qui V. Maij, Anno à Natiuitate Domini 1582. prout præfato Patri Ioanni Calerò prædixerat, è viuis exceſſit, ad cœloſque cum Sanctis & Electis Dei annumerandus, euolauit.* Eadem teſtantur Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 13. Daça ibid. lib. 2. cap. 35. & 36. Rapinæus in Hiſt. general. Orig. Recollector. decad. 5. part. 1. §. 11. Marianus lib. 2. cap. 44. Chron. Reformat.

Beati Antonij à Secura Confeſſoris. [d]] Sacerdos erat, cuius mirabilis charitas, atque compaſſiua ad omnes, præcipuè verò ad pauperes teneritudo, vix exprimi poſſent. Cui Dæmon ob eius vitæ puritatem ſummoperè inuidens, innumeros tetendit laqueos, mirisque portentis timorem incutere tentauit: à quibus tamen omnibus, diuina ſibi aſpirante aura, immunis omnino, atque illæſus euaſit. Obiit ann. 1573. De eo agunt Gonzaga ſup. part. 3. in Conuentu Sancti Bernardini Madriti, qui eſt 9. Prouinc. Sancti Ioſephi. & Barezzus ſup. lib. 5. cap. 21. Rapinæus ſupra Decad. 8. part. 1. §. 11. Grauina in voce *Turturis* part. 2. cap. 24. Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. præfatæ Prouinc. libr. 2. capit. 15. & 16. §. 4.

Beata Blancha Henriquezia, Virginis. [e]] Vixit apud Monaſterium ſanctę Claræ Palentinæ ciuitatis, quod eſt 5. Prouinc. Conceptionis, in Hiſpania; in quo ſupra modum enituit. Fuerat namque ſoror vterina Alphonſi *Henriquez*, Caſtellę Amnirantis, huiuſce loci fundatoris; atque Ferdinandi V. Caſtellæ Regis Auia; quæ viliora Conuentus obſequia, licet tantis orta natalibus, adeò coluit, vt quamcumque aliam correligioſam, humilitate longè ſuperauerit. Obiit circa annum 1544. Scribunt de ea Gonzaga part. 3. ſup. in eo Monaſterio, & Barezzus ſupra lib. 3. cap. 42. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1373. §. 33. Valerianus de Sanctis Fœminis Ordinis Minorum libro quarto, capite trigeſimo ſexto. §. 5.

PRIDIE NONAS MAII.

Ciuitatulæ, in Minorica Balearium inſula, paſſio Beatorum [a] Martyrum Bartholomęi Genectaris, Franciſci Colis, & Amarellæ, Monialis Clariſſæ, à furentibus Turcis interfectorum. Apud Montem-Politianum, in Hethruria, Beati [b] Bartholomæi Puccii Franciſci, Confeſſoris: vita exemplari, ac miraculis illuſtris. Neapoli in Campania, Beati [c] Venantii à Fabriano, Confeſſoris: magnę ſanctitatis viri. Burgis in Hiſpania Tarraconenſi, Beatę [d] Elizabeth à Turri, Virginis, pietate, admirandaque religione inſignis: quę plurimis exornata chariſmatibus, eo die, migrauit in cœlum, quo ſibi à Domino fuerat antea reuelatum.

MAII VI.

§. 1. *Beatorum Bartholomæi, &c. Martyrum.* [a]] Legimus, *Ciuitatulam* oppidum vnà cum Conuentu Sancti Franciſci (qui eſt tertius Prouincię Maioricarum) & Clariſſarum Monaſterio, (quod eſt tertium eiuſdem Prouincię) à truculentiſſimis Turcis, Chriſtiani nominis hoſtibus infeſtiſſimis expugnatum eſſe, direptum, atque exuſtum, an. 1558. tumque ab ipſis Martyrio coronatos fuiſſe Beatum Bartholomęum Geneſtar, Choriſtam, & Beatum Franciſcum, religioſum laicum: atque Beatam Amarellam Sanctimonialem. Ita Gonzaga de Origin. Seraphic. Relig. part. 3. in præfata Prouincia. Daça part. 4. Chron. Minor. lib. 3. cap. 49. ex proceſſu authentico.

Beati Bartholomæi Puccij, Confeſſor. [b]] Tanto amore Chriſti eſt inflammatus, vt propter eum, vxorem, liberos, cæteraque temporalia bona dimittens; pauperculis Franciſcanis, eorum habitu indutus, adiungi voluerit. Deuotiſſimus fuit, virtutiſque exemplar cæteris luxit. Adeò autem profecit, vt poſt mor- §. 2.

Digitized by Google

tem miraculis claruerit. Vixit circa ann. 1320. ſepultuſque eſt in Monte-Politiani, vbi magna veneratione colitur. Scribunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Tuſciæ. Codex MS. Abbat. ſancti Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 7. cap. 34. §. 1. ſub ann. 1319. Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item 2. part. in præfato Conuentu Sanctæ Mariæ de Fonte Caſtello, propè Montem-Politianum, qui eſt 27. Prouinc. Tuſciæ. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. in eo. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann 1290. §. 16. & tom. 5. 1454. §. 26. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. qui mendosè ait iacere Montis-Peſſuli. Daça 4. part. Chonic. Minor. lib. 1. cap. 28.

§. 3. *Beati Venantij, Confeſſoris.* [c] Socius fuit Beati Iacobi à Marchia, qui ob præclaras eius virtutes, ab eo ſingulari dilectione proſequebatur: nam pietate, charitate, obedientiaque enituit. Obiit apud Neapolim, ann. 1506. ſepultus in Conuentu S. Mariæ Nouæ, qui eſt 1. Prouinc. Terræ-Laboris. Deo eo agunt Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 8. cap. 26. Gonzaga ſup. part. 2. in Conuentu Annuntiationis Virg. Fabriani, qui eſt 35. Prouinciæ Marchiæ. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan.

Beata Elizabeth à Turri, Virginis. [d] Floruit circa ann. 1510. apud Monaſterium S. Claræ Burgenſe: quod eſt 1. Prouinc. Burgenſ. de qua Gonzaga ibid. parte 3. id refert. *In huius denique choro, deuotiſſima, atque admiranda religionis ſoror Elizabetha à Turri, honeſto reconditur tumulo. Hæc ſiquidem cum humilitatem, paupertatem, charitatem, atque cæteras virtutes, quas diligentiſſimè excoleret; atque die quodam Dominico, circa correlegioſam infirmam intenſiùs occupata, & Sacramentali Confeſſione, & ſacra Communione, atque etiam ſacro priuata fuiſſet; anxiuſque coram venerabili Sacramento preces funderet, ſibique culpam, ſi quam fortè incurriſſet, ſuplex condonari, peteret: aſtitit ei ex inſpirato, religioſus quidam Minorita, qui & ſibi vtrumque Sacramentum miniſtrauit, & rem diuinam coram ſe fecit. Præterea plurimis chariſmatibus exornata, certum ſui obitus diem, Deo ſibi reuelante, prænoſſe meruit ſanctéque obiit.* Eadem teſtantur Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro 2. cap. 14. ſub ann. 1514. Wadinghus tom. 1. ſupra ad ann. 1218. §. 13. Valerianus de SS. Fœminis Ordinis Minorum libro 4. capite 17. § 4.

NONIS MAII.

MAnderburgij, in Prouincia Saxoniæ, Beati [a] Lucolphi, Confeſſoris: vitæ ſanctitate, & gratia miraculorum conſpicui. In Corſica inſula, Beati [b] Ioannis de Taglia, Confeſſoris: meritis ac virtutibus celeberrimi. Apud Sacapum, Mechioacanicum Indiæ Occiduæ oppidum, Beati [c] Antonij Betetæ, Confeſſoris; qui paupertate, Charitate, & pietate pollens, tanto ſpiritus feruore, & zelo ſalutis animarum eſt accenſus: vt conuerſioni Indorum Infidelium operam maximè dederit, & poſt multos exanthlatos labores, ſancto fine quieuerit. Charreriæ in territorio Viennenſi, Beati [d] Claudij Girardi, Confeſſoris. Item, Beati [e] Antonij de Barriales, Confeſſoris: vita & Regulari Obſeruantia inſignis, Mediolani Beatæ [f] Angelæ Fœlicis, Parpalionæ, Virginis: Dono orationis abſtinentiæ inclytæ.

MAII VII.

§. 1. BEati Lucolphi, Confeſſ. [a] Summa honeſtate, & morum grauitate, ac ſanctitate fuit prædi tus: itaut lotura pedum ſuorum infirmos curauerit, & miracula alia non pauca ediderit: quæ enarrat Beatus Bartholomęus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 3. in fratribus Minoribus Prouinciæ Saxonię ſanctitat. illuſtrib. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2 Chron. Minor. lib. 9. cap. 29. §. 3. ad anu. Chriſti 1369. Toſſinianus lib. 1 Hiſtor. Seraphic. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis: qui ait iacere *Manderburgij*: à Wadingho tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1249. § 9. dicitur *Landulphus*, Marpurgi ſepultus. Picquetus verò in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. *Magdeburgi* vult. quieſcere.

§. 2. *Beati Ioannis de Taglia, Confeſſoris.* [b] Prouinciæ Sancti Bernardini fuit alumnus; concionator celeberrimus: qui exinde in Corſicam inſulam, mare traiiciens, illic claruit ſingulari ſanctitate ann. 1460. & ſepultus magna in veneratione, apud illos populos habetur. Vt teſtantur Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 5. cap. 29. ad ann. 1464. Toſſinianus lib. 2. in Vicaria Corſicæ. Cognominatur de *Taglia*, ſeu da *Tagliacotio*.

Beati Antonij Beteta, Confeſſoris. [e] Hic profeſſionem emiſit, in Prouincia Conceptionis: qui poſtquam per multos annos in Tribulenſi (vulgo *Del Abroio*) illius Prouinciæ Conuentu, Magiſtri iuuenum ac nouitiorum officio functus eſſet, inſtruendorum quoque in Catholica fide Indorum ergò, ad has partes eſt profectus; vbi Indicum idioma non abſque maximo labore didicit; ac tantoperè in eo profecit, vt apud ipſos Indos natus videretur. Cùm eſſet prçterea Euangelicæ paupertatis amantiſſimus, ſuique ſtatus zelantiſſimus, ac omnium denique virtutum eximius cultor; tantæ fuit apud Neophytos hos populos authoritatis, tantæque ęſtimationis, vt quicquid vellet; illis facillimè ſuggereret. Eoque demùm factum eſt, vt plurimum incrementi Eccleſiæ Indicæ acceſſerit. Obiit circa ann. 1535. Poſtquam ſępè ſępiùs Hymnum, *Te Deum laudamus*, &c. ſumma cum pietate, humilitateque decantaſſet; ea ipſa hora, qua ſe ex hac vita migraturum prædixerat. Sepultus eſt autem in Conuentu §. 3.

Conuentu Sanctæ Annæ Sacapi, qui eſt duodecimus Prouinciæ Sanctorum Petri & Pauli apud Indiam Occiduam. Hæc ex Gonzaga quarta parte ſup. in præfato Conuentu, & Barezzo quarta parte Chronic. Minor. lib. 3. cap. 29. ſub ann. 1535. Rapinæo in Hiſtor. General. Orig. Recollect. decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 371. Mariano libr. 2. cap. 30. Chronic. ſtrictior. Obſeruant Reformator.

§. 4. *Beati Claudij Girardi, Confeſſ.* [d]] Agit copioſè de eo Foderetus, in deſcriptione Prouinciæ Burgundię: vbi de Conuentu Charreriarum. ann. 1565. v Vadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1457. §. 71.

§. 5. *Beati Antonij, Confeſſ.* [e]] Vir fuit eximiæ orationis, & altæ contemplationis maximè circa mortem paſſionemque Dominicam: in qua totus in lachrymas diffluebat, diuinam præſentiam ſibi ſemper coram obuoluebat. Hominiſque nouiſſima frequẽter recogitabat. Piiſſimus erat in Miſſæ ſacrificio peragendo: vana otioſaque verba magnoperè exhorrebat: cùm eſſet ſilentij amantiſſimus. Grauitate, totiuſque corporis compoſitione, & honeſtate, ſic exornabatur, vt intuentes alliceret ad virtutem: tantoque mulierum fugiebat conſortia, vt nec eas quidem aſpicere vellet. Continuis, rigidiſque pœnitentiis ac diſciplinis carnem edomans, in ſumma paupertate, & abſtinentia, Domino inſeruiebat. Erat tunc Guardianus Conuentus Alaegij (vulgò *Alaeios*) qui eſt decimus tertius Prouinciæ ſancti Ioſephi; quando vnà cum B. Petro *Xereſio* (de quo ſup. 2. Maij Conuentus Pennerandæ Guardiano, mare aſcendit, traiecitque in Indiam: ſimulque cum ipſo, eadem ægritudine laborans, ſanctiſſimè obiit; cuius corpus è naui in mare proiectum, illic ſepulturam accepit. Teſte Ioanne à ſancta Maria 1. part. Chronic. Prouinciæ Sancti Ioſeph. libro ſecundo, cap. 21. ex Monimentis eiuſdem Prouinc.

Beatæ Angelæ Fœlicis, Virg. [f]] Floruit in Monaſterio ſancti Bernardini Mediolanenſ. (quod eſt 4. Prouinciæ Mediolanenſ.) virtutibus haud modicis. Perpetuo quippè à carnibus abſtinuit, ſemel duntaxat in hebdomada manducabat, & leguminibus vt plurimùm veſcebatur, ſemper hærebat in choro ſiue Eccleſia, ſacris meditationibus intenta. Ita Wadinghus tom. 5. ſup. ad an. 1447. §. 92. ex monimentis M S S. §. 6.

OCTAVO IDVS MAII.

Lvceriæ in Apulia, Beati [a] Ioannis à Stronconio, Confeſſoris; qui zelo altiſſimæ paupertatis, atque Seraphici Ordinis priſtini ſplendoris æſtuans, regularis Obſeruantiæ familæ, vnus ex præcipuis fautoribus extitit, quam & ſanctiſſimè rexit, & multis perfunctus laboribus, clarus meritis, ſpiritum Deo reddidit. Malegnanii in Inſubria, Beati [b] Bernardini de Buſtis, Confeſſoris, ac concionatoris celeberrimi: qui doctrina, religione, vitęque ſanctitate floruit. Antichere, iuxta Cordubam vrbem, Beati [c] Franciſci de Villar, Confeſſoris: qui cùm illuſtriſſima exortus eſſet proſapia; contempta Ducali dignitate, humilitatem, paupertatem, ſpontaneam obedientiam, atque inſtantem orationem amplexatus eſt, & vſque ad finem vitæ incognitus permanſit. Surrigij in Burgundia, Beatę [d] Mariæ à Corbya, Virginis: eiuſdem loci primę Abbatiſſæ: vitæ ſanctitate inſignis.

MAII VIII.

§. 1. *Beati Ioannis à Stronconio, Confeſſoris.* [a]] Prouinciæ ſancti Franciſci erat alumnus, cùm reformationem Obſeruantiæ regularis ſuſcepit; pius ac deuotus admodùm extitit, doctrina pollens, & ingentibus virtutibus præditus: ſanctiſſimæ paupertatis zelantiſſimus erat, & ſui inſtituti amantiſſimus. Cùm igitur Beatus Paulus à Trincis, ſenio, auſteritatéque vitæ, confectus eſſet, coactus eſt ſibi coadiutorem ſumere; & præfatum Beatum Ioannem à Stronconio deligens, Commiſſarium ac Viſitatorem omnium Conuentuum, qui ſub iuriſdictione ſua erant, inſtituit, atque Florentiam protinùs miſit. Qui miro virtutis exemplo, ac optima gubernatione, familiam Obſeruantinorum valdè accreuit; & ſuis feruentiſſimis concionibus, ac ſancta conuerſatione, populorum ſibi conciliauit amicitiam: plures nouitios (viros probatæ vitæ, perfectioniſque integerrimæ) recepit ad Ordinem: numerum Conuentuum adaugebat: aliiſque reformationem intromittebat ann. 1390. ſicque vigilentiſſimè, ſanctiſſiméque præfuit vſque ad ann. 1410. Nam eo in officio confimatus eſt, imò potius denuò inſtitutus; dùm à Reuerandiſſimo Miniſtro Generali Antonio *Pyreto*, eius Commiſſarius Generalis ſupra omnes Obſeruantię in Italia fratres delectus eſt. Tandem virtutibus, miraculis, & ſpiritu prophetico clarus multis perfunctus laboribus, deceſſit Luceriæ Sarracenorum in Sancti Angeli Prouincia, ann. 1418. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 7. & 26. 28. 38. & lib. 5. cap. 30. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. vbi de Obſeruantiæ regularis exordio apud Italos: deque ſchiſmate, tum in Eccleſia, tum in Ordine Seraphico oborto. Item part. 2. in Conuentu ſancti Franciſci, Montis Feſularum, qui eſt 1. Prouinciæ Tuſciæ: item in 8. Conuentu eiuſdem Prouincię. Necnon Conuentu 2. 3. 4. Prouinciæ Sancti Bernardini. Item in Prouincia Sancti Angeli; & in eiuſdem Conuent. 1. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1390. §. 4. & 1399. §. 65. item tom. 5. ann. 1403. §. 1. 1405. §. 2. 1406 §. 103. 1407. §. 4. 1415. §. 25. & 26. 1418. §. 9. quo obiit: vultque illum eſſe virum incognitum cuius oſſa ſub ſummo altari, & linguam recentiſſimam aſſeruari dicit Gonzaga, ſed pro corde,

Digitized by Google

linguam regoſuit. Marianus lib. 4. cap. 10. Salazar. lib. 1. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 33. Ioannes à ſancta Maria lib. 1. Chron. Prouinc. ſancti Ioſephi cap. 4. Iacobillus in catalog. Epiſcop. Fulginenſ.

§. 2. *Beati Bernardini de Buſtis, Confeſſ.* [b]] Mediolanenſis Prouincia eum peperit. Qui cùm eſſet Philoſophicis diſciplinis ad nauſeam vſque inſtructus, iuris vtriuſque exactam peritiam conſequutus, ac ne quid deſideraretur, ſummos Theologos coæquaret; talia edidit opera, quæ ingenij ſui vim apud omnes prędicant. Vulgatæ, & iam ſæpius orbem peruagatę ſunt, ac paucis ab hinc annis iterum Venetiis prodierunt terſiſſimæ illius lucubrationes. Hic verè Religioſiſſimus fuit, & vitæ ſanctitate inſignis. Claruit ann. 1480. obiitque Malegnani. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi ſup. lib. 6. cap. 40. Ganzaga part. 1. ſup. in viris Ordin. Seraphic. doctrina illuſtr. item part. 2. in Conuentibus, ſancti Angeli Mediolani, & B. Mariæ de Miſericordia Malegnani, qui ſunt 1. & 19. Prouinc. Mediolanenſ. Willoto Athenar. orthodoxar. Franciſcan. littera B. & apud Beatum Bartholomæum Piſanum lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2 in viris ſcientia illuſtr. Ord. Minor. Viuebat adhuc ann. 1492. vt patet part. 1. ſui Marialis ſerm. 9 part. 3. Simlerus in epitom. Biblioth. Geſner. Sedulius in cap. 3. vit. S. Franciſc. §. 8. Toſſinianus lib. 2. ſup & Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 3. *Beati Franciſci de Villar. Confeſſ.* [c]] Hic cùm eſſet Ducis Segobricenſis primogenitus, aleretur que in Regia Caroli V. Imperatoris atque Hiſpaniarum Regis, ſimul cum eius filio Philippo II. Principe, accidit, vt inter colludendum puerili quadam bile (nondum enim quiſq iam illorum 11. Chriſti annum attigerat) liberiùs inſolentiuſque in Principem inſurgeret, quapropter ab eius morum magiſtro acriùs pro tanti Principis reuerentia correptus redargutuſque eſt: is verò ſibi ſummoperè timens, & Regiam deſeruit, atque incognitus in pauperis cuiuſdam ruſtici famulatum tranſiit. Cui cùm vili obſequio, per 5. annos continuos, non abſque maxima penuria, inſeruiſſet, accepta ab ipſo venia, Franciſcanum Hiſpalenſem Conuentum petiit, vbi ſub pauperrimi ruſtici ſpecie, proprio ſemper nomine atque proſapia occultis, Minoriticum habitum induit. In quo tantopere profecit, vt omnibus admirationis cauſa eſſet. Tandem deuentus ad 33. ſuæ ętatis annum, cùm in S. Zoili Antichere Conuentu moraretur, fortéque à panis mendicatione rediret, antiquum morum magiſtrum, qui ex Imperatoris mandato eum vbique perquirebat, in Conuentus veſtibulo offendit, à quo & agnitus fuit. Cùmque ille iuxta Regis præceptum, ipſum Regiæ reſtituere contenderet, rogauit humillimus Pater, ne id inconſulto Prouinciali Miniſtro, qui 40. tantum milliaribus indè diſtabat, fieret. Dúmque curſor, qui miſſus fuerat reuertitur, ipſe B. Franciſcus in acutiſſimam incidit febrem, ex qua tandem intra ſexqui diei ſpatium occubuit. Quod non abſque ſpecialiſſima Dei prouidentia factum exiſtimari debe: ; nam is (vt ſæpiùs ab aliis fratribus obſeruatum fuit) inter orandum Deum inſtantiùs interpellabat, ne ſe aliquando agnoſci permitteret, nevè ſuum genus, atque parentes proderet. Eius igitur obitu diuulgato, tota ferè ciuitas ad eius funus, atque exequias cōfluxit; magnaque ęmulatione ex aſtantibus quiſque contendit, vt vel habitus, vel chordæ particulam acciperet. Nec immeritò quidem, cùm per 17. annos, quibus in religione fuit, cœleſtem potius atque Angelicam quàm humanam vitam duxit. Obiit ann. Chriſti 1545. De eo ſcribunt Gonzaga part. 3. ſup. in præfato Conuentu Anthicherenſi, in ſuburbiis Cordubę vrbis, qui eſt 16. Prouinc. Bæticæ. Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 45.

Beata Maria à Corbya, Virg. [d]] Prima extitit Abbatiſſa, Monaſterij Surrigienſ. extructi circa ann. 1425. per B. Colettam Virginem: cuius fuerat comes ac ſocia indiuidua. Teſte Fodereto in deſcriptione ipſius, atque Molinenſis Monaſterij, & Abbavillæo Capucino in Hiſtorica Chronolog. B. Colettæ 3. ſtatu lib. 2. cap. 11. & 14. Vvadingho, tom. 7. ſup. ad 1499. §. 44. §. 4.

SEPTIMO IDVS MAII.

APud Sanctam Illuminatam, in Agro Tudertino, Beati [a] Ioannis Tentialbenæ, Confeſſoris: qui ſigno Crucis multis ægrotis ſanitatem contulit: & poſt mortem gloria miraculorum coruſcat. Auximi in Picœno, Beati [b] Philippi Aſculani, Confeſſoris: Humilitate, charitate, & ſignis admirandis, conſpicui. In Hiſpania, propè Villam-Nouam de Scapha fracta, Beati [c] Roderici à Beluiſio, Confeſſoris: qui mira vitæ puritate & innocentia emicuit, & ſancto fine quieuit. Lerenæ in Territorio Legionenſi, Beatæ [d] Ioannæ Chacchon, Viduæ, clariſſæ genere, & vitæ ſanctimonia illuſtriſſimæ. In Hiſpania, Beatę [e] Olaliæ Gomezię, Tertiarię: quæ patientia, Chriſtique mortificatione, & ſignorum gloria emicuit.

MAII IX.

§. 1. BEati *Ioannis Tentialbena, Confeſſoris.* [a]] Socius atque diſcipulus extitit Beati Iuniperi, obiit ann. 1313. apud locum Sanctæ Illuminatæ in Agro Tudertino: vbi & ſepultus eſt, miraculis ante & poſt mortem coruſcans: quorum meminerunt Marcus Vlyſſiponenſis ſecunda part. Chronic. Minor. lib. 7. capit. 23. ad ann. 1311. Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinc. Sancti Franciſci. Codex MS. Abbat. Sancti Victor. Pariſienſ. ibidem. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Religion. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor ſeraph. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Wadinghus tom. 1. ad ann. 1232. §. 24. & 25. & tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1291. §. 31. & tom. 3. ann. 1313. §. 10. ex Mariano cap. 7. Demetrius Tudertinus eius facta recenſuit.

Beati Philippi Aſculani, Confeſſoris. [b]] Præ deuo- §. 2.
tione

tione & humilitate coquinarij officium diligentiſſimè expleuit: ob præclaras eius virtutes ſpectabilis omnibus fuit; ad cuius egregia merita, Deus quamplurima operatus eſt miracula, ante & poſt illius obitum. Floruit ann. 1450. obiitque apud Conuentum Auximanum, in quo & ſepulturam nactus eſt, ann. 1459. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis parte tertia ſupra libro quarto, capite trigeſimo ſecundo, ſub annum milleſimum quadringenteſimum ſexageſimum primum, & libro ſeptimo, capite ſexageſimo-quarto, ad annum milleſimum quingenteſimum ſextum, Wadinghus tom. 6. ad ann. 1459. §. 30. poſt Marianum lib. 5. cap. 33.

§. 3. *Beati Roderici à Beluiſio, Confeſſoris.* [c]] Iuuenis religionem intrauit, & conſummatus in breui (deceſſit ſiquidem in florida ætate) expleuit tempora multa. Cùm enim placita eſſet Deo anima illius; propter hoc properauit Dominus educere illum de medio iniquitatis, ſibique certam ſuæ mortis horam ſignificare dignatus eſt. Nam ex hac vita migrauit abſque quo vllius peccati mortiferi labe ſe inquinatum vnquam ſenſerit. Ingenti gaudio exultabat, dum vltimus dies finis ſui apropinquabat; laudes Chriſto, ac Deiparę decantans, pro animæ ſuæ conſolatione. Magnis pœnitentiæ actibus ſeſe exercebat, quamuis infirmus; diſciplinis, vſque ad ſanguinis effuſionem, corpus aſſiduè edomabat: ita vt tunica ſanguine conſperſa eſſet, & plagas curare neceſſe fuerit. Hora octaua, cupiebat (vt ſibi cœlitùs reuelatum erat) emori in Chriſto; propterea quendam ex fratribus ſupplex exorauit vt horologium obſeruaret: quo pulſato, protinus ſpiritum emiſit, in Conuentu Deiparæ, vulgò, Dominæ noſtræ de Rupe-Amatoris, (qui eſt 11. Prouinciæ Sancti Gabrielis) ſub annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum nonum. Hæc ex Gonzaga parte tertia ſupra in pręfato Conuentu: Barezzo parte quarta, Chronic. Minor. libro tertio, capite decimotertio. Ioanne Baptiſta Molez; in Memoriali Prouinciæ Sancti Gabrielis. Rapinęo in Hiſtor. general. Origin. Recollector. decad. 4. part. 2. §. 21. & decad. 8. part. 1. §. 8.

§. 4. *B. Ioanna Vidua.* [d]] Prius nupta extiterat petro Alphonſo Duranti: poſt viri autem deceſſum, anno ætatis 50. ſororibus annumerata, mira vixit abſtinentia, & carnis maceratione, adhibita quotidie trium horarum oratione: illic obiit nonagenaria, apud Monaſterium S. Eliſabeth, Lerenæ oppidi: quod eſt 9. Prouinciæ S. Michaelis ita MSS. illius Prouincię; & Wadinghus tom 7. ſup. ad ann. 1496. §. 29.

§. 5. *Beata Olalia Gomeſia, Vidua, Tertiaria.* [e]] Floruit anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio; cuius heroica facta habent Blaſius *Luguina*, in ſuo memoriali: & Marianus libro ſexto Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. capit. 26. Thielmans tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin. Viduata etenim marito, pœnitentiæ culmen illico deſiderans, communibus feruentiorum aſperitatibus non acquieuit, ſed alia mortificationis genera adinueniebat. Quadrageſimas Eccleſię, & ſui Ordinis, necnon Virginis Deiparæ vigilias, victu panis & aquæ decurrebat. Ad hæc, diſciplinis in ſe, de hebdomada, ternis vicibus, deſæuiens; copioſum ſanguinem eliciebat. Humilitatem & paupertatem ſic excolebat, vt in omnibus, ſe omnium ſeruam faceret; paſſionem Dominicam iugiter, ſed non ſine lachymis, piè meditabatur. Grauata hydropiſi incurabili, cùm eſſet fermè octogenaria, patientiſſimè morbum tulit. Mirum autem, quàm fœliciter & ſanctè in Domino quieuerit: cuius gloriæ participes etiam extitere, particulę & veſtium eius oræ: quibus ſorores poſtmodum multa morborum genera ab infirmis pepulere.

SEXTO IDVS MAII.

NVrſiæ, in Vmbria Beati [a] Antonij, Confeſſoris: vita & miraculis celebris. Florentiæ, Beati [b] Andręæ de Collo, Confeſſoris: eximiæ abſtinentiæ, orationis atque contemplationis viri: qui & primus ex patribus Obſeruantinis Guardianatus officio functus eſt apud ſacrum Aluerniæ Montem: & ſanctitate vitæ conſpicuus obdormiuit in Domino. In Mexico, Beati [c] Ioannis à Granata, Confeſſoris: qui Commiſſarius Generalis Indiarum electus, religione, ac paupertate, pietatéque claruit, & ſanctè vitam finiuit. Maioricæ Balearium Inſulę, Beati [d] Petri-Ioannis Calafari, Confeſſoris, & concionatoris eximij: doctrina, pietate, & dono orationis ſublimis. Scalonę in Caſtella, Beatæ [e] Antoniæ Pachiecę, Virginis: quę illuſtriſſimo nata ſanguine, Chriſto ſponſo, in humilitate ſpiritus, ac ſęculi prorſus abnegatione, famulari maluit in terris, vt cum eo regnaret in cœlis.

MAII X.

§. 1. BEati Antonij. Confeſſoris. [a]] Viuebat 1330. ſepultus eſt Nurſiæ, hic Beatus Laicus: vbi nunc vſque miraculis fulget. Memoratur à Beato Bartholomæo Piſano, lib. 1. Conſirmitat. fruct. 8. & 11. in fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ Sancti Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marco Vlyſſiponenſi 2. part. Chron. Minor. lib. 8. cap. 33. §. 2. ſub ann. 1334. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religio. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor Seraph. in eo. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann 1265. §. 19 & ann. 1270. §. 27. Iacobillus de SS. Fulginatib. in B. Ioanne à Nurſia.

§. 2. *Beati Andrææ, de Collo, Confeſſoris.* [b]] Orationi erat addictiſſimus, in qua & varia cœlitùs accepit beneficia. Altiſſima contemplatione fruebatur, magnaque abſtinentia delectabatur: ob cuius raras virtutes, vitæque perfectionem; primùm ſacri Montis

Digitized by Google

Aluerniæ Guardianum egit, quem ſumma prudentia ac pietate rexit. Quo officio expleto, ad Conuentum Sancti Saluatoris Florentiæ ſe contulit; vbi cum maxima ſanctitatis opinione, anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, obdormiuit in Domino. Eius meminit Gonzaga ſupra parte ſecunda in eo Conuentu Florentino, qui eſt nonus Prouinciæ Tuſciæ. Item Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 48. Vvadinghus tom. 7. ad ann. 1476. §. 50.

§. 3. *Beati Ioannis à Granata, Confeſſoris.* [c]] Hic Granatenſi ciuitate Bæticæ tunc Prouinciæ natus; vir fuit perfectę religionis & virtutis, in paupertate excellens. Secundus Generalis Commiſſarius nouę Hiſpaniæ, poſt venerabilem Patrem, Beatum Alphonſum de *Rozas*; iterúmque poſtea Generalis Commiſſarius ſubſtitutus eſt pro Reuerendiſſimo Patre, Franciſco de *Oſſuna*; qui in generali Capitulo ann. 1535. Generalis Commiſſarius Indiarum electus, munus illud, grauiſſimis de cauſis, exercere non potuit. Viſitauit ſemper hic Beatus Ioannes Prouinciæ Conuentus nudis pedibus, vt ſemper aliàs incedere ſolebat, iter faciens; atque ita cùm ſanctiſſimè vixiſſet, migrauit ad Dominum ann. 1540. Sepultus eſt in Conuentu Mexicano; qui eſt primus Prouincię Sancti Euangelij. Gonzaga ibidem parte quarta ſuprà. Barezzus ſup. libr. 3. cap. 13. & 45. Marianus lib. 2. capite 16. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reffor-mat.

§. 4. *B. Petri Ioan. Confeſſ.* [d]] Maioricanus natione, illic Seraphicæ Religionis habitum ſumpſit. Inde in Hiſpaniam traiiciens, ad vniuerſitatem Salmanticenſem ſe contulit, vbi & Doctoratus gradu eſt potitus: & in ſuam Prouinciam reuerſus, Theologiam ſumma cum laude docuit. Magnus etiam concionator exindè euaſit, quòd litteris pietatem addiderit. Exemplar etenim vitæ ſanctæ in ſe præſtitit: profundiſſima humilitate, aliiſque virtutibus cùm eſſet apprimè exornatus, maximè in eo charitas elucebat, erga egenos, ægroſque fratres iacentes: quibus omnia charitatis munia, ex animo ſuppeditabat: quo ſpiritu ductus, viliora quęque Conuentus officia libentiſſimè explebat: abſque quo Lectiones Theologicas intermitteret, aut à Concionibus Feſtiuis & Dominicis, vel tantillum deſiſteret: aut ab oratione retardaret, cui diu vacabat, in eaque plurima cœlitùs ſibi conferebantur beneficia. Corpus ſuum diſciplinis ſic aſperis caſtigabat, vt circum circa ſanguinem ſpargeret. Concionabatur tanto cum ſpiritus feruore, talique zelo ſalutis animarum, quaſi eſſet alter Apoſtolus. Cùm vltimam ageret quadrageſimam apud Maioricam inſulam, quotidieque prædicaret; ieiunium in pane & aqua ſeruaret, haud contentus eſt, ſed vtribus, vel etiam quatuor diebus in hebdomada, à cibo abſtinebat. Præterea ſit ingens eius orationis feruor, vt ſæpè genuflexus in occaſu ſolis, immobilis permaneret ibidem, velut S. Antonius ad vſque ortum eiuſdem Aſtri. Demùm tantorum laborum ac bonorum fructum percepturus à Domino, diem ſui obitus pręſciuit, qui fuit 10. Maij, ann. 1572. cùm prius ſacramenta multis cum lacrymis ac deuotione recepiſſet. Eo mortuo, corpus eius repertum eſt cathena ferrea cinctum, ſanguine cruentata per totum, caro verò liuida, ac veluti diſciſſa & ſanguinolenta. Ita Monimenta præfatæ Prouinciæ Maioricenſ. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 75.

B. Antoniæ Pachieca, Virg. [e]] Hæc pia heroïna, §. 5.
Didaci *Pachieci*, Villenici Marchionis fuit filia, quæ cuncta pro Chriſto contemnens, monaſterium Conceptionis B. Marię Scalonæ ingreſſa eſt: vbi alta iecit humilitatis fundamenta; & præclaris virtutibus exornata, ſanctiſſimè in Chriſto obdormiuit: ibique ſepulta eſt. Floruit ann. 1525. De ea Agunt Gonzaga ſup. part. 3. in præfato Monaſterio, quod eſt 28. Prouinc. Caſtellæ, & Barezzus, ſup. lib. 1. cap. 54. ad ann. 1527. Valerianus, de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 11.

QVINTO IDVS MAII.

APud Cereth in Valachia Minori, Beatorum [a] Fratrum Duorum Martyrum; qui ab infidelibus arbores adorantibus, ſunt, ob Chriſti fidem, iugulati. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [b] Angelici, Confeſſoris: vita cœlica conſpicui. Fabriani, in Picœno, Beatorum [c] Hugolini & Iacobi, Confeſſorum. Mexici in India Occidentali, Beati [d] Iacobi à Monte, Confeſſoris; qui Guardianatus ac Diffinitoriatus muniis perfunctus; mira ſimplicitate, paupertate, atque patientia eluxit. Guadalupe in Hiſpania, Beati [e] Benedicti à Cogolutho, Confeſſoris: genere, patientia, & charitate ſpectabilis. Petrochij in Hiſpania, Beati [f] Franciſci à Zamorra, Confeſſoris: oratione, Prophetiæ dono, & ſignis admirandis præclari. Manilæ in inſulis Philippinis, Beati [g] Ioannis Clementis, Confeſſoris: qui humilitate, & charitate plenus, tanto ſpiritus feruore ſaluti Indorum operam dedit; vt & multos ad fidem conuerterit: aliiſque viam perfectionis complanauerit: & fundator Manilenſis Xenodochij pro omnium indigentium, & infirmorum ſubleuatione extiterit: vbi ipſe, vſque ad finem vitæ inſeruiens, migrauit in cœlum, coronam percepturus à Domino. Villæ-Nouæ Archiepiſcopi, in territorio Giennenſi, Beatæ [h] Mariæ Gomeziæ, Virginis Tertiariæ.

Digitized by Google

MAII XI.

§. 1. **B***Eatorum Duorum Fratrum Martyr.* [a]] Hi Martyrio coronati ſunt ann. 1377. ſecundum Marcum Vlyſſiponenſ. 2. part. Chron. Minor. lib. 9. cap. 33. At iuxta B. Bartholomæum Piſanum lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. in Vicaria Ruſſiæ circa an. Domini 1378. quod confirmat Wadinghus tom. 4. eod. anno §. 12. Aliorum quinque martyrum ibid. occiſorum, circa ann. 1342. meminit idem Wadinghus tom. 3. eo anno §. 14. ex Piſano ſup. Apud Vilnam caſtrum Liuæoni.

§. 2. *B. Angelici, Confeſſ.* [b]] Huius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 4. cap. 7. ſub ann. 1282. ob eius ſanctitatem, vitamque Angelicam, cognominatus eſt *F. Angelicus*: ſepultus iacet in Conuentu Parienſ. ſic & Wading. tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1283. §. 7.

§. 3. *Beatorum Hugolini, & Iacobi, Confeſſ.* [c]] Inter pios viros, qui in Conuentu Fabrianenſi, doctrina, & ſanctitate claruerunt, hi præcipui fuere: Fratres germani, Fabrianenſes, generę nobiles. Videatur Chronicon Fabrianenſe à B. Franciſco Fabrianenſi conſcriptum, & Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1268. §. 3.

§. 4. *B. Iacobi, Confeſſ.* [d]] Ex D. Gabrielis Prouincia nouam Hiſpaniam cum his Religioſis venit, qui ſecundò eò profecti ſunt. Vir erat eximiæ ſimplicitatis, perfectionis, orationis, paupertatis, & patientię amantiſſimus in omnibus ſuis laboribus, & infirmitatibus, Guardianatũ cũ ſępè exercuit in Prouin. S. Euágelij: ac Diffinitoriatus officio functo, ſanctiſſimè obiit, ſepultus in Conuentu Mexicano, qui eſt 1. eiuſdem Prouinc. S. Euangelij. Florebat circa ann. 1550. memoratur à Gonzaga, 4. part. Orig. Seraph. Relig. in eo Conuentu. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 34. Rapinæo, in Hiſtor. general. Orig. Recollector Decad. 7. part 3. §. 21. Mariano lib. 2. cap. 4. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Refformat.

§. 5. *B. Benedicti, Confeſſ.* [e]] Scribit de eo Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S Ioſeph. lib. 2. cap. 37. & part. 2. lib. 3. cap. 31. Hic nobili genere natus; illuſtrioribus virtutis, perfectionis, ac ſanctitatis radijs in orbe refulſit. Egregia eius facinora ſcripta adhuc extant. Sanctiſſimè obijt apud Guadalupam: floruit ad ann. 1590.

§. 6. *B. Franciſci, Confeſſ.* [f]] Laicus erat, vir ſimplex, & humilis, tantæque pœnitentiæ, vt ſemper aſpero cilicio vſus ſit ad carnem, ſiue laborando, ſiue dormiendo. Feruentiſſimus cùm eſſet, maiorem noctis partem, in oratione conſumebat: in qua, & complures cœlitùs reuelationes accepit, & ſpiritu Prophetię extitit adornatus. Ingentes colluctationes cum Dæmone viſibiliter apparente habuit, quem toties ſtrenuè ſuperauit, de eoque victorias haud modicas retulit. Viuens nonnulla edidit miracula & poſt mortem corpus eius cœleſtem quemdam exhalabat odorem, magnumque de ſe mittebat ſplendorem: nec mirum, cùm & ipſe ſanctitatis veluti prodigium extiterit. Iacet in Conuentu S. Mariæ de Succurſu, Petrochij; qui eſt 11. Prouinciæ Angelorum: vbi magna habetur in veneratione: Teſte Daça, part. 4. Chronicor. Minor. lib. 1. cap. 42. & lib. 3. cap. 7. ex Monimentis præfatæ Prouinciæ, ad ann. 1570. quo floruit.

§. 7. *B. Ioannis Clementis, Confeſſ* [g]] Cùm B Petrus Alpharus (de quo 2. April ſup.) Cuſtos Fratrum Minorum Diſcalceatorum cuſtodiæ S. Gregorij inſularum Philippinarum, ad has partes traiecit, ſocium habuit, hunc B. Ioannem-Clementem, Religioſum Laicum, humilitate, charitate, & zelo conuerſionis animarum pollentem. Cernens autem ſe ad eum effectum fore inutilem, quandoquidem nec legere, neç idioma illius Regionis poſſet addiſcere: viliorum officiorum Conuentus curam in ſe aſſumpſit, iiſque omnibus, tanta cum charitate, & integritate vacabat, quaſi vnico eſſet occupatus. Tanta erat eius commiſeratio erga pauperes, & infirmos dùm Oſtiarij munus ageret; vt illis abundanter ſuccurreret, iis verò mederetur incunctanter, non ſolùm pharmacorum vi remediorum, ſed & ſola ſanctiſſimi nominis Ieſu inuocatione. Cuius rei fama vbique locorum peruolante, Indorum turba tantoperè excreuit, vt ſeruus Chriſti tunc cogitauerit de conſtruendo Hoſpitali propè Conuentum. Piis eius votis fauit Diuina maieſtas: nam, & fabrica completa eſt, ſub. an 1580. & tot ſupellectilium copiis inſtructa, vt non ſolùm pauperum, & infirmorum: ſed diuitum etiam atque nobilium officina euaſerit. Vocatum vulgari lingua, *Xenodochium miſericordia Fratrum Diſcalceatorum*: quod illis maximè diſplicuit; quippe qui dominij aut patronatus, vel ſolùm nomen timentes, vti Fratres decet Minores, res proprias omninò reiecerunt. Quare illud deinceps appellarunt *Xenodochium S. Anna*: cuius amplitudinem, ac priuilegia deſcribit Gonzaga, 4. part. ſup. in Prouincia S. Gregorij nouæ Hiſpaniæ.

§. 8. Porrò, B. Ioannes, non tantum corporibus, ſed & medebatur mentibus. Nam multos infidelium Indorum conuertit ad Chriſtum: & complures Chriſtianos ad meliorem vitæ frugem reduxit, Tum demùm plenus dierum, & bonorum operum, in febrim incidit; qui cùm cerneret ſe morti appropinquare, ſummè exoptabat illá inter ægros ac pauperes, vbi patri miſericordiarum ſic ex corde famulatus erat. At voci ſui Superioris obtemperans, ex Hoſpitali in Infirmariam Conuentus adductus eſt; & aſtantibus fratribus, ſacramenta Eccleſiaſtica, admiranda pietate ſuſcepit: ſanctiſſiméque ſpiritum exhalauit. Ad eius exequias tota penè ciuitas Manilenſis cucurrit. Illis namque interfuere Archiepiſc. Canonici, cum Clero, & cũcti Ordines Regulares. Prorex, cum Curia: Duces & præſidiarij milites: nobiles, & commune vulgus, cũm infinita Indorum multitudine, pedes eius oſculari & manus, certatim propulſabant: habitus præſegmina ſic auidè pro Reliquiis captabant, vt ter eo ſpoliarint, nudumque corpus reliquerint. Vide Ioannem à San. Maria part. 1. Chronic. Prouinciæ S. Ioſephi lib. 2. cap. 42. ex Antiq. Monimentis Ordinis

§. 9. *B. Maria Gomez, Virg.* [h]] Miraculoſis orationibus clara fuit; Nam qua die ex Villa-noua proceſſio ſolemnis ad Eremitorium, quod *Fontis ſancti* nominabatur, inſtituta eſt, ipſa peditans in communitate, tanto ferebatur impetu orationis in Deum: vt videntibus plurimis amplius vno cubito de terra ſublimata, immobilis in aëre, & longo quidem tempore ſubſiſteret. Moritur plena virtutibus, in Monaſterio S. Franciſci de Villa-noua-Archiepiſcopi, quod eſt 11. Prouinciæ Carthaginenſ. Tempore B. Tereſiæ *Sanctia*, viduæ, eius Superioris (de qua 9. Iannar. ſup.) teſte Blaſio Loghina in ſuo Memoriali, & Mariano lib. 6. Chronicorum ſtrictior. Obſeruant. Refform. cap. 29. & Thielmans tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Digitized by Google

QVARTO IDVS MAII.

SVrrenti in Picœno, Beati [a] Cherubini à Ciuitella, Martyris: qui Turcarum furori expoſitus, iugulum pro Chriſto præbuit. In Florida Americæ Prouincia, paſſio Beatorum [b] Balthaſaris, & Petri, Martyrum: qui ob fidei prædicationem à Barbaris Caçacolonis comprehenſi, & in ignem proiecti, tranſierunt in refrigerium. Ciuitatis nouæ, In Territorio Firmano, Beati [c] Iacobi à Monte-ſancto, Confeſſoris; cœleſtium rerum contemplatione, & miraculis clari. Romæ, Beati [d] Bernardini Aſtenſis, Confeſſoris; ſcientia, & eloquentia ac pietate inſignis: qui ob egregias eius virtutes, Vicarius Generalis Congregationis Capucinorum electus, familiam ſibi creditam, ſumma humilitate, prudentia, & charitate rexit, miraculiſque clarus exceſſit è vita. Mirtilli in Luſitana, Beati [e] Antonij à Sancto Vincentio, Confeſſoris, morum probitate, & vitæ integritate conſpicui: qui primus Prouincialis factus Prouinciæ Sancti Antonij Portugalliæ, Religione, & ſanctitate plurimùm emicuit. Plici in Hiſpania, Beati [f] Sebaſtiani à Caſis, Confeſſoris: eximiæ humilitatis, & paupertatis viri. Valentiæ item in Hiſpania, Beatæ [g] Barbaræ Traueriæ, virginis: vitæ perfectione, ac ſpiritu Prophetico ſpectabilis.

MAII XII.

§. 1. BEati *Cherubini Martyr.* [a]] Doctiſſimus erat, Prouinciæque S. Bernardini alumnus: cùm ann. 1556. à Turcis captus, crudeli morte, pro Chriſto, necatus eſt. Illius meminerunt Monimenta eiuſdem Prouinciæ, & Daça, 4. part. Chronicorum Minor. lib. 3. cap. 49.

§. 2. *Beatorum Balthazar, & ſoc. Martyr.* [b]] Prior, Prouinciæ Burgenſis filius erat, alter verò Prouinciæ Caſtellæ: qui ſimul Floridam proficiſcentes, cùm illùc tandem perueniſſent, verbumque Dei diſſeminaſſent; ab efferatis gentibus de Caçacolo, tenti, igne combuſti ſunt, ann. 1587. vide Daçam. ſup. lib. 2. cap. 53.

§. 3. *B. Iacobi, Confeſſ.* [c]] Floruit in Conuentu Ciuitatis nouæ (qui eſt 10. Prouinciæ Marchiæ) circa ann. 1270. Laicus profeſſione, qui orans ſæpenumero rapiebatur, ſigniſque emicuit: ſepultus eſt in æde Parochiali. Scribunt de eo Toſſinianus lib. 2. hiſtor. Seraphic. in Prouincia Marchiæ, vbi de cuſtodia Camerini. Vvadinghus tom. 4. Annal. Minorum. ibid. ad ann. 1299. §. 30.

§. 4. *B. Bernardini, Confeſſ.* [d]] Vir admodum eruditus erat, eloquentia eximia præditus, deuotiſſimus, & rerum cœleſtium aſſiduæ contemplationi addictus. Qui cùm aliquando ex Obſeruantina Familia ad Patres Capucinos tranſmigraſſet: electus fuit ſecundus Generalis, Congregationis Capucinorum moderator, ann. 1535. in Capitulo Generali Romæ habito: iterumque ibidem ann. 1546. quo in munere, hanc familiam pluribus annis prudentiſſimè rexit: quippe qui eximia humilitate, charitate, & vrbanitate in omnes ſibi ſubditos exundauerit. Inter alia autem miracula ab eo edita, aquam in vinum conuertit: ſæpéque in extaſim raptus, viſus eſt à terra ſubleuatus in aëre. Memoratur à Marco Vlyſſipponenſi part. 3. Chronic. Minorum lib. 9. cap. 15. qui tamen hallucinatus, ait ipſum fuiſſe primum Generalem Capucinorum. Item à Toſſiniano ſup. lib. 2. vbi de Capucinis: Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 57. Manipulo Fratrum Minorum, in cap. 7 Regul. Franciſcan. Appendice ad Galliam Chriſtian. in Generalibus Capucinor. Ioanne Baptiſta Peruſio, in præludio ad vitam B. Fœlicis à *Cantalicio*; Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1554. quo obiit. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Grattina, in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 5. *Beati Antonij, Confeſſ.* [e]] Fœlix fauſtumque omen ibit, quòd ſicut Fratres noſtri Recollecti, & diſcalceati in Luſitania, Prouinciam erexerint, ſub titulo S. Antonij Portugalliæ ann. 1568. Ita eiuſdem Prouinciæ primus Prouincialis creatus extiterit hic B. Antonius à S. Vincentio, qui proximè Cuſtodiæ primus etiam munus obierat ann. 1565. vir non admodum litteris excultus, religione verò, virtute, & ſanctitate præclarus. Is per ſeptem continuos annos ſumma pace, & tranquillitate, in gubernatione fuit. Cùmque ſexageſimum annum excederet, Prouinciam ſemper pedibus luſtrauit: quatuorque Conuentus in oppidis maximè opportunis oblatos accepit, quos ipſe ædificari, perficique iuſſit. Qua de re Gonzaga, de Origine Seraphic. Relig. part. 3. in præfata Prouincia, ſub initio: qui, & teſtatur diem clauſiſſe extremum, apud Conuentum S. Franciſci Mirtilli, quod oppidum nunc *Vianna* appellatur: *Hic etiam* (inquit) *cùm Guardiani munus obiret, è vita ceſſit, humatuſque eſt in periſtylio primus Prouincialis huius Prouinciæ: de cuius probitate, & ſanctis moribus, breuius quidem eſt actum, quàm pro magnitudine præſtantiſſimarum virtutum, in quibus mirabiliter ſemper floruit, oportuerat.* Hæc ille in eo Conuentu, qui eſt 3. ipſius Prouinciæ. Eadem confirmat Vvadinghus, ſup. ad ann. 1392. §. 20.

§. 6. *B. Sebaſtiani, Confeſſ.* [f]] Humilitati plurimùm ſtuduit hic B. Laicus, Sebaſtianus à *Caſis*, Vulgò *De las Caſillas*: tantoque fœlicem excoluit paupertatem, vt habitum vnicum, ipſumque veteranum, lacerum, atque penè diſciſſum tulerit. Excalceatus ſemper inceſſit: ſeipſum deſpiciens, cupienſque ab aliis contemni, eo

ni, eo quòd viribus minus valeret, naturaque debilis eſſet. Propterea, optabat, ſi licuiſſet, incognitus per orbem diſcurrere, hoſpitalia ſemper frequentare; inter pauperes commorari, pedibuſque aliorum conculcari, veluti omnium peripſema, ſæpè à Dæmoniis exagitatus, ſæpius de illis triumphauit, quibus tandem formidabilis euaſit. Hæc ex Ioanne à ſancta Maria part. 2. Chronic. Prouinc. S. Ioſephi, lib. 4. cap. 25. florebat ann. 1590.

§. 7. *B. Barbara, Virg.* [g]] Hæc optimis moribus exornata, ad virtutis brauium, miro perfectionis exercitio, ſe accinxit. Multa cœlitùs præuidit futura. Obiit Valentiæ in Monaſterio Conceptionis B. Mariæ, quod eſt 1. Prouinciæ Valen. vbi Gonzaga part. 3. ſup. ſic eius meminit. *Floruit denique ſacra hæc domus ſanctiſſimis monialibus, iiſque plurimis: nempe ſorore Barbara Traueria, quæ Chriſtum Dominum iumento inſidentem, eo ipſo modo, quo Hieroſolymam, applaudente turba, atque Hebræorum pueris hilariter conclamantibus Oſanna filio Dauid, ingreſſus eſt, dùm reliqua ſorores Dominica in ramis Palmarum, proceſſionaliter incederent, videre meruit; quæque plurima futura per diuinam reuelationem præuidit.* Eadem refert Barezzus ſup. lib. 2. cap. 12. ad ann. 1513. Valerianus de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 15. Wadinghus. in Additionibus. ad tom. 1. Annal. Minor. §. 49.

TERTIO IDVS MAII.

IN Tuſcia, Beati [a] Girardi, Confeſſoris, Tertiarij, ſignis, & virtutibus clari. Toleti, Beati [b] Heruæi, Confeſſoris: cuius vita, & mors magnis nobilitata eſt miraculis. Fulginij in Vmbria, Beati [c] Antonij Hungari, Confeſſoris, Tertiarij: admirandæ pietatis, humilitatis, & charitatis viri. In Territorio Burdigalenſi, Beati [d] Thomæ Illyrici, Confeſſoris: vitæ auſteritate, ac ſpiritu Prophetico, nec-non ſignorum gloria celeberrimi. Barcinonæ, in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [e] Boixi, Confeſſoris: Doctoris eximij, qui pietate ac religione pollens, ſancto fine quieuit. Turribus-Nouis in Luſitania, Beatæ [f] Helenæ à Latere, Virginis, Tertiariæ: quæ patientia, ac vitæ perfectione eluxit. Bellalcazari in Territorio Cordubenſi, Beatæ [g] Mariæ ab Incarnatione, Virginis: virtute orationis, & mortificationis operibus inſignis.

MAII XIII.

§. 1. BEati *Girardi, Confeſſoris,* [a]] Cognominatur à *Villa-Magna*, Oppidulo IV. à Florentia lapide: obiit anno 1277. hac die, feria 2. Pentecoſtes, continentia, humilitate, charitate, & miraculis conſpicuus: vti liquet ex antiqua eius Legenda, Mariano in Appendic. tom. 1. De Sillis, in cap. 1. Regul. tertij Ordin. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1277. §. 12. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Salazar. lib. 6. Chronicorum. Prouinc. Caſtellæ cap. 25. Alij verò contendunt, ipſum prius fuiſſe Equitem Hoſpitalarium, Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani: deinde habitum tertij Ordin. Minor. ſumpſiſſe de manu D. Franciſci, ac deníque ſanctitate conſpicuum deceſſiſſe, ann. 1242. ita Boyſſat. lib. 2. Hiſtor. horum Equitum, ex Ioan. Boſio. & aliis Monumentis eiuſdem Ordinis, & Bzouio tom. 13. ad ann. 1241. §. 15.

§. 2. *B. Heruei, Confeſſ.* [b]] Miraculis maximis claruit: nam expoſito pallio ſuo ſuper fluuium, aſcendit fiducialiter ſuper eum, ſicque virtute Diuina aquam tranſuadauit; mortuos ſuſcitauit ad vitam, puluis ſepulchri eius liberat à febre tertiana. Obiit Toleti circa ann. 1342. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Caſtellæ, ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ ibid. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ SS. Hiſpan. cap. 7. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 48. §. 2. ſub. ann. 1342. Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic Relig. in BB. viris huiuſce Ord. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadingh. tom. 1. ſup. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Salazar. lib. 2. cap. 20. ſup.

§. 3. *B. Antonij Hungari, Confeſſoris,* [c]] Hungarus erat natione. Venit autem in ſacram Vrbem, peregrinationis, & magnæ indulgentiæ iubilæi lucrandi cauſa, anno 1350. vbi moram aliquot annis traxit, viſendis ſanctorum liminibus, operibuſque pietatis exercendis totus intentus. Opportuniori veſte, & vitæ genere, Deo famulaturus, tertij Ordinis ſancti Franciſci habitum ſuſcepit, & leges obſeruauit. Deindè tanti Patris ſepulchrum veneraturus, & celebris indulgentiæ *Portiunculæ* merita aſſecuturus, Aſſiſium profectus eſt. Hinc reuerſus Fulgineum, Anno 137. in morbum incidit, ductuſque ad Xenodochium S. Spiritus, multiplicem expertus eſt miniſtrorum charitatem. Recuperata valetudine, ſtatuit, quæ recepit opera miſericordiæ erga alios exercere, & infirmorum, pauperumque obſequiis operam ſuam omnem, vitamque locare.

§. 4. Nihil illo manſuetius, nihil benignius, nihil erga proximum beneficentius, infirmos curabat, alebat, confortabat: expoſitos infantes tenerrimè fouebat, piè educabat, inſtruebat, pauperes, & peregrinos chriſtianis proſequebatur officiis. Abſtinentiæ, & pœnitētiæ erat admirabilis, orationis aſſiduæ, & profundæ humilitatis, factus virtutum exemplar omnium, tantam obtinuit in populo opinionem, vt ad eum omnes recurrerent, anguſtiati pro conſilio, afflicti pro remedio, tentati pro ſuffragio. Tandem annis, & meritis plenus, longa purgatus infirmitate, quam patientiſſimè tolerauit? præmiſſis Chriſtiani hominis muniis,

Digitized by Google

receptiſque ſanctæ Eccleſ. Sacramentis, piè obdormiuit Fulginij, die hac. Corpus honorificè, concurrente vniuerſo populo, in quodam Sacello Eccleſiæ prædicti Xenodochij poſitum eſt, & perpetua populi reuerentia celebratum, Deo plurimis per eius interceſſionem benefaciente. Poſtremò, anno 1608. tranſlatum eſt ad aram Templi maiorem, ſupra quam in nobili theca integrum, & illæſum, omnium exponitur venerationi, operâ R. P. Melchioris à Valle Tullenſi in Gallia, præfati Xenochij Prioris. Ita Iacobillus de SS. Fulginatibus. in eo, & in Epiſcopis Fulginatib Vvadinghus, tom. 4. ſup. ad ann 1398. § 1.

§. 5. *B. Thomæ, Confeſſoris,* [c]] Hic verè *Caſſandra* malorum, quæ poſtea per Galliam euenerunt, cognominatus eſt; ob ſpiritum Propheticum, quo futura prædixit, dùm apud Burdegalam concionaretur, annis 50. antequam euenirent. Sanctus homo, vulgò appellabatur, vir enim erat optimæ ſanctæque vitæ; qui totum perluſtrabat vniuerſum, prædicans pœnitentiam, & iram Dei annuntians proximam. Dùm in vrbem aliquam aduentaret, omnia ludicra, atque diſſolutiones vulgares penitùs ceſſabant, pietas ac deuotio his ſuccedebat? ex omnibus Prouinciarum partibus populi ad eum viſendum accurrebant, ita vt in plateis compulſus ſit verbum Dei annuntiare, eo quòd Eccleſiæ quantumuis amplæ anguſtiores reputarentur. Cilicio indutus erat, vitæ auſteritate clarebat, loca magis ſolitaria requirebat, quapropter Burdegala, maritima petiit, verſus capitale *Buchi*: vbi ædiculam quandam ligneam extruxit in honorem Deiparę Virginis, intra Montana *Pinoſa*, in qua poſuit imaginem eiuſdem Dei Genitricis Mariæ, quam fortè repererat ad littus maris. Miraculis clarus ibidem ſancto fine quieuit. Tractatum edidit, cui talis præfigitur Titulus. *Conditiones veri prælati*, qui extat apud virum clariſſimum Florimundum *Remundum*, Conſiliarium Regium, in Parlamento Burdigalenſi. Quo autem tempore vixerit, inde coniicere poteſt: nam ann. 1570. ob ingentia mala, quæ Galliam tunc diuexabant, quique ſuperſtites acclamarunt ea eſſe, quę vir Dei præfatus, iam annis 50. tranſactis, præuidendo annuntiarat: ſicque florebat circa ann. 1520. Vide eundem prænominatum Florimundum, lib. 1. de ortu, progreſſu, ac occaſu hæreſis, cap 3. §. 4. & 5. Item lib. de Antichriſto, cap. 7. §. 3. Hilarionem à Coſta, lib 1. hiſtor. Catholic. pag. 86. in vita eius. Poireum de triplici Corona Virginis, tract. 1. cap 12. §. 4. numer. 36. Albam-ſpinęam, in fine notation. ad Regul. D. Franciſci, in Breui Memoriali Ord Minor. pag. 412. Auximi in Picœno, natus erat; pluraque alia opuſcula ab eo compoſita feruntur; quorum meminerunt Toſſinianus lib. 3. ſup. Gonzaga part. 1. ſup. in ſcriptoribus Franciſcan. Poſſeuin. in Apparatu ſacro.

B. Boixi, Confeſſoris, [e]] Religioſiſſimus, pariter-
§. 6. que Doctiſſimus, ac in ſacra Theologia Magiſter extitit circa ann. 1525. qui Carthuſianis Patribus, apud quos communem cum illis normam profeſſus fuerat, relictis, Minoritis Prouinciæ Cathaloniæ patribus, quibus, & ad vltimum vſque vitæ halitum; ſanctiſſimè conuixit, aſſociari voluit; diemque clauſit extremum in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Barcinonenſi, vbi magna in veneratione habetur. Gonzaga meminit eius part. 3. Orig. Seraphic. Relig. in pręfato Conuentu, qui eſt eiuſdem Prouinc Barezzus 4. part. Chronicor. Minorum. lib. 1. cap. 66. ſub. ann. 1526. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1427. §. 38.

B. Helenæ à Latere Tertiariæ, [f]] Floruit ann. 1530. §. 7.
maximo totius ſanctitatis exemplo; hæc Religioſiſſima virgo, in qua patientiæ virtus in perferendis tribulationibus, infirmitatibus, aliiſque anguſtiis, (maximè verò in vltima aduerſa eius valetudine, in qua, poſt multiplicem repetitionem illius ſententiæ. *Omnis qui innocauerit nomen Domini, ſaluus erit*, animam cœlo reddidit: corpus interim ſumma claritudine reſperſum deſerens, cõſororibuſque ſui magnũ deſiderium relinquens,) mirum in modum enituit. Obiit in Monaſterio ſancti Spiritus Turrium Nouarum Oppidi, quod eſt 18. Prouinc. Portugalliæ. Scribit de ea Gonzaga ibid. in eod. Monaſterio, & Barezzus ſup. lib. 2. cap. cap. 53. ad annum 1534. Blaſius Laguina, in ſuo Memoriali. Marianus lib. 6. Chronicorum ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 21. & Valerianus de SS. Fœminis Ordinis Minorum. lib. 4. cap. 29. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin.

B. Mariæ, Virginis [g]] Virtute, & ſanctitate luxit §. 8.
incomparabili: orationi tantopere inſiſtebat, vt noctes in ea conſumeret, & ſæpe leuaretur à terra in altum. Ob ingentes pœnitentias, continua ieiunia, vigiliaſque prolongatas, & copiam ſui ſanguinis, ex frequentibus diſciplinis, in terram decurrentis, magnam contraxit infirmitatem, & veluti exanimis, cunctis priuata ſenſibus ſemel remanſit, nullo remedio ſibi opitulante; cui tunc virgo Deipara apparens, futuram ſoſpitatem promiſit, atque mox recuperata priſtina ſalute, infra duos dies conualuit omninò, & ſana feſto Purificationis eiuſdem B Virginis Dei genitricis interfuit Verùm, prioribus vacans mortificationis exercitiis, iterum viribus deſtitui cum ſe cerneret; mortique appropinquare; ſacrum viaticum piè excepit, ac paulò poſt ſanctè in Domino obdormiuit apud Monaſterium S. Clarę Bellalcazaris, quod eſt 1. Prouinc. Angelor quæ fœlix ac glorioſa multis eiuſdem loci ſororibus poſt obitum apparuit; vti conſtat, tum ex ipſius Monaſterii Archiuis, tum ex Daça 4. part. Chronicorum Minorum lib 3. cap. 77. clarebat ad ann. 1570. Alia eſt à B. Maria ab *Incarnatione* Virgine: quæ Palmæ, in Monaſterio S Claræ (quod eſt 2. eiuſdẽ Prouinciæ) Inſigni ſanctitate refulgens, obiit. ann. 1605. vti refert idem Daça lib. 4. cap. 50.

PRIDIE

Digitized by Google

PRIDIE IDVS MAII.

IN India Occidentali apud Chile Regnum, Beati [a] Anonymi, Martyris; quem fames vel ſitis minimè potuit ſeparare à charitate Chriſti. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Barbari, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci ſocij; qui altiſſimæ paupertatis amator, & vitæ ſanctitate extitit præclarus. Ibidem, Beati [c] Ioannis à Luca, Confeſſoris; qui ieiunio, oratione, & humilitate, necnon, & caſtimonia emicans, fœlix migrauit in cœlum. Veroladi, in Territorio Burgenſi, Beatæ [d] Caſildis Calderoniæ, Virginis; quæ mira patientia, & humilitate, ac Religione à Chriſto ſponſo eſt exornata. Salmanticæ, Beatæ [e] Annæ-Mariæ à ſancto Ioſepho, Virginis; quæ multarum virtutum cumulata fructu, ſancto fine quieuit, & miraculis coruſcauit.

MAII XIV.

§. 1. *Beati Anonymi, Martyris*, [a]] Inter Fratres Minores, qui orta perſecutione, ſtrenuè decertarunt pro Chriſti fide ſuſtinenda; hic B. Frater Laicus, veluti Anteſiganus adnotatur, fame necatus, ab impiis Indis Chilani Regni, circa annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum nonum. Teſte Daça, quarta parte Chronicorum. Minorum. lib. 2. cap. 60. ex Memoriali Prouinc. S. Trinitatis de Chile.

§. 2. *B. Barbari, Confeſſoris*, [b]] Aſſiſias erat, & multarum virtutum titulo inſignitus. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus, libro primo, Conformitat. fruct. 8. vbi de Fratribus Minor. ſanctit. illuſtr. in Prouinc. S. Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. prima parte Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 10. & lib. 6 cap. 55. D. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. Firmamentum trium Ordinum, tract. 1. in Memoriali Ordinis Minorum. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eo. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ann. 1209. §. 36. 1219. §. 54. 56. & 1232. §. 23. ex Mariano, cap. 7. Quo autem loco ſacrum eius Corpus iaceat, non omnium eadem eſt ſententia. Vlyſſiponenſis lib. 6. ſup. ſcribit tumulatum fuiſſe Aſſiſij, in Conuentu ſancti Franciſci, at Gonzaga ſup & part. 2 in Conuentu S. Mariæ de Angelis, iuxta Aſſiſium, qui eſt 1. Prouinc. S. Franciſci, vult illic obiiſſe ac ſepultum eſſe, ad quod inclinat B. Piſanus ſup. in fin. dicens, quòd vbi iaceat non habetur, niſi dicere velimus, humatum eſſe apud S. Mariam de Angelis, ſic & Toſſinianus. Corrigendus eſt Gonzaga, part. 1. ſup. ex vno B. *Barbaro*, duos faciens omninò diuerſos: obiit circa ann. 1232.

§. 3. *B. Ioannis à Luca, Confeſſoris*. [c]] Ex nobiliſſima familia *Bonuiſiana* originem duxit; à iuuentute Deo cœpit ex toto corde inſeruire. Nam ieiuniis, & abſtinentiis deditus erat, aliorum petulentiam puerorum deuitans, maximè incubuit puritati ac candori, tum animi, tum corporis: illibatam ſemper cuſtodiens ſuæ caſtitatis integritatem. Adoleſcens factus Hiſpaniam adiit, mercatorum deputatus negotiis, vbi rebus pro voto ſuccedentibus, aut elatus eſt, aut profuſior in vanitatibus euaſit; ſed modeſtis amictus veſtibus, cuncta ſæculi ac mundi oblectamenta pro Chriſto eſt aſpernatus. Immò magis ac magis de virtute in virtutem proficiens, decreuit omninò mundum deſerere, Religionemque Seraphicam profiteri. Propterea expletis, quæ in Caſtella ac Luſitania gerebat, negotiis, habitum Religionis ſuſcepit apud Patres Conuentuales Arragoniæ; vbi maximum ſpiritus feruoris, & perfectionis vitæ concepit incrementum. Tanta in eo vis Diuini amoris elucebat, vt pro Chriſto cuncta paratus eſſet ſufferre aduerſa; paupertatem ſummè colebat, & carnis mortificationi egregiam operam nauabat, humilitatem ſectabatur, vilia abiectioraque ſibi deligens exercitia.

§. 4. Cùm itaque per triennium ſic Domino deſeruiſſet, nec quietè hoc in loco commoraretur, petiit, obtinuitque licentiam proficiſcendi in Tuſciam, quò Miniſtrum Generalem poſſet conuenire: vt locum ſibi aſſignaret inter Patres Obſeruantinos, pro ſtrictiori ac quietiori ſui ſtatus obſeruantia Regulari. Generalis Miniſter annuens piæ eius petitioni, obedientiam dedit ad commorandum in Hethruria, ſed cùm illic nimis cognitus eſſet, ablegauit eum in Prouinciam ſancti Franciſci, manſitque apud Conuentum ſancti Franciſci de Monte iuxta Peruſium, vbi, & Guardianatus tribus annis functus eſt officio. Orationi aſſiduus erat, ſilentio, & parſimonia delectabatur. Exindè verò migrans in Conuentum S. Mariæ de Angelis, propè Aſſiſium, illic poſt omnia Sacramenta deuotè ſuſcepta, fœliciter obdormiuit in Domino ann. 1472. Inibique ſepultus eſt: vt teſtatur Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 5. cap. 38. vſque 44. & lib. 7. cap. 1. & 2. Gonzaga ſup. part. 2 in eo Conuentu Portiunculæ. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor Seraph. Nigronus, Commentar. in Regul. Societ. Ieſu, in Addition. ad Regulam 16. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1471. §. 36. & 1484. §. 28. Marianus lib. 5 cap. 38. Oddo. In ſpeculo. cap. 3. in fine. Seraphinus de Caſtello, & Franciſcus de Lugnano in vita eius. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1472. §. 27. & ſeq. tom. 7. ad ann. 1484. §. 14. Thielmans. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 5. *B. Caſildis Calderoniæ, Virginis*, [d]] Florebat ann. 1555. apud Monaſterium ſanctæ Mariæ de Bretonera Veroladi, quod eſt 6. Prouinc. Burgenſis. Egerunt de ea Barezzus part. 4. Chronicorum Minorum ad ann. 1557. lib. 3. cap. 68. poſt Gonzagam, part. 3 ſup. in eodem Monaſterio, vbi ſic ait. *Huic adiicere libet admirandæ Religionis ſororem Caſildem Calderoniam, cuius humilitas, atque in perferendis infirmitatibus patientia, incredibiles fuere. Cùm enim ſupplex à Deo Opt. Max. petiiſſet, vt pœnas pro exceſſibus in purga-*

Digitized by Google

torio dandas ſibi in hac vita infligere dignaretur: igne ſacro, qui à pedibus ad humeros vſque ſerpens, eam omninò conſumpſit, tacta, nunquam vel ſubtriſtis viſa eſt, nec aliquid aliud ſuauius aut iucundius aliquando tulit. His aſſentitur Vvadinghus, ſup. tom. 4. ad ann. 1358. §. 11.

§. 6. *B. Annæ-Mariæ, Virgin.*[c]] Oriunda erat ex *Villa-Caſta*, triginta annis in omni vitæ ſanctitate, & Religione vixit in Monaſterio Conceptionis, Ordinis S. Claræ, apud Salmanticenſem vrbem, illicque fœliciter obiit ann. 1631. hac die, miraculis illuſtris. Egregias eius virtutes, ac miranda opera collegit, ex iiſque librum ab vniuerſitate Salmanticenſi approbatum, in lucem edidit, R. P. Ioannetinus *Ninno*, Diffinitor Generalis noſtri Ordinis, Prouincialis, Prouinciæ S. Iacobi, eius denique Ordinis ſecretarius, ac ipſius B. Annæ Director ſpiritualis: cui adhuc viuenti iuſſerat, vt omnes vitæ ſuæ actus litteris ſibi demandaret, quæ vt filia obedientiæ, humiliter, & coactè expleuit. Gallicæ autem veritati ea reddidit R. P. Bonauentura *Chevrolier*, Pater Prouinciæ S. Mariæ Magdalenæ Recol. in Gallia teſtis oculatus.

IDIBVS MAII.

SAmboriæ In Ruſſia, Natalis Beatorum[a] Martyrum Ioannis de Hungaria, & Boguſlai, pro fide Chriſti occiſorum. Spoleti, Beati[b] Antonij Tegrini, Piſani, Confeſſoris: qui in humilitate, ſimplicitate, ac paupertate, & obedientia dignè Domino famulatus, quamplurimis miraculis ab eo meruit decorari. Lucæ in Tuſcia, Beati[c] Bernardini à Bibiena, Confeſſoris: qui auſteritatis, pietatis, ac ſpiritus feruoris in oratione, cæterarumque virtutum ſectator factus, ad cœleſtia præmia euolauit. In Viſu Oppido, Diœceſis Toletanæ, Beatæ[d] Catharinę Lopetię, quę ibidem extructo Monaſterio Tertiariarum ſanctimonialium, illud ex conſenſu mariti intrauit, & in eo ordine ſanctiſſimè vitam duxit.

MAII XV.

§. 1. B*B. Ioannis & Boguſlai, Martyr.*[a]] Cùm Turcæ, Schytæ, & Valachij iunctis agminibus Anno 1498. circa montes Hungariæ, in dominio Regis Poloniæ, omnia longè lateque vaſtarent, In Samboriam, Ruſſiæ oppidum venientes, illud combuſſerunt, & in cœnobium Minoritanum irruentes, duos Fratres Laicos ſenes crudeliter occiderunt: Ioannem de *Hungaria*, à B. Ioanne Capiſtranenſi initiatum, virum pijſſimum, humillimum, caſtitatis amatorem, diuinis viſionibus aſſuefactum, quem vno ictu frameæ diuiſo capite, & pectore, interfecerunt: Alterū verò Boguſlaum nomine, præfati Capiſtranenſis ſocium. Iuxta MSS. Monumenta Prouinciæ Poloniæ, & Wadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1498. §. 6.

§. 2. *Beati Antonij, Confeſſoris,*[b]] Hic cognominatus eſt *Tegrinus*, ſeu de *Zegrinis*; contemptis blandiciis maternis, tum vxore, quam nondum duxerat, & legibus ciuilibus, quibus ſtudebat, factus eſt Frater Minor: per viam ſimplicitatis, paupertatis, obedientiæ, & humilitatis viam ſecutus. Reuelata ſibi primò morte, ad Dominum moriendo perrexit, qui eum quamplurimis dignatus eſt illuſtrare miraculis. Obiit Spoleti, ann. 1313. apud Conuentum ſancti Franciſci, in Monte *Luco*, qui eſt 7. Prouinc. ſancti Franciſci. Cùm autem, ob ingentia miracula, ille locus, à ſæcularibus ita frequentaretur, vt quies ac deuotio Fratrum haud paruum pateretur detrimentum, V. Pater Guardianus, ad tumulum defuncti B. Antonij accedens, in virtute ſanctæ obedientiæ illi præcepit, vt à miraculis ceſſaret, & ſtatim, ac ſi viuens eſſet, iuſſis Superioris obtemperauit. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. in Fratribus Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. ſancti Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 7. cap. 23. §. 1. ſub. ann. 1312. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 2. in præfato Conuentu. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. in eo. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1218. §. 12. & tom. 3. ann. 1313. §. 9.

B. Bernardini à Bibiena, Confeſſoris,[c]] Conuentus S. Franciſci Lucenſis erat alumnus, dignitate Sacerdos, vir pientiſſimus; atque veræ Religionis, paupertatis, pietatis, auſteritatis, & feruoris ſpiritus in oratione, nec-non reliquarum virtutum ſectator; qui ea propter cum cœlicolis beari, ab iis populis exiſtimatur. Iacet ibidem ſepultus: obiit ann. 1490. Eius meminerunt Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 26. Prouinc. Tuſciæ, & Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 1. cap. 65. ad ann. 1526. Wadinghus to. 2. Annal. Minor ad ann. 1289. §. 45. Saluator Vitalis lib. 7. Chronic. Seraphici Montis Aluernæ, cap. 1. §. 3.

B. Catharinæ Lopetiæ, Tertiariæ,[d]] Hæc Beato viro Ioanni *Martinez* deſponſata, cùm ætate iam prouecti bonis abundarent, nec per totum ſui matrimonij curriculum communes, charoſque liberos ex ſe inuicem procreaſſent, decreuerunt ex ſuis facultatibus Xenodochium, & Conuentum, ac Eccleſiam ſibi contiguam, in honorem Immaculatæ Conceptionis ſanctiſſimæ Matris Dei, apud Oppidum Viſeum (cuius erant Inquilini) conſtruere, ann. 1488. honeſtiſque redditibus, atque aliis neceſſariis inſtruere. Ipſa verò B. Catharina ex communi pacto atque condicto, adiunctis ſibi aliquot honeſtis iuuenculis, vnà cum illis, & habitum, & tertium D. Patris Franciſci Ordinem, in poſterum ſibi ſeruandum ſuſcepit; Monaſteriumque ingreſſa, in eo ſanctè vixit, ſanctiſſiméque vitam finiuit. Prout teſtantur Gonzaga, tertia parte ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 17. Prouinc. Caſtellæ, & Barezzus ſupra, libro ſecundo, capite vigeſimo ſecundo. Salazar. lib. 7. Chronicorum Prouinciæ Caſtellæ cap. 16. & Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1488. §. 37. §. 4.

DECIMO

Digitized by Google

DECIMO-SEPTIMO KALENDAS IVNII.

HIeroſolymis, Beati [a] Gondiſalui, Martyris: qui à Soldano Ægypti captus, tanta crudelitate, ob Chriſti fidem, diuexatus eſt, vt paulò poſt, pœnarum atrocitate, expirarit in carcere. Firmi in Picœno, Beati [b] Adami, Confeſſoris: qui potens verbo & opere ſignis admirandis enituit. Montis-Lucij in Territorio Bituricenſi, Beati [c] Ioannis Focaldi, Confeſſoris. Apud Roccham-Contratam in Picœno, Beati [d] Pacifici, Confeſſoris: admirandæ ſanctitatis viri. Cæſar-Auguſtæ, Beatæ [e] Angelæ à Verueto, Virginis: quæ continuis abſtinentiis & orationibus dedita, curſum vitæ fœliciter compleuit.

MAII XVI.

§. 1. B*Eati Gondiſalui, Martyr.* [a]] Socius erat B. Ioannis ab Etheo, Martyris, profeſſione Laicus, Prouinc. S. Iacobi alumnus. Hic igitur peregrinationem Hieroſolymitanam amplexus, apud ſanctam ciuitatem commoratus eſt Vbi à Soldano captus, & in carcerem truſus, ibidem ob pœnarum acerbitatem occubit, ſub ann. 1370. Agunt de eo, B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Terræ Sanctæ. Codex MS. Abbat. S. Victor Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Picquetus, in Catalog. viror illuſtr. Franciſcan. Wadinghus tom. 3. ad ann. 1342. §. 61. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 9. cap. 30. §. 2. vocat eum *Petrum* (ſed alij *Gonſaluum* ſeu *Gondiſaluum* appellant,) ſic & Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 14. Hallucinatur Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 4. capit. 37. ſcribens Martyrium ſubiiſſe in Ægypto, quem ſecutus eſt Toſſinianus, lib. 1. Hiſtor. Seraph.

§. 2. *Beati Adami, Confeſſor.* [b]] Obiit circa an. 1285. apud Conuentũ Firmanum: concionator famoſiſſimus, qui prædicando Hirundinibus ſilentium impoſuit: & à lupo, ad rectum iter quod amiſerat, ſecurè deductus eſt. Obiit ſancto fine, ſicque ſepultus eſt, vbi claret miraculis multis. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chron. lib. 5. cap. 6. §. 1. ſub ann. 1288. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Firmana. Bzouius tom. 13. ad ann. 1287. §. 13. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1234. §. 11. ex Mariano lib. 2. cap. 7. qui eum perperam confundit cum Beato Adamo *Ruffo*, de quo 22. Septemb. quare poſtea ad ann. 1240. §. 21. ſimpliciter eum vocat B. Adamum. Qua de re, Ferrarius in Cathalog. ſanctor. Italiæ hac die, & Wadinghus in Additionibus ad tom. 1. Annal. §. 7.

§. 3. *B. Ioannis Focaldi, Confeſſ.* [c]] Vir nobilis, Salmurij fit Frater Minor: vbi Angelicam vitam ducens, Lauallũ adiit pro Refformatione amplectenda; poſtea patriam inuiſens, Montis-Lucij Conuentum extruxit, in quo primus Guardianus inſtitutus eſt, vixitque ac ſanctiſſimè obiit, hac die, in vigilia Pentecoſtes, ann. 1472. Vide Foderetum & Picquetum, in Deſcriptione Prouinciæ Burgundiæ, vbi de eo Conuentu Montis Lucij, & Vadinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1441. §. 69.

B. Pacifici, Confeſſ. [d]] Vt omnibus innoteſcat, §. 4.
quæ de eo feruntur, apponam, hîc verba illuſtriſſimi Gonzagę 2. part. ſup. in Conuentu S. Martini Rocchæ-Contratæ, qui eſt 50. Prouinciæ Marchię. *Inter primos* (ait) *huius ſacræ ædis accolas vnus fuit miræ ſanctitatis, Pater ac F. Pacificus, è Rocca-Contrata oriundus; cuius corpus, vt circumuicinorum populorum aduentantium deuotioni fieret ſatis, biduò inhumatum permanſit, accedentibus continuò fidelibus; vt vel eius habitum tangerent, vel pedes deoſcularentur, quibus eius beatitudo certiſſima eſt.* Eadem atteſtatur Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 68. ſub ann. 1559. ex quibus corrigendus eſt error *Blancone*, dùm præfatum Barezzum Gallica donauit; nimis enim hoc in loco craſſus eſt, vt legenti patet. De eo item Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. & Toſſinianus lib. 2. in Prouinc. Marchiæ.

B. Angelæ à Verueto, Virginis. [e]] Probatæ, integer- §. 5.
rimæque vitæ fuit; quæ & Chriſtum Dominum in elegantiſſimi pueruli forma, in ſacro-ſancta Euchariſtia, propriis oculis intuita eſt. Obiit apud Monaſterium ſanctæ Catharinę, Cęſar-auguſtæ, vbi ſacrum eius corpus debito honore aſſeruatur. Floruit circa ann. Chriſti 1530. Scribit de ea Gonzaga ſup. part. 3. in eo Monaſterio, quod eſt 1. Prouinc. Arragoniæ. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 25. ad ann. 1532. & Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1234. §. 8. Valerianus de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 47.

Digitized by Google

DECIMO-SEXTO KALENDAS MAII.

ARgilæ in Mauritania, Beati [a] Michaelis Agullonis, Martyris. Vriæ in Apulia, Beati [b] Franciſci Dyrrachini, Confeſſoris: qui mira abſtinentia, & ſignis inclytus fuit. Capriolæ, in Hethruria, Beati [c] Mariani Senenſis, Confeſſoris: pietate, charitate, & zelo ſalutis animarum celebris. Tlacubæ in Territorio Mexicano, Beati [d] Ioannis Floreſij, Confeſſoris: eximiæ orationis & perfectionis viri. Apud Villam-Regiam Oppidum, Dertoſanæ Diœceſis, in Regno Valentiæ, Depoſitio Beati [e] Paſchalis Baylon, Confeſſoris: cuius vita virtutibus & ſanctitate fuit omninò plena, quam miraculorum maximorum innumera multitudo quotidiè commendat. Aquilę in Veſtinis Tranſlatio Sancti [f] Bernardini Senenſis, Confeſſoris, tempore Sixti Papæ IV. Cęſar-auguſtæ, Beatæ [g] Mariæ Lopetiæ à Viel, Virginis; Prophetiæ dono inſignis. Mediolani, Beatæ [h] Iſabellæ Criuellæ Virginis, virtute abſtinentiæ & orationis exornatę.

MAII XVII.

§. 1. B*Eati Michaelis, Martyr.* [a]] Dignitate Sacerdos, hoſtia Chriſti effici meruit per manus impiorum Turcarum, circa an 1556. Teſte Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 49. ex Iacobo Sanchez, cap. 15. ſuæ Hiſtor.

§. 2. *B. Franciſci Dyrrachini, Confeſſ.* [b]] Tanta auſteritate vitæ iſte B. Laicus excelluit; vt panem ſeptem annis nō guſtauerit, ſigniſque non paucis enituit. Iacet Vriæ apud Apulos. Floruit autem circa ann. 1306. De quo B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Min. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Apuliæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 9. cap. 24. §. 1. & part. 3. lib. 8. cap. 28. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Picquetus in Catalag. viror. illuſtr. Franciſcan. Vadinghus. tom. 3. Annal. Minor. ann. 1305. §. 4. vocatus ab eo *Philippus*, itemque in Additionib. ad tom. 13. § 3. 4. & 5.

§. 3. *B. Mariani Senenſis, Confeſſ.* [c]] Ob eius ſanctimoniam atque pietatem à Pio II. Pont. Max in Illyricum, prædicationis Euangelicæ ergò, miſſus eſt; quod munus, magna cum charitate, ac ſpiritus feruore, adimpleuit, non ſine ingenti animarum fructu. Exindéque reuerſus, apud Conuentum ſancti Bernardini Capriolæ, qui eſt 4. Prouinc. Tuſciæ, anno Dom. 1476 ex hac vita migrauit; multis apud poſteros ſuæ ſanctitatis indiciis relictis. Memoratur à Gonzaga ſup. part. 2 in eodem Conuentu. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 48. Toſſiniano lib. 2. in Prouinc. Tuſciæ. Vadingho, tom. 5. ſup. 1447. §. 39. à quo vocatur *Marianus Cluſinus.* Item tom. 6. ad ann. 1457. §. 13. & 14. ac ſeq. ann. 1459. §. 7. & ſeq. ann. 1464. §. 28. item tom. 7. ad ann. 1476. §. 50.

§. 4. *B. Ioannis, Confeſſ.* [d]] Cùm vitam eremiticam annis quinque duxiſſet in India, habitum Laicorum ſumpſit in Conuentu Mexicano; Vir erat Pœnitentiæ exercitiis deditus & orationis atque humilitatis: ſed ob frequentiam populorum, Mexicum deſerens, Tlacubam ſe contulit, illicque in Conuentu ſolitario gradum fixit. Tanto enim feruore ſpiritus nonnumquam agitabatur, vt extra ſe poſitus cenſeretur, abſque aliquo ſenſu corporali. In oratione raptus & reuelationes ſępè excipiebat. Floruit ad ann. 1560. Illius copioſè meminit Chriſtophorus à Cruce, teſtis oculatus, in Hiſtor. Prouinc. S. Iacobi Mexicæ, Ordin. Prædicat. lib. 2. cap. 17. & 18. Daça ſup. lib. 2. cap. 33.

B. Paſchalis Baylon, Confeſſ. [e]] Honeſtis parentibus natus eſt, apud Turrim formoſam. Hiſpanice, *Torre Hermoſa*, Diœceſis Saguntinæ, ann. 1540. in die Paſchatis, vnde & Paſchalis nomen accepit. Ab ineunte ætate paſtor ouium factus; non ſolùm operam dedit declinare à malo, ſed & viam Domini magna cum fiducia ingreſſus eſt. Nam in ſimplicitate & amore Dei, molem ſpiritualis ſtructuræ eius ſtabiliuit. Paupertatem ſummè excolebat; conſortia petulantium refugiebat opilionum, zelo ſalutis animę ſuæ exęſtuans. Cùm 24. attigiſſet annum, habitum Religionis Seraphicæ ſumpſit inter Patres Diſcalceatos Prouinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ, apud Conuentum Deiparæ de *Laureto* Monfortij Oppidi: Laicorum Fratrum profeſſionem emittens. Mirùm, quot virtutibus ſtuduerit? quanta perfectione exornatus ſit? Etenim humilitate Gaudens, ſemper vilia, abiectioraque exquirebat domus munia, altiſſima paupertate ditiſſimus erat, egenis maximè compatiebatur, flebatque cum lugentibus, & afflictis ſolatium pro viribus præbere ſatagebat. Otij acerrimus hoſtis, laboritio manuum continuò occupabatur, aut ſpirituali exercitio. §. 5.

Benignus & affabilis aliis, ſibi ſoli ſeuerus erat. Parùm dormiebat, vigilabatque cùm cæteri ſomno indulgerent, pro eleemoſyna ibat libenter, eo quòd ex ea inquiebat, viri ſerui Dei ſuſtentabantur. Obedientiæ addictiſſimus, iuſſa, ſimplicemque nutum Prælati, protinùs, abſque hæſitatione complebat. Ieiunia exactè obſeruabat, licet labore preſſus eſſet, aut ex itinere fatigatus. Officium recitabat attentè & deuotè, abſque interruptione. Ex obedientia, Galliam profectus eſt, ad Reuerendiſſimum P. Chryſtophorum à *Capite Fontium*, Britannum Armoricum, totius Ordinis Minor. Generalem Miniſtrum, circa ann. 1575, pro negotiis vrgentibus & arduis; ſed quot pertulerit in itinere opprobria, deliramenta, ac tormenta ab hęreticis per Galliam ſibi illata, quis poterit ſufficienter enarrare? Deus tamen illum ſeruauit §. 6.

vbique

vbique incolumem: ſiue aduenientem, ſiue redeuntem. Cùm per rura pergeret, nunquam ordinarias preces, ſeu orationis tempus intermittebat: omnia aduerſa in itinere, ſiue ciborum penuriam, vel ſitis ardorem æquo ac miti animo ſufferebat. Pedes ſemper inceſſit, equo, nunquam vſus eſt adminiculo: quamuis infirmitate, ſeu defectione grauatus.

§. 7. Verba eius vt facula ardebant. Illius voci, nutui ac deſiderio omnia obtemperabant, corda quantumuis indurata emolliebat, ad pœnitentiam inducebat, iniurias remittere ſuadebat: nocentibus ignoſcere docebat, iurgia, lites, & diſſidia depellebat, quicquid loquebatur, efficaciſſimè implebatur. Saluti animarum iugiter inhiabat: pro peccatoribus aſſiduè Deum exorabat: concionatores excitabat ad orationem & ſpiritus feruorem: vt exindè ſuarum prædicationum auditores facilius aucuparentur in ſalutem. Ipſe ſuis feruentiſſimis cohortationibus, quamplures laſciuas deprauataſque fœminas conuertit ad pœnitentiam. Cùm ſecreta cordium, conſcientiarumvè abſtruſa cœlitùs ſibi cognita eſſent, reis ſæpè detegebat: monita ſalutis illis ſubinferens, vt à peccatis reſilerent. Hinc ſpiritu Prophetico exornatus cuilibet prænuntiabat futura, ſanitatem ſeu infirmitatem, mortem, vel pericula non pauca: niſi à malis protinùs abſtinerent. Scientia fuit illi diuinitùs infuſa, qua & Theologiam apprimè callebat; & difficiliores quæſtiones explicabat, dubias verò clarè reſoluebat.

§. 8. Præcipua deuotione ferebatur erga ſanctiſſimam Deiparam, eiuſque immaculatam conceptionem, quam pro viribus defendebat immunem ab originali ſorde. Animas purgatoriis pœnis detentas; ſingulari pietate iuuabat; dicebatque Deum acceptum habere, quodcumque pro eis ex charitate ſibi oblatum; caſtitas mirè in eo eluxit. Abſtinentia, cilicio, circulo ferreo, ac diſciplinis corpus ſuum perpetuò caſtigabat. Orationi, contemplationi, cæteriſque ſpiritualibus exercitiis aſſiduè vacabat: ſacratiſſimo Euchariſtiæ myſterio ſummè delectabatur: ſilentium ſeruabat perpetuum, aut cum proximo de Deo verba eructabat. Charitate abundabat, regularis obſeruantiæ cupidiſſimus erat: à Dæmonibus multis, variiſque modis tentabatur, ſed toties victor euadebat. Tandem graui morbo affectus decidit in lectum, diemque ſuę mortis pręcognoſcens, ſacramenta Eccleſię deuotiſſimè ſuſcepit, quibus expletis, animam Deo reddidit, ann. 1592. ætatis ſuæ 52. ingreſſus vero Religionis 28. ſepultuſque eſt in Conuentu Villæ Regiæ, vulgò, Dominę noſtræ de Roſario, in die Pentecoſtes.

§. 9. Miracula autem, quæ per eum edidit Omnipotens, ita in immenſum ſunt multiplicata: vt meritò Diœceſanus Epiſcopus Dertocenſis, inquiſitionem fecerit de vita, moribus, ac ſanctitate ipſius: vt populorum votis ſatisfieret, qui publicè ac certatim illum iam ſanctum acclamabant. Hinc ſedes Apoſtolica ſuper his conſultata; Paulus V. Pont. Max. Beatum declarauit, ac officium de eo celebrari conceſſit omnibus fratribus, aliiſque tam ſæcularibus quam Regularibus, in Regno Valentiæ exiſtentibus: ſub Datum Romę ann. 1618. die 29. Octobris. Deindè, anno 1620. die x. Februarij, aliud Diploma dedit, quo idem priuilegium Regnis Caſtellę & Arragoniæ extendit. Tandem Gregorius Pap. XV. illud idem conceſſit omnibus vtriuſque ſexus Religioſis Minoribus, vbique terrarum exiſtentibus, ſub Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 22. Martij ann. 1621. Pontificatus ann. 1. Vita Paſchalis Baylon ampliſſimè deſcripta eſt per RR. Patres Ioannem Ximenez, in ſua Chronica, Carolum Rapinęum, in Hiſtoria Generali Recollector. Decad. 8. part. 2. & Hilarionem à Coſta lib. 3. Hiſtorię Catholic. pag. 601. Item Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 9. integrum de eo compoſuit. Agunt de eo Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 16. in ſanctis & illuſtribus viris. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Carthagena, tom. 4. homil. de ſacris arcan. Deiparæ lib. vltim §. 1. poſt medium. Elzearius lib. 2. cap. 4. ſacri Mont. Oliuet. & lib. 3. cap. 8. Marianus lib. 5. Chronic ſtrictior. obſeruant. Reformat. cap. 1. & ſeq. Daça 4 part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 20. & cæt. Grauina. *In voce Turturis*, part. 2. cap. 134. Ioannes à ſancta Maria 2. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph lib. 3. cap. 40. & ſeq. Balinghem in appendice, ad Calendarium virg. Marię, hac die.

Tranſlatio S. Benardini. [f]] Corpus huius ſancti §. 10.
ſſimi viri tumulatum fuerat apud Eccleſiam S. Franciſci Patrum conuentuallium ann. 1444. Ibique manſit annis 38. aſſeruatum, nimirum vſque ad Pontificatum Sixti IV. Qui Patribus Obſeruantinis licentiam conceſſit illud indè aſportandi atq, transferendi in nouam Eccleſiam eius nomini extructam. ann. 1472. die 17. Maij. Quo tempore Capitulum Generale pro familia Obſeruantina vltramontana inibi celebrandum erat. Hęc igitur Tranſlatio, maximo populorum ac Fratrum (etenim numerus eorum ad duo millia excreuit) celeberrimo concurſu, peracta eſt ſolemni pompa & apparatu. Corpus ſacrum omninò incorruptum, duplici arca, altera criſtallina, altera verò argentea, reconditum eſt: hanc autem pretioſiſſimam thecam argenteam inauratam, gemmiſque adornatam ex voto (D. Bernardini quippè auxiliatus præſidio, à morbo caduco curatus eſt) dedit, obtulitque Ludouicus XI. Gallorum Rex Chriſtianiſſimus ann. 1481. pondo mille ducentarum & nouem librarum, longam palmorum octo, altam quinque: egregio varioque opere fabrefactam, ceruis quattuor innixam, valoris aureorum viginti duorum millium: teſte Maſſonio, ex aliis in vita S. Bernardini: Thielmans tom. 1. Vitar. SS. Seraph Ordin. quæ poſtea impunè ſublata eſt per Philibertum *Chaalonium*, Arauſicanum Principem, Ducem Caroli V. Imp. ann. Chriſti 1528. Heu! Quid non mortalia pectora cogis, auri ſacra fames, De huiuſmodi Tranſlatione agunt Breuiarium nouum ac vetus Fratrum Minor. Surius cap. 64. vitæ S. Bernardini: & quotquot res eius geſtas deſcripſerunt. Sedulius in Commentar. vitæ ipſius, ex Antonio Amicio. Marcus Vlyſſip. 3. part. ſup. lib. 2. cap. 19. & lib. 5. cap. 46. & 47. Toſſin. ſup. lib. 1. Gonzaga part. 2. ſup. in Conuen. 1 Prouinc. S. Bernardini. Appendix ad Petrum de Natalibus, cap. 11. *Ioannes de la Haye*, initio operum S Bernardini tom 1. Balinghen in Calendario Virg. Mariæ, ad 22. Septemb. Wadinghus tom. 6. ſup. an. 1472. §. 8. 12. & ſeq. ac tom. 7. ann. 1481. §. 3. & ſeq. Feſtum autem huiuſce Tranſlationis recenſetur inter minora duplicia per Firmamentum trium Ordin. Minor. part. 3. in ordinationibus circa Diuinum officium.

Beata Maria, Virg. [g]] Floruit ann. 1530. quæ §. 11.
ob vitæ ſanctimoniam, multa ſpiritu Prophetico, prænoſſe meruit. Obiit Cęſar-auguſtæ, in Monaſterio S. Catharinæ, quod eſt 1. Prouinc. Arragonię, vti referunt Gonzaga ſup. part. 3. in eo Monaſterio Barezzus item ſup. lib. 2. cap. 25. ad ann. 1532. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 47.

§. 12. *Beata Iſabella Crinella, Virgin.* [h]] Inter celebriores ſorores Monaſterij ſancti Apollinaris Mediolanenſ. præcipua Apollinaris, habebatur: quæ aliquando horis quadraginta, immobilis genuflexa, in oratione, & mentis exceſſu, perſeuerabat coram ſanctiſſimo Altaris ſacramento, quamuis omnes tentaret artes humani generis hoſtis, vt indè repelleret. Perpetuo contecta cilicio, bis in Habdomada, pane veſcebatur, & aqua; multoſque macerandi corporis modos excogitabat, prout teſtantur MSS. monumenta Prouinciæ Mediolanenſ. & Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1471. §. 40.

DECIMO-QVINTO KALENDAS IVNII.

PTolemaide in Paleſtina, Paſſio Beatorum [a] Martyrum: qui ea ciuitate à Sarracenis capta, gladiis ipſorum, pro Chriſto, ſunt interempti. Primò quidem copia Virginum Clariſſarum monialium, vnà cum Abbatiſſa, ferro cæditur: Deinde Fratrum Minorum turma, Martyrij palmam eſt adepta. In Dacia, Beati [b] Ioannis à Baſfordio, Confeſſoris: miraculis celebris. Neapoli in Campania, Beati [c] Philippi de Aqueriis, Confeſſoris: qui virtutum omnium ſpecimen factus, ſpiritu Prophetico pollebat: & gratia miraculorum viuus ac mortuus ampliſſimè refulſit. Rothomagi, Beati [d] Nicolai Dionyſij, Confeſſoris: qui miniſter Prouincial s electus: pietate, Religione, ac ſcientia claruit: tumque plenus dierum & bonorum operum ſanctiſſimè quieuit in Domino. Romæ, Beati [e] Fœlicis de Cantalicio, Confeſſoris: qui mira abſtinentia, charitate, & obedientia præditus: ſignis etiam admirandis nunc vſque coruſcat. Valentiæ in Hiſpania, Beati [f] Dominici Guallarti, Confeſſoris: qui humilitatis, patientiæ & caſtimoniæ, vndequaque refertus, donis cœleſtibus extitit ſublimatus. Murciæ, Beati [g] Violentæ à Corduba; quæ tertij inſtituti alumna, nobilitatem generis ſummis virtutibus exornauit, & ſancto fine quieuit.

MAII XVIII.

§. 1. B*Eatorum Martyrum, &c.* [a]] Ptolemais ciuitas, quæ & Achon dicitur, vrbs eſt Syriæ, Maritima, quam Chriſtiani incolebant Latini, vſque ad ann. Chriſti 1291. quo deuenit in manus infidelium: qua de re D. Antonin. 3. part. Chronic. titul. 20. cap. 6. §. 9. Rem verò copioſè deſcribit, Titulo 24. cap. 4. §. 1:. his verbis. *Circa id tempus, Anno ſcilicet, Domini 1291. Ciuitas Achon capta fuit per Sarracenos, occiſis ibi vel captis pluſquam triginta millibus Chriſtianorum vtriuſque ſexus. Cùm autem eſſet in Achon ſolemne Monaſterium S. Claræ ſororum, & Abbatiſſa captam ciuitatem audiſſet, & Sarracenos intraſſe: zelo caſtitatis viriliter affecta, omnes ſorores celeriter ad Capitulum conuocauit. Et prima, informatione ſalubri, ne à Sarracenis deluderentur, omnes ad Martyrium animauit & ait: Filiæ & ſorores, contemnamus vitam iſtam, & immaculato ſponſo, corde & corpore fortes in fide, Domino noſtro Ieſu Chriſto nos valeamus offerre; & pretio proprij ſanguinis vitam interminabilem comparemus: quod me videritis facere, hoc & vos facite. Virilis ergo mulier, gladio ſuo naſum proprium ſibi mutilauit, & fluente ſanguine totam faciem cruentauit. Animantur ſorores ad ſimilia, & facies ſuas diuerſimodè vulnerantes, & cruore virgineo aſpectum horribilem aſpicientibus intulerunt. Quid plura? intrant Sarraceni monaſterium, euaginatis gladiis ſanguinem Chriſtianum ſitientes. Occurrunt Virgines ſacræ intrepidè, non decorem ſed horrorem canibus illis offerentes. Qui primò videntes obſtupuerunt, deindè horrentes, omnes gladiis peremerunt. Nam quòd in eo, quod ſe vulnerauerunt, niſi excuſentur ex ſpeciali inſtinctu Spiritus ſancti hoc feciſſe, ſecundum communem legem grauiter peccaſſent. Fratres etiam Minores Conuentus, qui ibi erant, interfecti ſunt à Sarracenis.* Hæc ille, quem ſequitur P. Matthæus lib. 4. Hiſtor. S. Ludouici Regis Franc. pag. 394. & 395. Bromiardus part. 1. ſummæ Prædicant. litter C. capit. 3. §. 6. Volaterranus lib. 21. Antropolog. De Eremitis. Daça 4. part Chron. Minor. lib. 2. cap. 54. Valèrianus de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 14. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 9. & 12. item lib. 5. cap. 21. Odoricus tom 14. Annal Eccleſ. ann. 1291. §. 13. die 19. April.

Quantum ad tempus, quo hæc acciderint: haud §. 2.
eſt vnà omnium ſententia. Boyſſat. part. 1. lib. 2. Hiſtor. Ordin. equit. Hieroſolymitan. ann. 1267. id vult accidiſſe Antiochiæ. Bzouius tom. 13. Annal. ea de re ait ſub ann. 1268. §. 12. & 1289. §. 1. Nonnulli verò, vt Author Firmamenti trium Ordinum, Tract. 1. in memoriali Ordin. Franciſcan. ſub 14. Generali miniſtro, & Speculum Fratrum Minor. volunt id eueniſſe ann. 1292. 14. Calend. Iunij, hoc eſt, die ſequenti. At Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 20. ex D. Antonino ſup. & aliis monimentis Ordinis Seraphici, contendit accidiſſe die 18. Maij, ann. 1291. cui fauent Huraldus lib. 5. continuat. Belli Sacri cap. 7. Picquetus in Catalog. Vir. illuſtr. Minor. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Chriſt. 1291. §. 1. ex Rubeo in Nicolao 4. Pap. Has moniales fuiſſe 74. Martyres, ſcribit Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſc. Quo ad fratres martyrio coronatos, (duos notiores ex illis commemorat Vvadinghus, ſcilicet *Iacobum*, cuſtodem Syriæ., & *Hieremiam* eius ſocium: quos tamen paſſos ſcribit aliàs ann. 1266. vide infra 25. Iunij §. 1.) Picquetus & Daça volunt fuiſſe quinquaginta & eò ampliùs.

Beati

Digitized by Google

§. 3. *B. Ioannis, Confeſſ.*[b]] Ad huius tumulum, curari infirmos, perfectè ſanari vulneratos: occiſoſque ad vitam reſtitui, ſcribunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Daciæ, Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis, & part. 3. in ead. Prouinc. Daciæ.

§. 4. *B. Philippi de Aqueriis, Confeſſ.*[c]] Gallus erat Natione, Aquis in Prouincia Phocenſi, nobili genere ortus; vbi iuuenis Minorum Ordinem ingreſſus eſt. Corpus ſuum abſtinentia, vigiliis, diſciplinis, laboribus, & obſecrationibus, in ſeruitutem ſpiritus ita redigebat; vt proindè ad ſublimem perfectionis gradum viam ſibi parauerit. Cùm autem vitæ ſanctitate diu floruiſſet, Italiam petiit, ad montem Aluerniç: indeque Conuentum carceris S. Franciſci, non longè ab Aſſiſio, venit: vt inibi morem longiùs protraheret; ſed fama eius ſanctitatis excreſcente, ad inſtantiam Roberti, vtriuſque Siciliæ Regis, ac Sanctiæ Reginæ, iuſſus eſt, Generalis miniſtri mandato, Neapolim proficiſci: vt monialibus monaſterij ſanctæ Claræ corporis Chriſti, à ſacris concionibus eſſet: vbi paupertatis, humilitatis, honeſtatis & grauitatis, cæterarumque virtutum exemplar fuit. Quaſdam moniales monaſterij S. Mariç Ægyptiacæ, in eadē vrbe, (olim è Lupanari eductas, & ad clauſuram opera Pręfatæ B. Reginæ Sanctiæ incitatas) ad vomitum, inſtinctu Diaboli, optantes redire: ſua oratione & prædicatione, ſic in bono firmauit: vt ex eis nonnullæ ſanctitate & miraculis poſtea claruerint. S. Elzearium, Ariani Comitem, eiuſque chariſſimam vxorem, B. Delphinam, ſuis cohortationibus ad caſtitatem ſeruandam, Deoque fœlicius inſeruiendum impulit: Et plurimis, tum Fratribus, tum quoque Monialibus, ac etiam Laicis, viam ſalutis oſtendit.

§. 5. Spiritu Prophetico donatus fuit, incredibilique patientia pręditus. Cùm enim per 30 annos diutino languore, atque vehementiſſimis doloribus conflictaretur: nunquam ab innata manſuetudine receſſit, aut mutatus eſt. Placet hìc apponere, quæ de eo Piſanus ſubiungit *Inter alia quæ hic ſanctus habebat præcipuum, fuit ſancta orationis ſtudium; ſemper orando, omni die Pſalmos pœnitentiales & officium mortuorum dicendo. Et quidem quia intentus erat orationi, & ſpecialiter meditationi Dominicæ Paſſionis: Dominus ei de ſua Paſſione ſemel talem indidit dolorem. Nam cū ſemel Domini Paſſionem orans meditaretur; apparuit ei Dominus Ieſu Chriſtus, vti cruci confixus, de cuius manibus, pedibus, & latere ſanguis copioſè manabat. Qui in corpore dicti Fratris, ſcilicet manibus, pedibus, & latere tantum dolorem impreſſit: quòd acerbitate Paſſionis, & doloris aculeatus fuit: & tantam memoriam Paſſionis reliquit: quòd ſtatim dùm recordaretur de Chriſti Paſſione, cum clauo vel ligno, ſuas manus, pedes, percutiebat & latus. Volens ergò eum Dominus probare, vt aurum in fornace, per patientiæ virtutem, per annos tringinta maximas cicatrices, quæ vermes & fœtorem emittebant, in eius corpore impreſſit, & adeò illæ cicatrices erant apertæ & latæ, vt manus clauſa in eis infigi valeret, & tamen numquam verbum querimoniæ ab eius ore fuit auditum. Et quod maius eſt, pluribus annis ſtetit, quòd de lectulo minimè ſurgere valuit: in dictis doloribus exiſtens, à Domino, & ſanctis Angelis frequenter eſt viſitatus, ſicut indicio manus ad Deum, & ad Angelos, & per eius verba eſt probatum. Mortem ſuam adeſſe cognoſcens, ſuas diuitias ſcilicet, chordam & femoralia reſignauit Guardiano. Nocte, qua de mane deceſſit, duos Dæmones ad ſe venientes, ſed nihil in eo, de ſuo inuenientes, oratione fugauit. Sacramentis perceptis, ad percipiendum pro laboribus præmium, anno circiter centeſimo vitæ ſuæ, ad Chriſtum perrexit: Anno Domini* 1369. *die* 18. *Maij, die veneris, hora, qua ſacrum corpus Domini in Eccleſia S. Claræ eleuabatur.* Hæc ille ſup. in Prouincia Terræ laboris.

Cùm igitur, iuxta eius prædictionem, ex hac vita migraſſet: & ipſius vlcera, quæ priùs tetro quodam fœtore, circumſtantes offendere aſſueuerant, ſuauiſſimam emiſere fragrantiam: & eius caro, licet primitùs ſuffuſca, contractaque eſſet, mollem omninò, albam, tractabilemque ſe omnibus prębuit. Cuius corpus, cùm in ſacello, B. Virgini Claræ, eo in pręfato monaſterio dicato, honorificè tumulatum eſſet; anxiæ de tanto pignore ſorores, ne aliquando ſurriperetur furto, curarunt, vt ad ipſarum cemeterium, ſuperpoſita ſibi nucea arca, transferretur: vbi aſſiduè Deus, per eius inuocationem, miracula operatur. Agunt de eo, pręter Piſanum, Codex M S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 9 cap. 27. & 28. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Gonzaga ſup. part. 1. itemque in monaſterio corporis Chriſti, ſiue S. Claræ, Neapolitano. Picquetus ſup. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 13. ad ann. 1313. Saxius in Pontificali Arelatenſi, ſub Imberto *de Aqueria* Archiepiſ. §. 91. vbi mendosè legitur dies 18. Iunij, loco Maij. Wadinghus, tom. 3. Annal. Minor. ann. 1310. §. 25. & ann. 1316. §. 28. à quo B. Philippus à *Rhegio*, vocatur, & 1335. §. 14. Item tom. 4. ad ann. 1369. §. 12. ex Mariano lib. 5. cap. 1. §. 6.

Sanè inuenio, hunc B. Philippum diuerſimode appellatum: *Aquerium, de Aquerio,* ſeu *de Aqueriis*: & *Rhegienſem.* Certum quippè eſt ipſum nobili genere fuiſſe progenitum: nempè ex antiqua illuſtri que domo *Aqueriarum*: Arelatenſi: Gallicè: *de la maiſon d'Erquieres d'Arles*: teſte Noſtradamo in Hiſtoria Phocenſ. Prouinc. part. 4. ann. 1369. ſub Ioanne & Iacobo, Comit. 16. Wadinghus ſcribit tom. 4. ſup. natum fuiſſe in Gallia, Caſtro Sumoniæ: cui alij aduerſantur. Vult etiam tom. 3. eundem cognatum extitiſſe B. Delphinæ, Virginis, vxoris S. Elzearij, Ariani Comitis; ſed affinitate, vel conſanguinitate id euenerit minimè aperit: Addit, & à *Rhegio* vulgo., *Riez*, in Prouincia Prouinciæ, ciuitate Epiſcopali, denominari: quod & expreſſe confirmat Bartelus, in Hiſtoric. Chronologic. præſul. Rhegienſ. nomenclatura, ſub Roſtagno 2. Epiſcopo 43. & Petro 2. Epiſcopo 47. tradens, Conuentus Rhegienſis Guardianum tunc eum agentem, quando SS. Elzearius & Delphina aſciuerunt in Confeſſarium, & piorum exercitiorum inſtructorem: ex quo facilè iudicauerim, *à Rhegio* cognomen vſurpaſſe. Centenarius autem exceſſit è vita; ſi Noſtradamo citato fidem præbeamus. §. 7.

B. Nicolai Dionyſii, Confeſſ.[d]] In Gallia natus, ex Neuſtria fuit oriundus, Concionator ſuo tempore famoſiſſimus, vita & virtutibus clarus: Conuentus Rothomagenſis extitit Guardianus; poſtea Prouinciç ſuæ Franciæ Pariſienſ. bis Vicarius Prouincialis eligitur ann. 1500. & 1505. Plures ſuorum ſtudiorum fructus ſcripto tradidit: ac poſt plurima Ordinis munia quàm diligentiſſimè functa, Rothomagi cùm eſſet Guardianus, hac die, ann. 1509. non abſque ſanctitatis nota, diem clauſit extremum, ſepultus in medio capitulo Conuentus eiuſdem vrbis, cui exaratum eſt illud Epitaphium. §. 8.

Digitized by Google

Hic iacet Pater obſeruantiſſimus, cùm ſcientia, tum virtutibus illuſtris, F. Nicolaus Denyſe: qui ob doctrina morumque præcellentem eminentiam Guardianus, Cuſtôs, ac Prouinciæ Franciæ Vicarius pluries extitit; poſt longam verò, quam nedum verbo, operibuſque, ſed & ſcriptis ſpectabilem duxit in Ordine vitam: Obiit anno Domini milleſimo quingenteſimo nono, die decima octaua May.

§. 8. Scribunt de eo Piſanus ſup. lib. 1. fruct. 8 part. 2. in Franciſcanis doctrina illuſtrib. Gonzaga ibid. ſup. part. 1. item part. 3. in dicto Conuentu, qui eſt 3. eiuſdem Prouinc. Franc. Pariſ. Firmamentum trium Ordin. ſup. in 37. miniſtro Generali. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 6. cap. 40. ad an. 1480. Wilotus Athenar. Orthodaxar. Franciſcan. littera. Nicolaus. Boſius, lib. 6. de ſignis Eccleſ. cap. 4. qui de eo, ac de B. Stephano, *Brulifero*; ſic aiebat. *Si linguarum hiſtoriarumque cognitio eis fuiſſet: illos ego, non in terra natos, ſed cœlo lapſos dicerem*; Rurſus, Chronicon Citizenſe ad ann. 1494. Choppinus libr. 1 Monaſticon. titul. 1. §. 16. Myræus in ſcriptorib. Eccleſ. ſæcul 16. cap. 29. Gneſnerus, in Bibliotheca. Sedulius commentar. ad vitam S. Franciſc. cap. 3. §. 8. Poſſeuinus, in apparatu ſacro. Vitæ illius Elogium compoſuit R. P. Natalis *Taille-Pied* Minor. Obſeruantinus Pontæſienſis, quod extat in initio libri eiuſdem B. Nicolai Dionyſij, cui titulus præfigitur *Reſolutio Theologorum*, in hunc modum.

Nicolaus Denyſe, Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia vulgariter nuncupatorum, ex Buzeuilla, inferioris Normanniæ pago, Conſtantienſis Diœceſis oriundus: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, in Philoſophia ſcholaſtica nulli ſecundus, moribus & conuerſatione deuotus, necnon Regularis Obſeruantiæ inſtaurator celeberrimus. Cùm eſſet Conſtantienſis Eccleſiæ *Canonicus, atque Godefridi eiuſdem loci Eipſcopi Vicarius, omnia Chriſti amore contemnens, Conuentum Valoniarum adiit. Ibique Minorum habitum (cunctis mirantibus) deuotiſſimè ſumpſit, ſicque multo tempore, ſimplicem inter ſimplices vitam agens: hac floruit & doctrina. Tandam cùm eſſet Conuentus Rothomagenſis Guardianus bene meritus: feliciter diem clauſit extremum. Fertur ad eius exequias paſſim videndi oſculandique cauſa, tantam vtriuſque ſexus cateruam irruiſſe; vt ſe ſe feliciſſimos dicerent, qui corpus ipſius, roſariis, & linteolis tetigiſſent, multa & præclara ſcripſit volumina quibus ſe & præſentibus tunc vtilem, ac poſteris memorabilem effecit; de quibus iſta feruntur.*

Reſolutio Theologorum,
Gemma Prædicantium,
Speculum Mortalium,
De quatuor nouiſſimis,
Sermones de tempore,
Sermones de ſanctis.

Claruit autem tempore Ludouici XII. *Francorum Regis*. De eo item ſermo redibit in Rebus Neuſtriacis à nobis propè diem daturis.

§. 9. *B. Fœlicis de Cantal. Confeſſ.* [c]] Naſcitur an. 1515. apud Cantalicium oppidum Reatinæ Diœceſis: ſed cùm à iuuentute egregiam operam virtuti dediſſet, factus annorum 28. inter Patres Capucinos, habitum Religionis, Anticoli ſuſcepit, ann. 1543. profeſſionemque Laicorum fratrum emiſit, anno probationis expleto; tùc cœpit, velut ſol inter ſydera, micantibus virtutibus ſplendeſcere: mira etenim abſtinentia, ac ciborum parſimonia eluxit: ſeptem antiquitùs vſitata in Ordine Seraphico ſeruabat per annum ieiunia. Præterea, vigiliis ſanctiſſimæ Deiparæ, & feriis 4. 6. ac Sabbathis, in pane & aqua ieiunabat: tribus vltimis diebus hebdomadæ ſanctæ nil prorſus ſumebat. Corpus ſuum aſſiduis caſtigabat diſciplinis: duabus aut tribus horis tantummodo, hocque genuflexus, ſomnum capiebat: orationi inſtanter vacabat: Altiſſimam paupertatem valdè adamauit: ſanctamque obedientiam ſummè excoluit. Egenis, infirmis, afflictis, & oppreſſis ex corde compatiebatur, ac pro viribus ſolatium & iuuamen eis impendebat. Benignus, affabilis, & mitis in omnes, cunctis monita ſalutis dabat, maximè peccatoribus, aut quibuſlibet vitiis deditis. Puritate & caſtimonia erat inſignis: patientię fuit incredibilis, Præcipua deuotione ſacratiſſimam Virginem Mariam venerabatur.

Porrò lachrimarum dono affluenter pollebat in oratione: igneque Diuini amoris ita exæſtuabat, vt de eo ſemper, aut meditaretur, vel loqueretur, aut ſigna daret. Humilitatem, ſuique abnegationem tanta contentione ſectatus eſt: vt quantoplus honore, & ſanctitatis fama acclamaretur, tanto magis de ſe demiſſiùs & abiectiùs ſentiret. Amicam familiaritatem cum Diuis Philippo Nerio, Beato Marcellino, (de quo v. Iunij) aliiſque viris eminentiſſima vitæ perfectione præditis, iniit. Diem vltimum ſuæ mortis prædixit, obiitque Romæ anno Chriſti 1587. ætatis ſuæ 72. feria 3. Pentecoſtes 18. Maïj: Cuius ſacrum corpus honorifico conditum ſepulchro, miraculis plurimis illuſtratur: & à diuerſis ſummis Pontificib. Sixto V. Gregorio XV. ac Vrbano VIII. pia veneratione donatum. Extat Diploma eiuſdem Vrbani VIII. Papæ. Sub Datum Romæ, apud S. Mariam maiorem 1. Octobr. ann. Chriſti 1625. ſui verò Pontificat. ann. 3. quo patribus Capucinis datur facultas officium celebrandi de ipſo B. Fœlice: modo autem ipſius Feſtum habetur inſertum inter Feſta propria Ordin. Minor. in eo nouo Breuiario Romano, à præfato Pont. Max. Vrbano VIII. recognito ann. 1632. Vita Beati Fœlicis copiosè deſcripta eſt, per Reuerend. Patr. Ioannem Baptiſtam Peruſinum, eiuſdem Inſtituti alumnum, Bartholomæum Zuchium, Franciſcum Dinum: & Ioannem Baptiſtã Oſtienſem. Reuerendus P. Suffranus, ex ſocietate Ieſu, Confeſſarius ac Prædicator ordinarius Regię Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, duas conciones in eius ſolemnitate habuit, Pariſiis, an. 1625. Agunt de eo Boſius de ſignis Eccl. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Barrezus part. 4. Chr. Min. lib. 8. ca. 85 Galterius in tabula Chronog. ſęcul. 16. in SS. viris, ex Coccio, de ſignis Eccl. art. 11. Iuo Capucinus, de fœlici ſucceſſu pietatis part. 3. cap. 19. Hilarion à coſta lib. 3. Hiſtor. Catholicarum, in vita Beati Angeli à *Ioyeuſa*, pag 689. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Poireus tract. 3. triplic. Coronæ Virgin. capit. 13. §. 2. numer. 30 Fabrinus de Iubileo, capit. 7. Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1543. fin. & tom. 2. ad ann. 1587. Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Victon. tract. de antiquo ac moderno vſu canoniſation. ſanct. cap. 28. Raiſſa in Auctario ad natales SS. Belgij ſub 19. Nouemb. vbi de S. Eliſabeth Hungara. Arnulphus lib. 1. Comitior. General. cœlo conuocator. cap. 51. Gononus ſup. ſæcul. 15. ad ann. 1587. Balinghem in Calendario Virg. Mariæ hac die & 1. Octob. §. 3. ac. 22. Decembr. Petrus Martyr. Felinus de mirabilib. Romæ. Pancirolus, de Theſauro almæ vrbis.

Baccius

Baccius. In vita S. Philippi Nerij. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Ex huius B. Viri fine perſpicitur, quàm ſit verum
§. 11. illud *Iacobi Billij* effatum, quo lepidè cecinit.

Sarcina cùm ſoleat quæuis oneroſa videri,
Sola tamen Chriſti ſarcina corda leuat.
Sic auibus leuitas ex pennis naſcitur ipſis:
Nedum deprimat has, & grauet iſtud onus.
Robora ſic multis addunt non parua clitella:
Hinc etenim meliùs pondera ferre ſolent.
Tale iugum eſt Chriſti: nihil illo leuius vſquam eſt,
Vtque laboris onus dulce ſit omne facit.

Quæ certè ſæculi vanitatum amatores arrectis auribus excipere haud renuerēt, ſi ea propius aduerterent.

Interea dum res hominum caligine tanta
Voluuntur, ter fœlices atque amplius illi
Quos vitæ incenſos tandem melioris amore,
Iam nunc æthereas terreno in corpore ſedes
Præcipere, & ſancto iuuat indulgere labori.
Non hos ſacra fames auri, aut inſanus honorum
Ambitus exercet, non blandis fœda voluptas
Mancipat illecebris, tumidiſue ſcientia cogit
Ingenij in cœlum voces iactare ſuperbas:
Sed patrum inſiſtunt docili veſtigia mente,
Metirique ſuo metuentes numina ſenſu,
Præpetibus fidei contingunt ſydera pennis.

Ex Poëmat. 1. Nicol. Borbonij

B. Dominici Confeſſ. f] Valentiæ Laicorum fratrum ſtatum profeſſus eſt: in quo Angelicam prope §. 12.
vitam duxit. Iugiter quippe orationi, & lacrymis aſſiduè vacabat: humilitati, charitati, & obedientiæ incunctanter operam dabat, pœnitentiæ, & mortificationis operibus continuò ſe exercebat, virtuteque caſtimoniæ ac Prophetiæ dono, & miraculorum multum exornatus fuit. In cœlum conſcendit ann. 1595. die Iouis infra Octauam Pentecoſtes: teſte Daça part. 4. Chronic. Minor. libr. 4. cap. 28. ex proceſſu authentico.

B. Violanta à Corduba. g] Nobiliſſimo ſanguine
nata, nobilior extitit familia Chriſti. Paſſionis Domi- §. 13.
nicæ memoria tota ſauciata fuit: quæ cùm fundaſſet tertij Ordinis Minor. Monaſterium S. Veronicæ de Murçia, circa ann. 1576. iamque brauium in Chriſto, quòd fideliter decurriſſet, acceptura, nonagenaria, & ampliori ætate confracta, cæleſtem patriam ambiit, eodem ann. 1576. cuius cellula fumigabat ab odore ſuauitatis admirandę. Blaſius Laguina in ſuo memoriali. Marianus lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 25. Thielmanſ. tom. 2. ſup.

DECIMO QVARTO KALENDAS IVNII.

GRanatæ, Beatorum [a] Martyrum Ioannis à Çetina, & Petri à Duenas: qui ob Catholicæ fidei confeſſionem, ab impio Mahomada, Maurorum Rege, capite truncati ſunt. Burgis in Hiſpania, Beati [b] Lupi, Confeſſoris. In Picœno, Beati [c] Conradi Spoletani, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Lohaneti, in territorio Trecorenſi, Depoſitio Sancti [d] Iuonis, Confeſſoris, Tertiarij: qui pro Chriſti amore, cauſas pupillorum, viduarum, ac pauperum defendebat: quem ſanctitate, & miraculis illuſtrem, Clemens VI. Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit. Eius tamen Feſtiuitas ſexto Kalendas Nouembris, potiſſimum celebratur [e] quando ſacrum ipſius corpus Trecorium fuit tranſlatum. Florentiæ, Beatæ [f] Humilianæ, viduæ, Tertiariæ: virtute abſtinentiæ, patientiæ, & miraculorum gloria inſignis.

MAII XIX.

§. 1. B*Eatorum Ioannis, &c. Martyr.* a] Primus erat Sacerdos, alter vero laicus profeſſione: quorum ſanguine, ab impio Mahomada Bambalua, Mauro, Granatenſis Regni XII. Tyranno, hac die, ann. 1397. effuſo, Granatenſis ciuitas laureata extitit. Poſtquam autem ille Rex impius ſua manu ſanctos Martyres decollaſſet, corpora eorum maximo cum ludibrio à Sarracenis raptata ſunt per vrbem, atque diſcerpta: vt ſic Chriſtiani horum reliquijs fruſtrarentur. Quod tamen è contra accidit. Duę quippe Craniorum partes ipſorum Martyrum debito honore aſſeruantur, in Conuentu ſancti Franciſci Granatenſ. reſiduum verò extat in ſacriſtia Conuentus ſancti Franciſci Hiſpalenſ. De his fusè ſcribit Marcus Vlyſſiponenſis lib. 1. part. 3. Chronic. Minor. cap. 11. vſque 29. Gonzaga part. 3. Orig. Seraph. Relig. in Prouinc. Granatenſ. & Conuentu 1. & 15. eiuſd. Prouinc. Item in Prouinc. Bæticæ Conuentu 1. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap 3. ſecul. 14. Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphic. Relig. Marieta lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 3. ex Chriſtoph. Moreno cap. 6. vitæ B. Nicolai *Factoris*. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Mariana lib. 19. cap. 8. Zurita annal lib. 10. cap. 62. & 64. Bzouius tom. 15. ann. 1397. §. 4. Wadinghus tom. 4. annal. ad ann. 1389. §. 9. & ann. 1397. quo paſſi ſunt ex Dameneco, de SS. Catalon. fol. 56. & Garibayo lib 15. reg. Caſtel. cap. 69. & lib. 40. cap. 12. Salazar. lib. 1. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 6. & lib. 2. cap. 12.

Beati Lupi, Confeſſoris. b] D. Franciſci Diſcipulus
refertur: obiitque circa ann. Chriſti 1291. apud Con- §. 2.
uentum Burgenſem, in Hiſpania, ſepultus; in ædicula primæua S. Franciſco ſacra, quæ extructa auguſtiori Eccleſia ſacellum S. Franciſci vocabatur, tranſlata ſunt exindè illius oſſa, in decentiorem locum ann. 1604. & iterum ann. 1615 prout obſeruat Wadinghus tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1291. §. 19. ex hiſt. antiq. MS. Prouinc. Burgenſ. Picquetus ſup.

Beati Conradi Spoletani, Confeſſoris. c] Vnus fuit §. 3.

Digitized by Google

ex illis, qui vnà cum BB. Conrado de *Offida*, Petro de *Monticulo*, &c. ſtrenuè decertarunt pro Regulari diſciplina; contra quorundam fratrum laxiorem viuendi modum. Illius meminit Vvadinghus ſup. ad ann. 1294. §. 9. ex Mariano lib. 3. cap. 11. & Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 5. cap. 27. Toſſinian. lib. 2. in general. 4.

§. 4. *Sancti Iuonis, Confeſſoris.* [d]] Naſcitur in Britannia Armorica, Galliæ Prouincia: ann 1258. ex honeſtis, piiſque parentibus. Lutetiæ primùm, deindè Aureliani litteris in tantum operam nauauit: vt in vtroque Iure peritiſſimus euaſerit, & ſacram Theologiam optimè calluerit ſed non minus pietati orationique inſiſtebat. Mira ciborum parſimonia, ac frugalitate clarebat: vino, cibiſque lautioribus abſtinebat: pudicitiam perpetuò ſeruauit, in pauperes omninò miſericors. Ab Epiſcopo Trecorenſi iudex curię ſuæ deſignatur, idque munus ſumma cum laude exercuit: ſed factus cuiuſdam Eccleſiæ; vulgò *Lohaneti*, parochus, reſidentiam agere decreuit: cùm iam ſuſcepiſſet habitum Tertij Ordinis Seraphici in Conuentu S. Franciſci Guingampenſi. Eius egregia facta, præclaraſque virtutes, & ſtupenda miracula recitant longiore ſtylo, Surius. tom. 3. Gazetus, Doubletus, Haræus tom. 1. Renatus Benedictus. Petrus *de la Haye* in vita illius 19. Maij quam notis illuſtrat Iacobus Rinaldus in Lilijs. part. 4. cap. 4. pag. 384. Petrus de Natalib. in Catalog. ſanctor. lib. 5. cap. 18 Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 9. cap. 22. 23. & 24. item part. 2. lib. 6. cap. 24. Agunt de eo Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in annotat. Molanus in Addition. & Annot. ad Vſuardum, eadem die. Breuiarium vetus Fratrum Minor. 19. Maij, nouum autem 27. Octobris. S. Antonin. 3. part. hiſtor titul 24. cap 9. §. 18. Toſſinianus ſup. vbi de SS. viris tertij Ord. Franciſcan. Supplementum Chronicor lib. 13. ſub ann. 1341. Meyerus libr. 12. Annal. rerum Flandricar. ad ann. 1342. ſub fin. Carion. in Chronico lib. 3. ætat. 3. ann. 1345. Sedulius in commentar. ad vitam S. Iuonis. De Torres. In Practic. Exhortationib. ſuper Regul. Tertiar. fol. 37. Ferrarius in noua Topograph. ad Martyrolog. Romam. verbo *Britannia* Minor.

Schedel in regiſtro mundi 6. ætate: de quo illud refert Elogium.

Inopater legum, cuſtos, protector, & amplum
Egregiumque decus; cui ſe debere fatentur
Iura, tuo toties ſunt debellata fauore;
Aptus eras iuſtas miſerorum ſumere cauſas.

B. Bernardinus de Buſtis part. 2. Roſarij Quadra-
§. 5. geſimalis ſerm. 27. litter. E. Faſciculus temporum ad ann. 1344. Platina. Genebrardus lib. 4. Chronograp. Boſquetus. Friſonus lib. 1. Galliæ Purpuratæ. & alij, in Clemente VI. Cœnalis lib. 2. de Re Gallica. Periocha 6. Democharez lib. 2. de Sacrificio Miſſ. cap. 25. in Trecorenſ. Epiſcop. Sabellicus Ænead. 9. lib. 8. Caſſanęus 7. part. Catalog. glor. mund. conſiderat. 29. Marulus, in Hiſtoria Sacrar. Relig. lib. 4. vbi de Franciſc. De Sillis in cap. 1. Reg. tertij Ordinis Magnum Chronicon Belgicum ann. 1350. Rocquezius, in ſpeculo æternitatis, ætate mund. 6. fol. 101. Victon. Tractat. de Antiquo ac moderno vſu Canoniſation. ſanctor. cap. 28. ex Luca Caſtellino, In Elucidario Theologico, De certitudine gloriæ ſanctor. Canoniſator, Arnulphus. lib. 1. Comitior. General. cœlo conuocator. cap. 27. hac die Albertus Magnus. In hiſtor. Britanniæ Armoricæ pag. 105. & ſeq. Ioannes Baptiſta Giattinus, edidit orationem de S. Iuone, habitam Romę, in eiuſdem templo ann. 1627. Breuiarium Pariſienſe, hac die. Sauſſeyus. In Martyrolog. Gallicano 19. Maij & 9. Iulij. Brautius In Martyrolog. Poetico. Hac die. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordinis. Galterius in Tabula Chronog. ſæcul. 13. in Sanctis & illuſtrib. viris, item ſæcul. 14. in euentib. memoralib. Gonzaga part. 1. ſup. in SS. viris Ordinis Minor. item part. 3. in Couuentu 20. Prouinc. Turonenſ. & Conuentu 5. Prouinc. Britanniæ. Argentræus lib. 4. Hiſtor. Britan. cap. 184. ad ann. 1303. Brulius lib. 2. antiquit. Pariſ. pag. 586. Spondanus in Auctario Chronolog. ad annal. Baronij ſub. ann. 1286. Cornelius à Lapide commentar. in Geneſ. cap. 26. verſ. 31. Bzouius tom. 14. annal. Eccleſ. ad ann. 1347. §. 23. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Minorum. Ioannes Raulinus part. 1. concion. ſanctor. ſermonem de eo habet, qui eſt. 118. Item Iacobus Perardus tom 1. de Trophæis Sanctor. alium edidit. Sebaſtianus Ticio, aliàs *Brant*, Scripſit in laudem S. Iuonis: teſte Trithemio lib. de ſcriptor. Eccleſ. Eccleſia Gallicana, de eo Proſam canit propriam, in celebratione Miſſæ, quæ ſic incipit, *Laus & honor Trecoria.* Quam eruditè exponit Clicthoueus lib. 4. Elucidatorij Eccleſiaſtic. Charronus cap. 135. hiſtor. vniuerſal. Gall. ſeu Franc. vult ipſum D Iuonem reædificaſſe Eccleſiam Coroſpitenſem: cuius Officialis extiterat. Wadinghus tom. 2. opuſcul. S. Franciſc. annotat. 19. in regul. Tertiar. Franciſcan. item tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1283. §. 11. Cottonus lib. 3. inſtit. Catholic. cap. 68. Krantzius lib. 9. Metropol. cap. 34.

Obiit, hac die, anno ætatis ſuæ 45. Chriſti ve- §. 6.
rò ann. 1303. canonizatus Iunij die 16. à Clemente VI. Pap. ann. 1347. Vti teſtantur Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. Spondanus, Friſonus, Wadinghus tom. 3. ſup. ad ann. 1303. §. 22. & 1347. §. 14. & ſeq. Scio Nicolaum *Gillium* in annal. Franc. ſub Rege Philipp. VI. ſcripſiſſe S. Iuonem Catalogo Sanctorum adſcriptum fuiſſe ann. 1348. quem ſequitur Sauſſeyus lib. 12. annal. Eccleſ. Aurelian §. 33. & Miræus in Chronico: ſed hallucinantur: vti conſtat ex Bullis Apoſtolicis apud ipſum *Vvadinghum* exhibitis; ab eodem Summo Pontifice ad Philippum Regem Galliæ miſſis; quartum initium eſt; *Ad ſpiritualis gaudij.* Sub datum Auinione 11. Kalend. Iulij, Pontificatus anno ſexto. Ex quibus corrigitur Surius, id factum fuiſſe 19. Maij, arbitratus: Surium incautè prius ſecutus fuerat Wading. ad ann. 1303. ſup. ſed poſtea errore detecto, lubens palinodiam cantauit, ad ann. 1347. ſup.

Beata Humiliana, vidua, Tertiaria. [e]] Progenitorē §. 7.
habuit Oliuerium *Cerchium* antiquæ nobiliſque familiæ Florentiæ: à teneris annis vas fuit Deo conſecratum. Anno ætatis ſuę 16. viro illuſtri nupſit; quinque annis permanſit in matrimonio, & quinque annis vixit vidua. Obiit in die Sabbathi 19. Maij ann. 1246. Tertij Ordinis alumna: cuius habitum acceperat de manu R. P. Michaëlis Florentini Minoritici Inſtituti Superioris. Meritis & virtutibus, ac miraculis fuit copioſiſſimè exornata. Sepulta Florentię, in Conuen. ſanctæ Crucis, Fratr. Minor. Poſtquam verò Deus ſigna & miracula ad ſepulchrum, per interceſſionem eius multiplicauit, 7. die menſis Auguſti ſequentis, communi decreto, indè elata, & ad ſcalas, qua ad pulpitum itur, decentiori loco, ſepulturam accepit; quo die plura miracula perpetrauit. Sed poſtea ann. 1314. facta eſt Tranſlatio eius; menſe Nouembri, in die ſancti Vitalis, in ſacrarium: vbi Reliquię eius in

capſula

Digitized by Google

capſula lignea habentur in maxima veneratione. Hæc & plura ex Legenda eius conſtant; quam ſcripſit F. Vitus de Cortona, diſcipulus Seraphici Patris ſancti Franciſci, quondam Miniſter Prouinciæ Romanæ; eam abbreuiauit, & politiore ſtylo comprehendit Raphaël Volaterr. miracula eius collegit F. Hyppolitus, Florentinus, Franciſcanus ann. 1249. Agunt de ea Marianus lib. 2. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. ſup. lib. 1. cap. 19. & 20. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. Fœmin. 1. & 3. Ordin. Minor. Siluanus in SS. Hethruriæ. Galterius ſup. ſecul. 13. in ſanctis, & illuſtrib. viris. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1246. §. 18. &c. Bzouius tom. 13. ad ann. 1246. §. 21. Valerianus de SS. Femin. Ord. Minor. lib. 5. cap. 11. Maij 11. obiiſſe perperã aſſerens. Marulus lib. 4. hiſtor. Sacrar. Relig. de Torres ſup. Salazar. lib. 6. cap. 26. & 27. ſup. De Buſtis ſup. & de Sillis. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

DECIMO TERTIO KALENDAS IVNII.

Aquilæ in Veſtinis, Sancti [a] Bernardini Senenſis, Confeſſoris: qui verbo, & exemplo Italiam illuſtrauit; tum multis Epiſcopatibus ſibi oblatis recuſatis, & virginitate perpetuò ſeruata illæſa; ac quamplurimis meritis, miraculiſque refulgens, quieuit in Domino: quem Nicolaus Quintus, Pontifex Maximus, catalogo Sanctorum adſcripſit, tempore Iubilæi magni. Fabriani, Beatorum [b] Bonacuræ, & Thomæ, Confeſſorum. Madriti, in Caſtella [c] Didaci à Sancto Martino, Confeſſoris: qui eximia humilitate, ſuique contemptu, & agnitione, perfectè eſt adornatus. Apud Veaz oppidum in Hiſpania, Beatæ [d] Franciſcæ Rodericæ, viduæ, Tertiariæ: nobilitate generis, & vitæ ſanctitate illuſtris.

MAII XX.

§. 1. *Sancti Bernardini Senenſis, Confeſſoris.* [a]] Huius ſanctiſſimi viri Elogium Laconicè proſequutus eſt Illius Synchron. Æneas Syluius poſtea Pius II. Papa renuntiatus cap. 64. ſuę Europæ *In Aquila* (inquit) *Marſorum vrbe, D. Bernardinus Senenſis, poſtquam Italiam omnem, Chriſti nomen prædicando, peragraſſet, vitæ curſum peregit; eoque in loco ſepultus clarere miraculis affirmatur. Fuit autem Bernardino clara inter Senenſes origo, nec vera eſt aſſertio eorum, qui patriam illi Maſſam fuiſſe tradunt: quamuis ibi pueritiæ nonnulla rudimenta peregerit. Cæterùm pater ac maiores ſui longa ſerie inter nobiles Senenſes habiti ſunt: vbi & ipſe natus, & maiori ex parte educatus, cùm adoleuiſſet, iuri Pontificio ediſcendo operam dedit. Sed cùm ſepultis parentibus, fallaces huius mundi blanditias, & inania eius eſſe promiſſa animaduertiſſet; diſtributa inter Chriſti pauperes ſubſtantia, Diui Franciſci religionem ingreſſus, traditam ſibi regulam exactiſſimè obſeruauit: declinanſque maiores Conuentus, eorum ductor ac magiſter effectus eſt, qui Fratres Obſeruantes appellantur. Maximum autem ei ſtudium, in edocendis populis fuit. Qui cùm eſſet facundia copioſus, & doctrina inſignis, incredibili omnium attentione audiebatur; & quaſi alter Paulus eſſet vas electionis, in admiratione ac reuerentia habitus eſt. Tres eum populi ſibi Pontificem elegerunt: Vrbinates, Ferrarienſes, Senenſes: ſed non fuit ei conſilium, linguam, quæ toti poſſet Italiæ conſulere, vnam intra vrbem concludere.*

§. 2. Natus eſt autem die 8. Septemb. ann. 1380. porro, ann. 1402. eadem die fit Frater Minor, & ſequenti anno, ſimili die, voto adſtringitur. Anno item 1404. factus ſacerdos, ſui ſacrificij primitias eadem die Deo obtulit: quin & primam concionem ad populum eadem die habuit: ac tandem ann. 1444. die 20. Maij in cœlum abiit, annos natus 63. & menſes 8. cui prius S. Petrus Cœleſtinus Papa apparuit, eumque ad cœleſtia regna vocauit. Poſt cuius tranſitum fœlicem, crebreſcentibus quotidiè miraculis; ad eius inuocationem diuinitùs patratis, Nicolaus V. Papa illum in Apotheoſim retulit ann. 1450. tempore iubilæi magni: cuius extant litteræ Apoſtolicæ, incipientes. *Miſericordias Domini.* Sub Datum Romæ 9 Kalend. Iunij ann. Chriſti 1450. Pontificatus ſui anno 4.

Præclara illius facta commemorant; ipſe Æneas Syluius lib. de viris illuſtrib. Piſanus lib. 1. Confor- §. 3.
mitat. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. Pennenſi, & in viris Franciſcanis doctrina illuſtribus. D. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 22. cap. 12. §. 3. & titul. 24. cap. 5. Beatus Ioannes Capiſtranus; Ludouicus Vincentius; Surius, Moſander, Lippelous, Renatus Benedictus Haræus, Villegas, Gazetus, Doubletus, &c. in vita eius 20. Maij. Nider libr. 4. Formicarij cap. 9. Coluenerius ibidem in notis. Sabellicus Ænead. 10. libr. 5. & 6. Faſciculus temporum ad ann. 1424. Martinus de Lauda; in Allegationibus quas fecit in eius canonizatione. Marulus lib. 1. exemp. cap. 2. Calchocondilas lib. 8. de rebus Turcicis. Schedel. in Chronico. Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibidem in Annotation. Molanus in Additionib. & notis ad Vſuard. eadem die, ac in Diario Eccleſ. Medic. §. 19. Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphic. Relig. Firmamentum trium Ordinum Minorum tract. 1. in Memoriali eiuſdem Ordinis ſub. 34. Miniſtro Generali. Speculum Fratrum Minor. Ibid. Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. Chron. Mino. libr. 1. cap. 25. 26. 33. 34. 38. 40. 45. 46. 57. 61. 62. 63. Item. libr. 2. cap. 1. vſque 21. & libr. 3. cap. 34. Gonzaga part 1. Origin. Seraph. relig. in Sanctis, & Scriptorib. ſacris, ac Vicariis generalibus huiuſce Ordin. item part. 2. in Prouincia Tuſciæ. Conuentu 3. & 4. ac Prouinc. Sancti Bernardini Conuentu 1. Platina, Genebrardus, Quercetanus, & alii in Nicolao V. Pap. Supplementum Chronicor. lib. 15. ad annum milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum tertium. Paulus Moriſius libro primo Origin Relig. cap. 48. Marulus lib. 4. Hiſtor. Sacrar. Religion. Marianus lib. 4. cap. 5. & 15. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 5. Robertus à Licio, & Pomerium concion. de SS. Bernard. Senenſi, & Vincentio Ferrerio. Sixtus Senenſ. lib. 4. Bibliothec. Sanctæ. Andræas Eborenſ. lib. 2. tom. 2. tit. de Lectione. & ſtudio. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap. 1. & tom. 2. lib. 15. cap. 9. Platus de bono ſtat. relig. lib. 1. cap. 38. & lib. 2. cap. 6. & 32. Trithemius de Scriptorib. Eccleſ. Bellarmin. tom. 7. ibid. Gneſnerus in Bibliotheca. Appendix ad Petrum de Natalib. cap. 11. Vvillotus in Athenis Orthoxor. Franciſcan. Choppinus lib. 1. Monaſtic. tit. 1. § 16. & tit. 3. §. 2. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 15. vbi de Scriptor. Eccleſ. continuator Chronic. Palmerii. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Bernardini. Algezira in Arbore Epilogic. totius Ordin. Franciſcan. Foderetus in Deſcriptione Prouinc. Burgundiæ pag. 165. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. item in Amicabili exhortatione, ſeu pia cenſura præfati Fodereti cap. 7. §. 6. pag. 63. Vvadinghus tom. 1. annal. Minor. ad ann. 1213. §. 7. tom. 4. ann. 1380. §. 1. & ſeq. tom. 5. ann. 1402. §. 1. & ſeq. 1405. §. 3. & ſeq. 1416. & aliis annis paſſim. Hieronymus de Villa vitis. In ſuo Orationali, hac die. Magnum Chronicon Belgicum, ann. 1450. Spinellus. de laudibus Deipar. virg. cap. 35. §. 17. & Tractat. de virginibus ſection. 2. §. 25. Gononus in Chronico. SS. Deiparæ ſæcul. 14. ad ann. 1425. Griſius de Clericis Regularibus Section. 14. §. 79. Balinghen. In Calendario Virgin. Mariæ hac die & 22. eiuſdem menſ. §. 7. Victon. Tractat. de Antiquo ac moderno vſu Canoniſation. SS. cap. 28. ex Luca Caſtellino. Idem Gononus lib. 6. vitar. PP. Occident. in notis ad vitam S. Petri Cœleſtini Pap. Brautius in Martyrolog. Poëtico, hac die. Ferrarius in noua Topograp. ad Martyrolog. Roman. verb. *Aquila*. Cornelius à Lapide in Commentar. Actuum Apoſtol. cap. 20. verſ. 33. Auguſtinus Dathus ſcripſit de Laudib. D. Bernardini Senenſ. item Oratiunculas ad Deum in honorem eiuſdem. S. Bernardini. Charron. cap. 142. hiſtor. vniuerſal. Gall. ſeu Franc. Cottonus lib. 3. inſtitut. Catholic. cap. 68. Guido Papa in Deciſionibus ſuis quæſt. 84. Bzouius tom. 14. annal. Eccleſ. ad ann. 1348. §. 33. & tom. 15. ann. 1424. §. 35. & 1425. §. 25. & ſeq. item tom. 16. ad ann. 1444. §. 22. &c. item tom. 17. ad ann. 1450. §. 12. & 13. Volaterranus lib. 21. Antropol. de Eremitis. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Ioannes *de la Haye*, nuper edidit in lucem omnia S. Bernardini opera, Pariſiis, apud Dionyſium *Moreau*, ſub ſigno Salamandræ. Porrò feſtum ſancti Bernardini inter duplicia maiora recenſetur apud Firmamentum trium Ordinum part. 3. in ordinationibus circa diuinum Officium. Ex Capitulo generali Barcinonenſi, ann. 1451. Vide Speculum Fratrum Minorum ibid. tract. 3. D. Bernardini. Canonizatio cum officio proprio Eccleſiaſtico extat MS. in Bibliotheca S. Victor. Pariſ. E E E. 5.

Beatorum Bonacuræ, & Thomæ, Confeſſor. [b]] §. 6.
Doctrina & ſanctitate claruerunt in Conuentu Fabrianenſi, apud Marchiam Anconitanam: vbi & nonnunquam extitere Guardiani, Cuſtodes, ac Viſitatores pauperum Dominarum, ſeu Clariſſarum: vti conſtat ex Chronico Fabrianenſi, à Beato Franciſco Fabrianenſi conſcripto, & Vvadingho tomo ſecundo ſupra, ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum octauum, §. tertio.

Beati Didaci à S. Martino, Confeſſoris. [c]] Laicus §. 7.
profeſſione, qui per 42. continuos annos, tum in Sancti Michaelis Prouincia, in qua Nouitiatus incunabula tranſegerat: tum in India; tum quoque in Prouincia Sancti Ioſephi, Altiſſimo in maxima cordis humilitate, ſuique contemptu, & agnitione fideliſſimè inſeruiuit: ac tandem Madriti apud Conuentum ſancti Bernardini (qui eſt 9. Prouinciæ præfatæ S. Ioſephi) laudabilem mortem obiit ſeptuagenario maior ann. 1573. Vide Gonzagam ſup. pag 3. in prænominato Conuentu, & Barrezzum part 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 21. Rapinæum in Hiſtor. general. Origin. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 11. Grauinam in *Voce Turturis*, part. 2. cap. 24. & Ioannem à Sancta Maria 1. part. Chronic. Prouinciæ ſancti Ioſephi libr. 2. cap. 14. de eo fuſius agentem.

B. Franciſca Roderica de Veas, vidua, Tertiaria. [d]] § 8.
Nobiliſſimis exorta eſt natalibus apud oppidum Veas: quæ vidua derelicta, Altiſſimo fœlicius obſequutura, habitum tertij Ordinis Franciſcan ſumpſit; atque in humili quadam domo, vnà cum Catharina *Martinez* & Eliſabetha de *Cruce*, filiabus ſuis: aliiſque eiuſdem mentis virginibus ſibi adhærentibus, ab anno Chriſti 1507. vſque ad ann. 1544. virtutibus, vitaque exemplari pollens, perſeuerauit. Verùm, cùm ſororum aucto numero, illa domus anguſtior reddita eſſet: ad aliam eiuſdem oppidi *Veas* conuolauit: vbi ſanctiſſimè vixit, obiitque. Agunt de ea Gonzaga 3. part. ſup. in Monaſterio Conceptionis Beatæ Mariæ Virg. Veas: quod eſt 10. Prouinc. Carthaginenſ. & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 40. Valerianus de SS. Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 34.

DVODECIMO KALENDAS IVNII.

IN ciuitate Polocenſi apud Lithuaniam, Paſſio Beati [a] Bonauenturæ Lithuani, Martyris. Caſſani, in Apulia, Beati [b] Ioannis de Penna, Confeſſoris: zelo ſuæ Obſeruantiæ Regulæ, & ſpiritu Prophetico conſpicui. In India Occidentali, Beatorum [c] Ioannis de Palo, & Andrææ Cordubenſis, Confeſſorum: qui ſpiritus feruore repleti, innumeros Indiæ populos mites reddiderunt, & Chriſtianos. Apud Monaſterium Concæcamporum, in Palentino territorio, Beatæ [d] Mariæ à Montalua, Virginis: è cuius ſepulchro pulueres collecti, febricitantibus conferunt ſanitatem.

MAII XXI.

Digitized by Google

MAII XXI.

§. 1. BEati *Bonauenturæ, Martyr.* [a]] Hic fortis Athleta Chriſti, in prima irruptione Moſcouitarum, Martyrium paſſus eſt, cùm eſſet illius vrbis Conuentus Guardianus anno 1514. ita referunt MSS. Monumenta Polonica, & Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1498. §. 44.

§. 2. *Beati Ioannis de Penna, Confeſſoris.* [b]] Vixit ann. 1525. apud Conuentum S. Mariæ de Angelis, Caſſanenſis oppidi, qui eſt 22. Prouinc. S. Nicolai, in quo, & ſanctiſſimam mortem obiit. Laicus erat profeſſione, vir vtique ſui ſtatus, dùm viueret zelantiſſimus; qui & inter alia dona à Deo habita, plura, ſpiritu Prophetico afflatus, præuidit, prædixitque. Agunt de eo Gonzaga in præfato Conuentu part. 2. Orig. Seraphic. Relig. & Barezzus 4. part. Chronic. Minorum lib. 1. cap. 47. ad ann. 1526. Daça ibid. lib. 1. cap. 31.

§. 3. *Beatorum Ioannis & Andreæ, Confeſſorum.* [c]] Cùm Beatus Martinus à *Valentia*, Indiarum Apoſtolus, in Indiam traiicere pararet, diuino fretus auxilio, nonnullos elegit ſuæ Prouinciæ ſancti Gabrielis fratres, ſibi in ſocios, & cooperatores in cõuerſione Indorum: inter quos hi duo, Laici profeſſione, vltimum quidem tenent locum, at in eo Apoſtolico munere obeundo, non infimi extitere. Erant quippe ingenti charitate, oratione, & humilitate exornati: miraculis, & ſignis illuſtres, tantúmque in propaganda fide laborarunt, vt ſuis manibus ad centum millia Indorum aqua Baptiſmatis abluerint, Idola prope infinita confregerint, ædes Idolorum non paucas diruerint, &c. Horum meminere Gonzaga 4. part. ſup. in initio Prouinciæ ſancti Euangelij. Baptiſta Molez cap. 22. Chronic. Prouinc. Daça ſup. lib. 2. cap. 22. & alij recentiores. Prior vocabatur B. Ioannes de *Palo*, vulgò, *Iuan de Palos*.

§. 4. *Beatæ Mariæ à Montalua, Virginis.* [d]] Floruit circa ann. 1540. De ea ſcribit Gonzaga part. 3. ſup. in Monaſterio ſanctæ Claræ Concæcamporum, quod eſt 9. Prouinc. Conceptionis, in Hiſpania: his verbis. *Ex plurimis ſacris virginibus, quæ cum non vulgari ſanctitatis fama, hoc in loco diem clauſere extremum, in medium adducam Religioſiſſimam ſororem Mariam à Montalua. Nam eius oſſa, poſt plurimos annos elapſos, ſuauiſſimum ex ſe odorem emiſere. Præterea collecti ex eius ſepulchro pulueres, plures febricitãtes priſtinæ ſaluti reſtituerunt.* Eadem atteſtantur Barezzus ſup. lib. 3. cap. 42. ad ann. 1544. & Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minorum lib. 4. cap. 36. Wadinghus tom. 5. ſup. 1450. §. 42.

VNDECIMO KALENDAS IVNII.

IN territorio Aurelianenſi, Beati [a] Nicolaj Trieti, Martyris. Omuræ in Iapponio, Beati [b] Petri ab Aſcenſione; qui capite truncatus, Martyrium compleuit. Barcinone, in Hiſpania, Beati [c] Sicardi, Confeſſoris, & Doctoris eximij: ſanctitate celebris. Apud Carinienam, in Hiſpaniæ Tarraconenſis oppido, Beati [d] Didaci Diſcalceati, Confeſſoris: qui humilitate, charitate atque patientia pollens, ſignis etiam poſt mortem coruſcauit. Tribuli, in territorio Palentino, Beati [e] Ioannis Henriquezij, Confeſſoris: genere, & virtute illuſtris: qui dono conſilij, & patientiæ inſignis, miraculis etiam claruit. Mortarij in Inſubria, Beatę [f] Eliſabethæ, Virginis: cuius ſanctitas ſumma fuit.

MAII XXII.

§. 1. BEati *Nicolai, Martyris.* [a]] Martyrium ſubiit, tormenti ictu, ab hæreticis, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Pietate Malarum Herbarum circa ann. 1560. qui eſt 22. Prouinciæ Franciæ Pariſienſ. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronicorum Minorum. libr. 9. cap. 59. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in ſacris martyribus Ordinis Minorum ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in Prouincia Franc. Pariſienſ. Daça 4. part. Chronicorum Minorum. lib. 3. cap. 51. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Hilarion à Coſta libr. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 363. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. à quo *Tricenſis* dictus eſt. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Aurelianenſi.

§. 2. *Beati Petri, Martyr.* [b]] Martyrium paſſus eſt die Lunæ poſt Trinitatem, ann. 1617. Illius meminere Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 17. Solierus tom. 2. Hiſtor. Eccleſ. Iappon. libr. 17. capit. 18. §. 148. Marianus lib. 4. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 27. ad cuius proceſſus conficiendos, pro ipſius canonizatione, litteræ petuntur Apoſtolicæ, vt patet ex libello Neapoli edito, ann. 1626. apud Typographiam Ioan. Dominici Roncalioli: & Rapinæo Hiſtor. General. Orig. Recollect. 1. part. præfat. §. 4.

§. 3. *Beati Sicardi, Confeſſoris.* [c]] Religioſiſſimus pariterque doctiſſimus extitit in ſacra Theologia Magiſter: qui ex Conuentualibus Franciſcanis Patribus ad Obſeruantinos confugit; & moriens, omnibus ob eximiam doctrinam atque ſanctitatem maximum ſui deſiderium reliquit. Diem clauſit extremum Barcinone, ſepultus in Conuentu Sanctæ Mariæ de Ieſu eiuſdem ciuitatis. Memoratur à Gonzaga ſup. part. 3. in eodem Conuentu, qui eſt primus Prouinciæ Cathaloniæ, & Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 66. ad ann. 1526. Wadingho tom. 5. ſup. ad ann. 1427. §. 39.

§. 4. *Beati Didaci Diſcalceati, Confeſſoris.* [d]] Huius meminit Gonzaga ſup. in Conuentu Sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris, apud Carinienam, qui eſt 13.

Digitized by Google

Prouinciæ Arragoniæ, illis verbis. *Hic locus, quod à ſæcularibus ſequeſtrans, quodque optimis moribus atque regulari diſciplina imbutus ſit, grauiſsimis religioſis, atque omni ſanctitate præditis perpetuo floruit. Inter hos autem eximiæ religionis Pater Didacus Diſcalceatus, longè emicuit. Cuius humilitas, charitas, patientia, atque religio cum cæteris virtutibus coniuncta, incredibilis fuit. Quamobrem & viuens ab omnibus in maxima æſtimatione habitus extitit, & moriens peculiari ſepulchro recondi meruit.* Eadem habet Barezzus ſup. lib. 2. cap. 24. ſub. ann. 1532. addens miracula ad eius ſepulchrum fieri.

§. 5. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [c]] Prouinciæ Conceptionis fuit alumnus, ex nobili Caſtellæ Admiraliorum proſapia genitus; vir multæ orationis, & pœnitentiæ; dono etiam erat conſilij præditus: necnon patientia clarus in tot ſuis ægritudinibus. Humillimus cùm eſſet, Epiſcopatum vltro ſibi in Calabria oblatum conſtanter recuſauit. Triduò ante obitum meruit cœlitùs audire, omnia, & ſingula eius peccata, ſibi eſſe à Deo dimiſſa. Sepulturam nactus eſt in Conuentu Tribulano, (vbi Guardianatus officio functus fuerat) qui eſt 16. præfatæ Prouinciæ. Miraculis poſt mortem conſpicuus: ex Daça ſup. libro quarto, capite quinquageſimo primo ad ann. 1600. Wadingho, tom. 5. ſup. ann. 1415. §. 28.

Beata Elizabetha, Virginis. [f]] Floruit ann. 1530. in Monaſterio S. Claræ Mortarienſ. quod eſt 12. Prouinciæ. Mediolanenſ. vbi magna ſanctitate repleta, obdormiuit in Domino. Idque teſtantur Gonzaga part. 2. ſup. in eo Monaſterio: & Barezzus item ſupra lib. 2. cap. 10. Valerianus de Sanctis Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 13. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1430. §. 51. §. 6.

DECIMO KALENDAS IVNII.

LOndini in Anglia, Beati [a] Ioannis Foreſti, Angliæ Apoſtoli, & Martyris: qui iuſſu Henrici VIII. Anglorum Regis, ob defenſionem Catholicæ veritatis, carceri mancipatus; poſt duriſſimam captiuitatem, ſententiam mortis excepit. Nam patibulo appenſus, ſuppoſitoque lento igne ad eius pedes, tandiu crudeliſſimè torrebatur, donec totus igne combuſtus, victor ad cœlos migrarit. Aquis, in Gallia, Beati [b] Roſtagni, Confeſſoris, ex tertio Ordine Minorum: vitæ perfectione, ac miraculis clari. Apud ciuitatem Portuenſem in Luſitania, Beatæ [c] Elizabethæ ab Annuntiatione, Virginis: quæ Abbatiſſa electa, eximia ſanctitate refulſit. Gienni, in Hiſpania, Beatæ [d] Quiteriæ à Cruce, Virginis: paupertate, oratione, & vitæ auſteritate conſpicuæ. Palmæ in territorio Cordubenſi, Beatæ [e] Mariæ de Ieſu, Virginis: quæ quanto pœnitentiæ operibus ſeſe exercebat, tantò magis Chriſtus illam in oratione diuinis reuelationibus, & gaudiis ſolabatur.

MAII XXIII.

§. 1. BEati *Ioannis Foreſti, Martyris* [a]] Anglicus erat natione, egregius Theologus; à Confeſſionibus D. Catharinę Anglorum Reginæ; qui & tractatum edidit *De Auctoritate Eccleſiæ, & Pontificis Maximi.* Quod audiens Rex Henricus VIII. ægréque ferens, ſatellites mittit, virum Dei trudit in carcerem, vincit compedibus, ac ferreis manicis arctat, affligitque. Indè coram Rege ſiſtitur, ad ſuæ Catholicæ ſententiæ reuocationem incitatur; vrgeturque vt ipſum Angliæ Regem, Anglicanæ Eccleſiæ caput eſſe fateatur. Ipſe verò conſtanti animo à Catholicæ Romanæ Eccleſiæ placitis, vel latum vnguem, nunquam ſe diſceſſurum affirmauit; grauiſſima quæque tormenta, mortemque duriſſimam ſpernens, vt innoxium ſeruaret animum. Illo igitur ſic in veritate perſeuerante, reus mortis eſſe iudicatur. Sicque lata ſententia ab iniquo iudice, confeſſor Chriſti ducitur ad locum, vbi erectum erat patibulum, ſub quo lignorum ſtraminumque cumulus erat copioſus. Hoc ſupplicij atrociſſimum ſpectaculum vt is vidit, fideli ac ſtrenuo animo, altaque voce ait: *Nec ignis, nec patibulum, nec tormenta quæquæ me ſeparabunt à te Domine.* His dictis, ſuperiori veſte exuitur, & cathena circa ventrem ligata ſuſpenditur: ſupponitur ignis ad pedes tantummodo, vt paulatim flamma procedente diutius cruciaretur: ventus ignem dimouet à corpore pendentis, ac diuturno cruciatu, gratius fit holocauſtum Deo, eximiumque patiendi pro Chriſto deſiderium, in Chriſti martyre adimpletur. Tandemque patibulum vnà cum ipſo in ſubiectum ignem coniectum eſt. In hiſque perferendis, conſtanti animo, hæc frequentius verba, ex corde pronuntiabat: *In vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas.*

Quando hic venerandus ſenex, glorioſuſque Chriſti athleta coniectus fuit in carcerem, & ſententia ſuſpendij ac combuſtionis in eum lata eſt, poſt duorum annorum duriſſimam captiuitatem, qua inter latrones vir Sanctus iacuerat, plurimoſque cruciatus perpeſſus fuerat; Regina Angliæ, Catharina, pia, & Catholica ab impio Rege repudiata, maléque habita haud potuit ſe continere, quin ad Chriſti martyrem ſcriberet, quamuis illud non niſi magno ſuo periculo faceret. Idipſum, & aliæ quædam perſonæ nobiles egerunt: quarum exemplar litterarum adhuc extant vnà cum reſponſione præfati Beati Patris Ioannis Foreſti. Martyrio igitur Londini coronatus eſt, anno 1538. ætatis ſuæ 70. Cuius agonem, victorias, & trophæa ſacra deſcripſerunt Thomas Bouchierus in hiſtoria Eccleſ. Frat. Minor. Obſeruan. Polina in Hiſtor. Anglicana. Gonzaga. part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de ſacris Martyr. Ordi. Minor. ſuo æuo ob Chriſti fidem paſſis, in Anglia. item part. 3. in Prouincia Angliæ. Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 3. cap. 6. vſque 11. Daça ibid. libr. 5. cap. 32. & 35. Gramina in *voce* §. 2.

Turturris

Turturis part. 2. cap. 24. Hilarion Coſtæus in Elogiis illuſtr. mulierum pag. 115. vbi de Catharina, Angliæ Regina, item lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 155. item pag. 161. &c. Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchia Eccleſiaſt. numer. 1342. Toſſinianus lib. 1. & 2. Hiſtor. Seraphic. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Boſius verò ann. 1540. tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. & lib. 12. cap. 22. VVillotus Athenar. orthodoxar. Franciſcan. littera I. Theatrum crudelitatum hæreticorum pag. 28. & 29. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Verè Apoſtolus Angliæ; non verò Edmundus Campianus Ieſuita, vti autumat Cornelius à Lapide, Commentar. in acta Apoſtolor. in Effigie S. Pauli cap. 2. virtute 4. §. 8. cùm iſte haud occubuerit niſi ann. 1581. ex Florimundo Ræmundo lib. 6. Ortus & occaſ. hæreſ. cap. 13.

§. 3. *Beati Roſtagni, Confeſſ. ex tertio Ordine.* [b]] Fama ſanctitatis clarus obiit, ac ſepultus eſt in Conuentu Aquenſi apud Prouinciam Phocenſem in Gallia, qui magna perfectione præditus eſt in vita ſua: & poſt mortem miraculis coruſcauit. Huius meminit Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 24. §. 2. ad ann. 1280. VVadinghus tom. 2. Annal. Minor. ſub ann. 1282. §. 10. Algezira ſup. & Chronica 24. Generalium Franciſcan. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Marſiliæ. De Sillis in cap. 1. reg. tertij Ordinis. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouic. Caſtellæ, cap. 15. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin.

§. 4. *Beata Elizabetha ab Annuntiatione, Virg.* [c]] De ea hęc ſcribit Gonzaga ſup. part. 3. in Monaſterio ſanctiſſimæ Matris Dei de Portu, quod eſt 9. Prouinc. Portugalliæ. *Ex ergaſtulo carnis ſoluta ad aſtra hoc in loco migrauit ſoror Elizabetha ab Annuntiatione, quæ ob eximiam ſanctitatem viginti octo continuis annis Abbatiſſæ munus obiuit. Cuius oratio tam frequens, tamque aſſidua fuit, vt eius genibus callum, ad inſtar Beati Iacobi Apoſtoli obduxerit. Cùmque in morbum, qui ſibi familiariſſimus erat, incidiſſet, hæc Pſalmiſtæ verba continuò repetebat.* Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. *Et morti propinquæ ſubiecit illud Pſal.* 3. Ego dormiui & ſomnum cępi, & exurrexi quia Dominus ſuſcepit me. *Quod vt omnipotens Deus confirmaret, palamque faceret; voluit, vt cùm eius corpus aliquandiu terra ſubiacuiſſet, caſuque effoſſa terra detegeretur, tanta inde exhalaret fragrantia, vt omnem Conuentum ſimul & ſorores repleret.* Eadem refert Barezzus ſupra lib. 2. capit. 53. ad ann. 1534. & Valerianus de Sanctis Fœminis Ordinis Minor. libr. 4. cap. 29.

Beata Quiteria à Cruce. [d]] Hæc ſanctitate, religione, & morum grauitate floruit. §. 5. Altiſſimæ paupertatis amica erat, & magna cum inſtantia orationi vacabat; cuius anima anno 1543. aſtra petiit. Ob vitæ verò aſperitatem, cæteraſque virtutes, quas mortali adhuc carne induta, mirum in modum coluit, cæteris Religioſis, Deo chara, veréque Beata exiſtimatur. Agunt de ea Gonzaga part. 3. ſupra in Monaſterio Sanctæ Claræ Giennenſi, quod eſt 3. Prouinc. Granatenſ. & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 40. ac Valerianus cap. 34. ſup.

Beata Maria de Ieſu, Virginis. [e]] Operibus pœnitentię addictiſſima erat: diſcalceata quippe ſemper inceſſit, multas Quadrageſimas in pane & aqua ieiunauit: quam variis reuelationibus, & conſolationibus cœleſtibus Deus in oratione recreabat. Obiit ſanctiſſimè apud Monaſterium Palmenſe, quod eſt 2. Prouinciæ Angelorum: quo tempore ſplendidiſſima ſtella ſuper eius cellam apparuit, quę Infirmariam totam ſuo lumine illuſtrauit. Prout teſtatur Daça ſupra lib. 3. cap. vltim. ad ann. 1575. §. 6.

NONO KALENDAS IVNII.

Vilnæ in Lithuania, paſſio Beatorum [a] Gaſtoldi Vilnenſis, & Staniſlai Cracouienſis, Epiſcoporum, necnon triginta ſex Fratrum Martyrum. Eugubij in Vmbria, Beati [b] Thomæ, Confeſſoris: eximia ſanctitate, ac ſignorum gloria illuſtris. In Hiſpania, propè Villam Nouam de Scaſa-Fracta, Beati [c] Franciſci Monei, Confeſſoris: miræ abſtinentiæ, orationis, ſimplicitatis, & charitatis viri: qui cùm martyrij deſiderio flagraret, Marrochium perrexit, Chriſti fidem Mahometiſtis annuntiaturus: à quibus grauia paſſus, liber dimittitur, ac tandem in pace quieuit; multis poſt mortem clarus miraculis. Apud Montem-Cælium, in territorio Coriano, Beati [d] Anonymi de Caſſalibus, Confeſſoris: profunda humilitate, atque columbina ſimplicitate celebris. In Hiſpania Beati [e] Franciſci à Cordouilla, Confeſſoris: qui humilitate, candore vitæ, atque virginitate ſeruata illæſa, plurimùm emicuit. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [f] Apolloniæ Pighineſiæ, Virginis, incredibili patientia exornatæ

MAII XXIV.

§. 1. *Beatorum triginta ſex Martyrum.* [a]] A Tartaris occiſi ſunt ann. 1343. Agunt de ipſis Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. in Cuſtodia Lithuaniæ. Sedulius Commentar. in cap. 3. vit. S. Franciſci §. 8. Wadinghus tom. 3. Annal. ad ann. 1343. §. 18. ex aliis 1325. §. 28. item tom. 4. ad ann. 1391. §. 8. Daça part. 4. Chron. Minor. lib. 2. cap. 54. & lib. 13. cap. 49 Iacobus Laurus de viris illuſtr. Sueciæ & Poloniæ. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1340. §. 15. Horum illuſtre martyrium carmine decantauit Reuerendiſſimus D. Ioannes *Anchuſſeniz*, Electus Kyouuenſis, ob recuperatam, eorum interceſ-

Digitized by Google

ſione, anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, valetudinem.

Barbara gens olim ſtygiis adoperta tenebris
Luminis ignara, candide Chriſte, tui,
Renuit ah demens luſtrari lumine vitæ,
Renuit & ſacras tangere fontis aquas &c.

§. 2. *Beati Thomæ, Confeſſoris* [b]] Claruit ann. 1330. vir fuit miræ ſanctitatis ac virtutis: qui & poſt mortem quamplura edidit miracula: obiit, ac ſepultus eſt Eugubij, in Conuentu Fratrum Minorum. De eo agunt Beatus Bartholomæus Piſanus, libro 1. Conformitat. fruct 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ ſancti Franciſci. Codex. M S. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. lib. 8 capite 33. §. 2. ad ann. 1334. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Seraphic. Hiſtor. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. 1291. §. 46. & tom. 3. ad ann. 1334. §. 24. ac tom. 4. ann. 1371. §. 32. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Marianus lib. 4. cap. 10.

Beati Franciſci Monei, Confeſſ. [c] [. Vixit ann.
§. 3. circiter 1540. apud Conuentum Dei genitricis, vulgò, Dominæ noſtræ, Rupis Amatoris, qui eſt 11. Prouinciæ S. Gabrielis; provt teſtatum reliquit Gonzaga part. 3. ſupra in eod. Conuentu: hiſce verbis, *Huic infœlici atque nequam ſæculo vltimum vale hoc in loco dixit, admirandæ ſimplicitatis, abſtinentiæ, vigiliæ, orationis, atque charitatis vir, Pater ſcilicet, ac F. Franciſcus Moneus, dignitate Sacerdos, qui pro Chriſto diſſolni cupiens, Marrochium petiit; inibique fidem Catholicam coram illis Mahometiſtis conſtanter prædicauit. Cuius rei cauſa plurimis ab iiſdem ſaturatus opprobriis, ad Chriſtianorum plagas remiſſus fuit. Cúmque ſe tanto fraudatum deſiderio cerneret, vigiliis, atque cæteris operibus bonis, quod ſibi vitæ reliquum fuit, inſtantius ſolito inſtitit, donec tandem animum reddidit. Eius corpus integrum omninò, atque incorruptum, immò & ſuauiter redolens adhuc perſeuerat. Quamobrem ab omnibus, tum fratribus, tum quoque ſæcularibus, Beatus Deoque carus exiſtimatur* Eadem habes apud Barezzum part 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 12. ad ann. 1540. Qui addit ipſum pluries Guardianatus munere preclarè functum fuiſſe: diemque ſui obitus certò præuidiſſe, ac cuidam fratri deſignaſſe: demùm & poſt mortem pluribus miraculis à Deo eſſe exornatum. Daçam libr. 3. ſup. cap. 23. ex Baptiſta Molez cap. 5. item Rapinæum in Hiſtor. general. Origin. Recollector. decad. 4. part. 2. § 1. & decad. 8 part. 1 §. 8. qui tamen (Gonzagam ſecutus) errore labitur: dùm ait obiiſſe Alburquerquij, in eadem Prouincia.

§. 4 *B. Anonymi de Caſſalibus, Confeſſ.* [d]] Profeſſione erat Laicus, vitæ probatiſſimæ Religioſus; qui ob ſummam eius humilitatem, atque columbinam ſimplicitatem inter Cœlicolas ab omnibus refertur. Huius funeri adfuit ex inſperato circa medium noctis, venerabilis quidam Pater, ab omnibus incognitus, qui, premiſſa coram 4. excubantibus religioſis ante feretrum oratione, defuncti corpus ſigno crucis conſignauit, benedixitque, atque ſtatim diſparuit. Quamobrem is beatiſſimus Pater Franciſcus, qui fratrem ſibi cariſſimum ſua præſentia dignare voluerit, fuiſſe à cunctis indubiè creditur. Præterea, dùm huius deuotiſſimi fratris corpus terræ mandaretur, Conuentus Campana, nemine impellente, ſed ſe ipſa ſonuit. Floruit ann. 1540. De eo ſcribunt, Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Luce Montis-Cælij: qui eſt 2. Prouinc. S. Gabrielis, & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 22. Rapinęus ſup. §. 3. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 30.

Beati Franciſci de Cordouilla, Confeſſ. [e]] Filius cùm §. 5.
eſſet Beati Ioannis à *Cordouilla*, à ſexto ſuæ ętatis anno, intra Conuentum S. Iſidori Syluæ Lorianæ educatus eſt in omni morum probitate. Grandior factus tanta cum modeſtia & diligentia cunctis fratribus inſeruiebat, parebat, ac loquebatur, vt omnium admirationi eſſet. Porrò habitu religionis ſuſcepto, vitæ perfectioni ſe totum dedit, humilitateque ſinceritate, & honeſtate ſic exornatus, vt hæ virtutes ſibi connaturales viderentur; pœnitentiæ operibus ſeſe exercebat, etſi, quid eſſet peccatum, vix agnoſceret: ideoque ſuperioris correctiones læto excipiebat animo. Litteris autem & virtutibus ita profecit; vt (niſi morte præuentus fuiſſet) in ſcientia Doctorem ſubtilem Scotum coæquaſſet, & quemlibet religioſum vitę perfectione ſuperaſſet. Conſcientiæ nitore admodum pollens, tabe peccati mortalis nuſquam inquinatum ſe ſenſit; aut integritatem carnis vel tantillum labefectauit: virgo enim permanſit, cùm obiit, poſt omnia Eccleſię Sacramenta piè ſuſcepta, anno ętatis ſuæ 21. Vide Ioannem à Sancta Maria 1. part. Chron. Prouinciæ ſancti Ioſephi lib. 2. cap. 20. ſub ann. 1580.

Beatæ Apolloniæ Pighineſiæ, Virginis. [f]] Hęc illu- §. 6.
ſtris Chriſti ſponſa, fuit oriunda ex Volaterra Tuſcię vrbe: floruitque apud Monaſterium Clariſſarum ibidem extructum, quod eſt Prouinciæ Tuſciæ primum. Quæ cùm viuens anno 1560. ſcaturientibus ex eius vlceribus vermiculis, tetro odore approximantes inficeret, mortua tamen ſuauiſſimè fragrauit. Petierat ſiquidem ſanctiſſima ſoror, vt dolores, quos Beatus Pater Franciſcus in ſacris Stigmatibus ſenſerat, ipſa quoque ſentire mereretur; quod cùm impetraſſet, conſtantiſſimè, ſimul atque patientiſſimè quoad vixit, ſuſtinuit. Memoratur à Gonzaga ſup. in præfato Monaſterio: & Barezzo item ſup. lib. 4. cap. 30. ſub ann. 1563. Valerio, de SS. Fœminis Ordin. Minor lib. 4. cap. 39.

Digitized by Google

OCTAVO KALENDAS IVNII.

Aſſiſij in Vmbria, Tranſlatio [a] Beatiſſimi Patris Seraphici Sancti Franciſci; tempore Gregorij Papæ noni. In Hethuria iuxta Empolim oppidum, Beati [b] Bartholomæi ab Anglario, Confeſſoris: qui caſtitate, humilitate, & patientia præclarus, vitam propè Angelicam duxit. Inſulæ, in territorio Lingonenſi, Beati [c] Claudij Reignati, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In Corcyra, Ionij Maris inſula, Beati [d] Franciſci à Baiona, Confeſſoris: qui Obſeruantiæ Regularis zelo, & mira abſtinentia admodum enituit. Gienni, in Hiſpania Beatæ [e] Mentiæ à Mendoza, Virginis: vitæ aſperitate, morum grauitate, & ſanctimonia celebris.

MAII XXV.

§. 1. *Tranſlatio B. P. Seraphici Sancti Franciſci* [a]] Certum eſt, corpus Sancti Franciſci, poſt illius fœlicem tranſitum, delatum fuiſſe in Eccleſiam Sancti Georgij, apud Aſſiſium, ann. 1226. die Dominica 5. Octobris, quo in loco iacuit, non quatuor annis integris, vti ſcribit Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chronic. Minor. libr. 2. capit. 73. ſed ſolùm tribus annis, menſibus 8. & diebus 20. tantum quippè tempus interfluit à die 5. Octobr. ann. 1226. vſque ad 25. Maij ann. 1230. quo hæc Tranſlatio peracta eſt. Cùm igitur catalogo Sanctorum adſcriptus fuiſſet D. Franciſcus ann. 1228. per Greg. IX. Papam: Summus ipſe Pontifex Aſſiſium veniens, canonizationem Seraphici Patris promulgando confirmauit: & deſignata ibidem Eccleſia in honorem ipſius conſtruenda, primarium lapidem in fundamento fecit ac benedixit; pluraque dona ac priuilegia largitus eſt. Quo facto Romam rediit, mandans F. Helyæ tunc Vicario generali Ordinis, vt curam huiuſmodi Eccleſiæ extruendæ aſſumeret. Quare Baſilicam miræ magnitudinis cœpit erigere extra muros (nunc intra mœnia vrbis) Aſſiſij: in quadam voragine, quæ antea dicebatur *Collis Inferni*: ſed poſt Eccleſiam ædificatam *Collis Paradiſi* eſt vocitata.

§. 2. Porrò intimatum fuit per vniuerſam Europam Fratribus & viris Principibus, ann. 1230. tranferendum ſolemniter, Papa item (vt ſpes erat) præſente, corpus ſancti Franciſci recens inter ſanctos connumerati, ad nouam Eccleſiam ſuo nomini dedicatam; cuius pars inferior, ſeu Eccleſia ſubterranea, in qua ad tutam & ſecretam cuſtodiam condendus erat hic pretioſus theſaurus, iam abſoluta erat, & firmiter vndique concamerata; celebranda item Generalia Ordinis comitia, in quibus de rebus grauioribus, & bono Ordinis ageretur regimine. Duplici ex hoc capite conuenerunt vltra duo millia Fratrum, atque vniuerſi hominum ſtatus tanta multitudo, vt eos vrbs capere non poſſet: ſed in campis ſub tentoriis, & turmatim gregum more, in rure ſuburbano, illis diebus victitarent. Summus Pontifex aliò detentus, haud potuit adeſſe; attamen rei negotium nullo modo prorogatum. Quod vt fieret magna cum ſolemnitate impensè curauit Papa, miſſis Nuntiis, magniſque donariis, & conſtitutis tanti operis commiſſariis. Vltra hæc, bonam miſit pecuniæ numeratæ ſummam ad fabricæ Eccleſiæ ſubſidium: quam denuò multiplici gratia & fauore affecit, exemptam faciens à quacumque iuridictione, ſibique immediatam, & totius Ordinis caput & matrem conſtituens.

§. 3. Litteris inſuper Apoſtolicis datis ad Miniſtrum & alios FF. in præfato Generali Capitulo conſtitutos: indulgentias varias conceſſit, huiuſce Tranſlationis gratia. Initium habent, *Mirificans miſericordias ſuas Dominus*. Sic vero terminantur. *Cæterum, cùm glorioſum corpus Sancti prædicti ad Eccleſiã ipſius nomine dedicandam cupiatis deuotè transferre; nos deſiderium veſtrum fauore debito proſequentes, quia dignum eſt vt veneremur in terris, quem Dominus ſic honorat in cœlis: de miſericordia Ieſu Chriſti, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, authoritate confiſi, omnibus, qui ad Tranſlationis eius ſolemnia deuotè conuenerint, vel vſque ad natiuitatem Virginis glorioſæ proximè venturam, ipſius Eccleſiam viſitauerint, transfretantibus mare, três annos: tranſeuntibus Alpes, duos: & cæteris vnum; & qui in Anniuerſario Tranſlationis illuc vſque ad octauam diem reuerenter acceſſerint, annum ſimiliter, de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus, Datum Laterani,* 17. *Kalend. Iunij, Pontificatus noſtri anno* 4. Has Indulgentias alij Summi Pontifices auxerunt. Etenim Alexander IV. & Martinus V. &c. viſitantibus Eccleſias Fratrum Minorum in Tranſlatione ſancti Franciſci, conceſſerunt quinquaginta annos, & duodecim quadragenas: teſte Compendio priuilegior. Ordin. Minor. titul. *Indulgentia, quoad ſecularem primò.*

§. 4. De hac Tranſlatione egerunt S. Bonauentura cap. 15. vit. D. Franciſc. S. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. §. 6. & cap. 9. §. 1. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. cap. 15. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. cap. 74. & part. 2. lib. 1. cap. 1. Firmamentum trium Ordinum Minor. tract. 1. in Memorial. Ordin. ſub 3. Generali. Marianus lib. 2. cap. 3. Piſanus in Conformitat. fruct. 34. part. 2. Seduſius in Commentar. ad cap. 15. §. 7. ſancti Franciſci. Corbinus lib. 9. ſanctæ Franciad. pag. 60. Balinghen in Calendario Virgin. Mariæ, hac die. Molanus in Additionibus ad Vſuardum. Brautius in Martyrolog. Poëtico. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1228. §. 79. & 1230. §. 1. 2. & ſeq. Pomarium part. hiemali de Sanctis, habet concionem de ea, quę eſt 85. ſed & hoc feſtum inter maiora duplicia Ordin. recenſetur apud Firmamentum Ordin. Minor. part. 3. in Ordinationib. circa Diuinum Officium.

§. 5. *Beati Bartholomæi ab Anglario, Confeſſor.* [b]] Fuit hic magna perfectione, ac vitæ ſanctitate præditus: Erat enim altiſſimæ paupertatis fideliſſimus amicus, puriſſima caſtitate fulgebat, atque profundiſſima hu-

militate. Prælaturam omnem aufugiens, contentus eſt nouitiorum magiſterium exercere. Patientia autem miro modo in eo eluxit. Nam hectica febri multis annis exagitatus, numquam indè conqueſtus eſt: ieiunium ſtrictè ſeruans, & Ordinis rigorem: niſi à Superiore impediretur. Correctioni fraternæ maximè inuigilabat: ita vt ſi quem audiſſet verba minus cautè promentem, aut aliquid operis indecenter agentem vidiſſet; continuò, abſque perſonarum ſelectu, ab inceptis diſcedere, ingenti zelo & prudentia monebat, cogebatque: ſanctæ orationi valdè addictus erat; in qua fauores ampliſſimos, ac conſolationes non paucas meruit à Deo obtinere. In ea etenim aſſiduus fuit atque feruentiſſimus; ita vt ſæpius inter orandum à terra abſtractus, & in aëra ſubleuatus viſus ſit. Aſſueuerat ſiquidem deuotus hic Pater, dùm moram ageret in monte Aluernę, accedere ſingulis noctibus ad ſacellum Beati Ioannis: cùmque omnia denſiſſimis tenebris nocte quadam perfunderentur, ita vt abſque præſentiſſimo vitę periculo eò ſe conferre non poſſet; adfuere illi è veſtigio duo Angeli, qui accenſis facibus viam ſibi commonſtrarent. Tandem meritis ac bonis operibus inſiſtens, obedientiam, ſilentium, cæteraſque virtutes omnibus diebus vitæ adeò coluit, vt cœleſtis potius quàm terrenus homo apparuerit. Quamobrem à Fratribus atque etiam à ſæcularibus ſanctus, veréque Beatus habetur. Quo denique mortuo ann. 1510. omnes eius corpus atque habitum deoſculaturi ad feretrum accurrebant. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 33. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu Aſſumptionis Beatæ Mariæ propè Empolim (Hethruriæ oppidum, in Fluminis Arni crepidine ſitum) qui eſt 23. Prouinciæ Tuſciæ. Barezzus 4. part. Chron. lib. 1. cap. 19. Grauiua in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Saluator Vitalis lib. 7. Chronic. Seraphic. Montis Aluern. cap. 1.

§. 6. *Beati Claudij Reignati, Confeſſ.* [c]] Sui ſtatus fuit zelantiſſimus, & Obſeruantiæ regulari admodum deditus; concionator eximius, & ſalutis animarum cupidiſſimus: cuius opem quotidiè fideles implorant apud Deum. Obiit in Conuentu Inſulæ, ſub monte Regali, in Mandubiis agris ſito. Floruit ſub ann. 1510. Vide Foderetum in deſcriptione Prouinciæ Burgundiæ, vbi de dicto Conuentu pag. 866.

§. 7. *Beati Franciſci à Baionâ, Confeſſ.* [d]] E ciuitate Baionenſi in Gallia oriundus erat: vir deuotiſſimus, ſuique inſtituti obſeruator zelantiſſimus: mira abſtinentia præditus, orationis amantiſſimus: meditationi iugiter inſtabat: cæteris etiam virtutibus exornatus erat: quibus ingens ſui deſiderium poſteris reliquit, cùm exceſſit è vita ann. 1593. non ſine ſanctitatis odore: cuius ſacrum corpus ſepultum iacet in Conuentu S. Rochi Corcyræ: qui eſt 12. Prouinc. Candiæ. De eo agit Barezzus ſup. lib. 10. cap. 7. ex Chron. Ioannis Ximenez.

§. 8. *Beatæ Mentiæ à Mendoſa, Virginis.* [e]] Hæc illuſtriſſima nata proſapia, ſanctitate & religione, ac morum grauitate emicuit. Quare ob vitæ eius aſperitatem, cæteraſque virtutes, quas mortali adhuc carne induta, mirum in modum excoluit, à cæteris religioſis, Deo cara, veréque Beata exiſtimatur. Obiit ann 1558. Gienni in Monaſterio S. Claræ: quod eſt 3. Prouinc. Granatenſis. Illius meminerunt Gonzaga part. 3. ſup. in eo Monaſterio Giennenſi. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 68. Eandem opinor eſſe cum B Maria à *Mendoſa*, de qua agit Gonzaga part. 1. ſup. in BB. Fœminis 2. Ordinis Minor. Wadinghus tom. 4. ſup. ann. 1371. §. 32. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

SEPTIMO KALENDAS IVNII.

BRemæ in Saxonia, Beati [a] Electi, Confeſſoris: magna vitæ puritate & deuotione conſpicui. Apud Toccum in territorio Theatino, Beati [b] Liberati de Ciuitella Aprutina, Confeſſoris, gratia miraculorum celebris. Meritæ in Iucatanica Indiæ Occiduæ regione, Beati [c] Franciſci à Turre, Confeſſoris: qui vnus extitit ex primis Prouinciæ S. Ioſephi ibidem fundatoribus; quam & Prouincialatus munere fungens, ſumma prudentia rexit: demùm eximia humilitate, oratione, & patientia, atque zelo ſalutis animarum emicans; necnon ſpiritu prophetico clarus, animam Deo reddidit. Caſinchiæ, propè Venzolaſcam Corſicum oppidum, Beati [d] Vincentij à Venaco, Confeſſoris: mira paupertate & ſimplicitate celebris. Neapoli in Campania, Beatæ [e] Magdalenæ à Conſtantio: quæ nobiliſſimis orta natalibus: miraculis tum in vita, tum in morte illuſtrior eſt reddita.

MAII XXVI.

§. 1. *BEati Electi, Confeſſoris.* [a]] Viuebat ann. 1365. deuotiſſimus extitit & puritatis maximè cultor. Obiit autem adhuc iuuenis in Conuentu Bremenſi: vbi & ſepultus eſt. Qui dùm morti appropinquaret illud Euangelij cœpit ſubmiſsè canere: *Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum*. Secundo altiùs cantauit: & tertiò eadem repetens, voce altiore cecinit: ita vt omnes fratres, eo audito conuenerint, ſicque obdormiuit in Domino. Scribunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ Saxoniæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chron. Minor. lib. 9. cap. 29. §. 4. ad ann. 1369. Gonzaga part. 1. Orig Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 3. in Prouinc. Saxoniæ. S. Crucis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 2. *B. Liberati, Confeſſ.* [b]] Migrauit in cœlum ſub ann.

Digitized by Google

an.1480. Laicus erat, valetudinarij vt plurimum præfeſſus, in quo munere indefeſſa vſus eſt erga infirmos charitate. Eo feruore orabat, vt frequenter extra ſe, & ſupra terram eleuaretur. Tantæ fuit virtutis, vt ſignis & miraculis promicaret. ſui tranſitus diem longè ante prædixit: cuius anima viſa eſt, per Angelos in Paradiſum deduci. Iacet ſub altari inferioris ſacelli, conuētus S. Mariæ *de Paradiſo* alias *de Luminibus*, qui eſt 18. Prouinciæ Sancti Bernardini, propè Toccum, Diœceſis Aprutinæ. Hęc ex Mariano lib. 5. ſup. cap. 21. & 37. Vvadingho tom. 9. ſup. ad an.
§. 3. 1450. §. 15. & tom. 7. ad ann. 1480. §. 5.

B. Franciſci à Turre, Confeſſ. [c]] Prouinciæ Bæticę alumnus fuit, & vnus ex primis fundatoribus prouinciæ ſancti Ioſephi de Iucatan; in eaque aliquoties & Cuſtodem, & Miniſtrum Prouincialem egit. Fuit præterea, tanta humilitate præditus; vt omnibus tum Indis, tum quoque Hiſpanis, ſiue militibus, ſiue etiam mercatoribus, gratiſſimus fuerit. In Indorum verò conuerſione nullum ſibi parem habuit; cùm enim Iucatanicum idioma optimè calleret; quoſuis huius regionis Barbaros facilè in ſui ſententiam trahebat; de cuius tandem ſanctitate, hæc ſolummodò dixerim, quòd ſcilicet plurima præſago prœnouerit ſpiritu: quòdque grauiſſimam quandam infirmitatem, ex qua demùm occubuit, quàm patientiſſimè, immò & lætanter per plurimos annos tulerit: quòdue tandem paulò ante mortem, à terra in aëra ſubleuatus (tanta fuit vis orationis) viſus ſit, vt ſol tunc per omnia rutilans: cuius vita potius Angelica extitit quàm humana. Floruit circa ann. 1550. Obiitque apud Conuentum Matris Dei, Meritę: honeſto tumulatus ſepulchro. De eo agunt Gonzaga part. 4. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 1. eiuſd. Prouinc. Sancti Ioſeph. & Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 14. Daça ibidem lib. 2. cap. 33. Grauina in voce *Turturis* part. 2. cap. 24. Eundem eſſe cum Beato Franciſco Turrigiano ſuſpicor valdè: de quo idem Gonzaga in 30. Conuentu Prouinc. Sanctorum Petri & Pauli ſup. Barezzus lib. 8. cap. 72. Marianus lib. 2. cap. 42. & 47. §. 4.

Beati Vincentij à Venaco, Confeſſ. [d]] Laicus erat profeſſione; & licet in vita pauperrimus, vilis atque deſpectiſſimus haberetur, in morte tamen ditiſſimus, atque glorioſus apparuit. Nam ſtatim poſt fœlicem illius tranſitum, fulgentiſſima quędam ſtella, cuius radiis, atque ſplendore vniuerſus locus colluſtrabatur, in eius cubiculi feneſtella ab omnibus ferè Venzolaſcanis viſa fuit. Qua viſione territi, ad Fratrum Conuentum protinus concurrerunt, euentuſque cauſam diligentius inueſtigantes, pręfati Beati Fratris animam cœlos, in micantis ſtellæ modum, petiuiſſe inuenerunt. Obiit in Conuentu S. Franciſci Caſinchię, qui eſt 9. Prouinc. Corſicę. De quo Gonzaga part. 2. ſup. in iſto Conuentu: & Barezzus ſup. lib. 5. cap. 18. ad ann. 1570. §. 5.

Beata Magdalena à Conſtantio, Tertiaria. [e]] Hæc cùm Neapoli orta eſſet, atque in Monaſterio ſanctæ Claræ ibidem extructo habitum induiſſet: vna inter alias à Rege Roberto, vt eleemoſynis à ſe factis, inuigilaret diſtribuendis; ſelecta eſt: quippè quæ nobiliſſima eſſet fœmina, ac virtute & prudentia prædita. Diem autem clauſit extremum apud Monaſterium Tertiariarum S. Franciſci Neapolis, (quod eſt 4. Prouincię Terræ-laboris,) atque in inferiori eius choro ſepulta eſt. Extat eius Mauſoleum omnino lapideum, à terra vtcumque eleuatum: ad cuius inuocationem diuinitùs quamplura operata ſunt miracula, Claruit circa an. 1345. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup. in pręſenti Monaſterio & Barezzo ſup. 3. cap. 41. Vvadingho tom. 3. ad ann. 1320. §. 14. Valerio de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 35.

SEXTO KALENDAS IVNII.

Octaua [a] Sancti Bernardini Senenſis, Confeſſoris. In Hungaria, Beati [b] Pelberti à Themeſvvar, Confeſſoris: ſcientia, vitaque exemplari celebris. In Scotia, Beati [c] Roberi Stuardi, Confeſſoris; qui regio ſanguine clarus, ſpiritu quoque prophetico, & miraculorum gratia nobiliùs extitit inſignitus. In Sicilia Beati [d] Bartholomæi à Motaluano, Confeſſoris, cuius ſanctitatem ſignorum fama nunc vſque celebrat. Toleti Beatæ [e] Ioannæ Reginæ Caſtellę, Viduæ, Tertiariæ, ſummæ pietatis fœminæ.

MAII XXVII.

§. 1. *Octaua ſancti Bernardini.* [a]] Solemnis habetur in toto Ordine Minorum, duplicique Officio celebratur: vt habetur in Breuiario eiuſdem Ordinis authoritate Apoſtolica, quod iam antea fuerat ordinatum in Capitulis generalibus Barcinonēſi, an. 1451. & Toloſano ann. 1496. Vide Speculum Fratrum Minor. tract. 3. in ordinat. circa diuinum Officium. Sixtus V. Indulgentias conceſſit ſæcularibus viſitantibus Eccleſias Fratrum Minor. in feſto ſancti Bernardini, vt conſtat ex Alphonſo de Caſarubios, in Compendio priuilegior. frat. Minor. verbo *Indulgentia quoad ſæculares. primò.* §. 15. & verbo. *Feſtiuitas.* in Annotatione Capucini.

§. 2. *Beati Pelberti à Themeſwar, Confeſſoris.* [b]] Hungarus fuit, vir ſcientia & pietate plenus. Claruit ann. Chriſti 1490. de cuius doctrina quidam carmine ita cecinit.

Hæc ſi Pieridum oblectant pomeria ſacra,
Carpe, ſunt Phœbus, quæ tibi poma placent.

Illius meminerunt Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib 6. cap. 40. Gonzaga ſup. part. 1. in Scriptorib. Eccleſ. Ordin. Seraphic. Willotus Athenar. orthodox. Franciſcan. littera P. Gneſnerus in Bibliotheca. Simlerus ibid. in epitom. poſt Echium in Chryſopraſſo: Toſſinianus ſup. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Marianus lib. 5. cap. 42. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1483. §. 10.

B. Roberti Stuardi, Confeſſ. [c]] Iacobi V. Scotorum Regis cognatus erat; qui & certum ſui exitus diem, atque futuram Regni Scotiæ calamitatem, multo antè prædixit: & miraculis tum in vita, tum quoque in morte clarere meruit. Florebat ann. 1530 §. 3.

Digitized by Google

Memoratur à Gonzaga part. 3. ſup. in Prouinc. Scotiæ, & Barezzo 4. part Chronic. Minor. libro primo, cap. 62. Vvadingho ſup. ann. 1446. §. 17.

§. 4. *Beati Bartholomæi, Confeſſ.* [d]] Erat Laicus hic B. Frater, Prouinciæ Siciliç alumnus; crebris miraculis clarus. De eo ſcribit Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 51. ad ann. 1605.

§. 5. *B. Ioanna Regin. Caſtel.* [e]] Hęc Religioſiſſima mulier, tertij Ordinis Minor. alumna, Henrici II. Regis Caſtellę coniux, & Ioannis I. genitrix, cùm eſſet, hac die deceſſit, ann. 1381. cuius funus, Toletum, vbi Henricus Rex præfatus ſepultus erat, apparatu celebre, ſed & populi lachrimis, deſiderioque celeberrimum, illatum eſt. Fœminam fuiſſe ſanctiſſimam, & in pauperes munificam, vnde illi *Egenorum Matris* cognomen: & in vita ac morte habitum S. Claræ geſtaſſe, ſcribunt. Garibayus lib. 15. De rebus Hiſpan. cap. 21. Mariana ibid. lib. 18. cap. 4. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1381. §. 2.

QVINTO KALENDAS IVNII.

LEopoli in Polonia, paſſio Beatorum [a] plurimorum Fratrum Martyrum, pro Chriſto occiſorum. Apud caſtrum plebis, In Hethuria, Beati [b] Herculani à Piegala, Confeſſoris, concionatoris eximij: qui vitæ auſteritate, & incredibili abſtinentia prçfulgens: miraculorum etiam gloria eſt à Domino decoratus. Item in Tuſcia, propè Caſtrum, Piſcium, Beati [c] Vincentij Galli, Confeſſoris: qui aliquando Conuentus Collis Vitoli Guardianus inſtitutus: pietate & religione inſignis, ſancto fine quieuit. Item Beatorum [d] Confeſſorum, Philippi, Benedicti, & Marci Maſcaini. In Prouincia Marchię, Beati [e] Bernardi ab Auximo, Confeſſoris: qui Prouincialatu Francię prouincię pluries inſigniter functus, ſanctitate & miraculis extitit glorioſus. Alcarazij, in territorio Toletano, Beatę [f] Mariæ Mugnoziç, Tertiariæ: mira pœnitentia & ſpiritus feruore adornatę.

MAII XXVIII.

§. 1. B*Eatorum plurimorum Martyrum.* [a]] Tartari Poloniam deuaſtantes, ann. 1343. Leopoli B. Staniſlaum Minoritani Conuentus Guardianum, cum aliis plurimis Fratribus, pro Chriſti fide interemerunt. Ita Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1343. §. 18. ex aliis. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1340. §. 15.

§. 2. *Beati Herculani à Piegala, Confeſſoris.* [b]] Egregius diuini verbi præco, ingenti feruore dolores, ac paſſionem Chriſti concionabatur: magno cum animarum fructu. Cùm Lucæ demoraretur, vrbs obſeſſa eſt à Florentinis; ille verò ſuis ſermonibus, vitæ exemplis, ac miraculis Lucenſes corroborans; Florentini coacti ſunt dextras dare, pacem acceptare, & ab obſidione recedere. Socius fuit Beati Alberti à Sartiano, dum miſſus eſt Legatus Apoſtolicus in Orientem; ipſe vero B. Herculanus poſt plurimos in receptione ſacrorum locorum Terræ ſanctæ exantlatos labores, Tuſciam reuerſus eſt: vbi vitæ auſteritate, & abſtinentia incredibili claruit. Nã parũ admodum comebat, refectione Sacramenti Euchariſtiæ à ſe ſuſcepti in Miſſa (quam cunctis diebus deuotiſſimè celebrabat) potius enutritus ac recreatus, quàm alio ordinario corporali adminiculo: quamuis (in die abſque omnimoda manducatione eſſe videretur) diebus Dominicis aliquantulum panis, aquæ & harbarum crudarum, ſeu leguminum, nonnumquam ſumeret. Solo habitu, eoque dilacero, contentus erat: ſub quo aſperum cilicium gerebat ad carnem: diſciplinis ac vigiliis corpus edomabat: orationi inſtanter vacabat: vim lachrimarum ad Deum pro peccatis hominum profundens. Peſte laborantibus præſto adeſt: & aliis miraculis maximis celeberrimus habetur.

§. 3. Conuentus ſancti Franciſci, propè Caſtrumnouum Carfanini, extructionem cœpit; vbi cum ſanctiſſimam vitam egiſſet, diem extremum clauſit. Cuius ſacrum corpus, cùm per quinquennium continuum, ob operis ſtructurę imperfectionem aquarum ſtillicidiis patuiſſet, incorruptum omnino, atque imputre inuentum eſt, quamobrem inde exhumatum ad maius ſacellum tranſlatum extitit: omnium ingenti lætitia & veneratione. Obiit ann. Chriſti 1451. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 29. Gonzaga 2. part. Origin. Seraphic. Relig. in præfato Conuentu, qui eſt 18. Prouinc. Tuſcię, item 19. 21. Elzearius lib. 1. ſacri mont. Oliuet. capit. 15. Toſſinian. libr. 2. in Prouinc. Tuſciæ. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1427. §. 16. 1435. §. 68. 1441. §. 39. & 1443. §. 14. item tom. 6. ad an. 1451. §. 43. & ſeq. ex Mariano lib. 5. cap. 24.

Beati Vincentij Galli, Confeſſoris. [c]] Vir eximius, atque de Franciſcana Obſeruant. familia optimè meritus. Sixti IV. & Innocentij VIII. Summorum Pontificum conceſſum eſt diplomatibus, vt ex omnibus Eccleſiis, ob atrox bellum apud Empolim Hethruriæ oppidum, ſolo deiectis, nouus Conuentus Minoriticus, ſub titulo Aſſumptionis B. Mariæ Virginis extrueretur. Quod & B. Vincentius, cum maximo Empolitanorum applauſu, anno Chriſti 1482. quàm diligentiſſimè præſtitit. Idem ędificationi Conuentus S. Ludouici Epiſcopi *Collis-vitoli* propè Piſciam, operam dedit: qui cùm Guardianatus munere fungeretur, & feruentiſſimis orationibus Deum corã auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, interpellaret; reſponſum ſuæ petitionis cœlitùs accepit: Angelumque Dei propriis tunc oculis vidit. Quo in loco paulò poſt exceſſit è vita. Illius meminere Gonzaga part. 2. ſup. in prædictis Conuentibus, qui ſunt 28. & 33. Prouinc. Tuſciæ. Barezzus 4. part. Chron. Min. lib. 1. cap. 66. natione erat Burgundus, in Gallia ortus. §. 4.

BB. Philippi & Soc. Confeſſ. [d]] Viri vtique extiterunt probatę vitæ & virtutis: necnon Diſcipuli B. §. 5.

Thomæ

Thomæ à *Florentia*, ſeu *Scarlino*; patria Senenſes: vti refert Vvadinghus. tom. 5. ſup. ad ann. 1447. §. 39. ex Chronic. Antiquo Ordinis.

§. 6. *Beati Bernardini ab Auximo, Confeſſoris.* [c]] Italus erat natione, & ob ingentes præclaraſque animi ſui dotes, Miniſter Prouincialis Prouinciæ Franciæ Capucinorum electus eſt, qui & ad Ordinem Seraphicum recepit B. Angelum à *Ioyeuſa* ann. 1587. die 4. Septemb. Prudentia & charitate in ſuo regimine enituit: tantaque vitæ ſanctitate illuxit, vt ad eius ſepulchrum complura edita ſint miracula: cuius corpus, diu poſt mortem repertum eſt abſque læſione aut corruptione, fragrantiſſimum redolens odorem. Obiit in Italia, cùm redux eſſet in Prouinciam ſuam Marchię. Agit de eo Iacobus *Brouſſeus* Doctor Theologus cap. 4. vitæ B. Angeli à *Ioyeuſa*: & cap. 15. B. Benedicti à *Cansfeldio*. Bouerius tom. 2. Annal. Capucinorum ad ann. 1591.

§. 7. *Beata Maria Mugnozia, Tertiar.* [f]] Egregias eius virtutes connumerat Blaſius Laguina in ſuo Memoriali, & Marianus lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformator. cap. 36. annos 30. nata obiit, in Monaſterio S. Marię Magdalenæ Alcarazij ann. 1533. & Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

QVARTO KALENDAS IVNII.

APud Auinionettum In Territorio Toloſano, Beatorum [a] Stephani, & Raymundi; qui cùm eſſent contra Albigeſios hæreticos, fidei Inquiſitores deſtinati, illic, ſub eiſdem, glorioſo Martyrio occubuere. Romæ, Beati [b] Electi, Confeſſoris: vitæ ſanctitate, & miraculis glorioſi. Monaci in Bauaria, Beati, [c] Marguardi, Confeſſoris ſignis, & portentis illuſtris. Hiſpali in Hiſpania, Beati [d] Ludouici de Sandoual, Confeſſoris eximiæ charitatis viri: qui paupertatem, humilitatem, atque caſtitatem maximè excoluit. Roſſani in Calabria, Beati [e] Petri de Padulis, Confeſſoris qui pietate, atque paupertate pollens, diem ſui obitus præuidit: cuius anima in ſpecie ſtellæ præfulgidæ, viſa eſt in cœlum conſcendere. In Luſitania propè Aluercam Vlyſſiponenſis Diœceſis oppidum, Beati [f] Bartholomæi, Confeſſoris qui primus huius loci Gnardianus extitit, & mira vitę auſteritate, Charitate, aliiſque virtutibus inſignis, ſpiritum Deo reddidit. Scalonæ in Caſtella, Beatę [g] Franciſcæ Pachiecæ, virginis: quæ nobilitate generis; & Monaſtica obſeruantia illuſtris, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino.

MAII. XXIX.

§. 1. BEatorum *Steph. & Raymund.* [a]] Fuit B Stephanus vir magnæ prudentiæ, ſanctæque conuerſationis; primùm D. Benedicti Regulam profeſſus, & electus Abbas cuiuſdam Monaſterij in Territorio Toloſano: ſed cùm humilitatis paupertatiſque Euangelicæ ardenti deſiderio flagraret, ad Ordinem Seraphicum ſe contulit. Vndè ſanctæ fidei inquiſitor, vnà cum ſocio B. Raymundo, à Gregorio IX. Pap. factus ab hæreticis ſimul trucidati, martyrij palmam ſunt conſequuti. Eius ſimili functione collegæ tres Patres Ord. Prædic. mortem pro Chriſto obiere: aliique non pauci; qui omnes pro fide occubuerunt, cantantes cum exultatione: *Te Deum laudamus*, ſicque interfecti ſunt ab ipſis hęreticis in aula comitis Toloſatis, prodente eos oppidi præfecto: quos ſtatim Deus pluribus miraculis magnificauit. BB. Stephan. & Raymundi corpora, Toloſam ſunt delata, atque in magni Conuentus Eccleſia fratrum Minorum honorificè recondita: vbi eorum martyrium graphicè, pulchréque ac diſtinctè cernitur exaratum, in quadam capella, à cornu Euangelij, nomini ipſorum dicata. Conſtat etenim illos habitu ſuo ſpoliatos, ac nudatos, plumbo liquato, ac feruenti pice & reſina fuiſſe perfuſos ac ſemi-vſtos: prout conſpexi ibidem ann. 1614.

§. 2. De eis agunt, Marianus lib. 2. cap. 15. Codex. MS. Abbat. S. Vict. Pariſ. in Fratrib. Minor. ſanctitate illuſtr. Prouinc. Aquitan. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Confor. fruct. 8. part. 2. Ibid. S. Antoninus 3. part. hiſt. titul. 23. cap. 10. §. 4. & titul. 24. cap. 9. §. 3. Marcus Vlyſſip. 2. part. Chronic. Minorum. lib. 1. cap. 24. Speculum Fratrum Minorum. & Firmamentum trium Ordinum Minorum in tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub Haymone Gener. 5. Toſſinianus lib. 1. & 2. Hiſt. Seraphic. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de BB. viris huiuſce Ordin. & part. 3. in Conuentu Toloſano, qui eſt 2. Prouinc. Aquitan. Antiquior. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcanor. Algezira in arbore Epilogica totius Ordin. D. Franciſc. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1222. §. 38 & 1242. §. 3. item. In Additionib. ſuis §. 9. Leander Albertus lib. 2. Antonius Senenſ. Caſtillo, Razzius, &c. de Rebus Dominicanis agentes. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ad ann 1242. Sedulius Comment. in cap. 3. vit. S. Franc. Bzouius ad ann. 1242. §. 5.

§. 3. Primus reperitur vocatus B. Stephan. *de Narbona*: alter verò. B. Raynaldus, ſeu Vitalis *de Raymundis*: vel Raymundus *Carbonnerius*: ſed præſtat vltimum ſequi. Martyrio autem coronati ſunt ann. 1242. iuxta omnium ſententiam: quare corrigendus eſt textus D. Antonini vbi ann. 1252 mendosè ponitur: maximè ex eo, quòd fatetur eorum Martyrium accidiſſe tempore Generalatus Haymonis: qui electus fuit Generalis Ordinis Minorum ann. 1239. & poſt quinque annos ipſe obiit, nimirum ann. 1244. vti ſuo loco, inferiùs dicetur, ad 5 Octobr. § 2. Quo ad diem Paſſionis eorum: Martyrologium Benedictinum, & Hugo Menardus lib. 2. Obſeruat. ſuarum in ipſum Martyrologium ac Sauſſayus in Martyrolog. Gallican. & in eiuſdem Supplemento referunt ad 13. Martij, ſed perperam quippe cùm id euenerit die 29. Maij in nocte Aſcen-

ſionis Domini: quod expreſsè tradunt, Speculum Fratrum Minor. Firmament. trium Ordinum. Vvadinghus & alij ſup. Quare idem Sauſſayus poſtea Palinodiam cantans, egit de eis die 30. Maij loco 29. eiuſdem menſis in eodem Supplemento. Locus denique glorioſi martyrij aſſignatur Toloſæ: ſeu Auinionij quibus haud aſſentimus: conſtat etenim in partibus Toloſanis apud *Auinionettum*, oppidum, certaminis Brauium iniiſſe: Toloſæ verò taphium nactos eſſe.

§. 4 An verò iuſſu, vel opera, ſeu aſſenſu Comitis Toloſani martyrium paſſi ſint? meritò dubitandum nonnulli nimis è facili ſibi perſuadent: quibus breuiter reſpondebimus, diſtinguendos eſſe duos Raymundos, Comites Toloſanos. Primus, hæreticorum fautor erat ardentiſſimus: vti ſatis conſtat ex Petro *à Valle-cernayo*, in hiſt. Albigenſ. Secundus, primi filius fuit, ſed omninò pius & Catholicus: qui ſæpè apud ſedem Apoſtolicam inſtitit, tum ſub Greg. IX. tum ſub Innoc. IV. vt pater defunctus, (qui variis excommunicationibus innodatus, decedens, ſepultura caruit Eccleſiaſtica, licèt pœnitentiæ ſigna monſtrauerit) abſolutione conceſſa, loco ſacro reſtitueretur: prout habet Vvadinghus ſup. ad ann. 1247. §. 17. & in ſuo Regeſto Pontificio Bulla. 47. ſub Innoc. IV. Quare dicendum eſt, nullum illorum Comitum ſiniſtrum quid molitos eſſe in nece præfatorum martyrum: cùm primus Comes Raymundus deceſſerit ann. 1222. priuſquam ipſi paſſi eſſent: & ſecundus, hoc à ſe eliminet facinus, ob inſignem eius pietatem: teſte Pariſio de geſtis Anglor. ad ann. 1249. quare anno. 1249. ægritudine preſſo, illi præſtò adfuit Durandus Albienſis 26. Epiſcopus, & Sacramenta Eccleſiaſtica ritè adminiſtrauit, vti ſcribit. Ioan. Chenu, in Epiſcop. Albienſ.

§. 5. *B. Electi, Confeſſ.* [b]] Vir fuit ſanctiſſimus, ac miraculis quàm plurimis inſignitus: obiit, ſepultuſque eſt in Conuentu Aracœlitano, Romæ, cuius meminere B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Confor. fruct. 8 & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſt. Prou. Rom. Codex. MS. Abb. S. Vict. Pariſ. ibid. Gonzaga. part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. item in Conuentu Aracœlitano, Romæ: vbi ait illum fuiſſe Seraph. Patris S. Franc. ſocium. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1209. §. 17. item tom. 2. ann. 1251. §. 57. & tom. 3. ann. 1306. §. 24. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Franciſc.

§. 6. *B. Marguardi, Conf.* [c]] Obiit ann. 1327. ſepultus propè altare S. Georgij: exhumatus eſt, ann. 1505. & honorifico, hac die, conditus ſepulchro, in profeſto S. Fœlicis Papæ, & Martyris. Vide Gonzagam part. 2. ſup. in Conuentu Monacenſi, qui eſt 1. Prou. Argentinenſ. Picquetum, & Vvadinghum ſup. tom. 2. ad ann. 1289. §. 43. & tom. 3. ad ann. 1327. §. 14. Ferrarium. In Cathal. SS. 29. Iulij. Eundem eſſe opinor cum eo *B. Marguardo*, ſeu *Marcuardo* aut *Marcoaldo*, vel *Marcoato*, Vratiſlauię ſepulto: de quo, Piſanus ſup. in Prouinc. Bohęmiæ, Gonzaga part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. & Vvadingho. tom. 1. ad ann. 1249. §. 9. & in additionibus ad tom. 3. §. 12. qui & de eo hoc ſubdit Epitaphium.

Condita Marguardi penes hoc altare Beati
Oſſa peregerunt mira fauente Deo.
Ex vtero cæcæ lux reddita clara puellæ eſt:
Sæpiùs infirmis hic quoque parta ſalus.
Qui patiens, humilis, contentus vixit, & æger.
Poſt ſua Marguardus funera tanta poteſt.

§. 7. *B. Ludouici de Sandoual, Confeſſ.* [d]] Hiſpali habitum Seraphici Ordinis ſuſcepit: de quo refert Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu S. Franciſci Hiſpalenſ. qui eſt 1. Prouin. Bæticæ. *Præcedentibus Patribus annectendum cenſeo eximiæ charitatis. P. F. Ludouicum de Sandoual, qui Seraphici Patris Franciſci veſtigia ſequutus, cùm omnem eius ſubſtantiam, quæ pinguiſſima erat, pauperibus erogaſſet, Religioniſque habitum induiſſet, per 40. continuos annos, quibus in ordine ſuperuixit, charitatem, paupertatem, humilitatem, atque puriſſimam caſtitatem diligentiſſimè coluit.* Sic & Vvadinghus ſup. ad ann. 1260. §. 44. & 1290. §. 54. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 51. poſt. ann. 1525.

§. 8. *Beati Petri de Padulis, Confeſſoris.* [e]] Probatiſſimæ, exemplariſque vitæ fuit, piiſſimus, & paupertatis amantiſſimus: qui & illuſtriſſimæ Feretranorum Principiſſæ, cui à ſacris confeſſionibus erat, inſtantem proprij obitus diem, cùm adhuc ipſe benè valeret, certiſſimè prædixit. Quo denique ſuperueniente ann. 1540. eius anima, in præfulgidæ cuiuſdam ſtellę forma, cœlos, Roſſanenſium gubernatore, aliiſque grauiſſimis viris id contuentibus petiit. Eius denique corpus in Conuentum S. Bernardini Roſſani tumulatum, poſt plurimos, ab obitu dies, multò tractabilius, multò pulchrius, à Fratribus, inuentum eſt, abſque vlla corruptionis læſione: quod omnium populorum auxit in ſe deuotionem, qui certatim ad eius ſepulchrum occurrentes, fatentur, eius meritis, & interuentione, plura cœlitùs accepiſſe beneficia. Agunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in præſenti Conuentu, qui eſt 10. Prouinc. Calabriæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 13. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1429. §. 6.

§. 9. *B. Bartholomæi, Confeſſ.* [f]] Fuit hic primus Guardianus Cœnobii S. Mariæ Auxiliatricis propè Aluercam: vir & humilitate maxima, & charitate haud minore præditus: adeò auſterus & pœnitentiæ deditus; vt nec carnibus, nec piſcibus fermè veſceretur. Cæterùm, nec propterea cùm Prælati munus obiret, rebus neceſſariis ad alendam Communitatem non prouidebat: imò potius vniuſcuiuſque indigentiæ diligentiſſimè conſulebat. Cùm verò vrbem Vlyſſiponem adiret, Elephanticos ſemper ex charitate inuiſebat, ſpirituali alloquio eorum miſeriam alleuans, eorumque tolerantiam mirificè adhortans. Neque interim obliuiſcebatur aliquid illis corporalis alimenti deferre, poma ſcilicet ex horto, aut fructus, & quicquid aliud comparare poterat. Vnde admirabilem ſanctitatis opinionem apud ægrotos illos obtinuit. Neque id immerito: multa enim & certiſſima documenta vitæ ſanctiſſimè actæ omnibus reliquit. Obiit verò apud præfatum Conuentum ann. 1546. Hæc ex Gonzaga part. 3. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 14. prouinciæ S. Antonij Portugalliæ: Barezzo lib. 3. ſup. cap. 50. Rapinæo in Hiſtor. general. Orig. Recollector. decad. 8. part. 1. paragr. 12.

§. 10. *Beata Franciſca Pachiecæ, Virginis,* [g]] Patrem habuit Didacum *Pachiecum*, Villenicum Marchionem: quæ Chriſto ſponſo in paupertate & humilitate cupiens famulari, Monaſticam vitam profeſſa eſt, in eaque ſanctiſſimè obijt. Floruit ann. 1525. Huius meminere Gonzaga 3. part. in Monaſterio Conceptionis Virginis Scalonæ, quod eſt 28. prouinc. Caſtellæ: & Barezzus ſup lib. 1. cap. 54. ad an. 1527. Valerius de SS. Fœminis Ord. Minor. lib. 4. cap. 11.

Digitized by Google

TERTIO CALENDAS IVNII.

MOntiſplani in Aprutio, Beati [a] Ioannis Lombardi, Confeſſoris: qui oratione, obedientia, & charitate excelluit, & ſignis admirandis refulſit. Viſcarij, in Apulia, Beati [b] Chriſtiani à Sancto Donato, Confeſſoris: cuius ſanctitas miraculorum præconio commendatur. In Territorio Mexicano, Beati [c] Michaelis à Beneuento, Confeſſoris: qui magna humilitate, ſolitudine, & cordis puritate fuit præditus. In Amacheca, Xaliſcorum oppido, Beati [d] Simonis à Bruxellis, Confeſſoris: qui iugiter Indorum fœlici conuerſioni inſudauit, & meritis virtutibuſque, ac veneranda canitie emicuit. Florentiæ, Beatarum [e] Ioannæ, & Luciæ de Vbaldinis, ſororum, Virginum: quæ ſimul Chriſto ſponſo ſacratæ: ſimulque ſanctiſſimam vitam ducentes, migrarunt in cœlum.

MAII XXX.

§. 1. *BEati Ioannis Lombardi, Confeſſoris.* [a]] Diſcipulus extitit B. Thomæ *à Florentia*: ſcientia cœlitùs ſibi infuſa plenus. De die, miſericordiæ operibus, & charitatis officiis ſeſe exercebat, mira diligentia proximi ſaluti inuigilabat, noctu verò ſanctæ orationi, & rerum cœleſtium contemplationi inſtabat: quo tempore ſæpè à Chriſto Domino eſt viſitatus, & quamplurimis conſolationibus delectatus Diuinis: nonnunquam etiam in extaſim rapiebatur, obedientiam ſummè excolebat. Tandem virtutibus ac ſignis mirandis exornatus, fœliciter vitam finiuit, in Conuentu Montiſplani, qui eſt 5. Prouinciæ ſancti Bernardini. De quo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronicorum Minorum. lib. 5. cap. 28. ad ann. 1464. Wadinghus tom. 5. ſup. 1447. §. 39. Toſſinianus lib. 1. hiſt. Seraphic. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1471. §. 36.

§. 2. *B. Chriſtiani à S. Donato, Conf.* [b]] Floruit ann. 1515. apud Conuentũ S. Antonij de Padua Viſcarij, qui eſt 11. Prouinciæ S. Angeli. Laicus erat profeſſione, ſed ingentis meriti coram Deo. Ibidem clarus ſanctitate ad Dominum migrauit, & ſepultus in eodem loco, magna veneratione colitur, tum à fratribus, tum etiam à ſæcularibus, de quo Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig. in præfato Conuentu, hæc ſcribit. *Trabea carnis exutus, ex hoc loco in cœlum euolauit B. F. Chriſtianus à S. Donato Laicus; cuius ſanctitas tanta fuit, vt vnum iuuenem, lethali aſpidis venenoſi morſu ictum, ab imminente morte, ad crucis ſignum liberare primogenitique illuſtriſſimi Viſcariorum Comitis mortem: atque futurum hac in Regione aqua diluuium, multò antequam euenirent, prædicere: Atque mortuus F. Angelum Minoritam iam vitam agentem è mortis faucibus eruere meruerit.* Eadem habent Barezzus part. 4. Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 53. Daça ibid. lib. 1. cap. 42. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1468. §. 18.

§. 3. *B. Michaelis à Beneuento, Confeſſ.* [c]] Vixit ann. 1560. Vir erat Religioſiſſimus, profeſſione Laicus, & ſingularis atque familiaris amicus B. Iacobi à Penna. In S. Eliſabethæ eremitorio, tribus paſſuum millibus à Mexico diſtante, morabatur; quando ille tantus Pater, hora octaua noctis è vita diſcedens apud Mexicum; eodemque inſtanti temporis è lectulo, in quo quieſcebat, in tellurem excuſſus eſt: ac Diuina voluntate è viuis B. Iacobum prædictum, diſceſſiſſe intellexit, multiſque lachrymis, & illius tranſitum, & propriam ſolitudinem deplorauit: verùm Diuinæ voluntati per omnia ſe conformans ſpem ac cogitatum in eo poſuit, cui cura eſt vniuerſorum; Chriſto magna cum humilitate, ac cordis puritate, vſque in finem deſeruiens. Eius meminerunt Gonzaga part. 4. ſup. ſub Conuent. Mexican. qui eſt 1. Prouinciæ S. Euangelij, & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 76.

§. 4. *B. Simonis à Bruxellis.* [d]] Prouinciæ inferioris Germaniæ fuit alumnus ac Laicus profeſſus: qui cùm per quinquaginta, eòque amplius annos, ſacerdotibus in fœlici Indorum conuerſione ſedulò famulatus fuiſſet, octogenarius tandem, huic ſæculo valedixit, meritis ac virtutibus præclarus. Sepultus eſt in Conuentu S. Franciſci Amachecæ, qui eſt 34. Prouinciæ SS. Petri & Pauli. De eò agunt Gonzaga 4. part. ſup. in hoc Conuent. & Barezzus ſup. lib. 8. cap. 72. Marianus lib. 2. cap. 43. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat.

§. 5. *BB. Ioannæ & Luciæ, Virg.* [e]] Ambæ ſorores erant illuſtr. Cardinalis, Octauiani Vbaldini, ac B. Claræ Vbaldinæ neptes: quæ ſimul Monaſticam vitam profitentes Chriſto magno cum feruore ſpiritus ac deuotionis famulatæ ſunt: ſanctiſſimèque obierunt in Monaſterio de Monticulo, apud Florentiam. Floruerunt circa ann. 1225. Memorantur à Marco Vlyſſip. part. 2. Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 54. Wadinghus tom. 2. Annal. Minorum ad ann. 1261. §. 7.

Digitized by Google

PRIDIE CALENDAS IVNII.

ARimæ in Iapponio, Paſſio Beati [a] Apollinaris, Commiſſarij Generalis; qui ob Chriſti fidem decollatus eſt, & corpus exangue in altum mare proiectum. Cracouiæ, Beatorum Confeſſorum [b] Iuſtini, & Ioannis Slonkæ. In Tuſcia, propè Caſtrum nouum Carfaniani, Beati [c] Iacobi Papienſis, Confeſſoris, maximæ orationis atque perfectionis viri: qui abſtinentia, diſciplinis, cilicio, aliiſque pœnitentiæ operibus vacans, in vita, & poſt mortem miraculis coruſcauit. Cæſar-Auguſtæ in Arragonia, Beati [d] Ioannis Gomeſij, Confeſſoris: eximia charitate ac vitæ ſanctitate conſpicui. Galdari in Canaria magna, Beati [e] Petri de Montibus, Confeſſoris: qui virtute, Religioneque clarus, ſanctiſſimè vitam obiit. Romæ Beati [f] Fœlicis à Peruſio, virginis: quæ ob ingentes animi ſui virtutes, Abbatiſſa electa: vitam ſanctis moribus operibuſque exornauit.

MAII XXXI.

§. 1. BEati *Apollinaris, Martyr.* [a]] Diu captiuus Omuræ detentus eſt: ſed Beato Petro ab Aſcenſione, capitis detruncatione, in cœlos euolante, & ipſe eodem mortis genere, paulò poſt ann. 1617. cœleſtia petiuit, teſte Mariano libr. 4. Chronicorum ſtrictioris Obſeruantiæ Reformatorum cap. 27. Soliero tom. 2. Hiſtor. Eccleſ. Iappon. libr. 17. cap. 18. §. 149. Rapinæo, Hiſtor. General. Recollector. Decad. 11. part. 2. in fin.

§. 2. *B. Iuſtini, & Ioannis Confeſſorum,* [b]] Prior, Guardianus erat Conuentus ſancti Bernardini Cracouiæ, quando deceſſit è vita: cui morienti Chriſtus apparuit, & veniam denuntiauit omnium peccatorum, circa ann. 1483. In quem annum incidit etiam obitus Beati Ioannis Slonkæ, viri optimi, omni virtutum genere illuſtris. Ita Chronica MSS. Poloniæ Vvarſeuicius in Cathalogo Sanctor. Poloniæ, & Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1483. §. 28.

§. 3. *Beati Iacobi Papienſis, Confeſſ.* [c]] Fuerat aliquando Beatus hic Pater in ſeculo miles: ſed eo viuendi modo Beati Patris Herculani hortatu (de quo ſup. 28. Maij.) derelicto, Chriſti ſeruatoris militiæ, ſub Seraphici Patris ſancti Franciſci vexillo, aſcribi voluit: in qua ſub Beati Herculani diſciplina adeò profecit, vt in ſanctiſſimum virum euaſerit. Et quamuis vir ſimpliciſſimus, litterarumque ignarus eſſet, ſacræ tamen ſcripturæ arcana ſic penetrauit, vt plures Doctores, dùm Peruſij ageret, ex eius ore, tanquam ex certiſſimo oraculo, ſæpiùs pependerint. Feruentiſſimus erat in oratione: vigiliis, & genuflexionibus vacabat: continuas noctes omninò inſomnes contemplationi intentus, ducere ſolitus erat, tanta verò auſteritate corpus ſuum domabat, vt ſæpiùs per tres, & 4. dies nihil penitus cibi admitteret: diſciplinam quotidie acciperet, & cilicio aſperrimo iugiter vteretur, proque cella ac lecto, Caſtaneum truncum cauatum haberet. B. Herculano ſtructuræ Conuentus Sancti Franciſci propè Caſtrum nouum Carfaniani, operam danti, viriliter adſuit, & cæmentariis aquæ penuria laborantibus, terram fodiendo in Chriſti nomine, copioſam aquam præbuit, quæ vſque nunc vberrimè manat: Beatum Franciſcum de Barga ſigno crucis, è mortis faucibus eripuit: multiſque aliis miraculis clarus, exceſſit è vita octuagenario maior, & ab omnibus vt Beatus veneratur. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphicę Relig. in præfato Conuentu, qui eſt 18. Prouinciæ Tuſciæ. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronicorum lib. 7. cap. 10. ad ann. 1488. circa quod tempus obiit ipſe Beatus Iacobus Elzearius lib. 1. cap. 16. ſacri Mont. Oliuet. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſiaſt. ad ann. 1488. §. 12. Vvadinghus tom. 5. ſupra an. 1435. §. 68. & tom. 7. ad ann. 1488. §. 3.

Beati Ioannis Gomeſii, Confeſſoris. [d]] *Gomeſius* ſeu *Gometius* eſt cognominatus, Laicus profeſſione, Conuentus Sanctæ Mariæ de Ieſu Cæſar-Auguſtæ alumnus: in quo ad Deum, atque proximum caritas mirum in modum emicuit: omni Religione atque ſanctitate prædicus. Qui tum à fratribus, tum quoque à ſæcularibus, vt ſanctus, & Deo charus, dùm viueret habitus fuit, atque impræſentiarum habetur. Floruit ann. 1530. Agunt de eo Gonzaga part. 3. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 1 Prouinciæ Arragoniæ, & Barrezzus part. 4. Chronicorum Minorum libr. 2. cap. 22. Vvadinghus ſup. ann. 1447. §. 78. §. 4.

Beati Petri de Montibus, Confeſſoris. [e]] Hic erat Laicus frater profeſſus, qui cùm per viginti continuos annos in inſula Fortis-venturæ, ſingulari quadam prouidentia Dei (inueniebat ſiquidem ſingulis diebus hordeaceæ farinæ tantum in pera, quantum ſibi ad frugalem vitæ ſuſtentationem neceſſum erat) ad inſtar Diui Pauli primi Eremitæ, ſanctiſſimè egiſſet, ſedulamque derelictæ cuiuſdam Eccleſię curam habuiſſet, ſuæ mortis præſcius iam Octogenarius ad Conuentum Sancti Antonij Galdaris, ſe contulit: vbi, & Minoritico indutus habitu, cum maxima ſanctitatis opinione, infra triduum, vitam finiuit, ann. 1560. Illius meminere Gonzaga part. 4. ſup. in eod. Conuentu, qui eſt 3. Prouinciæ Canariæ, & Barezzus, item ſup libr. 4. capite 17. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſiaſt. lib. 12. cap. 21. Daça libr. 1. capite 31. part. 4. Chronicorum Minorum. Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. §. 5.

Beati Fœlicis à Peruſio, Virginis [f]] Gonzaga ſup. part. 2. in Monaſterio SS. Coſmæ, & Damiani: Romæ,

Digitized by Google

Romæ, quod eſt primum Prouinciæ Romæ: (poſt Marcum Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronicorum Minorum lib. 3. capite 33.) ſcribit, quòd eiuſmodi Monaſterij plurimæ ſorores, non abſque ſanctitatis nota, ex hac vita ad aſtra migrarint, inter quas recenſetur præfata B. Fœlix; quæ earum vna extitit quas Romani, authoritate Apoſtolica, ex Foro Flaminio, ad prædictum Monaſterium transferri curarunt. Qua de re, nobis erit ſermo, ad 5. Sebtembr. §. 11. Ipſa igitur B. Fœlix, ſucceſſu temporis eiuſdem Monaſterij Abbatiſſa extitit: quæ virtutibus, & Religione maximè claruit: cùmque ſemel graui morbo diuexaretur, meruit propriis oculis Chriſtum Dominum cernere: qui vt verus medicus eam dignabatur viſitatione ſua conſolari. Vide Marcum Vlyſſip. ſupr. Iacobillum de SS. Fulginat. in vita B. Margaritæ 5. Sebtembr. Valerium de SS. Fœminis Ordinis Minorum. lib. 2. cap. 32. Wadinghum tom. 5. ſup. ann. 1425. §. 24. à quo *Alfana* cognominatur anno. 1449. §. 1.

Digitized by Google

IVNIVS.

Kalendis Iunij.

IN Italia, Beati [a] Leonardi Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli : qui illuſtri proſapia clarus in ſumma humilitate, & paupertate, vitæque ſanctitate, Chriſto Domino famulari meruit. Vrbini, Beati [b] Pilingoti, Tertiarij : cuius ſepulchrum crebris miraculis à Deo illuſtratur. Camberiaci, in Territorio Gratianopolitano, Beatæ [c] Ioannæ Duruæi, Virginis, primæ huiuſce loci Abbatiſſę, miris virtutibus exornatæ.

IVNII I.

§. 1. *BEati Leonardi ab Aſſiſio, Conf.* [a]] Hic Aſſiſias erat, nobili genere natus : ſed bonis omnibus pro Chriſto contemptis, pauperem D. Franc. ann. 1210. ſequutus eſt : quem ipſe Seraphicus pater in ſocium aſſumpſit, quando prima vice vltra mare traiicere cupiens, vt infidelibus Turcis Euangelium miro feruore prædicaret : contrariis ventis exagitatus, coactus eſt retrocedere. Verùm, itineris labore feſſus, & nimia corporis infirmitate preſſus, equum aſcendit, vt ſic paulisper ſubleuaretur : porrò ſocius eius B. Leonard9 ſequebatur pedes, qui & ipſe incipiẽs fatigari, cœpit & tentari, dicens intra ſe : non de pari lucebant parentes iſtius, & mei ? & ecce ipſe equitat, & ego pedeſter aſinum eius duco. Statimque D. Franc. cordis arcana reſerans, eum ſic allocutus eſt. Non, Frater, conuenit, vt ego equitem, & tu venias pedes; qui nobilior, & potentior me in ſęculo fuiſti : atque ita confeſtim ex equo deſcendit : quod vt B. Leonardus vidit, citò reatum ſuum agnouit, ac confeſſus eſt, & pedibus Seraphici patris obuolutus, cum lachrymis veniam humiliter poſtulauit, accepitque. Hic poſtea D. P. Franciſco ſociatus eſt, quando Monaſterium S. Damiani adiuit, B. Virginem Claram viſitaturus, & eam pro ſua pietate, cœleſti conſolatione repleturus. Nam & ibidem in exceſſum mentis raptus, atque ecſtaſim paſſus : reuerſus eſt tandem cum eodem B. Leonardo ad S. Mariam de Portiuncula. Denique, vitæ ſanctitate clarus obdormiuit in Domino, licet, vbi corpus eius iaceat, ignoretur. Scribunt de eo B. Bartholom. Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 1. 4. & 8. part. 2. vbi de Fratribus Minor. ſanctit. illuſtr. in Prouincia ſancti Franciſci, & fruct. 12. part. 2. item lib. 2. fruct. 6. & 14. part. 2. S. Anton. 3. part. hiſt. tit. 24. cap. 2. §. 1. Marc. Vlyſſiponenſ. part 1. Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 112. & lib. 2. cap. 63. Cod. MS. Abb. S. Victor. Pariſienſ. in Fratrib. ſanct. illuſt. Prouinc. S. Franciſci. Legenda maior vitæ S. Franc. cap. 10. & 11. Wadingh. tom. 3. Opuſcul. D. Franc. Colloquio 34 item tom. 1. Annal. Minor. an. 1210 §. 38. 1219. §. 54. 1220. §. 19. ex Mariano lib. 1. cap. 6. 17. ſancti Franciſci, item in eo B. Leonardo.

B. Pilingoti, Confeſſoris. [b]] Obiit ann. 1304. Kalend. Iunij, in vrbe Ducali Vrbini : qui ita miraculorum gratia excelluit, vt die noctuque ad eius ſepulchrum, populorum concurſus fieret : vbi, ob præclara ipſius ad Deum merita, immenſos excipiebant fauores. Memoratur à Mariano lib. 4. in Append. Marco Vlyſſipon. part. 2. ſup. lib. 6. cap. 26. §. 1. Legenda Anonyma MS. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Minor. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 10. Thielmanſ. tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin. Wadingho tom. 3. ſup. ad ann. 1304. §. 5. &c. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 37. Primò ſepulturam nactus eſt, iuxta eius deſiderium, apud Conuentum S. Franc. in communi cœmeterio : tot verò ac tanta cœpit patrare miracula, concurrentibus populis ad eius tumulum : vt hinc eleuatum ſanctum pignus fratres tranſtulerint ſolemniſſimè cum hymnis, & canticis ad altare nouum, ſub nomine S. Laurent. in hunc finem erectum, vbi aſſiduis coruſcat miraculis. Illic eius Reliquias veneraturus ſupplex venit, ſolemni inſtituta proceſſione, ſingulis ann. vlt. Dominica Maij, poſt Veſp. Populus & Magiſtratus Vrbinas. Nuncupatur autem *B. Pelingotus & Pilingotus.* §. 2.

B. Ioanna Virginis [c]] Cognominabatur B. Ioanna *De Durué*, Monaſterij Surrigienſis alumna, ac poſtea §. 3.
prima electa Abbatiſſa noui Monaſterij Camberiacenſis, ann. 1471. hac die, in vigilia Pentecoſtes, ſub Reformatione B. Colettæ Virginis : vbi tot tantiſque virtutibus illuxit, vt omnibus fermè perfectionis ſpecimen euaſerit, ſanctéque in Domino obierit circa ann. 1500. præclara eius facinora commemorat Foderetus in

tus in deſcriptione Monaſterij Clariſſarum Camberiacenſ. ex compluribus MSS. codicib. & Wadinghus tom. 6. ſup ad ann. 1470. §. 24. Nam vt plurimum, ſolo pane & aqua reficiebatur: ſummo vtens artificio, ne ab aliis menſę accumbentibus videretur. Si quandoque iuſculum coacta ſumebat, cineribus illud prius reſpergebat. Tanto autem ſpiritus feruore, orationem exercebat, ſeu myſteriorum noſtræ Redemptionis contemplation animum dabat, vt in iis, duas horas poſt completorium, ac totidem poſt matutinas conſueret; necnon ſæpè in extatim abiret; vndè paulo ante obitum, duorum dierum ſpatio, extra ſe rapta manſit, manibus iunctis, oculiſque apertis, & in cœlum erectis.

QVARTO NONAS IVNII.

IN India Occidentali, ad Platam fluuium, Paſſio Beati [a] Ioannis Bernardi, Martyris: qui pro Chriſto, ſuſpendio necatus eſt. Luneburgi in Saxonia, Beati [b] Ioannis, Confeſſoris, magnę ſanctitatis viri. Villæ-Francæ in Territorio Lugdunenſi, Beati [c] Ioannis à Rupe-Sciſſa, Confeſſoris ac Concionatoris eximij: genere, doctrina & virtutibus illuſtris. Mirtilli, in Luſitania, Beati [d] Rubini Galli, Confeſſoris: miræ patientiæ, profundæ humilitatis, & aſſiduæ orationis donis pręclari. Badeiocij, in tractu Extremæ-Duræ, Beati [e] Alphonſi de Tapia, Confeſſoris; pietate & pœnitentia ſpectabilis. Moroni in Apulia, Beati [f] Guillelmi à Caſtellione, Confeſſoris, humilitate ac dono curationum celebris. Villæ nouæ de Serena in Hiſpania, Beati [g] Gaſparis à Sancto Ioſepho, Confeſſoris: qui cùm ſumma humilitate, & patientia, virginitateque illibata polleret, ſæpè Guardiani, ac Diffinitoris, Magiſtri autem Nouitiorum vſque in finem vitæ officio functus eſt, ac ſignis conſpicuus ſpiritum Deo reddidit. Ibidem, Beati [h] Ioannis à Solitudine, Confeſſoris: qui rerum mundanarum contemptu, cœleſtium verò contemplatione ſublimatus: charitate in Deum & proximum maximè reſplenduit. Mediolani, Beatæ [i] Paulæ Iſabellæ Mediolanenſis, Virginis, paupertatis & ieiunij dono illuſtris.

IVNII II.

§. 1. BEati Ioannis Bernardi, Martyr. [a]] Laicus erat profeſſione, quando glorioſum paſſus eſt Martyrium, in cuſtodia fluminis *de Plata*, per manus Indorum infidelium, ann. 1599. Nam ſuſpendio punitus cùm eſſet, & ex patibulo, tanquam ex Cathedra, per tres dies & noctes ſequentes, licet mortuus concionaretur, ac ſi viuus eſſet; tanto cum feruore ſpiritus, vt propterea illius vocem, & monita ſalutaria, haud ſufferre valentes, eum de ligno depoſuere, cordeque illius è corpore abſtracto, cætera proiecerunt. Vide Daçam 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 60. ex proceſſu authentico.

§. 2. Hic idem ille eſt, vt reor, qui vocatur *Ioannes à ſancto Bernardo*, Martyr. & ſocius aliquando Beati Alphonſi à ſancto Bonauentura, Confeſſoris. Pro quo ſciendum, R. P. Bernardum *de Armenta* ablegatum fuiſſe Commiſſarium cum quinque aliis Fratribus Minoritis, in huiuſce Regionis Prouincias, initiumque dediſſe, ann. 1538. Cuſtodiæ Aſſumptionis Beatæ Marię Virginis, in Regione *Paraguaya*, propè fluuium de *Plata*, verſus Braſilium; vbi paulo poſt illuc etiam appulerunt B. Alphonſus à ſancto *Bonauentura*, cum ſocio ipſo B. Ioanne à *ſancto Bernardo*, qui ob Chriſti fidem, ab Barbaris indis interfectus eſt; provt refert idem Daça ſup. cap. 34. ex Hiſtor. Indiar. part. 2. fol 124. Exinde Fratres noſtri latiſſimas Regiones finitimas perluſtrantes, ad vſque Peruanum Regnum deuenerunt: vbi aliam Cuſtodiam fundarunt: quæquidem duæ Cuſtodię, ſic & Fratrum numero, & Conuentuum copia excreuerunt; vt poſtea in Capitulo Generali, Romæ celebrato ann. 1612. in vnam Prouinciam coaluerint, vti conſtat ex eiuſmodi Capituli Tabula, vbi hęc leguntur. *Cuſtodia Paraguay in Tucuman, in Regno del Peru, in vnam eandemque Prouinciam eriguntur; ſub titulo Aſſumptionis, Beatæ Virg. Mariæ, cuius Aſſumptionis habet Imaginem pro ſigillo.* Quibus attentè inſpectis, iudicet prudens lector, qualibus veritatis fulciatur baſibus, Relatio illa Lutetiæ pręlo cuſa, ac diuulgata, ann. 1638. De inſigni progreſſu Chriſtianitatis, iiſdem in Regionibus per Clericos ſocietatis Ieſu; quaſi primi haſce gentes luce Euangelij colluſtrauerint: vti apertè colligitur ex huius Relationis ſerie. Fatemur quidem eos circa ann. 1626. & 1627. primò illuc tranſmigraſſe: at Franciſcanos centum ante annis, iam id opus aſſumpſiſſe, & nunc vſque piè ac impensè proſequutos eſſe; nullus ſanæ mentis denegabit. Vide infra ad 6. Decemb. §. 15. Porrò alios complures Minoritas martyrio coronatos fuiſſe propè Braſilium, ſcribit Fabrinus de Iubileo cap. 6.

B. Ioannis, Confeſſ. [b]] Inſigni ſanctitate fuit præditus; eique duo BB. Electi (quorum vnus Guardianus Conuentus extiterat, alter verò Eleemoſynarius) nuper defuncti apparuerunt cum immenſo lumine, pretioſiſſimè induti: è quorum vultibus, manibus ac pedibus, ingens fulgor emanabat. Claruit apud Conuentum Kirenſem ac Luneburgenſem, circa ann. 1240. cuius meminerunt Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in fratrib. Minor. Prouinciæ Saxonię ſanctitate illuſtr. Vlyſſiponenſ. part. 2 Chron. Min. lib. 1 cap. 15. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1249 §. 9. §. 3.

Digitized by Google

§. 4. *B. Ioannis à Rupe, Confeſſ.* [c]] Antiqua, nobilique proſapia exortus eſt, in prima Lugdunenſi. Cúmque & litteris apprimè imbutus eſſet, & diuitiis abundaret, cœleſti impulſu vocatus, cuncta pro Chriſto abdicauit: famaque Fratrum Minorum illectus, habitum S. Franciſci ſuſcepit in Conuentu Villæ-Francæ: (Oppidum eſt ad riuuli Morgonij fibras, iuxta Ararim ſitum) cui & Domanium ſuum *de Rupe-ſciſſa*, vulgò, *Roche-Taille* ſeu, *Roche-Taillade*, dono dedit in eleemoſynam. Magni ingenij vir erat; ſicque ſtudiis operam nauauit, vt breui, ſæcularis Philoſophię ornamento clarus, & in Diuinis ſcripturis egregiè inſtructus euaſerit. Cúmque ſcientia eximia, & vita admirabili polleret: haud mirandum eſt, ſi ſuis feruentiſſimis concionibus, ac bonis exemplis, in vinea Domini ſtrenuè laborans, tantum exindè animarum fructum referret: vitioſis autem & peccatoribus minas atque excidium intentaret. Quod tamen perſecutionis, odij, & afflictionis fomitem ſubminiſtrauit: ita vt ab Innocentio VI. Papa ſit vetitus in publicum prodire: vt ſic eius æmulis fieret ſatis. Diu cunctati ſunt pręlati Ordinis, in tantum Patrem manus iniicere; quem rara doctrina, vitæ ſanctitas, ampla ac nobilis proſapia inſigniter commendabat. Attamen mandatis ſummi Pontificis parere coacti, illum è Conuentu Aureliacenſi, Diœceſis S. Flori, adductum, ac cuſtodiæ mancipatum, ſolerter ſeruauerunt apud Auenionem.

§. 5. Sanè Æmylius, lib. 9. de Reb. geſtis Franc. in Carolo V. Rege, agens de Schiſmate Vrbani VI. quod Numine peccatis temporum ſuccenſente, eueniſſe arbitratur; huius B. Ioann. de hac re vaticinium, his verbis refert. *Extiterantque qui velut Diuino ſpiritu aſlati, vates id praecinerent. Ioann. Theologus, Minor. antequam Greg. Pontifice purpura in Italiam remigraret, Auenione ductus in carcerem fuerat: quod ea in vrbe, grauibus concionibus, vitia temporum coarguere, veterique fabulæ nouum commentum adiungere auderet. Fuiſſe diem, per ambages dictitabat, qua cùm omnia, quæ gignere natura poteſt: genera, volucrum, iam in lucem edita, ac veſtita ſuo quaque decore ornatuque eſſent, apparuerit Diuina ſpecie auis, ſed ea implumis, atque idcirco quæ volitare, ſeque alere, vagando non poſſet: verùm miraculo Maieſtatis, miſerationeque inopiæ adductas cæteras volucres, ne fame miſeriaq; periret, ex ſuo quamque corpore, aliquid plumarum pennarumque reuelliſſe in illamque contuliſſe, qua ad cibum capiendum ferretur victitaretque. Hăc vbi ſeſe tăto honore, dignitatemque eſſe, haberiq; ſenſit, faſtu ſpiritibuſque inflatam, tantam in ſe cæteris alitibus iram mouiſſe: vt conſenſu ſpoliata, redactaque ad priſtinam ſit egeſtatem. Perſimili ratione Procerum Eccleſiæ ordinem Diuinitùs inſtitutum: ſed initio inopem, deinde à mortalibus locupletatum per ſuperbiam, & quæ minimè deceret, ætatem agere. Si odium indiciumque mortalium, ad quos veniſſent, minimè vererentur, ſi, quando opibus iam præſtent, terrarum illis nullus metus, nullus pudor foret: at Deum cuncta acerrimè intuentem, à quo ad hominum genus pietate, demiſſioneque animi imbuendum legati ſint, tandem timendum ſibi ducerent: qui, quò tardior, eò grauior vindex, quam mortales, vltor futurus ſit. Illum enim dextram in Proceres Eccleſiæ fulmine armare, vt quod ab homine fieri nefas ſit, ipſe non exuat modo: ſed vt exurat, ſcindat, diſſipet. At proceribus Eccleſiæ ſacra minabatur, appetenteſque pœnas denuntiabat: Regibus, Ducibus, Comitibus, cæteriſque terrarum principibus parcebat: Minimè ille quidem florente re Francica: ſibique ante Pictauenſem cladem perſidente Ioanne Rege, non dubitauit vitia aulæ grauiter publicéque increpitare: ipſique capiti rerum, Regi in primis, ingens, inſolitumque malum canere.* Hæc ille, cui ſubſcribunt Foderetus, in narratione Hiſtorica Prouincię Burgundiæ: vbi de deſcriptione Conuentus Villæ-Francæ, pag. 318. 319. & 320. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1357. §. 16.

§. 6. Scio Bzouium, tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1357. §. 4. aſſeruiſſe noſtrum Rupeſciſſanum eo anno Auenione in carceribus detentum propter hæreſim, & pſeudo-prophetias: Authorem ſui aſſerti ſubdentem, Collectorem magni Chronici Belgici, ex Potro Harentalio, qui de hæreſi eundem ſuſpectum fuiſſe ſcribit: Quibus breuiter reſpondebimus; præcipuum crimen illius, & vnicam incarcerationis cauſam extitiſſe: quòd Antichriſti tempora propè eſſe, & multa de futuris Eccleſiæ calamitatibus, quibus corrupti Eccleſiaſticorum mores purgarentur, prædixerit: de quibus extat libellus in vinculis ſcriptus ad quendam ex Cardinalibus. Rupeſciſſani autem Prophetiæ alię habentur in Bibliotheca Vaticana, in Codice, 4265. neque hæreſes iſtas potuit in eis reperire Vvadinghus: Nec ego in Codice *Thuano*, ſub numero 406. Lutetiæ: extat etiam MS. illius Commentum ſuper Prophetiam Cyrilli Eremitæ, in Bibliotheca Regia Pariſ. cod. 1923. 69. Quare cæteri ſcriptores hæreſim minimè impingunt: nec illi hanc inurunt maculam. Non alia quippe de cauſa ipſum hæreſis inſimulare viſus eſt Bzouius cum ſuo Harentalio; quàm quòd multa prophetizabat de AntiChriſto, & ſummis Pontificibus futuris, ſeu calamitatibus Eccleſiæ Prælatis, & Regnis, imminentibus. Subiungunt, *Multa de eius Prophetiis viſa ſunt eueniſſe: alia verò euanuiſſe in vanum*: fatemur & nos: ſed quid indè? niſi, quòd nonnulli ſerui Dei, quantumuis ſancti, ac Prophetiæ dono prędìti, haud ſemper Spiritu ſancto inſtigante loquuti ſunt, ſed more humano, ea ſibi perſuadebant fienda; qua de re ſup. ad 27. Ianuar. §. 7.

§. 7. Non me latet *Noſtradamum* 4. part. Hiſtor. Phocenſ. Prouinciæ, ſub Ludouico & Ioanna, Comit. 15. ad annum 1362. ſcripſiſſe, eum Auinione, iuſſu Summi Pontificis, igni traditum fuiſſe atque combuſtum: ſed nimis craſsè hallucinatur. Fatemur quidem iuſſu Innocentij VI. Pap. coniectum fuiſſe in carcerem; non tamen ſęcularem, vel publicum; neo à profana Iuſtitiariorum manu, ſed apud Conuentum Fratrum Minor. Auenionenſ. Superiorum mandato: vti *Trithemius* ingenuè teſtatur, illud tribuens ſui Ordinis Miniſtris: cui & aſſentitur Vvadinghus ſup. paragr. 20. Carceris pœnam haud dubiè ſequebatur mortis periculum; niſi quæ dudùm protulerat verba, clarius, meliuſque explanaſſet ac comprobaſſet. Audias velim *Froiſſardum*, ad annum 1385. qui dùm loquitur, de tumultibus & diſcordiis Vrbani VI. ac Clementis VII. ſemet inuicem oppugnantium, ait *Hæc nimirum ſimultas & diſſenſio Pontificum, in diuerſa ſtudia rapuit omnes ferè Principes, & Reges, vt memoratum eſt. Hoc malum, & alia multa, quibus aliquando premeretur Eccleſiaſticus Ordo, Franciſcanus quidam Monachus, Innocentij temporibus prædixerat, coniectus Auenione in vincula, hoc nomine, & ni ſcripturæ auctoritate ſua firmaſſet, capitis pœnam luiturus.* Nullum itaque Noſtradamus ſuæ aſſertionis patronum reperiet; tantummodo minas ignis & mortis Beato Ioanni intentas quiuis ſanæ mentis perſpicuè agnoſcet: à quibus omnibus abſolutus

Digitized by Google

lutus & ereptus, priſtina libertate potitus eſt, teſte Fodereto ſup.

§. 7. Porrò, Rupeſciſſanus noſter in priſtinam reſtitutus libertatem, Auinione Villam-Francam venit: ibique meritis & virtutibus præclarus, ſancto fine quieuit. Agunt de eo Foderetus ſup. pag. 252. Vvarnetus, in Faſciculo Tempor. ad ann. 1364. Froſſartus lib. 1. cap. 211. ad ann. 1346. 1359. & 1385. Meyerus in Annal. Flandr. ann. 1359. Trihemius, de ſcriptorib. Eccleſ. Riocha in Compendio Tempor. lib. 5. cap. 13. ibid. Toſſinianus libr. 3. Hiſtor. Seraphic. in ſcriptorib. Franciſcan. Gonzaga ibid. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. Vvillotus, in Athenis Franciſcan. ſodalit. Poſſeuinus, in Apparatu ſacro. Quercetanus, tom. 2. vitar. ſummorum Pontific. in Innocentio VI. Pap Choppinus. De ſacra politia libr. 2. titul. §. 26. Gneſnerus in Bibliotheca. Dominicus à Ieſu in Hiſtoria S. Gerardi, Confeſſ. Aureliacenſ. cap. vltim. §. 7. pag. 782. Alium autem fuiſſe à Ioanne Rupeſciſſano, Rothomagenſi Archiepiſcopo, Deo fauente oſtendemus de Rebus Neuſtriacis verba facturi.

§. 8. *B. Rubini, Confeſſ.* [d]] Gallus nuncupatus eſt, quia ex Gallia oriundus erat; vir admirandę pietatis: qui Vicarium egit Conuentus Mirtillenſis, necnon Moſteiri, & Inſulæ ac S. Pelagij, qui ſunt 1. 2. 3. & 8. Prouinciæ S. Antonij Portugall. Deceſſit ann. 1447. ex peſtilentia, poſtquam ſumma charitate, populo vniuerſo illius oppidi, ac contagione laborantis, inſeruiuit. Ita Monimenta MS. præfatæ Prouinciæ, & Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1392. §. 20.

§. 9. *B. Alphonſi, Confeſſ.* [e]] Scalabiæ, nobilibus ortus parentibus, habitum S. Franciſci ſuſcepit: & iugiter pietatis ac pœnitentiæ operibus fuit addictus. Iacet in Conuentu Pacis Auguſtæ, ſeu Badejocij: qui eſt 6. Prouincię S. Michaelis: teſte ipſo Vvadingho ſup. ad ann. 1398. §. 4. ex MS. Monimentis iſtius Prouinciæ.

§. 10. *B. Guillelmi, Confeſſ.* [f]] Quamuis gnarus eſſet, & litteris competenter imbutus: elegit tamen, præ humilitate ſtatum fratrum Laicorum potius aſſumere, quo ad maximum perfectionis gradum facilius pertingeret; moritur circa ann. 1518. ſepultuſque eſt Moroni in Conuentu S. Nazarij, qui eſt 2. Prouincię S. Angeli, vbi maximo honore colitur. *Quibus etiam* (inquit Gonzaga, ibid. part. 2.) *commendatiſſimum exiſtit Mauſolæum Beati Guillelmi à Caſtellione Laici, ob eius cineres ibi reconditos, qui plurimis infirmis, viuens adhuc ſuis meritis ſanitatem obtinuit, & mortuus innumera miracula edidit.* Eadem habet Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 1. capit. 29. & Daça ibid. lib. 1. cap. 31. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1415. §. 27.

§. 11. *B. Gaſparis, Confeſſ.* [g]] Fuit natione quidem Beotianus, ſed dignitate ſacerdos: qui cùm ſuæ ætatis 20. annum agens, Franciſcanam Religionem in Prouincia S. Ioſephi eſſet ingreſſus, habitum ſumpſit de manu B. Petri Alcantarenſis, in Conuentu ſancti Andræ de Monte Arenis: quem & ad amuſſim imitandum ſibi propoſuit. Totum autem vitę ſuæ curriculum maxima cum laude, morumque ſanctitate tranſegit: ac plurimos fratres nouitios, mirabiliter in ſumma pietate, Dei timore, mundi, ſuique ipſius contemptu, paupertate, atque Monaſticis rebus educauit, præfatęque Prouinciæ peperit: ita vt vix ipſa ſibi ſimilem aliquando habuerit. Et licet, nonnumquam Guardianatus, ſiue Diffinitoriatus fungeretur officio: nuſquam tamen magiſtri Nouitiorum ac iuuenum munus dereliquit, quod ſemper ingenti cum ſolertia, charitate, & Religioſitate exercuit. Orationi continuæ addictus, miro ſpiritus feruore exęſtuabat, ſumma animi humilitate, patientia, & obedientia pollebat: abſtinentia, ieiunio, & diſciplinis iugiter corpus edomabat: virginitatemque ſic illibatam cuſtodiuit, vt etiam ab omni prorſus carnis illuſione immunis extiterit. Multùm diuque à Dæmonio ſpiritualibus afflictionibus diuexatus, liber tandem victorque euaſit; conſilio & opera S. Tereſiæ de Ieſu, cui apud Abulam commoranti præſens ipſe cordis ſecretum detexerat; ſignis etiam claruit, dans ægris ſanitatem, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino, ann. 1576. infra Octauam Corporis Chriſti. Tumulatuſque eſt in Conuentu S. Bartholomæi Villænouæ de Serena, qui eſt 18. prædictæ Prouinciæ. Sic Gonzaga, ibid. part. 3. ſup. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 18. Ioannes à S. Maria, part. 1. Chron. eiuſdem Prouinc. lib. 2. cap. 22. & 23. Rapineus in Hiſtoria gereneral. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 11. Grauina, *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

B. Ioannis, Confeſſ. [h]] Patria Salmanticenſis, pro- §. 12.
feſſione verò Laicus erat, & vnus ex iis, quos Religioſis optimiſque moribus B. Gaſpar. præfatus inſtruxit: qui & illi habitum Ordinis dedit; cùm eſſet Guardianus Conuentus S. Andreæ de monte Arenis. Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum reuerentiſſimè coluit, Diuinarumque rerum contemplationi feruentiſſimè inſtitit: in qua mirabiles technas atque inſidias, à cruento illo, inuiſibili generis humani hoſte viſibiliter perpeſſus eſt: quas nihilo ſecius omnes ſumma prudentia ac virtute, ſummaque conſtantia, in Chriſti nomine ſuperauit. Charitati præterea, maximè vero erga infirmos, omni ſtudio, omnique diligentia, operam dedit: nihilque magis à proprio contemptu dilexit. Obiit ſanctitate conſpicuus, ſepultuſque eſt vnà cum prædicto B. Gaſpare: ann. 1577. iuxta Ioannem à S. Maria ſup. cap. 24. non verò, ann. 1576. vti habent Gonzaga, Barezzus & Rapinæus, ſup.

B. Paulæ Iſabellæ Virg. [i]] Memoratur à Wadin- §. 13.
gho tom. 5. ſup. ad ann. 1447. §. 92. Sanctiſſimè obiit in Monaſterio S. Bernardini Mediolanenſ. quod eſt 4. Prouinc. Mediolanenſ.

Digitized by Google

TERTIO NONAS IVNII.

LOndini in Anglia, Paſſio Beatorum [a] Martyrum Richardi Riſbei, Conuentus Cantuarienſis, Guardiani: & Hugonis Richei, Conuentus Richmondienſis item Guardiani: qui ob Religionis Catholicæ defenſionem, iuſſu Henrici VIII. Angliæ Regis, horrendo mortis genere, occiſi ſunt. Hiſpelli in Vmbria, Beati [b] Andreæ Caccioli, Confeſſoris; vita & miraculis glorioſi. Lucæ in Tuſcia, Beati [c] Pauli Iouiæ, Confeſſoris: Doctrina, virtute, ac ſignis conſpicui. In Luſitania, Beati [d] Antonij ab Eluas, Confeſſoris: qui Prouincialatu expleto, ſancto fine quieuit. Adris in Aprutio, Beati [e] Onuphrij à Caramanico Confeſſoris: quem miraculorum gloria exornat. In Territorio Abulenſi, Beati [f] Laurentij Rapariegos, Confeſſoris; ſpiritu Prophetico, & miraculis in vita ac poſt mortem celebris. Segobiæ in Hiſpania Tarraconenſi, Beatæ [g] Eliſabeth Peraltæ, virginis: quæ ſub Tertiariarum habitu, Chriſto ſponſo dignè famulata, ad brauium ſupernæ retributionis feſtiua cucurrit.

IVNII III.

§. 1. B*B. Martyr. Richardi & Hugonis Richei*, [a]] Anno 1534. ex præcepto Henrici VIII. Angliæ Regis, aduerſus Religionem Catholicam inſultantis plurimi eximiæ, tum doctrinæ, tum pietatis Religioſi viri pertrahuntur ad carceres: inter quos hi duo de Catholica Religione optimè meriti, præfecturæ in ſuo vterque Collegio, decorati dignitate, captiui adducuntur: A quibus Rex, manifeſtiùs ſuam profeſſus rebellionem, Anglicanæ Eccleſiæ caput, cupiebat declarari. Eo enim dementiæ genere laborabat, vt facilè crederet ad ſuæ Eccleſiaſticæ authoritatis vim aliquorum confeſſionem ſubditorum, etiam metu extortam, ſibi ſufficere. Abnuunt illi rem tam ſtultam, quàm impiam perpetrare. Interim ferro, compedibus membra piorum ſtringuntur, moleſtiiſque ac contumeliis variis humi iacentes afficiuntur, velut pecudes macello deſtinatæ. Poſt modum, paucis interiectis diebus, inſignis patientiæ ac manſuetudinis patres educuntur è carcere, extremo plectendi ſupplicio: imponunturque vehiculis: quæ non rotis, ſed lignis rudibus, per glebas, ſaxaque agitata trahebantur: vt eis nullum tempus, nullus locus pœnæ deeſſet. Vbi verò ad locum ſupplicij ventum eſt, en adſtat altiſſimum patibulum, iuxta quod lebes erat, igne ſuppoſito, aqua feruenti plenus: vt ij tormentorum aſpectu ac terrore, vel ſententiam mutarent, vel futuri diri ſupplicij pœnam prægustarent in animo, quam in corpore erant paſſuri.

§. 2. Primus per ſcalas trahitur B. Pater Guardianus Cantuarienſis, atque interim accurrit Regius nuntius, qui nutu Regio, & libertatem & vitam eis promittit, ſi ſaltem ſummo Eccleſiæ Pontifici velint renuntiare. At illi in ſententia perſiſtentes, pro ſancta eorum matre Eccleſia, cuius caput Chriſtus, & Chriſti Vicarius ſummus Pontifex; quodlibet etiam atrociſſimæ mortis genus ſubire profitentur. Itaque qui in ſcalis erat, ſæpius ingenti feruore repetens Prophetæ verba dicentis. *Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum eſt.* Sublatus in patibulum, præceps è ſcalis eiicitur, moxque à carnifice ſcinditur laqueus: ruit corpus viuum adhuc in terram, vt inuſitatæ crudelitatis opus perficiatur à Diaboli miniſtris. Adeſt carnifex, qui primùm membra virilia Martyri Chriſti abſcindit, cor ex corpore aperto ventre reuellit: quod dùm manu tenet, vniuerſo ſpectante populo ſaltitat: illudque in ignem cum inteſtinis coniicit: caput amputat à corpore; corpuſque in 4. partes diſcerpit, in ipſumque lebetem igne feruidum proiicit. Indè, ad portas Londinenſis ciuitatis aſportat, atque ſuſpendit: caput verò ſtipiti impoſitum in ponte publico erectum fuit.

Poſt huius Patris agonem, & lugubre ſpectaculum alter B. Pater Guardianus per ſcalas trahitur, §. 3.
qui interea multorum hortamenta, ſuaſioneſque callidas, & delira verba deiecerat: & ſimili impietate, vt præcedens ſocius, ſuſpenditur, deiicitur viuus, euiſceratur, virilibuſque & capite truncatur, atque in 4. partes diſcinditur, & coquitur: dúmque carnifex aperto ventre cor attigit, vt extraheret, ait Chriſti athleta; *quod in manu habes ſacratum eſt Deo;* ſicque in ignem viſcera coniiciutur: & eodem atrocitatis genere, vt in priori martyre, omnia peracta ſunt: amboque atrociſſimo, ac ſimili ſupplicio fortiter martyrium paſſi, diem clauſerunt extremum. Horum illuſtre martyrij trophæum deſcripſere Fauſtinus Taſſo, ac Surius in hiſtoria ſui temporis. Thomas Bouchierus, in Hiſtoria Eccleſiaſt. martyr. Obſeruantin. Polina Dominicanus, in Hiſtor. Angl. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. libro nono, capit 55. ann. 1540. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. vbi de ſacris martyr. Ordin. Minor. ſuo æuo ob Chriſti fidem in Anglia paſſis ann. 1534. Item part. 3. in Prouincia Angliæ, ſub ann. 1537. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 1. ann. 1537. Daça, ibid. lib. 31. cap. 31. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. capit. 22. Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Hilarion à Coſta libr. 1 Hiſtor. Catholic. pag. 135. Cornelius à Lapide, Commentar. in Apocalypſ. cap. 5. verſ. 8. item in Iſaiam cap. 53. verſ. 7. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. poſt Sanderum. lib. 1. de Schiſmate Angliæ ann. 1534. & Stowm in Annalibus.

Beati

Digitized by Google

§. 4. *Beati Andreæ, Confeſſor.* [b]] Memoratur à Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. S. Franciſci, his verbis. *In loco Speli iacet S. Frater Andreas: qui fuit ſacerdos: qui multitudine miraculorum, & vita ſanctiſſima hominibus extitit mirabilis glorioſus, & mortuos ſuſcitauit.* Agunt de eo codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. Viris huiuſce Ordin. Picquetus ſup. Hunc Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. lib. 8. cap. 33. §. 2. ait conditum eſſe Arquati, ſed errore labitur: vide infra ad 22. Octobr. §. 2. Porrò Hiſpelli apud fratres Minores Conuetuales in veneratione habetur corpus huiuſmodi B. Andreæ *Caccioli*, ſiue, vt aliis placet, *de Lacchis*, Hiſpellij; cuius feſtum hac die 3. Iunij celebrant, magna cum ſolemnitate: teſte Vvadingho. tom. 2. Annal. Minor ad ann. 1253. §. 49. cuius geſta, ſe aliàs recenſere promittit, in Additionib. ad tom. 2. §. 11.

§. 5. *Beati Pauli Ioua, Confeſſ.* [c]] Probatæ ac integerrimę vitæ fuit, magiſter in ſacra Theologia: cuius opera ac ſollicitudine Conuentus ſancti Franciſci Lucenſis, à fratribus Minoribus Conuentualibus ad Obſeruantinos eſt deuolutus ann. Chriſti 1454. illicque ipſe obiit ac ſepultus eſt. Cuius oſſa cùm alibi obliuioni ferè tradita, & tumulata eſſent: Chriſtophorus quidam *Sanctinus*, Lucenſis ciuis, inde exhumata, ſub ſummo altari honorificentiùs ſe collocaturum ſpopondit, ſi eius meritis à quotidiana febre, qua grauiſſimè à multis diebus affligebatur, liberaretur. Soſpitatem igitur ex voto aſſequutus: quod promiſerat, fideliſſimè adimpleuit. A quo etiam tempore maximam ſanctitatis opinionem adeptus eſt. Agunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 26. Prouinc. Tuſcię, & in Monaſterio ſancti Michaelis Lucenſ. quod eſt 2. eiuſdem. Prouinc. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 65. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1289. §. 45. (ex Franciotto, libr. de Reb. Lucenſib.) & 1435. §. 81. & tom. 6. ann. 1472. §. 10. tom. 7. ann. 1480. §. 12.

§. 6. *Beati Antonÿ, Confeſſoris.* [d]] Magna prudentia, ſingularique zelo præditus Prouinciam Portugalliæ nonnumquam rexit: Confeſſarius extitit Ioannis II. Luſitaniæ Regis: pacem promouit ac ſtabiliuit inter Portugalliæ Caſtellæque Regna: Obiit clarus ſanctitate, circa ann. 1491. teſte Marco Vlyſſiponenſi 3. part. Chronic. Minor. lib. 7. Wadingho tom. 7. ſup. ad ann. 1491. §. 3.

§. 7. *Beati Onuphrÿ, Confeſſoris.* [e] De eo pauca enarrat Gonzaga part. 2. ſupra in Conuentu ſancti Antonij de Padua, Adrenſi: qui eſt 9. Prouinc. ſancti Bernardini, his verbis. *In quo maxima olim expectationis, nec Minoris ſanctitatis iuuenis B. ſcilicet Frater Onophrius à Caramanico, Clericus ſepultus iacet; qui licet ſæcularibus, atque etiam Fratribus, ob ſingulares eius animi dotes, chariſſimus: non tamen ab eis, ob nimiam iuuentam, dùm viueret, benè quidem poſt mortem, cognitus fuit: cùm plurimis eius tumulum accedentibus à morbo Regio, quo & ipſe grauiſſimè laborauit, ſoſpitatem impetrauerit, in dieſque impetret.*

§. 8. *Beati Laurentÿ, Confeſſoris.* [f]] Laicus erat profeſſione, & miraculis clarus diceſſit è vita ann. 1517. Marcus Vlyſſiponenſis copioſa eius geſta deſcribit ſupra lib. 8. cap. 42. quæ breuiori ſtylo recitat Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Sancti Franciſci Areualenſi, qui eſt 30. Prouinc. Conceptionis: dicens. *Tumulatus quoque iacet in huiuſmet loci Eccleſiæ ſub ſummo Altari B. Frater Laurentius Raparieges, plurimis miraculis, tum in vita, tum quoque in morte inſignis, qui ad inſtar Beati Ioannis Euangeliſtæ, eò ipſo die, quo vxorem ducturus erat, charis parentibus, chariſque amicis, & ſponſa inſalutatis, ad hunc Conuentum confugit: atque ſumpta de Patris Guardiani manu Minorico habitu, profeſſorum Fratrum Laicorum albo aſcribi voluit. Obiit B. hic Frater, poſtquam per ſexaginta continuos annos Deo Optimo Maximo, in Religione plenis affectibus vacaſſet, pluraque Prophetico ſpiritu prædixiſſet. Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo.* Hæc ille, item Boſius tomo primo, de ſignis Eccleſ. libro duodecimo, capit. 21. & Vvadinghus ſup. tom. 1. ad annum milleſimum decenteſimum decimum quartum, paragraph. 23. Daça parte quarta, Chron. Minor. libro primo, capit. 26. & 27. Marieta, lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 26.

§. 9. *Beata Eliſabeth, Virginis.* [g]] Tertiaria fuit: quæ ſicut ſanctè vixit, ita quoque ſanctè in Domino in æternum victura, obiit. Memoratur à Gonzaga part. 3. ſupra in Monaſterio ſanctæ Claræ Segobienſi, quod eſt 32. Prouinciæ Conception. Barezzo ſupra libro primo cap. 30. ad annum milleſimum quingenteſimum decimum nonum. Valerio de SS. Fœminis Ordin. Minor. libro quarto, capit. 6. Vvadinghus tomo ſeptimo, ſup. ad annum 1486. §. 33.

Digitized by Google

PRIDIE NONAS IVNII.

IN Gallia Beati [a] Antonij Valioti, & Huberti à Curia, Martyrum. Apud Tranſyluaniam Beati [b] Ioannis Tudertini, Martyris: qui per diuerſa tormenta capitis tandem abſciſſione, fœlicis agonis curſum compleuit. Tauri in Caſtella, Beati [c] Franciſci de Villamizar, Confeſſoris; Propheticæ dono celebris. In Vmbria, Beati [d] Marci Bergomatis, Confeſſoris. Amandulæ in Picœno, Beati [e] Gabrielis ab Æſio, Confeſſoris, miraculis clari. Murciæ, in Hiſpania, Beati [f] Didaci, Confeſſoris: qui oratione & charitate pollens, ſignis etiam admirandis emicuit. Badeiocij, Beati [g] Bernardi à Sancto Ioanne, Confeſſoris; eximiæ pietatis viri. Apud Sardiniam inſulam, Beati [h] Pacifici à Cerano, Confeſſoris: virtutum laude & ſanctis operibus celebris. Maceratæ, Beati [i] Antonij à monte Sicardo, Confeſſoris: vitæ perfectione & miraculorum gloria illuſtris. In Hiſpania, Beati [k] Alphonſi Marini, Confeſſoris: qui humilitate, Obedientia, & oratione exornatus, virginitatem immaculato pudore ſeruauit. Benicarloni in Territorio Dertoſano, Beati [l] Michaelis Borraſij, Confeſſoris. In Germania Beatæ [m] Coletæ, Virginis: filiæ Rodulphi Imperatoris: quę meritis & virtutibus ſublimata migrauit in cœlum.

IVNII IV.

§. 1. B*B. Antonÿ, & ſoc.* [a]]Hi illuſtre ſubiere martyriũ circa ann. 1567. Cùm Hæretici Calluiniſtæ, per Galliam diſcurrerent, cuncta incendiis & depopulationibus fœdantes: quorum meminerunt Picquetus, in Catalogo Martyr. Franciſcanor. Daça 4. part. Chroniç. Minor. lib. 3. cap. 58.

§. 2. *B. Ioan. Martyr.* [b]] Laicus, erat Prouin. Sancti Saluatoris Hungarię alumnus: qui à furentibus hæreticis Tranſyluanis, poſt multa pro fide Chriſti perpeſſa tormenta, capite truncatus eſt, ann. 1603. Daça ſup. lib. 4. cap. 51. ex Relatione R. P. Alphonſi de *Requeſens*, Generalis Commiſſarij in Germania, Hungaria & Bohemia.

§. 3. *B. Franciſci, Confeſſ.* [c]] Spiritu Prophetico admodum fuit illuſtratus, cuius meminit Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1290. §. 29 vbi de Conuentu Taurino, qui eſt 35. Prouinc. ſancti Iacobi.

§. 4. *B. Marci, Confeſſor.* [d]] Doctor erat adhuc in ſæculo degens: ſed fama Fratrum Minor. Obſeruantinor. commotus, Seraphicam Religionem ingreſſus eſt circa ann. 1383. vbi ſanctiſſimè vixit. Hic eſt qui B. Ioann. Capiſtranum habitu Minoritico induit, dùm Guardianatus officio fungeretur, In Conuentu S. Franciſci de Monte iuxta Peruſium. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. libr. 1. capit. 6. & libr. 4. cap. 1. Wadinghum tom. 4. ſup. ad ann. 1384. §. 1. & tom. 5. ann. 1422 § 4.

§. 5. *Beati Gabrielis, Confeſſor.* [e]] Optimis exornatus virtutibus, complura patrauit miracula, tum in vita, tum poſt mortem. Memoratur à Marco Vlyſſipon. part. 3. ſup. lib. 7. cap. 17. ad ann. 1491. Vvadingho tom. 4. ad an. 1399. §. 33. & tom. 7. ad an. 1491. §. 3. quo obiit.

§. 6. *Beati Didaci, Confeſſ.* [f]] Laicus fuit Religioſiſſimus, qui orationi, pietatiſque officiis deditus, altiſſimo ita famulatus eſt, vt ab eo donis & gratiis quamplurimis donatus ſit: tandem meritis opimus animam Deo reddidit, in Conuentu ſanctę Catharinæ de Monte Murcię: multis poſt obitum clarus miraculis, illius abundè meminit Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 43. ad ann. 1505. Gonzaga part. 3. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 8. Prouinc. Carthaginenſ. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Marieta libro decimo-ſeptimo, Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 31.

Beati Bernardi, Confeſſ. [g]] Vir extitit deuotiſſimus, & magna virtute decoratus, cuius corpus fœliciter quieſcit, in Conuentu D. Gabrielis, Badejocenſi, qui eſt 12. Prouinc. S. Gabrielis, teſte Gonziga, ibid. part. 3 ſup. §. 7.

Beati Pacifici, Confeſſoris. [h]] Cognominatus eſt §. 8. *à Nouaria,* ſeu potius *à Ceredano* Nouarienſis Diœceſis oppido, eo prognatus loco, ſed in Sardinia inſula mortuus, atque Ceredanum furtim, in ſarcinulis mercatorum, expenſis oppidanorum, tranſlatus. Feruidus extitit concionator, & in lucrandis animabus verbo & opere potens: vita exemplari, ac ſanctis operibus, ſuique Inſtituti obſeruantia conſpicuus. Doctrina & ſanctitate fuit inſignis. Librum compoſuit, ann. 1473. de caſibus conſcientiæ, qui ab eius nomine *Summa Pontificia* dicta eſt. Hunc Ceredanéſes maximo proſequuti honore venerantur ac vt Beatum colunt: ob Beneficia cœlitus, ſua interceſſione illis præſtita. Agunt de eo, Marianus lib 5. cap. 47. Gonzaga, part. 2. ſup. in Conuentu ſanctæ Mariæ de Gratiis, Vigleuani, qui eſt 7. Prouincię Mediolanenſ. Item in Conuentu 32. eiuſdem Prouinc. Barezzus part. 4. ſup. libr. 3. cap. 23 Ferrarius in Cathalog ſanctor. hac die. Carolus à Baſilica Petri libr. 1. Hiſtor. Nouarienſ. Vlyſſiponenſis, part. 3. ſup. libr. 6. cap. 40 Vvadinghus tom. 7. ſup. ad annum 1470. §. 57. ann. 1481. §. 7. & ann. 1482. § 71. quo in cœlum abiit.

Beati Antonÿ, Confeſſ. [i]] Hic tanto perfectionis §. 9.

ardore

ardore æſtuabat, vt licet apud Patres Obſeruantes fama miraculorum iam coruſcaret, ad patres tamen Capucinos conuolarit, inter quos ſanctiſſimè vitam finiuit: prout refert Marcus Vlyſſip. ſup. lib. 9. cap. 15. & Bouerius, tom. 1. Annal. Minor. Capucinor. ad ann. 1550. §. 14. &c. quo Maceratę in Picœno obiit.

§. 10. *B. Alphonſi, Confeſſ.* [l] Eximia humilitate, atque obedientia pollens, ſanctę orationis extitit amantiſſimus, virginitatem perpetuò coluit tanta cum puritate & vitæ perfectione, vt Miſſam celebranti ſæpè Angeli ſibi inſeruirent. Florebat in Prouinc. Conceptionis apud Hiſpaniam, circa ann. 1570. teſte Daça ſupra libro 3. capite 75. ex Monimentis eiuſdem Prouinciæ.

§. 11. *Beati Michaelis, Confeſſ.* [m] Erat hic B. Frater Laicus, tanta vitæ ſanctitate præditus, vt eo moriente, Angeli cum muſica cœleſti ipſius exequias noctu in Eccleſia ſolemniter celebrauerint. Apud Conuentum Benicarlonis, qui eſt 15. Prouinc. S. Ioan. Baptiſt. vbi magna cum ſanctitatis fama requieſcit. Ita ſcribunt Ioannes Ximenez in Monimentis prædictæ Prou. & Ioannes à S. Maria part. 1. Chronic. Prou. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 40. ad ann. 1582.

B. Coletæ, Virg. [n] Filia erat Rodulphi Cæſaris, Romanorum Regis, (qui familiæ Auſtriacæ initium dedit) tempore Generalatus R. P. Hieronymi ab *Eſculo*, qui electus eſt Lugduni, ann. 1274. & Ordinem rexit ann. 5. eo quòd ad Cardinalatum fuerit euectus. Memoratur à B. Bartholomæo Piſano, libr. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. vbi de ſecunda excellentia Ordinis S. Claræ. Marco Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 4. cap. 15. §. 1. ann. 1278. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. Fœminis 2. & 3. Ordinis Franciſcan. Firmamento trium Ordin. part. 1. tract. de illuſtr. Fœmin. Ordin. Minor. de Sillis in cap. 1 Regul. Tertiar. Thielmans tom. ſecundo, Vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 12.

NONIS IVNII.

BRuxellæ in Brabantia, Paſſio, Beati [a] Ioannis Gray, regio ſanguine clari; qui ab hæreticis Gueuziis inuaſus; primùm opprobriis, pugnis, & calcibus laceſſitur, deindè gladiis impiorum confoſſus, martyrij palmam, genuflexus coram Euchariſtiæ ſacramento, ad maius altare, accepit. In Territorio Cantiano, non longè à Robledilio oppido, Beati [b] Anonymi, Confeſſoris, tertij Ordinis alumni: qui pœnitentiæ operibus deditus, miraculis etiam extitit glorioſus. Valentiæ, in Hiſpania, Beati [c] Petri Arragonij, Confeſſoris, qui cùm eſſet filius Iacobi II. Arragonum Regis nobilitatem generis vitæ ſanctimonia ſuperauit. Nolæ in Campania, Beati [d] Reginaldi ab Vrſſunia, Confeſſoris: cuius beatitudinem crebra miracula comprobant. Vvarſſauię in Polonia, Beati [e] Nicolai à Coſtikio, Confeſſoris: qui humilitate ac ſimplicitate exornatus, ſignis quoque admirandis eluxit. Gretij in Latio, Beati [f] Antonij è Burgo Reatino, Confeſſoris: genere & virtute illuſtris. Firmi in Picœno, Beati [g] Ambroſij à Lombardia, Confeſſoris: obedientia & charitate conſpicui. Badejocij in Hiſpania, Beati [h] Didaci Hernandez, Confeſſoris, ac Concionatoris diſertiſſimi: qui ſcientia, ſui abiectione, & vitæ candore emicuit. Areuali, in Territorio Abulenſi, Beati [i] Eliſabeth Verdugo, virginis Tertiariæ: pietate vitæque perfectione celebris. Fulginij in Vmbria, Beatæ [k] Mariæ Baptiſtæ Butaroni, Virginis: obedientia, ſilentio, & Dominicæ paſſionis meditatione ſpectabilis.

IVNII V.

§. 1. B. *Ioannis Gray, Martyr.* [a] Ex illuſtriſſimo Scotorum ſanguine erat oriundus: qui propter perſecutiones Scotia Belgium aduenerat: vir altæ procerę que ſtaturæ, virtutibus exornatus, atque vita incomparabilis, & iam ſeptuagenarius. Cùm igitur Gueuſij hæretici Bruxellam conturbaſſent, Conuentum fratrum Minorum accurrentes, hunc venerandum ſenem, iniuriis, pugnis & calcibus afficiunt; deindè vulneribus duobus cæſim in capite, duobus item punctim in pectore: peremerunt genuflexum ante maius altare Eccleſię: pro ipſis inimicis Deum ſic deprecantem: *Domine ignoſce illis: & accipe ſpiritum meum.* Anno 1579. Abeuntibus autem hæreticis, Catholici omnes in hunc locum conuolarunt, cernentesque B. Martyris corpus exangue; certatim manus illius & pedes deuotiſſimè oſculabantur, ſanguinemque pro Chriſto effuſum ex eo diligentiſſimè colligebant ſeruandum. Quo tempore, quidam graui morbo opreſſus, audiens tanti patris martyrium, vehementer popoſcit de eius ſanguine: & eo magna cum pietate ac fiducia oſculato, protinùs ſanus & incolumis euaſit. Agit de eo Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig in ſacris martyribus huiuſce Ord. ſuo æuo. In Germaniæ inferior. Prouincia, ob Chriſti fidem paſſis. Sedulius in Hiſtor. Seraph. ſub fin. In Corollariis Fratrum Minor. martyrum in ead. Prou. Corollario 5. Ba-

Digitized by Google

rezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 7. cap. 30. Daça ibid. lib. 3. cap. 72. Raiſſa in Auctario SS. Belgij hac die, ex Fauſtino Taſſo in Hiſtoria ſui temporis, & Thoma Bouchiero in Hiſtor. Eccleſ. martyr. Obſeruantinor. Min. Hilarion. à Coſta lib. 2. Hiſt. Cathol. pag. 366. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franc. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap 22. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. Boenerus in Hiſtor. De-
§. 2. lineation. Martyr. Franciſcan. German. inferior. Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate ad 13. Decemb.

B. Anonymi, *Conf.* [b]] Fuit Canonicus Eccleſiæ Sancti Iacobi in Compoſtella, ex eorum numero, qui *Cardinales* appellantur. Itaque circa ann. 1214. ad Seraph. patris S. Franciſci doctrinam, feruentiſſimaſque conciones, pœnitentiæ agendæ ſtimulis tactus, relicta dignitate, ac omni re familiari, ad locum ſolitarium ſe contulit, vbi conſtructo tuguriolo, viam pœnitentiæ ſub Tertiarij habitu, maximo cum ſpiritus feruore ingreſſus eſt Concionibus, ſacramentalibuſque ſæcularium ad eum confluentium confeſſionibus inſtanter vacabat: quibus exercitiis plures à ſæculi vanitatibus ad Deum conuertit: atque ad ſumendum Tertiariorum Franciſcan. habitum impulit. Quo mortuo, eius corpus, cùm poſt plurimos annos effoſſa terra integrum illæſumque apparuiſſet, ad ſacrarium, honeſto loco recondendum extitit tranſlatum, illicque in maxima habetur veneratione. Altera interim eius tibia ad Conuentum S. Mariæ *de Monte cœli*, altera verò ad monaſterium *S. Marci* Prouinc. S. Gabrielis, honoris & deuotionis ergo delata eſt. Vide Gonzagam 3. part. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Angelis, quæ eſt 1. prædictę Prouinc. Vvading. tom. 1.
§. 3. Minor. ad ann. 1214. §. 20. & 21. ex Baptiſta Molez, in Prou. S. Gabriel. cap. 29. & 30.

B Petri, *Conf.* [c]] In Eccleſia Conuentus D. Franciſc. Valentię, extat ſacellum ab inclyta *Cardonarum* Arragoniæ Ammirantium proſapia conſtructum, omni veneratione digniſſimum; in quo B. Petri Arragonij Minoritæ oſſa, lignea arca recondita habentur. Fuit B. hic pater ſanguine clarus (cùm Iacobi II. Arragonum Regis, & Reginæ Conſtantiæ S. Ludouic. Toloſani Epiſcopi vterinæ ſororis, filius fuerit) vitæ ſanctimonia atque moribus multò illuſtrior. Habitum Ordin. Minor. ex Dei, & S. Ludouici prædicti reuelatione Barcinone accipit, ann. 1358. & vltra annos 20 ſanctiſſimè vixit. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 3. ſub fin. & fruct. 9. part 2. in notabili 7. S. Antonin. 3. part. Hiſt. titul. 24. cap. 9. §. 19. Marcus Vlyſſipon. part. 2. Chron. Minor. libr. 9. cap. 20 Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu 1. Prou. Valentię Brouſſæus, in vita B. Angeli *à Ioyeuſa*. cap 4. circa fin. Beierlinck. tom. 6 Theatri vitæ humanæ, verb. *Religioſus*: pag. 132. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann 1367. §. 3. & 11. Platus lib. 2. de bono ſtat. Relig. cap. 26. Wading. tom. 1. ſup. ad ann. 1239. §. 18. item tom. 4. ad ann. 1358. §. 2. 1366. §. 1. 1367. §. 1. 1371. §. 8. 1372. §. 28. 1373. §. 6. 1375. §. 33. 1378. §. 4. 1380. §. 26. & 27. vbi geſta eius copioſe perſtringit. Toſſinianus libro 2. Hiſtor. Seraphic. de eo Diſtichon. refert.

O! te fœlicem, proles Aragonica, dùm te
Hic macerans, craſſo tegmine membra tegis.

§. 4. *B. Reginaldi*, *Conf.* [d]] Viuus ac mortuus miraculis floruit hic B. Frater Laicus: cuius corpus, cùm per aliquot annos communem cum aliis fratribus defunctis ſepulturam nactum eſſet, à R. P. *Ioanne Thomacello*, Prouinciæ Terræ Laboris tunc Vicario, ad inſtantiam tamen vtriuſque ſenatus Nolani, ſæcularis ſcilicet atque Eccleſiaſtici, indè anno 1486. exhumatum, honeſtiſſimo loco reconditum eſt: teſte Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu S. Angeli Nolano, qui eſt 24. prædictæ Prouinc. latiori ſtylo eius res eximias proſequitur Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 8. cap. 28. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1445. §. 29.

Beati Nicolai, *Confeſſor.* [e]] Profeſſione quidem §. 5.
Laicus extitit, ſed moribus ac ſanctitate illuſtris: qui ob profundiſſimam eius humilitatem atque ſimplicitatem, *Paſſer* ab omnibus paſſim appellabatur. Quique poſt mortem, fratrem quendam ab Epileptico morbo, quo grauiſſimè torquebatur, liberauit: & alium Fratrem Ægidium, Nouitium de profeſſione, ob grauem pedum infirmitatem, contradicentibus fratribus, omninò deſperantem, etiam à tanta afflictione exemit: & alia quamplurima miracula fecit, prout refert Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu Vvarſſauienſ. qui eſt 2. Prouinc. Poloniæ. Vvadinghus tom. 6. ſupra ad annum milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum quartum §. 76. & anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, §. 4.

B. Antonij, *Confeſſ.* [f]] Vir Religioſiſſimus: magna ſanctitate exornatus: pietati deditus, & ſingulari §. 6.
obedientiæ virtute præclarus, viuebat circa an. 1495. apud Conuentum. S Franciſci Gretij. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. libr. 7. capit. 28. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1495. §. 9.

B. Ambroſij, *Confeſſ.* [g]] Dùm adhuc iuuenili eſſet §. 7.
ætate, à miniſtro Prouinciali Marchię deputatus fuit fratrum morbo Epydimię laborantium ſeruitio: quod pietatis munus ita lætus ſuſcepit, vt ad illud obeundum præ gaudio, currere videretur, ob obedientię meritum: at quinta die aduentus ſui, ipſemet peſtilentia ſublatus eſt: cuius gloria eodem tempore multis eſt reuelata. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 8. cap. 30. ad ann. 1505.

B. Didaci, *Confeſſ.* [h]] *Hernandez* ſeu *Ferdinan-* §. 8.
dez cognominatur: natione Siculus, doctrina & humilitate conſpicuus, concionatorque egregius: qui cùm in Salmanticenſi Academia Lectorem ageret, eo honore longè poſthabito, Franciſcano ſacco indutus, ac communem Regulam cum cæteris Fratribus, in Sancti Iacobi Prouincia profiteri voluit, vbi & in maximo honore, propter vitæ candorem habitus eſt. Cúmque ſtrictiorem vitam anhelaret, ad S. Gabrielis Prouinciam conuolauit: vbi & tot progreſſus, qualibet in virtute fecit, totque populos à vitiis ad virtutes reduxit, vt relatu difficile ſit. Quamobrem moriens, maximum ſui deſiderium, omnibus huius patriæ, tum Regularibus, tum quoque ſæcularibus reliquit. Obiit anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, ſepultuſque eſt in Eccleſia Conuentus ſancti Gabrielis Badejocij, propè maius altare, à cornu Epiſtolę Agunt de eo Ioannes-Baptiſta Molez. in Memorial. Prouinc. Sancti Gabrielis. Gonzaga parte tertia, ſupra, in hoc Conuentu, qui eſt 12. Prouinc. præfatæ. Barezzus ſupra, libro tertio, capite quinquageſimo tertio, quinquageſimo quarto, & quinquageſimo quinto. Rapinæus in Hiſtoria General. Origin Recollector. Decad. 4. parte ſecunda, paragrapho decimo, & Decad. 8. parte prima, paragrapho octauo. Elzearius libro ſecundo, capite nono, ſacri Mont. Oliuet. & libro tertio, capite quinto. Daça quarta parte Chronic. Minor. libro tertio, capite quadrageſimo quinto.

Beata Eliſabeth, *virginis Tertiar.* [i]] Claruit anno
milleſimo quingenteſimo trecenteſimo, hæc nobi- §. 9.
lis virgo, Areuali, in monaſterio ſanctæ Marię de Ieſu,

ſu, quod eſt 30. Prouinciæ Conception. vbi ſumpto prius Tertiariarum Franciſcanarum habitu, Chriſto ſponſo in maxima humilitate ſeruiuit. Quæ & ipſum Chriſtum Dominum in propria forma, dùm hoſtia à ſacerdote, in Miſſa, eleuaretur, videre meruit; atque quamplurima alia priuilegia ab Altiſſimo omnium bonorum largitore obtinuit. Demum vita excedens, ibidem tumulata eſt. Vide Gonzagam in eod. Monaſterio part. 3. & Barezzum lib. 2. cap. 54. ad an. 1534. ſup. Valerium cap. 30. ſup. Vvadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1490. §. 40.

§. 10. *Beata Maria Baptiſta, Virginis.*[k]] Patria Fulginas erat, vitæ exemplaris ſpeculum, & bonorum operum perpetua cumulatrix: ex quo Monaſterium Clariſſarum ingreſſa eſt ann. 1507. Singulari quippe Regulari obſeruantia claruit. Obedientiam prompto lętoque animo complebat; primaque in rebus agendis, quantumuis laborioſis, ſeu abiectis ſemper aderat. Erga purgatorij animas deuotiſſima cùm eſſet, precibus ſuis eas iugiter Deo commendabat. Orationi inſtàter vacabat: maximeque Paſſionis Dominicæ amantiſſima erat, cuius myſteria aſſidua meditatione contemplabatur: quo tempore, ſæpè Diuinis reuelationibus potiebatur. Migrauit in cœlum ann. 1552. in feſto Pentecoſtes, vide Iacobillum de SS. Fulginatibus ſub 12. Iunij.

OCTAVO IDVS IVNII.

GOrdonij in Territorio Cathurcenſi, Beatorum [a] quinque Martyrum: Caroli Luſachij: Henrici: Petri Vaboleſij; Arnaldi Virganuſti: & Petri Quarti: qui ab hæreticis ſupra modum diuexati, tandem pro conſtanti fidei Catholicæ confeſſione, crudeliſſimè ſunt trucidati. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Valentini Narnienſis, Confeſſoris; qui genere, & abſtinentiæ virtute conſpicuus, nunc vſque miraculis coruſcat. In Tuſcia, Beati [c] Gabrielis à Spoleto, Confeſſoris. Bergomi, Beati [d] Danielis à Nimbro, Confeſſoris: cuius ſanctitatem miracula crebra commendant. Hiſtonij in Apulia, Beati [e] Archangeli de Agnone, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In Gallia, Beati [f] Petri Chamboni, Confeſſoris: Doctoris ac Concionatoris eximij: qui cùm pietate ac Religione polleret, Reformationem in Burgundia ſtrenuè propagauit. Villę-nouæ infantium in Hiſpania, Beati [g] Didaci Ximenij, Confeſſoris: oratione & rerum Cœleſtium meditatione inſignis. Apud Vrbinum, Beati [h] Gaſpari Vrbinatis, Confeſſoris: dono curationum illuſtris. Ortonæ in Aprutio, Beati [i] Laurentij de Villa-magna, Confeſſoris: eximiæ orationis, & charitatis viri. Camerini, Beati [k] Bernardi ab Offida, Confeſſoris, miraculis clari. Carcaſſonæ, Beati [l] Bonauenturæ Brocharti, Confeſſoris: qui eruditione & verbi prędicatione celebris, poſt multos pro Dei Eccleſia ſuſceptos labores, longiſſimaſque peregrinationes confectas, ſancto fine quieuit. Valentię, in Hiſpania, Beati [m] Baptiſtæ Mercatoris, Confeſſoris; meritis & virtutibus glorioſi. Segouiæ in Hiſpania Terraconenſi, Beati [n] Ioannis à Soto, Confeſſoris; mira humilitate & ſimplicitate ſpectabilis. Barcinone, Beatæ [o] Delphinæ, viduæ; cuius ſanctitas miraculorum præconio commendatur.

IVNII VI.

§. 1. BEatorum Caroli & Henrici, Martyr.[a]] Conuentu Gordoniano, an. 1579. ab hæreticis direpto & expilato: hi Religioſiſſimi quinque Patres, atque de fide Catholica optimè meriti, mortem pro Chriſto oppetiere: quorum primus loci huius Guardianus erat: ſecundus vero Lector, atque inſignis Concionator De eis ſcribunt Gonzaga part. 3. Origin. Seraph. Relig. in prædicto Conuentu, qui eſt 28. Prou. Aquitaniæ recentior. Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 7. cap. 33. Daça, ibidem, libro tertio, capit. 58. Vvadingh. tomo 2. Annal. Minor. ad ann. 1273. §. 17. Grauina, *in voce Turturis.* parte 2. cap. 24.

§. 2. *Beati Valentini, Confeſſoris.*[b]] Huius ſanctiſſimi viri res geſtas, licet compendioſo ſermone, delineat Piſanus libro primo Conformit. Ordin. fruct. 8. parte ſecunda in fratrib Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. ſancti Franciſci. *Duodecimus Frater* (inquit) *iacens Aſſiſii, in Eccleſia Beati Franciſci ſepultus: & paruum tempus eſt, quod deceſſit: eſt F. Valentinus de Narnia qui nobilis genere habuit filias duas, & tres filios, & vnum caſtrum. Hic Diuinè compunctus ſpiritu omnia relinquens, filias in monaſterio Sororum Ordinis ſanctæ Claræ poſuit: ſe verò cum tribus filiis fratrem Minorem fecit: ſed primogenitus, nouitius receſſit: & Doctor Legum in mundo extitit: minimus dum vellet ab ordine egredi, Orationibus F. Nicolai Laici, de Aſſiſio (qui nunc coruſcat miraculis) Peru-*

Digitized by Google

ſu retentus, mortuus eſt in Ordine, & deuotè: Alter etiam in Ordine ſtetit. Hic F. Valentinus vixit in Ordine benè triginta annis, ſemper comedendo panem & aquam: decem annis comedendo ſine aliqua alia admixtione, ſolum panem in aqua abſinthij intingendo. Ad carnem cilicium ſemper detulit, tunica habituali, chorda, & femoralibus diues, nil aliud ferendo in capite, nec in pedibus, vſque ad vitæ finem ſic permanſit. Hic in loco de carcere, tempore ſtetit permaximo, ac ibidem diem clauſit extremum; & primo ad S. Claram, demum ad Eccleſiam B. Franciſci de Aſſiſio deductus, & ibidem tumulatus, multis claruit, & claret miraculis. Hæc ille. De eo item fruct. 11. part. 2. ibidem. Codex MS. Abbat. Sancti Victor. Pariſienſ. ibidem, Gonzaga part. 1. ſupra in BB. viris huiſce Ordin. Toſſinianus libro primo, Hiſtor. Seraphic. Algezira, in arbore Epilogica totius Ordin. Franc. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Vvadinghus tomo quarto, ſupra ad annum milleſimum trecenteſimum ſeptuageſimum octauum, §. 12. Bzouius tomo 14. Annal. Eccleſiaſt. ann. 1321. §. 24.

§. 3. *B. Gabrielis, Confeſſ.* [c]] Vnus fuit ex illis primis patribus, quos Regularis obſeruantia in ſua iuuentute, Chriſto peperit: cuius meminit Marcus Vlyſſiponen. 3. part. Chronic. Minor. libro primo, capit. 6. ann. 1384. & Zurita libro 6. cap. 40. lib. 7. cap. 12. & libro 9. capit. 7. & 18. Bzouius ann. 1366. §. 6. anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo, §. 11. & 12. Marianus lib. 4. cap. 13. Odo in ſpeculo Minor. Vuadinghus tom. quarto ſupra ad annum milleſimum trecenteſimum octuageſimum quartum §. 1. & tomo 5. anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo §. 4.

§. 4. *Beati Danielis, Confeſſoris.* [d]] Diem clauſit extremum in Conuentu ſanctæ Mariæ de Gratiis Bergom. ann. 1460. miraculis inſignis: quemadmodum & libellus quidam, cui titulus *Bergomenſis Vinea*, & Chirographum, inſuper & ſigillum cuiuſdam apud Bergomenſes Inquiſitoris: ibidem appoſita, liquidò conteſtantur. Vitam eius ſcripſit Marius Mutius, De SS. Bergomatibus, in eo, quem *Tiraboſchum* cognominat. Agit de illo, Gonzaga ſupra parte ſecunda, in præfato Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Brixienſ. Vvadinghus tomo quinto, ſupra, anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo, & §. 18. tom. 6. ann. milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, §. 20. ex Vinea Bergomat. part. 2. cap. 97.

§. 5. *Beti Archangeli, Confeſſor.* [e]] Sanctitate claruit apud Conuentum S Honofrij Hiſtonij, qui eſt 5. Prouinc. ſancti Angeli, prout teſtatur Gonzaga ibidem, parte ſecunda ſupra, ex Antiq. Monimentis Ordinis, & Grauina ſupra. Vvadingho tomo quinto, ſup. 1440. paragrapho 35.

§. 6. *Beati Petri, Confeſſoris.* [f]] Doctor fuit, & deuotus Concionator, Prouinc. Turoniæ alumnus: qui cùm vita & virtutibus polleret, vnus ex præcipuis Patribus fuit, qui Reformationem adduxit, fouit, & auxit in Prouincia ſancti Bonauent. Vocatur *Ioannes Chambon*, à Marco Vlyſſiponenſ. parte tertia, ſupra, libro ſeptimo, cap. 29. ad annum milleſimum quadrigenteſimum nonageſimum ſextum. At Firmamentum trium Ordin. tractat. 1. in memor. Ordin. Minor. ſub. 37. miniſtro Generali, *Petrum* eum appellat; ſic & Gonzaga parte prima, ſupra, in Almo Conuentu. Pariſi. Foderetus in Deſcript. Conuentus Dolenſis pag. 659. Abbauilæus Capucin. in Hiſt. Chronolog. B. Colettæ. Virg. ſtatu 3. lib. 4. cap. 2. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1496. §. 6.

B. Didaci, Confeſſ. [g]] Eximia ſanctitate præditus §. 7.
erat: qui integras noctes in oratione, ac rerum Diuinarum contemplatione conſumere aſſueuerat. Obiit in Conuent. S. Franciſ. Villæ-nouæ infantium: qui eſt 15. Prouinc. Carthagin. ita Gonzaga 3. part. ibid. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 36. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1491. §. 74.

Beati Gaſpari, Confeſſoris. [h]] Tanta miraculo- §. 8.
rum copia claruit, vt populi certatim ad eum confluerent, ſanitatis & curationis adipiſcendæ cauſa. A Dæmonibus ſæpè fuit, cum horrendis ſpectris agitatus; quos tandem, Diuino ſibi aſſiſtente præſidio, deuicit, quare cœptum in bonis operibus iter proſequutus, diem clauſit extremum, meritis opimus, atque ſingulari ſanctitate famoſus, cuius corpus conditum eſt Vrbini, apud Conuentum Sancti Bernardini fratrum Minor. teſte Marco Vlyſſiponenſ. 3. parte ſupra libro octauo, capit. 31. ad annum milleſimum quingenteſimum ſextum, & Toſſiniano ſupra, Vvadingho, tom. 5. ſup. ad annum milleſimum quadringenteſimum vigeſimumquintum, §. 13.

Beati Laurentij, Confeſſ. [i]] Huius in oratione aſſi- §. 9.
duitas, atque erga Deum proximumque charitas, incredibiles fuere: cuius corpus poſtquam, per triginta continuos annos ſub humo latuiſſet: incorruptum omninò atque integrum inuentum eſt. Quamobrem indè eductum, atque cryſtallino loculo reconditum, in ſacrario honorificentiſſimè aſſeruatur; vbi & ab Ortonenſibus ſumma veneratione colitur. Agunt de eo Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Gratiis intra Ortonam Vrbem, qui eſt 7. Prouinc S. Bernardini. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 47. ſub an. 1526. Daça ibid. lib. 3. cap. 23. ait ipſum obiiſſe ann. 1536. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1440. §. 33.

B. Bernardi, Conf. [k]] Hic Laicus vnà cum qui- §. 10.
buſdam aliis Obſeruantinis, perfectionis deſiderio flagrans, congregationem PP. Capucinorum nouiter erectam intrauit, obtento prius à Sede Apoſtolica Diplomate Pontificio ſub Datum 11. Sept. ann. 1528. inter quos tantoperè profecit: vt propè *Colmazonam*, iuxta Camerinum, fuſa ad Deum oratione, & facto ſigno crucis, puerum mortuum reſſuſcitarit ad vitam. Vti refert Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 9. cap. 26. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capuc. ad an. 1528. §. 29. ann. 1531. §. 12. & ann. 1558. quo obiit §. ſexto & ſequenti, ex Petracio, Salodienſi, Mario & aliis.

B. Bonauenturæ, Confeſſ. [l]] Inter venerandos Pa- §. 11.
tres, qui Conuentui S. Claræ Carcaſſonenſi præfuere: longè emicuit, B. Bonauentura *Brocharti*, natione Normannus, Conuentus Bernaij alumnus, atrox hæreticorum impugnator, homo ſingularis doctrinæ, (prout Eccleſiæ Arelat. Aquenſis, Maſſilien. Narbonenſis, Montiſpeſſulani & Nemauſenſis teſtari poſſunt) imò ſummè ſagax conſilio; & multorum laborum, quos pro Eccleſiæ Catholicæ Romanę defenſione ſuſtinuit, perpeſſuſque eſt, patientiſſimus. Quamobrem peragratis Paleſtinæ, & Arabiæ, vſque ad Sinai montem, partibus, pulchram typis demandauit Chronographiam, quæ paſſim in manibus à doctis habetur: tandem mortuus in ſenectute bona, migrauit in cœlum: corpus verò eius humatum eſt in prædicto Conuentu Carcaſſonenſi, qui eſt 8. Prouinc. Sancti Ludouici. Scribit de eo Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Franciſcus à Cruce, Mayna in Bibliotheca ſua.

B. Baptiſtæ, Conf. [m]] Floruit an. 1570. vita exempla- §. 12.
ri admodum eluxit: charitate, ac benignitate erga infirmos

infirmos abundabat: orationi inſtanter vacabat: ſacrum Miſſæ ſacrificium deuotiſſimè peragebat; ita vt profluuio lachrimarũ totius redderetur madidus, ſenio confectus moritur, ſed virtutibus ac meritis cumulatus: tumulatuſque eſt in Conuentu Deiparæ, vulgò, Dominæ noſtræ de Ieſu, apud Valentiam, qui eſt 9. Prouinc. Valentiæ: cuius animam cœlos petentem vidit B. Nicolaus. Factor: Vide Gonzagam. ibid. ſup. part. 3. Barezzum lib. 8. cap. 3. 33. & 76. Daçam ſup. lib. 3. cap. 75.

§. 14. *Beati Ioannis, Confeſſ.* [p] Vir quidem extitit in populo ſpectatiſſimus: qui dùm viueret humilitati & ſanctæ ſimplicitati ſtuduit induſtriæ, diem clauſit extremum in Conuentu Segouienſi, (qui eſt 3. Prouinc. Conceptionis in Hiſpania.) Miro populi cultu, habitus pro ſancto ann. 1610. teſte Vvadingho ſup. tom. 2. ad ann. 1252. §. 26.

§. 15. *B. Delphina, Vidua.* [q] Hæc per ligitimi viri mortem Chriſto Domino, ſub Clariſſarum habitu, deſponſata; tantopere in omni genere virtutum profecit vt miracula, tum in vita, tum quoque in morte edere meruerit. Cúmque quadam die, nobilem quandam ſororum adoleſcentulam, Angelam *Cornetam* nomine, omni virtutum gloria fulgentem, in extremis conſtitutam conſpiceret: Altiſſimum, vt illam, tanquam monaſterio vtilem, ad priſtinam ſanitatem reſtituere dignaretur, & eius loco ſe è medio tolleret, obnixè precata eſt. Cuius poſtulata Deus benignè concedens, & illam, tranſlata hebdomada, perfectæ ſanitati reſtituit, & ſe ad cœleſtia regna vocauit: cuius corpus ſepultum eſt in clauſtro Monaſterij Beatæ Virginis de Petra Albis, mille quingentis paſſibus ab Vrbe Barcinonenſ. diſtantis, Quadriennio autem elapſo, illæſum, incorruptum, & fragrantiam redolens, inuentum eſt. Floruit ann. 1520. Memoratur à Gonzaga part. 3. in eo Monaſterio, quod eſt 1. Prouinc. Cathaloniæ. Barezzo lib. 2. cap. 10. Vvadingho tom. 3. ann. 1326. §. 14. Valerio de Sanctis Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 13. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordinis.

SEPTIMO IDVS IVNII.

Niortij, in Pictauia, Beati [a] Ruellonis, Martyris, Doctoris eximij: qui hæreticorum graſſante perſecutione, pro fide Chriſti, libenter mortem ſubiit. Lemouicis in Gallia, Beati [b] Martialis Epiſcopi & Confeſſoris: qui in Galliam veniens Aquitanicam, diuina Euangelicæ veritatis luce, primus omnium illuſtrauit, ſalutaribuſque documentis imbutam, magna ex parte ad Chriſtum conuertit: ſignis ac miraculis firmauit, exindéque Galliæ Apoſtolus meritò eſt appellatus. Aſſiſij, Beati [c] Iacobi, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli; paupertatis & orationis amantiſſimi. Caſciæ in Vmbria Beati [d] Pacis, Confeſſoris: virtutibus & miraculis ſpectabilis. Numantiæ, Beati [e] Ioannis Tozalij, Confeſſoris: humilitate atque pietate inſignis. Foinizæ in Boſna Argentinenſi, Beati [f] Angeli à Verboſa, Confeſſoris, genere & fide illuſtris; qui & virginitatem illæſam perpetuò ſeruauit, & multa millia Infidelium conuertit ad Chriſtum, ac poſt obitum quamplurimis coruſcauit miraculis. Adriæ in Apulia, Beati [g] Laurentij à Sancto Martino, Confeſſoris: cœleſti contemplatione & ſignis admirandis, conſpicui. In Gallia Tranſalpina, Beati [h] Ludouici à Mantua, Confeſſoris: miræ abſtinentiæ, & charitatis viri. In Apulia ad Taſſam in Valle Aſpera, Beati [i] Epiphanij, Teuthonici, Confeſſoris: oratione extatica, & gloria miraculorum celeberrimi: Cortonij in Hethruria, Beati [k] Iuliani Cortonenſis, Confeſſoris: qui ſæpè ad regendam Tuſciæ Prouinciam euocatus, toties vitæ integritate & zelo Regularis Obſeruantiæ refulſit. Barcinone Beati [l] Alphonſi Lupi, Confeſſoris, & concionatoris egregij: qui cùm eruditione, humilitate, ac paupertate polleret, ſaluti animarum, peccatorumque conuerſioni, ardentiſſima charitate accenſus, inſtitit aſſiduè. Villæ-Comiti in Luſitania, Beatæ [m] Eliſabethæ à ſancto Ludouico Virginis, virtute ac religione notiſſimæ.

IVNII VII.

§. 1. *Beati Ruellonis, Martyris.* [a] Reuerendus hic Pater, fuerat Doctor in ſacra Theologia, ac Cuſtos Cuſtodiæ Pictauienſis: qui apud Niortium vrbem, hereticis cuncta ſacra expilantibus, ſuæ fidei profeſſionem & teſtimonium, glorioſa morte reddidit, circa ann. Chriſti 1562. Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. ſub Conuentu Niortij, qui eſt 23. prouinciæ Turoniæ, Barezzus 4. part. Chronic. Minorum lib. 3. cap. 24. Daça ibidem lib. 3. capite 58. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1275. §. 14.

Digitized by Google

Grauina in *voce Turturis* part. ſecunda, cap. vigeſimo quarto, Fernandus lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. capit. decimonono.

§. 2. *Beati Martialis, Epiſcopi,* [b]] Vide Baronium in Annotationibus ad Martyrolog. Roman. 30. Iunij, & Sauſſayum in Martyrolog. Gallicano, eadem die. Secundum namque ipſum, vnà cum B. Dionyſio Areopagita, & aliis Galliæ Apoſtolis, ablegatum fuiſſe à Sancto Clemente Papa, in Gallias; certo certius reddam, oſtẽdamque ex teſtimoniis vetuſtioribus, clariorum virorum ſcriptis, ac copioſiori probatorum Authorum voce, & vnanimi conſenſu: vbi de rebus noſtris *Neuſtriacis* ſermo aderit. Interim verò ſciendum fuiſſe ſtatutum Romæ in Capitulo generali anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, celebrato, quòd Fratres Prouincię Aquitaniæ agerent Feſtum ipſius Sancti Martialis; in Capitulo autem Narbonenſi, ann. 1260. ageretur 7. Iulij: deindè, anno milleſimo quingenteſimo ſecundo, in Capitulo generali apud Conuentum Albienſem (qui eſt ſextus Prouinciæ Aquitaniæ Antiquior.) habito, ordinatum eſt, quòd huiuſmodi Feſtum per totam familiam Ciſmontanam die ſeptimo Iunij, vt ſolemne ſimplex celebraretur. Vide Speculum Fratrum Minorum tractatu 3. in Ordinationib. circa diuinum officium. Wadinghum ſup. ann. 1260. §. 13.

§. 3. *Beati Iacobi, Confeſſoris.* [c]] Vir fuit ſanctitate famoſus, omnique virtutum genere refertus; qui dùm quadam nocte orationi intenderet, animam Seraphici Patris Sancti Franciſci, cœlos in modum ſplendidiſſimæ ſtellæ petentem vidit: & ab eo die à prædicandis tanti Patris & Magiſtri laudibus nõ ceſſauit: cuius veſtigia ad amuſſim ſectatus, ſanctæ paupertatis zelantiſſimus fuit æmulator. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtrib. Prouinc. ſancti Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. in Beatis viris huiuſce Ordinis & part. 2. in Conuentu Sanctæ Mariæ de Angelis, propè Aſſiſium, (qui eſt 1. Prouinc. ſancti Franciſci) vbi ipſe iacet ſepultus. Porrò pręfatę viſionis à ſe habitæ de anima Diui Frãciſci in cœlum ad modum ſtellæ pręfulgidę aſcendente, meminit Sanctus Bonauentura, cap. 14. vitæ Beati Franciſci, & alij poſt eum. Vvadinghus ſup. tom. 1. ann. 1212. §. 50. & 1226. §. 38. ex Leone in Legenda antiqua, & Mariano cap. 8. §. 8. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 4. *Beati Pacis, Confeſſoris.* [d]] Multis claruit miraculis, ſepultus Caſciæ in Conuentu Fratrum Minorum. Illius meminerunt Piſanus, & Codex MS. ac Gonzaga part. 1. ſup. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. minor. lib. 8. cap. 33. ad ann. 1334. Toſſinianus lib. 1. & 2. Hiſtor. Seraph. Vvadinghus ſup. ad ann. 1270. §. 27. & ad ann. 1291. §. 66. Picquetus ſup. Quidam *Reatinum* faciunt, alij verò *Theatinum* patria dicunt.

§. 5. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [e]] Minoriticum in Conuentu S. Franciſci Numantino habitum induit, immò & ſepultus eſt admirandæ Religionis hic Frater B. Ioannes Tozalius; qui relicto Mahumetiſmo, Chriſtianorum albo adſcribi voluit; ac tãtoperè in humilitate, cęteriſque virtutibus profecit, vt ad inſtar Seraphici Patris ſancti Franciſci, Diaconatu initiatus, nunquam ad Sacerdotium, quo ſe indignum ex maxima animi ſubmiſſione iudicabat, promoueri voluit: & genuflexus, complicatiſque ad modum orantis manibus poſt mortem inuentus eſt: qua etiam de cauſa, vt ſanctus ac Deo charus ab omnibus habetur. Teſte ipſo Gonzaga 3. part. ſup. in dicto Conuentu, qui eſt 13. Prouinc. Conceptionis, & Vvadingho tom. 3. ſup. ad ann. 1307. §. 15. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 42. à quo de *Poçalmuro* cognominatur.

§. 6. *Beati Angeli, Confeſſoris.* [f]] Huius tanti viri elogium refert Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu ſancti Spiritus Foinizenſi, qui eſt 3. Prouinc. Boſnæ Argentinæ: his verbis *Inter cætera, quæ hanc ſacram domum, fidelibus commendatiſſimam, reddunt, ſunt corpus Beati cuiuſdam Patris Angeli, ſanctiſſimi vtique viri: qui vt Chriſtianos, in primæua illa Turcarum perſecutione, in fide Catholica contineret, nulli periculo pepercit. Quod cùm poſt plurimos annos ab eius tumulatione, integrum omninò ac incorruptum, inuentum eſſet, à Fratribus indè exhumatum, honeſtiori loco reconditum eſt: vbi & Deus plura Foinizanis beneficia meritis eiuſdem Beati Patris conferre dignatur.* Obiit ann. 1498. Latè de eo ſcribit Marcus Vlyſſiponenſis, 3. part. ſupra lib. 7. cap. 34. Bzouius tom. 18. annal. Eccleſ. ad ann. 1498. §. 35. Vvadinghus ſup. tom. 7. ad an. 1498. §. 2. & 3. poſt Marianum de viris illuſtribus Ordin. Minor.

§. 7. *Beati Laurentij, Confeſſoris.* [g]] Contemplationi valdè deditus erat: Deo & hominibus multum amabilis. Dùm de rebus cœleſtibus loquebatur; ita altiùs de Deo maximè de Chriſto Ieſu, verba proferebat, licet ſimplex Laicus, vt omnes in ſui admirationem deduceret. Mira egit tum in vita, tum poſt mortem; quam obiit in Conuentu Adrienſi, Prouinc. Apulię. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. libr. 7. cap. 26. ad ann. 1495. Vvadinghus autem tom. 5. ſup. ann. 1305. §. 4. ann. 1495. (ex Iacobo de Marchia in Catalog. SS. Minorit.) Item tom. 7. ad ann. 1495. § 8.

§. 8. *Beati Ludouici, Confeſſoris.* [h]] Ingenti abſtinentia & charitate prædictus fuit: tantòque contemplationi operam dabat, vt ſępè in extaſim raperetur, exindéque à terra ſubleuaretur in altum: & nonnunquam tribus diebus permaneret abſque aliquo motu, veluti inſenſibilis. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 7. cap. 37. ad ann. 1501.

§. 9. *Beati Epiphany, Confeſſoris.* [i]] Profeſſione erat Laicus; qui cùm famam ſanctitatis nouæ Reformationis in Prouincia ſancti Angeli, audiuiſſet, perfectionis deſiderio incenſus ad eam conuolauit. Deuotiſſimus ſemper extitit; quare contemplationis vacandæ gratia, quòd ſæpius ipſi intentus raperetur, ferreturque in extaſim, circumadiacentis ſyluæ intimiora petere aſſueuerat, vbi & tuguriolum arcendis tantum pluuiis atque niuibus aptum, conſtruxerat. Cuius tandem corpus venerabile, in tantę ſanctitatis ſignum, trigeſimo ab eius fœlici tranſitu anno, incorruptum, ſuauiſſiméque redolens apparuit; quamobrem ex communi ſarcophago, vbi tamdiu iacuerat, exhumatum, ad alium locum multo honeſtiorem, deuotionis augendę cauſa, tranſlatum fuit: illicque ad ipſius baculi contactum, plurimi & à dæmonibus ſe poſſidentibus, torquentibuſque, & à diuerſis infirmitatibus liberantur. De eo ſcribunt Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 33. ad ann. 1510. Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu S. Marię de Valle aſpera ad Teſſam, qui eſt 4. Prouinc. S. Angeli. Eundem eſſe puto cum eo, qui ab ipſo vocatur B. Epiphanius *Inſuber*; initio huiuſce Prouinc. Daça 4. part. Chron Minor. lib. 1. cap. 31. Vvadinghus tom. 5. ſup an. 1430. §. 41.

§. 10. *B. Iuliani, Confeſſ.* [k]] Ob illius animi dotes ſingu-

lares

Digitized by Google

lares, vitæque integritatem, Prouinciæ Tuſciæ Vicarius Prouincialis tertiò creatus eſt: cuius corpus iacet Cortonij, in Conuentu ſanctæ Margaretæ Fratrum Minorum qui eſt 2. Prouinc. Tuſciæ. Meminerunt eius Toſſinianus lib. 2. in Prouinc. Tuſciæ. Gonzaga ibid. part. 2. ſupra. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 36. ad ann. 1580. quem tamen *Gnillelmum*, nominat, ſed mendosè. Porrò, ſi hic B. Iulianus, idem eſt cum eo, ad quem Nicolaus V. Papa ſcribit, pro Conuentu ſancti Franciſci Lucenſi, (qui eſt 26. Prouinc. Tuſciæ) longè prorſus antiquior extitit. Vide Gonzagam. Wadinghum tom. 5. ſup. an. 1433. §. 2. 4. & 1449. §. 15.

§. 11. *Beati Alphonſi Lupi, Confeſſoris.* [l] Oriundus fuit ex Medina *Sidonia*, Andaluſiæ vrbe. Ab ineunte ætate litteris operam dedit, factuſque Frater Minor, ſcientiis egregiè incubuit, maximè verò ſacræ Theologiæ ita animum applicuit, vt breui eximius euaſerit Theologus, aliiſque publicè Scholaſticam docuerit: ac poſtea verbi diuini inſiſtens prædicationi, celeberrimus concionator extiterit. At diuina excitatus inſpiratione, ſeceſſit, Reformationem ſuſcepturus, inter Patres Diſcalceatos Prouinc. Sancti Ioannis Baptiſtæ, apud Conuentum Sancti Iacobi Almanſæ; in quo cœpit, magno ſpiritus feruore, nouum vitæ genus aggredi. Nam continuæ intendebat orationi; humilitati ſtudebat & pœnitentiæ: abſtinentia haud minimè delectabatur, pane & aqua ſeſe reficiens: nonnunquam tribus diebus abſque cibo & potu, permanebat. Ingenti animarum fructu concionabatur ad populum, ita vt in Quadrageſima octingentos & amplius ex ſcholaſticis Academiæ Salmanticenſis conuerterit: & ad Ordinem Minorum ſuſcipiendum induxerit. Quis ſufficienter enarrare poſſet; quot millia hominum ac mulierum, Chriſto, ſuis feruentiſſimis concionibus, lucratus ſit? quot diſſenſiones, iurgia, inueterataque odia reconciliauerit? quot peccata atque flagitia è republica fugauerit? quot denique virtutes omnium animis inſeruerit? meritò ſanè alter *D. Paulus Apoſtolus* nuncupatus eſt.

§. 12. Totam ferè Hiſpaniam, Italiamque prædicando luſtrauit: quem omnes vbique Beatum, & quadam diuina ſingularique gratia efficaciter præditum acclamabant. Vnde de eo id vulgò ferebatur; *Lupus mouet*; attamen, tentationes haud illi defuerunt. Nam quorundam factione, officio prædicationis priuatus eſt; quod & patientiſſimè tulit. Dùm verò idem munus poſtea ſibi eſt reſtitutum; eadem facie, eademque cordis ſerenitate illud exercuit. Quotidiè prędicabat, nonnunquam ter aut quater in die: libri, quibus ſtudebat, erant Breuiarium, & codex Bibliorum: peracta concione, panem oſtiatim pro ſua refectione humiliter petebat. Sacra Virgo Deipara, & Seraphicus Pater Diuus Franciſcus, quãdoque illi aſſiſtebant, dùm populo concionaretur, veluti ſuggerentes, quæ eructare debebat. Romæ cùm apud Sanctum Iacobum Hiſpanorum per Quadrageſimam prædicaſſet, proceſſionem ſolemnem in die Paſchatis inſtituit, quæ nunc vſque ab Hiſpanis obſeruatur. Plura Hoſpitalia, ad eius inſtantiam, per Italiæ vrbes ſunt extructa; amicitiam iniit cum Beato Paſchali, à Baylon, Diſcalceato, in Hiſpania & cum B. Fœlice Cantalicio Capucino, Romę. Beatus Angelus de Paz, dicebat hunc in Italiam cœlitùs à Deo miſſum, tanquam alterum Ionam in Niniuem: vt homines à peccatis & vitiis abſtinentes, pœnas à Deo decretas declinarent. Itaque dùm Hiſpaniam reuerteretur, Barcinonis appulit oris: vbi paralyſi per annum detentus, è vita exceſſit apud Conuentum Patrum Capucinorum montis Caluariæ, extra eam vrbem anno 1595. Inſignia eius facta deſcripſerunt Ioannes Ximenez in Chronica Prouinciæ Sancti Ioannis Baptiſtæ Diſcalceator. Barezzus ſup. libr. 10. capit. 1. vſque ad 7. Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 9. part. 2. §. 4. Ioannes Baptiſta à Peruſio, in præludio ad vitam prędicti Beati Fœlicis, & capit. 5. 7. & 9 vitæ ipſius. Ioannes Blancona in Prologo ad lectorem, initio 4. part. Chronic. Minor. quam ex idiomate Italico in Gallicum tranſtulit. Elzearius lib. 2. capit. 11. ſacri Mont. Oliuet. Marianus libro quinto, capit. 51. 52. & 53. Chronic. Obſeruant. Reformat. Ioannes à Sancta Mariria 1. part. Chronic. Prouinciæ Sancti Ioſephi lib. 2. capit. 8. 12. 50. & ſequenti. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Daça part. 4. Chronic. Minor. libro quarto, cap. 29. Franciſcus Arias de Imitatione Chriſti cap. 54. Bouerius tom. 2. Annal. Capucinor. ad ann. 1593. Tuſſanus & Grattalora in vita ſancti Caroli.

Beatæ Eliſabeth Virginis. [m] Agunt de ea Gonzaga ſupra parte tertia, in Monaſterio ſanctę Clarę Villæ-Comitis (quod eſt 14. Prouinciæ Portugalliæ:) vbi exceſſit & viuis, maxima cum Sanctitatis nota: Barezzus item, ſupra libro quarto, capite 40. ad annum milleſimum quigenteſimum ſexageſimum quintum. Wadinghus tomo tertio ſupra ad annum milleſimum trigeſimum decimum-octauum, paragrapho quadrageſimo ſexto, & Valerius, de SS. Fœminis Ordinis Minor. libro 4. cap. 41. §. 13.

Digitized by Google

SEXTO IDVS IVNII.

MAgdeburgi, Beati [a] Erethdi, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Louanij in Brabantia, Beati [b] Amandi à ZireecKzea, Confeſſoris, ſcientia & humilitate conſpicui: qui lectoratus ac Prouincialatus munere laudabiliter functus, ſanctiſſimè migrauit ad Dominum. Apud Autlanum, Xaliſcorum in India Occidua oppidum, Beati [c] Franciſci à Cruce, Confeſſoris: qui litteris, & humilitate ac virginali caſtimonia præfulgens: abſtinentia incredibili, zeloque ſalutis animarum Indiæ populorum eminebat. Bononiæ, Beati [d] Honorij à Monte-granario, Confeſſoris: qui doctrina & religione pollens, Prouinciam Romandiolæ ſanctiſſimè rexit: & poſt mortem miraculis claruit. Orapeſſę in territorio Abulenſi, Beatæ [e] Mariæ à Toleto, Virginis: quę nobiliſſima exorta proſapia, tantò perfectioni ſtuduit, vt & vita exemplari, pietate, ac humilitate, illuſtrior effecta ſit: & ſanctiſſimè ad Chriſtum migrarit. Areuali, in Territorio Abulenſi, Beatæ [f] Beatricis de Gueuarra, Virginis.

IVNII VIII.

§. 1. B*Eati Erethdi, Confeſſoris.* [a]] Ab aliis *Erectus*, ſeu *Eretfridus* dictus eſt: qui in die Feſto, Angelum Dei Fratribus in choro cantantibus incenſum dantem conſpexit: & propter vitæ ipſius puritatem, à ſanctiſſima Deipara Virgine viſitatus eſt & conſolatus: tum corporaliter, tum ſpiritualiter. Sepultus iacet Magdeburgi. Clarebat ann. 1365. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. Minor. Prouinc. Saxoniæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. libr. 9. cap. 29. §. ad ann. 1369. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Wadinghus tom. 1. Annal Minor. ad an. 1249. §. 9. *Marpurgi* Picquetus in Catalog. viror. illuſtr, Franciſcan.

§. 2. *B Amandi à Zireeczea, Confeſſ.* [b]] Hic ex Zierixienſi Zelandiæ oppido oriundus, Conuentus Louanienſis fuit alumnus: vir vndequaque eruditus, Lector prius in eodem Conuentu inſtitutus, ac poſtea Miniſter Prouincialis Prouinc. Germaniæ inferioris electus, multum laborauit pro reformatione introducenda. Trium linguarum peritiſſimus erat: multaque edidit opuſcula. Humilitatem ſemper coluit, nec ab illius ſemitis ad finem vſque vitę, ne minimùm deuiauit. Miniſterij curſu laudabiliter peracto, Lectoris denuò officium, non minus humiliter quàm obedienter amplexus eſt: in quo vſque ad obitum, nullis gaudens priuilegiis, perſeuerauit. Sanctiſſimè moriens, ſepultus eſt in medio chori, ſub pulpito, vbi cantatur Epiſtola, ann. 1525. iuxta Gonzagam part. 3. ſup. in hoc Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinc. præfatæ: & Barezzum ſup. lib. 1. cap. 42. At verò ann. 1534. ſecundum Vvillotum Athenarum Orthodoxar. Franciſcan. littera A, & Poſſeuinum in Apparatu ſacro. Barezzus vocat illum, *Amatum*, ſed *Amandus* dicendus eſt. Toſſinianus lib. 3. Hiſtor. Seraphic. in Scriptor. Franciſc. Daça 4. Chronic. Minor. libr. 1. capit. 1. Raiſſa in Auctario SS. Belgij hac die. Miræus de ſcriptor Eccleſ. ſæcul. 16. cap. 41.

§. 3. *Beati Franciſci à Cruce, Confeſſoris.* [c]] Traiecit hic venerabilis Pater ex Vaſconia in Hiſpaniam, & ex Bętica Prouincia ad Occiduas Indiæ partes: poſtquam Lutetiæ Pariſiorum per aliquot annos, tum humanis, tum quoque diuinis litteris ſedulam dediſſet operam: in eiſque poſt Indicum idioma fœliciter aſſecutum, tales tantoſque progreſſus fecit; vt vix ſibi parem in Indorum conuerſione habuerit. Eo interim nihil abſtinentius, nihil continentius, nihilque humanius fuit; quippe qui perpetuam virginitatem cum profundiſſima quadam humilitate coniungens, inſipidiſſimis herbis pro eſculentis, & ſimplici aqua malorum medicorum ſucco admixta pro poculentis vſus ſit. In eius denique ſanctitatis teſtimonium: vt primùm ex hac infœlici vita ad fœlicem patriam, inter ſanctos Dei in æternum regnaturus, euolauit, Monaſterij Campanæ nullo ſe impellente, ſonuerunt. Cuius ſacrum corpus ſepulturæ traditum eſt in Conuentu Dominicæ Transfigurationis Autlanis: qui eſt vigeſimus nonus Prouinciæ Sanctorum Petri & Pauli. Viuebat ann. 1580. De eo ſcripſere Gonzaga quarta parte ſupra in hoc Conuentu: & Barezzus parte quarta Chronic. Minor. libro octauo cap. ſeptuageſimo ſecundo, ad annum milleſimum quingenteſimum octogeſimum quartum. Daça ibidem libro ſecundo, capite trigeſimo primo. Marianus libro ſecundo, capite quadrageſimo ſecundo, Chronic. Reformat.

§. 4. *Beati Honorij, Confeſſoris.* [d]] De eo Yuo Magiſter, part. 2. Manipuli fratrum Minor. cap. 8. §. 21. hæc habet: vbi commemorat Authores paupertatem Franciſcanam adamantes. *Dico, quod Patres infraſcripti, nempè F. Bernardinus de Aſta, egregius Theologus, qui per 9. annos fuit Miniſter Generalis celeberrima congregationis FF. Minorum Capucinor. & Euſebius de Ancona, eiuſdem dignitatis & temporis: & F. Ioſeph, Mediolanus: Hieronymus de Piſtoya, Theologus Pariſienſis: Pater Titelmanus, qui obiit Miniſter Capucinorum Prouincia Romana: Frater Honorius à Tuſcia, Prouincia Romandiolana Miniſter, qui poſt mortem miraculis claruit: vt ego ipſe vidi in Graſſa Bononia: qui omnes ſupradicti fuerunt in dignitate Prouincialatus bis, vel ter, & aliqui eorum quater, & vltra, omneſque maximi Theologi. Quinetiam ante-*

quam

Digitized by Google

quam ſacram ingrederentur congregationem Capucinorum, fuerant Chordigeri, aliter de familia regularis Obſeruantia: vel Conuentuales; tenuerunt; De eo item Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad annum 1569. §. 6. &c. quo obiit, ex Petracio, Salodienſi, Monteflor. & aliis.

§. 5. *Beata Maria à Toleto, Virg.* [e]] Filia fuit Franciſci *Aluarez* à Toleto, illuſtriſſimi Orapeſſani Comitis: quæ omnibus contemptis, vt Chriſtum ſponſum lucrifaceret, Monaſterium Conceptionis; Orapeſſæ à piiſſimo Patre extructum, ingreſſa ann. 1532. Quicquid ſuppellectilis ac dotis, (quæ quidem pinguiſſima erat) à parentibus acceperat, in medium ea lege contulit: vt nouem iuuenculæ, quas ſecum adduxerat, gratis reciperentur: quibus nihilominus defunctis, totidem à loci patrono aſſignandæ, eadem lege, ſuccederent. Vita exemplari, ac virtutibus non paucis enituit. Demum, cùm illic ſanctiſſimè vixiſſet, animam Deo reddidit; ſepultaque eſt in eodem Monaſterio, quod eſt trigeſimum ſecundum Prouinc. Caſtellæ Vide Gonzagam ibidem parte tertia, ſup. & Barrezzum ſup. lib. 2. cap. 15. Boſium tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 23. Valerium de Sanctis Fœmin. Ordin. Minor. libr. 4. cap. 58. Thielmans tom. 2. vit. SS. Seraph Ordin.

Beata Beatricis, Virg. [f]] Orationi & contemplationi aſſiduè intenta, pietate & virtute illuſtris euaſit, ſuique obitus diem prædixit, ann. 1583. iuxta. MSS. documenta Prouinciæ Conceptionis Virg. in Hiſpania, & Monaſterij Areuali, quod eſt 6. illius Prouin. & Wadinghum tomo 7. ſup. ad annum 1496. paragraph. 18. §. 6.

QVINTO IDVS IVNII.

APud nouum Mexicum in India Occidentali, Beati [a] Ioannis à Sancta Maria, Martyris: qui à Barbaris graui mole oppreſſus, victor in cœlum conſcendit. Apud Collem-Vitolum propè Piſciam in Hethruria, Beati [b] Iacobi de Camerata, Confeſſoris: oratione, ſumma integritate, ac vitæ perfectione inſignis. In Territorio Palentino, ad Calabazanum oppidum, Beatæ [c] Catharinæ Menriquiæ, Virginis: in cuius tranſitu, ob vitæ illius ſanctitatem, concentus Angelorum ſuauiſſimus eſt auditus.

IVNII IX.

§. 1. BEati Ioannis à Sancta Maria, Martyris. [a]] Hic natione Cathalanus erat, & floreſcente iuuentute, Religionis habitum in Prouincia Sancti Euangelij ſuſceperat: optimæ præterea indolis fuit, ſemperque religioſis moribus præditus; ſpectabilis vitæ, magnæque virtutis indicia prębuit, atque incrementa. Sacerdos erat, & ſacræ Theologiæ operam dabat apud Mexicanum Conuentum; cùm Beatus Auguſtinus *Rodriguez*, ex Prouincia Zacatecarum, Mexicum adueniens, Fratres coadiutores pro conuerſione Indorum Aquilonem verſus commorantium, poſtulabat, quo obtento, Beatus Ioannes eum ſecutus eſt. At vbi illuc perrexerunt: benignè ac comiter ab his populis ſuſcepti, hanc regionem cœperunt incolere; *Nouumque Mexicum* cognominarunt. Verum ipſe Beatus Ioannes, hac naturali bonitate & vrbanitate à noua Indorum natione reperta, tam humaniter ſe vidès receptum, nulla eorum obiecta contradictione, imò multa de Fratrum præſentia exorta lætitia: ſecumque reputans gentem ipſam ſalutari Euangelicæ doctrinæ prædicatione perfacilè fore inſtruendam: ſolus Mexicum redire, de tantaque Indorum ſuauitate & humanitate Mexicani Conuentus Fratres certiores reddere decreuit; vnde & verbi Dei miniſtros pro recentium populorum conuerſione ex eis eligere, ſiue ſecum aſſumere poſſet. Sicque is animarum zelo accenſus iter arripuit (diuerſum tamen à primo) vt Mexicum peteret; vixque trium dierum viam confecerat, cùm quorundam Infidelium opera, ſub dio ex longo itinere feſſus dormiens, prægraui magnæ molis pondere preſſus, ac reſpirare nequiens, ſpiritum emiſit: iterque diuertit in cœlum: vbi ſui laboris conatus, ardentiſque ac pij deſiderij præmia plenè conſequeretur, ann. circiter 1580. Meminerunt illius Martyrij, Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de ſacris martyribus Ordinis Minorum ſuo æuo ob Chriſti fidem paſſis, apud Indos Occidentales. Item parte quarta in Cuſtodia Zacatecenſi, & Prouincia Sancti Euangelij. Barezzus quarta part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 41. ad ann. milleſimum quingenteſimum octuageſimum. Daça ibid. lib. 2. cap. 59. & Toſſinianus lib. 2. in fin. vbi de India. Grauiſna *in voce Turturis* part. 2. capit. 24. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 366. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minor. Mendoſa 2 part. Hiſtor. Chinæ lib. 1. cap. 7. Marianus lib. 5. capit. 31. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libro duodecimo, cap. 22.

§. 2. *Beati Iacobi de Camerata, Confeſſor* [b]] Floruit ann. 1525. apud Conuentum Sancti Ludouici Collis Vitoli, propè Piſciam, (qui eſt 28. Prouinc. Tuſciæ) ibique mortalem vitam obiit. Inſignis erat Religioſus profeſſione Laicus; qui ante ſui obitum quorundam aliorum fratrum vltimum diem prædixit; quamobrem, ac propter ſummam eius integritatem, vitæ perfectionem, & maximam deuotionem, cum cœlicolis beari exiſtimatur: Id atteſtantibus Gonzaga part. 2. ſup. in præſenti Conuentu, & Barezzo ſup. lib. 1. ad ann. 1526.

§. 3. *Beata Catharina Manriquia, Virg.* [c]] Hæc Virgo prudentiſſima, ita lampadem ſuæ admirandę vitæ tenuit paratam Chriſto ſponſo aduenienti; vt deuotiſſimus ille Hymnus à ſacris Eccleſiæ doctoribus Ambroſio & Auguſtino compoſitus; *Te Deum laudamus.* Vſque ad verſiculum: *Te ergò quæſumus*, &c. ab Angelis, in ipſius obitu, ſororibus ferè omnibus id audientibus, concentus fuerit. Claruit circa ann. 1535. ſepulta iacet, in Monaſterio Deiparæ, vulgò, Domi-

Digitized by Google

næ noſtræ de Conſolatione *Calabazanos*, quod eſt 3. Prouinc. Conceptionis Virg. in Hiſpania. Hæc ex Gonzaga part. 3. ſup. in eodem Monaſterio. Barezzo lib. 3. cap. 41. ſub ann. 1544. & Valerio de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap 37. Vvadingho tom. 5. ſup. 1449. §. 54. & tom. 7. ad ann. 1484. §. 68.

QVARTO IDVS IVNII.

GEnuæ, Beati [a] Bonifacij à Riparolo, Confeſſoris: qui virginitatem perpetuò illibatam ſeruauit: & humilitate, paupertate, oratione, vitæque auſteritate exornatus; ad Prouincialatus munus pluries aſſumptus, familiam ſibi creditam ſumma cum prudentia, charitate, ac iuſtitia, rexit, & poſt mortem ſignis clatuit. Viſcarij, in Apulia, Beati [b] Ioannis ab Iſchitella, Confeſſoris: incomparabilis continentiæ, orationis, & abſtinentiæ viri. Cotignolæ, in Romandiola, Beati [c] Alberti de Marcheſiis, Confeſſoris: ſcientia, virtute, & pietate celebris. Mexici, Beati [d] Ioannis à Perpiniano, Confeſſoris: qui ſtrenuè in Euangelio, pro Indorum conuerſione, laborauit. Virduni, Beatæ [e] Agathæ, genere, pietate, & Monaſtica obſeruantia, illuſtris.

IVNII X.

§. 1. BEati Bonifacij à Riparolo, Confeſſoris.* [a]] Ab aliis, corruptè, de *Ripallo*, *Riperdo*, ſeu *Ripardo*, cognominatur. Virgo puriſſimus extitit: pluribuſque fulſit virtutibus: paupertatis, & pœnitentiæ ſingulare præbuit exemplum. Solo habitu erat contentus, etiam tempore magni algoris. Carnis macerationi operam dabat: nunquam ieiunium ſoluit, quamuis in mortis articulo conſtitutus, officium diuinum ſemper ſumma cum deuotione recitabat: aſpectu placidus, verboque dulcis, & affabilis: patientia ſumma præditus; aliis faciliter ignoſcens: humilitate pollebat & charitate. Multoties ad officium Prouincialatus electus, toties id munus renuit: nec acceptauit niſi coactus. Nam primùm Prouinciæ Siciliæ præfuit Miniſter Prouincialis: vbi etſi vitæ actiuæ deditus eſſet ex officio, non tamen à contemplatiua diſceſſit; orationi aſſiduè inſtabat: Miſſam deuotè, ſemper, & cum lachrymis celebrabat. Sed cùm ſuum munus in Sicilia optimè adminiſtraſſet; à patribus Prouinciæ Ianuenſis, electus eſt etiam Miniſter Prouincialis, quam annis duodecim rexit, cum omni charitate, prudentia, & iuſtitia. Tandem quinquageſimo anno in Ordine expleto, hora ſui tranſitus imminente, quidam Frater ſanctitate præclarus, vidit Angelos ad ipſum deſcendentes; eiuſque animam in ſpecie cuiuſdam luminis, ab ipſis in cœlum deferri conſpexit, ann. 1330. & poſt mortem ſignis claruit. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ Genuenſis. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Religion. in BB. viris huiuſce Ordinis. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chron. lib. 8. cap. 22. §. 3. ad annum milleſimum treceteſimum trigeſimum. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. in eo. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor ad ann. 1250. §. decimo octauo, Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 2. *Beati Ioannis ab Iſchitella, Confeſſoris.* [b]] Claruit ann. 1525. & ſanctè vixit ac mortuus eſt in Conuentu ſancti Antonij de Padua Viſcarij, vulgò *Biccaro* (qui eſt 11. Prouinc. S. Angeli) de quo ibid. Gonzaga part. 2. ſup. hæc ſcribit. *Ad hunc Beatum Fratrem appoſitus fuit incomparabilis continentiæ, orationis, atque abſtinentiæ Religioſus pater, ſcilicet, Ioannes ab Iſchitella; qui ob vitæ integritatem cum Deo regnare exiſtimatur.* Eadem confirmant Barezzus ſupra libr. 1. cap. 55. ſub ann. 1526. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1468. §. 18.

§. 3. *Beati Alberti de Marcheſiis, Confeſſor.* [c]] Oriundus fuit ex Cotignola Romandiolæ oppido: vir deuotiſſimus, & vita exemplari clarus; eruditiſſimus, & litteris ſacris apprimè verſatus. Edidit egregium opuſculum, diuerſo nomine à nonnullis appellatum: ſcilicet, *Centiloquium*: *Caliloquium*, & *Colloquium*, morale. Sanctiſſimè obijt ſepultuſque eſt Cotiniolæ in Conuentu ſancti Franciſci ann. 1531. illius meminerunt Gonzaga part. 2. in eodem Conuentu, qui eſt 22. Prouinc. Bononienſ. item part. 1. in viris huiuſce Ordin. doctrina illuſtr. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 56. Willotus Athenarum orthodoxar. Franciſcan. littera A. Toſſinianus lib. 3. & Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Vvadinghus tomo 7. ſupra ad annum 1483. §. 41.

§. 4. *Beati Ioannis, Confeſſor.* [d]] Hic primus poſt illos 12. primos Prouinciæ ſancti Euangelij fundatores, ex Cathaloniæ Cuſtodia illuc venit, vir apprimè doctus, & qui indigenarum linguam optimè calluit. Infinitum propèmodum Indorum numerum baptiſmo abluit: tanto enim zelo & ardore eorum ſalutis inflammatus erat, vt nunquam à labore his in muneribus vacaret; appellareturque ab aliis Religioſis, *Indorum Martyr*. Sanctiſſimè obiit in Conuentu Mexicano, non ſine Indorum eiulatu & lachrymis; ob ſingularem amorem, quo illum proſequebantur. Florebat circa ann. Chriſti 1550. Memoratur à Gonzaga part. 4. ſupr. in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Sancti Euangelij. Mariano libr. 1. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat.

§. 5. *Beata Agatha* [e]] Prior extitit fundatrix Monaſterij S. Claræ Vrbaniſtarum Virdunenſ. hæc pientiſſima Domina; nobilis quidem genere, ſed ſanctitate longè illuſtrior; quæ ibidem poſtea, tum habitu, tum vitæ perfectione, verè ſoror, *Agatha* nuncupata eſt.

Vide

Vide Gonzagam 3. part. ſup. in eo Monaſterio, quod erat 4. Prouinc. Franciæ: nunc verò ſubeſt noſtræ Prouinciæ Recollector. ſancti Dionyſij. Vvadinghum tom. 2. ſup. ad ann. 1293. §. 9.

TERTIO IDVS IVNII.

APud Toroaltum Flandriæ oppidum Brugenſis Diœceſis; Beati [a] Achatij Pueri, vita & moribus admirabilis. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Bernardi à Viridante, Confeſſoris: Seraphici Patris ſancti Franciſci ſocij, vitæ ſanctitate præclari. Valencenis in Hannonia, Beatorum [c] Confeſſorum, Guillielmi, Iacobi, & Ioannis, cum duobus aliis: qui in ſumma humilitate, ac paupertate Domino famulantes, Minoritani Ordinis radices in Belgio fixerunt, ibique ſanctiſſimè dormitionem mortis acceperunt. Tiferni, Beati [d] Leonardi, Confeſſoris, miraculis glorioſi. Tudelæ in Nauarra, Beati [e] Gerardi, Confeſſoris. In Mexico, Beati [f] Lucæ de Almadobar, Confeſſoris: qui eximia charitate, ſingulari regulæ obſeruantia præditus: dono etiam curationum admodum eluxit. Cranganori, Beati [g] Vincentij, Confeſſoris, qui ardentiſſimo ſalutis animarum zelo inflammatus, innumeros penè Infideles, alioſque errantes Indos, ab impietate ad verum Dei cultum conuertit, Catholicam fidem propagauit: Regemque Tanoris ſacro Baptiſmate regenerauit: ac tandem glorioſiſſimè vitam finiuit. In Belgio, Beati [h] Liuini Brecthij, Confeſſoris: vita & Doctrina atque eloquentia conſpicui. Albiæ in Gallia, Beatæ [i] Elizabethæ à Nauarra, Virginis: quæ Regio ſanguine nata, ſummis etiam virtutibus mirificè refulſit. Bellalcazari, in Territorio Cordubenſi, Beatæ [k] Philippæ à Soto Maiore, Virginis: genere & vita illuſtriſſimæ.

IVNII XI.

§. 1. B*Eati Achas.* [a]] Obiit ann. 1220. mirabilis ille puer, in quem nos, non immerito, ius vendicamus, & tanquam noſtrum Franciſcanis connumeramus: qui etiam in tenera ætate, & quoad licuit, vſque ad mortem, quę viri Franciſcani erant, obſeruauit, veſtemque geſtauit. Miram & delectabilem ſanè Hiſtoriam recitat B. Thomas Cantipratanus coæuus, candidus, & oculatus teſtis lib. 2. de Apib. cap. 28. ex quo Coluenerius ibid. in annotat. Meyerus in Chron. Fland. ad ann. 1220. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1220. §. 66. & Diſcipuli de Tempore ſermon. 20. in fin. Albaſpina in notis ad cap. 4. Regul. Minor. Bzouius tom 13. Annal ad ann. 1229. §. 6. Myræus in Faſtis Belgicis 11. Iunij. Sauſſayus ibid. in Martyrologio Gallicano. Couſinus lib. 4. Hiſtor. Tornacenſ cap. 6. Corbinus lib 10 S. Franciad. pag. 241. Angelinus Gazæus, in piis recreationib pag 101. vbi facetis plus æquo indulgens, plura miſcet, quæ in huiuſce rei narratione minimè leguntur Gazetus in Hiſtor. Eccleſ. Belgij vbi de ſanctis Diœceſ. Brugenſ.

§. 2. *Nec admiratione diſſimili*, (ait B. Cantipratanus) *ſub noſtro nuper tempore, in Thorouth. oppido Flandriæ, puer Achas annorum quinque, honeſtis valdè parentibus oriundus fuit: qui primum viſis Minoribus Fratribus, à parentibus ſuis lachrymis multis obtinuit, vt ipſorum habitu veſtiretur. Sed cùm hoc illi primùm quaſi puerile iudicarent, crederentque (ſecundum quod in aliis pueris videri ſolet) obliuione temporis, in illo ſimiliter aboleri; animaduertunt parentes, & vicini eorum omnes: quòd ſeriosè puer cœpit conſuetudines Ordinis, modis mirificis, obſeruare, incedere nudipes, nodata & dura chorda præcingi. Argentum & aurum ſummoperè vitabat: & in hoc articulo caſus accidit mirus valdè. Negotiatores quidam ad hoſpitium patris eius, hoſpitandi gratia, declinarant: qui viſo in tali puero habitu, mirati ſunt. Et cùm intellexiſſent puerum omnem vitare pecuniam, nummum in fundo vaſis, quo bibebant, latenter immittunt, & cum modico vini puero poculum porrexerunt. Qui, vbi exhauſto vino, nummum vidit, exclamans horrificè, vas proiecit, tentiſque in cœlum oculis & manibus, cum lachrymis, dixit. Tu noſti Deus omnipotens; quòd inſcius Ordinem meum violaui. Hinc tremebundus expalluit, & quaſi ad mortem tendens, nigredo eius faciem occupauit. Quod videns eius pater, expauit, & currens properè, Sacerdotem adduxit: qui puero abſoluto manum imponens, eum à dolore & pœnitudine mitigauit.*

In platea puer ſedens, pueros vicinorum diebus ſolemnibus conuocabat: & eos, ſi diſtorti eſſent in moribus, ſi ſuperbi, ſi ornati veſtibus, arguebat: pœnas inferni pro eorum exceſſibus proponebat, bonis verò pueris cœlorum gloriam promittebat. Interdum eos docebat orationem Dominicam, Pater noſter, *ſcilicet; & quàm bonum eſſet Matri Chriſti, in ſalutatione Angelica & genuflexionibus deſeruire. Ad has pueri conuocationes & exhortationes, ſenes etiam ipſi cum iunioribus concurrebant: & miro modo delectabantur in prudentia & reſponſis eius. Patrem proprium iurantem, vel leuem in geſtibus, aut ebrioſum ſi quando videret, & compatiendo, & quaſi cum lachrymis, arguebat, dicens: Pater chariſſime, nunquid presbyter noſter in Eccleſia dicit, quia qui talia agunt Regnum Dei non poſſi-* §. 3.

Digitized by Google

debent; Matrem quoque ſuam, cùm in ſolemnitate quadam optimis ſcarleticis & rubicundis veſtibus vteretur, cum graui mœrore corripuit in Eccleſia, coram conſedentibus, dicens, digitoque demonſtrans imaginem Crucifixi: Intuere mater, intuere, & videas Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum nudum in Cruce pendentem; ſanguine rubricatum; & tu te in contumeliam eius, veſtibus ſcarleticis adornaſti? Caue mater, caue chariſſima, ne pro rubore veſtium, pœnas ignis æternalis incurras. Nec mora, mater verbum filij non modicum exhorreſcens veſtes depoſuit, & eis vel talibus vti vlterius penitùs abnegauit.

§. 4. *Sed quid moror? impoſſibile quidem eſſet verbis vnquam attingere, quanta morum eius dignitas, quanta in oratione ſedulitas, quanta oculorum grauitas, quanta incedentis humilitas, quanta in loquente congruitas. Et hoc quidem mirabilius omnibus excedebat; quòd ætas tantum & membra exilis corporis, puerum oſtendebant, mores verò & geſtus eius, perfectiſſimæ virtutes, virum in omnibus prædicabant. Hic nondum ætatem ſeptennem impleuerat: & conſummatus in breui expleuit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ipſius, aut fictio deciperet animam eius. Appropinquans ergò morti, confeſſus Sacerdoti, Sacramentum corporis Chriſti poſtulauit. Sed cùm hoc propter generalis Concilij vetitum, ne in ætate tali puero conferretur, Sacerdos facere non auderet: puer cum mira oris gratia extenſis in cœlum manibus, dixit: Tu noſti Domine Ieſu Chriſte: quod meum ſummum deſiderium eſt, te habere, petiui te, fecique quod debui, & ſpero confidentius, quòd tui præſentia non fruſtrabor. His dictis parentes circumſedentes & flentes conſolatus eſt: & ad meliora prouocans, inter verba exhortationis, orationis, & laudis, ſpiritum Deo reddidit impollutum. Nec mora, ſine vllo interſtitio, habitus Ordinis Fratrum Minorum, tunica ſcilicet cum aſſuto Caputio, quæ ſuper eum extenta iacebat, repente diſparuit, & nunquam poſtea viſa fuit. Igitur poſt mortem eius, cùm ad ſepulchrum illius ſtantes quidam de Fratribus, Pſalmum* De profundis, *dicere voluiſſent: nullo conatu, nulla reiteratione, hunc finire, vel dicere potuerunt: videlicet, vt per hoc daretur intelligi, nullis ſanctam illam animam orationem ſuffragiis indigere. Credo quòd & idem mihi ad ſeplchrum illius contigerit rogitanti; Parentes verò pueri poſt mortem eius, in tantum exemplo filij profecerunt, vt ſæculi deſerentes oblectamenta: pater Ordinem Prædicatorum, mater autem Ciſtercienſem Ordinem, iiſdem ſimul temporibus intrauerint.* Hæc ille.

§. 5. *Beati Bernardi, Confeſſoris.* [b]] Hic in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Angelis; propè Aſſiſium, tumulatus, quieſcit in Domino. De eo egerunt Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ Diui Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. D. Antoninus 3. part. Hiſt. titul. 24. cap. 27. Firmamentum trium Ordinum Minor. tract. 1. in memoriali Ordinis ſub init. Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 10. & lib. 6. cap. 55. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Marieta libr. 17. Hiſtor. Eccleſ. ſanctor. Hiſpan. cap 9. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 13. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1209. §. 37. & 1246. §. 9. Thielmans. tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Rel. in BB. viris huiuſce Ord. qui tamen duos omninò diuerſos refert BB. Bernardos; his verbis. *B. Bernardus Viritandius, in Eccleſia ſancta Maria de Angelis, propè Aſſiſium, tumulatus. B. Bernardus Vigilantis de Vida, Socius B. P. Franciſci.* Sed hæc confuſione plena ſunt. Nam Beatus Bernardus *Viritandius*, ſeu à *Viridante*, vel *Vigilantius*, propè Aſſiſium conditus, ſocius extitit Diui Franciſci: vt pater ex prędictis Authoribus, quem tamen idem Gonzaga part. 3. in Conuentu Sancti Franciſci Cæſarauguſtę, (qui eſt 2. Prouinc. Arragonię) aſſerit, vnà cum Marieta, ibidem in Hiſpania obiiſſe ac ſepultum eſſet; ſed, hallucinantur; quare dicendum venit, quòd vel ille Hiſpanicus B. Bernardus, alius eſt ab ipſo ſocio præfato ſancti Franciſci: iuxta Vvading. ſup. tom. 2. ad ann. 1278. §. 37. (Alij etenim diſcipuli S. Franciſci ab eo Hiſpaniam miſſi leguntur, vti Fratres Bernardinus de *Humanalis*, Bernardus de *Moraria*, & Bernardus de *Contemporaneis*: Apud ipſum Vvadinghum tom. 1. ann. 1216. §. 1. & 1219. §. 32.) vel quòd vnicus eſt Beatus Bernardus à *Viridante*: de quo duobus in locis inueniuntur ſacræ reliquiæ, propter quas creditus eſt propè Aſſiſium & Cæſarauguſtæ totus iacere: vti frequenter in aliis Sanctorum reliquiis euenire cernimus.

Beatorum Guillelmi, &c. [c]] Horum omnium hac die mentionem fecimus; tum quia ignoratur, quo tempore dormitionem mortis acceperint: tum quia ſimul recenſentur à Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Valencenenſi, qui eſt 2. Prouinc. S. Andrææ. Circa ann. 1215. cuius verba lubens hîc apponam. *Quo quidem tempore (quod fœlix & fauſtum fuit toti Belgio) venerunt ad Comitatum Hannoniæ, in ciuitatem Valencenorum, ditiſſimum & opulentiſſimum Emporium, Fratres Minores numero ſex, è quibus duo erant Sacerdotes, reliqui quatuor Laici; miſſi eò à Fratre Pacifico, ſocio Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci, primo Franciæ Miniſtro. Nomina Fratrum hæc erant, F. Guillelmus, vir pietatis & ſanctitatis eximiæ, quem B. Pacificus cæteris quinque præfecerat; F. Iacobus Sportularius, ita dictus à Sportulis, quas quotidiè victus lucrandi, & otij fugiendi cauſa, gnauiter conficiebat: cùm alioqui eſſet ſtemmate & ſanguine clarus, & illuſtris in ſæculo, & antequã Religioni eſſet initiatus, vocabatur Alphonſus à Baiona: tertius Frater Ioannes* le Nattier, *ita Gallicè nuncupatus; eò quod crates vimineas & ſtramineas optimè contexeret; vir ante Religionis ingreſſum, etiam nobilis & clarus, appellatus Iodocus à Matrena. Duorum reliquorum nomina non inueni. Hi itaque primi fuerunt cum B. Pacifico, qui noſtræ ſacræ Religionis fundamenta fœliciter in Belgio iecerunt. Quorum omnium tanta fuit vita ſanctitas, vt omnium animos in ſui admirationem attraherent, beneuolentiamque facilè ſibi conciliarent: Quod effectus ipſe mox ſubſecutus comprobauit. Nam confeſtim Valencenarum ſenatus communibus expenſis Monaſterium Fratribus, propè mœnia quidem, ſed extra portam, vbi ſacellum erat, D. Bartholomæo ſacrum conſtruxit. In quo loco aliquot annos prædicti Fratres, in ſumma paupertate & humilitate habitarunt: in omnimoda Religionis obſeruantia Deo famulantes: pluri-maſque animas ſacris ſuis concionibus, exemplis, & admonitionibus Deo lucrantes,* &c. Eadem teſtatur Vvadinghus tomo primo, ſupra, ad ann. 1221. paragrapho 50. §. 6.

Beati Leonardi, Confeſſoris. [d]] Illius meminerunt Toſſinianus ſup. & Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 19. aiuntque ipſum miraculis inſignem ſepultum fuiſſe in Eccleſia Cathedrali, eo quòd Fratres Minores §. 7.

Digitized by Google

Minores nullum adhuc inibi haberent domicilium.
§. 8. *Beati Gerardini, Confeſſoris.* [d]] Ipſius ſepulchrum
extat Tudelæ in maiori Conuentus Eccleſiæ Minor.
ſacello, ad latus Euangelij: cuius corpus, cum anno
1433. ſepulturæ traditum eſſet, poſt 70. annos fortè
exhumatum, integrum omninò atque illæſum com-
paruit. Quapropter indè ad præſens ſepulchrum ele-
gantiſſimè fabrefactum, à nobili *Varaizbrum* familia,
retenta interim ſibi ex maxima deuotione, antiquiori
eius ſepultura, tranſlatum extitit ann. 1523. & ſingu-
lari quadam deuotione à Tudellanis colitur. Vide
Gonzagam 4. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 5. Pro-
uinc. Burgenſis. Barezzum 4. part. Chronic. Minor.
lib. 3. cap. 48. Wadinghum tom. 4. ſup. ad ann. 1372.
§. 42. & 1433. §. 15. tom. 5.
§. 9. *Beati Lucæ, Confeſſoris.* [e]] De eo agunt Marianus
lib. 1. cap. 44. & lib. 2. cap. 18. Chronic. Reformat.
Rapinæus in Hiſtor. general. Origin. Recollect. de-
cad. 5. part. 1. §. 8. & decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 368.
Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 27. &
56. Gonzaga part. 4. ſup. in Conuentu Mexicano,
qui eſt 1. Prouinc. S. Euangelij. *Hic (inquit) ex Pro-
uincia Angelorum Laicus profeſſus eſt; admirabilis
ægrotantium miniſter; quique eximia charitate per-
multis annis id munus hoc in Conuentu Mexicano, ſin-
gulari regulæ Obſeruantia exercuit. Habuit à Numi-
ne curandi morbos donum, eoque multos, tum religio-
ſos, tum ſeculares homines ſanitati reſtituit. Inter cæ-
teros ſtrenuos, Heros Antonius de Mendoſa noua His-
paniæ Prorex, à medicis derelictus, ab eo eſt valetudi-
ni priſtinæ reſtitutus. Doctor autem Alcazar, magni
nominis in ciuitate Mexicana medicus, nullo alio me-
dico, quàm ſancto hoc viro, uti volebat. Quin & ex
aliis Religionibus Fratres ægrotantes, in Conuentum
D. Franciſci, quò ab eo curarentur, ſe conferebant:
quemadmodum à magiſtro Fratre Alphonſo de vera
Cruce factum eſt, in grauiſſima ægritudine, quam ita
propulſauit: ac pleriſque aliis, quos enumerare longum
eſſet. Mortuus eſt Frater Lucas Mexicano hoc in Con-
uentu circa ann. 1550. Eius diſceſſus tempore, in aere
ſuper domo, in qua ægrotantes curabantur, maxima
quædam Crux viſa eſt à pleriſque; qui cùm in Conuen-
tum nuntiatum id veniſſent, eo illum momento tempo-
ris, exhalaſſe animam compertum eſt.* Hæc Gonzaga:
quapropter, ex tunc cœpit magna in veneratione illic
haberi. Vide Grauinam in *voce Turturis*, part. 2.
cap. 24.
§. 10. *Beati Vincentij, Confeſſoris.* [f]] Virum hunc diuini
honoris zelo inſignem, ſecum adduxit ex Hiſpania in
Indiam Occidentalem B. Ioannes Alburquerquius,
Reccollectus, ſecundus Goanus Epiſcopus. Licet au-
tem prouectæ ætatis iam eſſet Beatus Pater Vincen-
tius, tamen ingenti ſpiritus feruore accenſus, ex præ-
fati Epiſcopi, atque Indici Cuſtodis bona venia, Co-
chimium eo propoſito petiit: vt Chriſtianis Sancti
Thomæ, gentilibus atque Mauris admixtis, Sacra-
menta miniſtraret. Huiuſce rei gratia Granganori,
quoddam collegium conſtruendum curauit, quo par-
uuli gentilium, in omni pietate, & doctrina Chri-
ſtiana, atque humanioribus litteris inſtruerentur: vn-
de factum eſt, vt exindè maximus animarum fructus
euenerit, & multi ad Chriſtum, & fidem Catholicam
ſint conuerſi. Cùm autem inter alia inſignia eius opera
ſuis exhortationibus atque prædicationibus, Genti-
lem Tanoris Regem ad fidem conuertiſſet, atque Goæ
cum maxima pompa ac ſolemnitate, coram Luſitano
Indiæ Prorege baptizaſſet; necnon & hoc Grangano-
ricum collegium, quod primum omnium fuit, per de-
cem continuos annos ſanctiſſimè prudentiſſiméque
rexiſſet, ann. 1550. animam cœlo reddidit. Ita Gon-
zaga 4. part. ſup. in prædicto collegio, quod eſt 4.
Prouinciæ. Sancti Thomæ. Rapinæus ſup. decad. 5.
part. 1. §. 6. Author lib. *Status, imperia, & princi-
patus mundi.* vbi de Goa. Maffeius lib. 11. Hiſtor. In-
dic. longè poſt med. & lib. 15. ſub init. Iarricus ibid.
tom. 3 lib. 6. cap. 7. Turſellinus lib. 5. cap. 4. vit. B. Xa-
uerij. Daça ſup. lib. 1. cap. 47. 48. & 49 & 54. ex Hi-
ſtor. Indiæ Orientali 1. part. lib. 4. cap. 13. & Guſmano
lib. 1. cap. 5.
Beati Linini, Confeſſoris. [g]] *Lieuinus*, ſeu *Lininus*
Brecthius, nuncupabatur: Louanienſis; ſeu ab An- §. 11.
tuerpia: Poëta inſignis, & ſanctiſſimæ vitæ, pauper-
tatiſque amantiſſimus; qui nihil aliud habere volebat
præter Biblia, & Breuiarium; plura edidit opuſcula,
ingenij ſui monimenta, inter quæ illuſtrium aliquot
Martyrum hiſtoriam carmine & proſa. Florebat ann.
1551. & 1560. Memoratur à Gonzaga part. 3. ſup. in
Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinc. German.
inferior. Willoto Athenar. Orthodoxar. Franciſcan.
verb. *Leuinus.*
Beata Elizabetha, Virgin. [h]] Huius meminit Gon-
zaga 3. part. ſup. in Monaſterio S. Claræ Albienſi, §. 12.
quod eſt 2. Prouinc. Aquitaniæ Antiquior. his verbis.
*Huius aliquando loci habitatrix fuit illuſtriſſima ſi-
mul atque pientiſſima ſoror Elizabetha à Nauarra; ex
ſereniſſima Briariæ Principum familia oriunda*; cuius
*humilitas, paupertas, atque cætera virtutes incredibi-
les fuere.* Vbi loco *ſereniſſima Briariæ Principum fa-
milia*, dicendum eſt *Bearnæ Principum familia.* Cla-
rebat circa ann. 1500. Multa dicitur etiam miracula
perpetraſſe: ita Wadinghus ſup. tom. 7. ad ann. 1481.
§. 31. ex MSS. Prouinciæ Aquitaniæ.
Beata Philippa, Virg. [i]] Mira modeſtia atque hu-
militate fuit exornata. Agunt de ea Gonzaga part. 2. §. 13.
ſup. in BB. Fœmin. 2. & 3. Ordin. Minor. item part.
3. in Conuentu 15. Prouinc. Angelor. Daça ſup. lib. 3.
cap. 77. Florebat ann. 1505. Filia erat B. Alphonſi à
Soto Maiore (de quo 8. Nouemb.) Comitis Bellal-
cazaris, & ſoror primi Ducis Beiaris: quæ ſæculi pom-
pis omninò reiectis, humilitatis, orationis, & pœni-
tentiæ exercitiis ſeſe tantoperè mancipauit; vt & cili-
cio, ac diſciplinis aſperrimis corpus ſuum domauerit,
& magna cum ſanctitatis opinione, finem vitæ ha-
buerit.

Digitized by Google

PRIDIE IDVS IVNII.

FVlgerij, in territorio Cœnomanenſi, Beatorum [a] Martyrum Ioannis Giuidrij, & Ioannis à Luſia; qui ob fidei Catholicæ conſtantiam, ab hæreticis crudeliſſimè ſunt interfecti. In Burgundia, Beati [b] Vincentij Fortis, Martyris: qui ab hæreticis ad equi caudam alligatus, & per aſpera loca raptatus; poſtea in terram vſque ad brachia in modum crucis extenſa defoſſus: tandem capite conquaſſato, glorioſi certaminis palmam obtinuit. Item, Beatæ [c] Anonymæ, Virginis, & Martyris: quæ ſub eorundem perſecutione, victrix ad ſponſum euolauit. Apud Campum-Baſſum in Apulia, Beati [d] Raphaelis Taurini, Confeſſoris: ſingulari eruditione, vitæ ſanctitate, atque gubernandi dexteritate inſignis. Mexici, Beati [e] Antonij à Sancto Ioanne, Confeſſoris: qui multis pro Eccleſia Dei, & Indorum ſalute perfunctus laboribus, ſancto fine quieuit. In Cuzco, Beati [f] Ioannis Callellenæ, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Louanij Beati [g] Ioannis Patricij, Confeſſoris: qui Prouincialatu in Scotia laudabiliter expleto: indéque ſolum vertere coactus ab hæreticis, in Belgium traiecit: vbi meritis, & virtutibus cumulatus, ſanctum finem eſt conſecutus. Cordubæ, Beatæ [h] Mariæ à Ieſu, Virginis: religione, ac pietate celebris. Beluiſij, in territorio Placentino, Beatæ [i] Ioannæ à Baptiſmo, Virginis, quæ oratione extatica, aliiſque cœleſtibus donis mirabiliter fuit inſignita. Cortonæ, in Tuſcia, Inuentionis capitis Beati [k] Guidonis, Confeſſoris.

IVNII XII.

§. 1. B*Eatorum Ioannis, &c.* [a]] Primus vocabatur Ioannes *Giuidrius*, ſeu *Guibiderus*, Sacerdos inclytus, qui ab hæreticis impiè occiſus eſt: ſed locus martyrij minimè indicatur à Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in ſacris martyrib. huiuſce Ordinis ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in Prouincia Turoniæ Pictauienſ. & Marco Vlyſſiponenſi part. 3. Chronicorum Minorum lib. 9. cap. 58. Boſio tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minorum. Daça part. 4. Chronicorum Minorum lib. 3. cap. 51. Grauina in *voce Turturis*. part. 2. cap. 24. ex Fernando lib. 3. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 19. Secundus nuncupabatur Ioannes à *Luſia*, vir antiquus, ſenioque confectus, concionator egregius, & Ordinarius Conuentus Fulgeriarum, in quo ab hæreticis iugulatus, ad cæleſtia regna migrauit: ita Gonzaga, & Daça ſup. licet Marcus Vlyſſiponenſis, & alij locum martyrij tacuerint: attamen Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 365. expreſſe aſſerit vtrumque in præfato Conuentu (qui eſt 19. Prouinc. Turoniæ Pictauienſ.) Fulgerienſi, mortem pro Chriſto ſuſtuliſſe: quem & ſequuti ſumus. Duo autem ſunt Conuentus, ſub nomine Fulgeriarum: vnus in Prouincia Turonenſi, qui eſt 16. in ordine. Alter vero in Prouincia Turon. Pictauienſi decimus nonus: vbi præfati martyres paſſi ſunt. Circa ann. 1560.

§. 2. *Beati Vincentij, Martyris.* [b]] Illuſtre eius martyrium deſcribitur à Marco Vlyſſiponenſi ſup. cap. 60. Hilarione à Coſta ſup. pag. 364. Boſio, Picqueto, & Daça ſupra, Auguſtino Caſtell. in Triumpho Martyr.

§. 3. *Beata Anonyma, Virg. & Martyris.* [c]] Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. ſup. Hilarione à Coſta; & Gonzaga ſup. part. 1. in Prouincia Sancti Bonauenturæ: ſic dicente. *Quedam eiuſdem Prouinciæ Monacha, cùm in hæreticorum manus incidiſſet, multis gladiis ac tormentis, adeò fuit expauefacta, vt ex omnibus eius partibus ſanguis effluxerit, ac ſic glorioſa ad ſponſum peruenerit*, ſub ann. 1563. Boſio ſup. lib. 12. cap. 22. Daça ſup. cap. 58. ad ann. 1567.

§. 4. *Beati Raphaelis, Confeſſoris.* [d]] Prouinciæ Sancti Angeli alumnus erat, quam & pluribus annis ſanctiſſimè rexit: vita etenim exemplari, atque ſingulari prudentia, necnon maximis virtutibus inſigniter pollebat; ſicque fama ſanctitatis clarus, communem nactus eſt ſepulturam in Conuentu Sanctæ Mariæ de Gratiis Campi-Baſſi, qui eſt 16. præfatę Prouinciæ. Prout teſtantur Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum. lib. 3. cap. 60. ſub ann. 1550.

§. 5. *Beati Antonij, Confeſſoris.* [e]] Primò Sacerdos, & Archipreſbyter fuit in loco *de Campis*: Diui autem Franciſ. habitum ſuſcepit in Prouincia Conceptionis. Vnde ſalutis animarum zelo in nouam Hiſpaniam tranſiuit; ac tametſi prouectę ætatis eſſet, indigenarum nihilominus linguam addiſcens, magnos prorſus

in

Digitized by Google

in Dei vinea exantlauit labores. Anni itaque 1543. Guardianus Tullenſis inſtituitur, primuſque omnium eius regionis Indis ſanctiſſimum Chriſti corpus in Euchariſtia præbuit: vnde gratiſſima apud eos recordatione, tum ob id memoria eius celebratur, tum etiam quia Guardianus ſecundò exiſtens ann. 1550. de iuſſu B. Patris Toribij à Motolinia Prouincialis tunc Miniſtri Prouincię ſancti Euangelij, vnus omnium primus fornicatam Diui Ioſephi Eccleſiam incœpit, quam ann. 1554. abſoluit: tum denique ob merita eius præclara: quibus exornatus deceſſit è vita apud Mexicanum Conuentum, qui eſt 1. prædictæ Prouincię S. Euangelii. Vide Gonzagam ibid. part. 4. ſup. Marianum lib. 2. cap. 38. Chronic. ſtrictior. obſeruant. Reformat.

§. 6. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [f]] Laicus erat profeſſione, ſed ingenti virtute ſublimatus; cuius Elogium habet Gonzaga 4. part. in Conuentu ciuitatis de *Cuzco* totius Regni Peruani principis. *Præfato hoc in Conuentu, mortem obiit, idque cum magna ſanctitatis opinione, religioſiſſimus Pater Frater Ioannes Callellena, Laicus profeſſus; qui relicta ſæculari militia, cui ſtrenuè aliquando deſeruiit, Franciſcanum habitum pro Chriſto fœlicius militaturus induit; in eoque ad vltimum vitæ terminum, ſupra modum profecit.* Hæc ille in eo Conuentu, qui eſt 2. Prouinciæ duodecim Apoſtolorum.

§. 7. *Beati Ioannis Patricij, Confeſſoris.* [g]] Scotus erat natione, Prouinciæ olim Scotiæ Miniſter Prouincialis: necnon ſereniſſimi Iacobi V. Scotiæ Regis, plurimis annis à confeſſionibus fuit: indéque ab hæreticis regni ſubuerſoribus, ad ann. 1557. cum reliquis Prouinciæ Fratribus profligatus, Louaniam ſe recepit: vbi plenus meritis, & ſanctis operibus, moritur in ſenectute bona ann. 1572. Memoratur à Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Louanienſ. qui eſt 1. Prouinc. Germaniæ inferior. quo ſepultus iacet: Item in Prouincia Scotiæ Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 20. Daça ibidem lib. 3. cap. 36. Vvadingho. tom. 5. ſup. 1447. §. 88.

§. 8. *Beata Maria de Ieſu, Virginis.* [h]] Huius deuotiſſimæ ſororis vita, & mores, adeò religioſi; adeoque exemplares extitere; vt moriens maximum ſui deſiderium, atque ingentem ſanctitatis famam reliquerit, & ab omnibus loci incolis magna obſeruantia proſequebatur. Corpus eius conditum iacet in Monaſterio ſanctæ Eliſabeth de Angelis apud Cordubam, quod eſt 8. Prouinc. Granatenſ. vti referunt Gonzaga ibidem part. 3. ſup. Barezzus lib. 2. cap. 14. ad ann. 1514. Valerius ſup. lib. 4. cap. 17. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1483. §. 54.

Beata Ioanna, Virginis. [i]] Religioſa fuit ſic altæ §. 9.
contemplationi dedita, quòd ſæpè ſæpius eleuata in oratione, ſtaret omni ſenſu deſtituta: dicque feſto Sanctorum ſeptem Fratrum Martyrum 13. Octobr. tanto ſpiritus impetu ſubleuata eſt, vt infra 10. dies haud potuerit ſuis ſenſibus perfectè vti. Pœnitentiæ opera iugiter frequentabat, & diſciplinis ſic aſperis corpus caſtigabat; vt penitùs exanimis reperiretur, ob ingentem ſanguinis copiam exindè promanantem. Cuncta ieiunia multiplicabat, eaque in pane, & aqua ſeruabat; nuſquam lecto vſa eſt, vel ſtrato: multis reuelationibus, & fauoribus diuinis illuſtrata, diem ſui obitus præſciuit, quo ad cœleſtem patriam tranſiit. Sepulta iacet Beluiſij, in Monaſterio Sancti Ioannis de Pœnitentia, quod eſt ſextum Prouinciæ Angelorum. Claruit ad ann. 1590. Mentionem de ea habet Daça ſup. lib. 4. cap. 50. ex illius Prouinciæ Monimentis.

Inuentionis capitis Beati Guidonis. [k]]De huiuſce §. 10.
Feſto ſcribunt Marianus lib. 2. cap. 23. §. 11. Toſſinianus lib. 1. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. lib. 1. cap. 8. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1250. §. 8. & in additionib. §. 49. quando illud ſacrum caput è puteo (vbi iniectum fuerat, pluribuſque annis illic latitarat) extractum eſt, miraculoſo lucis indicio: & ad priſtinum locum in Eccleſia Cathedrali ſumma totius populi exultatione, ac pietate, delatum: qua de re, Feſtum Inuentionis tunc quotannis celebrandum inſtituitur prima die Maij: quod poſtea, intercedente Cardinale Sirleto, Gregorius XIII. approbauit, conceſſitque celebrari quotannis pridie Idus Iunij Cortonæ, atque in tota eius Diœceſi. Bzouius tom. 13. ad ann. 1233. §. 26. Brautius in Martyrolog. Poëtico. Vghellus tom. 1. Italiæ ſacræ. In Epiſcop. Cortonienſ. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Digitized by Google

IDIBVS IVNII.

PAtauij, Sancti [a] Antonij Luſitani, Confeſſoris, vita, & miraculis ac prædicatione illuſtris: qui virginitatem illibatam cuſtodiuit, & hæreticæ prauitatis inſectator acerrimus, Galliam Italiamque ab ea penitus liberauit. Prati in Hethruria Beati [b] Vbertini à Sancto Caſſiano, Confeſſoris. Apud Vallem de Rago, in territorio Zamorrenſi, Beati [c] Roderici Martinez de Lara, Confeſſoris: qui vitam ſolitariam agens; maximæ, aſperrimæque pœnitentiæ, ac rerum cœleſtium meditationi operam dedit, & glorioſus meritis à ſæculo migrauit. Muri in Picœno, Beati [d] Georgij Albani, Confeſſoris: plurima pietate, & virtute inſignis. Caſtri-Cæſaris in Archiepiſcopatu Burgenſi, Beati [e] Martini à Sancta Maria, Virgine, Confeſſoris: ſignis, & virtutibus glorioſi. Fulginij in Vmbria, Beatæ [f] Margaritæ Dominici, Tertiariæ, Virginis: quæ præclaris exornata virtutibus, prima Abbatiſſa extitit Monaſterij S. Agnetis, & miraculis claruit. Vlmeti, in Diœceſi Abulenſi, Beatæ [g] Agnetis à Ferro, Tertiariæ: quæ illuſtri exorta familia, in maxima paupertate, humilitate, & vitę ſanctimonia, Chriſto ſponſo famulata eſt.

IVNII XIII.

§. 1. S*Ancti Antonij, Confeſſoris.* [a]] Natus eſt ann. 1196. Vlyſſipone, nobiliſſimo Luſitaniæ Emporio, patre, Martino *Bullonio*, nobili Regis Alphonſi milite: Matre, Maria generoſis exorta natalibus, piis parentibus. Iuuenis ibidem ſancti Auguſtini inſtituto ſe conſecrat: quò, biennio expleto, ad alium eiuſdem Ordinis Conuentum; nimirum ſanctæ crucis de Conymbria commigrat; vbi, viſis tot miraculis ad reliquias Sanctorum 5. Martyrum Ordinis Minor. Berardi, & ſocior. (de quibus ſupra 16. Ianuar.) ibidem honorificè aſſeruatas, cœlitùs operatis, eorum triumphum voluit percupidè æmulari: dùm hoc incenſus deſiderio, ex eo Ordine Canonicor. Regular. ad Franciſcanum Inſtitutum conuolauit: quod Sixtus IV. in Bulla canonizationis huiuſmodi Martyrum palam atteſtatur ann. 1481. Hinc martyrio flagrans, Antonius, ad Sarracenos proficiſcitur, ſed morbo detentus, redire compulſus eſt, & ventorum impulſu contrariorum in Siciliam delatum ſe ſenſit. Porrò, Meſſana ſoluit ſub finem menſis Martij, Italiæque appulit; tum Capitulo generali 30. Maij, in Feſto Pentecoſtes ann. 1221. apud Aſſiſium celebrato interfuit: ac poſtea in Æmyliam perrexit. Mox in Inſubriam miſſus, tanta fœlicitate ſacras didicit litteras, ſub Abbate Vercellenſi, apud ſanctum Andræam, viro doctiſſimo; vt Seraphicus Pater ſanctus Franciſcus inſtantiſſimè ſit rogatus à Fratribus, quam ipſe Antonius hauſerat doctrinam aliis communicaret: quorum iuſtæ piæque petitioni annuens Seraphicus Pater, D. Antonius, primus in ordine Franciſcano Lector Theologiæ euaſit circa ann. 1224.

§. 2. Id officium primò exercuit apud Montem Peſſulanum, deindè Toloſæ, &c. munus etiam prædicationis haud ſegniter expleuit. Nulla enim fuit Prouincia, in Gallia Narbonenſi, & Aquitanica: nullus fere Conuentus; quin ſuis feruentiſſimis concionibus non illuſtrauerit, ſuaque præſentia non honorauerit. Guardianatum egit in præcipuis Conuen. ac poſteà Cuſtos extitit Lemouicenſis Cuſtodiæ. Mirum! quantum tunc temporis; verbo, & vitæ exemplo, atque ingentibus miraculis, apud Gallos profecerit! tandem in Italiam reuerſus, magna rurſus aggreditur; & Patauij diutius commoratus, indè cognomen à *Padua* ſortitus eſt, & locum ſepulturæ accepit ann. 1231. ætatis ſuæ 36. die 13. Iunij. Poſt cuius tranſitum, ita cœpit magnis plurimiſque coruſcare miraculis; vt ante completum à die mortis ſuæ annum, Sanctorum catalogo adſcriptus fuerit per Summum Pont. Gregor. IX. in ciuitate Spoletana, die penultima Maij, ſub Feſto Pentecoſtes, ann. 1232. cuius ea de re extant litteræ Apoſtolicæ ad omnes Eccleſ. Præſul. quarum exordium eſt: *Cùm dicat Dominus per Prophetam.* Sub Datum Spoleti, Kalend. Iunij, Pontif. ann. 6. Quibus Feſtum illius, hac die, Idibus Iunij ſolemniter celebrādum inſtituit; demùm ex præcepto Sixti V. Pap. ſancitum eſt de eo recitari Officium Eccleſiaſt. ſub ritu duplici. Omitto Indulgentias maximas, quas Summi Pontifices dederunt viſitantibus, hac die, Eccleſias Fratr. Minor. poterunt videri apud Compendium priuilegior. Franciſcan. verb. *Indulgentia, quo ad ſaculares, primò.*

Authores, propè innumeri egregia eius opera, facta, §. 3.
& miracula referunt. Abbas Vercellenſ. paraphraſ. ſeu commentar. in D. Dionyſium Areopag. cap. 3. de Cœleſti Hierarch. ſub littera V. Vincentius Beluacenſ. lib. 31. Specul. hiſtor. cap. 131. Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. Paduana. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. D. Antoninus 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 3. & cap. 7. §. 1. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 5. Sabellicus lib. 6. Ænead. 9. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Supplementum Chroni. lib. 13. ad ann. 1231. Schedel in regiſtro mundi, ſexta ætate, in eo. Firmamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memoriali Ordinis ſub 4. General. Chronica compendioſa, ſeu, compilatio Chronolog. German. ann. 1228. & 1231. Palmerius in Chronic. ad ann. 1231. Boſius tom. 2. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 1. & tom. 2. lib. 15. cap. 5. & 19. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de Sanctis huiuſce Ordin. & part. 2. in Prouinc. S. Antonij. Item part. 3. in Prouinc. Turonenſ. Conuentu 11. &

in

Digitized by Google

in Prouinc. Aquitan. Antiquior. Conuentu 2. & prouinc. ſancti Iacobi Conuentu 13. 20. 21. 27. 29. 34. item in Prouinc. S. Ludouici & Conuentu 1. 6. 19. & Prouinc. Conceptionis Conuentu 26. Trithemius de ſcriptorib. Eccleſ. Bellarminus tom. 7. ibid. Gneſnerus in Bibliotheca. Willotus in Athenis orthodoxar. Franciſcan. Galterius in Tabula Chronograph. ſęcul. 13. in ſanctis & illuſtrib. viris. Platus lib. 2. de bono ſtatus relig. cap. 32. & lib. 2. cap. 6. Sedulius commentar. ad vit. eiuſdem S. Antonij. Bernardinus de Buſtis in Mariali part. 4. ſerm. 9. ſub fin. & ſerm. 11. ante med. Vaſconſellus in Anacephalæoſ. Regum Luſitan. ſub Alphonſo II. Marianus lib. 1. cap. 16. 19. &c. item lib. 2. cap. 3. &c. Peregrinus à Bononia in Chronicis ſub S. Franciſco. Leander in hiſtor. Bononienſ. decad. 1. lib. 9. ad ann. 1219. Garibaius lib. 12. rerum Hiſpan. cap. 47. Petrus Roſſetus in poëmat. Speculum ſancti Franciſci part. 2. cap. 52. Picquetus in Catalogo virorum illuſtrium Ordin. Minorum. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Portenarius de rebus Patauinis libr. 9. cap. Antonius Quærengus in Hymno de ſancto Antonio. Cornelius à Lapide Commentar. in Threnos Ieremiæ, in præfation. Item cap. 20. Commentar. In acta Apoſtol. verſ. 33. Surius, Hippolytus de Ponte, Renatus Benedictus, Lippelous, Gazetus, Trugillo, Villegas, Ribadeneira, Haræus, Doubletus, & alij, in vita ſancti Antonij. Breuiarium, & Martyrologium Romanum hac die, Baronius ibid. in Annotation. Molanus in Addition. & Annotation. ad Vſuardum. Poſſeuinus in Apparatu ſacro: Marulus lib. 4. Hiſtor. ſacrar. Relig. Nangius ad ann. 1229. Hieronymus de Villa-vitis. In Orationali, hac die. Magnum Chronicum Belgic. ann. 1231. Treuethus. De Regibus Angl. ann. 1229. Spinellus De laudibus Deiparæ Virg. cap. 35. §. 10. & Tractat. de Virginibus ſection. 2. §. 17. Gononus lib. 5. vitar. PP. Occident. Godonus In Chronico SS. Deipar. ſæcul. 12. ad ann. 1232. & 1237. Couſinus lib. 4. Hiſtor. Tornacenſ. cap. 6. Corbinus lib. 9. ſanctæ Franciad. pag. 225. & ſeq. Balinghen. In Calendario Virg. Mariæ hac die. & 16. eiuſdem menſ. Victonus Tract. de Antiquo ac moderno vſu Canoniſation. ſanctor. cap. 28. ex Luca Caſtellino & Spondanus ad ann. 1240. Brautius In Martyrolog. Poëtico hac die. A. de Boufflers lib. 3. de operibus mirabilibus Dei cap. 10. Odoricus tom. 13. Annal. Eccleſ. ann. 1231. §. 33. & 1232. §. 33. Saluator Vitalis. lib. 7. Chronicorum Seraphici montis Aluernæ cap. 1. Thielmanſ. Tom. 1. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Miræus In Auctario de Scriptoribus Eccleſ. cap. 387. poſt Sanderum de claris ſanctitate, & eruditione *Antonijs*.

§. 4. Conciones de eo habuere D. Bonauentura, Pepinus, Robertus à Licio, Pelbertus à Themeſvvar, Balduinus Iunius, & alii recentiores. De eo item egerunt Wadinghus tom. 1. opuſcul. D. Franciſci, Annotat. in Epiſtol. 3. & tom. 1. Annalium Minorum. ad ann. 1213. §. [illegible] ann. 1217. §. 22. & 24. ann. 1220. §. 52. 53. 54. & 55. ann. 1221. §. 11. & 12. ann. 1222. §. 30. &c. ann. 1224. §. 40. 41. & 42. ann. 1225. §. 14. &c. ann. 1227. §. 15. & ſeq ann. 1231. §. 1. &c. Vbi multos alios refert: eiuſque paſſim meminit in eo ipſo tom. 1. ac 2. & 3. Charron. capit. 132. 133. 134. Hiſtor. Vniuerſal. Gall. ſeu Franc. Bzouius tom. 13. ad ann. 1231. §. 2. Volaterranus lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Inter alia D. Antonij miracula refertur, de quodam Aſino genuflexo, ſacratiſſimam Euchariſtiam ab ipſo ſancto Patre delatam adorante: quod factum impius Molinæus, more hæreticorum, deridet ac ſubſannat: cui egregiè reſpondet *Sauſſayus*, vir eruditiſſimus, in hiſtoria Chronologica conflictus Euchariſtici in Catalogo Patrum cap. 13. §. 7.

§. 5. *Beati Vbertini, Confeſſoris.* [b]] Vir erat multæ orationis, & pœnitentiæ. In Conuentu Prati dum viueret, & oraret in nocte Aſcenſionis Dominicæ apparuit ei ſocius defunctus, ex quo multa didicit futura, ſuamque mortem imminere: poſt paucos dies ex hac vita diſceſſit, ſepultuſque eſt illic magna cum veneratione. Floruit ingenti vitæ ſanctitate: obiitque ann. 1315. Vide Wadinghum tom. 3. ſup. ad ann. 1315. §. 1.

Beati Roderici Martinez, Confeſſoris. [c]] Prouinciæ Sancti Iacobi alumnus fuit; qui diu in monte, cui §. 6.
nomen Vallis de *Rago* eſt, aſperrimam maximamque egit pœnitentiam, atque ſanctiſſimam ſolitarius vitam duxit: rerum cœleſtium contemplationi vacans. Huius Beati Patris corpus cùm præfato in monte *Rago* tumulatum eſſet, opera Reuerendi Patris Petri *Secundez*, in ſacra Theologia Magiſtri, atque huiuſce Prouinciæ Miniſtri Prouincialis, ad Eccleſiam Conuentus Sancti Franciſci Zamorrenſ. maximo cum totius ciuitatis honore, applauſu, atque veneratione ann. 1584. tranſlatum eſt; ac depoſitum ad altaris ſummi ſiniſtram, in quodam lapideo ſepulchro debita cum reuerentia. In ſacello autem Diuæ Catharinæ, intra Eccleſiam Conuentus Sancti Franciſci Salmanticenſis, erecta conſpicitur pulchra pyramis, quæ oſſium præfati Beati Roderici Martinez *De Lara*, partem continet. De eo agunt Gonzaga part. 3. ſup. in 7. & 8. Conuentibus Prouinciæ Sancti Iacobi. Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum libr. 8. cap. 70. Wadinghus tom. 2. ſup. ann Chriſti 1254. §. 46. & 1260. §. 55. & tom. 8. ad ann. 1584. Suſpicor attamen eundem eſſe cum B. Roderico Robicio. De quo ſup. 27. Ianuar.

B. Georgij Albanenſ. Confeſſ. [d]] Hunc Dei ſeruum, §. 7.
Laicum, natione Albanum, qui diu, non ſine laude meruit ſub Franciſco ſfortia, dùm partes tueretur Eugenij Pontif. contra Philippum, Ducem Mediolanenſem: floruiſſe conſtat circa ann. 1435. & 1440. Mira fuit eius ad Religionem Seraphicam vocatio: in eaque exemplaris conuerſatio. Religioſis quippe connumeratus, ſolerter in humilitatis officijs ſeruiebat; & in ſenectute vitam actiuam contemplatiua commutans, aſſiduò orabat cum lachrymis. Annis fermè quinquaginta à ſuſcepto habitu, nunquam poſt matutinas cubiculum repetijt; ſed vſque ad auroram, perſeuerans in oratione Dei, ſæpiſſimè à Fratribus inueniebatur à ſenſibus abſtractus. Poſt multorum annorum gemitus, & fletum, aſſecutus eſt à Domino cœleſte iubilum, & ſanctam cordis lætitiam. Concinentibus Fratribus in choro, exultabat ſpiritu, vel tunc maximè, quando audiebat illos verſiculos Cantici Beatæ Mariæ Virginis, *Magnificat anima mea Dominum, & Exultanit, & cæt.* ad quæ verba ſtatim rapiebatur mentis exceſſu, hærebatque immobilis, etiam per longum tempus poſt veſperas abſolutas. Contemplationis gratiam perfectè aſſecutus, videbatur ſingula Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis geſta præ oculis habere: ad pœnoſa, incredibili dolore mœrebat: ad læta, & glorioſa, æquè geſtiebat, pro veritate myſteriorum, varias paſſus animi affectiones. Annis multis orauit, vt ſecurus redderetur aſſequendæ ſalutis æternæ: & tandem à Chriſto meruit, ſibi oſtendi nomen ſuum libro vitæ inſcriptum. Deceſſit virtuti-

Digitized by Google

bus plenus, & Sacramentis munitus in cœnobio Muri, in Picœno; vti ſcribunt; ex Chronicis antiquis Ordin. Marianus lib. 4. cap. 14. Vlyſſiponenſ. ſup. part. 3. lib. 8. cap. 19. Barrezzus lib. 3. cap. 24. Godonus. In Chronico. SS. Deiparæ ſæcul. 12. ad ann. 1237. Balinghem. In Appendice ad Calendarium Virginis Mariæ, hac die. Wadinghus tom. 5. ad ann. 1437. §. 37. & ſeq.

§. 8. *B. Martini, Confeſſ.* [e]] Suſcepit hic B. Frater Laicus habitum Minoriticum in Conuentu Caſtri-Cæſaris (qui eſt 35. Prouinciæ Conception.) mira charitate, & humilitate flagrans apud omnes. In pago, extra Conuentum, dùm moreretur, hac die, ann. 1607. & cadauer domum portaretur, mirum, & ſuauiſſimum flabat odorem, & ad ſepulchrum prius plurima patrantur miracula: Teſte Wadingho. tom. 3. ſup. ad ann. 1315. §. 26. poſt Daçam. 4. part. Chronicorum Minorum lib. 4. cap. 54.

§. 9. *Beata Margareta, Tertiaria, Virginis.* [f]] Fulginij naſcitur ann. 1378. Patre Dominico, à quo & cognomen *Dominici* accepit. Annos quindecim nata, matre orbatur; cuius rei cauſa, liberius cœpit Deo inſeruire, & ad perfectioris vitæ gradum contendere. Cùmque Beata Angelina, Fulginium veniens, illic ann. 1395. Monaſterium Sanctæ Annæ fundaſſet ſub regula, & habitu tertij Ordinis Sancti Franciſci, cum tribus votis religionis ſolemnibus; tunc & ipſa Beata Margarita cum multis aliis huic inſtituto nomen dedit, habitumque de manu ipſius Beatæ Angelinæ accepit: quam ſibi ad amuſſim imitandam propoſuit. Multum quippe excelluit in oratione, humilitate, ſuique ipſius deſpectione: ſingulis quippe ſic famulabatur, quaſi omnium ſerua eſſet: omnes reuerebatur corde ſincero, & animi candore; puritas eius pretioſa erat, & magis Angelica quam humana: ſimplexque ipſius innocentia, obedientiam ſummè excolebat. Superiorique ſic in omnibus parebat, vt abſque illius aſſenſu, actionem vel reſolutionem vllam optaret agere: idem pręſtabat Patri ſpirituali, & Confeſſario ſuo. Abſtinentia, ieiunio, atque cilicio carnem ſuam refouebat. Votorum ſuorum zelantiſſima extitit. Charitateque plena cùm eſſet, omnium ſuccurrebat neceſſitati, parebat voluntati.

§. 10. Multæ Virgines conuolabant ad harum exemplum vitam æmulaturę, ſed cùm iuſtum numerum expleſſet Beata Angelina, lege communibus Monialium ſuffragiis comprobata cauit, ne aliæ adiungerentur, ſed decedentibus duntaxat ſubſtituerentur. Vt autem filiarum votis ſatisfacerent ciues, videntes locum hîc deeſſe, ann. 1399. alterum ædificarunt Monaſterium, primo vicinum, ſub inuocatione Sanctæ Agnetis, cui præfecerunt vnam ex ipſius Beatæ Angelinæ diſcipulis, nimirum, ipſam Beatam Margaritam *Dominici* Fulginatem. Hæc verò dùm non ſolùm regularibus optimè inſtruit ſorores diſciplinis; verum etiam ædificium ſuis, aut parentum ſumptibus auxit, meruit vt è ſuo nomine Monaſterium nuncuparetur, *Margaritolæ*. Sanctiſſimè per annos multos eam rexit ædem: donec miſſa Spoletum à Beata Angelina, ann. 1431. ædificauit huiuſce inſtituti Monaſterium alterum ſub titulo Sanctę Catharinę *De Paſterna*. Redux in domum, feruentior aliis apparuit, ſanctæ orationis, pœnitentię, & mortificationis operibus iugiter ſe exercens, quo fit vt Beata Angelina è viuis abſcedente, in cœlum ann. 1435. illi ſucceſſerit in ſecundam ſuperiorem generalem huiuſce tertij Inſtituti: quo in munere nouis virtutibus, & miraculis inſigniter refulſit. Non minore etiam patientia emicuit in vltima ſua infirmitate, qua ad Deum fœliciter perrexit, hac die, ann. 1440. ſuæ ætatis 63. & religionis 45. corpus eius ingenti cum reuerentia in capſa lignea reconditum, ſepultum eſt in Eccleſia ſui Monaſterij Sanctæ Agnetis (quod eſt 9. Prouinc. Sancti Franciſci) ad cornu Epiſtolæ maioris altaris. Quoties apertus fuit eius tumulus, toties corpus eſt repertum integrum, & incorruptum, ſuauiſſimam ſpirans odoris fragrantiam: necnon miraculis coruſcans. Eximia eius geſta deſcribunt Iacobillus de SS. Fulginatibus ex Toſſiniano, & aliis. Gonzaga 2. part. ſup. in præfatis Monaſteriis. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minorum lib. 4. cap. 17. De Sillis in cap. 1. regul. tertii Ordinis. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1392. §. 15. & tom. 5. ann. 1440. §. 20. Barrezzus ſup. lib. 2. cap. 14. Diſtinguitur à Beata Margarita Sulmonenſi, quæ Fulginij, fundatrix, haud vltima extitit Monaſterii S. Luciæ: iacet autem Romę, vbi obiit ann. 1452. die 5. Septemb.

§. 11. *Beata Agnetis à Ferro Tertiaria.* [g]] Cùm hæc nobiliſſima ac deuotiſſima Heroïna, patria Arragonenſis, atque Reginæ Arragoniæ, matris ſcilicet Ferdinandi V. Hiſpaniæ Regis, domicella, Regię tædio afficeretur, cuperetque id quod ſibi vitæ reſiduum erat Deo ſacratum, ſpretis mundi honoribus, atque omni ferè familiari re pauperibus diſtributa, Vlmetum ſe contulit; ædificatoque ibi Monaſterio, ſub nomine S. Eliſabethæ de Ieſu, Tertiariarum Franciſcanarum regulam ſimul cum tribus ex filio, ſeu fratre, neptibus, poſt tranſactum probationis annum, de religioſo more, ann. 1496. profeſſa eſt, vbi & in maxima paupertate, humilitate atque ſanctimonia, cum illis, atque cæteris ſibi adhærentibus egit. Demum naturę debitum perſoluens, glorioſè obiit in Chriſto, ibique humata eſt. Hæc ex Gonzaga ſup. part. 3. in præfato Monaſterio, quod eſt 34. Prouincię Conceptionis. Barezzo ſup. lib. 2. cap. 54. Valerio ſupra cap. 30. Vvadingho tom. 7. ſup. ad ann. 1496. §. 30.

DECIMO

DECIMO OCTAVO KALENDAS IVLII.

IN Gallia, Beati [a] Franciſci Tarelli, Martyris, ob fidem Catholicam ab hæreticis interfecti. In Mexico, Beati [b] Ioannis à Zumarraga, primi Mexicani Archiepiſcopi: qui omnium virtutum ſpecimen factus, verbo & exemplo, atque Paſtorali ſolicitudine gregem ſibi commiſſum inſtruxit, & ſignis admirandis fulſit. Modœtiæ in Inſubria, Beati [c] Lodouici Biaſſonis, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Aſſiſij in Vmbria, Beatę [d] Cæciliæ Cacciaguerræ, virginis: quæ mirabili vitæ exemplo, ac monaſtica obſeruantia, conſpicua, ſanctiſſimè ſpiritum Deo reddidit. Viueri, in Territorio Mindonienſi, Beatę [e] Conſtantiæ à Caſtro, viduæ Tertiariæ: genere, virtute, atque ſanctitate illuſtriſſimæ. Cordubæ, Beatæ [f] Marinæ de Chriſto, Virginis.

IVNII XIV.

BEati Franciſci, Martyr. [a] Cùm hæretici per
§. 1. Galliam rabie pluſquam ferina debaccharentur: tunc & ipſe B. Franciſcus *Tarel*, Prouinc. Franciæ alumnus, in eorum manus incidit, à quibus martyrij palmam accepit circa ann. 1567. ita Picquetus in Catalogo martyr. Ordin. Minor. Daça 4 part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 58.

§. 2. *B. Ioannis à Zumarraga, Archiepiſcopi.* [b] Cantaber erat natione, ex oppido *Durango* oriundus: habitum S. Franciſci ſuſcepit in Conuentu de *Abrojo*, Prouinciæ Conceptionis: in qua ſæpius Guardianus, Diffinitor, & tandem Prouincialis extitit: magna in his muneribus prudentia & religione conſpicuus. Carolus V. Imperator cernens quanta ineſſet homini virtus, ac probitas, magni eum omninò exinde fecit, ac paulò poſt Inquiſitorem in Cantabras Striges cõſtituit. Functum verò eo munere cum eximia integritate, primum deſignauit Mexici Epiſcopum; reſtitit quoad potuit, donec Superioris iuſſu, ſuſcipere munus coactus eſt. Epiſcopus, necdum tamen conſecratus, ann. 1528. nouam Hiſpaniam, Protectoris Indorum titulo: maximiſque omnino à Carolo Cęſare acceptis priuilegiis profectus eſt. Nouam Hiſpaniam ingreſſus, cùm eam Prouinciam multis obrutam vitiis inueniſſet; dedit operam ſedulò, vt eam ad virtutis amorem reduceret. Quo factum eſt, vt tametſi valdè omnibus eſſet amabilis, magno tamen odio, & ille, & qui cum illo erant, Fratres à non paucis impeterentur. Qua de re ſcripſit tandem ad Imperatorem, certiorem eum faciens, ſuper iis omnibus, quæ viderat, & didicerat. Imperatrix, abſente Cæſare, litteras accepit, rebus neceſſariis opportunè prouidit, & quotquot B. Patrem vexauerant, ab officiis depoſuit: iuſſitque in Caſtellam reuerti: ipſumque Antiſtitem ad ſuſcipiendum conſecrationis munus reuocauit.

Hanc ob cauſam in Hiſpaniam regreſſus ann. 1532.
§. 3. ſe & Religioſos Fratres à calumniis illatis defendit, extremaſque miſerias & calamitates infœlicium Indorum expoſuit. Iter, tunc temporis, ſemper pedibus faciebat, magna paupertatis, Religionis & pœnitentiæ ſignificatione: Religioſos quoſcumque Fratres excitans & adhortãs, vt ad ſanctiſſimum hoc conuerſionis animarum munus proficiſcerentur. Inde Mexicanam vrbem, quæ caput eſt nouæ Hiſpaniæ, conſecratus repetens ann. 1534. in eum dignitatis gradum, qui eius meritis debebatur, eſt repoſitus. Indos, qui Chriſto nomen dederant, plus ille quàm filios quiſquam ſuos diligebat. Aſſidebat ægrotantibus, eoſque in miſeriis & calamitatibus ſolabatur: nec defatigabatur vnquam, omnia eis paſtoris munia impendens. Admonitus quandoque à nobilibus viris Hiſpanis ne ita Indos familiariter attrectaret: futurum enim, vt qui æger & imbecillis eſſet, peſſimo odore, quem ſordibus ij, & paupertate fœdi ſpirabant, affligeretur: magno animi & ſpiritus feruore reſpondit: *Malus quidem odor è vobis prouenit, voſque ipſi ægritudinum mihi cauſa eſtis, non vt Chriſtiani vitam inſtituentes, ſed deliciis & voluptatibus immerſi: miſeri autem Indi cœlum mihi redolent, ſanitatem reſtituunt, me ſolantur, & veram Chriſtianæ vitæ normam edocent.*

Tanto monaſticæ obſeruantiæ amore tenebatur, vt §. 4.
extra Pontificalia munia, à minimo quopiam Fratre nihil differret, in victu, veſtitu, lecto, ſilentio, paupertate, &c. nil prorſus immutauit. *Monachus eſſe*, inquiebat, *non Epiſcopus volo.* Cùm quidam vir nobilis ex Peruana Regione Mexicum veniſſet, ei aliquando ſoli per viam ambulanti occurrens, rogauit: Quiſnam eſſet ille monachus, qui ita ſolus ambularet? dicenſque Epiſcopum eſſe: *O fœlicem*, inquit *ciuitatem, quæ præſulem huiuſmodi habere meruiſti.* Ad inſtantiam Caroli V. Imper. litteras quidem Apoſtolicas accepit, quibus à ſummo Pontifice Romano, primus Archiep. Mexicanus conſtituebatur: ſed ob id maxima anxietate fatigatus, fecit quod potuit, vt ab ea dignitate recederet, neve illam acceptaret. Infirmatus ad mortem Mexicum reuertitur: & acceptis ſacramentis Eccleſiaſticis, animam exhalauit illis verbis *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, die Dominica poſt feſtum Corporis Chriſti, hora nona, ante-meridiana, ann. Chriſti 1548. Octuagenario maior.

Ipſe quidem corpus ſuum in Conuentu Min. cum §. 5.
aliis Religioſis eiuſdem Ordinis ſepeliri iuſſit; ſed quia primus fuerat Eccleſiæ Mexicanæ præſul, in ea ſepultus eſt, ad ſacrarij fores, iuxta maius altare, ad Euangelij locum. In morte & poſt obitum ſignis claruit. Fertur eius corpus adhuc eſſe integrum, Deumque per illud multa edere mirabilia. Plures de eo copioſiſſimè ſcripſerunt, Gonzaga Origin. Seraph. Relig. part. 1. vbi de Archiep. huiuſce Ordin. & part. 3. in Conuentu de Abroio, qui eſt 16. Prouinc. Conception. Item part. 4. in Conuentu Mexicano, qui eſt

Digitized by Google

1. Prouinc. S. Euangelij. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. à cap. 1. vſque 9. Rapinæus in Hiſtoria General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 1. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chron. Minor. lib. 9. cap. 53. Hilarion, à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Lopez Gamara lib. 2. Hiſtor. Indiar. Occident. cap. 95. Sedulius commentar. in vit. S. Franc. cap. 3. §. 8. Marianus lib. 1. cap. 46. & ſeq. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 11. & cap. 43. & ſeq. ex multis. Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Wadinghus tomo 5. Annal. Minor. ad ann. 1415. §. 28.

§. 6. *Beati Ludouici Biaſſonis, Confeſſoris.* [c]] Claruit ann. 1525. apud Conuentum S. Mariæ de Gratiis Modoetiæ, qui eſt 9. Prouinc. Mediolanenſ. cuius corpus ibidem in ſacello Diui Bernardini humatum, ſumma veneratione à fidelibus colitur. Illius meminere Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, & Barezzus ſupra lib. 1. cap. 46. ad ann. 1526. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1461. §. 27.

§. 7. *Beata Cæcilia Cacciaguerra, Virgin.* [d]] Galterij *Cacciaguerræ*, Hiſpalenſis filia fuit: monaſterium S. Damiani, iuxta Aſſiſium, eſt ingreſſa: in quo mirabili exemplo vitæ, ſanctiſſimè Chriſto inſeruiuit, annis 39. cuius corpus ſepultum eſt in Eccleſia ſancti Georgij eiuſdem vrbis. Hæc Barezzus ſup. lib. 2. capit. 13. Floruit autem circa tempus S. Claræ virginis, paulò poſt: nam ſorores Clariſſæ ex hoc loco, ad nouum S. Georgij, intra Aſſiſium, monaſterium conuolantes, fratres Minores Conuentum S. Damiani extunc inhabitarunt: eſtque ſecundus Prouinc. ſancti Franc. Vide ad 12. Auguſti §. 1. & 2. Octobr. §. 1. Toſſinian. lib. 1. Hiſtor. Seraph. Wadingh. tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1215. §. 37. ex Mariano in Append. lib. 1. Valerius de SS. Fœmin. lib. 4. cap. 16. Thielmans, tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin.

B. Conſtantia, Virg. [e]] Coniux erat nobiliſſimi he- §. 8.
roïs Roderici *Diaz* de Andrada, qui fortiter occubuit ſub Ferdinando Rege, cognomento Catholico, in Regno Granatenſi. Refert Wadingh. tom. 2. ſup. ad ann. 1287. §. 19. corpus huiuſmodi B. Conſtantiæ aſſeruatum in ſacello S. Crucis, Conuentus oppidi *Vtueri* apud Gallæcos, detectum fuiſſe an. 1611. quod tunc ſuauiſſimum emiſit odorem, & miraculis aliquot ſuæ probitatis, & virtutis atque ſanctitatis teſtimonium perhibuit: cum approbatione R. Petri Fernandez *Zorillæ* Mindonienſis Epiſcopi.

B. Marina, Virgin. [f]] Non ſolùm egregia vir- §. 9.
tute floruit: ſed & ann. 1598. piè & magna ſanctimonia ex hac vita deceſſit, in monaſterio S. Eliſabeth. de Angelis Cordubenſis, quod eſt 8. Prouinciæ Granatenſ. Hæc ex MSS. monumentis, & Wadingho tomo ſeptimo, ſupra, ad annum 1483. paragrapho 54.

DECIMO SEPTIMO KALENDAS IVLII.

IN Picœno, Beati [a] Matthæi à Montone, Confeſſoris: Seraphici Patris S Franciſci Diſcipuli: qui Prouinciale munus in Marchia præclarè geſſit, & ſancto fine quieuit. Oueti in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [b] Petri Compatris, Confeſſoris: Magnæ ſanctitatis viri. In Italia, Beati [c] Gerardi, Confeſſoris: doctrina, pietate, patientia, & ſignis admirandis conſpicui. Bellalcazari in Territorio Cordubenſi, Beati [d] Antonij à Cruce, Confeſſoris; genere, vitæ ſanctitate, & virginitate, illuſtriſſimi. Apud Tetzcucum, in Mexicana Indiæ Occiduæ Prouincia, Beati [e] Michaelis de Garrouillas, Confeſſoris; qui paupertate, abſtinentia, & charitate valdè eluxit. Antiquæ Mellariæ, in Territorio Cordubenſi, Beatæ [f] Ioannæ à Sancto Stephano, Virginis, humilitate, & oratione laudabilis.

IVNII XV.

§. 1. BEati Matthæi, Confeſſ. [a]] *Matthias* etiam quandoque appellatur: cuius meminerunt Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 1. capit. 49. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1256. §. 15. Toſſinianus lib. 2. ſub. B. Ioanne Parmenſ. Generali.

§. 2. *B. Petri Compatris, Confeſſor.* [b]] Hunc Seraphicus pater deſtinauit ad Aſtures transmontanos, qui Oueti ſedem ſuam poſuit: in qua ſanctiſſimè vixit, obiitque ann. 1268. Moriens autem, iuxta portam Eccleſiæ, à parte interiori, diu humi iacuit, donec 26. Maij ann. Domini 1487. ad eminentiorem atque honorabiliorem locum, ad inſtantiam, & ſumptibus nobilis viri Alphonſi de *Baldercabano*, Aſturum Gubernatoris, ſupra præcipuam Eccleſiæ portam tranſlatus fuit: vbi religioſa fidelium veneratione colebatur vt ſanctus & Deo charus; cuius ſepulchro impoſitum Epitaphium hoc à piis quibuſdam viris appoſitum fuit.

Frater Petrus ego, cognomine Compater antè
Carnis hic oſſa tego, me Saluatore vocante,
Annis millenis, centum bis, decem ſex, octo, plenis.
Sanctus obiit Frater de genere Minorum,
Compater imò Pater appellatus miſerorum.
Filius atque Dei, voce fauente Dei.

Quibus verſibus indicatur, populo habitum pro ſancto: compaſſiuum fuiſſe erga pauperes, & fauore aliquo cœleſti affectum, quo Deus dignaretur eum filium ſuum appellare. Addunt Gonzaga 3. part. Origin. Seraph. in Conuentu Sancti Franciſci Ouetenſ. qui

Digitized by Google

qui eſt 3. Prouinc. Diui Iacobi: & Vvadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1214. §. 9. volens Diem obiiſſe extremum, ann. 1216. menſe Octobri: cùm tamen ille verſus

Annis millenis, centum bis, decem ſex, octo, plenis
nil aliud indicet, quàm defunctum eſſe ann. 1268. die vltima Decembris; etenim ſi ſumas 1200. adiungaſque decem ſex. id eſt, ſexaginta: cum octo plenis ſcilicet expletis, profectò numerum efficient 1268. & menſe Decembri completo, eiuſd. an. 1268. mortuum eſſe, fatendum erit.

§. 3. Porrò, alia adhuc Tranſlatio Reliquiarum ſancti huius viri facta eſt ann. 1594. die 15. Iunij per V. P. Ludouicum de *Qiros*, Guardianum, & Theologiæ profeſſorem, in locum decentiorem: dùm murus, in quo antea conditæ erant, ruinam minaretur. Huic piç actioni interfuerunt Dominus Ludouicus *Carillo* de Mendoça Aſturiæ Gubernator, & illius ditionis nobiles quique, ac viri præcipui; quibus aliquæ partes oſſium diſtributæ ſunt, & byſſini veli, quibus inuoluebantur Reliquiæ, quç non pauca operatç ſunt miracula, prout ſcribit Vvadinghus ſup. ex additionibus Prouinc. S. Iacobi in præfato Conuentu Ouetenſi. Tielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraph. Ordin.

§. 4. *B. Gerardi, Confeſſ.* [c]] *Gerardus, Gerardinus*, & *Guardus*, nuncupatur. Dubitatur verò an ille fuerit F. Gerardus miniſter, ſeu Guardianus Reatinus, qui B. Patri Franciſco ęgrotanti apud Aſſiſium miſit nonnullos piſciculos, vt iis veſceretur, qua de re Legenda trium ſocior. S. Franciſc. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. ſup. lib. 2. cap. 62. & Vvadinghus tom. 1. ſupra, ad ann. 1225. §. 13. vel ipſe ſit *B Gerardinus* ſeu *Guardus*, qui Peruſij ſermonem de libero hominis arbitrio habuit cum B. Ægidio, D. Franciſci ſocio, præſente D. Iacoba, à ſeptem Soliis, Romanar. matronar. nobiliſſima: cuius rei meminit Marcus ſup. libro 7. cap. 15. & Vvadinghus tom. 2. ſupra, ad ann. 1262. §. 16. poſt Piſanum, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. S. Franciſc. vbi de B. Ægidio; ſeu denique idem ſit cum *B. Girardo* Mutinenſi, de quo infra ad 25. Auguſt.

§. 5. At quicquid ſit, conſtat hunc B. Gerardum vita & Religione, atque eruditione valdè emicuiſſe. Quare cùm B. Ioannes à Parma, Generalis totius Ordin. Minor. ablegatus fuiſſet in Orientem à ſummo Pontifice Innocentio IV. ann. 1249. tractandæ vnionis gratia inter Græcos & Eccleſiam Romanam: ſocios habuit ſecum viros ſanctos, & doctos, quorum vnus fuit B. Gerardus; inter alia ſanctitatis argumenta, ſpiritu Prophetico præditus. Huic etenim Deus reuelauit eam S. Ludouici, Regis Franciæ & Chriſtiani populi captiuitatem, quæ in Ægypto accidit ann. 1250. Eadem quippe hora, qua peccatis aliorum exigentibus S. Rex, in manus peruenit hoſtium, B. Gerardus Concionem habebat ad populum in foro Conſtantinopolitano; verbum autem Dei in feruore ſpiritus proſecutus, factus eſt in exceſſu mentis: at poſtmodum in ſe reuerſus, cum fletu & eiulatu: *Modo* (inquit) *hac ipſa hora, capta eſt Aquila*: populo attonito, & ſuſpenſo, nec percipiente quid hoc nomine Aquilæ deſignaret, clariùs declarans: *Nunc* (inquit) *à Sarracenis, vir Dei Chriſtianiſſimus Rex Francor. Ludouicus, cum exercitu ſuo captus eſt.* Notarunt præſentes diem & horam, & præ reliquis Dominus Epiſcopus Bondiniciæ, tum præſens, qui hæc ipſa B. P. Angelo Clareno, vt ipſe teſtatur ſæpiùs, retulit; cæterum veritatem reuelationis probatus, diligenti obſeruatione, rei euentus confirmauit.

Non prætereundum etiam: cùm idem B. Gerardus ex commiſſione pręfati Generalis, tum agentis in Gręcia, viſitator ablegatus eſſet Prouinciæ Romanæ, nauem conſcendit: ſed nautæ propitio vento curſum tenentes nauigationis, feſtinabant in Italiam? atque obliti conuentionis, periculum damnumque allegabant, ne applicantes, virum Dei deponerent. At ille, mox ad orationem confugiẽs, ventum impetrauit contrarium: quare vel coacti, promiſſum obſeruarunt, & iniectum ſcapha ad portum deducunt. Tunc vir ſanctus ad nautas conuerſus: feſtinate, inquit ad Nauarchum, ſuadentes, vt curſum proſequatur: ventus quippè, Dei nutu, contrarius fuit, vt mihi integrum fieret obedientiæ prælati ſatisfacere: deinceps verò fauebit: quod ita euenit. Ac poſtea iidem nautæ, & Raphael Natalis, hęc ipſa, miraculi inſtar, nobis retulerunt (ait B. Clarenus) dùm ibidem ſimul nauigaremus: qui & addit de eod. B. Gerardo. *Similes ſibi ſocios vir ſanctus* (ſcilicet B. Ioannes Parmenſis Generalis miniſter) *habere ſtudebat, vt exemplo ſanctæ conuerſationis eorum, ad bonum Fratres, quos viſitabat, poſſet attrahere.* §. 6.

Reuerſus in Italiam, parem cum ipſo B. Ioanne, Generali, paſſus eſt aduerſariorum inuidiam, (qua de re ſup. ad 19. Martij) qua, & Doctrinæ Ioachimæ maculam illi falſo inurere niſi ſunt, & quæque grauiora infligere, tanquam de corrupta, vel læſa fide ſuſpecto: licet neque ſe, contra Concilium Lateranenſe Oecumenicum, præfatam doctrinam reprobans, credere, imò veriùs, quæcumque ſacra Catholica Concilia ſtatuiſſe ſçpiùs proteſtaretur. Damnatus itaque ad carceres perpetuas, per decem & octo annos incluſus, miræ ſigna patientiæ dedit, quibus permotus Seraphicus Doctor S. Bonauentura, Generalis Ordinis, eum libertate donauit; qui ad vſque vitæ finem, virtutibus admirandis, & ſingulari ſanctitate exornatus, beato fine quieuit. Agunt de eo Bernardus à Beſſa, & Peregrinus Bononienſis, in Chronic. Angelus Clarenus in tribulatione 3. Ord. Minor. Marianus lib. 2. cap. 20. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſupra, libro primo, capite 39. Vvadinghus tom. 1. ſupra, ad annum 1249. §. 5. & 1250. §. 1. ac tom. 2. ann. 1256. §. 2. & ſequenti. §. 7.

B. Antonij, Confeſſ. [d]] Filius erat B. Alphonſi à Cruce, Frater B. Ludouici à Cruce, & nepos B. Ioanniſ à Popula, vulgò *de la Puebla*: omnes quippe Comites erant Bellalcazaris, cognominabanturque *à Soto maiore*: & Franciſcani effecti, vitæ ſanctitate, longè alios ſuperarunt. Hic itaque B. Antonius *de Zuninga*, *à Soto maiore* ſeu *à Cruce*; tantam ſui ipſius aliis præbuit opinionem, vt pro ſancto à cunctis haberetur. Adoleſcens ſpiritum Deo reddidit, anno ætatis ſuæ 23. cùm Diaconus eſſet; ſepultuſque eſt Bellalcazari, in Conuentu SS. Martyrum Berardi & ſociorum, qui eſt 2. Prouinciæ Angelorum. Tempore ſui obitus, quidam Religioſus, orationi vacans, animam illius vidit in cœlum conſcendere, palmam virginitatis in manibus ferentem, infinitaque Angelorum phalange ſtipatam. Vti ſcribit Daça part. 4. Minor. Chron. lib. 1. cap. 42. ex Monimentis præfatæ Prouinciæ. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 2. & Vvadinghus tomo ſexto, ad annum 1474. §. 30. §. 8.

B. Michaelis de Garrouillas, Confeſſoris. [e]] Vir ſanè fuit omni virtute ac pietate præditus. Qui cùm ex oppido *Garrouillas* oriundus, Franciſcanæ Religionis habitum in Prouincia Pietatis apud Luſitanos, ſub præſtantiſſimo Patre B. Ioanne Guadalupenſi ſuſce- §. 9.

Digitized by Google

piſſet; poſt modumque ſtrictioris vitę ducendæ ergo, in Sancti Gabrielis Prouinciam ſub ann. Domini 1510. ſe contuliſſet: incredibili quodam animarum zelo ductus, has ad regiones cum B. Alphonſo de *Scalona*, ſub ann. Domini, 1531. traiecit: cæterorumque huius Prouinciæ Patrum Catalogo adſcribi voluit. Qui licet Indicum idioma ignorauerit, nihilominus tamen in infidelium conuerſione ſupra modum profecit. Nam ea fuit eius paupertas, ac humilitas, patientia & humanitas, ac ea denique religio cum charitate coniuncta: vt huius regionis indigenas in ſui admirationem traxerit, atque ad benè, Chriſtianéque viuendum inuitauerit. Nudis præterea pedibus ad decrepitam vſque ętatem incedens: aliquantuloque iuſculo & inſipidis Conuentus herbis, centeſimum cùm in hoc vitæ inſtituto annum attigiſſet, nec aliquid aliud in amictum pręter ſimplicem pauperrimumque habitum admiſiſſet; Eccleſiaſticis Sacramentis de Chriſtiano more munitus, in Domino fœliciter obdormiuit: ſepultuſque eſt in Conuentu S. Antonij de Padua Tetzcuci, qui eſt 11. Prouinc. Sancti Euangelij. Agunt de eo Gonzaga part. 4. Origin. Seraph. Relig. in prædicto Conuentu: & Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 35. ad ann. 1571. Rapinęus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 5. part. 2. §. 8. & Decad. 7. part. 3. pag. 359. Marianus lib. 2. capit. 12. Chronic. ſtrictior. obſeruant. Refformat. Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

B. Ioanna Virg. f] Ingenti humilitate exornata §. 10.
orationi tantoperè vacabat, vt dies noctéſque in ea conſumeret: cuius virtute roborata, complures Dæmonum viſibiles inſultus domuit, vicitque. Fœlicem eius ad Deum tranſitum multitudo Angelorum dulciſſimo concentu celebrauit, cum eo hymno: *Pange lingua glorioſi*. Iacet Antiquę Mellarię, in monaſterio de ſpe, quod eſt 7. Prouinc. Angelorum. Hæc Daça lib. 4. cap. 50. ſup. ad ann. 1600. quo floruit, ex Monimentis ipſius Prouinciæ.

SEXTO DECIMO KALENDAS IVLII.

APud Burgum S. Andeoli, in Territorio Viuarienſi, Beati [a] Martini Martyris: quem hæretica rabies, ob Religionem Catholicam, ſubiecto igne, in holocauſtum concremauit. Donzenachi, in Aquitania, Beatorum [b] Martyrum Ioannis & Martini; qui gladiis hæreticorum Caluiniſtarum, trucidati ſunt. In India Orientali, Beati [c] Ioannis Alburquertij, ſecundi Goani Epiſcopi; qui doctrina & ſanctimonia pollens, latiſſimas Regiones luce Euangelij colluſtrauit. Peruſię, Beati [d] Nicolai Aſſiſiatis, Confeſſoris: charitate, patientia, & gloria miraculorum ſpectabilis. Bononiæ, Beati [e] Guillelmi à Cortemilio, Confeſſoris: virtutibus & ſignis admirandis celebris. In Romandiola, Beati [f] Ioannis Rauennatis, Confeſſoris, Tertiarij: vita & miraculis clari. Apud Montem Politianum, in Tuſcia, Beati [g] Angelini Daneſij, Confeſſoris. In monaſterio Concenſi Palentinæ Diœceſis, Beatę [h] Catharinę à Gueuarra, Virginis.

IVNII XVI.

§. 1. BEati *Martini, Martyr.* [a]] Laicus erat, & alumnus Conuentus Burgi S. Andeoli: quem anno 1562. 16. Iunij ſic expilauit, profanauit, flammiſque abſumpſit hæretica inſania, vt ſoli parietes ſuperfuerint, cúmque hæretici omnia perluſtrarent, ſolum hunc Laicum F. Martinum ægrotum, in valetudinario offenderunt: quem cum ſtrato in pomarium petulanter reptantes, ſubiecto igne, iam ſeminecem ſemilemures concremauerunt. Atque ij ſunt cenſorum pię Antiquitates, & (ſi ſuperis placet) reformatorum Eccleſiæ belluini mores: quibus nil crudelius excogitari, nil execrabilius fieri poteſt. At paulò poſt, ſceleris auctor, hæreticorum præfectus, nimirum Victor *de Combas*: ipſomet ann. 13. Nouembris ibidem vnà cum filio captus, pœnam tantæ ſæuitiæ & crudelitatis, ſuo ſanguine luit. Ita Picquetus & Foderetus in Deſcriptione Prouinc. Burgundiæ, vbi de eo Conuentu, qui eſt 41. eiuſd. Prouinc. Vvadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1400. §. 39.

§. 2. *BB. Ioannis & Martini, Martyr.* [b]] Non ſatis fuiſſe videbatur hæreticis Conuentum Minoritanum Donzenachenſem ſpoliaſſe, incendioque conflagraſſe, niſi & hos venerabiles patres illius accolas, circa ann. 1562. *B. Ioannem Chambonium, quod Romano Pontifici parendum fore conſtanter aſſereret atrociſſimè trucidaſſent, & B. Martinum Didirannum lethaliter, eadem prorſus de cauſa, vulneraſſent; ex quo etiam vulnere, animam cœlo reddidit, ac martyrium compleuit.* Ita Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in præfato Conuent, qui eſt 39. Prouinc. Aquitaniæ recentior. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1230. §. 21. Daça ſup. lib. 3. cap. 58.

B. Ioannis Alburquertij. Epiſcopi. [c]] Ex noſtris §. 3.
Recollectis aſſumptus eſt ad Epiſcopalem dignitatem: quam ſecundus exercuit in India Orientali, claruit autem ſingulari doctrina & ſanctitate. De eo ſic ſcribit Gonzaga part. 4. ſup. in Collegio Granganarico, quod eſt Prouinc. S. Thomæ. *Primus omnium Epiſcopus, qui à Portugallia Rege Ioanne ad Indos fuit miſſus: extitit Reuerendiſſim. Pater, F. Ioannes Alburquerquius Prouincia pietatis Minoritica alumnus: vir vtique omni ſanctitate atque religione præditus: qui ſecum duos ſocios Diuini honoris zelo inſignes attulit, &c.* Item Horatius Turſellinus lib. 2. cap. 1. B. Franciſci Xauerij: ab eo enim vocatur *Goanus Epiſcopus, Ioannes Alburquetius, vir ex Franciſcana familia, doctri-*

na &

Digitized by Google

na & Religione inſignis : nulli in tota India tunc erant Religioſi, præter Franciſcanos: ſcilicet, quando ipſe D. Franciſcus eò appulit. Quibus aſſentitur Rapinæus ſup. Decac. 5. part. 1. §. 6. Author libri: *Status Imperia, & Principatus mundi:* vbi de Goa : & Maffeius, qui tamen lib. 10. Hiſtor. Indicar. verſ. fin. clarè teſtatur alium Epiſcopum nomine *Fernandum*, etiam Minoritā, hunc præceſſiſſe: dicens. *Eodem Rectore* (Indiæ) *Nonnio, primus ex Epiſcoporum numero, ad Eccleſiaſticam rem inſpiciendam ordinandamque Fernandez ex Franciſcana familia, in Indiam venit: ibi cum cæteris functionibus: tum ſacramentis præſertim Confirmationis & Ordinis ritè miniſtrandis: necnon per ſacras Conciones & priuata colloquia, Luſitanis ad diſciplinam atque ad officium reuocandis, Ethnicis ad Chriſtianam alliciendis fidem, Epiſcopale munus egregiè præſtitit: nec dubium, quin multa & ab hoc viro, & ab aliis, in eo genere, digna relatu & præconio, geſta ſint.* Idem poſtea agens de Garzia Noronia, Nonnij ſucceſſore: hæc ſubdit, lib. 11. longè poſt. med. *Præter militares autem copias, Epiſcopo Fernando iam vita functo, virum egregium, qui eo munere fungeretur, ſecum Garzias adduxerat, Ioannem Albuquertium, è Franciſcana familia Caſtellanum, eiuſque comites atque adiutores: Vincentium ex eadem familia, Catechiſtam eximium, &c.* Daça cap. 53. lib. 1. Scribit ipſum Fernandum, ſeu Hernandum, conſecratum fuiſſe Epiſc. ann. 1531. Vide ſup. ad 21. April. §. 1. Illum verò B. Ioannem Epiſcopum, Maffeius vocat præſtanti ſapientia Pontificem, lib. 12. ante med. & ſanctus Franciſcus Xauerius, illum appellabat Antiſtitem vigilantiſſimum, eodem Maffeio teſte, lib. 14. poſt init. qui circa ann. 1556. loquitur de morte ipſius B. Goani Præſulis, lib. 16. verſ. fin. Iarricus verò ſub ann. 1558. part. 2. Hiſtor. Ind. Oriental. lib. 1. cap. 17. Daça 4. part. Chronic. Min. lib. 1. cap. 48. 52. & 53. ex Baptiſta Molez. capite 10. in memor. Prouinc. pietatis. Hiſtoria Orientis 1. part. lib. 3. cap. 20. Guzmano libro primo, cap. 5.

§. 4. *B. Nicolai Aſſiſiatis, Confeſſor.* [d]] Quo tempore vixerit haud obſcurè tradit B. Bartholomęus Piſanus, lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanct. illuſtr. Prouinc. D. Franciſci. *In prædicto loco de Peruſio, iacet F. Nicolaus, Laicus, de Aſſiſio, & infirmarius, charitate plenus, & vita ſanctiſſimus: qui parum eſt, quòd deceſſit, & ipſum à Deo mirificatum in cælis miracula atteſtantur in terris, quæ per eius preces & merita Dominus quotidie operatur.* Eius item meminit fruct. 11. part. 2. ibid. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Vvadinghus tom. 2. ſup. ann. 1254. §. 47. qui ait iacere in Campo *de horto*, & tom. 4. ad ann. 1378. §. 12. Item tom. 5. ann. 1415. §. 15. quo mortuum aſſerit. Toſſinianus lib. . hiſtor. Seraph. Corrigendus Gonzaga ex vno duos faciens Nicolaos: atque Picquetus, in Catalogo viror. illuſt. Ordin. Minor.

§. 5. *B. Guillelmi, à Cortimilio. Confeſſ.* [c]] Ligur erat natione, & Laicus profeſſione, vitæ ſanctiſſimæ, & miraculis præclarus. Obiit, ſepultuſque eſt in Antiquo Conuentu S. Mariæ de *Pugiolis*, apud Bononiam: qui poſtea ſub Clemẽte VII. Papa mutatus in monaſterium Monialiū ſub titulo S. Bernardini: dùm aperiendis fundamentis foſſores diligentius intenderent, in tria BB. Nicolai, Bonitij, atque huius Guillelmi veneranda corpora, ex inſperato inciderunt: locello autem Beati Guillelmi ſequens Epitaphium appoſitum erat.

Guillermus alter nomine
Sacro pollens eloquio,
Vrbis iſtius incolas
In viam traxit Domini.

Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus ſup. in Prouinc. Bononienſ. fruct. 8. part. 2. & fruct. 11. part. 2. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis & part. 2. in prædicto monaſterio, quod eſt 6. Prouinc. Bononienſ. Toſſinianus ſup. Vvadinghus tom. 1. ſupra, ad ann. 1220. §. 11. & tom. 3. ad ann. 1305. §. 3. ab eo vocatus Guillelmus *de Placentia*. Picquetus ſup.

B. Ioannis Rauennatis. [f]] Virtutibus illuſtris, plura quoque edidit miracula. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 9. cap. 25. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris Tertij Ordin. Minor. Vvadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1242. §. 21. ex Mariano libr. 2. cap. 25. Marulo lib. 4. Hiſtor. ſacræ Religion. in 3. Ordin. Franciſcan. De Sillis, in cap. 1. Regul. tertij Ordin. à quo *Ioanna* dicitur. De Torres in practic. exhortationib. ſuper eamd. Regul. pag. 38. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 30. poſt D. Bernardinum de Buſtis part. 2. Roſar. Quadrageſ. concion. 27. part. 2. & Thielmans tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin. §. 6.

B. Angelini Daniſii, Confeſſ. [g]] Inter complures viros ſanctitate clariſſimos, quos Mons-Politiana ciuitas produxit: hic vnus fuit iuxta Gonzagam part. 2. ſup. vbi de Conuentu S. Mariæ de Fonte Caſtello propè Montem-Politianum, qui eſt 27. Prouinc. Tuſciæ: hiſce verbis. *B. F. Angelinus Daneſius, de Tertio* (*niſi nos vulgaris fallit opinio*) *Seraphici P. Franciſci Ordine, ac in Eccleſia Sancti Franciſci huiuſmet ciuitatis, miraculis opimus, honorificè tumulatus.* Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. Hunc eſſe arbitror, quem Vvadinghus vocat *Angelum Daneſium*, Politianum Sindycum Apoſtolicum, Conuentus Minor. apud Montempolitianum fundatorem tom. 2. ann. 1269. §. 14. & tom. 5. ad ann. 1445. §. 26. §. 7.

B. Catharinæ, Virg. [h] Hæc cùm die Annuntiationis B. Mariæ Virg. in cubiculo quieſceret, vocata eſt à venerabili muliere veſte candida circumamicta, vt exiret. Nōn prius egreſſa, quàm; fulgur totum cubiculum inflammaret, inflammatum, in cineres abiret. Alias dùm animam ann. 1561. ſanctiſſimè efflaret; egregium & mirabile lumen fulſit in habitaculo: Apud monaſterium Concenſe, quod eſt 9. Prouinciæ Conception. Virg. ita Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1450. §. 42. §. 8.

Digitized by Google

QVINTO-DECIMO CALENDAS IVLII.

IN Vmbria, Beati [a] Arnaldi, Confeſſoris: eruditione, & vitæ ſanctitate inſignis. Liuiæ in Territorio Legionenſi, Beati [b] Didaci Villalonij, Confeſſoris: qui mira patientia, abſtinentia, oratione atque humilitate, & charitate perfectiſſimè reſplenduit. Reate in Sabinis, Beati [c] Angeli Confeſſoris: ſingulari bonitate, & ingenti perfectionę præditi. Aquilæ in Veſtinis, Beatæ [d] Ludouicæ Aquilanæ, Virginis: quæ vitæ perfectione, extatica oratione, atque miraculorum gloria illuxit. Montilliæ, in Hiſpania, Beatæ [e] Mentiæ à ſancto Martino virginis, eiuſdem loci primæ Abbatiſſæ: quæ mira abſtinentia, oratione, ac profundiſſima animi demiſſione, inſigniter refulſit. Bellalcazari in Territorio Cordubenſi, Beatę [f] Catharinæ de Columna, Virginis.

IVNII XVII.

§. 1. B. *Arnaldi, Confeſſ.* [a]] De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 5, cap. 28. §. 1. & lib. 6. cap. 23. §. 2. & lib. 7. cap. 6. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1298. §. 4. & tom. 3 ann. 1309. §. 21. Prouinciæ S. Franciſci fuit alumnus, *Reginaldus, Renaldus*, ſeu *Arnaldus* nuncupatus: Doctrina & ſanctitate pollens. Dùm autem F. Gentilis de Monte-Florum, ex lectore ſacri Palatij: à Bonifacio VIII. Papa creatus eſſet Presbyter Cardinalis, titulo Sancti Martini in Montibus ann. 1299. illi in eodem Lectoris Officio Romę ſubrogatus eſt ipſe B. Arnaldus. Qui & poſtea perpetuus Confeſſarius extitit B. Angelæ à Fulgineo, Viduæ Tertiarię, cuius vitam virtutibus & ſanctitate plenam deſcripſit: quæ à multis Prælatis & Doctoribus fuit examinata & approbata: tum denuò typis excuſa eſt Pariſiis ann. 1598. apud Guillelmum *Chaudiere*, via Iacobęa, cum approbatione Doctor. facultatis Theolog. Pariſienſ.

§. 2. *B. Didaci Villalonij, Confeſſ.* [b]] Huius Elogium ponit Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Religion. in Conuentu Sanctę Mariæ de Ieſu, Liuiæ, ſiue Auię, (vulgò *Villalon*) Diœceſis Legionenſis oppidi: qui eſt 26. Prouincię Sancti Iacobi, dicens. *Mortem obiit hoc in ipſo monaſterio, ſepulturamque obtinuit, anno Domini* 1571. *deuotiſſimus ac ſummè Religioſus, P. F. Didacus Villalonius, dùm eius præſidem ac nouitiorum P. Magiſtrum ageret: cuius in laboribus, atque infirmitatibus perferendis patientia, in aduerſitatibus, conſtantia, in Deum atque proximum charitas, & erga omnes humilitas (vt interim aſſiduam eius orationem, ſummam abſtinentiam, modeſtiam, atque morum compoſitionem taceam) incredibiles fuere. Quapropter, paulo antequam animam ſuo creatori reſtitueret, Chriſti Saluatoris noſtri, ac S. eius Matris, cuius ille, dùm viueret, obſeruantiſſimus extitit, præſentia dignari meruit.* Eadem confirmant Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 5. cap. 24. Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 4. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1470. §. 17.

§. 3. *B. Angeli, Confeſſ.* [c]] Picœns erat, profeſſioneque Laicus: ſingulari bonitate ac perfectione pollens. Qui ad tantum virtutis gradum peruenit, vt niſi neceſſitate corporali præditus fuiſſet, Angelus in carne degens credi potuiſſet. Moram traxit apud Conuentum S. Antonij Montis Reatis, vbi ſancto fine quieuit: cuius animam vidit in cœlum conſcendere pia quædam ſanctimonialis Monaſterij S. Claræ eiuſdem vrbis. Vixit circa ann. 1595. De eo agunt Barezzus part. 4 Chron. Min. lib. 10. cap. 70. ſub fin. ex Chron. Bonifacij Bonibelli de Reformatis Prouinc. Roman.

B. Ludouicæ Aquilanæ, Virgin. [d]] Socia fuit B. Iacobæ Aquilanæ, & exequiis B. Paulæ Fulginatis ann. 1470. interfuit, ſanctæ orationi admodum intenta erat: quo in exercitio tantam hauriebat conſolationem, vt ſæpè in extaſim rapta, eleuaretur à terra in altum, cuius vita vt lampas accenſa, & ſpeculum pulchrerrimum ſine macula, omnibus ſororibus perfectionis norma euaſit; obiit apud monaſterium Corporis Chriſti Aquilæ quod 1. Prouinc. Sancti Bernardini: claruit miraculis, quæ ob illius merita Deus inibi operatus eſt, & magno in honore à fidelibus habetur. Huius meminere Gonzaga ſup. in eo monaſterio, & Barezzus ſup. lib. 2. cap. 13. Toſſinianus. lib. 1. Hiſt. Seraph. Iacobillus de SS. Fulginat. in vita B. Paulæ Fulginat. 26. Ianuar. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1447. §. 90. & tom. 6. ann. 1472. §. 60. §. 4.

B. Mentiæ à S. Martino, Virg. [e]] Hæc illuſtris virgo, prima fuit Abbatiſſa. monaſt S. Claræ Montilliæ quod eſt 16. Prouin Granat. profundiſſima humilitate, feruida oratione, & mira abſtinentia, dotata: cuius ſic meminit Gonzaga 3. part. Origin. Seraph. Relig. in præfato monaſterio. *Huic annectenda venit ſoror Mentia à S. Martino prima huius loci Abbatiſſa: atque incredibilis orationis & abſtinentiæ fœmina: in cuius tranſitu, alia ſoror Deo cara Angelos decantantes, atque hunc Pſalmiſtæ verſiculum: Auditui meo dabis gaudium & lætitiam; & exultabunt oſſa humiliata: ſæpius repetẽtes audiuit.* Eadem atteſtatur Barezzus ſup. lib. 1. cap. 20. vocans eam *Mariam*, non *Mentiam*. Clarebat. ſub ann. 1515. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 2. Thielmans, tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin. §. 5.

B. Catharinæ, Virgin. [f]] Magiſtram nouitiarum egit, in monaſterio Bellalcazaris, (quod eſt 1. Prouinciæ Angelor.) vbi ſanctiſſimè obiit: cuius animam in ſpecie Columbæ vidit in cœlum aſcendere, B. Maria à ſancto Antonio, eius Diſcipula, dùm ſtaret ad orationem, teſte Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575. §. 6.

QVARTO

Digitized by Google

QVARTO DECIMO KALENDAS IVLII.

VAllonis, in Territorio Conſtantienſi, Beati [a] Guillelmi Seruaſerij, Martyris; qui, effuſo ſanguine, veritatem Catholicæ fidei conſignauit. Gandaui, Beati [b] Ioannis Amici, Martyris. Apud Inſulanos Molucenſes, Beati [c] Sebaſtiani à ſancto Ioſepho, Martyris: qui ſagittis toto corpore confixus, pro fide Chriſti occubuit. In Phocenſi Galliæ Prouincia, Beati [d] Raymundi Gaufredi, Confeſſoris, Doctoris eximij: qui nobilitate, pietate ac Religione pollens: Generalatus munere præclarè functus eſt in toto Ordine Seraphico: quique benignus, mitis, patiens, & ſui inſtituti zelantiſſimus effectus, à Bonifacio Papa VIII. Epiſcopus factus eſt: verùm officio Generalatus, ac dignitati Pontificali protinùs cedens, ob inſignem ipſius humilitatem: totum ſe dedit, vſque in finem, ſpiritualibus virtutum exercitiis. Mantuæ, Beati [e] Franciſci Bazonis, Confeſſoris: Genere, vitæ ſanctitate, & Angelica conuerſatione, illuſtris. Concæ-Camporum, in Territorio Palentino, Beatæ [f] Ioannæ à Gueuarra, Virginis: quę huius loci prima Abbatiſſa electa, prudentia, oratione, cæteriſque virtutibus enituit, ac miraculis poſt mortem coruſcauit.

IVNII XVIII.

§. 1. B*Eati Guillelmi Seruaſerij, Martyris.* [a]] De eo hęc ſcribit Gonzaga 3. part. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu S. Ludouici Regis, Valloniarum in Neuſtria, qui eſt 11. Prouinc. Francię Pariſ. *Cùm V. P. F. Guillelmus Seruaſerius, huius Conuentus Vicarius, in Caluiniſtas hæreticos, toti Galliæ infenſiſſimos hoſtes, acrius pro Concionatoris munere inueheretur; ab iiſdem deprehenſus, conuiciiſque, opprobriis, atque plagis ſaturatus: tum demum ſub eorum manibus, 18. Iunij, anno Domini 1560. illuſtre martyrum ſubiit.* Teſtatur eadem part. 1. in martyribus Minor. & Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 27. Elzearius lib. 3. cap. 10. ſacri Mont. Oliuet. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Min. Vuadinghus tom. 7. ad ann. 1477. §. 35.

§. 2. *B. Ioan. Martyr.* [b]] Memoratur ab Arnoldo de Raiſſa, in Auctario ad natales SS. Belgij Ioannis Molani, hac die, ex Archiuis Conuentus S. Franciſci Antuerpienſ. Hic quippe, cùm ex inſtituto ſuo Prędicator & Confeſſarius eſſet, è ſuis omnium primus, quaſi ve[?]ando, hæreticorum aciem ingreſſus, quia Franciſcanus erat, nempe iuratus hoſtis hæreticorum, interemptus eſt: videlicet cùm è Conuentu ſuo Bergæ ad Sonam iter iniiſſet, in via à Geuziis grauiter ſcopeto ſauciatus, paulò poſt Louanij ex vulnere occubuit ann. 1569. Boenerius in Hiſtor. Franciſcan. German. inferior.

§. 3. *B. Sebaſtiani, Mart.* [c]] Paſſus eſt hac die an. 1610. Natus autem nobili proſapia, refertur, intra confinia Prouinciæ S. Ioſephi, ex Villa Medinæ Campi, in Hiſpania; qui exindè euocatus, ad prægnantes Euangelij ſementes, in gentibus ſeminandas, in Prouincia D. Georgij Philippinarum deſtinatus eſt, vt ſermonis potentia, & virginali, qua pollebat, pudicitia, nationem lucraretur. Itaque obedientiæ ſuæ expeditionem ſuam decurrens, in Molucanis Regionibus, quinque præcellentes Regulos, aqua baptiſmali, Chriſto deuicit: & crudam alioquin generationem illius regionis, Chriſtianę moralitatis elegantia, non paucis in locis expoliuit. Interim nauigio euntem Pyratica gens Batauorum deprehendit, contumeliiſque affectum, in deſertam poſtea maris inſulam, eiecit. Ille verò, præſenti auxilio Dei, promotus in inſulam Togolandæ, cū ſocio delatus, gentem Mahometicæ veſanię cultricem longis ſermonibus confundens, & euincens, ad extremum iuſtitiæ illius terrę ſiſtitur, & confeſtim morti adiudicatur, feriturque gladio, ſed poſteaquam velut ſignum ad ſagittam expoſitus, ſpiculis, toto corpore, confixus eſſet. Quibus peractis truncum corpus in aquas demergitur, ſed ipſis aquis ſuperenatans, oſtēdit cilicium lumbis affixum, rigidè acuminatum, quod vir Dei ad extremum martyrij agonem retinuerat; flagellum quoque Diſciplinæ illius, à Barbaris ludibrio habitum, & in mare toties, quoties reiectum ad littus, eminenter elatum eſt. Interim cruce miraculoſa ad locum martyrii, Diuinitùs oſtenſa, multi prodigio moti, ad Chriſtum properarunt. Scribunt de eo Marianus lib. 4. Chron. ſtrictior. Obſeru. Reform. cap. 29. ex Fratre Angelo Auogadro, Vercellenſi, Reform. Mediolan. Galterius in Tabula Chronogr. ſæcul. 17. Pro eius canoniſatione, petuntur litterę Apoſtolicæ ad proceſſus conficiendos: vti conſtat ex libello Neapoli edito apud Typographiam Ioan. Dominici Roncalioli anno 1626. & Rapinæo Hiſtor. General. Origin. Recollector. 1. part. præfat. §. 4. Illius non obſcurè meminit B. Richardus à ſancta Anna in ſua Epiſt. Sed illis omnibus copioſius Ioannes à Sancta Maria parte ſecunda, Chron. Prouinc. S. Ioſephi, lib. quarto, capite trigeſimo quinto, & Thielmans tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

B. Raymundi Gaufridi, Confeſſoris. [d]] Nobili genere ortus erat, ſed eruditione, ac virtute illuſtrior: §. 4. Prouinciæ Sancti Ludouici Alumnus: natus in Phocenſi Prouinc. Anno verò milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono. In primo Capitulo Generali. Reatino, coram Nicolao Papa IV. ac duobus S. R. E. Cardinalibus eiuſdem Ordinis Min. videlicet. Bentiuolo, Albanenſi Epiſcopo: & Mathæolo, Portuenſi Epiſco-

Digitized by Google

pos communi patrum acclamatione electus eſt in Generalem XIII. Miniſtrum totius Ordin. Seraphic. cuius electionem ipſe ſummus Pontifex laudauit, aſſerens iuſtam, ex voluntate & nutu Spiritus ſancti. Ordinem rexit annis 7. In ſuo regimine fuit valdè benignus, affabilis, commiſerans aliis, proborum amator, pius ac deuotus & ſuæ profeſſionis ac inſtituti zelantiſſimus, prout Clemens Papa V. ſcriptis Apoſtolicis teſtatus eſt, Cùm igitur optimè ac prudenter totum ſic gubernaret Ordinem, quoſlibet fratres ſibi ſimiles, & Regulæ obſeruatores, fouebat, tuebatur, adamabat, relaxationi autem deditos, & minus Religioſos paruifaciebat: Quorum factione multa grauia paſſus eſt, quę patientiſſimè ipſe tulit anno 1290.

§. 5. Anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo, celebrauit Capitulum Generale Pariſiis ad inſtantiam Philipi IV. cognomento *Pulchri* Gallorum Regis Chriſtianiſſimi: cuius opera, Doctoris Theologi gradum in alma Pariſienſi Vniuerſitate accepit: & ſi id minus cogitaret, præ nimia humilitate, qua exornatus erat. Anno vero milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto, Capitulum 25. generale Aſſiſij celebrauit. At huius Beati Patris ęmuli tanto in eum odio exarſerunt, vt apud ſummum Pontificem Bonifacium VIII. eum accuſantes, Capitulum Generale anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto Anagniæ, auctoritate Apoſtolica, ſit indictum. Vbi idem ſummus Pontifex, Patauinũ Epiſcopum eum creauit: quam tamen dignitatem humiliter recuſans, eò quòd tali munere ſe indignum putaret: grauiter id accepit Bonifacius adiiciens, illum minùs exindè idoneum eſſe Generalatus miniſterio, cui mox renuntiare iuſſit: quod & læto animo præſtitit, ſicque in Prouic. Phocenſem reuerſus eſt.

§. 6. Dùm autem priuatus, ſanctè, piéque viueret, Clemens V. Papa, eum cum quibuſdam aliis probatæ vitæ patribus ad ſe vocauit: vt cum eo ſuper Refformatione Ordinis, tractaret. Exindè enim ipſe Summus Pontif. paulò poſt declarationem edidit: quam *Clementinam* vocant. Incipit *Exiui de Paradiſo*, titul. de verb. ſignificat. anno milleſimo trecenteſimo duodecimo in Conc. Viennenſi. Interim verò B. Raymundus obiit paulò antea. De eo agunt Bartholomæus Piſanus libro primo Conformit. fruct. 8. part. 2. vbi de Generalibus Miniſtris totius Ordin. Minor. Marianus libro tertio, cap. 10. & 11. Volaterranus libro 21. Min. ibid. Antropolog. de Eremitis. Speculũ fratrum Firmamentũ trium Ord. tract. 1. in memoriali Ord. ibid. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. ibidem, & part. 3. in Prouinc. Sancti Ludouic. Rapinæus Hiſtor. Vniuerſ. Origin. Recollect. in eodem. Memor. Ord. Marcus Vlyſſi. 2. part. Chron. Min. lib. 5. cap. 18. 23. 24. 27. & 28. item lib. 7. cap. 18. §. 1. D. Antoninus 3. part. Hiſtor. tit. 24. cap 9. §. 11 Toſſinian. lib. 2. Hiſt. Seraph. Vvading. tom. 2. Ann. Minor. ad ann. 1278. §. 28. & 1289. §. 22. ann. 1290. §. 10. & 11. ann. 1292. §. 13. 14. & 15. ann. 1295. §. 12. 14. & 18. tom. 3. ann. 1310. §. 5. Quidam ſcribunt eum Pariſiis obiiſſe: ſed alij volunt id eueniſſe ruri in quadam poſſeſſione ſuorum conſanguineorum, quò recreandi animi gratia, & perſecutionis fugiendę cauſa, ex ſedis Apoſtolicæ licentia, receſſerat. At illius æmuli, tanta exindè auerſione commoti ſunt, vt impunè dicerent eum, occulto Dei iudicio, de hac luce migraſſe, vitamque malo fine terminaſſe; vti referunt S. Antonin. ſup. cap. 9. §. 13. & Piſanus ſup. lib. 1. fruct. 11. part. 2. in fin. Prouinc. & fruct. 9. part. 2. excellent. 8. Regul. Minor. in fin.

§. 7. *B. Franciſci Bazonis, Confeſſ.* [e]] Ex Mantuanorum familia, fuit oriundus: cuius ſanctitas omnibus ſui temporis, tum Prouinciæ S. Antonij patribus, tum quoque Mantuanis, in propatulo fuit. Obiit Mantuę, ſepultuſque iacet, in Conuentu S. Franciſci, qui eſt 3. pręfatæ Prouinc. De quo ibid. Gonzaga part. 2. ſup. & Barrezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 3. cap. 25. ad ann. Chriſti 1540.

§. 8. *B. Ioannæ à Gueuarra, Virg.* [f]] Prima extitit Abbatiſſa monaſterij S. Claræ Concæ Camporum, quod eſt 9. Prouinc. Conceptionis, Palentinæ Diœceſis, in Hiſpania: quæ integras noctes integris quoque diebus orationi intenta iungere aſſueuerat, omnibuſque claruit virtutibus: ob quas meruit, vt poſt eius obitum, multa per eam Deus miracula operatus ſit. Vixit ann. 1460. Scripſerunt de ea Gonzaga ſup. part. 3. in eod. monaſterio, & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 42. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 34. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1450. §. 42.

DECIMO TERTIO CALENDAS IVLII.

FOggiæ, in Apulia, Beati [a] Iacobi ab Aſſiſio, Confeſſoris, Seraphici Patris S. Franciſci Diſcipuli: cuius vitæ ſanctitas, miraculorum pręconio commendatur. Aretij in Tuſcia, Beati [b] Antonij Neri, Confeſſoris: eruditione, virtute, ac Regulari Obſeruantia, clariſſimi. Piſauri, in Marchia Anconitana, Beatæ [c] Michaelinæ Viduæ, Tertiariæ; quæ nobili exorta Proſapia, & multis pœnitentiæ operibus intenta, viuens ac mortua miraculis claruit.

IVNII XIX.

§. 1. BEati *Iacobi ab Aſſiſio, Confeſſoris.* [a]] Gloria maximorum fuit conſpicuus miraculorum: quorum ſeriem recenſent, B. Bartholom. Piſanus libro primo Conformit. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. in Prouinc. S. Angeli. Codex MS. Abbat. Sancti Victor. Pariſ. ibidem. Marcus Vlyſſipon. 2. part. Chron. Minor. lib. 9. cap. 24. §. 1. ad ann. Chriſti 1362. Gonzaga Origin. Seraph. Relig. part. 1 in BB. viris huiuſce Ordin. Obiit apud Oppidum Foggianum, ſepultus in Conuentu ibidem extructo. Toſſinianus libro primo, Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tomo primo, Annal. Minor. ad annum 1210. §. 38. & 39. Marianus libro 1. capit. 6. §. 7. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. aitque hunc

Digitized by Google

hunc illum eſſe B. Anonymum, quem mendosè Gonzaga ſup. part. 2. in hoc Conuentu (qui eſt 19. Prouinc. S. Angeli) ſcribit obiiſſe ann. 1510. dùm illic translatę fuerunt eius Reliquię.

§. 2. *B. Antonij Neri, Confeſſ.* [b]] Patria Aretinus erat: floruit ann. 1525. Qui prius Conuentualis atque ſacrę Theologię magiſter exiſtens, publicè Pariſius, Petrum Lombardum, Sententiarum magiſtrum diſertè, luculentiſſiméque expoſuit: & Opuſcula quædam, proprio marte elaborata, ſuper eundem edidit. Is enim prioribus patribus relictis, atque Obſeruantiæ mancipatus, apud Conuentum S. Ioannis Aretij, qui eſt 5. Prou. Tuſciæ ſpiritum exhalauit, non abſque ſanctitatis opinione: prout teſtantur Gonzaga ibid. part. 2. ſup. & Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 1. cap. 52. ad ann. 526. Willotus Athenæum Orthod. Franciſ. littera A. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1405. §. 21. qui vult eum iacere Sergiani ſeu Sartiani in Tuſcię item ad ann. 1427. §. 16.

§. 3. *B. Michaelina Vidua.* [c]] Piſauri, nobili genere *Metellorum*, Patre Antonio *Pardi*, progenita, viro illuſtri ex *Malateſtis*, copulatur coniugio: & filium vnicum enixa Pardinum; Maritum, perdidit anno ætatis vigeſimo: ac paulò poſt puero etiam ſe orbatam vidit. Quare facultatibus in pauperes erogatis, habituque Tertij Ordinis S. Franciſci ſuſcepto; vitam duxit planè cœleſtem. Nam charitatis operibus, & egenorum obſequiis addicta, Chriſti colloquio eſt potita: quo validiùs excitata, maiori conatu, Diuinis ſe deuouit actionibus. Vtque in laſciuiente ætate corpus ſeruaret illibatum, ferro cilicioque præcincta, cathenis ferreis carnem edomabat, humi, vel nuda in tabula cubabat: orationi flexis genibus tanta aſſiduitate vacabat, vt ex vulnerato poplite vermes ſcaturirent: cibus, & potus, vt plurimùm panis & aqua. Porrò, à conuerſationis primordiis, Chriſto crucifixo vehementer compaſſa, & amoris eius ignibus exardeſcens, locum, in quo ſuus amor fuit crucifixus, decreuit inuiſere. Annis proindè maturior, nacta opportunitatem nauigij, & honeſti comitatus, transfretauit Ieroſolymam: vbi loca omnia ſacris Chriſti veſtigiis, aut ſanctorum memoriis conſecrata, deuotè perluſtrauit.

Virtutibus & pietate illuſtrem amplius miraculorum gloria Dominus illuſtrare conſtituit: curſu tandem fideliter conſummato, piiſque laboribus confecta, migrauit ad Chriſtum, ann. 1356. ætatis ſuæ 56. die decimo-nono Iunij, in ipſa ſolemnitate Pentecoſtes, corpus eius magna cum deuotione delatum, ſepultum eſt in Eccleſia Conuentus S. Franc. Piſaurienſis, concurrente vniuerſo populo & vrbis Magiſtratu. §. 4. Multis ſtatim poſt mortem clarere cœpit miraculis, quæ ex teſtium depoſitione ſuis actis exceperunt, Ceccculus, & Bernarbuccius, Piſaurenſes Notarij. Scripſerunt eius vitam Anonymus Coæuus: Marianus Florentinus, in Append. lib. 2. Latino ſermone: Italico typis Ariminènſibus an. 1585. eddidit Toſſinianus: Hiſpano Marcus Vlyſſip. part. 2. lib. 9. cap. 17. Eandem Piſauri editam, & in tabulis Piſaurienſibus ſe ſe legiſſe, eamque Eccleſiaſtico coli officio Teſtatur Philippus Ferrarius, in Catal. ſanctor. 19. Ianuar. & hac die. Agit de ea Piſanus ſup. lib. 11. fruct. 8. part. 4. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertij Ordin. Ganzaga part. 1. ſup. in BB. Fœm. 2. & 3. Ordin. Franciſ. de Buſtis 2. part. Roſarij Quadrageſ. concion. 27. part. 2. Salazar. lib. 6. Chron. Prouin. Caſtellæ cap. 6. De Torres in practic. exhortation. ſuper Regul. Tertiarior. pag. 38. Thielmans Tom. 2. Vitar. SS. Seraph. Ordin. Valerianus, ibid. lib. 5. qui tamen hallucinatur, dùm eam obiiſſe ſcribit, 11. Maij: ſic & Ferrarius, ſup. ad vndecimum Calend. Iulias ann. 1290. in noua Topographia ad Martyrol. Rom. itemque Toſſinianus ſup. aſſerens obiiſſe die 18. Iunij, in Dominica S. Trinit. hos etenim liquidò errare conſtat in Chronologica ratione, tum ex præfatis, tum ex Wadingho tom. 4. ſupra, ad annum 1356. §. 23. 24. & ſeq. item ann. 1399. §. 35. Bzouio tomo 14. ad ann. 1356. §. 32.

DVODECIMO KALENDAS IVLII.

PAtauij, Octaua Sancti [a] Antonij Luſitani, Confeſſoris. Brixiæ Beati [b] Franciſci ab Aragonia, Confeſſoris, magnæ ſanctitatis viri. Carthagine, in Coſtaricana Indię Occiduæ Regione, Beati [c] Alphonſi Betanços, Confeſſoris: qui primus illic verbum Dei Euangelizans, quàm plurima Indorum millia conuertit ad Chriſtum: & clarus meritis, ad præmia cœleſtia migrauit. In monaſterio de Monticulo, apud Florentiam, Beatæ [d] Helcię à Puccio, Virginis: Doctrina, ſanctitate, & ſpiritu Prophetico admodum illuſtris.

IVNII XX.

§. 1. OCtaua S. Antonij. [a]] Hic dies feſtiuè colitur per totum Ordinem Seraphicum: vt patet ex Breuiario Fratrum Min. ſed Patauij præcipuè ſolemnitas agitur, ob liberationem ciuitatis hac die cælitus datam an. Chriſti 1356. tempore Alexandri Pap. IV. meritis & interceſſione S. Antonij. Nam Guardiano Conuentus Paduani, Patri ſcilicet Bartholomæo *Corradino*, oranti pro ea Ciuitate, & pernoctanti in Eccleſia, die feſti S. Antonij auxilium de cœlo promiſſum eſt. Audiuit enim vocem veluti de ſepulchro prę fati S. Clarè reſonantem. *Frater Bartholomae, ne formides à facie aduerſariorum, ſed conſolare in Domino, eique gratias age: quia die octaua feſtiuitatis meæ hac ciuitas priſtinæ reſtituetur libertati*: quod ita euenit. Nam Anſelmus Gubernator vrbis, nepos Ecelini Tyranni, cuius vices gerebat, diuinitùs perterritus egreſſus eſt, & cum ſuis aufugiens: protinus Philippus Fontanus, Rauennæ Archiepiſ. ac S. R. E. Legatus Apoſtolicus, ciuitatem intrauit, & cuncta pacificauit; quare ex eo tempore ciues Patauini, in huius ſingularis beneficij memoriam, hunc octauum diem ſumma celebritate coluerunt: ſanctum Antonium aduocatum vrbis Paduanæ præcipuum, acclamarunt: cui & maius altare Cathedralis Eccleſiæ

Digitized by Google

conſecratum, intra illud ſacras eius Reliquias depoſuerunt. Hæc ex S. Anton. 3. part. Hiſtor. tit. 24. cap. 3. §. 6. Marco. Vlyſſip. 1. part. Chron. Minor. lib. 5. cap. 31. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraph. in eo. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1263. § 8. & 14. Pœnitentibus, & confeſſis, viſitantibus Eccleſias fratrum Minor. in feſtiuitate S. Antonij, & per octo dies continuos conceduntur 40. dies indulgentiæ ab Alexand. 4. incipit. *Cùm ad promerenda*, ſub Datum Anagniæ 5. Calend. Aug. Pont. ann. 1. Vvadinghus tom. 2. ann. 1255. §. 25. & tom. 5. ad ann. 1403. Eas multum auxerunt alij ſummi Pontif. Vide Compendium priuilegior. Fratrum Minor.

§. 2. *B. Franciſci ab Aragonia, Conf.* [b]] Nouus Conuentus (vetere ann. 1517. diruto, ſoloque æquato, annuente Leone X. ſummo Pontifice, ob ingruentia bella, eo quod extra mœnia verbis Brixiæ foret) pro fratribus Minoribus ſub nomine S. Ioſephi, intra eiuſdem ciuitatis Brixianæ muros ſumma diligentia conſtructus, ann. 1519. 4. Octobris dedicatus eſt. Corpora verò ſacra quæ in priori recondita erant Conuentu, in hunc nouum ex eiuſdem ſummi Pont. mandato, tranſlata ſunt: atque B. B. Pater Franciſcus, hic, parietem primi ſacelli, quod iuxta clauſtri oſtium ad dexteram occurrit, pro ſepultura honorificè adeptus eſt. Illius meminerunt Gonzaga 2. part. Orig. Seraphic. Relig. in eo Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Brixiæ Barezzus 4. part. Chronic. Min. lib. 1. cap. 50.

§. 3. *B. Alphonſi Betanços, Confeſſ.* [c]] Primus fuit, qui Catholicam fidem Coſtaricanis Indis annuntiauit, prædicauitque; primus quoque Prouincię S. Georgij de Nicaragua, fundator extitit: plurium linguarum, præſertim verò Indicarum gnarus. Qui moleſtias ſibi atque vexationes iniuſtè illatas ad tempus declinaturus, Ouatemalica ex cuſtodia, cuius alumnus erat, ad has partes, circa an. à partu virgineo, 1550 traiecit: vbi adhærentibus ſibi aliis duobus Franciſcanis, qui cum quodam Licentiato, cognomine *Cauallon*, ex Hiſpania eò ſe contulerant: tot Indos ad Chriſti fidem conuertit, totque vberrimos fructus, tum opere, tum quoque ſermone, Dominicum in horreum intulit, vt incredibile ſit affatu. Præterea, humilitate, tantaque humanitate præditus extitit; vt omnes in ſui amorem, ſuique deſiderium raperet. Nihil etiam eo modeſtius, nihil continentius, nihilque mitius fuit: vnde, nec mirum, quòd tot, taleſque progreſſus iſtis in partibus fecerit, totque hominum millia ſuaui Saluatoris Chriſti iugo ſubmiſerit. Obiit denique magna cum pietate & ſanctitate, ſub ann. 1566. non longè ab Indorum oppido, cui *Chomes* Indicè nomen eſt, illiuſque oſſa in eiuſdem oppidi Eccleſia à fidelibus oppidanis honeſtiſſimè tumulata fuere. Vndè poſtmodum exhumata, atque Carthaginem (quæ celebris Coſtaricanæ Prouinc. ciuitas eſt) tranſlata, in maius Conuentus S. Franciſci, iſtius vrbis, ſacellum illata ſunt: vbi tum ab Hiſpanis, tum quoque ab Indis, in maxima veneratione habentur. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in præfata Prou. S. Georgij, & prædicto Conuentu, qui eſt 1. huiuſce Prouinc. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 13. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollect. Decad. 5. part. 1. §. 12. Vvadinghus ſup. ann. 1189. §. 41. Marianus lib. 2. cap. 49. Chron. Reform. Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 2. cap. 33.

§. 4. *B. Helciæ à Puccio, Virg.* [d]] Claruit hæc Religioſiſſima virgo apud monaſterium de *Monticello*, propè Florentiam: vbi ſanctiſſimam vitam ducens, & meritis cumulata quamplurimis; fœliciter obdormiuit in Domino, ann. 1320. ibique apud Florentiam ſepulta iacet. De ea ſcribit Vlyſſip. 2. part. Chron. Minor. lib. 7. cap. 34. Toſſinianus ſup. in ea quam *Heliam Pulciam* nominat. Tranſlatis omnibus ſanctimonialibus ex eo monaſterio ad aliud nouum Florentiæ extructū an. 1261. (vti ſuperius, ad 27. Februar. §. 5. annotauimus) veteris nomen haud amiſit: dictumque eſt monaſterium Monticelli, non iam propè, ſed apud Florentiam. Vide Vvadingh. ann. 1261. §. 7. tom. 2. ſup. & ad ann. 1264. §. 5. item tom. 3. ann. 1320. §. 2. 3. 4. ex Mariano, lib. 4. cap. 5. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin.

VNDECIMO KALENDAS IVLII.

IN Picœno, Beati [a] Raymundi Confeſſoris: paupertate, zelo Obſeruantiæ regularis, & vitę ſanctitate inſignis. Culmiæ in Pruſſia Beati [b] Ioannis Pruteni, Confeſſoris; vita & ſignis admirandis eximij. Baſileę in Heluetia, Beati [c] Iacobi à Porta, Confeſſoris: miraculis clari. Aquilæ in Veſtinis, Beati [d] Mathæi à Leoniſſa, Confeſſoris, cuius merita gloria miraculorum exornat. Hiſpali in Hiſpania, Beatæ [e] Leonorę Guſmanię Virginis: generis nobilitate & virtutibus illuſtris, quæ Abbatiſſa electa, in maxima humilitate, paupertate, oratione atque pœnitentia, vitam duxit admirandam.

IVNII XXI.

§. 1. B. *Raymundi, Confeſſ.* [a]] Magiſter fuit B. Franciſci à *Fabriano*: vir eximia vitæ ſanctitate præditus, ſuique inſtituti, & altiſſimę paupertatis zelantiſſimus: propter quod carcerem, & alia grauia paſſus eſt ann. 1288. ab his qui relaxationi in Ord. Min. fauebant. At B. Raymundus *Gaufredi*, natione Gallus, factus Miniſter Generalis totius Religionis Seraphicę, in Picœnum proficiſcens: ipſum B. P. Raymundum cum ſociis, magno cum honore indè eduxit, ex ſententia Diffinitorum, cognita illius innocentia ann. 1280. Quo tempore, ad inſtantiam Regis Armenię, illum cum 5. aliis SS. Fratribus ablegauit idem Generalis in Regnum eius: ad edocendum populum in fide Catholica; vbi magna operatus eſt, cum ingenti animarum fructu. Agunt de eo Marcus Vlyſſip. 2. part. Chronic. Min. lib. 5. cap. 12. §. 1. & cap. 18. §. 1. & 2. cap. 24. item lib. 7. cap. 1. §. 2. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1275. §. 2. & 1289. §. 24. 1290 §. 10.

§. 2. *B. Ioann. Confeſſoris.* [b]] Toruniæ natus in Pruſſia, *Prutenus* dictus eſt, & à Gétilitio ſtemmate Lobe-

danus

Digitized by Google

damus cogno-minatus Rorſtrictus ſeruitio Diuino frui. Aliorum ſaluti incumbens, ſacris confeſſionibus audiendis præſtò aderat, prẹſertim, Beatæ Iuſtæ Viduæ Tertiariæ (de qua ſupra, ad vltimum April.) cuius director fuit, & vitæ ſpiritualis Magiſter. Qui tandem beato fine completo, circa ann. milleſimũ ducẽteſimum ſeptuageſimum primum, deceſſit, cuius ſacrum corpus ſepultum eſt in Conuentu Sancti Iacobi, ciuitatis Culmię, vbi miraculis claret. Vide Vvadinghum tomo ſeptimo, ſupra, in Additionib. ad annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum primum, paragrapho 14. & 15. ex M S S. monumentis

§. 2. Poloniæ.

B. Iacobi à Porta, Conf. [b] Claruit in Heluetia, virtute *miraculorum inſignis*, quæ Deus ad eius inuocationem edidit: obiit in Conuentu Baſilienſi, Prouinc. Argentinenſis, ibique ſepultus eſt. Huius meminit Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro primo, capit. 66. ad annum milleſimum quingenteſimum vige-

§. 3. ſimum ſextum.

B. Mathæi, Confeſſ. [d] Ex Tertiario, fit Capucinus, ann. 1539. ſanctiſſiméque obiit ann. 1553. cuius præclaras virtutes & miracula recenſet, Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1553. §. 13. ex

§. 4. Salodienſi, Petracio, & Monteflor.

B. Leonoræ Guſmaniæ, Virg. [e] Inter cæteras ſanctiſſimæ vitæ Moniales, quæ in monaſterio S. Claræ Hiſpalis, virtutibus atque Religione floruerunt; longè emicuit hæc B Leonora Guſmania, ex Ducum Methymnæ Sidoniæ familia originem trahens. Quæ ſicut ſanguinis claritate reſplenduit; ita quoque vitę ſanctimonia atque nitore virtutum claruit. Cùm enim octennis vtroque parente orbata, temporalibus diuitiis afflueret, ac ſub auunculi cuiuſdam tutela diligentiſſimè conſtituta, & vix 11. ſuæ ætatis annum attingens, ab eo maximè ſollicitaretur, vt temporali ſponſo nuberet, nunquam eam in ſententiam adduci potuit. Aiebat ſiquidem ſe Chriſto cœleſti ſponſo à plurimis diebus nupſiſſe, nec poſſe citra eius iniuriam, alteri deſponſari. Cúmque timeret ad temporales nuptias cogi, aſtu quodam religionem ingreſſa eſt. Finxit enim ſe maximo inuiſendæ materteræ (quæ tunc Conuentus S. Agnetis apud Hiſpalim agebat Abbatiſſam) deſiderio teneri: quapropter ad illam ducta, dùm quaſdam alias Moniales in monaſterij porta alloqui ſimulat, loci penetralia leui pede protinùs petiit, à quibus nullo pacto excludi potuit. Minitantibus verò præfato loco ruinam omnibus eius, tum ſanguineis, tum quoque affinibus, ex Catholicorum Hiſpaniæ Regum Ferdinandi atque Eliſabethæ mandato, ad S. Claræ monaſterium, vt coram Hiſpalenſi Archiepiſcopo, atque Regio ciuitatis Gubernatore mentis ſuæ propoſitum liberiùs aperiret, tranſlata eſt. Quę tamen in ſententia perſiſtens liberè coram toto illo nobiliſſimo conſeſſu faſſa eſt, ſe indè nullo pacto niſi in fruſta diuellendam: inſuper & addidit, vt ſe Chriſti ſui ſponſi dulciſſimis alloquiis frui ſinerent. Ab eo igitur tempore tota illa neceſſariorum, atque ſanguine coniunctorum tempeſtas ceſſauit. §. 5.

Ingreſſa eſt itaque nobiliſſima hæc ſoror Leonora Guſmania Religionem, cùm an. ageret duodecimum, atque in ea per ſexaginta & nouem annos, in maxima paupertate, profundiſſima humilitate, incredibili pœnitentia, atque continua oratione, per 28. annos ſubdita, ſed per 41. Abbatiſſa, licet inuita, perſeuerauit: ab anno ſcilicet 1510. vſque ad ann. 1589. quo obiit. Cuius corpus, cùm 13. continuis menſibus, in quodam ſubterraneo ſepulchro, humido, atque corrumpendis corporibus aptiſſimo perſeueraſſet; nihilominus imputre omnino, & incorruptum inuentum eſt. Quod miraculo omnibus tributum eſt. Ea de cauſa ad nobilius quoddam Mauſolæum, ſibi in choro à Monialibus erectum, honorificè tranſlatum eſt: vbi magna fidelium veneratione colitur. Scribunt de ea Gonzaga part. 3. ſup. in prædicto monaſterio S. Claræ Hiſpalis, quod eſt 1. Prouinc. Bæticæ, & Barezzus ſup. lib. 7. cap. 29. Vvadinghus tom. 2. ſupra ann. 1293. §. 9.

DECIMO KALENDAS IVLII.

Apud Marchiam Anconitanam, Beati [a] Philippi, Confeſſoris: Concionatoris eximij: qui virtutibus & perfectione vitæ extitit admirandus. In Vmbria, propè Caſtellum Lunianum, Beati [b] Raphaelis Nurſini, Confeſſoris: ſingulari ſanctitate, & Prophetiæ dono conſpicui. Caſtaneæ in Territorio Vlyſſiponenſi, Beatorum [c] Didaci Peregrini; & Franciſci de Talauera Reginæ, Confeſſorum. Camberiaci in Sabaudia, Beati [d] Ioannis à Mauritania, Confeſſoris: qui Guardianatus officium, apud Lugdunenſes, diu ſumma cum laude exercens, maximis virtutibus refulſit: & viuus ac mortuus gratia curationum emicat. Meſſanæ in Sicilia, Beati [e] Seraphini à Franco-furte, Confeſſoris: qui oratione, & pœnitentiæ exercitiis clarus, ſignis quoque admirandis coruſcat. Romæ, Beatę [f] Altrudis, eximiæ ſanctitatis Fœminæ. Mediolani, Beatę [g] Iulię, Virginis.

IVNII XXII.

§. 1. BEati Philippi, Confeſſoris. [a] Vnus fuit ex primis fratribus à S. Franciſco in Marchiam à mandatis: Egregius Concionator, & virtute præclarus: ad quem venit B. Ioannes de *Penna*, cupiens Ordinem Minor. intrare: immò potius diuinitùs miſſus eſt ad Eccleſiam Sancti Stephani eiuſdem oppidi, vt audiens B Philippum Concionantem, viam Dei ab eo diſceret, quod & ſtatim opere compleuit: prout teſtatur Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. libro 2. cap. 24. §. 1. ad ann. 1272. & ante eum B. Bartho-

Digitized by Google

lomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Marchiæ. *Ille autem* (addit ipſe) *qui prædicare debebat vocabatur F. Philippus; qui erat de primis Fratribus, qui venerant in Prouinciam Marchiæ de Ancona: qui ſurgens, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute ſpiritus ſancti annuntiauit verbum Dei: finita prædicatione, dictus Ioannes fuit ad prædictum fratrem Philippum dicens: quòd ſi placeret ei, ipſum reciperet ad ordinem, eo quòd libenter vellet pœnitentiam facere, & Domino Ieſu Chriſto ſeruire. Ille verò cùm eſſet ſanctus homo, & illuminatus à Deo, videns in dicto puero mirabilem innocentiam, & aptitudinem voluntatis, dixit ad eum: venies ad me tali die, in ciuitatem Rachaneti, & ego faciam te recipi, &c.* obtinuit etiam poſtea licentiam à ſuperioribus, vt ipſe B. Ioannes pergeret in Galliam, ad commorandum in Phocenſi Prouinc. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1271. §. 8. & 9. Forſan hic eſt qui in Caſtro-Muri, apud Picœnum, obiit: cuius meminit Toſſinian. lib. 1. Hiſtor. Seraph.

§. 2. *Beati Raphaelis Nurſini, Confeſſoris.* [b]] B. Patris Ambroſij Mediolanenſis olim diſcipulus extitit: qui ob eius ſingulares virtutes, atque eximiam ſanctitatem, ſpiritu Prophetico donatus fuit: quo & ſui obitus diem, & plurima alia, quæ infallibiliter euenerunt, multò antea prædixit. Claruit ann. 1540 Agunt de eo Gonzaga part. 2. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu S. Franciſ. propè Caſtellum Lunianum, qui eſt 34 Prouinc. S. Franciſci, ibi enim obiit, ac ſepultus eſt præfatus B. Raphael: & Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 3. cap. 23.

§. 3. *BB. Didaci, ſoc. Confeſſ.* [c]] Multa referuntur de eis, in monimentis MSS. Prouinciæ S. Antonij Portugal. vbi de Conuen. 12. Caſtaneæ, vulgò *Caſtanhera*, ex quibus Wadingh. tom. 4. ſup. ad ann. 1392. §. 13. *Ibidem* (inquit) *iacent duo pij viri F. Didacus peregrinus, qui ex aula Imperatricis, & Portugalliæ Infantis, Mariæ, ad religionem confugit, obiitque ſanctiſſimè: & F. Franciſcus de Talauera Reginæ* de quibus ſuo tempore ſermo recurret.

§. 4. *B. Ioannis à Mauritania, Confeſſor.* [d]] Sabaudus fuit natione ex Mauritania vulgò *Maurienne* oriundus: Religionem Seraphicam amplexus eſt, apud Patres Capucinos; & pluribus annis Guardianatus officio præclarè functus in Conuentu Lugdunenſi, vitam duxit admirandam, totque portentis refertam, quot actiones produxit. Viuens quamplures ægrotos diuerſis, iiſque incurabilibus morbis malè affectos mirabiliter ſanauit, & mortuus eadem confert beneficia: quin & illius ſudariola, & quidquid corpus eius tetigerit, eandem vim medendi compertum habetur. Obiit, ſepultuſque eſt Camberiaci: vbi ſacrum huiuſmodi corpus abhinc 25. annis incorruptum integrumque aſſeruatur. Scribit de eo R. P. Ioannes Baptiſta à Peruſio, in proloquio ad vitam. B. Fœlicis à S. Cantalicio, Capucini.

Beati Seraphini, Confeſſoris. [e]] In oratione & contemplatione aſſiduus, in pœnitentia autem rigidiſſimus erat: cinctus quippe cathenis & cilicio indutus; §. 5. ac de inuiſibili inimico, cum quo viſibiliter ſæpius certabat, coronam victoriæ reportauit: Obiit in Conuent. Meſſanæ, anno 1616. ac poſt mortem, ſicut & in vita, miraculis claruit. Ita Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

Beati Altrudis. [f]] Cùm Beata Virgo Margarita §. 6. Columnenſis, (de qua 30. Decembr.) Romã cum fratre ſuo Iacobo, Cardinale, abiiſſet, Apoſtolorum limina viſitatura, ilicque percepiſſet hanc ſanctam Fœminam ſub habitu Sanctæ Claræ, Deo, in propriis ædibus, perfectiſſimè ſeruientem, eam inuiſit, & cum eadem per aliquot tempus remanſit, illi humillimè ſeruiens, & virtutes admirans: vti teſtantur Vvadinghus, tomo ſecundo, ſupra, ad annum millemum ducenteſimum octuageſimum quartum §. 8. Thielmans tomo ſecundo vitar. SS. Seraphic. Ordinis: & quotquot, res geſtas B. Magaritæ *à Columna* recenſuerunt.

Beatæ Iuliæ, Virginis. [g]] Inter cæteras Virgines §. 7. ſanctitate Illuſtres, præfulſit in Monaſterio ſanctæ Vrſulæ Mediolani; cui per annos triginta, B. Catharina Bononienſis, (de qua, 9. Martij ſupra,) frequenter apparuit, de rebus differens cœleſtibus; quæ ab ea audiuit arcana propria manu ſcripſit in libro, quem penes ſe retinuit Cardinalis Paleotts; Archiepiſcopus Bononienſ. etiam hoc adminiculo confirmaturus Beatæ Catharinæ ſingularem ſanctitatem. Vide poſt alios Vvadinghum tomo ſexto, ſupra, ad annum milleſimum quadringenteſimum ſexageſimum tertium, paragrapho 136.

NONO KALENDAS IVLII.

IN Gallia Narbonenſi, Beati [a] Guidonis Mirapicenſis, Confeſſoris: zelo Regularis Obſeruantiæ, & vitæ ſanctitate celebris. In Caſtro Nuntia, apud Corſicam inſulam, Beati [b] Mariani Brandij, Confeſſoris: potentia aduerſus Dæmones inſignis. In monte Moncario propè Alconcelium Hiſpaniæ oppidum, Beati [c] Didaci Villanouani, Confeſſoris: vita exemplari, ac virtutibus ingentibus conſpicui. Madriti, in Territorio Toletano, Beati [d] Petri à S. Maria, Confeſſoris: humilitate, ſilentio, & oratione admodum eminentis. In Territorio Palentino, circa Tordeſillarum Pagum, Beatæ [e] Mariæ à Queto, Virginis: quæ admiranda Religione ac pietate clara: ſancto fine quieuit.

IVNII

Digitized by Google

IVNII XXIII.

§. 1. B*Eati Guidonis, Mirapicenſis, Confeſſ.*[a]] Hunc cum aliis ſanctæ vitæ Patribus Clemens V. Papa ad ſe vocauit: vt eorum conſilio Ordinem Seraphicum reformaret, Regulamque Fratrum Minorum ſua expoſitione declararet, & cuncta pro bono regimine redintegraret. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 7. cap. 18. §. 1. Wadinghum tom. 3 Annal. Minorum. ad ann. 1310. §. 3. & 5. ann. 1318. §. 16. & ſeq. ex B. Angelo Clareno. In tribulatione Ordinis 6. & 7.

§. 2. *B. Mariani Brandij, Confeſſ.*[b]] Floruit hic ann. 1525. apud Conuentum S. Franciſci Nuntiæ, qui eſt 7. Prouin. Corſicæ: vbi ſanctiſſimè obiit ac ſepultus eſt. De quo ſic Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig. in præfato Conuen ſcribit. *Ex hoc Monaſterio ad aſtra migrauit, B. F. Marianus Brandius Laicus: in cuius ſanctitatis teſtimonium, & eius corpus poſt elapſum à morte biennium, ex antiquo ſepulchro exhumatum, incorruptum omninò apparuit, & Deus Optimus Max. plura mortalibus, præcipuè verò Dæmoniacis, beneficia præſtare dignatus eſt.* Eadem refert Barezzus part. 4. Chronicorum Minorum. lib. 1. cap. 47. ad ann. 1526. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1447. §. 71.

§. 3. *B. Didaci Villanouani, Confeſſoris.*[c]] Profeſſione Laicus erat, vir Religioſiſſimus, vita exemplari clarus: vixit circa ann 1545. Exceſſit è viuis in Conuentu S. Mariæ de Luce Moncarij, qui eſt 3. Prouin. S. Gabrielis: cuius corpus in eius Eccleſia ſepultum, & ab omnibus tum ſæcularibus, tum quoque religioſis, maxima in veneratione habitum. Scribunt Gonzaga ibid. part. 3. ſup. & Barezzus ſup. lib. 3 cap. 48. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recoll. Decad. 8. part. 1. §. 8. Vvadinghus ſup. tom. 7. ann 1499. §. 30.

§. 4. *B. Petri, Confeſſoris.*[d]] Doctus erat, concionatorque eximius degens adhuc in ſæculo. Factus Frater Minor, humilitati omninò ſtuduit, & vitæ perfectioni, ita vt breui virtutum plenus, ac totus ſpiritualis euaſerit. Ea propter magiſter Nouitiorum electus, tantoperè huic oneri incubuit, vt quamplurium optimorũ Religioſorum pater extiterit Otium ſummè exhorrebat, ſilentij, & orationis amantiſſimus erat: nam poſt matutinas decantatas, in choro, cæteris exeuntibus, remanebat, flexis genibus coram Domino, in oratione vſque manè. Omnia ieiunia in pane, & aqua ſeruabat; de cætero, in cibo & potũ, abſtinentiſſimus, paupertatem, & obedientiam admodùm excolebat. Tandem Beatæ vitæ finem ſortitus, ſanctè diem exoluit vltimum in Conuentu S. Bernardini, Madriti, qui eſt 8. Prou. S. Ioſephi. Florebat circa ann. 1570. Vide Daçam part. 1. Chronic. eiuſdem. Prouinc. lib. 2. cap. 20.

B. Mariæ à Queto, virg.[e]] Religione, & ſingu- §. 5.
lari ſanctitate claruit: quę cùm intentiſſimè circa amariſſimam Chriſti Paſſionem, eiuſque valorem coram Crucifixo per aliquãtulum temporis ſpatium meditata fuiſſet: ac poſtmodum in copioſiſſimas lachrymas, quòd plurimi tanta ſibi oblata gratia abuterentur, prorupiſſet, vocem quandam ſibi dicentem audiuit: *Menſa quidem parata, atque pecunia in promptu eſt: qui igitur colligere voluerit, colligat*; quæ ſicut ſanctè vixit, ita fœliciter obdormiuit in Domino apud S. Claræ Tordeſyllarum Monaſterium, quod eſt 1. Prouin. Conceptionis in Hiſpania. Illius meminerunt Gonzaga ibid. part. 3. ſup. & Barezzus ſup. lib. 4. cap. 43. ad ann. Chriſti 1565. quo ipſa vixit. Vvadinghus, tom. 4. ſup. ad ann. 1365. §. 12. Valerianus, de BB. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 42.

OCTAVO KALENDAS IVNII.

APud ciuitatem Armalech, in Tartaria, paſſio Beatorum [a] ſeptem Fratrum Martyrum: Richardi, illius vrbis Epiſcopi: Franciſci, Paſchalis, Raymundi, Preſbyterorum: Laurentij, Petri, & Ioannis, Laicorum: qui ſub Aliſolda Tartarorum Imperatore, à Saracenis, vinculis alligati, & pugnis, alapis, ac ſputis, laceſſiti: deindè gladiorum puncturis, & inciſionibus naſi, auricularum, aliorumque membrorum vexati, ad vltimum pro Chriſto trucidati, Martyrij palmam ſunt adepti. Sluſæ in Flandria, Beati [b] Ioannis Pennemanni, Martyris: qui ab hæreticis, ob fidem Catholicam, iugulatur. Molucis, Beati [c] Antonij à ſancta Anna, Martyris: qui ob Chriſtum, à fœminis barbaris gladiis ſenſim eſt tranſuerberatus. Vrbini in Picœno, Beati [d] Petri Hiſpani, Confeſſoris Tertiarij: eximiæ ſanctitatis viri. Neapoli Beati [e] Ioannis Illyrici, Confeſſoris. Madriti in Territorio Toletano, Beati [f] Ioannis Baptiſtæ à Madrigalo, Confeſſoris, & concionatoris celeberrimi: humilitate, patientia, oratione, & ingenti ſalutis animarum zelo, conſpicui. Aquilæ in Veſtinis, Beatæ [g] Bonauenturæ de Antredocho, Virginis: quæ orationibus, vigiliis, & ieiuniis iugiter intenta, miraculis etiam coruſcauit.

Digitized by Google

IVNII XXIV.

§. 1. *Beatorum ſeptem Fratrum Martyrum.*[a]] Horum glorioſum triumphum deſcribit B. Bartholomęus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Vicaria Catai, ſiue Tartariæ; his verbis. *In ciuitate Armalech, quæ eſt in medio Tartariæ Imperio, anno Domini 1340. paſſi ſunt pro fide Fratres Minores, ſcilicet Frater Richardus Epiſcopus Armalech, Frater Franciſcus de Alexandria, F. Paſchalis de Hiſpania, & F. Raymundus de Prouincia; hi omnes Sacerdotes: F. Laurentius de Alexandria, & F. Petrus de Prouincia, Laici: & Magiſter Ioannes Niger corpore, de India, de tertio Ordine B. Franciſci, conuerſus ad fidem per Fratres noſtros. Hi omnes dùm eſſent in dicto Imperio, ab Imperatore, qui tunc erat, (quem F. Franciſcus de Alexandria à cancro liberauerat, oratione potius quàm medicamine; & iſta de cauſa Imperator Fratrem ipſum, ſuum vocabat Patrem, & medicum) optimè tractarentur: vt potè datis terris, & priuilegiis, & auctoritate prædicandi; ac filio ſuo ipſis Fratribus dato (vt ab eiſdem baptiſaretur, qui ſeptennis tunc erat) vocato Ioanne: Deo permittente, ipſe Imperator dùm iret venatum interiit veneno, & filij eius quatuor occiſi ſunt. Cuius Imperium ſumpſit quidam peſſimus Falcherius Sarracenus de ſanguine Imperiali nomine Aliſolda. Et quia Fratres prædicatione ſua, multos conuerterant ad fidem, mandauit hic Imperator, vt trino præcepto facto, omnes Chriſtiani Sarraceni efficerentur; & qui non obedirent, occiderentur. Propter quod, cùm Fratres prædicti, ſuo mandato parere nollent, ligatis manibus ante, & omnes ad vnum funem: à populis furentibus, percuſſionibus, ſputis, gladiorum puncturis, inciſionibus naſi, auricularum, & aliorum membrorum, demùm gladiis trucidati, fœliciter migrauerunt ad Dominum. Dictus autem Imperator poſt modicum tempus interfectus eſt, & domus eius igne combuſta: paſſi ſunt autem prædicti Fratres, anno præfato, circa feſtum B. Ioannis Baptiſtæ, tempore Generalatus Fratris Gerardi Odonis.* Idem aſtruit fruct. 11. part. 2. ibid. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Ignatius le Gault de ſanctitate Roman. Eccleſ. cap. 2. ſect. 2. Wadinghus tom. 3. ann. 1342. §. 7. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ann 1331. §. 14.

§. 2. Præfata quidem alij confirmant: ſed quo ad enumeratos Fratres diſcrepant. Sic enim habet Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub 19. Generali Miniſtro Minorum Fratrum. *Anno 1341. in Armalech, F. Franciſcus de Alexandria, F. Richardus de Burgundia, Epiſcopus, F. Raymundus Ruſi Prouincialis, F. Paſchalis Hiſpanus de Victoria: F. Laurentius de Alexandria, & F. Petrus Marcelli de Prouincia Prouinciæ, Laici, Martyres.* Eadem refert Speculum FF. Minor. ibidem. Vbi duo aduertenda ſunt: primum quòd B. Richardus Epiſcopus, poſtponitur; qui tamen debet ipſi B. Franciſco præponi. Secundum: quòd B. Ioannes Tertiarius (quem de Sillis in cap. 1. Regul. Tertij Ordin. perperam ex Æthiopia oriundum facit) male omittatur. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor lib. 8. cap. 45. ad ann. 1342. & Thomas Boſius de ſignis Eccleſ. Dei, tom. 1. libr. 7. cap. 3. ad ann. 1341. non ſolum eodem errore laborant: ſed & ipſum B. Richardum tacent fuiſſe Epiſcopum: cùm tamen id ſatis, patenterque conſtet, tum ex Piſano, ſup. duobus in locis: tum alio in loco, videlicet fruct. 8. part. 4. ſub finem. Vbi recapitulatione facta Epiſcoporum præcipuorum ex Ordin. Minorum ait. *In Ordine Pontificum multi habentur ſancti Fratres: vt patet de ſancto Ludouico Epiſcopo Tholoſano, &c. de ſancto Fratre Richardo, Epiſcopo Armalech; & ſic de aliis*, quod idem alij atteſtantur. Vitalis de Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordinis Seraphic. D. Franciſci. Toſſinianus ſup. Platus lib. 2. de bono ſtatus Relig. cap. 30. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadinghus ſup. poſt. Marianum lib. 4. cap. 11. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 12. & 13.

§. 3. *B. Ioannis, Martyr.*[b]] Cùm per annos ſingulos, hæreticorum in Belgio rabies incrudeſceret, nec in perſequentis Dei Miniſtris Hereſiarcharum furor conceptus, ne vel tantillum ſeſe remitteret, ſed in dies magis magiſque accenderetur: Sluſæ Guardiani munere fungebatur Ioannes, (ſeu, vt alij volunt, *Franciſcus*) *Pennemans*, Gandauo oriundus, vir magnæ in primis doctrinæ, ac nihilominus ſingularis animi demiſſionis, pariſque ſimul prudentiæ. Hic cùm ad Pagum S. Laurentio ſacrum, verbum Dei pro more concionaturus proficiſceretur, atque in ipſo itinere pias preces recitaret, in hæreticorum furioſas manus incidens, ab iiſdem ſtatim multis verberibus confectus, in terram deiicitur; ac eorum vnus ſecuri iugulum ipſi horrendum in modum amputauit: corpus verò in propinquam foſſam præcipitarunt: in qua tantiſper iacuit inhumatum, donec re, per pueros ouium cuſtodes detecta, magna cum Catholicorum conſternatione, in præfati pagi Templo ſepultum eſt. Scribunt de eo Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. vbi de ſacris Martyribus Ordinis Minorum ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in Prouincia Flandriæ. item part. 3. in prædicta Prouincia ſub fin. ann. 1575. Bouchierus in ſua Franciſcanorum hiſtoria. Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum. libr. 7. cap. 19. Daça ibidem lib. 3. cap. 72. Hilarion à Coſta lib. 3. Hiſtor. Catholic. pag. 366. Picquetus in Catalog. Martyrum Franciſcanorum. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libr. 12. cap. 22. Raiſſa in Auctario ad natales ſanctorum Belgij, hac die, ex relatione Ægidij à Monino. Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul 17. in Appendice.

§. 4. *Beati Antonij à Sancta Anna, Martyr.*[c]] Oriundus erat ex Caſtro Garobilij, Diœceſis Laurienſis, in Hiſpania; qui cùm profeſſus Laicus eſſet inter Patres Diſcalceatos, ſocius extitit Beati Sebaſtiani à Sancto Ioſepho, martyrio clari, (de quo ſupra ad 18. Iunij) & in paſſione collega. Nam cùm adhuc iuuenili ætate floreret, ſeruatus eſt à Barbaris, vt caſtitas eius proſtitueretur nonnullis fœminis ac puellis: quas omnes intrepido animo contempſit. Vndè in furorem verſæ, machæris, ſagis, cultellis, pugionibuſque accinctæ, in Religioſum nudum (quem ſpoliari veſtibus iuſſerant) irruentes, corpus eius membratim, ſed lentis ictibus, diſciderunt: morienti caput etiam abſcinditur, corpus verò in aquas depreſſum, mergi non potuit: ann. 1610. Vide Marianum lib. 4. & alios ſup. in Beato Sebaſtiano à *Sancto Ioſepho*.

§. 5. *Beati Petri Confeſſoris.*[d]] Moriens in Eccleſia confraternitatis S. Ioannis Baptiſtæ, Vrbini, honorificè tumulatus eſt, ſub maius Altare: vbi à populo magna pietate colitur; hodieque reuerenter cunctis oſtenditur. Teſte Vlyſſiponenſi part. 3. ſup. libr. 1. cap. 32. hunc autem eundem eſſe cum eo cuius poſtea meminit.

cap.

Digitized by Google

cap. 58. valdè ſuſpicor. De Sillis in cap. 1. regul. Tertij Ordinis. De Torres in practic. exhortationibus ſuper eamd. Regul. pag. 38. Salazar. ſup. lib. 6. cap. 22. & 25. Bzouius ad ann. 1415. §. 60. & Wadinghus. tom. 5. eodem anno §. 20. quo florebat ex Mariano. lib. 2. cap. 8. & ann. 1425. §. 13. & 14. & ſpeculo Minorum ac 1432. §. 27. & Thielmans tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 6. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [e]] De eo ſcribit Bouerius tom. 1. Annal. Capucinorum ad ann. 1577. §. 8. quo obiit, ex MS. Prouinc. Neapol. Meſſan, &c. Eximius extitit concionator; qui cùm operum luce, ac præclariſſimis vitæ exemplis, totius regularis diſciplinæ exemplar præ ſe ferret, plurimas quoque ſua prædicatione Ieſu Chriſto animas peperit. Sæpè Guardiani officio functus: Monialium Neapoli S. Mariæ in Hieruſalem diu adminiſtrationem geſſit: quo in munere potiſſimum illius charitas ac virtus enituit. Sui obitus diem, & horam præſciuit.

§. 7. *B Ioannis Baptiſtæ: Confeſſoris.* [f]] Philoſophiæ, & Theologiæ operam dedit Salmanticæ, tumque Abulã veniens, cuiuſdam Collegij Rector fuit: vbi tamdiu eſt commoratus, quoad vſque B. Alphonſus *Lupus*, Fratrum noſtrorum Reſformatorum concionator diſertiſſimus, eam patriam ſuis feruentiſſimis excitans prædicationibus ad virtutem, diuimumque amorem, & peccati odium, hunc traxit ad Chriſtum inſequendum in omni iuſtitia, & ſanctitate, cùm iam eſſet 14. annorum, ac ſacerdotio initiatus. Vocatus eſt autem *Ioannes Baptiſta*, eo quòd huic ſanctiſſimo Præcurſori deuotiſſimus eſſet: vnde ipſius die feſto, primam ſuam decantauit Miſſam, Seraphici Patris ſancti Franciſci habitum induit, ac profeſſionem emiſit: primam concionem ad populum habuit, & denique ſanctiſſimè obijt. Vir quippe perfectiſſimus extitit: breuique euaſit totius virtutis, & mortificationis exemplar. Orationi multùm intentus erat, & corpus magna cum auſteritate, ieiuniorum, diſciplinarum, vigiliarũ pertractabat. Graui tentationum caterua ſæpè eum impetebat inimicus homo; cui ſtrenuè obuians, abſtinentiæ, pietatis, & orationis exercitijs operam dabat egregiam. Si quando ruri concionabatur, panem pro refectione oſtiatim petebat, & cum ſocio per campos victum ſumebat. Choro ſemper diu noctuque interfuit, pro horis Canonicis recitandis: Iugiterque legebat, ſtudebat, ſcribebat, orabat, vel docebat: vnde multa reliquit opuſcula à ſe compoſita. Fuit quippe concionator celeberrimus æquè ac humillimus, dans omnibus monita ſalutis; qua in re, ſic copiosè profecit, vt ingentem ac propè mirabilem animarum fructum reportarit. Iacet in Conuentu S. Bernardini, Madriti, qui eſt 9. Prouinc. S. Ioſeph. Eius facta eximia latè deſcribit Ioannes à S. Maria part. 2. Chronicor. eiuſdem Prouinciæ lib. 4. cap. 37. ad ann. 1600. quo claruit.

Beata Bonauentura de Antredocho, Virginis. [g]] §. 8. Antredochus locus 4. leucis diſtat ab Aquilana vrbe in Veſtinis vndè exorta erat: quæ ad prædicationem Reuerendi Patris Onuphrij, eiuſdem Prouinciæ alumni, tantoperè excitata eſt, vt protinùs mundo, & vanitatibus ſæculi valedicens, Chriſto Domino totam ſe conſecrarit. Nam ex tunc, magna cum aſſiduitate ieiuniis, vigiliis, ac orationibus operam dabat; circulum ferreum ad nudam carnem, pro cingulo, deferebat, quæ cum Chriſto ſponſo ſe deuouiſſet, renuit terrenum virum ſuſcipere in maritum, licet ad id plurimum à parentibus ſollicitaretur. Hac de re, patriam, parentes, & domum deſerens, cœlitùs inſpirata, Aquilam perrexit; vbi Beati Bernardini à *Feltro* exhortationibus, magis ac magis in ſuo propoſito confirmata; Monaſterium corporis Chriſti, intra hanc vrbem, ingreditur; & ſanctiſſimè vitam virtutibus plenam tranſegit ac miraculis claruit ibidem ſepultat eaq; de cauſa, tũ apud reliquas Moniales, tum quoque apud vniuerſos ciuitatis Amiterni accolas, in maxima habetur veneratione. De ea agunt, Marianus lib. 5. cap. 49. Cimarellus lib. 4. cap. 44. Gonzaga ſecunda parte Originis Seraphicæ Religionis in præfato Monaſterio, quod eſt 1. Prouinciæ Sancti Bernardini & Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum libr. 2. cap. 13. ad ann. Chriſti 1514. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphicæ & Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minorum lib. 4. cap. 16. Iacobillus de Sanctis Fulginatibus, in vita Beatæ Paulæ Fulginatis, cuius exequiis interfuit ipſa B. Bonauentura, anno 1470. 26. Ianuarij. Wadinghus tom. 5. ſup. 1447. §. 90. & tom. 6. ſup. ad ann. 1472. §. 60. Item 7. ad ann. 1498. §. 5. & Thielmans. ſup.

Digitized by Google

SEPTIMO KALENDAS IVLII.

APud Caſtrum Saphet in Syria, Beatorum [a] Martyrum Iacobi, & Ieremiæ: qui à Sarracenis excoriati, & fuſtibus mactati fuere vſque ad mortem. In Enchuſia Batauorum oppido, Beatorum [b] ſex Fratrum Martyrum: Danielis, Conuentus Alcmarienſis Guardiani; Cornelij, Ioannis, Ludouici, Presbyterorum: Adriani, & Engelberti, Laicorum: qui ſub impiiſſimo Auriaco Principe, flagella, & ludibria experti, tandem pro conſtanti Catholicæ fidei Confeſſione, à Geuziis hæreticis ſuſpendio necati, glorioſum agonem conſummarunt. In territorio Valentinenſi, Beati [c] Hieronymi à Condriaco, Martyris: qui hæreticorum furori expoſitus, crudeli morte occubuit, ſuoque ſanguine fidem Catholicam ſubſignauit. Tetzcuci, in India Occidentali, Beati [d] Ioannis à Ripa, Confeſſoris: qui doctrina, & eloquentia exornatus: paupertate, regulari Obſeruantia, ac zelo ſalutis animarum, Indiæ populorum plurimùm emicuit. In Auſtria, Beati [e] Amadei, Confeſſoris: qui oratione, & verbo prædicationis clarus, fidem Catholicam aduerſus hæreſes ſtrenuè propagauit, ac tutatus eſt. Piſauri, Beatæ [f] Magdalenæ de Tizon, Virginis: eximiæ pietatis, & charitatis in proximum.

IVNII XXV.

§. 1. B*Eatorum Iacobi, & Hieremiæ, Martyrum.* [a]] Anno 1266. Bendocdar, Soldanus Babyloniæ (qui tyrannicè occiſo ſuo anteceſſore dominium vſurpauit ann. 1260.) poſt varias excurſiones, direptiones, & prædas; cùm Ptolemaidem, quam aliquoties obſedit, expugnare non poſſet, venit ad Caſtrum Saphet, obtinuitque, 24. Iunij, & contra deditionis pacta, præter Caſtellanum, cunctos occidit. *Obtento enim* (inquit Marianus Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 8.) *Caſtro poſt ſolis occaſum, miſit Admiratum ſuadens, vt Sarracenorum legem ſuſcipiant, alioquin gladio cuncti perirent: at vniuerſi, duorum Fratrum Minorum, qui aderant, monitis, tota nocte confortati, Martyrium potius elegerunt, quàm Chriſti negare fidem: fluebatque ſanguis per montis decliuium, quaſi aqua riuulus: fuerunt autem vltra 600. poſt hos verò Fratrem Iacobum de Podio, & Fratrem Ieremiam, quia cæteros in fide firmauerant, & Priorem Templariorum, excoriari fecerunt, deinde fuſtigari; poſtremo ad locum cæterorum deducti, capite cæſi ſunt. Fecit autem Soldanus locum materia circumdari, quia noctibus ſic per corpora ſplendebat lux, etiam cernentibus Sarracenis.* Hæc ille. Eadem ſcribit Wadinghus tom. 2. Annal Minorum ad ann. 1266. §. 9. & tom. 3. ad ann. 1342. §. 61. De iis S. Antoninus 3. part. Hiſtor. tit. 24. cap. 9. §. 10. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga part. 1. Originis Seraphic. in BB. huiuſce Ordin. Boſius de ſignis Eccleſ. Dei tom. 1. lib. 7. cap. 1. Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. Prouinciæ Terræ Sanctæ. Picquet. in Catalog. Viror. Illuſtrior. Minor. Odoricus tom. 4. Annal. Eccleſ. ann. 1266. §. 41.

Beatorum ſex Fratrum Martyrum. [b]] Capta, vi-
§. 2. que expugnata vrbe Alcmarienſi, ab hæreticis ann. 1572. Conuentus Fratrum Minorum: protinùs ab eiſdem perfidis expilatus eſt, in quo fuere intercepti, V. Pater Daniel *Arendock*, Conuentus Louanienſis alumnus, tunc huiuſce Alcmarienſis Conuentus Guardianus; cum 4. ſociis, videlicet, Patre Cornelio à *Platea*, Dieſtenſis Monialium Sanctæ Claræ Cœnobij Confeſſore: P. Ioanne *Nardeno*, Sacerdote, templique Minorum Æditu; P. Ludouico *Voetz*, concionatore inſigni; (qui Louanienſis erat, ſeu Gallo-Brabantus ab *Arquennes* originem trahans) & duobus Laicis, Fratre Adriano *Gandauo* Conuentus Ianitore: & F. Engelberto Terborgio, Panis procuratore: qui omnes iiſdem funibus, quibus præcincti erant fortiter alligati, carceribus ſunt mancipati. Exindè tracti, Enchuſiam, maritimum oppidum ducuntur: quo in itinere multa grauia perpeſſi ſunt. Nam & opprobriis afflicti, & fuſtibus cæſi cogebantur cœptam viam accelerare: quos omnes præfatus Pater Guardianus, ad Martyrium fortiter perferendum, vt vir ſanctus, feruido animabat affectu. Patientiſſimè igitur omnia ſufferentes, noctem in diuinis laudibus conſumpſerunt.

Die craſtina, ſententiam mortis exceperunt, qua §. 3.
ſuſpendio necarentur, & hoc, ob liberrimam Confeſſionem præſentiæ corporalis Chriſti, in Euchariſtię Sacramento: tum, pro defenſione Summi Pontificis, auctoritate Apoſtolica, & Catholicæ religionis conſtantia; propter quæ elegerunt potius ignominiosè ad patibulum, ab ipſis plagiariis hæreticis ſtrangulari, quàm Romanæ fidei ſinceritatem quoquomodo labefactare: quorum mors in conſpectu Domini pretioſa, ſignis admirandis tunc eſt illuſtrata. Quidam reponunt illorum Martyrium die 23. 24. ſeu 25. Iunij: ſed vltimis aſſentior. De his clariſſimis Chriſti Athletis ſcribunt Fauſtinus Taſſo Hiſtor. ſui temporis. Thomas Bouchierus Hiſtor. Eccleſiaſt Martyr. Obſeruantin. Fratrum. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in ſacris Martyribus Ordin. Minorum ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in Prouincia Germanię inferioris, apud Belgas. item part. 3. in Conuentibus Louanienſ.

Digitized by Google

Louanienſ. & Alemarienſi, qui ſunt 1. & 14. Prouinc. German. inferior. Petrus Opmerus lib. 2. Chronograph. decad 1. hac die. Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum lib. 6. cap. 1. 2. & 3. Daça ibid. lib. 3. cap. 71. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Auguſtinus Caſtell. in Triumpho Martyr. Florentius Leydanus in Hiſtor. Martyr. Alemaniæ. Fernandus lib. 3. Hiſt. Eccleſiaſtic. cap. 40. Sedulius hac die in Hiſtor. Seraphic. ſub fin. Boſius de ſignis Eccleſ. Dei tom. 1. lib. 12. cap. 22. Hilarion. à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 366 Arnoldus Hauenſis cap. 30. Speculi hæreticæ crudelitat. Surius Commentar. rerum geſtar. ann. 1572. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Picquetus in Catalog. ſup. Raiſſa, in Auctario SS. Belgij 24. Iunij: ſic & Boënerus in Hiſtor. Delineation. Martyr. Franciſcanorum Prouinc. Germaniæ Inferior. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1415. §. 115.

§. 4. *Beati Hieronymi, Martyr.* [d]] Eximius concionator erat, & Gratianopoli, aliiſque in locis, verbum Dei ſummo cum animarum fructu, annuntiauit. Cùm autem Valentinenſis Conuentus PP. Capucinorum Guardianus eſſet, à Caluiniſtis Puſinum inter, & Priuatium interceptus, adeò crudeli martyrio excruciatus fuit; vt corpore obtrito, plures ſeptemdecim, partim enſium, partim pugionum ictus, numerati fuerint: oculi effoſſi, naſus depreſſus, facies vniuerſa ita deformata, vt vix à ſuis Religioſis Fratribus, niſi ex Sacerdotali corona agnoſci potuerit, ann. 1629. circa diem 25. Iunij: cùm ſex diebus à ſua paſſione tranſactis corpus eius repertum eſt. Vide Mercurium Gallicum tom. 15. eo anno, pag. 479. Galterium in Tabula Chronograph. in Appendic. ad ſæcul. 17. vbi de ſanctis, & illuſtribus viris.

§. 5. *Beati Ioannis à Ripa, Confeſſoris.* [e]] Prouinciæ S. Gabrielis fuit alumnus; ſextum tenuit locum inter illos 12. Patres, qui primi Indos ſacro regenerarunt lauacro. Guardianus apud Mexicum & Quauhnaoacum, extitit; ac Diffinitor Prouinciæ S. Euangelij. Obſeruantiſſimus præterea religionis, & paupertatis, ac regularis Obſeruantiæ cùm eſſet, quoties de rebus Ordinis agebatur, miro ſpiritus feruore exæſtuabat. Poſtquam igitur plurimos labores, tum pro conſeruando regulæ nitore, tum in Indorum conuerſione exantlaſſet, nihilque eorum, quæ ad perfectum, zelotemque religioſum requiruntur, prætermiſiſſet: deuotaque aliquot opuſcula, Mexicana lingua edidiſſet: anno 1562. Tetzcucano in Conuentu, curuatis propè lectum genibus, animam creatori conceſſit, crucem præ manibus tenens: cuius corpus ibidem condigno honore humatum eſt. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 11. Prouinc. S. Euangelii. Barezzus 4. part. ſup. lib. 4. cap. 25 Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. litera I. Rapinæus Hiſtor. general Orig. Recollector. decad. 5. part. 1. §. 9. & part. 2 §. 5. Hilarion à Coſta lib. 1. ſup. pag. 115. Marianus lib. 1. cap. 40. & Daça. 4. part. Chronicorum Minorum lib. 2. cap. 21. ex multis aliis. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

Beati Amadei, Confeſſoris. [f]] Hic ſuperioribus temporibus, quibus Lutherana hæreſis graſſari cœpit, §. 6.
mirum in modum floruit; fuit enim vir zeli ardentiſſimi, atque concionator feruentiſſimus: inſuper, & multoties inter orandum expanſis in aëra manibus ſubleuatus extitit. Illius meminere Gonzaga 2. part. ſup. in fine Prouinc. Auſtriæ. Barezzus ſup. lib. 5. cap. 25. Daça ſup. lib. 3. cap. 76.

B. Magdalenæ Virg. [g]] Præclaras eius virtutes recenſet poſt alios. Wadingh. tom. 5. ſup. ad ann. 1444. §. 7.
§. 61.

SEXTO KALENDAS IVLII.

IN Italia, Beati [a] Benedicti à Græccio, Confeſſoris, inſigni deuotione, & religione conſpicui. Stellæ in Aquitania, Beatorum [b] Petri Romeri, & Ioannis Lazeani, Confeſſorum. Mediolani, Beati Alberti [c] Morigij, Confeſſoris, & concionatoris eximij: qui virtute, pietate, & plurimo animarum lucro floruit. Apud Montem Carolum, in Tuſcia, Beati [d] Angeli de Groppina, Confeſſoris: qui humilitati ac charitati addictiſſimus, Angelicam vitam duxit. In Plaia oppido Inſulæ Tertiæ Luſitaniæ, Beatæ [e] Catharinæ de Ornelas; quæ inibi extructo à ſe Monaſterio, habitum religionis induit, in quo virtute abſtinentiæ, oratione, humilitate, & charitate ſummoperè emicuit.

IVNII XXVI.

§. 1. BEati Benedicti, Confeſſoris. [a]] Vocatur ipſe B. Benedictus *ab Eſtercio*, à Marco Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronicorum Minorum lib. 6. cap. 26. §. 4. ann. 1304. ſed, vt opinor, error inibi irrepſit, & pro *Eſtercio*, dicendum eſt, *à Græccio*. De quo meminit Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis: illis verbis. *Beatus Benedictus à Græccio vir deuotiſſimus.* Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 2. *Beatorum Petri, & ſocij Confeſſoris.* [b]] Hi duo Fratres Laici multa pietate, & virtute commendabiles, obiere in Conuentu Stellę, Vaſconiæ oppidi; olim Prouinciæ Arragoniæ, ſub Cuſtodia Nauarræ: Vide Wadinghum tom. 4. Annal. Minorum ad ann. 1400. §. 31. ex Toſſiniano lib 2. Hiſtor. Seraph. ibidem.

B. Alberti Morigij, Confeſſ. [c]] Florebat ann. 1448. §. 3.
patria Mediolanenſis. Obijt in Conuentu S. Angeli, qui eſt 1. Prouinciæ Mediolanenſis. Ita Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1418. §. 36 & 1448. §. 3. ex MSS. Codicib.

Beati Angeli de Groppina, Confeſſoris. [d]] Claruit §. 4.
apud Conuentum S. Franciſci, montis Caroli (qui eſt 15. Prouinc. Tuſciæ) propè pagum S. Ioannis de Valdarno, cuius Elogium ibidem deſcribit Gonzaga

Digitized by Google

part. 2. ſup. *Huius aliquando loci* (inquit) *accola fuit, profundiſſimæ humilitatis, atque ſummæ charitatis Frater Angelus de Groppina Laicus: qui conuentione prius cum vxore facta, vt illa ſanctimonialium Monaſterium, quod Camolia nuncupabatur, Florentiæ ingrederetur; ipſe ſimul cum communi prole maſculina Franciſcanum habitum induit; ſolemnique voto emiſſo, Angelicam in eo potius quàm humanam vitam duxit; ac tandem vterque illorum bonis operibus plenus hoc in Conuentu, anno Dominicæ Incarnation. 1498. huic mortali vitæ valedixit.* Eadem refert Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 52. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1423. §. 9. & tom. 7. ad ann. 1498. §. 4.

§. 5. *Beata Catharina de Ornelas.* [e]] Eſt in Oceano mari Inſula, nomine Tertia, ſiue Aſturum, nuncupata: & in ea *Plata* oppidum, intra cuius mœnia perdeuota ac nobilis fœmina, B. Catharina, Monaſterium ſub titulo Deiparæ, ſiue Dominæ noſtræ de *Luce*, ſuis ſumptibus ædificandum curauit; quæ tandem Monaſtico habitu induta, prima omnium in eo, imò, & in vniuerſa hac Inſula ſolemne religionis votum emiſit: cuius exemplum imitatæ aliquot aliæ pientiſſimæ ac nobiles eiuſdem Inſulæ fœminæ, habitum religionis induerunt, & ſecundum regulam ſanctæ Virginis Claræ profeſſæ ſunt. Vixit hæc religioſiſſima fundatrix ibidem aliquot annis; in abſtinentia, oratione, humilitate, charitate, ac in omni virtutum genere, magnos faciens progreſſus: quapropter è viuis ſublata, cum cœleſti ſponſo Ieſu Chriſto regnare exiſtimatur. Agunt de ea Gonzaga in eo Monaſterio, quod eſt 18. Prouinciæ Algarbiorum, & Barezzus ſup. lib. 2. cap. 14. ad ann. 1520. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minorum. lib. 4. cap. 17.

QVINTO KALENDAS IVLII.

CORneti, in Apulia, Beati [a] Benuenuti Eugubini, Confeſſoris: qui nobilitate ac militia clarus, humilitati, charitati, patientiæ, atque obedientiæ ſic ſtuduit: vt & his paupertatem, orationem, & ſilentium adiiciens, innumeris miraculis coruſcarit. Ortonæ, in Aprutio, Beati [b] Blaſij Aquilani, Confeſſoris: qui diuinis myſteriis contemplandis iugiter intentus, omni virtute, & religione emicuit. Triuili, in Inſubria Beati [c] Cherubini Tornielli, Confeſſoris: miræ abſtinentiæ viri. Areuali, in territorio Abulenſi, Beatæ [d] Sanctiæ Martinez à Montaluo, Viduæ Tertiariæ, eiuſdem loci Monaſterij fundatricis; quæ nobili genere exorta, tanto ſpiritus feruore Pœnitentiam, humilitatemque amplexata eſt, vt totius perfectionis, & ſanctitatis cæteris exemplum effecta ſit.

IVNII XXVII.

§. 1. *Beati Benuenuti, Eugubini, Confeſſoris.* [a]] Nobilis eques fuit, cùm ſpretis mundi huius illecebris, Seraphici Patris D. Franciſci veſtigiis toto niſu inhæſit: à quo receptus ad Ordinem, Laicorum ſtatum tenuit, ann. 1222. cùm litteras penitus ignoraret: ſed alta edoctus ſapientia, humilitatis ſuæ multiplex dedit indicium. De mandato eiuſdem S. Franciſci, ad ſeruiendum leproſis accedens, illis veluti Chriſto charitatiuè miniſtrauit. Obedientiæ culmen ſic aſcendere conatus eſt, vt ad omnia prælatorum iuſſa impiger, & ſine mora, pareret. In ſuis infirmitatibus, quibus à Domino fuit probatus, patientia enituit. Sanctiſſimæ paupertatis amator; vix extrema victus, & veſtitus requirebat. Silentij cultor: pietatis viſceribus ſuper afflictos affluens; orationi, & contemplationi ſic fuit deditus, vt vſque ad horam tertiam in publicum nullatenus exiret, ne occupatione aliqua perfectas delitias minui pateretur, aut mutari. Cúmque Culinæ officium exerceret, tamdiu ſemel in Eccleſia perſtitit, vt nil pro fratrum prandio paratum haberet, ſed coquinam ingreſſus, cernit omnia Angelico famulatu, eſſe parata. Honeſtatis autem adeo fulſit virtute; vt nec verbo nec facto, aut ſigno, quidquam in eo fuerit reprehenſione dignum. Denique vir fuit ſanctiſſimus, & ſignis ſtupendus; obiit circa ann. 1232. apud Cornetum in Apulia. In qua Prouincia ſummo honore colitur: cuius miracula (per Bullam Apoſtolicam à Gregorio Papa IX. ann. 1236. directam) ab Epiſcopis Melphitano, & Venuſino, ſunt collecta, examinata, & autenticata, & interim conceſſum à Pontifice, vt in tribus vicinis Epiſcopatibus eius celebraretur feſtum, de eoque diuinum recitaretur officium. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ ſancti Angeli. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronicorum Minorum lib. 2. cap. 17. Gonzaga 1. part. Originis Seraphicæ Religionis in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eo. Wadinghus tom. 1. Annal. Minorum ad ann. 1222. §. 21. & ann. 1232. §. 18. & 19. ex Mariano lib. 2. cap. 9. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Odoricus tom. 13. Annal. Eccleſ. ann. 1236. §. 28.

§. 2. *Beati Blaſii Aquilani, Confeſſoris.* [b]] Fuit olim B. Ioannis Capiſtrani chariſſimus ſocius; omnique virtute, religione, atque ſanctitate ornatus; qui diuinis contemplandis myſteriis, perpetuò intentus, nunquam otioſum verbum protulit: ſed quicquid, ſiue inter ſeculares, ſiue etiam inter fratres loquutus, id eſt maxima grauitate prolatum, in Dei honorem proximique ædificationem cedens. Obiit, ſepultuſque eſt apud antiquum Sancti Franciſci Conuentum extra mœnia Ortonæ vrbis. Illius meminerunt Gonzaga part.

Digitized by Google

part. 2. ſup. in Ortonenſi Conuentu, qui eſt 7. Prouinc. Sancti Bernardini, & Barezzus part. 4. Chronic. lib. 1. cap. 47. Wading. tom. 5. ſup. 1440. §. 33.

§. 3. *B. Cherubini, Confeſſoris.* [c]] Inter præcipuas eius virtutes, tanta virtute abſtinentiæ pollebat, vt ſæpiſſimè per triduum nil manducaret: nulla tenus tamen intermiſſo Lectoris, & prædicatoris Euangelici officio: teſte Wadingho tom. 5. ſup. ad ann. 14. §. 21. iacet in Conuentu Triuilenſi, qui eſt 12. Prouinciæ Mediolanenſis.

§. 4. *Beata Sanctia-Martinez à Montaluo, Tertiaria.* [d]] Maxima humilitate ac vitæ perfectione, hæc illuſtris Heroïna fuit ditata: carnis macerationi, exercitiis pœnitentiæ, orationibus atque obſecrationibus, & ieiuniis ſic operam dedit, vt breui, virtutum ſpecimen euaſerit. Cùm autem ſanctitatis haud pauca præbuiſſet indicia, à Domino vocata, fœliciter migrauit in cœlum: cuius corpus humatum eſt apud Areualum, in Monaſterio ſanctæ Elizabeth, à ſe extructo: Hiſpanicè, *De las Montaluas*, ob id nuncupato. De ea agit Barezzus ſupra lib. 2. cap. 55. ex Gonzaga. in eo Monaſterio (quod eſt 29. Prouinc. Conceptionis) part. 3. ſup. ſic ſcribente. *Pientiſſima Sanctia Martinez à Montaluo, Dei Eccleſiam hæredem ex eſſe inſtituturæ, hoc Monaſterium Beatæ Elizabethæ ſacrum, Areuali, ex propriis facultatibus, ſub anno à partu virgineo* 1440. *ædificauit, atque honeſtis redditibus locupletauit. Præterea Franciſcanarum Tertiariarum habitu de Religioſo more induta, cæteris aduentantibus iuuenculis religioſè viuendi norma facta eſt. Cuius ſanè humilitas tanta extitit, vt licet claris orta natalibus, & nobiliſſimo olim viro iuncta, non erubuerit aquam ex fonte hauſtam, propriis humeris, per medium forum Monaſterio, à ſe constructo inferre.* Valerius de Sanctis Fœmin. Ordin. Minorum lib. 4. cap. 31. Wadinghus ſup. ann. 1440. §. 45.

QVARTO KALENDAS IVLII.

ARimini, Beati [a] Andrææ, cognomento Dulcis; ſignis, & miraculis clari. In territorio Narnienſi, Beati [b] Petri Arietenſis, Confeſſoris: qui Domino ex toto corde inſeruiens, aſſiduis ieiuniis, vigiliis, & orationibus operam dedit. Caſtrulei in territorio Cremonenſi, Beati [c] Laurentij, Confeſſoris, magnæ ſanctitatis viri. Campaniæ in Lucania, Beati [d] Damiani à Campania, Confeſſoris: qui ſingulari vitæ perfectione, virtutis ſpecimen cæteris præbuit; & Prophetiæ dono illuxit. Foroſempronij in Picœno, Beati [e] Ioſephi à Colleamato, Confeſſoris: religionis zelo, pietate, ac vitæ auſteritate donoque curationum inſignis. Ornani in Corſica, Beati [f] Incogniti; Confeſſoris: virtute miraculorum celebris. Beluiſij in Territorio Placentino, Beatæ [g] Franciſcæ de Belen, virginis abſtinentia: humilitate, & oratione illuſtris.

IVNII XXVIII.

§. 1. BEeati Andreæ, Confeſſoris. [a]] Hic mira affabilitate ac benignitate repletus erat: qui & vita exemplari ac virtutibus claruit, & miraculis coruſcauit. Floruit circa tempora Beati Bartholomæi Piſani lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minoribus Prouinciæ Bononienſi ſanctitate illuſtribus. Prout ipſemet teſtatur: vbi de Conuentu Ariminenſi. *In dicto loco* (inquit) *iacet iſtis temporibus Frater Andreas, Dulcis Frater, & Bonus: qui (vt dicunt Fratres) ſignis claret, & miraculis.* Illius adhuc meminit fruct. 11 part. 2. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Gonzaga 1. part. Originis Seraphicæ Relig. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphicæ Vvadinghus tom. 2. Annalium Minorum. ad ann. 1292. §. 24. & tom. 4. ad ann. 1378. §. 12. Picquetus in Catalog. viror. illuſtriorum. Franciſcan. Marius Mutius de SS. Bergomatibus.

§. 2. *Beati Petri Arietenſis, Confeſſoris.* [b]] Prouinciæ S. Franciſci fuit alumnus, diutiuſque habitauit in Conuentu S. Franciſci de Specu, quod propè Caſtellum S. Vrbani, Narnienſis Comitatus, in aſperrimo quodam monte, occurrit: illicque diem clauſit extremum ann. 1464. cuius corpus integrum omnino atque incorruptum adhuc perſeuerat. Nec mirum, cùm in perpetuis vigiliis, ieiuniis, orationibus, atque contemplationibus ad vltimum vſque halitum, vitam egerit, & poſt obitum, magna populi veneratione colitur. Scribunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 48. eiuſdem Prouinc. S. Franciſci. Barezzus 4. part. Chronic. Minorum. lib. 1. cap. 48. ad ann. 1525. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1215. §. 7. & tom. 6. ad ann. 1464. §. 29. Toſſinianus lib. 2. in Prouinc. S. Franciſci.

Beati Laurentij, Confeſſoris. [c]] Corpus eius requieſcit Caſtrulei, in Conuentu S. Mariæ de Brixianore, cuius ſanctitas conuicinis populis in propatulo eſt: teſte Gonzaga part. 2. ſup. in hoc Conuentu 16. Prouinc. Brixiæ. §. 3.

Beati Damiani à Campania. [d]] Huius vitæ perfectiones in omni genere virtutum fuere incredibiles, §. 4.
quique aliis, quamdiu vixit, benè viuendi norma factus eſt. Spiritu Prophetico exornatus erat, & certiſſimum ſui obitus diem confratribus multò antè prænuntiauit. Deceſſit è vita in Conuentu B. Mariæ de Auiliano, iuxta mœnia Campaniæ vrbis, ingens ſui deſiderium poſteris derelinquens: magna enim ſanctitatis fama obiit, & cum cœlicolis beari exiſtimatur. Claruit ann. 1520. Agunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 13. Prouinc. Principatus. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 53. ſub. ann. 1525.

Beati Ioſephi à Colleamato, Confeſſoris. [e]] Picœnus fuit, ex Colleamato caſtro propè Fabrianum oriundus; Petrus Matthæus antea vocatus. Adhuc iuuenis §. 5.

Digitized by Google

in ſeculo à vitiis omninò alienus erat, pietati, orationi, contemplationi, ieiuniis ac diſciplinis vacans, ſanctiſſimam agebat vitam. Cùm annum 18. attigiſſet, capta patris ac matris, maxima cum humilitate, licentia; verſus Patres Capucinos conuolauit, & à P. Ludouico Foro Semproniensi, ſuſceptus: à Beato Paulo Clodienſi habitum religionis ſuſcepit: cuius ſocius extitit ac diſcipulus. Florebat ſanctitate ann. 1535. Illius meminere Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronicor. Minor. lib. 9. cap. 26. Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1528. & 1557. quo obiit.

§. 6. *Beati Incogniti, Confeſſoris.* [f] Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu Sancti Franciſci Ornani, qui eſt 11. Prouinc. Corſicæ. Barezzus ſup. lib. 3. hæc ſcribunt de eo. Quoties oppidi ſanctæ Mariæ de Ornano habitatores, vel infirmitate, vel aliqua alia tribulatione premuntur, Minoritici huius loci, qui non procul ab eo ſub inuocatione Sancti Franciſci Surrigij Fratrum Sarcophagum deuotè petunt, ſæpiuſque optata referunt. Quod proculdubio patentiſſimum alicuius Beati Patris, vel Fratris, ibidem ſepulti indicium eſt.

B. Franciſca, Virg. [g]] Vna fuit ex primis Fundatricibus Monaſterij Beluiſiani (quod eſt 6. Prouinciæ Angelorum) vbi Vicaria extitit, & ſancto fine quieuit, circa ann. 1600. Verè pœnitentium ſpeculum apparuit. In qua abſtinentia, humilitas & ſilentium, tanquam in propria ſede quieſcerent, nuſquam lecto decubuit, cilicium iugiter detulit, ieiunia Regulæ in pane & aqua ſeruabat: eius oratio, continua erat, & feruida, &c. Vide Daçam, ſup. 4. part. lib. 4. cap. 50. ex Monumentis illis Prouinciæ. §. 7.

TERTIO KALENDAS IVLII.

NVmidiæ nouę in Africa, paſſio Beati [a] Raymundi Lulli Tertiarij, Qui ob fidei Chriſtianę Prędicationem à Sarracenis multis plagis affectus, & lapidibus obrutus Martyrij palmam meruit obtinere: cuius corpus ad inſulas Baleares delatum, Maioricę pia fidelium veneratione colitur. Ameriæ in Vmbria, Beati [b] Simonis à Torſiano, Confeſſoris: qui ſepultus in terris, in cœlo ſe viuere multis virtutibus manifeſtat. Apud Gualdum Vmbriæ oppidum, Beati Petri, Tertiarij [c] Confeſſoris. Mexici in India Occidentali, Beati [d] Petri à Gandauo, Confeſſoris: qui religione ac humilitate pręclarus, tanto ſpiritus feruore operam dedit in procuranda Indorum conuerſione, & ſalute, vt innumeros eorum Chriſto lucrifecerit, cultum diuinum ampliſſimum reddiderit, & dierum ac bonorum operum plenus, ſanctiſſimè obierit. Lutetiæ Pariſiorum, Beatæ [e] Alizæ Burgottę, Recluſę, Tertiarię: quę rerum cœleſtium contemplationi iugiter intenta, ſancto fine quieuit. Vlmeti in territorio Abulenſi, Beatę [f] Vrracę Rodriguez Bezerrę, Viduę, Tertiarię: fundatricis Monaſterij Crucis ibidem à ſe extructi: quæ ex illuſtri proſapia nata, & caſtimonia humilitateque refulgens, cæteras quoque patientia, miſericordia, ac manſuetudine ſuperabat.

IVNII XXIX.

§. 1. B*Eati Raymundi Lulli, Martyr.* [a]] Natus eſt in inſula, & ciuitate Majoricarum, in vico S. Michaëlis Patre Raymundo Lullo, & matre, ex generoſa familia *Herilium*, nobilibus Cathalanis, circa ann. 1236. Vt humaniores addiſceret linguas, & artes liberales, ſummoperè deſiderarunt parentes; auerſum tamen hic habuit animum ab omni genere ſcientiarum, & Palatinæ vitæ addictum. Genium eius conſiderantes progenitores, inter pueros Regios admitti curarunt, cum quibus adoleuit; curialis erga omnes, & promptus in obſequiis, donec ad ſuperiorem euectus ordinem factus eſt Seneſchallus Iacobi Regis Majoricarum, & Regiæ domus præfectus. Pro more aulicorum mundialiumque virorum, profanis amoribus implicatur. Inque ſuis amoribus non modo flagrantem iuuentam, ſed & potiorem vitę partem inaniter conſumpſit; in dictandis Dioneis cantilenis pręcipuè intentus, à quo tamen ſtulto amore, maximè cuiuſdam fœminæ elegantiſſimæ, ſed honeſtiſſimæ, facto prorſus ſtupendo, reſipiſcit: cuius rei, poſt alios, meminit Cauſſinus tom. 1. Curiæ ſanctæ, lib. 3. ſect. 19. num. 3.

§. 2. Mox apparet ei Chriſtus in viſione; ſeu imago Chriſti, in hæc verba, ipſum alloquens: *Raymunde, ſequere me*, cùmque hæc cæleſtis viſio frequentiùs ad eundem, contra ſtimulum calcitrantem, ex Diuina bonitate iteraretur, ſtatuit apud ſe, abiecto diuitiarum faſtu, dimiſſa familia, relinquere mundum. Cuncta igitur vendidit, præter ea, quæ ſubleuandis coniugi, & familiæ erant neceſſaria, pretiaque pauperibus erogauit. Orare deinde totis viribus cœpit Dominum, vt ei lumen, & gratiam largiri dignaretur: protinuſque donum ſcientiæ cælitus accepit, mirabiliterque fuit tota mente illuſtratus, anno circiter 1275. egitque de addiſcenda lingua Latina, iã penè quadragenarius, quod quidem idioma Lutetiæ aſſecutus eſt, Thoma quodam præceptore. Porrò ex deſiderio ingenti conuertendi Mahumetanos, qui Arabicè, vt plurimum loquuntur, ab emptitio ſeruo, illorum idioma apprehendit. Hinc Majoricæ curauit inſtitui Collegiũ Minoritis, qui linguæ Arabicę addiſcendæ perpetuò intenderent; vt ea competenter inſtructi, ad terras paganorum proficiſcerentur, eiſdem prædicaturi: idque tantoperè Iacobo II. Regi Majoricarum perſuaſit; vt Collegium huiuſmodi fundauerit, ann. 1276. ſeu 1277. Poſtea verò, Romam venit, ann. 1287. ſub Honorio IV. eadem Collegia illic inſtituendi, & ſtabiliendi gratia; at mortuo Pontifice, Lutetiam perrexit, vt cauſam hanc proſequeretur, variaſque in hunc finem peragrat regiones.

Traiicit

Digitized by Google

§. 3. Traiicit in Africam, vbi & cum Sarracenis diſputat, qua de re verberatur, detruditur in carcerem: ac tandem è regno Tuniſij eiicitur. Nulla ergo tunc maioris lucri ſpe relicta, transfretauit Neapolim; vbi vſque ad Cœleſtini V. electionem remanſit, ac poſtea indefeſsè in rebus fidei laborauit, vſque ad ann. 1315. quo Martyr. occubit, ſanguine pro Chriſti fide effuſo; dùm Numidiæ nouæ, vulgò, *Bugia* à Sarracenis, lapidibus obrutus eſt, anno ætatis ſuę ſeptuageſimo, die 29. Iunij, cuius ſacrum corpus à Chriſtianis Genuenſibus Arabico tectum palliolo, nauigio allatum eſt Maioricam; vbi in Conuentu Fratrum Minorum quieſcit, & magno honore ac veneratione à Balearibus Majoricæ & Minoricæ inſularum incolis colitur. Quapropter, authoritate Apoſtolica, canitur officium in die feſto ipſius; & R.P. Pacificus Capucinus, honorabilem agens de eo mentionem; ait ſacrum Miſſæ celebraſſe ad altare, in quo ſeruantur B. Martyris Reliquiæ; lib. ſuæ peregrination. in Perſidem. pag. 385. & ſequentibus.

§. 4. Præcipua eius geſta, deſumi poſſunt ex iis, quæ de ſe, ipſemet ſcribit, in multis locis opuſcul. à ſe editorum. In prologo, ac fine libri Arboris Scientię. Item lib. de Contemplat. cap. 107. & 129. In Blacherno, lib. 2. part. cap. 72. ſeu eius marginator, ibid. Item in quibuſdam carminibus, ſeu rythmis idiomate patrio à ſe conſcriptis. In lib. Diſputationis cum Homero Sarraceno, in fin. & lib. de Natalibus puer. (quem Philippo pulchro, Regi Franciæ dicauit) cap. 28. & lib. cui titulus *Clericus*, in fin. ac lib. phantaſtic. cap. 1. & 6. &c. Præterea; vita ejus extat MS. apud Vvadinghum. Rurſus, Carolus Bouillus, vir doctus, vitam ipſius ſcripſit, quam inter vitas Patrum & Eremitarum Occidentis nuperrimè edidit Benedictus Gononus, Ord. Cœleſtin. Lugdunenſ. Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu S. Franciſci Maioricenſ. qui eſt 1. Prouinc. Majoricar. Antonius Poſſeuinus tom. 2. Apparat. ſacr. ad ann. 1311. Gneſnerus, in Bibliothec. Simlerus in Addition. ad Epitomen dictæ Bibliothec. Carion. lib, 3. Chronic. monarch. 4. ętat. 3. ſub ann. 1260. Lope Paez, Viſitator tertij Ordinis Franciſcan. lib. de Regula & Conſtitut. eiuſdem Ordin. pag. 123. Pineda in aduertentiis ad priuilegium. Ioann. Regis Arragon. fol. 3. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 45. Gaſpar Eſcolanus, lib. 3. Hiſtor. Valentiæ cap. 21. Hugo Cauellus cap. 11. Apolog. pro Ioanne Dunſio, Scoto, & Bellarminus, tom. 7. lib. de ſcriptoribus Eccleſ. ſæcul. 13. ſub ann. 1290. Gabriel Vaſquez in 1. part. D. Thom. diſput. 133. cap. 4. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Seraphici ſancti Franciſci. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1275. § 9. 1276. §. 6. 1287. §. 2. 1290. §. 18. 1293. §. 2 & 3. 1295. §. 15. & tom. 1. ad ann. 1238. §. 17. Item tom. 3. ann. 1312. §. 8. & 1315. §. 2. & ſeq. ex multis aliis. De Torres in practic. exhortationib. ſuper Regul. Tertiarior. fol. 37. Vaſſeurus. tom. 3. Annal. Eccleſ. Nouiodumenſ. lib. 4. cap. 48. & Iacobus, Corbinus qui eius Encomia verſibus Gallicis celebrat; libr. 8. Sanctæ Franciad. pag. 166. & 167. vbi rationem reddit, cur triplicer Martyr effectus ſit. Myræus iu Geographia Eccelſiaſtic. vbi de Balearib. Inſulis Mariana de rebus Hiſpan. lib. 15. cap. 4. ann. 1301. Thielmans tom. 2. vit. SS. Seraph. Ordin.

§. 5. Plura ſcripſit in Theologia, & in cęteris ſcientiis; cuius opera publici fecit iuris Lazarus Zeznerus, Argentorati impreſſa, cum grauiſſima liminari epiſtola, ann. 1608. & 1617. Ianus Laſinius, Minorita, methodum fecit in omnes libros ipſius B. Raymundi; Bernardinus, ſeu Bernardus *Lauinetha*, Franciſcanus, ordine compoſito & facili, artem, Generalem B. Raymundi, in Epitomen redegit. Teſte Vvilloto, in Athenis Orthodoxis, Franciſcan. ex quibus libris Iacobus Faber Stapulenſis, viſus eſt ſibi plurimum profeciſſe, vt ipſe fatetur, in ea epiſtola ab eo præfixa initio libri, *De Laudibus B. Mariæ Virgin.* Ipſius Raymundi, quem ipſe Faber Typographis imprimendum dederat. Iulius Pacius, Commentaria edidit in artem Raymundi Lullij, Valentiæ in Delphinatu, an. 1596. & 1617. tum denique eiuſdem Artis Lullianæ, ſeu memoriæ artificialis ſecretum prodiit explicitum, oratoribus & prædicatoribus vtiliſſimum; per R. P. Hugonem Carbonellum, Minoritam Obſeruantem, Tectoſagum., Lectorem & Prædicatorem Generalem, Almæ Facultatis Theologicæ Pariſienſ. Doctoribus dicatum; anno 1620. Poſtremo, quidem author Anonymus, Gallus, Blachernam, Beati Raymundi in Gallicum idioma tranſtulit, Pariſiis, ann. 1632. qui in pręfatione libri, teſtatur, vnà cum R. P. Pacifico Capucino, ſup. eius doctrinam publicè profiteri in vniuerſitate Majoricenſ. ſicut D. Thomæ vel Scoti, in Pariſienſi: vndè cognominata reperitur, illa Academia *Raymundina*, & *Lulliana*, vel *Lullina*: quapropter ſummi viri, magnaque ingenia, eam doctrinam ſemper ſuſcipiunt, attollunt, miranturque: ipſe verò Raymundus præclaris encomiis celebratur. A Pariſienſibus nempè vocatur, *nonus homo, nona ſcientia dotatus*; *Doctor venerabilis, & approbatus in ſuis artibus & ſcientiis*, A Chriſtianiſſimo Rege, Philippo Pulchro: *Organum ſancti Spiritus*; *& Doctor diuinitùs illuminatus.* A Regibus Catholicis, *Magnus Magiſter in Philoſophia ac Theologia: authorque artium & ſcientiarum mirabilium.* Ab Italis, *Author artis vniuerſalis, qui omne ſcibile docet.* Ab Anglis, *Magnus Philoſophus, Catalanus.* A quibuſdam, *Clarus mundi radius, ſuprema Minerua; vtilitatis publicæ procurator, tenebrarumque mundi lux*, &c. A Nicolao Cauſſino, tom. 4. Curiæ ſanctæ, tract. 1. ſect. 31. *Theſaurus abſconditus; ab æmulis exagitatus, à ſuperbis laceſſitus, condemnatus ab ignaris & imperitis, ſed magnus Dei ſeruus; vir pius & doctus, atque Diuino plenus amore, & cœleſti prorſus ſcientia imbutus.*

Attamen non defuerunt, qui lippis, toruiſque oculis, noſtrum iam inſpexere aſſertum, quo nimirum eorum intellectus acies obtundebatur & viſus. In his, Nicolaus Eymericus, in Directorio inquiſitorum; Prateolus, verbo, *Raymundus Lullus*; Bernardus Lutzembergus, ibid. Sanderus, hæreſ. 157. Genebrardus, lib. 4. Chronogr. in Honorio IV. Galterius, in tabula chronolog. ſæcul. 13. in hæreſ. Item capite quinto; de Conuenientia hæreſ. veter. cum modernis. Garaſſus de Doctrina curioſa, libro primo, ſect. 2. paragraph. 2. lib. 2. ſect. 10. paragr. ſexto, libro 3. ſect. 5. §. 4. & ſect. 10. §. 2. ſect. 12. §. 1. Item lib. 5. ſect. 11. §. 2. Bzouius in Annal. Eccleſ. ad ann. 1260. & 1312. Duplex tom. 2. Hiſtor. Franc. ſub Carolo 4. pulchro Reg Franc. in fin. pag. 427. qui pro hiſtrione, magno hæretico, perditæ memoriæ viro, errorum magiſtro, &c. habent; cumque ſic indefeſſo conatu condemnant, vt illis non videatur Catholici nomine dignus, qui Orthodoxum dixerit Raymundum. Quis autem, hanc prior inuſſerit *Lullo* ignominiam, legatur Bellarminus, ſupra, apud quem reperies; quòd præfatus Eymericus aliis præbuerit anſam erroris. Scribit etenim Raymundum accuſatum §. 6.

fuiſſe ad Gregor. XI. Papam, vel potius accuſata fuiſſe ſcripta eius, quòd continerent pluſquam trecentos errores; & dictus Bernardus de Lutzemburgo, *Lullum* ipſum reponit in catalogo hæreticorum, &c.

§. 7. Quibus reſpondemus, id ortum eſſe ex ſurreptitia Bulla Apoſtolica ipſius Greg. XI. ab Eymerico perperam confiсta, qua de re conuictus, vt plagiarius, falſariuſque litteræ Apoſtolicæ declaratus eſt: cuius rei proceſſum, ordine iuris habitum, omneſque eius circumſtantias, ac ſententiam datam contra ipſum Eymericum, referunt. Vaſquez ſup. teſtis oculatus, Daça, Pineda, Lope Paez, Cauellus, &c. ſup. de qua re editus eſt liber ann. 1604. cum hac inſcriptione: *Sententia Deffinitiua in fauorem Lulliana Doctrina, iuris ordine, & Apoſtolica authoritate, lata, & in veritatis triumphum, inque glorioſa vindicationis memoriam, denuò impreſſa, & principalibus reſcriptis munita.* Quo pacto, nonnulli excuſari videntur, qui Eymerico dicuntur nimis fauiſſe; æquior illis Bellarminus, prudenter huiuſce rei iudiciū S. Sedi Apoſtolicæ relinquens, quem ad amuſſim ſecutus Galterius, poſtea Palinodiam cantauit eorum, quæ in priori editione, ita abſolutè diuulgarat: Imò Cauſſinus, & ipſe Ieſuita, *Lullum*, intra Curiam ſanctam vltrò admiſſum agnoſcit, & cum Beatis cælitibus gloria potitum.

§. 8. Et rectè quidem; enim verò, ſi *Raymundina* doctrina tantæ ſuſpicionis Hæreſeon, inſimulabatur, quorſum eam Concilium Tridentinum non vetuit? quippe quæ tunc haud intacta tranſierit. Conſtat nempè inter acta priuata Concilii Trident. de hac re haberi tractatum; in quo Doctor *Billeta*, Barcinonenſis, ipſam defendit, ne in Catalogum librorum prohibitorum referretur. Ex in robur ſuum auxit, detecta falſitate Eymericiana, ponduſque addidit, ſententia iuridicè contra ipſum Eymericum lata, & ſacræ poteſtatis Apoſtolicæ inſinuatio. Non ignoro tamen, *Raymundum*, Almam Vniuerſitatem Pariſ. ſenſiſſe aliquando ſibi contrariam. Ita enim ſcribit Gerſon, in Epiſtol. ad F. Bartholomæum Carthuſianum, contra Ioannem de Schonhauia. *Sic nuper actum eſt Pariſius per ſacram Theologia Facultatem aduerſus illos, qui doctrinam quandam peregrinam Raymundi Lulli conabantur inducere; qua licet ſit in multis altiſſima, & veriſſima, quia tamen in aliis diſcrepat à modo loquendi Doctorum ſacrorum, & à Regulis Doctrinalis ſua traditionis, & vſitata in Scholis, ipſa Edicto publico, repudiata, prohibitaque.* Item de Libris cautè legendis. *Denique, ſuper hac re compoſitum eſt opuſculum de examinatione doctrinarum, & aliud ſuper doctrina Raymundi Lullij.* Vbi nec vnum quidem verbum de errore, ſeu hæreſi, cernis appoſitum: quæ nihilominus ſacra Facultas Pariſ. perſpicaciore mentis indagine, poſtea reuoluens, eam à ſe prius reiectam *Raymundi* doctrinam, approbauit: vti diſertè refert, & probat Ludouicus de *Paramo*, contra hæreticam prauitatem in Regno Siciliæ Apoſtolicus Inquiſitor, & ſacrorum Canonum egregius Doctor. tom. 2. ſuorum operum quæſt. de Combuſtione Libror. titulo de *Raymundi Lulli* doctrina, & Daça ſup.

§. 9. Quo ad Bzouium, duo contendit; primum, B. *Raymundum* Laicum fuiſſe, quem non debuit latêre tertij Ordin. Franciſcani extitiſſe alumnum: id enim atteſtantur Gonzaga, Daça, Lope-Paez, Carbonellus, Algezira, Cauellus, &c. ſup. Secundum, ipſum *Lullum*, Scholam erroribus aperuiſſe, & cætera quæ me pudet referre, Bzouio autem licet impiè impunèque aſſerere. Hæc autem miſſa facio, ne ipſi Bzouio bilem moueam, & quia breuitati ſtudeo, conſulat curioſus lector Reuerendiſſ. Præſulem Hugonem Cauellum, Achiepiſcopum Armachanum, totius Hyberniæ Primatem, virum doctiſſimum, Ordine Franciſcanum. Daçam ſup. & Vvadinghum tom. 3. ad ann. 1315. ſup. & certò certius inueniet, quàm deuius à vero aberrauerit Bzouius; tum in Hiſtoria, & Chronologia, tum in dicacitatibus, & impoſturis, quibus fruſtra niſus eſt laceſſiſſe ipſum Beatum Raymundum *Lullum*.

Beati Simonis à Forſiano, Confeſſoris. [b] Hic vitam ſanctiſſimam duxit, & virtutibus excelluit; atque miraculis in vita, & poſt mortem claruit. Error illorum corrigendus eſt, dicentium, in Amelia, B. Simonem de *Tertiano*, ſeu *de Corſciano*; è vita exceſſiſſe. Nam conſtat floruiſſe ann. 1330. & cognomen à *Torſiano* accepiſſe: Ameriæ verò diem clauſiſſe extremum: inibique tumulatum eſſe. Mentionem illius faciunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ S. Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronicor. Minor. lib. 8. cap. 33. §. 2. ad ann. 1332. Gonzaga part. 1. Originis Seraphicæ Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Wadinghus tom. 2. Annal. Minorum ad ann. 1270. §. 27. & ann. 1287. §. 26. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. §.10.

B. Petri, Tertiarij, Confeſſ. [c] Vir fuit ſanctiſſimus, Eremita Gualdenſis B. Thomaſuccij per 24. annos magiſter: qui hac die migrauit in cœlum ann. 1367. in eremo *Montis Rigoli*, propè Gualdum vbi magnam habet venerationem. Vide Iacobillum de SS. Gualdenſibus, & Vvadinghum tom. 7. ſup. in additionibus ad tom. 4. §. 3. §. 11.

Beati Petri à Gandano, Confeſſoris. [d] Belga erat natione, Prouinciæ Flandriæ alumnus; qui etſi non eam doctrinam habuerit, quæ in Scholis acquiritur: ea certè abundauit, quæ de cœlo demittitur: idque ita, vt magni viri partes apud Indos obtinuerit. Nam hic ex tribus illis (qui primi nouam Hiſpaniam, ann. 1523. cum Ferdinando Corteſio adierunt,) vnus talia præſtitit: quæ nonniſi ab eruditiſſimo, & litteratorum amantiſſimo expectari poſſent. Nam aliorum primorum 12. Patrum eiuſdem Ordinis prædeceſſor; vt prima pingendi elementa, ita aliarum liberalium diſciplinarum viam indigenis illis aperuit. Mexici gymnaſium puerorum exercendis incultis illis ingeniis erigendum curauit. Ad hoc omnes conatus contulit, vt impuberes Chriſtianis imbuti officiis, ſacro, & verbo diuino nullatenus deeſſent. Huius rei gratia, Mexici author fuit conſtruendi percelebrem, & ſumptuoſam ſancti Ioſephi capellam, à tergo humilis, & præexigui Franciſcanorum templi. Prædicationi operam dabat: in qua ita valuit, vt etiam Sacerdotum, qui peregrinum idioma non callebant, concionando munus obiret. Matrimonium contracturos, & eos, qui exomologeſi facta, ſacram Euchariſtiam erant percepturi, ſolerter, & piè, vt ad menſam cœleſtem dignè accederent, informabat; confraternitates, quæ ſunt apud Indos, inſtituit, diuinumque cultum ampliſſimè auxit atque quamplurimas Eccleſias erexit. §.12.

Cũmque his clareſceret dotibus; humilitatis nihilominus ornamento maximè effulſit. Nam rogatus à Paulo §. 13.

Digitized by Google

Paulo III. Papa & Nuntij Apoſtolici apud Carolum V. Cæſarem, litteris atque ab ipſo totius Ordinis Generali, Vincentio Lunello: vt Sacerdotio pateretur initiari, hocque hamo ineſcatus ſperaretur, in quem Imperator præfatus Archiepiſcopatum Mexicanum transferret; nequaquam perſuaderi potuit. Magna certè præbuit probitatis, ſanctimoniæ, & Apoſtolicæ libertatis documenta: nihil aliud ſatagens quàm Numinis honorem, & animarum ſalutem: quo factum eſt, vt innumerabiles Deo lucrifecerit, charuſque omnibus fuerit: adeò vt proprium parentem colerent, ab eoque totius Mexici, & circumuicinæ regionis gubernatio penderet. Quare haud mirum eſt, ſi Beatus Ioannes Zumaraga, primus Mexicanus Archiepiſcopus eum tanti fecerit, in Epiſtola, quam ann. 1532. ſcripſit ad Capitulum generale apud Toloſam in Gallia celebratum; quin & ſecundus eiuſdem ciuitatis Mexic. Archiepiſcopus, F. Alphonſus de Montuiar, Ordin. Præd. dicere conſueuerat: *Non ego Mexici Archiepiſcopus ſum, ſed Frater Petrus à Gandauo, Laicus ſancti Franciſci.*

§. 4. In ipſorum Indorum idiomate, perampl è ſatis, & copioſè doctrinam Chriſtianā edidit (quę excuſa typis circunfertur) Scripſit etiam non rarò ad PP. Flandrię eos litteris adhortatus; vt opera ſua in tam vbere ſegete adeſſent, eoque, vbi tam copioſus ſeſe offerebat animos Chriſto lucrandi campus, ſeſe conferrent. Tandem, anno 1572. toleratis 50. annorum in colenda Indorum vinea, ſpatiis: defunctus eſt, cuius diſceſſu magno omnes dolore ſunt affecti, & Mexici in Sacello S. Ioſephi Conuentus eiuſdem vrbis apud Fratres Minores, beatum funus, anima cœlos petente, ſepelitur: vbi maxima in veneratione habetur. Agunt de eo Gonzaga 4. part. ſup. in Prouincia Sancti Euangelij, & in Conuentu Mexicano, qui eſt 1. eiuſdem Prouinciæ. Barezzus 4. part. ſup. lib. 2. cap. 8. & lib. 6. cap. 21. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 5. part. 1. §. 7. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera P. Guido Fabricius Borderianus in Epiſtola dedicatoria ad Hericum III. Galliæ & Poloniæ Regem. initio Teſtamenti noui trilingu[illegible] Sedulius in Commentar. ad vitam S. Franciſc. cap. 3. §. 8. Marianus lib. 1. cap. 45. Chronicorum Reformat. Daça 4. part. Chronicor. Minorum lib. 2. cap. 23. & 24. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Raiſſa in Auctario ad Natales Sanctorum Belgij, hac die; à quo & B. Petrus *à Mura* cognominatur. Sic & Hilarion. à Coſta lib. 1. Hiſt. Catholic. pag. 115. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 5. *Beata Aliza Burgotta.* [e]] Variatur nomen eius apud Authores. Vocatur quippe *Aletha*, *Alexia*, & *Aliza*; vulgò, *Aliz la Burgotte*: quæ in cæmeterio SS. Innocentium Recluſa, Pariſiis, poſtquam quadraginta ſex annos circiter, in ſumma vitæ aſperitate conſumpſiſſet, diuinis chariſmatibus plena, à Rege honorata, à populo laudibus affecta, piè & fœliciter obdormiuit in Domino, hac die, anno 1466. ſepulturam nacta ibidem in Eccleſia ipſorum Sanctorum Innocentium. Huius tumulum Ludouicus XI. Galliæ Rex Chriſtianiſſimus, exornauit verſibus, & ære, iconemque illi æneam ampliſſimam, muſiuo opere affabrè elaboratam, in habitu religioſæ Tertij (vt cernitur) Ordinis S. Franciſci, poſuit. Illius meminerunt Sauſſayus tom. 2. in Appendice ad Martyrolog. Gallicanum, & Brulius lib. 3. Antiquit. Parienſ. pag. 386. & 387. quam tamen Ordinis S. Auguſtini profeſſam arbitratur, ſed perperam: cùm nulla rei huiuſce memoria extet, vel probari poſſit: nobis autem haud deſint, & venerandę Antiquitatis Monimenta, & piorum, inſigniumque virorum probata authoritas.

Beata Vrraca, Rodriguez, vidua, Tertiaria. [f]] §. 6.
Nobiliſſimaque Vrraca *Rodriguez* Bezerra ex oppido Vlmeto oriunda, cùm ex chariſſimi viri morte vidua, atque diuitiis opulentiſſima relicta, Eccleſiam quadam die ingreſſa eſſet, illudque ex Euangelio audiuiſſet: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*: tanquam ea ſibi dicta fuiſſent, ſic Chriſto Domino obtemperandum exiſtimauit. Itaque plurimis ex propriis hæreditatibus Hieronymitis Patribus Conuentus de *Mayorada* dono datis, ſufficientibus redditibus pro curandis ſuſtentandiſque ſex infirmis Vlmetenſi Xenodochio relictis, atque propria domo in Monaſterium euecta; inſuper, & cætera re familiari diuendita, pecuniam ferè omnem pauperibus diſtribuit, atque ſumpto Tertiariarum Franciſcanarum habitu, præfatam domum ſimul cum quinque ex fratre, tum ex ſorore neptibus, ac aliis tribus pediſſequis ſub anno 1491. ingreſſa eſt, inibique ſanctiſſimè vixit. Nam ea nihil continentius, nihilque vigilantius erat. Patientia inſuper, manſuetudine, miſericordia, humilitate, ac propriarum manuum labore cæteras ſuperabat. Tandem cumulata virtutibus, diem clauſit extremum, & in eodem Monaſterio ſanctæ Crucis Vlmeti, à ſe extructo (quod eſt 33. Prouinc. Conceptionis) ſepulta eſt. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 3. ſup. & Barezzo lib. 2. ſup. cap. 54. ad ann. 1534. Mariano lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 24. Valerio de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 30. Wadingho tom. 7. ſup. ad ann. 1491. §. 83. & Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

PRIDIE KALENDAS IVLII.

SPiræ in Germania, Beati [a] Ioannis Spirenſis, Confeſſoris eiuſdem vrbis Conuentus Guardiani: qui pietate, caſtimonia, & paupertate pollens, miraculis etiam maximis celeberrimus fuit. Apud Montem Aluernum in Tuſcia, Beati [b] Rolandi, Confeſſoris, Tertiarij; genere, pietate, ac virtute clariſſimi. Spoleti Beati [c] Theobaldi, Confeſſoris: vita, & miraculis glorioſi. Atonguiæ de Balea, in territorio Vlyſſiponenſi, Beati [d] Petri à Clauibus, Confeſſoris: admirandis virtutibus præclari. Matellicæ in Picœno, Beatæ [e] Matthiæ à Nazaræis, Virginis illuſtriſſimæ: quæ facta Abbatiſſa, miris virtutibus enituit, & miraculis copioſiſſimè in vita, & poſt mortem illuxit.

Digitized by Google

IVNII XXX.

§. 1. BEati Ioannis Spirenſis, Confeſſoris.[a]] Ex ciuitate *Stenical* apud Germanos ſuperiores, erat oriundus, ſed Maguntiæ enutritus; primo Canonicus in Eccleſia Cathedrali ſanctiPetri eiuſdem vrbis ſemper deuotè, piè, honeſtè & caſtè conuerſatus eſt: deindè Spiritus ſancti zelo accenſus ad perfectionem Euangelicam, poſthabitis mundi huius illecebris, Minorum habitum induit; in quo multis annis ſanctè vixit, altiſſimæ paupertatis amicus magnis virtutibus, donis, & gratiis quotidiè accreſcens: ita vt ab omnibus, Deo videlicet, & hominibus eſſet dilectus. Tranſiit ex hoc mundo ad gloriam cœleſtem, anno 1245. dùm Spiræ moram ageret, ibique ſepultus, quamplurimis, & maximis claruit miraculis: quorum ſeriem deſcribunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus Prouinciæ Argentinenſ. ſanctitate illuſtribus. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronicorum Minorum. lib. 1. cap. 36. ex Chronico antiqu. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Dictus eſt autem Beatus Ioannes *Spirenſis*, eo quòd Spiræ obierit, cùm eſſet Guardianus Conuentus Spirenſis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. S. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 2. Marianus lib. 2. cap. 17. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1245. §. 18. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan.

§. 2. *Beati Rolandi, Confeſſoris.*[b]] Vocatur Italicè, *Orlando*, Rolandus Cathanius, Dominus Vallis Caſentinæ, adiacentis regionis, & iunioris Cluſij Comes illuſtriſſimus, qui Seraphicum Patrem noſtrum Sanctum Franciſcum ſummè veneratus, Aluernæ montem illi dono dedit ad inhabitandum, ann. 1213. hinc tertij Ordinis teſſeram reuerenter ſuſcipiens, piè & ſanctè in poſterum vixit, obiitque ſepultus in Conuentu montis Aluernæ, qui eſt 17. Prouinciæ Tuſcię. Ita Marianus lib. 1. cap. 10. §. 12. Gonzaga ſup. in hoc Conuen. part. 2. Toſſinian. lib. 2. ibid. pag. 263. Wading. tom. 1. ad ann. 1213. §. 29. & ſeq. De Sillis, in cap. 1. regul. Tertiar. ex Arbore Sereniſſimæ Mariæ Magdalenæ Auſtriæ, & Tuſciæ, dicata. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſc. De Torres in practic. Exhortationib. ſuper Regul. Tertiarior. fol. 37. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 20. Saluator Vitalis in Chronic. Seraphic. Montis-Aluernæ. fol. 12. & 27.

§. 3. *Beati Theobaldi, Confeſſoris.*[c]] Eius ſanctitatem miracula quæ crebrò edidit, atteſtantur. Memoratur à Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ D. Franciſci. Gonzaga ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. & tom. 3. ann. 1319. §. 3 Picqu. ſup. Dictus eſt etiam *Theodatus.*

§. 4. *Beati Petri à Clauibus, Confeſſoris.*[d]] Hic diuini cultus zelator extitit, & inculpatæ religionis amantiſſimus: qui ſicut in vita moribus reſplenduit, ita quoque in morte fama emicat. Nam ab omnibus ſanctus, Deoque charus reputatur. Floruit ann. 1525. Obiitque ac ſepultus eſt apud Conuentum ſancti Bernardini propè oppidum Atonguiæ de Balea, qui eſt 3. Prouinc. Algarbiorum in cuius loci capitulo iacet tumulatus: vbi magna piorum veneratione colitur, ob ingentia beneficia à Deo ſuis precibus exhibita. De eo agunt Gonzaga ſup. 3. part. in eo Conuentu. Barezzus 4. part. Chronicor. Minor. lib. 1. cap. 46. ad ann. 1526. Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 8. Marianus lib. 1. cap. 6. Chronic. Reformat. & Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1451. §. 62.

Beatæ Mathiæ à Nazareis, Virginis.[e]] Fuit B. ſoror §. 5. Mathia, ex Matellica oriunda, atque ex illuſtri *Nazaræorum* familia propagata: quæ cùm à Gentili Nazaræo atque Sybilla, eius parentibus, Matellicaniſque ditiſſimis ciuibus, ingenuo cuidam iuueni matrimonio iungenda breuiſſimè foret; inſalutato (vt aiunt) hoſpite, ad ſacrum D. Mariæ Magdalenæ, Matellicæ Monaſterium, Clariſſarum habitum inductura conuolauit. Sed cùm illum ſibi ipſius cognata, quę tunc fortè Abbatiſſam agebat, omninò denegaſſet, propriis manibus crines totundit, pretioſaſque veſtes abiecit, atque detritas, vileſque cinericij coloris induit; hocce modo ſuperuenientem furibundum atque amentem præ dolore patrem, talibus, tamque efficacibus verbis, tantaque ſenili prudentia excepit; vt illum, licet paulò ante, tormenta, & cædes minitantem, niſi propoſitum deſereret, ad factum æquè ferendum, comprobandumque coegerit. De cuius tandem conſenſu, Monaſtico habitu induta, poſt tranſactum, maxima cum laude, probationis annum, ſolemne Clariſſarum votum in manibus Reuerendiſſimi Camerinenſis Epiſcopi, emiſit. Et vt paucis concludam, tanta fuit eius ſanctitas, tantaque prudentia, vt excedente eius cognata, locique Abbatiſſa, è viuis, omnium Monialium conſenſu, licet inuita, [illegible] in officio ſuffecta fuerit. Quod & tanta dexteritate exequuta extitit, vt ſibi gloriam, quam tamen omninò fugiebat, & Monialibus maximam conſolationem acquiſierit. De eius verò moribus, vita, atque virtutibus, id ſolum dicam, quod incomparabiles, Deoque Optimo Maximo gratiſſimæ fuerint: prout argumento eſſe poſſunt plura eius miracula, tum in vita tum quoque in morte edita. Nã & viuens Matellicanũ quendam iuuenem nomine Maſchionem Beneuenutum, ſeminecem, ad eius matris preces ſanitati reſtituit, & mortua plurimos claudos rectificauit, cœcos illuminauit, ſurdiſque optatum auditum reddidit: atque alios à diuerſis languoribus liberauit. Obiit, ſepultaque eſt in eodem Monaſterio: ſed à ſacro ipſius pignore ibidem honeſtiſſimè tumulato, eidem ſacratum euaſit: cùm prius D. Marię Magdalenæ dicatum fuiſſet. De ea ſcribunt Gonzaga, in præfato Monaſterio, quod eſt 10. Prouinciæ Marchiæ part. 2. ſup. Barezzus item ſup. lib. 2. cap. 11. ad ann. 1513. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 14. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1407. §. 7.

Digitized by Google

IVLIVS.

Kalendis Iulij.

IN Moræa, paſſio Beatorum [a] Electi, ac ſociorum eius Martyrum: qui ob liberam Chriſti prædicationem, à Mauris pluribus affecti tormentis, ad vltimum, capitis obtruncatione, martyrij gloria coronati ſunt. Zutphaniæ, paſſio Beati [b] Theodorici Loet, Martyris: qui poſt ſartagines ignitas, faces ardentes, pedum laterumque aduſtionem, & totius corporis in tortura diſſolutionem: ad vltimum capite plexus eſt, & in fruſta conciſus. Paſſi ſunt etiam cum eo, ſex alij eiuſdem Conuentus Fratres: qui diuerſis exquiſitiſque pœnis ac ſuppliciis torti, coronas à Domino, inclyto agone meruerunt. Mechliniæ in Brabantia, Beati [c] Petri Mechlinienſis, Confeſſoris: ſignis, & virtutibus illuſtris. In Apulia propè oppidum ſancti Martini, Beati [d] Petri eiuſdem loci incolæ, Confeſſoris: ſanctitate & dono curationum conſpicui. Beatiæ in Hiſpania, Beatæ [e] Franciſcæ à Peralta, Virginis: religione, vitæ candore, ac virtutibus celebris.

IVLII PRIMA DIES.

§. 1. *Beatorum Electi, &c. Martyr.* [a]] Valdè iuuenis Ordinem Minorum ingreſſus, ieiunio admodum grauabatur: ſed diuino ſibi fauente Numine hanc deuicit difficultatem: cilicium ad carnem deferens, corporis mortificationi iugiter vacabat. Poſtea in Moræam, ſeu Aphricam traiiciens, tempore Seraphici Patris ſancti Franciſci ann. 1219. cœpit conſtantiſſimè fidem Chriſtianam diſſeminare: ſed à Mauris protinùs comprehenſus, & multa grauia paſſus, cùm ad Martyrium duceretur, accepta regula Sancti Franciſci in manu, coram ſocio ſuo, dixit Deo culpam ſuam de omni offenſione, quam contra regulam ipſam aliquando feciſſet. Hiſque prolatis, Martyrium capitis abſciſſione compleuit. Hic Laicus erat profeſſione. De eo agunt Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de fratribus Min. ob Chriſti fidem paſſis inter infideles, ſub finem, & fruct. 11. part. 2. poſt init. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chron. Minor. lib. 2. cap. 10. & lib. 4. cap. 39. qui addit illius ſocium cum aliis fratribus eodem mortis genere occubuiſſe: exindéque pluribus miraculis claruiſſe. Toſſinianus libr. 2. Hiſtor. Seraphic. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Vvadinghus tom. 1. Annal. Min. ad ann. 1209. §. 17. 1219. §. 32. 34. & 35. & tom. 2. ad an. 1251. §. 57. Paſſus eſt autem B. Electus ſub Generalatu Fratris Heliæ. Picquetus In Catalog. viror. Illuſtr. Fraciſcan. Salazar lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 12

Beati Theodorici Loeth, Martyr. [b]] Subiit Martyriũ hic athela Chriſti Zutphaniæ, an. 1572. Qui Guardianus cũ eſſet inſtitutus Embricæ, in eo officio ita ſe probè geſſit; vt dum ciuibus omnibus, ſed & Comiti Moenſi gratiſſimus extiterit. Ab hæreticis falsò traductus, in neruũ coniicitur: exquiſitiſſimiſque tormentis vt fidem abneget, ſic ſubiicitur, vt mẽbra membris vix cohærerent. Nam ij ſceleſti homines, viro Dei ſartagines ignitas primò adhibent, quibus innocentis nudas plantas ſenſim exurunt, toto corpore nudatum, trochleiſque attractum, diſtentumque membrorum iuncturas diſſolunt, facibus ardentibus latera diſcindunt: ſed & laridum liquefactum vulneribus inſtillant, vt nedum coſtæ, ſed & viſcera nudarentur: tantamque in eo exercuere tyrannidem, vt eorum mens diabolica, quid amplius faceret, non inueniret. His verò omnibus, cum incredibili patientia, ſuperatis tãdem §. 2.

capite plectitur: ac poſtmodum in 4. partes diſſectus, promuris ciuitatis, non ſine magno gemitu & lachrymis optimorum ciuium, ſuſpenditur. Qui hæc viderunt, fide digniſſimi, hoc teſtimonium reddiderunt, ſuiſque chyrographis confirmarunt; vti latius proſequitur Gonzaga part.3.ſup.in Prouincia Germaniæ inferior. & Barezzus 4. part. Chronic. Minorum libro ſexto, capit. 19. Picquetus ſupra, Grauina, in *voce Turturis* parte 2. capit. 24. Ardinghellus in Appendice *Congeminatæ vocis Turturis*. Oſtenſione 4. aduerſus eos, qui hæreſis criminis inſimulati, rumorem ſpargunt, in eum Dei ſeruum, iuſtè fuiſſe animaduerſum, tamquam patriæ ſuæ proditorem. Hæ etenim næniæ ſunt hæreticorum; vt ſic cauſam martyrij fidelibus Chriſti denegantes, ſola pœna, penes ipſos remaneat. Porrò, alij ſex Minoritæ eiuſdē Conuentus Fratres, manus eorumdem hæreticorum non minus crudeliores ſenſerunt. Nam primo diſſectis ventribus, & tandem infœlici arbore ſuſpenſi, ad æternam gloriam euolarunt, eodem anno, & tempore: ita Arnoldus Hauenſis in ſpeculo hæreticæ crudelitatis, cap. 30. Raiſſa in Auctario ad natales Belgij 1. Iulij: ex Surio, & Michaele ab *Iſſelt*, ad annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum ſecundum, Vvadinghus tomo ſexto, ſupra, ad annum milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum quintum, paragrapho centeſimo duodecimo, & centeſimo decimo-tertio, Thielmans infra.

§. 3. *Beati Petri, Confeſſoris.* [c]] In Conuentu Mechlinienſi innumeris penè miraculis circa ann. 1254. claruit B. Petrus Mechlinienſis; vir magnæ perfectionis, cui deuotiſſimè Diuina myſteria celebranti, dùm eleuaret hoſtiam conſecratam, apparuit puerulus, quem propter mumditiam & innocentiam cordis, primò conſpexerunt pueruli, præ admiratione, matres incitantes ad contuendum miraculum. Has autem ſacras Hoſtiæ ſpecies ſic conuerſas in formam pulcherrimi infantis, cùm ipſe B. petrus, facti ignarus, piè ſumpſiſſet, vnus puer ex illis totus admirabundus circumſtātibus, dicebat F. Petrum pueros paruulos deuorare. Poſt mortem verò, ſuper ſepulchrū ipſius coram Sacramento, tam crebra fiebant miracula, vt dùm propter populi concurſum nimium interturbaretur Diuinum officium, neceſſum fuit vt Pater Guardianus (ſicut fertur) ſuper eius ſepulchrum accedens, præciperet per obedientiam, vt ceſſeret à miraculis, quod & fecit. Caput poſtmodum tranſpoſitum eſt in muro Capellæ B. Virginis, ſeu ſanctæ Crucis, intra chorum & ambitum, non procul ab oſtio, quò aſcendebatur ad dormitorium. Scribunt de eo D. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. capite 9. §. 2. Piſanus libro primo, Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minorum, ſanctitate illuſtr. Prouinc. Colonienſ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem, Marcus Vlyſſip. part. 2. Chron. Min. lib. 1. cap. 13. & lib. 9. cap. 29. Gonzaga part. 1. ſupra, in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part 3. in Conuentu Mechlinienſ. qui eſt 7. Prouinc. German. inferior. Toſſinianus lib. 2. ſupra, Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1231. §. 15. qui tamen poſtea viam ab aliis diuerſam perambulans, vult requieſcere in loco Turgonis, Cuſtodiæ Brabantiæ, ad ann. 1249. §. 9. ibidem, & tomo 2. ad ann. 1254. §. 39. Bzouius tom. 13. Annal. ad an. 1253. §. 8. Daça. 4. part. Chronic. Minor. libro 1. capite 42. Raiſſa ſupra, hac die. Thielmans tom. 1. & 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beati Petri à Sancto Martino. Confeſſoris. [d]] Huius ſanctitas tanta extitit; vt plurimis integram ſoſpitatem ab Altiſſimo impetrare meruerit. Huius rei gratia, Marinus à *Rita*, ipſius religioſiſſimi Patris vterinus Frater, Conuentum Beatę Mariæ de Ieſu, propè oppidum S. Martini in Apulia, in meditullio amœni cuiuſdam nemoris, ex propriis facultatibus, an. 1490. à fundamentis erigendum curauit: illicque primus omnium occubuit, ipſe B. Petrus à S. Martino. Claruit circa annum 1540. De eo agunt Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Relig. in præfato Conuentu, qui eſt 18. prouinc. S. Angeli. Barezzus ad ann. 1540. lib. 3 cap. 20. Daça 4. part. Chronic Minor. lib. 1. cap. 31. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1490. §. 23. §. 4.

Beata Franciſca à Peralta, Virginis. [e]] Beatiana fuit hæc illuſtris virgo; cuius religio, vitæ candor, atque ſanctitas, incredibiles fuere: quamque reliquæ ſorores in cœlis beari exiſtimant. Floruit ann. 1510. obiitque apud Monaſterium Sancti Antonij, in Beatianæ ciuitatis ſuburbio conſtructum, quod eſt 4. Prouinc. Granatenſ. Scribunt de ea Gonzaga part. 3. ſup. in eo Monaſterio. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 14. ad ann. 1514. & Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 17. Vadinghus ſupra, tomo ſexto ad annum 1460. §. 63. §. 5.

SEXTO NONAS IVLII.

VIſitatio Beatę [a] Mariæ Virginis ad Elizabeth. In Territorio Tudertino, apud pagum ſanctæ Illuminatæ, Beati [b] Ioannis ab Auellino, Confeſſoris: vita & miraculis clari. Malipurgi, in India Orientali, Beati [c] Antonij Patroni, Confeſſoris: qui ſalutem animarum maximè ſitiens, ingentem Indorum multitudinem conuertit ad Chriſtum: deindè orationibus, abſtinentiis ac ieiuniis, aliiſque ſanctis operibus addictus, fœliciter obdormiuit in Domino. Guadalcanali in Territorio Legionenſi, Beati [d] Ioannis de Gongora, Confeſſoris: qui ob inſignem eruditionem & vitę ſanctimoniam, ad Epiſcopale munus ſæpè vocatus, haud tamen conſentiens: tandem Miniſter Prouincialis electus, ſummis virtutibus floruit. Salmanticæ, Beatę [e] Agnetis Virginis: nobilitate, pietate & oratione atque vigiliis, omninò inſignis.

Digitized by Google

IVLII II.

§. 1. *Viſitatio Beatæ Mariæ Virginis.* [a]] Inſtitutum fuit hoc feſtum ab Vrbano VI. Papa, ann. 1388. & à Bonifacio IX. confirmatum. Quod quidem Ordo Franciſcanus tanta cum pietate ſuſcepit, vt in Capitulo generali Toloſano, ann. 1437. iniunctum fuerit ſeruari à cunctis Fratribus, imò, & celebrari cum octaua, ſicut illius Natiuitatis feſtum, authoritate Capituli generalis Salmanticenſis, ann. 1461. Vide Firmamentum trium Ordinum part. 3ª. in ordinationib. Officij Diuini, vbi inter duplicia maiora recenſetur. Quod & reiteratum eſt in prouinciali Capitulo Franciæ Pariſienſis Yprenſi, ann. 1514. ſed & in Capitulo Prouinciali Scluſenſi, ann. 1486. decretum eſt, vt de eo proprium caneretur officium.

§. 2. *B. Ioannis ab Auellino, Confeſſoris,* [b]] Malè ab *Alniano* cognominatur, nam ab *Auellino*, ciuitate Terræ laboris, dictus eſt: qui quamplurima poſt mortem peregit miracula, iacet apud locum ſanctæ Illuminatæ in Agro Tudertino. Obiit ann. 1313. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ Sancti Franciſci. Codex MS. Abat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. minor. lib. 7. cap. 23. ad ann. 1311. Gonzaga 1. part. Orgin. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Vvadingus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1270. §. 27. & 1291. §. 31. tom. 3. ann. 1313. §. 16. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Toſſinianus libro ſecundo, in cuſtodia Tudertina.

§. 3. *Beati Antonij Patroni, Confeſſoris.* [c]] Cùm religioſus deuotuſque ipſe Pater Antonius *Patronus* (ſeu *Petronius*) Portugalenſis; animarum ſalutem maximè ſitiens, ad ſancti Thomæ ciuitatem, vulgò, *Malipurgum*, trecentis milliaribus à Zeilamica inſula, atque mille & ducentis à Goa, celebri ciuitate diſtantem, illis populis, tum fidelibus, tum quoque infidelibus, Chriſti fidem prædicaturus, cum vno tantum ſocio, anno 1540. ſe contuliſſet; ibidem longiuſculò à muris propè quendam gentilium pagum ædiculam ex diuerſis eleemoſynis conſtruxit; ac tantopère ſua doctrina, exemplo, atque exhortationibus profecit; vt infra breuiſſimi temporis ſpatium, ad mille trecentos infideles & vltra ſacro Baptiſmate intigerit. Cúmque fidelium numerus in dies magis, magiſque excreſceret, præfata ædicula in iuſtum Conuentum ſub inuocatione D. Thomæ euaſit; atq; impræſentiarũ duodecim religioſiſſimis Fratribus Recollectis deſeruit. Hoc igitur in loco, orationibus, ieiuniis, & abſtinentiis iugiter intentus, ſancto fine quieuit ac ſepultus eſt. Scribunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 1. prouinc. S. Thomæ: & Barezzus part. 4. lib. 3. cap. 17. Daça ibidem, lib. 1. cap. 50. Rapinæus in Hiſtor. Origin. Recollector. decad. 5. part. 1. §. 6. Author libri: *Status, Imperia, & Principatus orbis*: vbi de Goa. Maffeius lib. 11. Hiſtor. Indic. ſub init.

Beati Ioannis, Confeſſoris. [d]] Hiſpanus erat natione, patria Carmonenſis, illuſtri proſapia genitus, & eruditione clarus; propter quod Graduatus extitit in vniuerſitate Salmanticenſi, necnon Doctor Cathedraticus in Hiſpalenſi Academia, & Rector Collegij M. Roderici, in eadem vrbe. Hieroſolymam profectus, illic noſtri Ordinis habitum ſumpſit; indeque poſtea ſoluẽs in Hiſpaniam, Prouinciam Angelorum inuiſit, vbi perfectioris vitæ deſiderio illectus, inter Patres noſtræ Reformationis moram firmauit, tantaqua virtute & meritis illuxit; vt illius Prouinciæ Miniſter Prouincialis euaſerit. Cùm autem humilitati animum dediſſet; plures Epiſcopatus vltrò ſibi oblatos conſtanter recuſauit. Ingenti zelo ſalutem ſitiebat animarum; quarum copioſam multitudinem ſuis feruentiſſimis concionibus Chriſto lucratus eſt. Pœnitentiæ operibus ſic ſe aſſiduè exercebat; vt poſt obitum repertus ſit, tunica æneo contexta vſque ad genua veſtitus. Anno 1578. hac die, vti Deum precatus fuerat, ſpiritum exhalauit: cuius corpus apud Conuentum Guadalcanalem, (qui eſt 4. prædictæ Prouinciæ) ſepulturam nactum; poſt annos viginti repertum eſt incorruptum. Ita Monimenta eiuſdem Prouinciæ: & Daça ſup. lib. 3. cap. 75. ſcribens miraculis claruiſſe. §. 4.

Beatæ Agnetis Salmanticenſis, Virginis. [e]] Fuit etenim religioſa hæc ſoror, feruida in oratione, in vigi- §. 5.
liis ſedula, & diuino officio deuota, ab omnibus dilecta, & omnibus chara: cuius prima Epitaphij verba membranę impreſſa, vt cæteris eius laus innoteſcat, hîc ſubiicimus. *Anno Domini* 1283. *menſe Iulij, in Feſto Sanctorum Proceſſi & Martiniani, quædam religioſa fœmina nomine Agnes, mortem perdidit, & vitam inuenit. Hæc religioſa nobilis Agnes dicebatur, quæ Agnum Chriſtum in omnibus ſequebatur; vnde Agnes Agnum ſequitur, & in bonis operibus eius filia inuenitur*, Hæc ex Gonzaga 3. part. ſup. in Monaſterio Salmanticenſ. quod eſt 1. Prouinc. S. Iacobi, & Barezzo ſup. lib. 2. cap. 9. qui ponit ann. 1253. Vvadingho ſup. tom. 1. ad ann. 1238. §. 19. tom. 2. ad ann. 1283. §. 5. Valerio de Sanctis Fœmin. Ordinis Minor. lib. 4. cap. 13. ann. 1253. & Thielmans tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Digitized by Google

QVINTO NONAS IVLII.

TVderti in Vmbria, Beati [a] Ægidij Reggienſis, Confeſſoris: magnæ abſtinentiæ, pœnitentię, & perfectionis viri. Barcinone, Beati [b] Eſtunigæ, Confeſſoris: vita & ſignis admirandis glorioſi. Anſani in Aprutio, Beati [c] Hieronymi à Stronconio, Confeſſoris: virtutibus & gratia miraculorum conſpicui. Guadalfagiaræ, in Caſtella, Beatæ [d] Mariæ Fernandez Coronel, viduæ: Monaſterij Guadalfagiarenſis fundatricis: quæ illuſtri genere nata, poſt mariti obitum, habitum ordinis ſanctę Claræ ibidem aſſumpſit, & pietate, religione, caſtimonia, atque vitæ ſanctitate refulſit. Longi Campi in Territorio Pariſienſi, Beatæ [e] Ioannę à Nauarra, Virginis: quæ Regias, pro Chriſto ſpernens diuitias, monaſtica obſeruantia, & virtutum ſplendore plurimùm emicuit. Mantuæ, Beatę [f] Angelicę Virginis genere & virtute illuſtriſſimę.

IVNII III.

§. 1. *Beati Ægidij, Confeſſoris.* [a]] Cognominatur *Re*)*giensis*, à *Regio* ſeu *Regno*. Huius ſanctitatem apprimè nouerat Beatus Ioannes de *Vallibus*, eiuſdem Ordinis, cum quo familiarem amicitiam inierat. De eo etenim ſic ſcribit Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit part. 2. fruct. 8. in fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ ſancti Franciſci: hiſce verbis: *In dicto loco Tuderti iacet alius Frater Sanctus, videlicet, Frater Ægidius de Reggio, homo magna abſtinentiæ, & perfectionis ac pœnitentiæ; cuius odorem, ſiue aduentum, per 28. milliaria Frater Ioannes de Vallibus dixit ſe ſenſiſſe, vnde cùm ad ipſum Fratrem Ioannem accederet: quidam alius Frater dixit, Frater Ioannes, Frater Ægidius venit; reſpondit, ſcio: & cùm interrogaretur, quomodo ſciebat; Reſpondit Frater Ioannes. quod per 28. milliaria odorem ſuæ ſanctitatis percipiebat: & ſic Fratres percipiebant, quòd ad ipſos frater Ægidius accedebat vt dicebat Frater Ioannes.* Illius meminere Codex MS. Abbat. Sancti Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. lib. 8. capit. 33. §. 2. ad ann. 1335 Gonzaga 1. part. Origin. Seraph Relig. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Iacobillus de Sanctis Fulginatibus, in Beato Ioanne Vallenſi. Vvadinghus tom. 2. Annal. ad ann. 1270. §. 27. & tom 4. ad ann. 1451. §. 40. Picquetus in Catalog viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 2. *Beati Eſtunigæ, Confeſſoris.* [b]] Vir fuit inſigni eruditione, & vitæ ſanctitate refulgens: propter quod à Ferdinando, Rege Hiſpaniæ in confeſſarium accitus, à quo cùm ſibi Epiſcopatus offerretur, conſtanter eam recuſauit dignitatem; ſua oratione ſocij ſitim in deſerto extinxtit. Barcinone ſpiritum Deo reddit, ſepultus in Conuentu S. Marię de Ieſu, qui eſt 1. Prouinciæ Catalonię: cuius corpus, tribus annis poſtea repertum eſt incorruptum. Ita Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ Sanctor. Hiſpan. cap. 25. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſiæ Dei lib. 12. cap. 21.

§. 3. *Beati Hieronymi à Stronconio, Confeſſoris.* [c]] Prouinciæ S. Franciſci alumnus, floruit ann. 1525. apud Conuentum ſancti Angeli de Pace, non procul ab Anſano ciuitate; ibidemque honeſto loco ſepultus eſt. Qui ob ſingulares eius virtutes, mirificamque ſanctitatem meruit miraculis, tum viuens, tum quoque mortuus coruſcare. Agunt de eo Gonzaga in præfato Conuentu, qui eſt 6. Prouinc ſancti Bernardini part. 2. ſup. & Barezzus part. 4. Chron. Min. lib. 1. capit. 47. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1430. §. 40.

Beata Maria Fernandez Coronel, Vidua. [d]] Hæc nobilis ac deuotiſſima fœmina; ex morte viri ſui Ioannis *à Zerda* relicta; cùm prole quæ ſibi ſuccederet, deſtitueretur, nil conſultius ſe facturam duxit, quàm ſi quod ſanguine coniunctis relictura erat, id in Chriſti obſequium conſumeret. Hæc cùm Sereniſſimæ Mariæ Caſtellæ Reginæ, Regiſque Sanchij (cui Ferox agnomen fuit) vxoris, atque communis iſtorum filiæ Elizabethæ, morum magiſtra fuiſſet; à præfata Elizabetha, quæ Guadalfagiaræ principabatur, magnificam quandam domum, Guadalfagiarenſibus muris circumſcriptam; pluresque alias diuitias, tum ab ea, tum quoque ab eius matre impetrauit; quibus prædictam ædem in peramplum, auguſtiſſimumque Monaſterium, ſub titulo Beatæ Virginis Claræ, ann. 1307. tranſtulit: ipſumque plurimis prædiis, poſſeſſionibus, ac redditibus locupletauit, & muneribus ampliſſinis ann. 1312. exornauit. Præterea eadem B. Maria ex domeſticis facultatibus, quibus maximè abundabat, aliud Monaſterium B. Agneti ſacratum, intra Hiſpalenſis ciuitatis mœnia, circa ann. Domini non 1393. ſed ann. 1336. ædificauit. §. 4.

Ingreſſa præterea præcedens Sanctę Clarę Monaſterium, & Religionis habitum induit, & vitam in ipſo ſanctiſſimè finiuit. De hac pientiſſima fundatrice, illuſtre illud factum apud vulgus receptiſſimum ſpargitur, atque à prædeceſſoribus ad poſteros, tanquam quid certiſſimum, & indubitatum, veluti per manus tranſmittitur. Fuiſſe ſcilicet ipſam ſpicioſiſſimá, atque pulcherrimam, eaque de cauſa à Rege Caſtellę, Petro Crudeli ſummoperè concupitam atq; perſecutam. Cúmqum nec ſuaſionibus, nec precibus eum, à ſe ſollicitanda auertere poſſet; titione ex igne ſublato, propriam faciem deformare contendit, vt vel ſic manus Regis effugeret. Quo nihilominus in ſententia praſtante, ad huius loci moniales ſe contulit, illaſque rogauit; vt ſe viuam humarent, quandoquidem Regis dementia efferueret, nec prius ceſſatum foret, quàm optatis licet iniuſtiſſimis, potiretur; & præſtare glorioſam mortem oppetere, quàm famam commaculare, Deumque offendere. Mirabile dictu! vix hortulanus foueam; in qua ad tempus delituit leui terra contegerat, quando tota ſuperficies ſpiſſiſſimo petroſelino §. 5.

lino virentibus foliis conſperſa fuit: ita vt furibundus Rex poſt eam ingreſſus, totumque Conuentum atque hortum diligentiſſimè ſcrutatus, nullo pacto eam ibi latentem inuenire potuerit. Quod haud dubiè futuræ ſuæ pietatis, religionis, & ſanctitatis, quibus inſignis fuit, manifeſtiſſimum extitit indicium. Ipſa moriens medium chorum in ſepulturam elegit: cuius corpus, cùm à 250. eoque amplius annis ſub terra iacuiſſet; adeò tractabile, integrum, & incorruptum repertum eſt; vt & à pauciſſimis horis vita functum videatur, & indui, exuique, ad libitum monialium patiatur: prout teſtantur Gonzaga ſup. par. 3. in monaſteriis præfatis, ſcilicet Guadalfagiarenſ. quod eſt 3. Prouinc. Caſtellæ: & Hiſpalenſi, quod eſt 2. Prouinc. Bæticæ. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 12. Vvadinghus tom. 3. ann. 1312. §. 13. & tom. 4. ann. 1375. §. 46. Valerianus de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 15. Salazar, lib. 2. Chron. Prouinc. Caſtellæ, libro quinto, capite 30.

§. 6. *Beata Ioanna, Virginis.* [c]] Hæc regnum cœleſte cuius terreno præponens, anno ætatis ſuæ 12. Chriſti verò 1337. in Monaſterio ſanctæ Claræ apud Longum-campum, Dei ſeruitium eſt aggreſſa, magno ſuo bono, magnaque omnium admiratione: cùm prius renuntiaſſet promiſſioni, quam pater ſuus fecerat, de matrimonio futuro, inter ſe & Petrum, infantem Arragoniæ: cuius litteræ extant, ſub datum ann. 1338. 23. April. illicque cœlibem vitam, ac propè cœleſtem agens, non ſine opinione ſanctitatis obiit ann. 1387. 3. Iulij. Ita Rouillardus cap. 19. vitæ B. Iſabellæ virg. ſororis S. Ludouic. IX. Franc. Reg. Iacobus Charronus cap. 139. Hiſtor. General. Galliæ. Brulius lib. 3. Antiq. Pariſ. pag. 1258.

§. 7. Sanctimonialem euaſiſſe circa ann. 1241. Scribunt Platus lib. 2. de Bono ſtatus Relig. cap. 27. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1241. §. 18. & tom. 14. ann. 1317. §. 24. Thielmans tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1254. §. 33. & Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 13. in Euentib. mirabilib. Quod tamen alienum eſt à veritate hiſtorica, qua edocemur, nullum adhuc Pariſiis, eo tempore, extructum fuiſſe Clariſſarum Monaſterium. Etenim illud inſigne Longi-Campi Monaſterium propè Lutetiam Pariſiorum, ad 4. milliaria, ſub humilitatis Dominę noſtræ nuncupatione ædificatum eſt ann. 1260. de quo infra ad 31. Auguſt. §. 31. Aliud verò in ſuburbio S. Marcelli Pariſino, conſtructum legitur, circa ann. 1290. cuius meminit Vvadinghus ad ann. 1270. §. 42. & ann. 1288. §. 42. Brulius in antiquitat. Pariſienſ. & alij. Scio Piſanum lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 4. in 2. excellentia Ordin. ſanctæ Claræ, ſcripſiſſe hanc virginem, Regis Nauarræ extitiſſe vxorem: at Toſſinianus lib. 1. ſup. in 2. Ordin. Minor. Vvadinghus tom. 3. ann. 1344. §. 5. Elzearius lib. 2. Mont. Olyuet. cap. 5. Valerianus ſup. cap. 13. & alij iam citati Authores, clarè aiunt eam fuiſſe Regis Nauarræ filiam: nempè, Philippi à Francia, Comitis Ebroicenſis, ac Nauarræ Regis; & Ioannæ, vxoris, filiæ Ludouici Hutini, Franc. ac Nauarræ Regis, iuxta Roulliardum, Charronum, &c. Sororem verò Regis Nauarræ eam appellat Firmamentum trium Ordin. Minor. part. 1. tract. de illuſtriorib. Fœminis huiuſce religionis: Nimirum Caroli II. cognomine *Mali*; vti videre eſt apud Paradinum in Affinitat. genealog. Nauarræ.

Beata Angelica, Virgin. [f]] Patrem habuit, Ludo- §. 8.
uicum, marchionem Mantuanum, quæ Clariſſa effecta in Monaſterio S. Paulæ, illic tot virtutibus reffulſit, vt magna ſanctitatis opinione obierit: in cuius funere, B. Pater Bernardinus à Feltro concionem habuit, aſſumpto themate ex Eccleſ. 50. §. 6. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in diebus ſuis, & cæt.* Vide Doneſmundum lib. 7. Hiſtor. Mantuan. & Vvadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1481. §. 13. quo è vita migrauit in Cœlum.

QVARTO NONAS IVLII

IN Picœno, Beati [a] Matthæi à Rubiano, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Apud Campum-Baſſum in Apulia, Beati [b] Gratiani à Caſtanetolo, Confeſſoris: qui eruditione, prudentia, & vitæ perfectione præclarus, ſancto fine quieuit. Conymbriæ in Luſitania, Sanctæ [c] Eliſabeth, viduæ, Portugalliæ Reginæ, quæ pietate, & oratione, patientia, & charitate atque caſtimonia inſignis, necnon ſub habitu tertij Ordinis D. Franciſci, humilitatis ac miſericordiæ & pœnitentiæ operibus iugiter intenta, miraculis in vita & poſt mortem claruit.

IVLII IV.

§. 1. *Beati Matthæi à Rubiano, Confeſſoris.* [a]] Oriundus fuit ex monte *Rubiano* agri Piceni, iacetque ibidem magna ſanctitate celebris: poſt cuius fœlicem obitum viſus eſt à B. Ioanne de *Aluernia* inter choros Angelorum & Sanctorum cum Seraphico Patre D. Franciſco, gloria & charitate fulgere. Carebat circa ann. 1310. De eo ſcripſere B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part 2. in fratr. Minor. Prouinc. Marchiæ ſanctitate illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. & lib. 2. cap. 25. §. 1. & lib. 8. cap. 4. ad ann. 1322. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. in Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1244. §. 11. tom. 2. ad ann. 1271. §. 10. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Iacobillus de SS. Fulginatib. in B. Martino Fulginate.

Beati Gratiani à Caſtanetolo, Confeſſoris. [b]] Sacer- §. 2.
dos extitit, ſingulari doctrina, vitæque ſanctitate, atque gubernandi dexteritate, qua Prouinciam ſancti Angeli annis plurimis ſanctiſſimè rexit, apprimè præditus. Floruit ann. 1540. Agunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Gratiis, Campibaſſi, qui eſt 16. Prouinc. præfatæ. Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 3. ca. 60. ad ann. 1550.

Digitized by Google

§. 3. *Sancta Elizabetha, Vidua, &c.*] Naſcitur ann. 1271. patre Petro Arragoniæ Rege, Matre verò Conſtantia, Regina Siciliæ: quæ à pueritia totius ſanctitatis ſpecimen dedit. Nam annos 8. nata, cœpit diuinum recitare officium, quod vſque ad finem vitæ ad amuſſim ſeruauit: ſæpè ieiuniis vacabat, egenis eleemoſynas faciebat, pauperibus maximè compatiebatur. Inter Regales delitias enutrita, mundi oblectamentis haud animum relaxabat: indicium certum emittens futuræ ſuæ honeſtatis, puritatis, & ſinceræ intentionis. Vix annum 11. attigerat, quando Dionyſio, Regi Portugalliæ, ann. 1282. deſponſata eſt in vxorem: quo in ſtatu, ſpiritualia pietatis adaugens exercitia, ampliori ſpiritus feruore, ſanctæ orationi intendebat: nocte dieque preces ad Deum fundebat, quas profluuiis lachrimarum irrigabat. Operi ac labori manuum nonnunquam, per tempus, otium dabat; vt exindè quidpiam Miniſterio altaris, & cultus diuini optandum conficeret. Patientia enituit eximia, regis ſponſi ſui deprauatos mores, æquo animo ferens, & prudentiſſimè in omnibus ſe habens. Quo mortuo, ann. 1325. protinùs habitum Ordinis Sanctæ Claræ aſſumpſit: ſed ab aliis præpedita, ſimplex coacta eſt tertij Minor. inſtitutum ſeruare: vt miſericordiæ ac pœnitentiæ operibus liberius vacaret, quibus iugiter intenta, ſancto fine quieuit in Domino, die Iouis 4. Iulij ann. 1336. ętatis ſuæ ann. 65. apud oppidum *Eſtremos*, vulgò nuncupatum.

§. 4. At, Alphonſus, Luſitaniæ Rex, piæ matris corpus Conymbriam transferendum curauit, ad Monaſterium S. Claræ, quod ipſamet conſtruxerat: vbi quamplurimis coruſcat miraculis, quibus permotus Leo X. Pont. Max. ad inſtantiam, Emanuelis, Portugalliæ Regis: & Paulus IV. Papa ad ſupplicationem Ioan. III. Luſitaniæ etiam Regis, dederunt litteras Apoſtolicas: quibus concedebatur, diem obitus eius, in tota Conymbricenſi diœceſi, feſtiuum agere: ac de ea ſacrum facere, diuinumque perſoluere officium. Facta autem illius canonizatione die 25. Maij ann. 1625. (vt in Tabula Capituli generalis totius Ordin. Franciſcan. continetur) ſacra rituum congregatio die 24. Nouembr. eiuſd. ann. cenſuit: *Sanctam Eliſabetham quondam Portugalliæ Reginam, fuiſſe & eſſe ſanctam tertij Ordinis S. Patris Franciſci: & vt talem Miſſa & Officio eſſe colendam, & celebrandam in toto Ordine die 4. Iulij.* Provt habetur in Libello Neapoli confecto, apud Typographiam Ioan. Dominic. *Roncalioli*, ann. 1626. quod & Vrbanus VIII. ſuo diplomate comprobauit eod. anno. incipit. *Cùm ſicut dilectus.* Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem. 22. April. Extat Legenda eius MS. latéque de ea ſcripſere, Marcus ſup. part. 2. lib. 8. cap. 15. §. 1. & à cap. 26. vſque 32. Gozaga ſup. part. 3. in Monaſterio Conymbricenſi, quod eſt 8. Prouinc. Portugal. Vaſconcellus in Anacephal. Reg. Luſitan. Zurita part. 1. rerum Hiſpan. lib. 3. cap. 19. & 43. item lib. 4. cap. 12. & lib. 7. cap. 18. Ioan. Mariana ibid. lib. 14. cap. 5. Ribadeneira tom. 2. flor. Sanctor. in vita eius 4. Iulij. Galterius in Tabula Chronol. ſæcul. 14. in ſanctis & illuſtrib. viris. Elzearius lib. 3. ſacri mont. Olyuet. cap. 5. Myræus in Elogiis ſanctar. Iſabellar. Hieronymus Blanca in comment. rerum Arragonenſ. in Petro III. Rege 15. Theodorus Godefridus in origine Regum Portugall. Ioannes Petrus Perpinianus, tribus orationibus geſta ipſius elegantiſſimè conſcripſit. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Minor. Cornelius à Lapide commentar. in Daniel. cap. 13. verſ. 62. Wadinghus ſup. tom. 1. ann. 1235. §. 13. item tom. 2. ad ann. 1252. §. 6. 1271. §. 12. & 13. 1282. §. 13. &c. ac tom. 3. ann. 1311. §. 6 1317. §. 65. 1325. §. 7. & ſeq. 1327. §. 18. & 19. 1335. paragraph. 12. 1338. paragr. 21. & ſeq. de Torres, in pratic. exhortationib. ſuper Regul. Tertiarior. fol. 36. Salazar. libr. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 7. Friſonus lib. 1. Galliæ Purpuratę in Benedicto 12. Pap. Arnulphus lib. 2. Comitior. general. Cœlo conuocator. cap. 5. Gononus in Chronic. SS. Diepar. ſæcul. 13. ad ann. 1336. Balinghen, in Calendario Virgin. Mariæ die 3. & 4. Iulij, ac 14. Auguſt. paragraph. 4. Franciſcus de Macedo, edidit Apotheoſim S. Eliſabeth, Reginæ, lib. 1. Lyricor. Carmin. Franciſcus Freyre, ſcripſit officium de ipſa S. Regina. Item de rebus geſtis eiuſd. lib. 2. Latinè & Luſitanicè. Brautius in Martyrolog. Poëtico. Cornelius à Lapide, Commentar. in Eccleſiaſtic. capit. 27. verſ. 31. & capite quinquageſimo verſ. 9. Thielmans tom. 1. & 2. vitar. SS. Seraphic. Ord. & alij non pauci quos ipſe Wadinghus refert. Marieta lib. 19. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 19. &c. ac lib. 22. in Conymbria vrbe. Valerianus de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 5. Iacobus Fuligati, vitam eius Italicam fecit, Hilarion Coſteus vero Gallicam lib. Elogior. illuſtrior. mulierum: ac poſtea Latinam reddidit. San-Marthani lib. 26. Hiſtor. genealog. domus Franc. Victon. tract. de antiquo ac moderno vſu canonizat. Sanctor. cap. 28. ex Luca Caſtellinio, in Elucidario Theologic. de certitudine gloriæ ſanctor. canonizat. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1336. §. 14. & ſequenti.

TERTIO

TERTIO NONAS IVLII.

DAmiatæ in Ægypto, Beati [a] Franciſci à Chriſto, Martyris; qui ob impugnationem Mahumeticæ ſectæ, glorioſo agone coronatus eſt Hiſpali in Hiſpania, Beati [b] Aluari Pelagij, Syluenſis Epiſcopi: qui mira eruditione ac pietate pollens, zelo regularis Obſeruantiæ, ac vitæ ſanctitate floruit. Turonis, Beati [c] Elyæ de Bourdeilla, eiuſdem vrbis Archiepiſcopi, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis: qui genere, doctrina, & virtute illuſtriſſimus, tanta paſtorali ſollicitudine gregem ſibi commiſſum curauit, totque perfectionis exempla ex ſe produxit; vt ingenti vitæ ſanctimonia adornatus, miraculis antè & poſt obitum longè claruerit. Monaſterij, in Vveſtphalia, Beati [d] Henrici Affricani, Confeſſoris: cuius ſanctitatem, miracula crebra commendant. Fabriani, Beatorum [e] Damiani & Raynaldi, Confeſſorum. In picœno, Beati [f] Iacobi Auximani, Confeſſoris: ingentis perfectionis viri. Vrbini, Beati [g] Ioannis à Callio, Confeſſoris: qui verbo & exemplo multis profuit. Arcubus in Territorio Hiſpalenſi, Beati [h] Antonij à Zamorra, Confeſſoris: pietate, ac religione, vitæque candore ſpectabilis. Mottæ Philocaſtri, in Territorio Nicoterienſi, apud Calabriam, Beati [i] Michaelis Apruſtenſis, Confeſſoris: qui meritis præclaris, & gratia curationum illuxit. Volaterræ in Hethuria, Beati [k] Auguſtini Volaterrani Confeſſoris: oratione & humilitate atque obedientia valde inſignis. Toleti, Beatæ [l] Mariæ Suarez à Toleto viduæ, Monaſterij Sanctæ Elizabeth eiuſdem vrbis fundatricis & Abbatiſſę, cognomento, Pauperis: quę natalibus & admirandis virtutibus refulgens, gloria etiammiraculorum emicuit.

IVLII V.

§. 1. B*Eati Franciſci, Martyris.* [a]] *Picœns* ſeu à *Marchia*, vnde exortus erat, cognominatus eſt. Qui Damiatæ in publica diſputatione, dùm multis argumentis impiam eſſe probaret legem Mahometi, in carcerem conijcitur: variiſque modis tentatur, vt quæ dixerat retractaret. Data tandem conſtanter renitenti opinione; vel mortis ſtatim obeundæ, aut Sarracenæ profeſſionis emittendæ, *Intrepide*, inquit *volo potius vitam iſtam ærumnis plenam perdere, & æternam comparare; quàm propter temporalis pœnæ fugam cum veſtro Mahomete, in infernum demergi, & perpetuis cruciatibus torqueri.* Ita Toſſinianus libro primo ſupra. Algezira, in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſc. Picquetus in Catalog. Marty. eiuſdem Ordinis. Bozius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libro 7. capite 3. ſæcul. 14. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1369. §. 10. quo Martyrium ſubiit. ex Mariano lib. 5. cap. 1.

§. 2. *Beati Aluari Pelagij, Epiſcopi.* [b]] Naſcitur in Hiſpania, ſed in Gallia, & Italia litteris operam nauauit. Primum quidem Pariſiis, B. Ioannis Scoti, Doctoris ſubtilis, fuit auditor, vir Chriſtianæ Philoſophiæ nitidus; indè ad vtriuſque Iuris, & reliquarum diſciplinarum accuratam exercitationem diuinas coniungens litteras, eruditiſſimus euaſit. Gallia Philoſophum, ac Theologum eximium reddidit: Italia Iuris vtriuſque peritiſſimum fecit. Bononiæ ſtudens, licentiam & Doctoratum in Iure canonico accepit à Domino ſuo & Magiſtro D. Guidone *de Baiſis*, Archidiacono Bononienſi, Auditore contradictarum in Curia: Sicque non ſolum Bononię publicè Decretum docuit, ſed & Peruſij apud Patres Dominicanos, & alibi paſſim. Teſtatur ſe Ordinem Minorum aſſumpſiſſe in prouincia ſancti Franciſci; temporeque ſui nouitiatus multas pertuliſſe dæmonis inſidias. Hinc Cibotoli, Tuderti, Peruſiæ, &c. moram contraxit. Exindè montem Aluernum incoluit: Lucam, Florentiam, &c. Prouinciæ Tuſciæ vrbes luſtrauit. Poſtea Romam perrexit; illicque in Monaſterio ſanctimonialium ſancti Laurentij Paniſpernæ, dehinc in Conuentu Sanctæ Mariæ de Aracœli, tempore aliquo manſit. Tùm denuò Galliam inuiſit; cuius præſtans doctrina, cùm apud omnes magno in pretio eſſet: Ioannes XXII. Papa ſummum Curiæ Romanæ pœnitentiæ Pœnitentiarium inſtituit: à quo & deinde, Coronenſis, ac poſtea Syluenſis in Luſitania Epiſcopus eſt renuntiatus: qua ratione, coactus eſt, potius timore, quàm humilitate (vt ipſe fatetur) oſculari dextram Regis Portugalliæ, quamquam ab eo non teneret Regalia.

Prædicationi iugiter & lectioni intendebat, tum apud Regulares & ſanctimoniales, tum apud ſæculares: ob cultam pietati coniunctam eruditionem: zelator etiam extitit feruentiſſimus vitæ monaſticę, ac perfectionis Religionis Franciſcanæ: cuius rei gratia, multas, grauiſſimaſque paſſus eſt tribulationes frequentiſſimè à Religioſis & clericis æmulis: ante & poſt ipſius euocationem ad onus Epiſcopale, plura eximiæ virtutis, rarçque lectionis ſpecimina orbi reliquit, quæ Ordini Seraphico perpetuo ornamento §. 3.

Digitized by Google

ſunt futura. Inter quæ, illud volumen De Planctu Eccleſiæ (quod anno 14. Pontif. Ioann. XXII. edidit) mihi ſemper viſum eſt excellentius: ex quo nonnulla de ipſius geſtis deprompſi: maximè in proœmio. Tum libro ſecundo, capite decimo-octauo, ante medium, 28. poſt medium 33. & 34. in fin. 43. poſt init. 45. in fin. 51. ſub fin. 52. poſt init. item ibidem, in errore Begador. 3. & 8. item capite ſexageſimo ſeptimo, in medio 70. ſub init. 73. & 78. in medio. Porrò, de eo egerunt Piſanus libro primo Conformitat. fruct. 8. parte ſecunda, in viris doctrina illuſtribus Ordinis Minor. Marcus Vlyſſiponenſis ſecunda parte, Chronic. Minor. libro octauo. capite quadrageſimo ſecundo, Chronicon Citizenſe ſub anno 1393. D. Antoninus 3. part. Hiſtor. titul. 24. capite octauo. §. 2. Trithemius de ſcriptor. Eccleſ. Bellarminus ibid. tomo 7. Vvillotus in Athenis orthodoxis Franciſcan. Choppinus libro primo monaſtic. titul. 1. §. 16. Platus libro ſecundo, de Bono ſtat. Relig. capite 32. Toſſinianus libro ſecundo, Hiſtor. Seraphic. ſub Beato Gonſaluo Generali Miniſtro, ac in ſcriptoribus Ordinis Min. Gneſnerus in Bibliotheca. Genebrardus libro quarto, Chronol. in Ioann. XXII. Pap. Pepinus de imitation. Sanctor. concion. de Sancto Anton. Paduan. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Mireus de ſcriptorib. Eccleſ. cap. 416. Vvadinghus tomo prim. Annal. Minor. ad annum 1234. §. 32. & tomo 2. ad annum 1293. §. 9. tomo. 3. an. 1304. §. 13. 1308. §. 61. 1329. §. 9. 1332. §. 7. 1340. §. 11. Gonzaga prima parte Origin. Seraphic. Relig. in Franciſcanis ſcientia illuſtribus; item in Almo Conuentu Pariſienſi, vbi ſcribit ipſum fuiſſe Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, ſed perperam. Item parte tertia in Monaſterio Sanctæ Claræ Hiſpalenſ. (quod eſt 1. Prouinc. Bæticæ.) in cuius choro iacet ſacrum eius corpus, non longè à ſepulchro Beatæ Leonoræ Guſmaniæ virgin. eiuſdem Ordinis alumnæ, (de qua ſupra, 21. Iunij) tumulatum: refert tanti præſulis Elogium, hiſce verbis. *Cui etiam è regione aſtat corpus Reuerendi Sanctiſſimique Patris Aluari, Minorita; atque Syluenſis Epiſcopi alio ſepulchro reconditum; is Reuerendiſſimus Epiſcopus mortem ſanctè obiit, anno Domini* 1335. Vbi error manifeſtè deprehenditur: dùm pro anno 1353. poſitus eſt anno 1335. vti ſcitè obſeruat Vvadinghus ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum, ſup.

§. 4. *Beati Eliæ de Bourdeilla, Archiepiſcop.* [c]] Gallus erat natione, filius Arnaldi de *Bourdeilla*, Prouinciæ Petragoricenſis Seneſcalli atque Proregis. Iuuenis Ordinem Minorum ingreſſus, tantopere pietati, litteris, ac vitæ perfectioni operam dedit, vt annos natus viginti quatuor, poſtulatus ſit per Capitulum Petragoricenſe ad Epiſcopatum vrbis, an. 1437. Quorum votis annuens Eugenius IV. deindè Nicolaus V. inuitus huic Eccleſiæ: præficitur & Cardinalis, Tituli S. Crucis iubetur, ipſum in Pontificem conſecrare. Quod cùm impletum fuiſſet, vrbem Petragoricenſem venit die tertio Auguſti anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, deindè clerum ac populum, ad meliorem vitæ, morumque frugem, ſollicitudine Paſtorali, induxit: virtutibus admirandis cunctis illuxit, & totius perfectionis ſpecimen ſe præbuit. Feruor in obſeruantia ſui ſtatus retinenda: ieiunia tum Regulæ Minoritanæ, tumque ex deuotione, ad amuſſim ſeruata: paupertas in victu & veſtitu eximia: conciones piæ: benignitas in pauperes: aſſiduitas in confeſſionibus audiendis, aliiſque Sacramentis adminiſtrandis; oratio continua: cæteraque eius opera, ardua erant & ſingularia. Vndè poſtea Concilio Florentino etiam interfuit anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo.

Cùm autem ſic inſigniter præfulgeret, Ludouicus §. 5.
XI. Galliæ Rex, in confeſſarium ſibi aſciuit. Eccleſia verò Turonenſis Metropolitana in Archiepiſcopum elegit, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, & Sixus 4. Pontifex Maximus, ad Cardinalatum euexit, ſub titulo Sanctæ Luciæ in Silice, anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio. Tunc pro defenſione Apoſtolicæ Sedis plurimùm laborauit, Tractatumque edidit *De Poteſtate Papæ.* Itemque *Defenſorium Concordatorum contra Pragmaticam Sanctionem*: & alia opuſcula. Tandem infirmatus ad mortem, Sacramenta Eccleſiæ ſumma cum pietate, excepit: ac in ſtrato cinere conſperſo, humillimè decumbens, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino, anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, quinto Iulij, in vita & poſt mortem clarus miraculis: vti diſcimus, tũ ex inquiſitione vitæ, ac ſanctitatis eius, ann. 1526. Speciatim ex MS. Petri de *Boys-Morin*, à ſecretis & confeſſionibus ipſius: tum ex relatione grauium Authorum, Chenu, & Claudij Roberti, in Archiepiſcop. Turonenſ. & epiſcopis Petragoricenſ. Seuertij, in Archiepiſcop. Turonenſ. poſt Democharem lib. 2. cap. 22. Ioannis Puteani in Epiſcop. Petragoricenſ. *Elia*, & *Radelphino*. Beyerlinck tom. 3. Theatri vitæ humanæ, verb. *Epiſcopus* pag. 253. in ſerie Archiepiſcoporum Turonenſ. Ciacconij tom. 2. in Nomenclatura Cardinalium ſub Sixto IV. ann. 1483. Toſſiniani lib. 2. Hiſtor. Seraphic. Religion. in Cardinalibus Minoritis. Gonzagæ. 1. part. Origin. Seraphic. Religion. ibidem. Nomenclatoris Cardinal. ſub. Sixto IV. Pap. pag. 100. Silueſtri Maruli lib. 4. Hiſtor. ſacræ Relig. Franciſcan. Friſoni in Gallia purpurata lib. 3. Garimberti Factor. Memorabil. Illuſtr. viror. Eccleſiaſtic. part. 1. lib. 1. cap. 2. Vvadinghi tom. 5. ſup. ann. 1437. §. 34. ann. 1483. §. 35. & 1484. §. 14.

B. Henrici, Confeſſ. [d]] Vir extitit ſanctiſſimus, ſi- §. 6.
gniſque claruit admirandis, circa ann. 1250. Obiit in Conuentu Monaſterienſi. Vide Piſanum ſup. libr. 1. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouincia Colonienſi. Gonzagam part. 1. ſup. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Picquetum in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Vvadinghum tom. 1. ad ann. 1249. §. 9. & tom. 2. ad ann. 1288. §. 38. Toſſinianum lib. 2. in Cuſtodia Vveſtphaliæ. Thielmans tom. 1. vitar. SS. Seraph. Ordin.

Beatorum Damiani & Raynald. Confeſſorum. [e]] §. 7.
Hi fraterno vinculo coniuncti, floruerunt pietate: & inter præcipuos viros doctrina & ſanctitate claros, apud Conuentum Fabrianenſem, recenſent Chronicon Fabrianenſe, à Beato Franciſco Fabrianenſ. conſcriptum: Vvadinghus tom. 2. ſupra, ad ann. 1268. §. 3.

Beati Iacobi, Confeſſoris. [f]] Picœnæ Prouinciæ §. 8.
erat alumnus, vir pius & rectus; qui dum ea Prouincia variis quateretur diſſidiis, tũ ex relaxatione regularis Obſeruantiæ, tum ex contentione pro futuri Miniſtri Prouincialis electione ann. 1289. vidit in ſpiritu Sanctum Franciſcum pro ſuis ſectatoribus Chriſtum deprecantem, fœdam malorum lepram, multiplici bonorum virtute cooperientem, & pios quoſque inſtituti Obſeruatores adiuuantem. Qua de re Marianus lib. 2 cap. 8. & 11. Chronicæ antiquæ Ord. Min. Vvadinghus tomo ſecundo, ſupra ad annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum nonum §. vigeſimoquinto.

Beati

Digitized by Google

§. 9. *Beati Ioannis è Callio, Confeſſoris.* [g]] Callium vrbs eſt Picœni non longè ab Vrbino, è qua erat oriundus, potens in opere & ſermone: cuius caput habetur in magna veneratione apud Conuentum Minorum vrbis præfatæ, ita Vuadinghus tom. 5. ſupra, ad annum 1432. §. 27. ex Mariano libro quarto, capite 14. & aliis Chron. Antiq. Ordin.

§. 10. *Beati Antonij, Confeſſoris.* [h]] Ingenti deuotione colitur apud Arcuenſes: honorificè etenim iacet in Conuentu Minoritico, ad mille paſſus à ciuitate Arcuenſi, Hiſpalenſ. Diœceſ. diſſito; quo exceſſit è vita, circa ann. 1510. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in pręfato Conuentu, qui eſt 17. Prouinc. Bæticæ. Barezzo part. 4. Chronic. Minor. libro primo, cap. 19.

§. 11. *Beati Michaelis. Confeſſoris,* [i]] E familia Obſeruantina ad Patres Capucinos tranſiit, vbi ſancto fine quieuit: cuius præclara geſta recenſet Bouerius tomo 1. Annal. Capucinor. ad annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum ſeptimum, paragrapho 82. quo in cœlum euolauit.

§. 12. *Beati Auguſtini, Confeſſoris.* [k]] Profeſſione Laicus erat hic vir Dei; admodum humilis, obediens & deuotus, atque in oratione feruentiſſimus: ita vt eo tempore, extra mentem factum, atque à terra eleuatum, inter orandum (tanta erat eius orationis vis) plures viderint. Floruit anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, obiitque in Conuentu Sancti Hieronymi propè Volaterram, vbi & tumulatus eſt. Eius meminere Gonzaga 2. parte, ſupra, in eo Conuentu, qui eſt 23. Prouinciæ Tuſciæ, & Barezzus 4. parte, Chronic. Minor. libro tertio, capite vigeſimo, ad annum milleſimum quingenteſimum quadrageſimum. Wadinghus tomo quinto, ſupra, milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto, paragrapho vigeſimo ſeptimo.

§. 13. *Beata Maria Suarez à Toleto; Vidua.* [l]] Traxit hæc Beata mulier originem ex illuſtriſſima *Toletanorum* familia; cuius pater vocabatur Petrus Suarez à *Toleto*, mater verò Ioanna Guſmania, oppidi *Pinti* Domini temporales. Hi filiam adultam iam effectam, oppidi Carpij temporali Domino Garziæ *Mendez* à Sotomaiore, matrimonio iunxerunt. In quo cùm per integrum ſeptennium, ob viri aſperitatem, plures difficultates atque anguſtias perpeſſa fuiſſet, ex eiuſdem viri conſenſu, paternos repetiit lares, quo paulò poſt moriente, Deo, atque charitatis operibus liberius vacare cœpit. Itaque calceos exuta, atque viliſſimis, cilicineiſque veſtimentis induta, matutinis horis, cum vna tantum ſibi ſimili pediſſequa noctu intererat, ieiuniis, vigiliis, atque diſciplinis corpus affligebat, xenodochia vlceroſorum præcipuè, atque eorum qui contagioſo morbo infeſti erant, ſumma cura frequentabat; imò & Miſericordiæ hoſpitali, cuius obſequio ſe omninò manciparat, quicquid patrimonij habuerat, id in pauperum, infirmorumque vſum conſumendum liberaliſſimè erogauit. Prætereo, continua eius ieiunia, corporis afflictiones, cilicium ad carnem, feruentem orationem; ſummam humilitatem, inuictam patientiam, altiſſimam paupertatem, cæteraſque virtutes; quibus ſummoperè claruit.

§. 14. Dum autem grauiſſima conflictaretur infirmitate, diuinitùs admonita eſt, vt ſi ſuam, illarumque plurimarum fœminarum animas, ſaluas cuperet, Monaſterium fundaret, inibique vitam duceret: quod paulò poſt, munificentia Regis Ferdinandi Catholici, opere compleuit: illucque anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, ætatis verò ſuæ anno 40. eſt ingreſſa. Mirum! quam efficaciter de virtute in virtutem extunc prodierit? Meditatione Dominicę Paſſionis ſummè delectabatur, & à Chriſto ſæpè viſitationibus conſolabatur. Multa, Diuino afflatu prænoſſe meruit: ſignis ac miraculis in vita, in morte, & poſt obitum emicuit. Peſtifero morbo interiit anno milleſimo quingenteſimo ſexto, ſeu verius milleſimo quingenteſimo ſeptimo, in cuius tranſitu ſuauiſſimus Angelorum concentus auditus eſt: & eius anima ſplendidiſſimo contecta amictu, cœlum conſcendere viſa fuit, vna cum BB. Clara & Elizabetha. Corpus verò tractabile ſuaniterque redolens apparuit, & in eodem Monaſterio Sanctę Elizabethæ Toleti, à ſe extructo (quod eſt 1. Prouinc. Caſtellæ) honorificè tumulatum eſt à cæteris monialibus; quibus ipſa per 30. continuos annos præfuerat Abbatiſſa. Vita eius late deſcripta eſt à Marco Vlyſſiponenſi 3. parte Chronic. Minor. libro octauo, capite decimo-tertio, decimo-quarto, decimoquinto, & decimo ſexto, Gonzaga parte prima ſupra, in Beatis Fœminis Ordinis ſanctę Claræ Virginis. Item parte tertia, in pręfato Monaſterio. Galterius in Tabula Chronograph. ſęcul. 15. in Sanctis viris: ex Coccio de ſignis Eccleſ. articul. 11. Marieta in Hiſtoria Eccleſiaſtic. Sanctorum Hiſpan. libr. 19. capite vigeſimoſecundo, anno milleſimo quingenteſimo ſexto, 5. Iulij. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. libro ſecundo, capite 43. 44. 45. & 46. anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo. Salazar libro quinto Chronic. Prouinc. Caſtellæ capite vigeſimotertio, & ſeq. De Sillis in capite primo. Regul. Tertiar. Gouſſancourt. tomo ſecundo, Martyrolog. Equit. Melitenſ. fol. 234. ad 30. Iunij 1507. Wadinghus tomo ſeptimo, ſupra, ad annum milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum §. 40.

PRIDIE NONAS IVLII.

IN Belgio, Beatorum [a] quatuor Anonymorum Fratrum Martyrum, qui ab hæreticis Geuziis comprehenſi, & crudelia paſſi, glorioſa morte regna cœleſtia ſibi compararunt. Miſnæ, Beati [b] Theodorici, Confeſſoris: miraculis clari. Apud Tuchpanicum Xaliſcorum in India Occidua oppidum, Beati [c] Ioannis à Cruce, Confeſſoris: qui patientia, humilitate, & abſtinentia, benignitatéque prę ditus, tanta charitate, & zelo propagationis fidei enituit: vt innumeris penè Indorum populis cauſa extiterit ſalutis acquirendæ. In Hiſpania Beati [d] Dominici à Frontera, Confeſſoris. Methymnæ-Campi, in Territorio Salmantino, Beatæ [e] Franciſcæ à Bracamonte, Virginis: quæ admiranda ſanctitate eluxit: & tempus ſui obitus prænoſcens, fœliciter ad Dominum migrauit.

IVLII VI.

§. 1. B*eatorum quatuor Martyrum.* [a]] Hi inaudito tormentum genere diuexati, palmam Martyrij ſunt aſſecuti. Nam coacti minutiorem deglutire arenam, & pro potu iuſculum Ruthæ haurire: ab hæreticis Geuziis velut liberi dimittuntur: qui tot, tantiſque vomitibus, cordis, ſtomachi, ac viſcerum doloribus biduò ita excruciati ſunt, vt magna cum anguſtia, ſed non ſine ingenti vitæ æternæ præmio, animam exhalarint. Cuius rei fama ad Alexandrum *Fernesium*, Parmenſem Ducem, Belgiique Proregrem, delata: totus in lachrymas pius Princeps defluxit, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono. Prout teſtantur Barezzus quarta parte, Chronic. Minorum libro ſeptimo, capite trigeſimo ſecundo. Thomas Bouchierus in Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Franciſcan. Obſeruantin. & Fauſtinus Taſſo in Hiſtor. ſui temporis.

§. 2. *Beati Theodorici, Confeſſoris.* [b]] Saxo fuit natione, vita & ſignis admirandis glorioſus; & ſingulari prudentia prædirus: cuius corpus *Miſna*, ſeu *Miſia* in Germania quieſcit. Memoratur à Piſano libro 1. Conformitat. fruct. 8. parte 2. in Prouincia Saxoniæ, ſed fruct. 11. parte 2. ibidem vocatur ab eo *Odoricus*. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. in Beatis viris huiuſce Ordin. & 3. part. in Prouincia Saxoniæ. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadingho ſupra, tomo primo, ad annum 1249. paragrapho 9.

§. 3. *Beati Ioannis à Cruce, Confeſſoris.* [c]] Piiſſimus atque religioſiſſimus fuit hic B. Ioannes, natione Gallus, profeſſione Laicus, Prouinc. Aquitaniæ Antiquioris alumnus, Beati Ioannis à *Padillia* Martyris indiuiduus Comes; qui ſimul apud Sibolicam Regionem in India Occidua, mirabiliter fructificarunt, moramque in oppido Tigneſio fecerunt: vbi ab oppidanis comiter, & ſupra modum humaniter ſunt excepti. Profecto autem Ipſo Beato Ioanne à Padillia ex Tigneſio, B. Ioannes à Cruce, apud eas nationes, vt in accepta fide Catholica magis, magiſque confirmarentur, remanere voluit: ac tantopere ea in re profecit, vt innumeris penè hominibus ſalutis cauſa extiterit. Nec mirum ſanè: nam diuino ſibi aſpirante Numine, tanta fuit patientia, humilitate, abſtinentia, benignitate, & charitate præditus; vt omnes in ſui admirationem adduxerit. Pollebat prȩterea, licet litteras minimè didiciſſet, tanta dicendi facundia; vt Tigneſiani ad fidem de nouo conuerſi in beneuolentiæ ac deuotionis ſignum, eum in vlnis ſæpius detulerint, aliaque ſibi exultationis indicia exhibuerint. Tantæ item æſtimationis, apud Hiſpanos milites extitit; vt Catholici exercitus Dux, Franciſcus Vaſquez *Coronado*, publico cauerit edicto; quatenus nomine *Ioannis de Cruce* audito, ſeſe quotquot ſub eius ſignis militabant, in peculiaris cuiuſdam honoris ſignum, vel inclinarent, vel caput detegerent. Quod ſanè magni apud Deū meriti indicium eſt. Hæc ex Gonzaga 4. part. Orig. Seraphic. Relig. in Prouincia Sanctorum Petri & Pauli, ſub 27. Conuentu Sapotlano: & Barezzo lib. 4. cap. 23. Mariano lib. 2. cap. 41. & lib. 3. cap. 3. Chronic. obſeruant. Reſſormat.

Creditur autem ab omnibus (addit idem Gonzaga) tantus hic vir extremum ſuæ vitæ diem glorioſo martyrio clauſiſſe: nam ab Hiſpanorum nouam in Hiſpaniam à Sibolica expeditione regreſſu, nihil penitùs de eo auditum eſt. Cui reſpondemus. Primò, contrarium paulò poſt, palam aſſerere, vbi de Conuentu ſancti Ioannis Baptiſtæ Tuchpani (qui eſt 28. Prouinciæ eiuſdem) verba eructat; ait enim, in eo cum maxima ſanctitatis fama diem clauſiſſe extremum: quippè, qui fuerat candidiſſimis moribus præditus, religione inſignis, atque Eccleſiaſtes celeberrimus: imo & tanta apud Indos gratia valuerit; vt piaculum exiſtimauerint inexpiabile eius dictis, vel in minimo, non obaudire. Quibus aſſentitur Barezzus 4. part. Chron. Min. lib. 8. cap. 72. ad ann. 1584. & Marianus ſup. Secundo, dicimus ea verba ſumenda eſſe de Martyrio B. Ioannis à *Padillia*: non de Beato Ioanne à Cruce: vt vitio librariorum poſita ſunt. Eadem reſpondenda ſunt Daçę 4. part. Chron Minor. lib. 2. cap. 58. & Rapinæo in Hiſt. General. Orig. Recollector, decad. 7. part. 2. §. 2. cùm Gonzagam à tergo ſequantur. §. 4.

Beati Dominici, Confeſſoris. [d]] Laicus erat, & ſtaturæ paruę, ſed magna animi virtute præditus. Tanta vitæ aſperitate corpus edomabat; vt quouis anni tempore, ſemper diſcalceatus, nil habens in pedibus, inceſſerit. Cibi, ſomnique parciſſimus cùm eſſet, otium ſummoperè deuitabat, laborique multum inſiſtebat; nec quietem capiebat, niſi genuflexus, & veluti in oratione poſitus. Peſte ſublatus eſt in Prouincia Sancti Ioſephi. Sic Ioannes à ſancta Maria parte ſecunda Chronic. prædictæ Prouinc. lib. 4. capite 6. ad annum 1595. §. 5.

Beata

§. 6. *Beata Franciſca à Bracamonte, Virginis.* [e] Floruit circa an. 1540. apud Monaſterium Sanctę Clarę Methymnæ-Campi (quod eſt 10. Prouinc. Conceptionis) ingenti vitę ſanctitate: quæ & ob eximias eius virtutes, certiſſimam ſui obitus horam prænoſſe meruit: ibique tumulata iacet, cùm ſingulari deuotione ſpiritum Deo reddidiſſet. Agunt de ea Gonzaga part. 3. ſup. in præfato Monaſterio. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 41. ad ann. Chriſti 1544. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1256. §. 48. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 36.

NONIS IVLII.

IN Italia, Beati [a] Angeli de Burgo ſancti Sepulchri, Confeſſoris, Seraphici Patris S. Franciſci Diſcipuli: qui nobilitate, humilitate atque obedientia fuit illuſtris. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Sabini de Campello, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Carrionis de Comitibus, in Territorio Palentino, Beati [c] Franciſci Numantini, Confeſſoris: miraculis clari. Florentię, Beatarum [d] Virginum Tertiariarum, Onuphriæ, Franciſcæ, & Ioannæ.

IVLII VII.

§. 1. BEati *Angeli de Burgo, Confeſſoris.* [a] Cùm D. Pater Franciſcus in locum quendam montis *Caſalis*, quatuor milliaribus à Burgo ſancti Sepulchri, verſus montana deueniſſet: quidam iuuenis nobilis de eodem Burgo oriundus acceſſit ad eum, rogans vt ipſum ad Ordinem reciperet; cui Seraphicus Pater reſpondit: fili, nimium es delicatus, fortè paupertatem noſtram & aſperitatem haud poteris ſuſtinere. Cui ille; nunquid homines eſtis, ſicut & ego? ſi ergo, cùm ſimiles mei eſtis, talia patimini: & ego, cum Dei adiutorio, eadem ſufferre potero. Quæ reſponſio multùm Seraphico Patri S. Franciſco placuit, ſtatimque recepit eum, ac benedixit: Fratremque *Angelum* illum appellauit. Qui ita glorioſè ſe habuit, quòd paulò poſt idem D. Franciſcus apud dictum locum Montis Caſalis, ipſum Guardianum inſtituerit.

§. 2. Accidit autem vt ſanctus Franciſcus illi præciperet Burgum præfatum pergere, ad nuntiandum populo, quomodo eſſet prædicaturus eis tali die: cúmque ipſe propter parentes illuc ire diſtuliſſet, Seraphicus Pater mandauit eidem, vt ex quo iuſſis non paruerat, nudus illuc accederet, ac prædicta nuntiaret. Cui adiecit B. Angelus: Pater, quid ex hoc meriti habebo? Securum te facio, (inquit S. Franciſcus) quia mecum eris in paradiſo: vitamque æternam poſſidebis. In cuius ſignum crucem ſibi in fronte fecit; & ipſum oſculando ſubarrauit. Statimque B. Angelus, ſumma cum alacritate, nudus, per D. Franciſcum iniuncta compleuit. Eiuſdem etiam Seraphici Patris nonnunquam præceptis obediens; tres inſignes latrones conuertit ad pœnitentiam, de quibus vide infra ad 28. Auguſti §. 2. Hæc Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ S. Franciſci part. 2. Item lib. 2. fruct. 6. part. 2. Marcus Vlyſſipon. part. 1. Chron. lib. 1. cap. 86. & 87. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. §. 23. ex Mariano lib. 1. cap. 10. §. 9. & Hugolino in Chronic. MS. D. Franciſci.

§. 3. *B. Sabini, Confeſſ.* [b] Vitæ exemplaris fuit; ſanctæ paupertatis amator, & ſui inſtituti obſeruantiſſimus. Obiit ann. 1402. Iacetque ſepultus in Conuentu S. Damiani, iuxta Aſſiſium. Scribunt de eo Gonzaga 2. part. Origin. Seraphic. Relig. in præfato Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. S. Franciſci: & Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 48. Vvadinghus tom. 5. ann. 1402. §. 11.

Beati Franciſci Numantini, Confeſſ. [c] Numantinus, vulgò, *à Soria* dictus eſt: Sereniſſimo Nauarræ Regi à ſacris confeſſionibus extitit; atque apud eundem pro Ioanne II. Caſtellæ Legioniſque Rege, honorificentiſſima fœliciſſimaque Legatione functus eſt; quique, iuxta Ferdinandi *Piretij* à Guſmanio, in ſuis chronicis, ſententiam, plurimis miraculis poſt mortem claruit, meritóque inter ſanctos viros referri meruit. Eadem referunt Gonzaga part. 3. ſupra, in Conuentu S. Franciſci Carrionis de Comitibus, qui eſt 5. Prouinc. Conception. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 41. ad ann. 1565. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1218. §. 12. & tom. 5. ſup. ann. 1422. §. 20. 1440. §. 42. 1441. §. 71. 1442. §. 16. Idem in Additionib. ad tom. 5. §. 17. Alius eſt à B. Franciſco *Soriano*, qui ex Obſeruantinis ad Capucinos tranſiens, meritis ac ſignis præclarus fuit; de quo Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1567. §. 18. quo Romæ obiit. §. 4.

Beatarum Onuphriæ, & ſociar. [d] Inter Religioſas, quæ pietatis, virtutis, & regularis obſeruantiæ, atque vitæ perfectionis fama inſignes extitere apud Monaſterium Sanctæ Annæ Fulginij (quod eſt 10. Prouinc. Sancti Franciſci) hę notantur præcipuæ; B. *Onuphria*, olim Comitiſſa in Aprutio; *B. Franciſca à Burgaro*, ex Comitibus Marſicanis, cognominata B. *Angelina*: & B. *Ioanna* ex Onuphriis Fulginatibus; diſcipulæ omnes ipſius B. *Angelinæ*: quę poſtea ann. 1425. Florentiam proficiſcentes, illic Monaſterium Sancti Onuphrij erexerunt, ſuis ſanctis moribus inſtruxerunt, ac tandem ſarcina corporis depoſita, ibidem beatum vitæ finem ſortitæ ſunt. Vide Iacobillum de SS. Fulginat. in B. Angelina 14. Iulij, ſub finem. §. 5.

OCTAVO IDVS IVLII.

IN Gallia Narbonenſi Beati [a] Bartholomæi Siccardi, Confeſſoris: eximia vitæ ſanctitate, atque perfectione præditi. Stamni, in Raguſio, Beati [b] Ioannis ab Anglia, Confeſſoris: dono linguarum, ac miraculorum conſpicui. Cortonij in Hethruria, Beati [c] Iacobi à Cortona, Confeſſoris, ac concionatoris egregij: qui orationi deditus, & ſpiritus feruore erga animarum ſalutem, exæſtuans: mira etiam Prophetiæ gratia claruit. In Luſitania, Beati [d] Alphonſi Portalegrenſis, Confeſſoris: virtute orationis, & rerum cœleſtium contemplatione ſublimis. In Hiſpania apud Alcauderam Bæticum oppidum, Beatæ [e] Mariæ Spinoſæ, Virginis: in cuius fœlici tranſitu, ſuauiſſimus Angelorum concentus auditus eſt.

IVLII VIII.

§. 1. B*Eati Bartholomæi Siccardi, Confeſſoris.* [a]] Vir fuit admodum ſpiritualis, regularis Obſeruantiæ zelantiſſimus, & ſanctitate vitæ conſpicuus: quem Clemens Papa V. ad ſe, cum aliis ſanctis viris eiuſdem Ordinis, euocauit: vt Reformationi Franciſcanæ religionis pro munere paſtorali, prouideret. Circa ann. 1310. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 18. §. 1. Wadinghus tom. 3. Annal. Min. ann. 1310. §. 3. & 5. item ann. 1318. §. 16. & ſeq. ex B. Angelo Clareno, in tribulatione Ordinis 6. & 7. *Liccardus*, ſeu *Siccardus*, cognominatus eſt.

§. 2. *Beati Ioannis ab Anglia, Confeſſoris.* [b]] Hic ablegatus in Sclauoniam, vt inibi verbum Dei diſſeminaret, cùm Illirici idiomatis ignarus eſſet, Illyricè tamen, Spiritu Sancto dictante, concionabatur, magna cum animarum ſalute; & miracula edidiſſe fertur. Agunt de eo Gonzaga part. 2. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu S. Nicolai Stamni, qui eſt 1. Prouinc. Raguſienſis: & Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 20. ad ann. 1540. Wadinghus tom. 3. ann. 1349. §. 18.

§. 3. *Beati Iacobi à Cortona, Confeſſoris.* [c]] Feruentiſſimus extitit concionator, atque orationi ſanctę deditiſſimus; qui plura prophetico ſpiritu afflatus certiſſimè prædixit. Nam & Seggianis per triginta annos antea, tribulationes atque calamitates ipſis imminentes prænuntiauit; & petulanti cuidam iuueni, in eum pro ſuggeſtu verba facientem, malum medicum iacienti violentam mortem proximè inſtantem, quę & ſubſequuta eſt, præſignificauit. Claruit ann. 1584. ſepultuſque iacet Cortonij in Conuentu S. Margaretæ, qui eſt 2. Prouinc. Tuſciæ. Sic Gonzaga ibid. part. 2. ſup. & Barezzus ſup. lib. 7. cap. 38. ad ann. 1580. Toſſinianus lib. 2. in Prouinc. Tuſciæ. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1433. §. 24. & tom. 7. ad ann. 1484. §. 37. ex Mariano lib. 5. cap. 47.

Beati Alphonſi, Confeſſoris. [d]] Luſitanus erat natione, & Prouinciæ Pietatis alumnus: qui Sacerdotium ſuum inſigni vitæ ſanctimonia exornauit, oratione, tanquam deliciarum ferculo, iugiter fruebatur, in qua ſæpè raptus in extaſim, ſurſum eleuabatur à terra: teſte Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 75. ad ann. 1575. ex Monimentis MS. præfatę Prouinciæ §. 4.

Beata Spinoſa, Virginis. [e]] Hæc Religioſiſſima Virgo, ſanctiſſimam vitam duxit apud Monaſterium Sanctæ Claræ Alcauderę, ann. 1510. inibique moriens tumulata eſt in illius Eccleſię choro: in cuius funere dulciſſimus Angelorum concentus à circumſtantibus ſororibus monialibus auditus eſt. De ea meminerunt Gonzaga 3. part. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 9. Prouinc. Granatenſ. & Barezzus ſupra, libro ſecundo, capite 14. ad annum Chriſti 1514. Vvadinghus tomo 7. ſup. ad annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum nonum §. 40. §. 5.

SEPTIMO

SEPTIMO IDVS IVLII.

Brielæ, in Hollandia, natalis Beatorum [a] Martyrum Nicolai Picchij, Conuentus Gorgomienſis Guardiani: Hieronymi eius Vicarij: Guilaldi, Nicaſij, Theodorici, Antonij, Godefridi, Franciſci; alterius Antonij, Petri, & Cornelij, Fratrum: qui ab hæreticis comprehenſi, poſt vincula, & carceres, poſt ludibria, & opprobria ac verbera, aliaque grauia, pro fide Catholica, conſtantiſſimè perpeſſa: ad vltimum, coniunctis dorſis, nudi, dilaceratique ſuſpendio necantur: naſo, auriculiſque, necnon pudendis ipſis fœdo crudelique vulnere, præciſis. Ibidem paſſio duorum Fratrum [b] Anonymorum, Martyrum. In territorio Ameriano, Beati [c] Franciſci Ouarij, Confeſſoris: vita regulari, & ſanctis meritis ſpectabilis. Tarnouiæ in Polonia, Beati [d] Victorini, Diaconi: nobilitate generis, ac virtutum laude clariſſimi. Florentiæ, Beati [e] Illuminati, Confeſſoris. Beatiæ in Hiſpania, Beatæ [f] Catharinę de Ieſu, Virginis: cuius Religio, vitæ candor, atque ſanctitas, incredibiles prorſus fuere.

IVLII IX.

§. 1. *Beatorum Martyr. Nicolai Picchij, &c.* [a]] Primus illorum, videlicet, B. Nicolaus *Picchius*, ſeu *Pieckins*, nobili genere natus, Conuentus Louanienſis erat alumnus, tunc verò Guardianus Gorgomianus: qui inter alios ſingulariter enituit, pro conſtanti Romanæ Eccleſiæ Primatus confeſſione. Nam cùm duo Fratres eius Germani ſuaderent, vt ab Eccleſia Catholica recederet; ſi mortem euitare ignominioſam optaret: ipſis heroico pectore reſpondit. *Non ſapitis quæ Dei ſunt: ego hoc genere mortis, quod vos ignominioſum putatis, ad vitam tranſeo ſempiternam: vobis autem, niſi reſipueritis, ignis manet æternus.* 2. Beatus Hieronymus *werdenſis*, eiuſdem Vicarius, Conuentus etiam Louanienſis erat alumnus, & peregrinus miles Hieroſolymitanus; qui ſicut gratiâ dicendi pollebat, ita ſpiritu ardoris conſodales, die noctéque ad Martyrij conſtantiam animabat, tam publicè, quàm priuatim. 3. *willehaldus*, ſeu *Guilaldus* Damus, Sacerdos octogenarius. 4. Nicaſius *Heſins*, vir vtique doctiſſimus, Conuentus Louanienſis alumnus, ſacræ Theologiæ Baccalaureus. 5. Theodoricus *Emdenus*, *Eindemus*, ſiue *Emſemus*, *Amersfordianus*. 6. Antonius, *weertenſis*. 7. Godefridus *Meruellanus*. 8. Franciſcus *Bruxellenſis*. 9. Antonius *Hornarienſis*: hi omnes Sacerdotes ſeu ſacris initiati. 10. Petrus *Aſchanus*, Laicus: & 11. Cornelius *Batauodurus*, Tertiarius, qui voluntariè ad inſeruiendum Fratribus ſe deuouerat. Hi Gorgomij ab hæreticis capti, atque Brielam deducti, die 9. Iulij ann. 1572. pro fide Catholica, ſub impiiſſimo Principe Auriaco, per manus Geuſiorum hæreticorum, Martyres euaſerunt: ac miraculis poſt mortem claruerunt. Horum illuſtriſſimum Martyrium litterarum Monimentis conſignarunt, Petrus Opmerius decad. 1. lib. 3. Fauſtinus Taſſo Hiſtor. ſui temporis. Thomas Bouchierus part. 5. Hiſtoriæ Eccleſ. Martyr. Fratrum Obſeruantin. Grauina in *voce Thartaro*, part. 2. cap. 24. Myræus in Faſtis Belgicis, hac die, & Raiſſa in Auctario ad natales Sanctorum Belgij, Ioannis Molani. Guilielmus Eſtius lib. 4. Hiſtor. Martyr. Gorgomienſ. cap. 20. Gonzaga part. 1. Originis Seraphic. Relig. in ſacris Martyrib. Ordin. Minorum ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in Prouincia Germaniæ inferioris apud Belgas. item part. 3. in Conuentib. Louanienſi & Gorgomienſi, qui ſunt 1. & 13. Prouinc. Germaniæ inferioris. Salazar lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtell. cap. 12. Boenerus. In Hiſtor. Delineation. Martyr. Franciſcan. Germaniæ Inferioris. Sauſſayus, In Martyrolog. Gallican. die. 9. & 19. Iulij. Haræus tom. 3. Annal. Brabantin. ad ann. 1572. Couſinus lib. 1. Hiſtor. Tornacenſ. cap. 1. Quidam ex noſtris Recollectis Prouinciæ S. Andrææ, poëma ſacrum piè à ſe compoſitum Gallico decantauit carmine, ſuper triumphali tranſlatione ſanctarum Reliquiarum horum BB. Martyrum, in ciuitatem Valencenarum an. 1618. die 29. Iunij. Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum lib. 3. cap. 5. 6. & 7. Daça ibid. lib. 3. cap. 66. ex multis. Boſius tom. primo, de ſignis Eccleſ. libro 12. cap. 22. Fernandus lib. 3. Hiſtor. Eccleſiaſtic. cap. 40. Sedulius in Hiſtoria Seraphica ſub fin. Hilarion à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 366. Arnoldus Hauenſis cap. 26. & 27. Speculi hæreticæ crudelitat. Toſſinianus lib. 2. Seraphic. Hiſtor. ſub 108. Capitulo general. Surius Commentar. rerum ſui temporis ann. 1572. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Picquetus in Catalog. virorum illuſtrium Ordin. Minorum. & Wadinghus tom. 6. ſup. ann. 1454. §. 80. nuncque agitur in curia Romana, pro eorum beatificatione, teſte Thielmans tom 1. vitar SS. Seraphic. Ordin.

Beatorum Martyrum Anonymor. [b]] Eodem die, & anno, aliundè duo Fratres Franciſcani Brielam à Geuſiis fuere adducti, atque martyrio coronati: quorum mentionem egerunt Surius ſup. Ioannes Chapeauillus tom. 3. Hiſtor. Leodienſ. ſub Gerardo *Groesbecano* 88. Epiſcopo cap. 18. §. 2.

Beati Franciſci Ouarij, Confeſſoris. [c]] Claruit circa ann. 1515. vir ſingulari religione pollens: ſanctéque obiit in Conuentu Annuntiationis B. Mariæ Virginis (qui eſt 22. Prouinciæ ſancti Franciſci) decimo milliari ab Vmbrica ciuitate Ameria: qui pluribus diebus antequam naturæ debitum exolueret dùm adhuc opti- §. 3.

Digitized by Google

mè valeret, ſuo Guardiano certiſſimam mortis horam prædixit. Eius etiam ſepultura, in inculpatæ vitæ teſtimonium, dùm fortè reſeraretur, tantam, talemque violarum fragrantiam exhalauit, vt omnes circumſtantes mirum in modum recrearit: cuius rei cauſam inquiſituri Fratres, eam ſunt ingreſſi, præfatique Beati Patris integrum omninò incorruptum corpus, ac ſub eius capite violarum plantulam floridam, ſuauiſſiméque redolentem inuenerunt. Quod proculdubio, admiratione dignum opinor, cùm menſis Auguſti finis inſtaret. Agunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, & Barezzus ſup. lib. 1. cap. 53. ad ann. 1516. Elzearius lib. 2. cap. 6. ſacri Mont. Oliuet. Toſſinianus lib. 2. in Prouincia Sancti Franciſci. Wadinghus ſup. tom. 6. ad ann. 1460. §. 45.

Beati Victorini, Confeſſoris. [d]] *Victorinus*, ſeu *Vi-*
§. 4. *ctor* ab aliis nuncupatus eſt, deuotiſſimus erat, & maximæ expectationis iuuenis, Diaconio tantum initiatus: qui cùm eſſet ditiſſimus, nobiliſſimus, atque vnus ex prioribus Regni Polonici proceribus, his omnibus ſpretis, Minoriticum habitum pro Chriſti amore induit; in eoque quamdiu vixit, adeò profecit virtute, vitæque perfectione, vt omnes ſuos Fratres coætaneos longè ſuperaret: ac tandem clarus meritis in cœlum conſcenderit, lucidas ſedes cum ſanctis accepturus. Obiit circa ann. 1470. vel 1540. ſepultus in Conuentu ſanctæ Mariæ ad Niues, Tarnouiæ, qui eſt 7. Prouinc. Poloniæ. Ita Gonzaga ibid. part. 2. ſup. & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 22. Chriſtophorus Warſeuiſius. in Cathalogo ſanctor. Poloniæ: Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1459. §. 60. ann. 1466. §. 16.

Beati Illuminati, Confeſſoris. [e]] Fuit B. Thomæ *de* §. 5.
Scarlino ingenuus diſcipulus, atque ſectator integerrimus; profeſſione autem Laicus. Memoratur à Gonzaga ſup. in Conuentu Sancti Saluatoris Florentiæ (qui eſt 9. Prouinc. Tuſciæ,) vbi ſacrum ipſius corpus requieſcit. Vvadingho tom. 5. ſup. 1447. §. 39.

B. Catharinæ de Ieſu Virg. [f]] Hæc ob Regularē diſci- §. 6.
plinā atque vitę ſanctitatem inſigniter refulſit. Floruit circa ann. 1520. apud Monaſter. S. Antonii in Beatianę ciuitatis ſuburbio conſtructum (quod eſt 4. Prouinciæ Granatenſ.) vbi ſepulta quieſcit: quam reliquæ ſorores in cęlis beari exiſtimant: teſte Gonzaga part. 3. ſup. in hoc Monaſterio, & Barezzus lib. 2. cap. 14. ac Valerius lib. 4. cap. 17. ſup. De BB. Fœminis. Ordin. Minorum. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 65.

SEXTO IDVS IVLII.

IN Pago Bituricenſi, Beati [a] Guidonis, Martyris: qui cùm eſſet Guardianus Conuentus Caſtri-Radulphi, ab hæreticis variè tortus, ad vltimum gladiis eorum iugulatus eſt. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Bernardi à Quintaualle, Confeſſoris, ſocij Seraphici Patris Diui Franciſci: qui paupertate, humilitate, patientia, & obedientia, maximè exornatus, gratia contemplationis extaticæ etiam affluenter potiebatur, ſicque vitæ ſanctitate inſignis, ſpiritum Deo reddidit. Apud Lenſenſe oppidum, in territorio Attrebatenſi, Beati [c] Pacifici, Confeſſoris, diſcipuli eiuſdem Sancti Patris Franciſci: qui ab eo in Gallias miſſus, primus Prouincialis Miniſter Franciæ inſtituitur; moxque Minoriticum Ordinem longè latéque propagauit, omnium virtutum ſpecimen cunctis innotuit, & viuus atque mortuus, miraculis refulſit. Atoiaquei, apud Xaliſcos Indiæ Occiduæ populos; Beati [d] Ferdinandi à Secura, Confeſſoris, cognomento Pauperis: humilitate, oratione, atque charitate, celebris. In Italia, Beati [e] Antonij Pagani Vincti, Confeſſoris. Bęatiæ in Hiſpania, Beatæ [f] Catharinæ à ſancta Clara; cuius pietas, vitæ candor, atque ſanctitas, fuere mirabiles.

IVLII X.

§. 1. B*Eati Guidonis, Martyris.* [a]] Germanus erat (non natione, ſed conſanguinitate, cum Beato Petro *Odione*, Martyre, de quo ſupra 14. Aprilis.) hæreticorum maximus inſectator; vndè illis exoſus factus cùm necem ei molirentur, ſed tempus haud adforet opportunum; eo quòd à populo ſummè coleretur, ob egregiam illius eruditionem, vitæque ſanctimoniam: accidit quadam die, vt hic Beatus Pater hortum ingreſſus, viſus ſit in eo deambulans: quare illi per quendam muri confracti locum aſcendentes, ipſum pugionibus, & ferro aggrediuntur, ac tandem omninò confodiunt. Bercorii, apud Conuentum Minoriticum in Epiſcopatu Malcacenſi, ſi credimus Barezzo part. 4. Chronicor. Minorum lib. 6. cap. 16. at illuſtriſſimus Gonzaga, aliud teſtatur 3. part. Originis Seraphicæ Relig. in Prouinc. Turoniæ Pictauienſ. Conuentu Caſtri-Radulphi, qui eſt 3. huiuſce Prouincię, dicens. *Nec multo poſt, V. P. Frater Guido, Germanus, eiuſdem Conuentus tunc Guardianus meritiſſimus, in oppidulo S. Genulphi, à Caſtro-Radulpho diſtante* 7. *leucis, ab iiſdem viris ſanguinum, & doloſis, truculenter interfectus eſt. Hæc eſt vera fraternitas, quæ pro fide Chriſti effuſo ſanguine, palmam triumphalem reportauit.* Sic & Wadinghus tom. 4. Annal. Minorum ad ann. 1388. §. 10.

Beati Bernardi à Quintaualle, Confeſſoris. [b]] Bea- §. 2.
tus hic Bernardus, Aſſiſias, vir nobilis, diues, ac ſapiens erat: cuius conſilio tota ciuitas illa regebatur.

Sed

Digitized by Google

Sed prudenter conſiderans in S. Franciſco talem mundi contemptum, ac feruorem ſpiritus, diuino inſtinctu ipſum ad cœnandum dormiendumque in domo ſua deuotè inuitauit: vt eius ſanctitatem melius explorare valeret. Cœna facta, vtrique paratur lectus; Sancto Franciſco remanente in camera Domini Bernardi, ipſe exiit, vt in alio quieſceret loco. Cúmque lectum intraſſet, finxit ſe profundiſſimè dormire: quo audito; Sanctus Franciſcus, arbitratus illum ſomno eſſe grauatum, ſurgit è lecto, & mente ac vultu in cœlum leuatis manibus oculiſque ad Deum erectis, totus intentus, & feruenter ignitus, cum lachrymis, & deuota moroſitate, continuè in hæc verba prorumpebat: *Deus meus & omnia, Deus meus & omnia:* Quòd cùm fulgore lampadis intra cameram iugiter ardentis Bernardus videret, ſurgens mane, totus deuotione accenſus, dixit Beato Franciſco: Frater Franciſce, ego diſpoſui penitùs mundum relinquere, & te ſequi: ac facere quæcumque mandaueris mihi. Cui Seraphicus Pater totus exhilaratus, reſpondit. Bernarde; illud opus eſt adeò arduum, quod à Domino eſt conſilium requirendum: & ideò pergamus ad Epiſcopium, ibique dicetur nobis quid nos oporteat facere. Tunc exeuntes, ſimul gradiuntur ad Eccleſiam Sancti Nicolai propè plateam ciuitatis Aſſiſii, & audita miſſa, & facta oratione vſque ad tertiam: tandem B. Franciſcus Sacerdotem illum, qui celebrarat, obnixè rogat, vt facto ſigno Crucis, miſſale aperiat. Quòd cùm presbyter impleſſet; illud primò occurrit. Matt. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Iterum aperiens librum occurrit: *ſi quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum*, &c. Mat. 16. in tertia libri apertione, id occurrit: *nihil tuleritis in via*, &c. Matth. 10. his auditis Beatus Franciſcus ait. Ecce conſilium Domini: vide, & perfice quæ modo audiſti. Tunc Bernardus abiens in domum, confeſtim omnia vendidit quæ poſſidebat, & comitante Sancto Franciſco, in platea Sancti Georgij cuncta pauperibus erogauit, nil penitùs ſibi reſeruans: ſicque anno 1209. die 16. Aprilis, Beatus Bernardus habitum religionis, & vitam Apoſtolicam à D. Patre Franciſco accepit; cuius extitit primus filius ac ſocius in Chriſto.

§. 3. Factus igitur Frater Minor, pluribus magniſque cœpit relucere virtutibus. Eximiæ enim fuit paupertatis amator. Vnde Seraphicus Pater hunc Beatum Bernardum magnis attollebat laudibus; dicens, Ordinem iſtum fundaſſe, quippe, qui venditis omnibus bonis pretium largitus eſt pauperibus, ſeipſum nudum Chriſto offerens: nam habitum, quo indutus eſt, & alia neceſſaria, mendicatione obtinuit. Patientia etiam admirabili claruit: tum Florentiæ, tum Bononiæ vbi ludibria, deriſiones, ac probra, & penurias expertus, miti animo pro Chriſto tolerauit: Singularis fuit eius obedientia, & humilitas. Nam ſemel cum ad S. Iacobum in Galicia Diuus Franciſcus proficiſceretur, cum eodem Fratre Bernardo, & aliquibus de ſuis ſociis; reperto in itinere quodam paupere infirmo, dixit Seraphicus Pater Fratri Bernardo: volo, fili mi, vt remaneas ad ſeruiendum iſti infirmo: qui ſtatim flexis genibus, & capite inclinato, ſancti Patris mandatum reuerentiſſimè ſuſcepit: ita vt redeunte ſancto Franciſco à ſua peregrinatione inuenerit ibidem infirmum perfectè ſanum, & beatum Bernardum illic eum expectantem: cui Seraphicus Pater, anno ſequenti licentiam conceſſit adeundi Compoſtellam ad ſanctum Iacobum; qui in reditu ſuo quendam fluuium traiicere non valens, ob aquæ rapiditatem, adfuit Angelus; qui eum in humeris ſublatum tranſtulit in alteram ripam, eique retulit, quæ illi Frater Helyas dixerat ac fecerat apud Aſſiſium.

Poſtea famulus Dei Bernardus magnis tentationibus à Deo probatus eſt: vnde reuelatum eſt D. Franciſco de eo, quòd à multis, & acutiſſimis Dæmonibus impugnabatur fortiſſimè; propter quod cum magna compaſſione, & lacrymis orans pro eo, vt Chriſtus daret illi victoriam: manifeſtatum eſt ei diuinitùs quòd pugnæ illæ datæ ſibi erant ad coronam, & meritorum exercitium, quódque de omnibus Dei auxilio victoriam reportaret; & in tanta pace ac quiete poneretur ſpiritus eius, quòd vniuerſi id audientes, mirarentur, prout impletum eſt. Cœleſtibus meditationibus aſſiduè vacabat: & D. Franciſcus cupiens cum eo loqui, inuenit eum in ſylua (vbi beatus Bernardus morabatur) in oratione raptum; & diuina contemplatione totum abſorptum. Mirabilem enim gratiam dulcedinis eructabat dictus Bernardus, loquens de diuinis, ac rebus ſupernis: vnde S. Franciſcus frequenter de huiuſmodi rebus cum eo loquebatur, magnam noctis partem quandoque in his conſummantes. Sibi enim inuicem ſummè deferebant, & magna vnus alium veneratione proſequebatur. Viſu erat mirabile: quomodo in Seraphico Patre Franciſco, & eius filio primogenito Bernardo, deuotâ pugnâ certabant, ſibique obuiabant, obedientia, & charitas, patientia, & humilitas, reuerentia, & ſimplicitas: quare D. Pater Franciſcus morti appropinquans, eum ſignanter benedixit, ac poſitis manibus ſuper caput illius dixit: *Primus Frater, quem dedit mihi Dominus eſt iſte Frater Bernardus; & qui primo incœpit, & perfecit conſilium Euangelicum, omnia pauperibus diſtribuendo, & ideò magis teneor eum diligere quàm aliquem noſtræ religionis. Vnde volo & præcipio, in quantum poſſum, vt quicumque fuerit Generalis huius Ordinis, & Miniſtri Prouinciales, aliique Fratres; ipſum tanquam me diligant, honorent, & vice mea ipſum habeant. Benedicat te Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti omni benedictione in cœleſtibus: quoſcunque volueris recipere ad Ordinem recepti ſint & quoſcunque volueris emittere, emittantur: nulluſque ſuper te habeat poteſtatem, ſed quocumque volueris pergere vel morari poſſis, &c.* §. 4.

Multa extruxit Cœnobia Bononiæ, & aliis ciuitatibus Lombardiæ: innumeraſque Chriſto lucratus eſt animas. Tanto autem Dei zelo replebatur, vt quemlibet, & quantocumque gradus culmine conſtituto poſitum auderet reprehendere, ſi videret in aliquo regulæ tranſgreſſorem: vti ſæpè & accidit circa F. Eliam, huius Ordinis Miniſtrum Generalem. Infirmis admodum erat pius, & liberalis. Abſtinentia delectabatur, & ciborum parſimonia; in menſa recumbens, haud ſibi famem auferebat corporalem, de omnibus tamen, quæ apponebantur aliquantulum comedebat: dicens *Vera abſtinentia eſt, ab his quæ ſapiunt, abſtinere.* Deuenit tandem ad maximum contemplationis apicem; ſemelque audiẽdo miſſam ita abſorptus fuit in Deum, vt dùm eleuaretur hoſtia nil aduerteret, ſed ſtans irreuerberatis oculis inſenſibilis à manè vſque ad nonam permanſit. Poſt nonam verò ad ſe rediens, cum admiratiua voce dicebat: ô Fratres, nullus eſt in Gyro tam magnus, & nobilis, cui ſi promitteretur palatium auro plenum, ad tam nobilem theſaurum acquirendum non feſtinaret. Sic ibat extunc ferè per 15. annos, tam mente quàm facie ad Dominum ſemper erectus: in quibus, propter exceſſiuam mentis eleuationem, rerum etiam neceſſariarum nonnunquam obliuiſce- §. 5.

Digitized by Google

batur. Et quia mens eius erat penitùs à terrenis abſoluta; aliquando per 20. aut 30. dies, ſolus per montium cacumina percurrebat. Maximè id ei accidit, cùm cernens relaxationē regularis Obſeruantiæ per præfatum Fratrem Helyam introductam, danſque locum iræ, ſeceſſit in montana: vbi exigua caſa ex foliis ramiſque arborum ſibi extructa, orationi, & contemplationi operam dabat: manſitque ibi per duos annos, nempe vſque ad ann. 1240. ipſo Fratre Helya ob demerita ab officio Generalatus iam depoſito, per Summum Pontificem Gregorium IX. Ad tantam autem radio contemplationis, limpiditatem intelligentiæ peruenerat; quòd eximij Theologi pro arduis quæſtionibus, & ſolutione locorum S. Scripturæ, ad eum confluerent.

§. 6. Cùm autem Deo placuit B. Bernardum ad ſe vocare, & morti iam vicinus eſſet: plures ex Fratribus, quippe qui affectu paterno illum venerabantur, ad eum cucurrerunt inuiſendum; inter quos adfuit magnus ille contemplatiuus B. Ægidius, & ipſe D. Patris Franciſci ſocius: qui cameram intrans infirmi magno cum gaudio exclamauit *Surſum corda*: cui confeſtim infirmus exhilaratus reſpondit: *Habemus ad Dominum*. Ex quo autem cœpit infirmari grauius, ſemper iuxta ſe habere voluit Fratrem Sacerdotem, vſque ad horam mortis: vt ſi quando occurreret aliquid in mente, quod eius conſcientiam grauaret, ſtatim confiteretur. Sicque ad extrema deductus, ſumptis Eccleſiæ Sacramentis, aſtantibus Fratribus dixit. *Chariſſimi: ego nunquam fui Frater Minor niſi in tentationibus meis; in illis enim ſemper reperi Deum adiutorem. Illud in anima mea ſentio, quod pro mille mundis nollem non ſeruiſſe Deo: rogo quòd vos inuicem diligatis*, &c. Poſt hęc, in lecto requieſcens, facta eſt facies eius ſplendida nimis, & læta, non ſine admiratione omnium, qui aſtabant. Et eo ipſo tempore, fœlix illa anima euolauit in cœlum; cuius corpus candidum vt nix redditum, quaſi ridere videbatur, pulchrius exangue factum quàm viuum. Sepultum eſt autem Aſſiſij in Eccleſia Seraphici Patris S. Franciſci, propè eius Altare: vt intuentibus patet. Obiit ann. 1241. miraculis illuſtris.

§. 7. Egregia eius facta commemorant Piſanus lib. 1. Conformitat. ruct. 8. part. 2. ſub init. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. de viris ſanctitate illuſtr. Ordin. Minorum. Marianus lib. 1. & 2. cap. 13. & 19. Speculum vit. S. Franciſc. fol. 87. D. Bonauentura, & alij in vita S. Franciſci. Floretum cap. 5. B. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. poſt init. item §. 4. & 5. ibid. Firmamentum trium Ordin. Minorum. tract. 1. in Memorial. eiuſdem Ordin. Legenda Gregor. IX. B. Bernardinus de Buſtis in Roſario ſerm. 36. feriæ 3. poſt 4. Dominic. 40. part. 1. in fin. & part. 3. in fin. Marulus lib. 5. exemplar. cap. 1. Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chronicorum Minorum. lib. 1. cap. 8. 10. 58. 87. & 91. item lib. 2. cap. 2. 51. 67. & lib. 6. cap. 1. vſque 10. & lib. 7. cap. 11. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. cap. 3. & lib. 2. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. item part. 2. in 3. Conuentu Prouinc. S. Franciſc. & Conuentu 2. Prouinc. Bononienſ. Coſterus concion. Dominic. 1. poſt Natalem Chriſti §. 1. Barleta ſerm. feriæ 6. primæ hebdomad. Quadrag. poſt med. Riuiera lib. 1. Tabul. pictar. myſtic. 4. amor. ſacror. cap. 59. in fin. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Elzearius lib. 3. ſacri Mont. Olyuet. cap. 4. & 8. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Nigronus Commentar. in Regul. commun. 5. Societatis Ieſu §. 4. Wadinghus tom. 3. opuſcul. D. Franciſc. Apophthegm. 9. & benedictio 6. item tom. 1. Annal. Minorum ad ann. 1209. §. 1. 1211. §. 28. 1213. §. 58. 1215. §. 39. 1216. §. 2. & 7. 1220. §. 23. 1239. §. 4. 1241. §. 1. 2. &c. De eius reliquiis ſacris attulit in Hiſpaniam Benedictus XIII. Papa, quas Conuentui S. Franciſci Morellæ, (qui eſt 2. Prouinc. Valent.) dono dedit: iuxta Gonzagam ibid. part. 3. & Wadinghum, tom. 2. Annal. ad ann. 1272. §. 26. Sedulius item de eo agit Commentar. in cap. 3. vit. S. Franciſci. §. 2. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſiaſtic. ad ann. 1218. §. 12. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 13. Corbinus lib. 1. ſanctæ Franciad. pag. 16. & ſeq. Thiemanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Cornelius à Lapide Commentar. in Eccleſiaſt. cap. 26. verſ. 28. & cap. 38. verſ. 23.

Beati Pacifici, Confeſſoris.] Hic Dei ſeruus, Picœns erat; primò poëta ſui æui celebris; *Rex verſuum appellatus*, atque à Federico II. Imperat. laurea donatus: qui cùm mira de B. Patre Franciſco audiret, cupiditate motus, optauit eum videre, & alloqui. Igitur iter aggreſſus per Marchiam Anconitanam, offendit eum in quodam Monaſterio apud caſtrum S. Seuerini concionantem; duobus tranſuerſis enſibus valde rutilantibus conſignatum, in modum Crucis. Qua viſione ſtupefactus, & corde cœlitùs compunctus; B. Franciſco protinus adhæſit, ac mundum relinquens efficitur Frater Minor. Verùm quia à mundi ſtrepitu, ad Chriſti pacem erat conuerſus; Beatus Seraphicus Pater, *Pacificum* eum cenſuit appellandum, ann. Chriſti 1212. Hic eſt, qui ſignum magnum Thau, in Beati Franciſci fronte conſpicere promeruit; quod colorum varietate diſtinctum, eius faciem miro venuſtabat ornatu. §. 8.

Dùm autem ſemel iret cum D. Franciſco ad Eccleſiam S. Petri de *Benanio*, & iuxta caſtrum Treuij deueniſſet, dixit illi Seraphicus Pater, ſe velle hoſpitari, ea nocte, in dicta Eccleſia; à qua rogabat vt diſcederet, craſque de mane ad eam rediret; cui obediens B. Pacificus, diuertit apud leproſorum hoſpitale; cumque de mane ſurgens ad præfatam Eccleſiam rediret, inuenit D. Franciſcum ante altare orantem: quare, & ipſe extra chorum expectans, poſuit ſe ad orandum. Dùm autem oraret, raptus in cœlum, vidit multas ſedes vacuas, & cùm ad ſe rediiſſet, & B. Franciſcum ab oratione ſurrexiſſe cerneret, ſe eidem vt iam in cœlo regnanti commendauit. Cùm autem iter cœpiſſent B. Pacificus viſionis memor, cœpit quærere à ſancto Franciſco, quid ſibi videretur eſſe: planè reſpondit Seraphicus Pater, quòd ſim maior peccator in toto mundo. Statimque intimatum eſt animæ B. Pacifici modo credere potes viſionem eſſe veram, quòd humilis Franciſcus ſua humilitate debet in ſede Luciferi ſedere. §. 9.

Cùm beatus P. Franciſcus ſocios ad diuerſas orbis partes binos mitteret prædicaturos ann. 1216. elegit ipſe pergere verſus Franciam: primò cum B. Maſſæo: deindè cum aliis duobus ſociis eodem deſiderio accenſus eſt. Sed Florentiam profectus, à Domino Vgolino, Epiſcopo Cardinali Hoſtienſ. Ordinis protectore prohibitus eſt, quare in eius locum ann. 1217. B. Pacificus, cum multis aliis Fratribus ablegatur in Galliam. primuſque Prouincialis Miniſter Franciæ extitit. Quo cùm perueniſſet, Lutetiam Pariſiorum adiit; vbi primum Cuſtodem Pariſienſem conſtituit B. Angelum, ſiue Agnellum de Piſis, qui primùs Pariſienſem Conuentum extruendum curauit, & poſtea Miniſter Prouincialis Angliæ creatus eſt à D. Franciſco. Beatus §. 11.

autem

autem Pacificus, totam illam Prouinciam pro illo gubernauit: ſanctiſſimè vixit; ac tandem fœliciter ad Dominum perrexit: cuius ſacrum corpus ſepultum iacet in Conuentu Lenſenſi (vbi nunc vſque miraculis coruſcat) in territorio Attrebatenſi: cuius in Epitaphio hæc leguntur verba,

Sub hoc lapide recondita ſeruantur oſſa ſacra B. Pacifici, Ordinis Minorum; qui ipſe primus fuit Prouinciæ Franciæ Miniſter.

§. 11. De eo agunt Piſanus lib. 1. ſup. fruct. 1. 2. 6. 10. 11. & 12. part. 2. item fruct. 8. part. 2. in Prouincia Marchiæ & Franciæ. item libr. 2. fruct. 1. 3. & 5. part. 2. item lib. 3. fruct. 3. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ſup. in ead. Prouinc. Marianus lib. 1. cap. 10. §. 8. D. Bonauentura cap. 4. ſup. Legenda Greg. IX. De Buſtis ſerm. 2. Mayronus ſerm. 1. de S. Franciſco. D. Antonin. ſup. cap. 7. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 1. cap. 28. 62. & 111. item lib. 2. cap. 60. & 62. ac lib. 6. cap. 55. Toſſinianus ſupr. libr. 1. cap. 4. & lib. 2. de oraculis S. Franciſci. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris Franciſcan. item part. 3. in prolog. Prouinc. Franc. & Conuentu 4. eiuſdem, tum in prolog. Prouinc. Turon. tumque in Conuentu 2. Prouinc. S. Andreæ. Picquetus ſup. Wadinghus tom. 3. opuſculor. D. Franciſci colloquio 11. & tom. 1. Annal. ad ann. 1212. §. 37. & ſeq. ann. 1216. §. 2. 1217. §. 1. 1219. §. 41. & 42. ac 1220. §. 67. Sedulius lib. 1. Apolog. cap. vltim. §. 2. Scio Toſſinianum ſup. ſcripſiſſe corpus B. Pacifici iacere Venetiis in æde Fratrum Minorum Conuentual. qui tamen poſtea velut ſibi contrarius, aſſerit conditum eſſe Ripæ, in Cuſtodia Veronenſi; cui alij omninò aduerſantur; nempè Marcus Vlyſſiponenſ. lib. 6 cap. 55. Gonzaga part. 3. in Conuentu 9. Prouinc. S. Andreæ. Sedulius Commentar. in vita D. Franciſc. cap. 4. §. 9. Molanus in Addition. ad Vſuar. hac die. Willotus in Athenis Orthodox. Franciſcan. verb. *Pacificus.* Gazetus in vita S. Franciſci ad marginem. Locrius in Chronic. Belgicis ad ann. 1219. Myræus in Faſtis Belgicis, & Sauſſayus in Martyrolog. Gallican. hac die, ac Ferrarius in Catalog. SS. ex Martyrolog. Petri Caniſij. Corbinus ſup. lib. 6. pag. 113. & cæt. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Gazetus in Hiſtor. Eccleſ. Belgij, vbi de ſanctis Diœceſ. Attrebatenſ.

Beati Ferdinandi à Secura, Confeſſoris. [d]] Maxima bonitate, & ſanctitate exornatus fuit. Floruit autem apud Conuentum, ſancti Ioannis Euangeliſtæ Atoiaquei, qui eſt 55. Prouinc. SS. Petri & Pauli, circa ann. 1580. De quo Gonzaga ibid. part. 4. Orig Seraphic. Relig. ſic ſcribit. *Hoc nihilominus Monaſterium horrendo quodam in terræmotu cum plurimis aliis iſtius Prouinciæ ædificiis ad terram venit, atque admirandæ Religionis P. F. Ferdinandum à Secura, pauperem paſſim appellitatum, ſua ruina oppreſſit. Cuius ſanè patris paupertas incredibilis, humilitas profundiſſima, oratio ſupra modum feruens, & continua, atque charitas ardentiſſima, extitere; quamobrem peculiari quadam veneratione ab omnibus, præſertim ab Indis colebatur; maximumque moriens ſui deſiderium omnibus reliquit.* Barezzus eadem refert part. 4. Chronicorum Minorum. lib. 8. cap. 72. ad ann. Chriſti 1584. Picquetus ſup. Marianus libr. 2. cap. 43. Chronicorum ſtrictior. Obſeruant. Reſformat. §. 12.

Beati Antonij Pagani, Vincti, Confeſſoris. [e]] Olim extitit Ordinis ſecretarius, dùm B. Franciſcus Gonzaga Miniſtrum ageret Generalem: cuius proceſſus pro eius canonizatione nunc fiunt authoritate Apoſtolica, vti conſtat ex libello Neapoli impreſſo apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli ann. 1626. Agit de eo Rapinæus ſup. introduction. part. 1. §. 4. An verò idem ſit cum Antonio *Pagano*, cuius meminere, Gonzaga ſup. part. 1. in Script. Eccl. Willotus ſup. verbo *Antonius*. Wadinghus to. 2. ſup. ad ann. 1256. §. 47. me latet, niſi error ſit in agnomine illius: nam cùm *Vinctus* dicatur, forſan, *Venetus* eſſet meliùs apponendus: tumque, idem foret: vti videre eſt apud præfatos, & Poſſeuinum in Apparatu ſacro: Choppinum lib. 1. Monaſtic. tit. 1. §. 16. §. 13.

Beata Catharina à S. Clara, Virg. [f]] Beatiæ in Hiſpania nata eſt, & inter alias Moniales, ſanctitate cōſpicua refulſit. Floruit apud Monaſterium Sancti Antonij in Beatianæ ciuitatis extructum ſuburbio, quo ingenti virtutum numero exornata, diem clauſit extremum: ob cuius vitæ odorem mirificum, à reliquis ſororibus vt Beatorum agmini in cœlis ſociata colitur. Agunt de ea Gonzaga 5. part. ſup. in Monaſterio quod eſt 4. Prouinciæ Granatenſ. & Barezzus ſup. lib. 2. ſub. ann. 1514. Valerius de SS. Fœminis. Ordinis Minorum lib. 4. cap. 17. Vvadinghus tom. 6. ſup. ann. 1460. §. 63. §. 14.

QVINTO IDVS IVLII.

IN Germania, Beati [a] Fidelis, Martyris. In Tuſcia, Beati [b] Bonitij, Volaterrani, Tertiarij, Confeſſoris, ſignis ac virtutibus clari. Beuaniæ in Vmbria, Beati [c] Nicolai, Confeſſoris: gloria miraculorum conſpicui. In Luſitania, propè Pontem Limæ, Beati [d] Petri à Carnota, Confeſſoris: qui munus Prouincialatus Portugalliæ præclarè functus; totius religionis, humilitatis, atque perfectionis ſpecimen euaſit. Apud oppidum ſancti Martini in Territorio Ciuitatenſi; Beati [e] Ioannis Munnis, Confeſſoris, magnæ ſanctitatis viri. Palmæ, in territorio Cordubenſi, Beatæ [f] Mariæ à Ieſu, Virginis: oratione, & multarum prærogatiua virtutum ſpectabilis.

IVLII XI.

§. 1. BEati Fidelis, Martyris. [a]] Ab incunabulis Ordo Franciſcanus bellum implacabile cum hæreticis geſſit: vnde haud mirum eſt ſi Religioſiſſima Capucinorum congregatio in iis aggrediendis, confutandis,

Digitized by Google

ac conuertendis per Germaniam, ſtrenuè laborauerit: quo in opere, ipſe B. F. Fidelis ex *Sigmaringa* in Heluetia concionator egregius, in *Brectticola*, ab hæreticis pro fide Catholica, vna cum ſocio ad mortem quoque vulnerat, ann. 1612. ſeu verius, 1622. trucidatus eſt. Teſte Ardinghello, in Appendice *Congeminatæ vocis Turturis*: oſtenſione 4. §. de PP. Capucinor. laboribus in Germania.

§. 2. *Beati Bonitij Volaterrani, Confeſſoris.* [b]] Huius ſanctitatem admodum commendat miraculorum copia, & magnitudo. Ipſius meminerunt Marianus lib. 2. cap. 23. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali ſerm. 27. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronic. Minorum. lib. 9. cap. 25. Gonzaga part. 1. Originis Seraphicæ Relig. in BB. viris tertij Ordinis. De Sillis in capit. 1. Regul. Tertiarior. Vvadinghus tom. 1. ad ann. 1242. §. 21. Salazar. lib. 6. Chronicorum Prouinciæ. Caſtellæ cap. 30. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphici Ordin. Nonnunquam vocatur *Bonamicus*, & *Bonazicus*, ſeu *Bonitius*. An verò idem fuerit cum illo, cuius agit mentionem ipſe Vvadinghus paulò poſt, ad ann. 1249. §. 22. adhuc me latet.

§. 3. *Beati Nicolai, Confeſſoris.* [c]] Cognomentum *Pater noſter*, ideò accepit: quia à quolibet vnum Pater noſter petere ſolitus erat: ſignis clarus obiit *Menania*, ſeu *Benania*. Memoratur à Piſano lib. 1. ſup. fruct 8. & 11. in Prouinc. ſancti Franciſc. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga part. 1. Originis Seraphicis Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Picqueto in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Vadingho tom. 4. ſup. ad ann. 1355. §. 5. Ex Mariano lib. 4. cap. 12.

§. 4. *Beati Petri à Carnota, Confeſſoris.* [d]] Hic poſt obitum munus Prouincialis Portugalliæ, poſt maxima etiam, & præclara documenta ſanctitatis ac religionæ, quippe, qui ſacco indutus, Prouinciam ſemper pedibus luſtrare ſolitus eſſet: ſe in Conuentum ſancti Antonij propè Pontem Limæ recepit, vt quietius, & maiore animi tranquillitate, remotus à fluctibus, & ſtrepitu magnorum Conuentuum, occupatus denique humilibus, & ſanctis exercitationibus in Deum omnes ſuas curas, & cogitatones dirigeret. Quapropter ita ſe comparauit, vt poſtquam in hunc quietis portum, tanquam ex alto mari, inuectus eſt, ferè ſemper in inſula habitauerit. Vbi poſtquam communitatibus ſatisfeciſſet (in quibus aſſiduus erat) operam ſuam collocabat in colendo horto, nudiſque pedibus incedens, algam coaceruabat ad ſtercorandum locum oleribus conferendum. Demùm pluribus bonorum operum fructibus cumulatus, ad Dominum fœliciter migrauit: ſepultus in præfato Conuentu, vbi tum à populis, tum à religioſis, magna in veneratione habetur. Claruit ann. 1570. Hæc ex Gonzaga part. 3. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. ſancti Antonij Portugall. & Barezzo 4. part. Chronicorum Minorum lib. 7. cap. 35. ad ann. 1580. & Rapinæo in Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 12. Vvadingho tom. 7. ann. 1580. §. 27.

B. Ioannis, Confeſſ. [e]] Notiſſimus extitit virtute, & mirandis operibus commendabilis, iſte frater Laicus B. Ioannes Muunis in Conuentu ſancti Martini Prouinciæ ſancti Michaëlis in Hiſpania, cuius vitam dabit ann. 1592. (quo deceſſit) Vvadinghus tom. 6. ad ann. 1452. §. 62. §. 5.

Beatæ Mariæ à Ieſu, Virginis. [f]] Deuotiſſima extitit, ſicque orationi, feruente Spiritus ſancti gratia, vacabat, vt tota in Ieſu Chriſti amorem difflueret; à quo viciſſim, tum à ſanctiſſima matre eius, viſitationibus, & apparitionibus conſolabatur. Cuius dilectione attracta, abiit in cœlum ann. 1605. corpus relinquens apud Monaſterium Palmenſe, quod eſt 2. Prouinciæ Angelorum. Lege Daçam 4. part. Chronicorum Ordinis Minorum. lib. 4. cap. 50. §. 6.

QVARTO IDVS IVLII.

IN Syria, paſſio Beati, [a] Ioannis Neapolitani, Diaconi, & Martyris: qui cùm Regi Gazæ Chriſtum liberè prędicaret, illumque vellet ad fidem conuertere, ab eodem captus, & in fruſta conciſus eſt. Nozoreti, in Sequanis, Beati [b] Anonymi, Confeſſoris: ſingularis meriti, & eximiæ ſanctitatis viri. Romæ, Beati [c] Barnabæ à Piſtorio, Confeſſoris: qui humilitate, paupertate, & obedientia pollens: charitate etiam, & oratione feruentiſſimus extitit. Zamorræ, Beati [d] Bartholomęi de Aranda, Confeſſoris: qui mira ſimplicitate, & candore vitæ enituit, & ſignis potens apud Deum apparuit. Beluiſij in Territorio Placentino Hiſpaniæ, Beati [e] Franciſci de Conſtantina, Confeſſoris: quem virginalis caſtitas exornauit, & pia deuotio, vitę aſperitas, atque virtutum copia, glorioſum reddidit. Fulginij in Vmbria, Beatę [f] Lucidæ, Virginis Tertiariæ.

IVLII XII.

§. 1. BEati *Ioannis Neapolitani, Diaconi.* [a]] Martyrij agonem in Syria, fœliciter conſummauit, ſub an. Chriſti 1370. cuius meminerunt, B. Bartholomęus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. In Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtriſſ. Prouinc. Terræ Sanctæ Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 9. cap. 30. §. 1. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſęcul. 14. ait. Gazæ occubuiſſe. Toſſi-

nianus

nianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Ignatius *le Gault* de ſanctitate Eccleſ. Roman. cap. 2. ſect. 2. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Vvadinghus tom. 3. ann. 1342. §. 61. Salazar lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 12.

§. 2. *Beati Anonymi, Confeſſoris.* [b]] De eo ſcribit illuſtriſſimus Gonzaga, part. 3. ſup. vbi de Conuentu Nozoretano (qui eſt 34. Prouinc. Burgundiæ, ſiue ſancti Bonauenturę) agens, ſic ait, *Commorantur, vt plurimùm, hoc in loco (in quo quidam eximiæ ſanctitatis Peter, natione Sabaudus, qui & ſtigmata plurimùm ſimilſima illis, quibus B Franciſcus inſignitus fuit, impreſſa habuiſſe fertur, ſepultus eſt) octo Religioſi.* Eadem atteſtatur Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 48. ad an. 1526. quæ copioſius comprobat Foderetus, in Narratione Hiſtor. ſeù deſcriptione præfatæ Prou. pag. 823. Vvading. ſup. tom. 6. an. 1462. §. 92. Hiſque magis aſſentimur, quàm quibuſdam æmulis contrarium promentibus: prætextu quorumdam verborum, quæ à Claudio Picqueto, ita ſunt ſcriptis demandata. *In hoc cœnobio quieſcere referunt aliqui quendam Beatum, ac V. Patrem ſtigmatibus inſignitum: attamen huius rei fides penes ſuos auctores eſto, nos enim ea tantummodo credimus, quæ ad veritatem quodammodo accedere videntur.* Hæc ille in Deſcriptione prædictæ Prouinc. vbi de Conuentu Nozoretano, qui eſt 5. Cuſtodiæ Dolanæ, in Sequanis, pag. 117. Sed quid exinde ſequitur? nihil aliud certè, niſi quòd ipſe Picquetus moroſius credat, quę ab aliis conſtanti fide tenentur.

§. 3. *B. Barnabæ à Piſtorio, Confeſſoris.* [c]] Piſtorij in Hethruria natus eſt, profeſſione laicus: quem diuina bonitas multis gratiis exornarat. Alacer erat cum diſcretione, moribus grauis; optima conuerſatione prędìtus: Benignus, affabilis, humilis & deuotus. Maxima ardebat charitate: qua & afflictis, infirmis, egeniſque ſolatium nitebatur afferre, & fratribus cuncta quæ neceſſaria erant mendicando ſuppeditabat. Paupertatis Euangelicæ erat amantiſſimus, ad obedientiam paratiſſimus: ſingulari puritate ac honeſtate decoratus. Abſtinentiam ſummè colebat, diſciplinis vſque ad ſanguinis effuſionem carnem ſuam domabat, parùm dormiebat, vigiliis & orationibus tanto ſpiritus feruore incumbebat: vt ſæpè à fratribus caput eius viſum ſit magno ſplendore circumdari. Itaque his, aliiſque ſanctis operibus ſeſe exercens, glorioſam mortem obiit. an. 1581. Romæ ſepultuſque eſt in Conuētu S. Franciſci trans Tyberim. Hæc ex Bonifacio *Bonibelli*, in Chronic. Fratr. Min. Reformat. prouinc. Romanæ. Barezzo ſup. lib. 8. cap. 59. Rapinæo in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 9. parte 2. §. 3.

§. 4. *B. Bartholomæi, Confeſſoris.* [d]] Hiſpanus erat, ex territorio Oximenſi ducens originem. Cùm autem mundo & pompis eius atque carnis illecebris abrenuntiare maximè peroptaret, Prouinc. S. Ioſephi ſe contulit; vbi ſumpto Reformat. noſtræ habitu, tanta luxit vitæ perfectione, vt breui pro ſancto haberetur. Nec abs re. Vir quippe erat ſinceræ mentis; cuius obedientia ſimplex, humilitas pergrata & virtutes omnes eximiæ cernebantur. Beata fœlicique morte vitam finiuit in Conuentu S. Ioan. Bapt. Zamorrenſis, qui eſt 27. præfatæ Prouinc. vbi magno populi concurſu honoratur & colitur. Vide Ioannem à S. Maria 1. part. Chron. huiuſce Prouinc. lib. 1. cap. 38. ad ann. 1580. quo florebat.

§. 5. *B. Franciſci, Confeſſ.* [e]] Tanta feruebat deuotione, vt videretur ſemper orare. Matutinis decantatis ſtabat vigil ad orationem vſque mane: quo Miſſam ſic piè celebrabat, vt ſacrificium ſuum lacrymis omninò redundaret: & quandoque ipſe Chriſtus Dominus, ſub ſpecie formoſiſſimi pueri, in hoſtia conſecrata illi appareret: quem vir Dei reuerenter amplexibus & oſculis contrectabat. Cilicium iugiter ferebat: nec lecto decubabat, ſed in ligno, aut ſuper aſſeres ſomnum capiebat. Ieiunia omnia pane & aqua explebat. Virgo fuit puriſſimus: & in laboribus patientiſſimus. Cùm autem per annos 40. nouitiorum Magiſterio laudabiliter functus fuiſſet: & confeſſarius Monialium, ex obedientia, Beluiſij maneret: ſancto fine quieuit, in Monaſt. S. Ioan. de Pœniten. quod eſt 6. Prouinc. Angelorum, viuebat ann. 1595. Lege Daçam, 4. parti Chronic. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 51. ex Monimentis prædictæ Prouinc.

§. 6. *B. Lucidæ, Virginis.* [f]] Patria Romana erat, quæ Regulari obſeruantia, & bonitate haud ordinaria floruit. In Monaſterio S. Agnetis Fulginij (quod eſt 9. Prouin. S. Franciſci) ſub cura B. Margaritæ *Dominici*. Paſſionis autem Chriſti ſic delectabatur memoria; vt cœlitùs obtinuerit dolorem plagarum Saluatoris in manibus ſentire. Ita Iacobillus de SS. Fulginatib. in vita ipſius B. Margaritæ. Vadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1440. §. 24.

Cc

Digitized by Google

ac conuertendis per Germaniam, ſtrenuè laborauerit: quo in opere, ipſe B. F. Fidelis ex *Sigmaringa* in Heluetia concionator egregius, in *Brecticola*, ab hæreticis pro fide Catholica, vna cum ſocio ad mortem quoque vulnerat, ann. 1612. ſeu verius, 1622. trucidatus eſt. Teſte Ardinghello, in Appendice *Congeminatæ vocis Turturis*: oſtenſione 4. §. de PP. Capucinor. laboribus in Germania.

§. 2. *Beati Bonitij Volaterrani, Confeſſoris.* [b]] Huius ſanctitatem admodum commendat miraculorum copia, & magnitudo. Ipſius meminerunt Marianus lib. 2. cap. 23. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali ſerm. 27. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronic. Minorum. lib. 9. cap. 25. Gonzaga part. 1. Originis Seraphicæ Relig. in BB. viris tertij Ordinis. De Sillis in capit. 1. Regul. Tertiarior. Vvadinghus tom. 1. ad ann. 1242. §. 21. Salazar. lib. 6. Chronicorum Prouinciæ Caſtellæ cap. 30. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphici Ordin. Nonnunquam vocatur *Bonamicus*, & *Bonazicus*, ſeu *Bonitius*. An verò idem fuerit cum illo, cuius agit mentionem ipſe Vvadinghus paulò poſt, ad ann. 1249. §. 22. adhuc me latet.

§. 3. *Beati Nicolai, Confeſſoris.* [c]] Cognomentum *Pater noſter*, ideò accepit: quia à quolibet vnum Pater noſter petere ſolitus erat: ſignis clarus obiit *Menania*, ſeu *Benania*. Memoratur à Piſano lib. 1. ſup. fruct. 8. & 11. in Prouinc. ſancti Franciſc. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga part. 1. Originis Seraphicis Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Picqueto in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Vadingho tom. 4. ſup. ad ann. 1355. §. 5. Ex Mariano lib. 4. cap. 12.

§. 4. *Beati Petri à Carnota, Confeſſoris.* [d]] Hic poſt obitum munus Prouincialis Portugalliæ, poſt maxima etiam, & præclara documenta ſanctitatis ac religionæ, quippe, qui ſacco indutus, Prouinciam ſemper pedibus luſtrare ſolitus eſſet: ſe in Conuentum ſancti Antonij propè Pontem Limæ recepit, vt quietius, & maiore animi tranquillitate, remotus à fluctibus, & ſtrepitu magnorum Conuentuum, occupatus denique humilibus, & ſanctis exercitationibus in Deum omnes ſuas curas, & cogitatones dirigeret. Quapropter ita ſe comparauit, vt poſtquam in hunc quietis portum, tanquam ex alto mari, inuectus eſt, ferè ſemper in inſula habitauerit. Vbi poſtquam communitatibus ſatisfeciſſet (in quibus aſſiduus erat) operam ſuam collocabat in colendo horto, nudiſque pedibus incedens, algam coaceruabat ad ſtercorandum locum oleribus conferendum. Demùm pluribus bonorum operum fructibus cumulatus, ad Dominum fœliciter migrauit: ſepultus in præfato Conuentu, vbi tum à populis, tum à religioſis, magna in veneratione habetur. Claruit ann. 1570. Hæc ex Gonzaga part. 3. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. ſancti Antonij Portugall. & Barezzo 4. part. Chronicorum Minorum lib. 7. cap. 35. ad ann. 1580. & Rapinæo in Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 12. Vvadingho tom. 7. ann. 1580. §. 27.

B. Ioannis, Confeſſ. [e]] Notiſſimus extitit virtute, & mirandis operibus commendabilis, iſte frater Laicus B. Ioannes Munnis in Conuentu ſancti Martini Prouinciæ ſancti Michaëlis in Hiſpania, cuius vitam dabit ann. 1592. (quo deceſſit) Vvadinghus tom. 6. ad ann. 1452. §. 62. §. 5.

Beata Maria à Ieſu, Virginis. [f]] Deuotiſſima extitit, ſicque orationi, feruente Spiritus ſancti gratia, vacabat, vt tota in Ieſu Chriſti amorem difflueret; à quo viciſſim, tum à ſanctiſſima matre eius, viſitationibus, & apparitionibus conſolabatur. Cuius dilectione attracta, abiit in cœlum ann. 1605. corpus relinquens apud Monaſterium Palmenſe, quod eſt 2. Prouinciæ Angelorum. Lege Daçam 4. part. Chronicorum Ordinis Minorum. lib. 4. cap. 50. §. 6.

QVARTO IDVS IVLII.

IN Syria, paſſio Beati, [a] Ioannis Neapolitani, Diaconi, & Martyris: qui cùm Regi Gazæ Chriſtum liberè prędicaret, illumque vellet ad fidem conuertere, ab eodem captus, & in fruſta conciſus eſt. Nozoreti, in Sequanis, Beati [b] Anonymi, Confeſſoris: ſingularis meriti, & eximiæ ſanctitatis viri. Romæ, Beati [c] Barnabæ à Piſtorio, Confeſſoris: qui humilitate, paupertate, & obedientia pollens: charitate etiam, & oratione feruentiſſimus extitit. Zamorræ, Beati [d] Bartholomęi de Aranda, Confeſſoris: qui mira ſimplicitate, & candore vitæ enituit, & ſignis potens apud Deum apparuit. Beluiſij in Territorio Placentino Hiſpaniæ, Beati [e] Franciſci de Conſtantina, Confeſſoris: quem virginalis caſtitas exornauit, & pia deuotio, vitę aſperitas, atque virtutum copia, glorioſum reddidit. Fulginij in Vmbria, Beatę [f] Lucidæ, Virginis Tertiariæ.

IVLII XII.

§. 1. BEati Ioannis Neapolitani, Diaconi.* [a]] Martyrij agonem in Syria, fœliciter conſummauit, ſub an. Chriſti 1370. cuius meminerunt, B. Bartholomęus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. In Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtriſſ. Prouinc. Terræ Sanctæ Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 9. cap. 30. §. 1. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſęcul. 14. ait. Gazæ occubuiſſe. Toſſinianus

Digitized by Google

nianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Ignatius *le Gault* de ſanctitate Eccleſ. Roman. cap. 2. ſect. 2. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Vvadinghus tom. 3. ann. 1342. §. 61. Salazar lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 12.

§. 2. *Beati Anonymi, Confeſſoris.* [b]] De eo ſcribit illuſtriſſimus Gonzaga, part. 3. ſup. vbi de Conuentu Nozoretano (qui eſt 34. Prouinc. Burgundiæ, ſiue ſancti Bonauenturę) agens, ſic ait, *Commorantur, vt plurimùm, hoc in loco (in quo quidam eximiæ ſanctitatis Peter, natione Sabaudus, qui & ſtigmata plurimùm ſimillima illis, quibus B Franciſcus inſignitus fuit, impreſſa habuiſſe fertur, ſepultus eſt) octo Religioſi.* Eadem atteſtatur Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 48. ad an. 1526. quæ copioſius comprobat Foderetus, in Narratione Hiſtor. ſeu deſcriptione præfatæ Prou. pag. 823. Vvading. ſup. tom. 6. an. 1462. §. 92. Hiſque magis aſſentimur, quàm quibuſdam æmulis contrarium promentibus: prætextu quorumdam verborum, quæ à Claudio Picqueto, ita ſunt ſcriptis demandata. *In hoc cœnobio quieſcere referunt aliqui quendam Beatum, ac V. Patrem ſtigmatibus inſignitum: attamen huius rei fides penes ſuos auctores eſto, nos enim ea tantummodo credimus, quæ ad veritatem quodammodo accedere videntur.* Hæc ille in Deſcriptione prædictæ Prouinc. vbi de Conuentu Nozoretano, qui eſt 5. Cuſtodiæ Dolanæ, in Sequanis, pag. 117. Sed quid exinde ſequitur? nihil aliud certè, niſi quòd ipſe Picquetus moroſius credat, quę ab aliis conſtanti fide tenentur.

§. 3. *B. Barnaba à Piſtorio, Confeſſoris.* [c]] Piſtorij in Hethruria natus eſt, profeſſione laicus: quem diuina bonitas multis gratiis exornarat. Alacer erat cum diſcretione, moribus grauis; optima conuerſatione prędItus: Benignus, affabilis, humilis & deuotus. Maxima ardebat charitate: qua & afflictis, infirmis, egeniſque ſolatium nitebatur afferre, & fratribus cuncta quæ neceſſaria erant mendicando ſuppeditabat. Paupertatis Euangelicæ erat amantiſſimus, ad obedientiam paratiſſimus: ſingulari puritate ac honeſtate decoratus. Abſtinentiam ſummè colebat, diſciplinis vſque ad ſanguinis effuſionem carnem ſuam domabat, parùm dormiebat, vigiliis & orationibus tanto ſpiritus feruore incumbebat: vt ſæpè à fratribus caput eius viſum ſit magno ſplendore circumdari. Itaque his, aliiſque ſanctis operibus ſeſe exercens, glorioſam mortem obiit. an. 1581. Romæ: ſepultuſque eſt in Conuentu S. Franciſci trans Tyberim. Hæc ex Bonifacio *Bonibelli*, in Chronic. Fratr. Min. Reformat. prouinc. Romanæ. Barezzo ſup. lib. 8. cap. 59. Rapinæo in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 9. parte 2. §. 3.

B. Bartholomæi, Confeſſoris. [d]] Hiſpanus erat, ex territorio Oximenſi ducens originem. Cùm autem mundo & pompis eius atque carnis illecebris abrenuntiare maximè peroptaret, Prouinc. S. Ioſephi ſe contulit; vbi ſumpto Reformat. noſtræ habitu, tanta luxit vitæ perfectione, vt breui pro ſancto haberetur. Nec abs re. Vir quippe erat ſinceræ mentis; cuius obedientia ſimplex, humilitas pergrata & virtutes omnes eximiæ cernebantur. Beata fœlicique morte vitam finiuit in Conuentu S. Ioan. Bapt. Zamorrenſis, qui eſt 27. præfatæ Prouinc. vbi magno populi concurſu honoratur & colitur. Vide Ioannem à S. Maria 1. part. Chron. huiuſcè Prouinc. lib. 1. cap. 38. ad ann. 1580. quo florebat. §. 4.

B. Franciſci, Confeſſ. [e]] Tanta feruebat deuotione, vt videretur ſemper orare. Matutinis decantatis ſtabat vigil ad orationem vſque mane: quo Miſſam ſic piè celebrabat, vt ſacrificium ſuum lacrymis omninò redundaret: & quandoque ipſe Chriſtus Dominus, ſub ſpecie formoſiſſimi pueri, in hoſtia conſecrata illi appareret: quem vir Dei reuerenter amplexibus & oſculis contrectabat. Cilicium iugiter ferebat: nec lecto decubabat, ſed in ligno, aut ſuper aſſeres ſomnum capiebat. Ieiunia omnia pane & aqua explebat. Virgo fuit puriſſimus: & in laboribus patientiſſimus. Cùm autem per annos 40. nouitiorum Magiſterio laudabiliter functus fuiſſet: & confeſſarius Monialium, ex obedientia, Beluiſij maneret: ſancto fine quieuit, in Monaſt. S. Ioan. de Pœniten. quod eſt 6. Prouinc. Angelorum, viuebat ann. 1595. Lege Daçam, 4. part. Chronic. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 51. ex Monimentis prædictæ Prouinc. §. 5.

B. Lucidæ, Virginis. [f]] Patria Romana erat, quæ Regulari obſeruantia, & bonitate haud ordinaria floruit. In Monaſterio S. Agnetis Fulginij (quod eſt 9. Prouin. S. Franciſci) ſub cura B. Margaritæ *Dominici*. Paſſionis autem Chriſti ſic delectabatur memoria; vt cœlitùs obtinuerit dolorem plagarum Saluatoris in manibus ſentire. Ita Iacobillus de SS. Fulginatib. in vita ipſius B. Margaritæ. Vadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1440. §. 24. §. 6.

Digitized by Google

TERTIO IDVS IVLII.

AVriæ, in Hiſpania, Beati [a] Ioannis à Gandia, Confeſſoris: qui eruditione, ac pietate refertus, crebris coruſcauit miraculis. Machliniæ, Beati [b] Henrici Harphij, Confeſſoris, eximię eruditionis & contemplationis viri; fama ſanctitatis, & regulari obſeruantia celebris. Apud ſanctum Nocitum in Calabria, Beati [c] Matthęi Citrarij Confeſſoris: virtutibus, & perfectione vitæ conſpicui. Limæ in Peruano Regno, Beati [d] Franciſci Solani, Confeſſoris: qui zelo animarum ductus; in Indiam Occiduam traiiciens, tantùm inibi laborauit in Euangelio diſſeminando, vt iure, Peruani Imperij Apoſtoli nomen adeptus ſit: & plenus meritis, ac clarus miraculis, in patriam cœleſtem tranſierit. Santareni in Territorio Vlyſſiponenſi, Beatæ [e] Marię à Plagis, virginis nobiliſſimæ: quæ moribus ſanctiſſimis exornata, fœliciter migrauit in cœlum.

IVLII XIII.

§. 1. B*Eati Ioannis à Gandia, Confeſſoris.* [a]] Doctrina & litteris admodum excultus erat: ſed virtutibus ac pietate, cæteriſque ſpiritualibus exercitiis inſigniter clarus. Deuotiſſimam gerebat venerationem erga Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; Legione Orenſam venit, vbi infirmatus ad mortem, magna cum lætitia expirauit: cuius corpus ibidem ſolemni pompa tumulatum: quamplurimis miraculis enituit. Floruit ann. 1320. De eo ſcripſere Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor lib. 7. cap. 24. & lib. 9. cap. 15. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 6. Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Releg. in Conuentu ſancti Franciſci Orenſę, (qui eſt 13. Prouinc. S. Iacobi) Hiſpanicè quidem, nam Latinè *Auria* dicitur. Vocatur autem inibi B. Ioannes *Cretenſis*: qui tamen à Marco Vlyſſiponenſi nuncupatur. B. Ioannes à *Candia*, in Regno Legionenſi apud Hiſpaniam: ſed rectius à *Gandia* denominandus eſt: oppido, ſcilicet, Regni Valentię, in Hiſpania. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. ſub 30. Capitulo Generali. Vvading. tom. 2. Ann. Min. ad an. 1287. §. 18. & to. 3. ann. 1309. §. 2. & 1389. §. 5. ex Mariano lib. 5. cap. 3.

§. 2. *Beati Henrici Harphij, Confeſſoris.* [b]] Natione Belga, patria Lodicenſis, *Harphius* ſeu *Harpius*, cognominabatur, qui pagus eſt campaniæ Brabanticæ Prouinciæ olim Colonienſis alumnus: vir in Diuinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, iuriſque Pontificij non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum celeberrimæ opinionis: non minus religioſa vita, quam ſcientia ſcripturarum venerandus; olim Conuentus Mechliniæ Guardianus. Plura eaque deuotiſſima edidit opuſcula, inter quæ eminet *Directorium aureum*: quo virum certè plenè extaticum, & Diuinis meditationibus aſſiduè defixum nemo non fatebitur. Adeò rerum cœleſtium contemplationi inhærebat: vt nonnunquam ſex horas, in Miſſarum ſacrificio ſalubriter occuparet. Tandem meritis & virtutibus cumulatus, obiit Mechliniæ, ann 1477. Sepultuſque eſt in choro medio ad dextram Candelabri, tectus albo lapide. Ita Piſanus in conformita, fruct. 8. part. 2. vbi de viris Doctrin. excellentib. Ordin. Minor. Gonzaga ibidem, part. 1. ſup. item part. 3. in Conuentu Mechlinienſ. qui eſt 7. Prouinc. Germam. inferior. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 3. cap. 38. vbi errore dicitur Prouincię Turoniæ fuiſſe. Willotus in Athenis Franciſcan. Sedulius in Commentar ad vitam S. Franciſc. cap. 3. §. 8. Trithemius, Bellarminus, & Coccius de ſcriptoribus Eccleſ. Gneſnerus, in Bibliotheca, Genebrardus lib. 4. Chronograph. in Nicolao V. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Galtherius in tabula Chronograph. ſæcul. 15. in Scriptorib. Eccleſ. Raiſſa in Auctario ad natales SS. Belgij hac die. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1231. §. 51. & tom. 6. ad ann 1460. §. 32. ac. tom. 7. ad ann. 1477. §. 12. Miræus de ſcriptorib. Eccleſ. cap. 488.

§. 3. *Beati Mathei Citrarij, Confeſſoris.* [c]] Vitæ exemplaris fuit, ac deuotus: magnis virtutibus decoratus, & perfectionis culmen attingens. Floruit ann. 1535. Qui cùm adhuc benè valeret, præſago ſpiritu, Patri Guardiano humiliter ſuplicauit, vt ſibi poſt Sacroſanctæ Euchariſtię ſumptionem, Extremæ Vnctionis Sacramentum miniſtrare vellet. Quo tamen, quòd benè omninò valeret, denegante, ſubiecit, vt ex charitate accelerarct; quandoquidem poſt primum Campanæ pulſum, quo fideles ad ſalutandam, Veſpertino tempore, Virginem glorioſam monentur, ſibi ex hac vita ad ſuum Creatorem emigrandum foret. Idque certiſſimus rei euentus comprobauit. Cùm enim poſt peracta circa eum omnia, quę ad tantum iter neceſſaria ſunt, primus Campanæ pulſus, poſt ſolis occaſum, auditus fuit, religioſiſſimus is Pater Viatico, Extremaque Vnctione præmunitus, ac meritis opimus, animam exhalauit, & apud Conuẽtum Annuntiationis B. Mariæ propè oppidum S. Nociti tumulatus eſt. De eo agunt Gonzaga ſup. part. 2. in eo Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Calabriæ, & Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 3. cap. 23. ad. an. 1540. & Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1300. §. 12.

§. 4. *Beati Franciſci Solani, Confeſſoris.* [d]] Hic in Auſtrali Hiſpaniæ parte, quæ Betica dicitur in caſtro Montellæ natus, vir ſanctitate conſpicuus, & dignus Seraphici Patris S. Franciſci filius. Is quadraginta annis, & eo amplius, vitam religioſam profeſſus eſt: in qua non ſegniter ſe geſſit, ſed viam ſpiritus mira velocitate cucurrit. Erat humillimus, magnus cõtemptor ſui: honorum & dignitatum irriſor, ſupra modum patiens: manſuetus, obediens, & vltra quàm dici poteſt, caſtus & purus. Igne fraternæ charitatis ardebat, ægrotoſque frequenter viſitabat, & ſuauiſſimis verbis conſolabatur

conſolabatur; zelo domus Domini, & deſiderio ſalutis animarum exuſtus: in Indiam Occidentalem traiiciens, innumeram hominũ animas: verbo prædicationis, Chriſto lucratus eſt, cuius conciones ſecundum ſapientiam huius ſæculi parum compoſitæ, & minus eloquentes; auditores vehementer à vitiis retrahebant, & ad bonam frugem inuitabant. Diligebat ſecretum, ac ſecum commorari, niſi Dei gloria depoſceret; rebus omnibus præponebat, ibique aſſiduis precibus, & Diuinorum contemplationi vacans, nõ raro extaſes & raptus patiebatur. Hiſque epulis aſſuetus, ſæpè noctes inſomnes in ſubpedaneo ſummi altaris, apud Dominum in Euchariſtia deliteſcentem traducebat. In cœlum migrauit, hac die, ann. 1610. apud vrbem Limenſem; & ſequenti die honorificentiſſimè ſepultus: cuius funus extitit celeberrimum, & nunquam quid ſimile ſpectatum in Peruuio, concurrentibus ad illud inuiſendũ & deoſculandum populis pœnè infinitis: in tantũ vt Limenſis Archiepiſcopus, totius Regni Peruenſis Metropolita; & Ioãnes Mendoſius Luna, prorex primi feretrum ſerui Dei deuotiſſimè detulerint; Itaque haud mirum eſt ſi de ſua exemplari vitá, & miraculis ab eo editis, proceſſus fiat in curia Romana pro ipſius canoniſatione, ad inſtantiam Regis Catholici, præfati Proregis Peruani, & cæt: Vti teſtantur, libellus Neapoli confectus, Typis Ioannis Dominici Roncalioli, ann. 1626. Rapinæus, in Hiſtor. Generali Origin. Recollector. part. 1. Introduction. §. 4. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad an. 1397. §. 12. Briſenus part. 1. controuerſiar, in 1. ſentent. Ioan Scoti Doctoris ſubtilis. In initio poſt Iacobum Aluarum de Paez. tom. 2. de vita ſpirituali, lib. 5. part. 1. cap. 13.

Beata Maria à Plagis, Virginis. [e]] Filia illuſtriſſimi Marchionis *Villa Regia*: quæ fide, ſpe charitate, ac denique omni virtutum genere, & ſanctitate reſulſit. Sepulta iacet in Monaſterio Santareni: quod eſt 5. Prouinc. Portugalliæ. Gonzaga ibidem, parte 3. ſup. Barezzus ſup. libro 4. cap. 39. ad ann. 1565. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1259. §. 18. Valerianus de SS. Fœm. Ord. Min. lib. 4. c. 40. §. 5.

PRIDIE IDVS IVLII.

LVgduni, depoſitio ſancti [a] Bonauenturæ Cardinalis & Epiſcopi Albanenſis, Confeſſoris, & Doctoris Seraphici: quondam totius Ordinis Minorum Generalis Miniſtri; doctrina & vitæ ſanctitate celeberrimi: quem miraculis illuſtrem Sixtus Quartus Pontifex Maximus in Diuorum numerum retulit. In Aprutio, Beati [b] Manſueti, Confeſſoris; ſignis admirandis conſpicui. In Tuſcia, Beati [c] Bonromæi de Bonromæis, Canfeſſoris; vita & virtutibus ſpectabilis. In territorio Ameriano in Vmbria, Beati [d] Pauli Capetonij Confeſſoris: miræ abſtinentiæ, & ſimplicitatis viri. Louanij, in Brabantia, Beati [e] Balthaſaris à Miryaca, Confeſſoris: pietate & eruditione inclyti. Apud Sandecenſe Poloniæ Monaſterium, Beatæ [f] Chunegundis Virginis: quæ Boleſlao pudico Poloniæ Duci deſponſata, cum eo annos quadragintà inmaculata thoro, in perpetua caſtitate, tranſegit; & viro orbata, atque Monaſticam vitam profeſſa, ſanctimonia, miraculis ſtupendis coruſcauit. Beluiſij, in Territorio Placentino Hiſpanico, Beatæ [g] Catharinæ à Magdalena, Virginis: quæ huius loci prima electa Abbatiſſa, charitate, oratione & ſilentio emicuit.

IVLII XIV.

§. 1. *SAncti Bonauentura Cardinalis, &c.* [a]] Hic de *Balneo Regio* in Hetruria oriundus, naſcitur ann. 1221. qui cùm in vitæ extremum periculum incidiſſet puerulus, voto à matre ad S. Franciſcum pro eo emiſſo, protinùs conualuit: quod quidem opere compleuit, anno 22. ſuæ ætatis, Ordinem Minorum ann. 1243. ingrediens ſub Generalatu B. Haymonis. Qua in vocatione, tanta bonæ indolis honeſtate pollebat; cæteriſque virtutibus præſtabat: vt eius præceptor magnus ille B. Alexander Alenſis, ſoleret dicere: quòd in illo haud videretur Adam peccaſſe. Hic ſicut in perſpicuitate ſcientiarum, maximè vero in Scripturis ſanctis cernebatur mira capacitate proficere; ita & in deuotionis gratia, continuum ſumebat gratiæ amplioris incrementum. Siquidem omnem, quam percipiebat veritatem, intellectu, ad formam orationis & laudationis diuinæ reducens, continuo ruminabat affectu. Hinc factum eſt, vt in 7. poſt Ordinis ingreſſum anno, librum Sententiarum publicè Pariſiis legerit; & tribus exindè annis elapſis, Doctoratus inſignia, cathedramque magiſtralem receperit, vna cum D. Thoma Aquinate, ann. 1253. in eadem alma Vniuerſitate Pariſienſi. Anno autem 1256. In Capitulo Generali Romæ celebrato, vnanimi omnium Patrum conſenſu, eligitur (licet abſens) miniſter Generalis totius Ordinis Franciſcani, quem ſanctiſſimè gubernauit annis 18.

Eius res præclarè geſtas Octauianus Sueſſanus luculenta oratione recitauit coram Sixto IV. Romano Pont. cùm ab eo relatus eſt in Sanctorum numerum an. 1482. in octaua Reſurrectionis Dominicæ 18. Kalend. Maij, Pontificatus ſui ann. 11. cuius Bulla incipit, *Superna cæleſtis patria.* Item Ioannes Franciſcus de Pauinis in Relatione pro eiuſdem canonizatione ad eumdem Sixtum IV. Papam: quæ omnia extant, tum in fin. tom. 7. operum Sancti Bonauenturæ, tum apud Henricum Sedulium, in vita ipſiuſmet Sancti Doctoris, quam & Commentariis eruditis illuſtrauit. Eandem illius vitam deſcripſerunt Petrus Galeſius: Surius. Villegas: Renatus Benedictus: Lippelous: Gazetus: Doubletus: Haræus: Ribadeneira, §. 2.

Digitized by Google

&c. Conciones publicas in eius honorem ediderunt Robertus de Licio, Pelbartus à Tameſvar, Didacus à Vega, & alij recentiores: ex quibus erroris arguitur, Cornelius à Lapide in cap. 11. Apocalypſ. verſ. 4. huiuſmodi canoniſationem mendoſe tribuens Sixto V. ann. 1588.

§. 3. Anonimus Author, ann. 1631. Lutetiæ, tom. 2. Originalis ſanctitatis, meditationes habet in vitam eius. Plures inſuper de eo egerunt, Martyrologium Romanũ hac die. Baronius ibid. in Annotation. Molanus in addition. & Annotat. ad Vſuardum, eadem die. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Confirmitat. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. Burgundiæ. Item, vbi de Miniſtris Generalibus, Doctoribus & Cardinalibus Ordin. Minor. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 2. capite 1. &c. Item part. 3. lib. 6. capite trigeſimo ſecundo, & trigeſimo octauo. Toſſinianus lib. 1. 2. & 3. Hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in Almo Conuentu Pariſienſi, in Sanctis Generalibus Doctoribus & Cardinalibus huiuſce Ordinis. Item part. 2. in conuentu 14. & 17. Prou. Tuſciȩ. Item part. 3. in Conuentu 11. 16. 19. Prouinc. Franc. In proœmio Prouinc. Turoniæ & Arragoniȩ: Conuentu 8. necnon in Prouinc. Burgundiȩ. Conuentu 1. ac Prouin. ſancti Ludouici Conuentu 7. Picquetus in Catalogo viror. illuſtr. Franciſcan. & in notis ad Prouinc. Burgundiȩ. Foderetus in deſcriptione eiuſdem Prouinc. D. Antoninus 3. part. Hiſt. Titul. 24. cap. 8. & 9. §. 3. & 6. Chronicon Citizenſe ad an. 1258. Palmerius in Chronic. ann. 1262. Heroldus libro quinto, continuat. Belli ſacri cap. 1. Schedel. in Regiſtro mundi ætat. 6. Sabellicus Ænead. 9. lib. 6. & 7. Petrus de Natalibus, lib. vltim. Catalog. Sanctor. cap. 12. Faſciculus temporum ann. 1224. Supplementum Chronic. lib. 13. ad ann. 1268. Marianus libro 2. cap. 15. 19. 20. &c. Villotus, in Athenis Ortodox. Franciſcan. litter. B. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Minor. Firmamentum trium Ordin. S. Franciſci, & ſpeculum Fratrum Minor. vbi de Generalibus Miniſtris. Bruleſer in Prolog. Sentent. Peregrinus & Beſſanus in Chronic. Franciſcan. B. Clarenus in Tribulation. 3. & 4. Ordin. Minorum. Iacobus Tundo, in Excerptionibus eiuſdem Ordin. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſ. Bellarminus ibidem tom. 7. poſt Henricum Gandauenſem. Sixtus Senenſ. libr. 4. Bibliothec. Sanctæ. Eyſengrenius de Teſtibus Catholicæ. veritat. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Pariſius de geſtis Anglor. ad annum 1265. Hieronymus de Villa-Vitis in orationali de Sãctis 7. Iulii. Chronicon magnum Belgic. ad an. 1262. & 1273. Monſtreletus in Additionib. volumin. 3. ad ann. 1495. fol. 227. & 229. Treuetus de regib. Angl. ad ann. 1264. Seuertius in Hiſtor. Lugdunenſ. Archiepiſcop. ſub Petro 95. præſule, §. 3. Spinellus de Laudibus Deipar. Virgin. cap. 35. §. 12. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 12. ad ann. 1275. Sylueſter Marulus lib. 4. Hiſtor. Sacror. Relig. Balinghen. In Kalendar. Virgin. Mariæ 14. Martij, & 14. Iulij. Victonus Tractat. de antiquo ac moderno vſu canonoſation. SS. cap. 28. Harlayus lib. 2. Apolog Euangelij cap. 19. ſub fin. Sauſſayus, in Hiſtoria Chronolog. conflictus Euchariſt. cap. 13. §. 6. in Catalogo Patrum. item in Martyrolog. Gallican. hac die Raynandus In indiculo SS. Lugdunenſ. Corbinus lib. 8. S. Franciad. pag. 160. &c. Bachotus in Faſtis Chriſtianis. Brautius in Martyrolog. Poëtico. Odoricus tom. 14. Annal Eccleſ. an 1257. §. 52. ann. 1265. §. 74. & 75. 1272. paragrapho 69. 1274. §. 28. & 29. Gneſnerus in Biblioth. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 6. cap. 8. & lib. 6. cap. 1. §. 13. & lib. 9. cap. 5. Dantes Aligerius, Comœdia 3. Laurentius Maſſorillus. Fulginas in Sacrorum Hymnorum opere. Franciſcus Maurus Hiſpellas, in Libris Franciſciados. Angelus à Rocca in Bibliothec. Theologor. Maurolicus in Martyrolog. 13. Iulij. Razzius de SS. Hethruriæ eadem die. Æmylius Gaguinus. Belforeſtius. Dupleix, & alij Francici Hiſtor. in Ludouico IX. Rege. Riocha lib. 4. Compendij tempor. in ſacris Doctorib. cap. 64. & 68. Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 13. vbi de Scriptoribus Eccleſ. Spondanus in Auctario Chronolog. ad Annal. Baronij, ann. 1274. Charronus in Hiſtor. Vniuerſal. Gall. ſeu Franc cap. 134. & 135. in Sanctis viris. Poireus tract. 4. triplic. Coronæ Virg. Mariæ, capite tertio. ſect. 1. numer. 20. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum milleſimum ducentiſimum vigeſimum primum, §. 45. 1243. §. 2. 1245. §. 19. &c. Item tom. ſecundo, ad annum 1253. §. 26. 1256. §. 3. 1257. &c. vſque 1274. quò obiit. Item tom. 6. ad an. 1475. §. 5. & tom. 7. ad an. 1478. §. 6. ann. 1482. §. 2. & ſeq. Saluator Vitalis, lib. 1. Chronic. Seraphici Montis Aluernæ cap. 1. Thielmans tom. 1. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Henricus Gandauenſ. in ſcriptorib. Eccleſ. Miræus ibid. cap. 400. Mauritius de S. Bonauentura ad Sixtum V. Pap. Oration. Bernardinus Corius part. ſecunda Hiſtor. Mediolanenſ. ad annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum tertium. Volaterran. libro vigeſimo primo, Antropolog. tit. de Eremitis. Philippus à Soſa in notis ad vit. S. Bonauentur. Daza in Princip. tom. 4. Chronic. Minorum. Tillius in Chronic. Gallorum, ann. 1274. Bzouius tom. decimo octauo, Annalium Eccleſ. ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum ſecundum §. 7.

Nonnulla hîc duximus apponenda: quæ nobis inſolita viſa ſunt, & non modica conſideratione digna. §. 4. Vnum, circa diſſentionem Cardinalium, pro futuro Papa deligendo: qui tandem, per viam compromiſſi in ſex Cardinales facti, ſuadente maximè S. Bonauentura, Kalendis Septembris, ann. 1271. in Pontificem Maximum renuntiarunt Thealdum, ſeu Theobaldum, Gregorium X. poſtea nuncupatum: qua de re Petrus Galeſius cap. 13. vit. S. Bonauent. ſic ait, *Clemente IV. Pont. Viterbij mortuo, cùm eſſet interpontificium, diſſentientes inter ſe Cardinales de Pontifice creando conuenerunt in eo; tam vita integritate, quam ſapientia, doctrinaque ſancti Bonauentura adducti, vt is vnus diſſenſſionem annorum circiter trium dirimeret, ac verus ſine controuerſia Pontifex eſſet, quem ille pronuntiaſſet, etiamſi ſeipſe elegiſſet. Elegit autem non, eorum quemquam, qui præſentes ſeptem & decem Cardinales aderant, ſed qui in diſiunctiſſima prouincia, Hieroſolyma iam diu ſancta peregrinationis cauſa aberat, Theobaldum, Vicecomitẽ Placentinũ, Archidiaconum Leodienſem; virum religionis & pietatis nomine maximè illis tẽporibus illuſtrẽ. Qua in actione ſpectare licet, integritatem, æquitatem, ſapiẽtiam, & præclaram eius voluntatem animumque boni publici deſiderio inflammãdum, nec vllis ambitionis fallaciis fucatum.* Idẽ ſentiunt Marianus lib. 3. cap. 31. Marcus Vlyſiponenſis part. 2. ſup. lib. 2. cap. 7. Toſſinianus lib. 1. ſup. fol. 93. Panuinus in Addition. ad Platinam. Ciacconus in Gregor. X. Seuerinus Binius in vita eiuſd. Greg. Pap. Quidquid dicat Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1271. §. 3. ex M. S. Formulario Marini Ebulenſis lib. 1. nam hæc omnia facile conciliari poſſunt; nec verba huiuſce authoris directè pugnant cum præfatis à nobis allatis.

Alterum

§. 5. Alterum eſt: cùm D. Bonauentura factus Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis: ab eod. ſummo Pontifice, potiſſimùm delectus eſt, cui Concilij Generalis Lugdunenſis dirigendi curam daret, ann. 1274. proſpiceretque, ne quid Eccleſia detrimenti acciperet, necnon peculiaribus ſeſſionibus, & priuatis cœtibus præſideret: ita atteſtantur Sixtus IV. in Bulla canonizationis ipſius S. Bonauenturæ, & Sixtus V. in ſua Decretali, qua primis Eccleſiæ Doctoribus eum connumerauit: quæ incipit, *Triumphantis Hieruſalem, &c.* quibus accedunt Octauianus Sueſſanus, Galeſius cap. 14. Surius, &c. ſupra: quare hic pius Doctor, ſua ſingulari prudentia, eximiaque doctrina multùm præſtitit in conuerſione, ac conciliatione Græcorum eo in Concilio adſtantium. Vndè, merito reijciendi ſunt Paſquierus, eiuſque Defenſor Anonymus: perperam aientes, ipſum D. Bonauenturam Conſtantinopoli prædicaſſe: id etenim ita verum eſt, ſicut Vincentius *Beluacenſis*, Dominicanus, aliquando extiterit Franciſcanus, & Minimus: vel D. Thomas Aquinas, Pariſiis obierit: iuxta hos blatterones: quos iure refutat Anti-Diſquiſition. Francicar. Author. lib. 3. ſect. 1. 17. & 18.

§. 6. Maxima autem deuotione ferebatur erga Auguſtiſſimum Euchariſtię Sacramentum: cuius rei indicium adhuc iunior præſtitit, quod hiſce verbis deſcribitur à S. Antonino cap. 8. ſup. *Idem etiam Generalis, ſcilicet, Bonauentura, cùm per multos dies ſe indignum communione corporis Chriſti reputans, minimè celebraſſet, Dominus humilitatem eius reſpiciens: cùm vna die Miſſam audiſſet deuotiùs, adeius confortationē, vna de particulis hoſtia conſecrata, etiam per ſacerdotem diuiſa, ſolo Domini iuſſu, in os eiuſdem Generalis intrauit, & ipſum guſtu ſuauiſſimo ſaginauit.* Miniſterio autem Angeli ſanctiſſ. Euchriſtiam illi tunc fuiſſe porrectam cęteri affirmant Piſanus, Octauianus, Sueſſanus, Ioannes de Pauinis, ſup. part. 2. art. 3. Vvadinghus tom. 1. an. 1243. §. 6. Bachotius in faſtis Chriſtian. 14. Iulij, &c.

§. 7. Mira prorſus beneuolentia, ac ſingularis illa Dei erga eundem S. Doctorem, ſub eius mortem, dignatio; ſubitò namque viribus diſtitutus, in tantum vomitu fatigabatur, vt nil ſumptum tenere potuerit: nihilominus ex Chriſtiano more valdè deſiderabat confirmari ſacro Viatico, ſed tamen abſtinuit ſe, præ reuerentia, & periculi cauſa. Vnde iuſſit corpus Domini adferri; cuius præſentia ſaltem, cùm ſumere vereretur, confirmatus, lætius, conſtantiuſque excederet. Pixis, quod ciborium vocant, in quo corpus Chriſti portabatur, lateri admoueri voluit, ſumendi deſiderium indicans; ſub pixide lateri appoſita, in formam roſæ rubentis latus aperitur, qua Chriſtri corpus è pixide in eius cordis intimum ſe immiſit; nullo poſt aperturæ relicto veſtigio. Ita vetuſtus & commendatus liber, inſcriptus, *Vinea S. Franciſci*, cap. 4. vitæ eius, & Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1274. §. 17. Corbinus ſup. pag. 163. Simile quoddam referunt, apud Phocenſem Galliæ Prouinciam, Speculum ſpiritualium, part. 7. de Amore Dei, & de Sacramento Altaris; Diſcipuli ſerm. 80. de Tempore, poſt init. & Franciſcus de Sales lib. 7. de Amore Dei cap. 12. Iacquinotus cap. 22. §. 1. lib. Chriſtiani ad gradum Altaris.

§. 8. Quantum verò ſpectat ad ea opuſcula, quæ in lucem edidit, multa ſunt & propè infinita: quorum ſeriem inuenies apud probos Authores. Conſtantius Sarnanus S. R. E. Cardinalis Franciſcanus, ea omnia iuſſu Sixti V. Pont. Maximi, Prœlo cudenda curauit ann. 1588. Romæ, tum Maguntiæ, Coloniæ, &c. in ſeptem tomos diuiſa. At Wadinghus in Præfation. ad Opuſcula D. Franciſci, teſtatur ſe etiam nonnulla alia opera eiuſdem S. Bonauenturæ detexiſſe, quæ præfati Cardinalis notitiam ſubterfugerunt; ex quibus Deo iuuante, potiora promittit aliquando in lucem fore edenda. Nec mirū, ea enim Docti piique viri mirum in modum ſemper excoluerunt, eorumque lectione ſummè delectati ſunt: inter quos elucet Ioannes Gerſon, part. 1. epiſtol. de Laudibus Doctrin. D. Bonauentur. ad Oſualdum Monach. Carthuſianum. Item lib. de Examinand. Doctrin. & part. 2. de Libris legend. conſiderat. 5. Hinc D. Bonauentur. libros epitomauit Guillelmus Fulginas eiuſdem Ordinis Cardinalis: Mathæus de Aquaſparta item Cardinalis, ſcripſit Indices, ſiue Pinaca in libros Sententiarum illius, nouiſſimè V. Pater Franciſcus *Poteron* noſtræ Prouinciæ S. Dionyſij alumnus, edidit in lucem, ann. 1632. Pariſiis librum, cui Titulus præfigitur: *S. Bonauentura ſelectus, ſeu, regularis diſciplinę & perfectionis praxis.* Roſſus, edidit Commentarium, in S. Bonauenturam, *de Potentia obedientiali.* Paulus Fons, edidit Hiſpanicè Regulas gubernationis Eccleſiaſticæ ſęcularis. In libellum S. Bonauenturæ, *De ſex aliis Seraphin.* Barcinone. ann. 1622. Theodorus Foreſtus; vniuerſam S. Bonauenturæ doctrinam commentariis illuſtrauit.

Duo autem ex eis recenſere cogor: quæ video à nonnullis vel reiici, vel cum hæſitatione recipi. Primum eſt, *Officium de Cruce*, ſeu *de Paſſione Chriſti*: quod in gratiam S. Ludouici IX. Regis Francorum compoſuit: ab Eccleſia approbatum, & nunc vſque, abſque alia immutatione, à cunctis fidelibus, recitatum: Ita atteſtantur Piſanus, & Gonzaga, ac Toſſinianus ſup. in ſcriptorib. Franciſcanis, Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 2. cap. 5. Octauianus Sueſſanus; Bellarminus, Willotus: & Vvadinghus ſup. tom. 1. ad an. 1243. §. 8. Galeſius, cap. 6. vitæ D. Bonauentur. Sarnanus Cardinalis, Poſſeuinus ſup. id officium recitantibus dat Ioannes 21. dies 40. Indulgentiæ. Pipino teſte ſuper, *Confiteor* tract. 2. part. 4. cap. 2. litter. B. ex D. Antonin. 3. part. Summæ titul. 13 cap. 4. §. 9.

Secundum eſt, *Pſalterium Beatiſſimæ ſemper Virginis, genitricis Dei Mariæ* : ab ipſo D. Bonauentura editum: vti aſſerunt Bellarminus, Marcus Vlyſſip. Willotus, Galeſius, Vvadingh. Poſſeuinus, Gononus, & Poireus ſup. cap. 8. §. 6. numer. 5. Cardinalis Sarnanus ſup. Franciſcus à Cruce, in Hortulo virg. quadro 4. cap. 6. Imò Collegium inſuſſe PP. Ieſuitarum, in Prouinc. Gallo Belgica, edidit ipſum Pſalteriū à S. Bonauētura emandatū, & Gallicè factū, an 1641. Cùm autem ipſe S. Bonauentura prius *Ioannes* vocatus fuerit, & B. Alexandri Alenſis nonnunquam Diſcipulus creditus ſit: De eo Simlerus, in Epitom. Bibliothec. Gneſneri, impunè locutus eſt. *Ioannes de Ales, ſcripſit pſalterium Virginis: in quo omnes pſalmos corrupit, & ad virginem Mariam conuertit: impreſſum nuper cum præfatione Ioannis Brentij.* Hinc ſcio Iacobum Magnę Britanniæ Regem, in libro, cuius titulus eſt, *Triplici nodo, triplex cuneus*, id opus, multa indignatione condemnaſſe, & tanquam quid nefandum reprobaſſe: quem poſtea ſequuti ſunt, eodem inuidiæ liuore frementes nonnulli hæretici; quibus tamen ſtrenuè obuiarunt, illuſtriſſimus Cardinalis Perronus, Senonenſ. Archiepiſcopus, in Replicatione ad Reſponſionem Magnæ Britanniæ Regis: Coiffetellus, Marſilienſis, Epiſc. in Reſponſione ad eundem Regem: & R. §. 10.

Digitized by Google

Pater Ignatius *le Gault*, nunc Vicarius Generalis: & Commiſſarius Apoſtolicus omnium Recollectorum Galliæ lib. de ſanctitate Eccleſ. Rom. cap. 2. ſect. 7. verſ. fin. Nuſquam enim deprauatum eſt pſalterium Dauidicum per D. Bonauenturam: nec tamen huiuſmodi pſalterium Mariale à S. Bonauentura editum, inter libros ſacræ ſcripturæ canonicos recenſitum eſt: aut pro canonico à fidelibus acceptum, vti aduerſarij perperam autumant.

§. 11. Quid igitur amplius? opus ſaltem ſuppoſititium eſt, & ipſi S. Bonauenturæ falsò adſcriptũ: inquiunt præfati Perronus & Ignatius. Nam neque Trithemius, neque Gneſnerus, illius vnquam meminere. At, quàm futilis ſit hæc ratio, exindè perſpicuum erit intueri: quòd nec reiicere teneamur, quæ à Trithemio & Gneſnero omiſſa ſeu intacta ſunt: cùm ab aliis præſtãtiſſimis viris fuerint commemorata. Quapropter illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus ingenuè fatetur, id opus eſſe ipſius ſanctiſſimi Doctoris Seraphici: dùm in ſua erudita Apologia, pro Reſponſione ad librum ſupradicti Angliæ Regis, cap. 11. tom. 7. ſic ait. *Quarto, dicit à ſancto Bonauentura, ſacrilegè corruptum eſſe pſalterium, cùm Dominã, pro Domino in toto Pſalterio poſuerit: at ſanctus Bonauentura pſalterium Dauidis, quod ad ſcripturam Canonicam pertinet, omninò non tetigit: ſed ad ſimilitudinem pſalterij Dauidis, aliud pſalterium ipſe compoſuit, ex pio ad Beatã Virginẽ affectu*: cui conſentit Coiffetellus ſup. Porrò, id Pſalterium B. Mariæ Virginis, Iodocus Badius (ſeu potius Angelus Sangrinus, Monachus Benedictinus, iuxta Poſſeuinum) Sapphicis verſibus poſtea deſcripſit teſte ipſo Gneſnero, in Bibliotheca, atque Simlero ſup. extat Pſalterium Virginis MS. in Bibliotheca S. Victoriana Pariſ. ſub littera KK. 7.

§. 12. Prætereà, monitum te velim (mi Lector) Pſalterium præfatum diuerſimodè nunc reperiri impreſſum: & vnumquodque differre ab alio; tum in quibuſdam verbis, aut nominibus, mutatis vel adiunctis: tum in diſpoſitione & ordine recitationis, pro vnuiſcuiuſque pietate & deuotione, quæ omnia aſſeruantur in noſtra Bibliotheca Conuentus Annuntiationis Deiparæ virginis, iuxta Lutetiam Pariſiorum ad ſuburbium San-Martinianum, qui quidem eſt quintus Prouinciæ Recollectorum, ſub Titulo *Sancti Dionyſii* in Francia Primum itaque Pſaterium Pariſiis in duodecimo impreſſum eſt, per Thielmannum *Kerner*, commorantem ad ſignum Vnicornis, in magno vico ſancti Iacobi (procurante hoc ipſum honorando viro *Petro le Goulx* Regio procuratore apud Vrbem Belnenſem) Anno Domini 1521. die 26. Septembris, prout conſtat ex Epigrammate initio operis conſcripto, ad Lectores.

Hæc Bonauenturæ quondam monumenta fuerunt
In quibus eximium eſt Religionis opus.
Hic pia Verbi-paræ celebratur gloria matris,
Quæ tulit æthereum virgo parenſque Deum.
At Petrus antiquo le Goulx *cognomine dictus*
A tenebris præſens eruit ecce decus.
Poſteritas igitur tanto pro munere grates
Semper læta tuas, optime Petre, canet.
Fœlix Belna, mihi nimiumque Beata videris:
Cùm Procurator Regius ipſe tibi eſt.
Ille Sibyllinos viuat vel Neſtoris annos:
Qui de pulueribus vendicat iſtud opus.
Regis & æterni cernatur in agmine tandem;
Et videat fœlix quam colit ipſe Deam.

Deindè Author captata ſanctiſſimæ Virginis beneuolentia, cum nonnullis Antiphonis & oratione: Pſalterium incipit ordine Dauidico, quod tamen diſtribuit per omnes ſeptimanæ dies: initium ſumens à Dominica die, ad nocturnum, cui dat 25. pſalmos primos additque in fine cuiuſque pſal. *Gloria ſemper tibi ſit: ô Regina cœlorum: & vllo tempore noli nos obliuiſci*. Die Lunæ, ad nocturnum, eodem ordine, 12. aſſignat die Martis, 14. die Marcurij, 16. die Iouis, 10. die Veneris 17. die Sabathi, 12. pro Dominica die, ad Veſperas, eodem ordine 5. die Lunæ, 7. die Martis, 7. die Mercurij, 5. die Iouis, 6. die Veneris, 6. die Sabbathi octo.

Aliud proſtat pſalterium, in triginta duo, cum eo titulo: *Pſalterij Virginis B. Mariæ à S. Bonauentura editi, ad pſalterium eiuſdem Virginis de Salutationibus Angelicis coadunatio: venale reperitur Pariſius in domo Pellicani, vici S. Iacobi, è regione S. Iuonis*, Eodem quippe ordine Dauidico recenſetur, ſed alio modo diſtribuitur per hebdomadam: quod clarius perſpicietur ex præfatione ipſius. §. 13.

Intelligentia adiunctionis duorum Pſalteriorum virginis Mariæ, perſpicuum ſatis, & hactenus multis miraculis extitit reuelatum: quàm gratam habuerit Virgo glorioſa oblatam ſibi coronam Imperialem, ex tribus coronulis, ſeu Capeletis, conſtructam, quæ & Pſalterium Mariæ nuncupatur: quod ex centum quinquaginta ſalutationibus Angelicis, quomodo pſalterium Dauidicum ex centum quinquaginta pſalmis conſtituitur, in cuius tamen centenarij quolibet denario, ad decorem coronæ, oratio interponitur Dominica, ſic quòd ipſa completa compoſitio, ex centum quinquaginta Salutationibus, & quindecim Dominicis orationibus, perficitur. Veruntamen quia ipſius coronæ confratres Alemanni, vnica duntaxat Coronam, ſeu pſalterium in hebdomada perſoluunt (quod parum) nos verò Gallici ſingulis diebus (quod multum mihi viſum eſt) vtile propterea putauimus vtriuſque gentis morem vtcumque moderare, ac inter parum iſtud & multum, medium quoddam temperamentum inducere. Quia nihilominus eſt & aliud Virginis Pſalterium à Seraphico Doctore Bonauentura, ſpiritu ſancto dictante compactum, non abs re Pſalterium dictum, quod inſtar Dauidici pſalterij, centum quinquaginta pſalmos ſimilis inchoationis contineat: quodque ſicut in illo; ad Deum laudandum, & orandum, vniuerſi generis orationes, deprecationes, obſecrationes, laudationes, & huiuſmodi continentur: ita & iſtud ad Virginem ipſam collaudandam, & deprecandam: id quidem orationum genus, deprecationum, obſecrationum, iubilationum, & in ſumma, quidquid reuerentiæ, venerationis, obſecrationis, & gratiarum actionis, eidem offerri poſſet, procul dubio complectitur. Honeſtum propterea ac vtile duximus formulã dare qua ipſius Fraternitatis confratres, cum præfato ſalutationum pſalterio, & iſtud quoque pſalmorũ intermiſceant: quod vtique infatigabiliter in ſeptem hebdomadis facient, dicendo in prima, tertia, & quinta Dominicis, quatuor: cæteris verò diebus tres pſalmos ſub vna tantum Gloria; *& conſequenter vnũ Capeletum. Singulis autem tertijs diebus tertium Capeletum completum, & ſic ipſa corona ex his tribus Coronulis, ſeu Capeletis completa, conſentaneum erit: vt quomodo pro coronæ Imperialis complemento,* crux ſuperponitur, *ſic ad iſtius coronæ virginalis complementum, loco Crucis, Antiphona:* Salue Regina *ſuperaddatur, pro vt in ipſo diſtinximus pſalterio. Et ſic quolibet die, habebit ipſa Regina vnicum Capeletum, & ipſum quoque in triduo triplicatum, vnicam quolibet triduo habebit: Imperialis corona non enim*

modò

modò Regina eſt, eſt & Imperatrix, vt potè Mater, & Sponſa Regis ac Imperatoris totius creaturæ. Denique hi præfati pſalmi in prima hebdomada, qualibet die ſic terminantur.

Gloria tibi ſit Orphanorum mater: fac, gratus ſit nobis omnipotens pater.

In 2. hebdomada. *Gloria tibi ſit Virginum Regina: duc nos obſecramus ad cælorum Regna.*

In 3. *Gloria perennis tibi ſit ſpes noſtra: quæ regnas in cælis tolle nos ad aſtra.*

In 4. *Gloria tibi ſit Regina Virginum, tecum nos perducas ad Regna cælorum.*

In 5. *Gloria tibi ſit aduocata noſtra: ſeruos tuos ducas ad Regna beata.*

In 6. *Gloria tibi ſit Imperatrix poli: tecum nos perducas ad gaudia cæli.*

In 7. *Gloria, laus, honor, Virgini Mariæ: quæ ſecum nos trahat ad Regnum gloriæ.*

§. 14. Sub Pontificatu Sixti V. Pap. ann. 1588. operâ Cardinalis *Saruani*, Romæ in lucem prodijt, in folio, Pſalterium Virginis Mariæ: iuxta ordinem Dauidicum, cum *Gloria Patri, & Filio, &c.* in fine cuiuſque Pſalmi. Tandem Lutetiæ anno 1624. *Apud Sebaſtianum Hureum*, via ſan-Iacobæa, ad inſigne *Cordis boni*, editum aliud in 24. fuit, ordine quidem Dauidico, ſed vario modo partitum per Hebdomadam. Nam ad matutinas, & per omnes horas (demptis Laudibus) tres diſtribuuntur pſalmi, dummodò pſalmus 118. diuidatur in eas partes, quas Breuiarium Romanum continet ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam. Ad Laudes, duo aſſignantur pſalmi cum vno ex canticis canonicis. Idemque ad Completorium Sabbathi ſeruatur, Qualibet autem die, in fine pſalmi vltimi cuiuſlibet horæ, additur vnum ex *Gloria tibi ſit, &c.* quæ nuper retulimus: cum Oratione propria. Cæterùm, Franciſcus dux Britanniæ Armoricæ, & Margarita coniux magnas impetrarunt à Sixto 4. Indulgentias ann. 1479. pro recitantibus huiuſmodi B. Virginis Pſalterium, per quod factum eſt, vt per vniuerſam Britanniam ille B. Virginis cultus maximè inualuerit: teſte Wadingho tom. 7. ſup. ann. 1479. §. 13. cuius Bulla extat 19. apud Rodericum tom. 1. Bullarij ſub eodem Papa.

§. 15. *B. Manſueti, Confeſſor.* [b]] Miraculis coruſcauit in Prouincia Pennenſi, ſiue Diu. Bernardini, vbi ſepultus iacet: teſte Wadingho, tom. 1. ſup. ad ann. 1270. §. 29. Alius eſt, vt opinor, ab illo P. *Manſueto*, de Caſtellone Aretino, cuius meminit ipſe, tom. 1. ad ann. 1244. §. 15 & Toſſinianus libr. 2. in Cuſtodia Aretina.

§. 16. *B. Benromei, Confeſſor.* [c]] Florentinus erat, ſanctitate clarus, de quo idem Vvadinghus ſup. ad ann. 1290. §. 16. quem ſanctus Bonauentura libenter, & auidè audiebat. Thiſmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordinis.

§. 17. *B. Pauli Capiconi, Confeſſ.* [d]] Huius tanta fuit abſtinentia, vt pane tantum, & aqua, aſſiduum vigilijs, ieiunijs, aliiſque pœnitentiæ operibus, corpuſculum ſic macerarit tantaque ſimplicitas, vt ea propter hominibus, non quidem Deo, à quo magnificabatur contemptui eſſet. Sanctitate clarus, vitæ finem ſortitus eſt in Conuentu Annuntiationis B. Virgin. decimo milliario à ciuitate Ameria in Vmbria, ann. 1451. hac die Scribunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 22. Prouinciæ S. Franciſci. Toſſinianus lib. 1. ſup. in eadem Prouincia. Barezzus 4. part. Chronic. Minorum lib. 1. cap. 53. Cimarell. Ibid. lib. 5. cap. 40. Vvadinghus ſup. tom. 6. ad ann. 1451. §. 46. & 460. §. 45.

§. 18. *B. Balthazaris, Confeſſor.* [e]] Cum eruditione iunctam habens ſingularem pietatem, tanta Diuini verbi pollebat gratia, vt *Declamator Angelicus*, optimo iure ab omnibus nominaretur. Sacris Virginibus S. Claræ oppidi Louanienſis ſic præfuit annis 14. quod plurimùm profuerit. Eius quamplurima adhuc extant Opuſcula MS. Moritur hac die ann. 1573. loco humili ſepultus, quem vir humilis ſibi delegerat, iuxta Scholam Conuentus Louanienſ. magno ſui relicto deſiderio. Vide Gonzaga part. 3. ſup. in hoc Conuentu Louanienſ. qui eſt 1. Prouinc. Germaniæ inferioris. Barezzum part. 4. Chronico. Minorum lib. 7. cap. 7. Daçam, ibid. lib. 3. cap. 24. Raiſſan. in Auctario ad natales SS. Belgii Ioannis Molani.

§. 19. *Beata Kunegundis, Virginis.* [f]] Illius meminerunt Marianus lib. 3. cap. 10. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. Fœminis Franciſcan. Ordin. Toſſinianus lib. 1. ſup. in ea. Platus de bono ſtat. Relig. lib. 2. cap. 27. Choppinus lib. 2. de Sacra Politia lib. 2. titul. 3. §. 21. Tielmanſ. tom. 2. ſup. Elzearius libr. 2. cap. 5. Sacri Mont. Oliuet. Cromerus libr. 9. rerum Polon. ad ann. 1279. & 1292. Bzouius tom. 13. ad ann. 1279. §. 9. Salazar libr. 5. Chronicorum Prouinciæ Caſtellæ cap. 20. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1279. §. 6. ann. 1287. §. 5. ann. 1292. §. 12. & tom. 3. ann. 1313. paragr. 25. Gononus in Chronico SS. Deiparæ ſæcul. 13. ad ann. 1323. Mathias de Michouia in Hiſtoriis Polonicis. Sarnicius lib. 6. Annal. Iodocus lib. vetuſtor. Polonorum Ioannes Dlugoskius peculiari ſcripto libro de eius vita & miraculis. Obiit ann. 1292. aliis ann. 1294. hac die. *Chunegunda*, ſeu *Chenegundis*, item *kinga*, vel *Zingua*, dicta eſt: Sanctæ Eliſabeth Hungariæ neptis germana, Belæ Regis Vngariæ filia, vxor verò Boleſlai *Pudici*, Poloniæ Ducis ſupremi: quo mortuo ann. 1279. mox vna cum ſorore Yolenta, diſtractis, & in vſus egenorum diſtributis cunctis facultatibus ſuis, Clariſſarum inſtituto ſeſe addixit, & veterem Sandeciam, ne quicquam refragantibus, & renitentibus proceribus commigrauit, ibique reliquum vitæ tempus in Monaſterio à ſe, & viro ſuo condito peregit. Claruit ſpiritu Prophetiæ, ac tot tantiſque miraculis, vt in Romana Curia, de eius Canonizatione ſerius ageretur, interruptum tamen negotium ob variam orbis viciſſitudinem. Sed rurſum renouatum ann. 1618. ſub Vrbano VIII.

§. 20. *B. Catharina, Virg.* [g]] Prima extitit Abbatiſſa Monaſterii Beluiſiani (quod eſt 6. Prouinc. Angelorum) illudque annis 17. rexit admirabili cum exemplo totius ſanctitatis, & virtutis: multis illuſtrata reuelationibus à Deo, eiuſque matre ſibi collatis. Erat quippe ingenti charitate, oratione, & ſilentio decorata: tantaque deuotione ferebatur, erga Paſſionem Dominicam, vt præ lachrymarum profluuiis, oculorum lumen amiſerit, quod tamen decem poſt annos, cœlitùs ſibi reſtitutum eſt. Obiit, hac die, ſanctiſſimè, cuius anima, in ſpecie columbæ, viſa eſt in cœlum conſcendere. Ita Monimenta illius Monaſterii, ex quibus Daça ſup. lib. 4. cap. 59. ad ann. 1600. quo floruit.

Digitized by Google

IDIBVS IVLII.

IN Picœno, Beati [a] Gerardi à Florentia, Confeſſoris, ſancti Bernardini Senenſis ſocij: patientia, oratione, & obedientia, exornati, qui ad ſummam vſque ſenectam perueniens, ſancto fine quieuit. Lublini in Territorio Cracouienſi, Beati [b] Peregrini, Confeſſoris. Apud Campum-Baſſum in Apulia, Beati [c] Pauli de Petra Roya, Confeſſoris: humilitate, & abſtinentia inſignis. Apud Ilbam Tyrreni maris inſulam, Beati [d] Baptiſtę de Rotano, Confeſſoris: paupertate, charitate, aliiſque præcipuis virtutibus ſpectabilis. Roſarij ad ripam Tietaris amnis in Territorio Abulenſi, Beati [e] Chriſtophori, Confeſſoris, & Concionatoris eximij, qui, & ingentem animarum fructum reportauit, & virtutibus ac meritis cumulatus, in gaudium Chriſti intrauit. Alenconij in Neuſtria, Beatæ [f] Agnetis Viottę, virginis: vitę integritate, & Religione celebris. Apud caſtrum Culminum maiorum in Montibus Marianis, Diœceſis Hiſpalenſis, Beatæ Catharinæ [g] de Porta, Abbatiſſæ.

IVLII XV.

§. 1. B*Eati Gerardi à Florentia, Confeſſoris.* [a]] Habitum Religionis de manu S. Bernardini ſuſcepit: cuius poſtea ſocius fuit, deinde B. Iacobi Picœntis: cum quo ſenex effectus, iamque præ canitie ambulare non valens, illum in Prouinciam Marchiæ ablegauit, vt inibi vitæ reliquum pacificè perageret. Laicus erat profeſſione, vir ſimplex, & humilis: ſuperiorum obedientiæ promptiſſimè parebat, charitate plenus erat, vilia quæque officia magna cum alacritate exercens. Sæcularium conſortia maximè fugiebat, fratrum quoque familiaritatem declinabat. Tantoperè profecerat in cuſtodia ac mortificatione ſenſuum: vt per 20. annorum ſpatium, quo oſtiarij officium exercuerat vllius hominis aut fœminæ nomen ſciuerit, vel perſonam (pręter R. P. Guardianum, & Scindicum,) viderit, aut cognouerit. Patientiæ fuit incredibilis: nam per 30. annos, podagra, & colico dolore grauatus, quantò plus his vexabatur morbis, tantò magis, feruenti oratione ſpiritum ſurſum leuabat ad Deum, cum hymnis, & canticis ſpiritualibus. Diem & horã ſui obitus præuidit: à cunctis fratribus veniam erratorum humiliter petens, fœliciter migrauit in cœlum, hora nona: ann. Chriſti 1506. ætatis ſuæ 105. ab ingreſſu vero Ordinis 76. vti teſtatur Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronicorum Minorum lib. 8. cap. 27.

§. 2. *B. Peregrini, Confeſſ.* [b]] Verè humilis, patiens, Fratrum amator, omnibus gratus, erga omnes obſequioſus, & ardentiſſimæ charitatis, ita MSS. Prouinciæ Poloniæ, ex quibus Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1465. §. 13.

§. 3. *B. Pauli de Petra, Confeſſ.* [c]] Vir fuit humillimus, & abſtinentiſſimus: profeſſione quidem Laicus, ſed vitæ integritate, atque morum grauitate ornatiſſimus. Memoratur à Gonzaga 2. part. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu S. Mariæ de Gratiis Campibaſſi, qui eſt 16. Prouinc. S. Angeli. Barezzo, lib. 3. cap. 60. ad ann. 1550.

§. 4. *B. Baptiſta de Rotano, Confeſſ.* [d]] Obiit hic deuotiſſimus Frater, ann. 1560. apud Conuentum S. Saluatoris Ilbenſis inſulæ: qui eſt 49. Prouinciæ Tuſcię: cuius ibid meminit Gonzaga part. 2. Origin. Seraph. Relig. *Sepultus iacet* (inquit) *hoc in Conuentu, Frater quidã Laicus, nomine Baptiſta de Rotano, cui, quamdiu vixit nihil charius à paupertate, humilitate, charitate, obedientia, cæteriſque virtutibus, quæ hominem Deo charum efficiunt, in hac mortali vita fuit. Quamobrem maximum ſui deſiderium, maximumque ſanctitatis nomen omnibus ſibi notis reliquit.* Eadem refert Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 15.

B. Chriſtophori, Confeſſ. [e]] Cognominabatur de *Cabezuelas*, Diœceſis Placentiæ pago, ſeu à *Roſario*, eo quod in Conuentu Roſarij (qui eſt 4. Prouinciæ S. Ioſeph) habitum Religionis ſumpſerit. Iam ſacerdos ac Theologus erat cùm Seraphico Ordini nomen dedit. Humilitati primùm operam præſtitit, & ſinceræ menti animum addixit. Obedientiſſimus Deo, & Prælatis Silentium, & ſolitudinem ſummè affectabat: ſanctamque orationem admodùm excolebat. Eximius etiam euaſit Concionator, ſicque ſuis feruentiſſimis prædicationibus audientium animos commouebat; vt, & peccatores ad pœnitentiam reuocaret, & pios ad virtutem alliceret. Numquam otioſus viſus eſt: nam vel choro aderat, aut in cella lectioni, meditationi, & orationi vacabat, vel confeſſioni, & prædicationi intentus erat. Vide Ioannem à S. Maria 1. Part. Chronicorum præfatæ Prouin. lib. 2. cap. 39. ad ann. 1580 quo floruit. §. 5.

B. Agnetis Viotta, Virg. [f]] Hæc tertium Seraphici Patris S. Franciſci ordinem primitùs, ſed poſtmodum primam S. Claræ virg. Regulam profeſſa eſt, quæ plurimas, eaſque glorioſas de Sathana victorias retulit, & demùm, non abſque ſanctitatis nota, diem clauſit extremum apud Monaſterium S. Clarę Alenconij; cuius denique corpus, licèt humidiſſimo loco tumulatum post 12 annos integrum omninò, incorruptum, atque ſuauiſſima fragrantia reſperſum, fuit inuentum. Claruit circa ann. Chriſti 1530. Scribunt de ea Gonzaga part. 3. ſup. in hoc Monaſterio, quod eſt 6. Prouinc. Franciæ Pariſienſ & Barezzus ſup. lib. 2. cap. 21. De Sillis, in cap. 1 Regul. Tertij Ordin. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 19. Vvadinghus ſup. tom. 7. ad ann. 1497. §. 29. §. 6.

B. Catharina, Virg. [g]] Huius, præ cæteris, celebratur memoria, virtutibus, regimine ac cœleſtibus viſionibus, inſignis. Ita MSS. Monaſterio Culminum. 2. Prouinciæ ſancti Michaelis, in Hiſpania, & Vvadinghus ſup. tom. 6. ad ann. 1466. §. 20. §. 7.

DECIMO

DECIMO SEPTIMO KALENDAS AVGVSTI.

APud Montem-Briſonem, Secuſianorum oppidum in Gallia, Beatorum [a] Martyrum Ioannis, Franciſci, Antonij & Stephani: qui ab hæreticis diuerſis pœnarum generibus affecti, nouiſſimè gladio iugulati ſunt. Occaniæ, in Territorio Toletano, Beati [b] Alphonſi Borroxij, Confeſſoris, Doctoris, atque Concionatoris eximij: qui Prouinciæ Caſtellæ Patrum Obſeruantinorum primus Prouincialis electus, vita exemplari, zeloque Seraphicæ Religionis, & ſanctitate inſigniter refulſit. Mirandulæ, in Inſubria, Beati [c] Innocentij Carpenſis, Confeſſoris: miraculis clari. Volaterræ in Hethruria, Beati [d] Michaelis Volaterrani, Confeſſoris; humilitate & oratione inſignis. In Thuſcia, Beati [e] Dominici Bononienſis, Confeſſoris; vita & ſignis admirabilis. Mediolani, Beatæ [f] Mariæ, Mediolanenſ. in oculis ſuis humilis admodum, & ſponſo Chriſto amabilis.

IVLII XVI.

BEatorum Martyrum, Ioannis, Franciſci, &c. [a]]
§. 1. Horum illuſtre brauium nobis repræſentatur à Gonzaga 3. part Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu Montis-Briſonis, qui eſt 4. Prouinc. Burgundiæ. ſiue S. Bonauenturæ; Elzeario libr. 3. cap. 10. ſacri Mont. Oliuet. Daça part. 4. Chron. Minor. lib. 3. cap. 58. Grauina *in voce Turturis*, cap. 24. part. 2. Fernando libr. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 19. Fodereto & Picqueto in deſcriptione huiuſmodi Prouinc. Vbi de præfato Conuentu Mont-Briſonenſi, in Secuſiano ſeu Foreſio agro. Nam id oppidum, ann. Chriſti 1562. hac die à Barone *des Ardretz*, aliiſque hæreticorum præfectis *Poncenat*, & *Saduret*: vi occupatum, eorum furorem in ſe expertum eſt: dùm ciues vtriuſque ſexus incredibilem cædem ſunt perpeſſi. Inter hos autem 4. admirandæ fortitudinis & conſtantiæ Religoſi Minoritici inſtituti Patres, videlicet, B B. Ioannes *Baſſonus*: Franciſcus *Bourgoing*: Antonius *Madin*, & Stephanus *Cortant*, variis ſuppliciis ac plagis affecti, tandem crudeli hoſtis mucrone, pro Chriſto ſanguinem fuderunt, Quorum corpora poſtquam in plateis & compitis diu iacuerunt inhumata, cœli volatilibus, atque canibus dilanianda, tradita ſunt: ita vt vix à quoquam dignoſci poſſent. Gonzaga, & Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 38. id reponunt ſub 14. Iulij. Sed aliis magis aſſentimur: quin & apud ipſum Wadinghum tom. 7. ad ann. 1497. §. 30. nomina prædictorum Martyrum confuſa ſunt & alterata.

§. 2. *B. Alphonſi Borroxij, Confeſſ.* [b]] Primò quidem Couentualis extitit, ſed poſtea viuendi genere ſtrenuus Regularis Obſeruantiæ cultor & propagator. Hic cùm eſſet ſacræ Theologiæ Doctor, frequentes habebat ad populum conciones, quamobrem eius ſanctitatis, ſpiritus atque feruoris fama, per vniuerſam Hiſpaniam diuulgari cœpit. Vnde & Reges ac Magnates, reliquumque vulgus ad eum, tanquam ad Diuinum oraculum, in occurrentibus ſibi neceſſitatibus, reſponſa, atque remedia relaturi recurrebant. Celebrato denique Capitulo P P. Obſeruantinor. Prouinciæ Caſtellæ in Conuentu S. Iuliani de *Capraria*, ann. 1447. ipſe B. Alphonſus Borroxus in primum eiuſdem familiæ Vicarium, Prouincialem electus, atque per 15. annos continuos, eo officio functus eſt. Cuius quidem B. Patris induſtria ac diligentia mirum in modum primitiua illa Seraphici Ordinis Reformatio excreuit. Vir quippe erat Religioſiſſimus, & maturo præditus conſilio. Vita exemplari pollebat: & zelo monaſticæ obſeruantiæ nitebat. Tandem plenus dierum ac bonorum operum, diem clauſit vltimum in Conuentu Occanienſi, ann. 1469. vbi honorificè tumulatus eſt. Sed eo tẽporis, quo Eccleſia loci illius amplſata extitit, eiuſdem B. Patris corpus, inde effoſſum eſt iuſſu ſereniſſimi Philippi II. Regis Hiſpaniæ, atque ad Mauſolæum, propè locum ſacro Euangelio ſolemniter decantando deputatum, traſlatum eſt anno 1563. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. parte Chronic. Minor. lib. 2. cap. 27. & lib. 3. cap. 39. Gonzaga ſup. part. 3. in Prouinc. Caſtellæ: item in Conuent. 2. 7. 8. 9. 12. 13. & 14. eiuſdem Prouinc. item part. 1. vbi de Origine Regularis obſeruantiæ apud Hiſpanos, & in BB. viris huius Ordinis. Speculum fratrum Minor. tract. 1. in Memorial. Ord. fol. 69. & 70. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. Piequetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Salazar, lib. 1. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 34. &. libro 2. cap. 1. atque libr. 4. cap. 8. Vvadinghus tom. 5. ſup. §. 16. 18. & 19. 1435. §. 75. 1437. §. 46. 1444. §. 46. 1447. §. 20. Item tom. 6. ad ann. 1451. §. 50. ann. 1456. §. 248. & ann. 1469. §. 10.

B. Innocentij Carpenſis, Confeſſ. [c]] Mortem obiit §. 3.
hic vir Dei, in Conuentu S. Franciſci Mirandulano: vbi & honorificè ſepultus eſt, plurimis poſt mortem clarus miraculis. Propterea, aliquot eius oſſa, pia veneratione aſſeruantur in ſacrario Conuentu S. Franciſci *de Villa*, Diœceſis Ariminenſis. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu 1. & 16. Prouinc. Bononienſis. Sed hallucinatur, dùm ait ipſum migraſſe ad aſtra ann. 1530. cùm enim obierit tempore Leonis X. Pap. liquido patet apponendum eſſe ann. 1523. ſeu 1520. quibus ſedebat hic ſummus Pontifex, non autem ann. 1530. quo iam exceſſerat è vita. Wadinggo tom. 6. ſup. ad ann. 1455. §. 98.

B. Michaelis Volaterrani, Confeſſoris. [d]] Laicus §. 4.
erat profeſſione, & profundiſſima humilitate adornatus: feruentique orationi addictus, vndè Deo gratiſſimus euaſit, & hominibus charus. Cùm autem iam centenarius eſſet, & Altiſſimo totis viſceribus famulaſſet; tandem in bona pace, boniſque operibus plenus quieuit in Domino: Apud conuentum ſancti Hiero

nymi propè Volaterram: circa ann. 1540. Illius meminere Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 23. Prouinc. Tuſciæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 20. Vvadinghus tomo 5. ſupra, 1445. §. 27. 1447. §. 39.

§. 5. *B. Dominici, Confeſſ.* [c]] Ex Obſeruantinis ad Capucinos commigrans: nullus eo ſanctior habitus eſt: cuius geſta deſcribit Bouerius, tom. 1. Anna. Capucinor. ad ann. 1551. §. 53. quo obiit, ex Petratio, & Salodienſi.

Beatæ Mariæ, Virginis. f] Huic humillimæ ſorori §. 6.
apparuit in Culinæ miniſterio Chriſtus infantulus; cui & multa dona impertiuit. Vide Vvdinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1448. §. 43. ex monimentis MSS. monaſterij *de Vedano* quod eſt 1. Prouinciæ Mediolanenſis.

SEXTO-DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

LOndini in Anglia, Beati [a] Antonij Brobei, Martyris, qui ob defenſionem Catholicæ Religionis, in teterrimum carcerem coniectus, & diriſſimis cruciatibus affectus, ad vltimum, eadem chorda, qua præcingebatur, ſtrangulatus eſt. Carnotæ, propè Alanquerium in Luſitania; Beati [b] Didaci Ariæ, Confeſſoris, Concionatoris eximij: qui doctrina & virtute præclarus, Regularis obſeruantiæ primus fundamenta iecit in Portugallia, ac mirificè propagauit. In Gallia, Beati [c] Ioannis Tilleti, Confeſſoris, Sancti Bernardini Senenſis ſocij; qui doctrina & ſanctitate floruit. Apud ſanctum Romulum, Liguriæ oppidum, Beati [d] Balthaſaris à Vigono, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In villa Pallhaes ad Tagum Portugalliæ fluuium, Beati [e] Martini à ſancta Maria, Confeſſoris: Generis nobilitate, & vitæ ſanctitate illuſtris, Prouinciæque Arrabidę Fundatoris inclyti: qui ieiuniis, vigiliis, & orationi iugiter intentus, ſolitudine etiam, ac paupertate, miroque ſpiritus feruore emicuit. Barcinone, in Cathalonia, Beatæ [f] Conſtantiæ Viduę, Arragonię Reginę; quę vita monaſtica aſſumpta, ſanctiſſimè Chriſto Domino eſt famulata.

IVLII XVII.

§. 1. BEati Antonij Brobei, Martyris. [a]] Vir fuit in humanis diuiniſque litteris apprimè verſatus, Græcam & Hebraicam linguam callens, inſigniſque Theologus; qui & Oxonij in Academia, ſeu Collegio S. Magdalenę, publicè diuinarum rerum ſcientiam edocuit: & Londini prædicans in Eccleſia S. Laurentij, errorem Henrici VIII. Angliæ Regis condemnauit: quo, Catharina Regina repudiata, Annam de *Bonlan* ſibi in vxorem, contra Eccleſiaſtica iura aſſumptam, impunè tuebatur. Hac de cauſa, laſciuientis furentiſque Regis imperio capitur, in carcerem retruditur, quæſtionibus acerrimis torquetur: eoque ſupplicij genere, & neruis & iuncturis, toto corporę tortorum vi tam immaniter diſtenditur, vt os oſſi vix hæreret. Incredibili tamen conſtantia vir Dei hęc pertulit, ad exemplum ſui capitis Chriſti, ſummo ſubeundi martyrij deſiderio affectus. Interim eo ſupplicio impotés effectus, atque inutilis, qui nec manus ad os quiuerit attollere, à fideli muliere, nutricis officio fungente (ex Dei prouidentia) vtcumque ſuſtentatur. At verò poſt dies viginti quinque carnifex mittitur, qui cum illa, quam ex D. Franciſci inſtituto geſtabat, chorda, in carcere, vbi maxima cordis afflictione, ac miſeria preſſus iacebat, in Catholicę fidei, & obedientiæ confeſſione fortiter permanentem ſtrangulauit. Hæc ex Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. In Martyribus Ordinis Minor. ſuo æuo ob Chriſti fidem, in Anglia paſſis. Item part. 3. in Prouinc. Angliæ, Picqueto. In Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Daça, 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 31. Grauina, *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Quidam aſſerunt ipſum fuiſſe ab inimicis proiectum in ignem, quo in cruciatu, puriſſimum ſpiritum ſuo Creatori reddidit. Ita ſentiunt Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 57. Hilarion à Coſta infra. Scribunt verò alij, vt Barezzus 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 2. B. Antonium coniectum fuiſſe in tenebroſum fœtidumque carcerem: vbi ingenti ſqualore carceris, & maximo caloris æſtu, occubuit ſuffocatus, ann. 1538. die 17. Iulij ſecundum Hilarionem à Coſta, lib. 1. Hiſtor. Catalog. pag. 162. poſt Sanderum, ſeu die 19. eiuſdem menſis: Iuxta Gonzagam part. 3. ſup. & Barezzum ac Daçam, ann. 1537. licet idem Gonzaga part. 1 ſup. ponat ann. 1538. Boſius verò, ann. 1540. tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſęcul. 9. & lib. 12. cap. 22.

Beati Didaci Ariæ Confeſſoris. [b]] Inuenio hunc §. 2.
B. patrem multis virtutibus illuſtrem fuiſſe. Aſtur erat natione, vir doctiſſimus, & bonarum artium ſcientia apprimè imbutus: atque egregius concionator, Qui tanto Regulæ ſtudio affectus eſt, vt cum aliquot aliis patribus Luſitaniam proficiſcens, illic Regularis obſeruantiæ initium dederit, & Conuentus quamplures extruxerit: quorum primus fuit ſanctæ Mariæ à *Moſteyro*, ad tertium milliare, à Tudenſi Gallæcorum ciuitate, ann. 1392. Item *Inſulanus*, in ipſis faucibus Minij fluuij, ac inter criſpantes vndas, non longè ab oppido, *Camigna*, fundatus. Cùm verò in hac Inſula aquarum dulcium penuria laboraretur, neque eſſet vndè exhauriri poſſent, immenſi enim laboris eſſet, & ad bibendum, & ad alios vſus eas à *Camigna* petere; atque hac de cauſa non poſſent eam, præterquam

quam pauci fratres incolere; placuit Virgini Dei genitrici miraculo ſeruis ſuis proſpicere. Intempeſta nocte, cùm arctiſſimus ſomnus B. Didacum Ariam complexus eſſet, viſus eſt ſibi videre diuina quadam ſpecie puellam, quę iuberet certum quendam Inſulæ locum fodi; fore enim vt aqua petita reperiretur. Id quod poſtero die rei euentus comprobauit: effoſſo enim loco inuenta eſt aqua dulcis, quæ adhuc durat, nec vnquam poſtea defecit: Res quidem miranda, in mediis ferè maris fluctibus, lociſque arenoſis, aquarum dulcium copiam largiſſimè Virginem Matrem ſeruis ſuis ſuppeditaſſe. De eo agunt Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. vbi de origine Regularis Obſeruantiæ in Luſitania. Item part. 3. in Prouinc. ſancti Antonij Portugalliæ, & in 1. 2. & 13. Conuent. huiuſce Prouinciæ. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor lib. 1. cap. 23. & 24. Toſſinianus libr. 2. Hiſtor. Seraphic. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1392. §. 4. v. 19. Item tomo quinto ad annum 1408. §. 6.

§. 3. Quo autem anno obierit, vel quo loco tumulatus ſit, non omninò conſtat. Quidam volunt illum è vita exceſſiſſe in Italia (dum Romam pergeret) poſtquam grauiſſimo morbo conſumptus fuiſſet: & Romæ corpus eius humatum eſſe; at præfatus Marcus Vlyſſiponenſis contendit ipſum diem mortis accidiſſe in Conuentu ſanctæ Catharinæ à *Carnota* (qui eſt 13. prædictæ Prouinciæ) ibique ſepultum eſſe. Quod certè veroſimilius eſt. Nam ipſe Reuerendiſſimus Marcus, huius loci incola nonnumquam fuit, hancque Prouinciam, vt miniſter ſecundus Prouincialis, rexit; & tandem Epiſcopus Portuenſis in eadem Luſitania creatus eſt: quare illi magis aſſentimur. Porro ille Conuentus S. Catharinæ conditus eſt ab ipſo B. Didaco Aria, anno 1408. diſtatque paſſuum millibus duobus ab *Alanquerio* Vlyſſiponenſ. Diœceſis oppido.

§. 4. *B. Ioannis, Confeſſ.* [c]] Floruit in Gallia, temporibus ſancti Bernardini Senenſis, & B. Ioannis Capiſtrani; quorum ſocius nonnumquam extitit amantiſſimus, illos in ſanctitate & doctrina ad amuſſim imitatus. Agunt de eo Marcus Vlyſſipon. ſup. lib. 5. cap. 48. ſub an. 1472. Firmamentum trium Ordin. tract. 1. in memoriali Ordinis Minor. ſub 37. Generali miniſtro.

§. 5. *Beati Balthaſaris à Vigeno Confeſſ.* [d]] Floruit ſanctitate an. 1525. apud Conuentum S. Mariæ de Conſolatione, propè ſanctum Romulum, in quo diem clauſit extremum, cuius corpus, cùm plurimis annis ſub terra delituerit, inde caſu exhumatum, imputre atque incorruptum omninò apparauit, eodemque modo vſque impræſentiarum perſeuerat. Quomobrem non ſecus ac Beatus, Deoque charus ab illius patriæ inquilinis veneratur, coliturque. Ita de eo ſcribunt Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 17. Prouinc. Genuæ. Barrezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 49. ad ann. 1526. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1473. §. 16.

§. 6. *Beati Martini à ſancta Maria Confeſſ.* [e]] Natione Caſtellanus fuit: ab inclytis *S. Stephani* Comitibus progenitus, & Prouinciæ Carthaginenſ. alumnus Qui cùm peregrinationis ergò, ſocio illum comitante, Religioſam glorioſæ Virginis Mariæ de *Guadalupe* adiiſſet ędem, obuium habuit inclytum Heroem Ioannem ab *Alencaſtro* Aueranenſium Ducem, cognatum ſuum; à quo tandem agnitus, rogatus fuit, vt ſibi Luſitaniam petenti congredi vellet, quandoquidem ei eſſet eremitorium in patria, atque in propria ditione, iis omnibus, quæ ſuo animo inſederant, omninò idoneum. His igitur ſuaſus B. Martinus, vnà cum præfato Duce ad montem quemdam aſperum, ſaxoſum, atque ferè inuium, faucibuſque Tagi fluuij (per quas Oceanum mare ingreditur) imminentem, cui Latinè *Arabrica*, Luſitanicè vero, *Arrabida*, nomen eſt, peruenit: illumque ad amuſſim contemplatus, præſertim verò Eremitorium, quod eiuſdem montis lateri adhæret: eius oblationem ſibi ab inclyto Duce factam ex animo admiſit, an. 1540.

Verùm, cùm ipſe aſperrimam, ac omninò pauperem duceret vitam, gauderetque ſummoperè illius loci ſolitudine, quæ fratri ſocio minus arridebant, ab eo propriam Prouinc. Cartaginenſem repetente derelictus eſt, nihil tamen exindè perterritus eſt, ſed magis magiſque rigori, ieiuniis, vigiliis, orationi, cæteriſque virtutibus ſtudens, inſignis omninò euaſit. Cuius fama ſanctitatis vbique per Hiſpaniam diuulgata: BB. Patres Ioannes ab *Aquila*: & Petrus de *Alcantara* ex Prouincia S. Gabrielis ad eum inuiſendum conuolarunt. Porrò, auſpiciis prædicti Ducis Auerani; & licentia Reuerendiſſ. P. Ioannis *Calui* totius Ordinis Minor. Generalis miniſtri, illud eremitorium in Conuentũ erectum eſt ſub Titulo ſanctæ Mariæ de *Rabida*: cui ipſe B. Martinus Guardianus præficitur, anno 1542. exindè alij Conuentus conſtruuntur, quorum omnium curam gerens, Cuſtodis officium exercuit: ſicque Arrabidæ Prouincia initium habere cœpit. Denique Deo tantum vacare cupiens, atque ab omni œconomiæ ſollicitudine abhorrens ſe prælatura humiliter abdicauit, & in Conuentum S. Mariæ de Conſolatione, non longè à Villula *Palhaes* vulgò nuncupata, ſeceſſit; vbi ſanctiſſimè vitam finiuit. Hæc ex Gonzaga part. 3. ſup. in Prouinc. Arrabidor: & in 1. 2. 3. Conuent. eiuſd. Prouinc. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 18. Rapinæo. In Hiſtor. General Origin. Recollector. De. cap. 8. part. 1. §. 10 & 14. poſt. Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. libr. 9. cap. 33. Ioannem à S. Maria 1. parte Chronic Prouinciæ S. Ioſephi lib. 6. cap. 4. §. 7.

B. Conſtantiæ, Viduæ [f]] Hæc Sereniſſima Heroina, filia fuit Manfredi Nothi, ſeu filij natalis Federici 2. Imperator. quæ deſponſata eſt Petro, Arragoniæ Regi: ſed eo mortuo, ann. 1285. habitum S. Claræ poſtea aſſumpſit ann. 1290. atque in eo vixit, obiitque ſanctiſſimè ann. 1301. Illius meminere, Piſanus ſup. fruct. 8. part. 4. Toſſinianus lib. 1. Gonzaga ſup. in BB. Fœminis 2. ac 3. huiuſce Ordinis. Barezzus lib. 2. ſup. cap. 10. Algezira ſup. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. Franciſcan. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 13. Wadinghus, tom. 2. ſupra, ad an. 1282. §. 17. ann. 1285. §. 3. ann. 1290. §. 22. & 23. Item tom 3. ad ann. 1302. §. 6. Thielmanſ. tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin. ex Zurita part. prima, libro 5. cap. 3. & capit. 39. & Mariana libro 15. capite 1. mater fuit S. Eliſabethæ, Reginæ Luſitaniæ, de qua infra ad 4. Iulij. §. 8.

Digitized by Google

QVINTO DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

APud montem Libanum in Phœnicia, Beati [a] Griphonis Epiſcopi, eruditione, humilitate, ac paupertate clariſſimi: qui ſalutis animarum maximè ſitibundus, hæreticorum & ſchimaticorum, præcipuè verò Grecorum & Marronitarum copioſam multitudinem ad fidem Catholicam reduxit: quibus à Calixto III. Romano Pontifice Patriarcha datus, mira vitæ ſanctitate eluxit. Cracouiæ Beati [b] Simonis à Lipnica, Confeſſoris; qui vitæ integritate, abſtinentia, & caſtitate prædicus, miraculis quamplurimis extat glorioſus. Tetzcuci in India Occidentali, Beati [c] Ioannis de Aora, Confeſſoris: Palentię, Beati [d] Franciſci à Fraxineto, Confeſſoris: qui pœnitentiæ operibus ſeſe continuò exercens, ad brauium ſupernæ retributionis tandem peruenit. Apud Villam-Silos, in Territorio Palentino, Beati [e] Petri à Conymbria, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Orapeſſæ, in Territorio Abulenſi, Beati [f] Ioannis de Alcazari, Confeſſoris: qui humilitate, obedientia & charitate pollens, diuiniſque chariſmatibus plenus, quieuit in Domino. Segobię, Beati [g] Antonij à ſancta Maria, Confeſſoris: qui ſcientia, & virtute præclarus, in Prouincialem electus eſt, ac meritis & ſanctitate conſpicuus migrauit in cœlum. Apud Mortarium Inſubriæ oppidum, Beatę [h] Hippolytæ à Malegnano, Virginis: cuius ſanctitas ſumma fuit.

IVLII XVIII.

§. 1. BEati Griphonis, Epiſcopi. [a]] Gallus erat natione, patria Flander; Doctor eximius, & ſacrę Theologię in Alma Pariſienſi Vniuerſitate Profeſſor: qui cùm ſuæ regulæ ſeruandę deſiderio teneretur, ex Patribus Conuentualibus ad Obſeruantinos ſe contulit: inter quos tanta humilitate enituit, vt omnium in ſui admirationem attraheret animos. Itaque, poſt nauatam non ſegnem in interpretandis ſacris litteris operam, Religionis voto, Palæſtinam pretioſo Chriſti Ieſu cruore irroratam luſtrauit; & apud Conuentum montis Syon demoratus eſt. Cùm autem totus eſſet in animarum ſalute procuranda: per ſeptennium Grecæ & Arabicæ litteris vacans, eas perfectè didicit: quibus fretus, Græcos, pręſertim Marronitas, montis Libani in Phœnicia accolas, P. Franciſci *Barcinonenſis* adiutus ſuffragio, generoſa concertatione, & miraculoſa ſolis retrogradatione à Deo per ipſum obtenta, ad ſanctæ Romanæ Eccleſię fidem præſtandam, compulit. Viginti quinque annis ibidem manſit, vt eos in Religione Catholica firmaret: quo tempore libros aliquot ſacræ ſcripturæ in eorum linguam tranſtulit.

§. 2. His ita fœliciter expletis, Romam profectus eſt: vbi, eo veræ pietatis officio, tantum apud Calixtum III. ſummum Pontificem obtinuit: vt Epiſcopus creatus ſit, & Regionum illarum Patriarcha appellaretur. Exinde mare traiiciens, Libanum reuertitur, & huius nouæ ſobolis populos ſanctiſſimè rexit. Nam pręſul erat vitæ ſanctitate præditus, paupertatiſque altiſſimæ amantiſſimus: & quamuis ſibi auſterus eſſet, aliis tamen mitiſſimus erat, & maximæ charitatis erga proximum. Aliò, vbi copioſiſſima homines Euangelico rete piſcandi ſperabatur adfutura occaſio: Iter parans, licet ſenex, ereptus mundo, cœlo inſertus eſt, bonorum operum mercedem accepturus: ann. Chriſti 1475. E multis vnicum hoc illius oppuſculum, cui Titulus: *Itinerarium terræ Sanctæ*, ſupereſt. De hoc agunt Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. libr. 3. cap. 38. Willotus, Athenarum Orthodoxar. Franciſcanor. littera G. Toſſinianus lib. 3. Hiſtor. Seraphic. de ſcriptorib. Eccleſ. Ordin. Minor. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Wadinghus tom. 6. ſup. ad annum 1475. §. 18. & ſeq. Marianus lib. 5. cap. 24. Surianus de Regibus Hieroſolymit.

Beati Simonis à Lipnicza, Confeſſoris. [b]] Floruit ann. 1460. vir vtique humillimus, caſtiſſimus, abſtinentiſſimus, atque dulciſſimi nominis Ieſu admirabilis cultor, & prædicator: cuius gratia, vti ſanctus Bernardinus Senenſis, cauillationes & impoſturas perpeti metuit. Hic venerabilis Pater, Hieroſolymam peregrinationis cauſa petiturus, Franciſcanam Regulam, cuius zelantiſſimus fuit, memoriter didicit; vt ſi fortè manuſcriptam quam ſecum ſemper habebat, ſæpiuſque lectitabat, ſibi à Sarracenis auferri contingeret, altera in memoria ſculpta ſupereſſet; ad quam, tanquam ad Lydium lapidem; ſuas actiones probaret. Mortuus tandem in Conuentu ſancti Bernardini Cracouienſi, miraculis coruſcare cœpit. Nam iuuenem ſibi ex voto oblatum, è mortis amaræ faucibus erutum, ſanitati reſtituit: & puellam à nolente Patre caſu occiſam, atque eius ſepulchro expoſitam, ad vitam reuocauit: plura etiam alia beneficia, (quæ omnia libello MS. commendata ſunt) Cracouienſibus pręſtitit. Illius meminere Gonzaga in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinciæ Poloniæ. part. 2. ſup. & Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 29. ſub ann. 1464. Toſſinianus lib. 2. in Prouincia Poloniæ. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1483. §. 26. quo in loco peſte abſumptus eſt. Cromerus rerum Polon. libr. 29. Miechouius ibid. lib. 4. cap. 73. Daça ſup. cap. 31. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1465. §. 13. & tom. 7. ad ann. 1483. §. 8. & ſeq. §. 3.

Digitized by Google

& ſeq. quo obiit poſt Ludouicum Strobtouiczium & Hieronymum Kazoroſkium, qui illius vitam ac miracula deſcripſere: vnde proceſſus nunc conficiuntur ſedis Apoſtolicæ authoritate, pro eiuſdem Canonizatione ad inſtantiam Regis, Epiſcoporum, ac procerum Regni Poloniæ.

§. 3. *Beati Ioannis de Aora, Confeſſoris.* [b]] Hic vnus trium, qui primi in nouam Hiſpaniam venerunt anni 1523. fuit: qui Sacerdos factus, ſenexque iam cum B. Patre Petro Gandauenſi Tetzcucum vrbem, ad fidelium conuerſionem, venit; paucisque poſt diebus deceſſit. Corpus eius in præſtantis cuiuſdam viri domo repoſitum eſt: quo vſque Conuentus ſub D. Antonij Patauini nomine in lucem prodiit. Tunc enim ſub B. Toribio Motolinio, illius loci Guardiano, ad ipſum traſlatum eſt, honeſtoque loco reconditum extitit: quod ab incolis ob eius ſanctimoniam maximè veneratur. Memoratur à Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 4. in præfato Conuentu, qui eſt 11. Prouinc. S. Euangelij, & Barezzo part. 4. Chron. Min. lib. 5. cap. 35. ſub an. 1571. & lib. 6. cap. 21. Hilarione à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Rapinæo Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 5. part. 1. §. 7.

§. 4. *Beati Franciſci à Fraxineto, Confeſſ.* [c]] Rem diuinam magna cum deuotione peragebat; carnem iugiter domabat, ieiuniis, vigiliis, macerationibus, & orationibus, quibus ita profecit; vt in vita & in morte Deo charus extiterit. Obiit apud Conuentum ſancti Michaelis Palentiæ: ob cuius virtutes ſingulares cum cœlicolis beari exiſtimatur. Floruit circa an. 1570. hęc ex Gonzaga part. 3. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 13. Prouinc. S. Gabrielis, & Conuentu 8. 9. eiuſdem Prouinc. Barezzo ſup. lib. 7. cap. 14. ad annum 1575. Rapinæo ſup. Decad. 4. part. 2. §. 6. & Decad. 8. part. 1. §. 8.

§. 5. *B. Petri, Confeſſ.* [d]] Laicus erat, moribus laudabilis, & vita ſanctiſſima, necnon profeſſionis ſuæ zelo exornatus: obitum ſuum longè antè ſibi cognitum aliis prædixit; teſte Daça, 4. part. Chronic. Ordin. Minor. lib. 3. cap. 76. ad ann. 1575. & Vvadingho tom. 5. ſup. ad ann. 1409. §. 22. ex monimentis Prouinciæ Pietatis; in qua hic Dei ſeruus claruit ſanctitate.

§. 6. *B. Ioannis, Confeſſ.* [e]] Inter laicos fratres habitum ſumpſit in Conuentu B. Virginis de *Laureto* Monfortij (qui eſt 3. Prouinciæ S. Ioannis Baptiſtæ) nouitiatumque egit vnâ cum B. Paſchali *Baylon* ac poſtea ſocius & comes B. Alphonſi *Lupi*. Humilitate admodùm claruit, qua ſe indignum peccatorem palam confitebatur, & aliorum conſortio fratrum meritò priuandum: quos ſummè palam venerabatur, & reuerenter alloquebatur. Sæcularium, maximè mulierum fugiebat colloquia; cum quibus nec ſecurum ſe eſſe dicebat. Orationi diu vacabat, ſæpéque ecſtaſim & raptus patiebatur. Silentij, paupertatis, & obedientię fuit amantiſſimus: abſtinentiæ & pœnitentiæ actibus cæteros antecelluit: ſed in charitate & patientia, erga fratres infirmos, quorum curam gerebat, omninò extitit admirabilis. Septuagenario maior, ſanctiſſimè deceſſit è vita. Vide Ioannem à ſancta Maria, 2. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 4. cap. 10. ad annum 1595.

§. 7. *Beati Antonij, Confeſſ.* [f]] Nobilibus parentibus natus eſt Placentiæ, in Extrema Dura, ab incunabulis, virtuti, pietati, & litteris operâ dedit: metro & ſoluta oratione, vulgari ac Latina excelluit: Doctorque in vtroque iure euaſit. Romam profectus, illic ob ingenij ſagacitatem, multis cameræ Apoſtolicæ muniis prȩclarè functus eſt: donec obtento quodam beneficio, in patriam reuerſus eſt. Redux in domum cùm eſſet, curę ſalutis animarum, pro ſuo Paſtorali officio, tantoperè animum dedit; vt & vitæ ſuæ exemplo, & bonorum operum exercitio, atque virtutum penè omnium praxi, cunctos in viam Domini dirigeret. Verum his haud contentus, niſi & altioris perfectionis gradum attingeret, ſæculo valedicens, perrexit in Conuentum noſtrum *ſanctæ Mariæ de Angelis* (qui eſt primus prouinciæ S. Gabrielis) vt inibi ad Franciſcanæ militiæ paleſtram ſe accingeret. Factus itaque Frater Minor, mirùm quantis virtutibus, mox vti nouum iubar, irradiauerit; nil enim eo humilius, nil obedientius, nil feruentius, ac pauperius. Vitę Chriſti, paſſionis Dominicę, & omnium, quæ pro nobis, in terris operatus eſt, vel paſſus, veſtigium ſemper alta mente habebat repoſtum.

§. 8. Romam ablegatus, pro ſuæ Prouinc. S. Ioſephi negotiis, & rebus arduis peragendis, illic amicitiam contraxit cum BB. Petro *Xereſio*, & Alphonſo *Lupo*: eiuſdem Ordinis, notæ ſanctitatis viris. His fauſtè fœliciterque peractis, in Hiſpaniam reuertitur, vbi quaſi nouo charitatis igne ſuccenſus, aliò ſolum vertere ardentiſſimè concupiuit, nempè, in Indiam traiicere, & vſque Philippinas, Iaponium, Chinamque nauigare: zelo ſalutis animarum omninò exæſtuans: Sed diuina virtute impeditus, breui electus eſt Miniſter Prouincialis ann. 1573. Quo in officio, tantis variiſque virtutibus cunctis illuxit, vt eas referre opus hic labor eſſet. Eius interuentu, Prouincia diuiſa fuit in duas, nimirum, in Prouinciam S. Ioſephi, & Prouinc. S. Pauli. In ea autem poſtrema moram traxit, vitęque finem habuit apud Conuentum Segobienſem, ann. 1602. die 18. Iulij, ętatis ſuæ 81. quorum quadraginta in Religione expleuerat, abſque vlla mortalis peccati ſorde. Eius egregia facta copioſiſſimè percurrit Ioannes à S. Maria, part. 2. Chronic. ſancti Ioſephi, lib. 4. cap. 17. 18. & 19. Nonnulla compoſuit opuſcula: vti, *vitam* Seraph. P. S. Franciſ. *vitam S.* Antonij à Padua: *Expoſitionem breuem* ſuper Regulam Minorum, &c. Alium puto eſſe, ab illo cuius meminit Wadinghus tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1408. §. 6. quemque *Carnote* vult eſſe ſepultum.

§. 9. *B. Hippolytæ, Virg.* [g]] Vixit circa an. 1530 virtute ac zelo Regularis obſeruantiæ clara: quæ & ſancto fine quieuit Mortarij, apud Monaſterium S. Claræ (quod eſt 12. Prouinc. Mediolanenſ.) vbi ſepulta iacet: teſte Gonzaga part. 2. ſup. in hoc Monaſterio. Barezzo ſup. lib. 2. cap. 10. Valerio, de BB. Fœmin. Ord. Minor. lib. 1. cap. 13. Vvadingho ſup. tom. 5. ad an. 1430. §. 51.

Digitized by Google

QVARTO DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

IN Territorio Lucenſi, propè Bargam Tuſciæ oppidum, Beati [a] Franciſci de Barga, Confeſſoris: vitæ ſanctitate, & miraculis conſpicui. Sinſonzæ in Mechioacanico Regno, Beati [b] Petri à Garrobilijs, Confeſſoris: admirandæ Religionis, & obſeruantiæ viri, qui multis perfunctus laboribus in conuertendis Indiæ Occiduæ populis, veneranda canitie, & ingentibus meritis præclarus, ad cœleſtia migrauit. Apud Conuentum ſancti Seueri in Tuſcia, Beati [c] Paulini, Confeſſoris, qui virtutum meritis cumulatus, abiit in cœlum præmia laborum à Deo recepturus. Guadalfagiaræ, in regno Caſtellæ [d] Beati Blaſij de Monte, Confeſſoris: qui Dei amore flagrans feruido, ad brauium vitę ęternæ lętus perrexit. Anconę in Picœno, Beati [e] Proſperi à ſancto Angelo, Confeſſoris, qui obedientia, paupertate, atque humilitate valdè emicuit. Serræ Caprolæ in Prouincia ſancti Angeli, Beati [f] Vrbani à Manfredonia, Confeſſoris & prędicatoris eximij: cuius vita non ſolùm cunctis virtutum forma fuit, ſed, & ſuis feruentiſſimis concionibus multis extitit cauſa ſalutis, & ſupernæ indiciis poteſtatis pręclarus euaſit. Gebennæ in Gallia, Beatæ [g] Anonymæ, virginis.

IVLII XIX.

§. 1. B. *Franciſci de Barga, Confeſſ.* [a]] Ille eſt, quem B. Iacobus *Papienſis*, iam moribundum ſanitati reſtituit. Nam cùm animam ageret, ſignum crucis ſuper os eius faciens, Deum ſic precabatur: *Ieſu, Ieſu, Domine mi Ieſu; ſi tuæ placet voluntati, & ſancto tuo obſequio expediat, hunc optimum Religioſum, ſeruumque veſtrum fidelem, ne ſinas iam citò mortem obire*: quibus votis annuens piiſſimus Deus, illum incolumem reddidit. Magna certè fuit ſanctitate præditus hic B. Franciſcus: qui etiam in ſuę inculpatę vitæ teſtimonium, miraculis viuus ac mortuus coruſcauit; è vita exceſſit ann. 1489. ſepultuſque eſt in Conuentu S. Mariæ de Gratiis propè Bargam, qui eſt 19. Prouinc. Tuſcię. De eo Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chron. lib. 7. cap. 10. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 50. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1488. §. 12. Daça part. 4. Chronici Minor. lib. 1. cap. 28. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1451. §. 45. & ann. 1471. §. 26. item tom. 7. ad ann. 1489. §. 6.

§. 2. *B. Petri à Garrobiliis, Confeſſ.* [b]] Prouinciæ S. Michaelis erat alumnus, quãdo in Mechioacanicum Regnum apud occiduos Indos iter eſt aggreſſus. Qui poſtquam Indicum iſtius patrię idioma (hoc Taraſcum vocant) apprimè didiciſſet, totum ſe infidelium conuerſioni dedit. Nec tamen fruſtra: cùm infinitos penè idololatras Chriſti fidem ſuſcipere ſuis feruentiſſimis concionibus coegerit, & mille aliquando idola, vno die, vel ignibus tradiderit, vel in fruſta comminuerit. Execrabilia præterea quædam ſacrificia, à Montanis Scatulenſibus Indis Dæmonibus offerri ſolita, longè eliminauit. Qui tandem ſenio confectus, meritiſque opimus, graui morbo correptus, animam cœlo reddidit, Sinſonzæ, in Conuentu S. Franciſci. Floruit ann. 1530. Memoratur à Gonzaga part. 4. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 1. Prouinciæ SS. Petri & Pauli. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 28. ann. 1535. Rapinæo in Hiſtor. General. Orig. Recollect. Decad. 7. part. 3. §. 1 pag. 367. Mariano lib. 2. cap. 22. Chronic. Reſſormat. Daça, ſup. lib. 2. cap. 31.

B. Paulini Confeſſoris. [c]] Sacerdos fuit ex Camaldulenſi Capucinus. Vir omni virtutũ genere ornatus; inter humiles humillimus, tãque ſui contemptu gaudens, vt contumelias pro ſummis honoribus haberet; à carnibus & vino perpetuò abſtinuit: panis, ac fructuum vnica in die refectione contentus. Somni ita parcus, vt vnica illi tantum noctis hora ad quietem ſufficeret: reliquas verò in oratione Domini, ac Diuinarum rerum contemplatione conſumeret: ſuis precibus infirmos à morbo liberauit. Supremum denique vitæ finem in Conuentu S. Seueri in Tuſcia, ſanctimoniæ fama celebris imponit. Vide Bouerium Tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1568. §. 27. quo in cœlum abijt. Ex MSS. Prouinc. Tuſciæ. §. 3.

B. Blaſij Confeſſoris. [d]] Fuit dignitate Sacerdos, & ob morum probitatem, Magiſtrum Nouitiorum, multis annis, maxima cum laude, egit. Tanta autem orationis virtute pollebat, vt manens in choro, dies noctesque in ea duceret. Cùm autem martyrij palmam ſe conſecuturum ſperaret, ad Barbaras gentes traiecit. Euangelicæ prædicationis gratia, ſed Deo aliter diſponente, in patriam coactus eſt redire: vbi fœliciter mortis debitum ſoluit: à Religioſis & ſæcularibus, ob famam ſanctitatis, in honore habitus. Sepultus eſt in Conuentu Guadalfagiarenſi, qui eſt 4. Prouinc. Caſtellæ. Qua de re Salazar. lib. 2. Chronic. eiuſd. Prouinc. cap. 22. §. 4.

B. Proſperi Confeſſ. [e]] Ex Minoritis Obſeruantinis laicus, ad Capucinos tranſijt; apud quos, tantum in quolibet virtutum genere, ac præſertim obedientia profecit: vt nunquam Superioris præceptum, vbi ipſius voluntatem ſubolfaceret, expectaret, ſed facto ſemper anteuerteret. Humilitate, paupertate, patientiaque fuit inſignis. Quamplurimas quoque à Dæmone, qui longas ipſius in oratione vigilias extimeſcebat, inſidias, ac infeſtationes perpeſſus, victor tandem euaſit: vitamque in Anconæ Conuentu, magna cum ſanctimoniæ laude, ſep- §. 5.

Digitized by Google

de, ſeptuagenario maior, concluſit. Ita Bouerius ſup. ad ann. 1573. §. 8. & 9. quo cœleſtia petiuit ex MSS. Prouinc. Marchiæ.

§. 6. *B. Vrbani Confeſſ. f*] nobili genere natus, ac iam Presbyter in ſæculo, S. Franciſco nomen dedit inter Patres Capucinos. Paupertatem & humilitatem ſic adamauit, vt nec ſine illis viuere videretur: quibus cæteris admodum illuxit ſibi ſubditis, quando ad prouincialatum, Commiſſariatum, ac Deffinitoriatum generalem aſſumptus eſt. Prædicationis munus, tanto charitatis æſtu exercebat; vt cùm confluentis populi multitudini plerunque Eccleſiarum amplitudo non ſufficeret, ſæpè in plateis Dei verbum diſſerminare compelleretur. Conciones ſuas perfectis virtutum exemplis animabat: orationi diu noctuque vacans; cibo parco vtebatur; in quo ſola legumina, aut herbæ locum obtinebant. Hinc totum ſe ad lites dirimendas, paces componendas, auerſoſque animos inter ſe conciliandos, effundebat. Procellam à Dęmone commotam oratione diſſoluit; meretrices ad Chriſtum conuertit; panem operariis prece ſua multiplicat; & cæt. Tandem, cum in S. Angeli Prouincia, Vicarius Prouincialis eſſet, & viſitationis munus obiret, ad Coronam, infirmatus ad mortem, euolauit; in Conuentu Serrę Capreolæ: cuius corpus per tres annos integrum ac incorruptum eſt repertum. Hæc ex Bouerio ſup. ad ann. 1578. §. 12. & ſeq. quo migrauit in cœlum ex MSS. Prouinciar. S. Angeli, & Vmbriæ.

B. Anonymæ Virg. g] Ætate, vitæque ſanctitate exornata deceſſit, circa ann. 1500. vide Foderetum in deſcriptione Monaſterij Aneſſiacenſis Diœceſis Gebennenſis. §. 7.

TERTIO DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

APud Hyberniam, In territorio Ardfertenſi, paſſio Beatorum [a] Martyrum, Donati, Philippi, & Mauritij pro fide Catholica ab hæreticis occiſorum. Allarij in Territorio Orenſano, Beati [b] Garçiæ Blandez, Confeſſoris: qui nobiliſſima ortus proſapia, oratione etiam, ac feruentiſſimo amore in Chriſtum, pollens, plurimùm valuit in ſalute proximi procuranda. Demùm prouincialatus munere laudabiliter expleto; ac virginitate, quam perpetuò illibatam ſeruauit, & miraculis illuſtris, exceſſit è vita. Caſinchiæ, propè Venzolaſcam Corſicum oppidum, Beati [c] Franciſci à Venzolaſca, Confeſſoris: humilitate ac pietate ſpectabilis: qui, & ſignis admirandis viuus ac mortuus refulſit. Vitioſæ in Hiſpania, Beati [d] Alphonſi ab Erena, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis ac perfectionis viri. Brixiæ, Beati [e] Mathiæ Bellintany, Confeſſoris, diſertiſſimique Concionatoris: qui Religione, eruditione ac ſignis illuxit. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [f] Andrææ de Bandinis, virginis.

IVLII XX.

§. 1. B*B. Martyrum Donati, & [a]*] Anno 1582. Hæretici irrumpentes, in Conuentum, (qui extat in parua inſula fluminis *Sianani*, Diœceſis *Ardfertenſis, in Hybernia*) & continuò comprehenſi Donatus Hinrecan, Philippus Ofeus, & Mauricius *Oſcallan*, Religioſi ſenes, & debiles (qui imminentem perniciem cum reliquis ſodalibus effugere non poterant) & violenter crudeliterque attracti ante ſummum altare, ibidem tanquam ſacræ victimæ, in conſpectu Domini iugulati ſunt. Ita MSS. monimenta Hybern. & Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1470. §. 20.

Beati Garciæ Blandez, Confeſſ. [b]] Lucentiæ in Gal-
§. 2. licia, nobili familia natus eſt: qui vt ſæculi vanitatibus, & illecebris expeditius renuntiaret, Ord. Minor. adhuc iuuenis intrauit. Caſtitatem ſummoperè coluit, orationis erat amantiſſimus; Paſſionem Dominicam lachrymabunda compaſſione meditabatur, ex qua conſolationum ſpiritualium hauriebat copiam. Sanctiſſimam Deiparam ſingulari deuotione proſequebatur; cuius & frequenti viſitatione haud modicum delectabatur. In concionibus, & colloquiis mutuis, illius verba tanto diuino amore erant inflammata: vt corda audientium omninò attolleret, traheretque in ſupernarum rerum contemplationem. Radij enim ſplendidiſſimi à facie eius emiſſi iugiter cernebantur: quibus & operabatur efficaciſſimè, quę cæteris perſuadebat, & multorum ſecreta pandebat. Prouinciæ. S. Iacobi in Gallicia Miniſter Prouincialis extitit, & Confeſſarius Violantis Caſtellæ Reginæ, Regis Alphonſi X. vxoris. Demum vitæ ſanctitate, virginitate, & miraculis clarus, obdormiuit in Domino, ann. 1332. Apud Conuentum S. Franciſci Orenſæ: cuius ſacrum corpus poſtea tranſlatum eſt ad Monaſterium S. Claræ Allarizij (vbi nonnunquam confeſſarij harum Monialium munus exercuerat) & in altero Eccleſiæ Sacello honorificè reconditum: cuius meritis plura in dies beneficia, miſericors Deus, fidelibus præſertim ipſis monialibus, quarum ad illum deuotio incredibilis eſt, impertitur. Horum omnium abundè meminit Marcus Vlyſſip. 3. part. Chron. Minorum lib. 9. cap. 1. 2. 3. Item Gonzaga 3. part. Originis Seraphicę Relig. in præf. Monaſt. Allarizij, quod eſt 6. Prouinciæ S. Iacobi. Toſſin. libr. 1. Hiſtor. Seraphic. Marieta: lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſp cap. 27. Vvadingh. tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1290. §. 34.

B. Franciſci à Venzolaſca, Confeſſoris. [c]] Scribit de eo Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu S. Franci. §. 3.
Caſinchiæ (qui eſt 9. Prouinciæ Corſicę) vbi ſacrum eius corpus requieſcit: erat autem laicus profeſſione. *Poſterior, inquit, B. F. Franciſcus à Venz. ex maxima*

Digitized by Google

quadam humilitate infimis officiis perpetuò intendere voluit: quapropter à Deo Opt. Max. omnium bonorum largitore, tum in vita, tum quoque in morte, exaltari meruit. Mundauit ſiquidem adhuc viuens, crucis ſigno, fœminam quandam, nomine Mariam Franciſcam, legitimam Ambroſii de Epiſc. filiam, atque Griſii Venzol. vxorem, à grauiſſima lepra, qua infecta erat, & cuiuſdam Pauli Venzol. à Dæmone, eodem pharmaco vſus liberauit. Mortuus verò ipſa die 20. Iulij, ann. 1570. cuidam Matthia, de Tertio Seraphic. P. Franciſci Ord. omninò cæcutienti, perfectum oculorum viſum reſtituit, & plurimos è Dæmonum poteſtate, à quibus mortaliter contorquebantur, eripuit. Eadem atteſtatur Barezzus 4. part. Chronic. Minor. 5. lib. cap. 18.

§. 4. *Beati Alphonſi ab Erena, Confeſſoris.* [d]] Vitæ ſanctitate admodum floruit: qui poſtquam in Flandria ſub vexillis Caroli V. Germaniæ Imp. cui ob animi fortitudinem gratiſſimus extitit, ſtrenue militaſſet; ſub Chriſto Regum Rege, in Prouincia ſancti Ioſeph. multo fortius, fœlicius, atque glorioſius decertauit, ita vt ob eius ſingularem vitæ perfectionem, atque heroicas virtutes, Guardianatus, Cuſtodiatuſque officiis functus fuerit; in quibus tamen laudabiliter ſe geſſit, etſi Laicus ſolummodo eſſet, atque de Dæmone humani generis cruento hoſte illuſtres triumphos reuexit, diemque clauſit extremum ann. Chriſti 1575. in Conuentu ſancti Ioannis Baptiſtæ Vitioſæ, (qui eſt 3. præfatæ Prouinciæ) vbi & ſepultus eſt. Agunt de eo Gonzaga part. 3. ſup. in eodem Conuentu, & Barezzus ſup. lib. 7. cap. 12. & lib. 8. cap. 61. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 11. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 11. & 35.

B. Matthia, Confeſſ. [e]] Vixit in Religione, ann. 60. quorum quinquaginta conſumpſit in prædicatione verbi Diuini, magna cum ſanctitatis opinione, & miraculorum corroboratione. Lutetia, Lugdunum, aliæque huius Chriſtianiſſimi Regni vrbes ampliſſimæ, eius notitiam habuere: dùm inibi apud eas, pluribus annis, ſumma cum laude concionatus eſt, pietatem illius admirantes, atque doctrinæ ſuæ magnitudinem æquè ac ingentem animi feruorem; in tot prædicationibus, haud ſine animarum fructu, ab ipſo editis. Quo tandem mortuo, ann. 1611. ac iam 15. annis humato, pollex, quo ita deuotè docteque ſcripſit; lingua qua ſic fructuoſè eſt exhortatus, & cerebrum, quod tam fœliciter continuæ contemplationi dicauit Diuinæ; reperta ſunt ita recentia, & integra, ac ſi adhuc viueret. Memoratur à Ioan. Baptiſta, Peruſino, in proloquio ad vitam B. Fœlicis à Cantalicio, Capucini. Vvilloto, ſub. Gonzaga, item ſup. in ſcriptor. illuſtr. Ordiniis Minorum. Bouerio, tom. 1. Annalium Capucinor. in indice Author. MS. tum ad ann. 1553. §. 9. ann. 1576. Item tom. 2. ann. 1611. Ardinghello, in Appendice *Congeminatæ vocis Turturis*, oſtenſione 4. Poſſeuinus ſup. Corbinolib. 8. pag. 192. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 5.

Beatæ Andreæ de Bandinis, Virginis. [f]] Vita, & virtutibus claruit in Monaſterio Clariſſarum Volaterræ, quod eſt 1. Prouinc. Tuſciæ. Illius meminere Gonzaga ſup. part. 2. ibid. & Barezzus ſup. lib. 4. cap. 30. ad ann. 1563. §. 6.

DVODECIMO KALENDAS AVGVSTI.

Lvgduni, Octaua ſancti [a] Bonauenturæ, Cardinalis, & Epiſcopi Albanenſis. Tholoſæ, Beati [b] Oliuerij Maillardi, Confeſſoris: Doctoris, ac Concionatoris eximij: qui totius Ciſmontanæ Obſeruantinæ familiæ iterato Generalis Vicarius electus, necnon Legatus Apoſtolicus à Summo Pontifice in Gallias directus, tandem Prophetiæ dono, religione, ac vitæ ſanctitate conſpicuus, obdormiuit in Domino, & poſt mortem miraculis coruſcauit. Vxenti Salentinorum in Apulia, Beatj [c] Angeli Pelitenſis, Confeſſoris: ſumma humilitate, ſimplicitate ac manſuetudine inſignis. Apud Marianum-montem, in Caſtullonenſi Saltu, Beati [d] Ioannis à Sillis, Confeſſoris: ingentis perfectionis atque contemplationis viri. Fulginij in vmbria, Beatæ [e] Gabrielæ à Peruſio, Virginis: dono orationis, & contemplationis admodùm emicantis.

IVLII XXI.

§. 1. *Octaua Sancti Bonauenturæ.* [a]] Solemniter agitur in toto Ordine Seraphico ex conceſſione Sixti IV. Summi Pontificis; qui & Indulgentias dedit viſitantibus Eccleſiam Fratrum Minor. Lugdunenſ. vbi ſacræ illius aſſeruantur Reliquiæ: ſeu iis qui interſunt officio diuino hac die ibidem celebrato: vt conſtat ex Bulla canonizationis ipſius ſancti Bonauenturæ. Eius feſti memoria recenſetur in Breuiario antiquo, & nouo Ordinis Fratrum Minor. & Toſſiniano lib. 1. Hiſt. Seraphic. in eo.

§. 2. *Beati Oliuerij Maillardi, Confeſſoris.* [b]] Gallus erat natione, patria Armoricus Britannus, atque Prouinc. Aquitaniæ recentioris alumnus: Concionator famoſiſſimus, Theologus Pariſienſis, vita, & virtutibus clarus. Nam & Prophetico ſpiritu donatus eſt: atque huius Ciſmontanæ familiæ Obſeruantiæ, ter Commiſſarius ſeu Vicarius generalis electus: nempe an. 1487. in Conuentu Sanctæ Mariæ de Angelis, in ſuburbiis Tholoſæ; item ann. 1493. Florentiæ, quæ ad Prouinciam ſancti Ludouici ſpectat, & ann. 1499. Mechliniæ in Belgio: qui etiam Apoſtolica Legatione, ab Innocentio VIII. Summo Pontifice ad Carolum VIII. Francorum Regem Chriſtianiſſimum, prudentiſſimè functus eſt. Demum ſanctitate celebris, obiit ann. 1502.

apud

Digitized by Google

apud præfatū Conuentum Tholoſanū (non verò apud Narbonenſem, vti perperam habet Gallia Chriſtiana in Narbonenſib. Archiepiſ.) cuius fama permoti Patres, in Comitiis generalibus Barcinone ann. 1508. apud Conuentum Beatę Mariæ de Ieſu, in feſto Pentecoſtes habitis, hęc decreuerunt. *Item conceditur quod corpus Reuerendi Patris Fratris Oliuerij Maillardi transferatur de loco Capituli, in quo fuerat ſepultum, ad capellam nouam in eius honorem fabricatam.* Ibique miraculis coruſcare glorioſiſſimè aſſeritur. Nonnulla ſcripſit opuſcula, quibus ingenij ſui Monimenta poſteris dereliquit. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronicorum Minorum lib. 7. cap. 10. 20. & 33. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in memoriali Ordinis. Seraphic. ſub. 37. Miniſtro totius Ordinis. Speculum Fratrum Minor. ibid. fol. 76. & 77. Gneſnerus in Bibliothec. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Franciſcus de Cruce-Mainenſi in Bibliotheca Franc. ſcriptor. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. relig. vbi de ſcriptoribus Eccleſ. de Vicariis generalib. obſeruant. Ciſmontan. deque BB. viris huiuſce Ordinis, item part. 3. in Conuentu 11. Prouinciæ Aquitaniæ Antiquior. & in Conuentu 18. Prouinciæ Coloniæ; ac Conuentu 9. Prouinciæ Bæticæ. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera O. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 1. Choppinus lib. 1. Monaſtic. titul. 1. §. 16. Catelus lib. 2. Hiſtor. Linguæ Occitan. cap. 2. pag. 208. Mariana de rebus Hiſpan. lib. 26. cap. 4. ann. 1493. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1481. §. 28. & ad ann. 1492. §. 37. & ann. 1493. §. 10. Mireus de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 8. Albaſpina in notis ad regulam Minor. vbi de Memoriali Ordinis. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Hunc Ferdinandum Arragon. Regem magna vi pecuniæ deuiciſſe, vt eo interueniente, apud Carolum VIII. Reg. Gall. Comitatus Ruſcinonenſ. ſibi redderetur, perperam autumant Ferronus lib. 1. de reb. Gall. in addition. ad Æmylium ſub Rege Carolo VIII. & nonnulli alii critici Auctores. Nunc verò præfatus comitatus armis inuictiſſimis Ludouici 13. Galliarum Reg. potentiſſimi ac Chriſtianiſſimi ſubactus, Perpinianenſi primaria eius vrbe, in deditionem accepta, ann. 1642. menſe Septembris Francico eſt annexus imperio.

§. 3. Vt autem cunctis innoteſcat quanti meriti, & laudis eſſet apud Pontificem Romanum, & Regem Galliæ audias, velim, litteras Summi Pontificis ex archiuo noſtri Conuentus Recollectorum in ſuburbio S. Michaelis ciuitatis Toloſanæ.

LITTERÆ APOSTOLICÆ AD REVERENDVM PATREM Beatum Oliuerium Maillardi ſcriptæ à ſanctiſſimo Domino noſtro Innocentio Papa VIII.

Dilectio filio, Fratri Oliuerio Maillardi, Ordinis Minorum de Obſeruantia, partium Vltramontanarum Generali Vicario, ac ſacræ Theologiæ Profeſſori.

INnocentius Papa VIII. Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus à fide dignis, multa de doctrina, puritate, & Religionis zelo, ac vitæ exemplaritate tua; quibus fit vt apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, ac Conſiliarios de Parlamento, in bona ſis gratia, & exiſtimatione, & ſperas, vt nobis relatum eſt, tuo nomine, aſſiſtente tibi diuina gratia, poſſe apud eos operari, vt Pragmatica conſuedo, quæ tantum inoleuit, non ſine præiudicio magno, & diminutione honoris huius ſanctæ Sedis, tollatur: & iura ipſius Sedis in integrum reſtituantur: placuit id nobis audire, de moribus, & vita tua, & in ſpem venimus poſſe te huic ſancto negocio multum prodeſſe; hortamur itaque deuotionem tuam, & tibi committimus vt omni ſtudio, & diligentia rem hanc aggrediaris, & perficere ſtudeas, Regemque, & Conſiliarios præfatos, ac alios, ad quos huiuſmodi negotium pertinet, inducere, ad id coneris. Nam ſi tua opera huiuſmodi negocium confici, & Pragmatica ipſa ſanctio aboleri poterit, magni id erit apud Deum meriti, conſequeris ab omnibus laudem, & apud nos, & hanc ipſam Sedem gratiam non paruam tibi comparabis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die decima Iulij 1488. Pontificatus noſtri anno quarto. §. 4

Signatum. BALBARVS.

ITEM IDEM.

INnocentius Papa VIII. Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex tuis, ac Oratorum noſtrorum apud Chriſtianiſſimum Francorum Regem litteris, intelleximus te in negocio Pragmaticæ magnam adhibuiſſe diligentiam, cauſamque noſtram ac huius Sanctæ Sedis in ea re maximè commendatam habere: quod nobis gratiſſimum fuit, & tuam exindè deuotionem plurimum in Domino commendamus; functus es officio probi Catholici, & verè Religioſi viri, & quia audimus te è Gallia diſceſſiſſe, & veniſſe in Germaniam: tuamque præſentiam admodum eſſe neceſſariam in perficiendo dicto negocio, quod hactenus ſumma fide, & ſtudio cœpiſti; hortamur deuotionem tuam, & attentè requirimus, quatenus pro noſtra, & dictæ Sedis reuerentia, ſtatim ad Regiam Curiam in Galliam redeas, ibique iuxta traditam tibi ex alto facultatem, Oratoribus ipſis noſtris, in tam pio ſanctoque incepto coopereris, vt tua potiſſimum opera, & induſtria, ad votiuum exitum perducatur: facies rem Deo acceptam, nobis, ac indè gratam, & tua probitate dignam. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die nona Iunij 1489. Pontificatus noſtri anno quinto. §. 5.

Signatum.

A. TRAPESVNTIVS.

Digitized by Google

EPIGRAMMATARIVM CARMEN IN LAVDEM ſanctæ memoriȩ Reuerendi Patris Oliuerij Maillardi.

§. 5. *CVnctarum exemplar virtutũ inſigne decorũ*
Lignipedum in ſacra Religione iubar:
Inſuper illorum, Rectorque in Claſſe Minorum
Obſeruantinos, quos cita fama vocat,
Sincerum multa ſuffultus Pallade pectus,
Non minus in cuncta tu probitate micas.
Hinc varias terras paruo deuectus aſello
Circuis, & multo membra labore quatis,
Heſperia & Gallus diuiſus ab orbe, Britannus,
Et qui Germanos incoluere lares,
Hungarus, & Saxo cuncti ſenſere tonantem,
Altiſonâ, contra crimina cuncta, tubâ.
Cor graue mundanos faſtus, & vana ſequentum
A te de propria verba ſalute capit:
Sic proprio totus conſperſus dogmate mundus
Priſtinos mores deſerit, & vitia.
Iam non dira ſua ſectatur crimina vita,
Fit penitus iuſtus qui fuit ante malus.
Quique priùs ſanctos linguá macularat amarâ,
In Domini laudes ſoluit, & ora modò,
Nec dubito quin nunc meritis pro talibus ædes
Spiritus ipſe tuus incolat æthereas;
Oſſa quidem tumulo tua ſunt tumulata ſub iſto,
Sed tibi dant ſedes cœlica regna ſuas:
Quare age ſollicite te nunc (Maillarde) precamur.
Et tibi deuoto pandimus ore preces.
Sis memor vt noſtri ſuperûm penes ipſe tonantem;
Ne ſua nos celeri comprimat ira gradu.
Det veniam culpis, maculas abſtergat, & omnes
Defunctos ſuperis collocet atque polis.

ORATIO.

Et Tu ſumme Deus celſi moderator Olympi,
Qui mare, qui terras, cuncta creata regis,
Quique ſuum humano veſtiſti corpore Verbum,
Pacato has petimus ſuſcipe corde preces,
Pro nobis ſedulo præſtes rogitante Maillardo
Te ſine fine frui, te à ſine fine regi; *Amen.*

In die S. Antonii de Padua anno Domini 1502. Obiit ille reuerendus, & ſanctæ memoriæ Pater Oliuerius Maillardi in hoc paruo Conuentu Obſeruantię Toloſæ: Attamen hac die recolitur, vt reor, ob Tranſlationem factam ſui corporis, de qua ſupra: nam Catelus lib. 2. Memorial. Hiſtor. Septimaniæ in vrbe Toloſana, pag. 208. hac die, egerunt & alii ſup.

Beati Angeli Pelitenſis, Confeſſoris. [c] Dictus eſt. §. 6.
Pelitenſis, ſeu ab *Altamuræ*, cuius tanta humilitas fuit, tantaque manſuetudo, vt paſſim tum à fratribus, tum quoque à ſæcularibus *Ouicula* nuncuparetur. Diem clauſit extremum in Conuentu S. Mariæ de Pietate apud Vxentum Salentinorum vrbem: magno cum circumuicinorum populorum luctu, qui tanti viri ſanctitatem optimè nouerant. Floruit an. 1500. Illius meminere Gonzaga 2. part. ſup. in præfato Conuentu Vxentino, qui eſt 7. Prouinc. S. Nicolai. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 52. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1430. §. 39.

Beati Ioannis à Sillis, Confeſſoris. [d] *Aſſilles*, ſeu §. 7.
Aſſillenſis, aut *à Sillis* cognominatus eſt. Vir ſanctiſſimus fuit, floruitque circa ann. Chriſti 1520. in Conuentu ſanctæ Mariæ de Angelis, in Caſtullonenſi Saltu Hiſpaniæ; Erat etenim omni ex parte perfectus. Orationi atque rerum cœleſtium maximè contemplationi vacabat. Cúmque ſemel opportuna ad meditationem loca quæreret, illi ex inſperato obuiauit mulier omnino nuda, atque crinibus ab ipſa natura veſtita, quæ, aliquando peccatrix cùm extitiſſet, ad Deum conuerſa in quodam ſolitario, ac procul ab hominum frequentia ſemoto ſpecu, per integrum decennium, ſtrictiſſimam egerat pœnitentiam. Hanc igitur proprio mantello contectam, ad huius loci Eccleſiam perduxit deuotus Pater, ſibique, & confeſſionis, & Euchariſtiæ ſacramenta miniſtrauit. Cùm itaque idem beneficium iterum atque iterum ab ipſo B. Patre receptura hunc locum præfata mulier repetiiſſet; graui tandem infirmitate correpta, obdormiuit in Domino, atque in præſentis Monaſterii Eccleſiâ ſepulta eſt. Quo quidem tempore B. Ioannes hanc vocem è cœlo delapſam audiuit: *Dilectam meam ego iam in cœlo me ipſe paſco.* Huiuſce ſanctæ mulieris corpus immò, & ſpelunca, (vbi tandiu egit pœnitentiam) prout, & præmemorati Beati Patris Ioannis, cineres, in maxima apud vicinos populos veneratione ſunt. Agunt de eo Gonzaga part. 3. ſup. in prędicto Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Angelorum. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 39. Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 1. part. 1. §. 6. Marianus lib. 2. cap. 1. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Refformat. §. 8. Wadinghus Tom. 7. ſup. ad ann. 1488. §. 31.

B. Gabrielæ Virginis. [e] Bonitatis fuit multùm eminentis, altiſſimoque contemplationis ſpiritu extitit do- §. 8.
tata: quo ſæpè viſa eſt eleuata ac ſubleuata in aere, rapta & abſorpta in Deum. Illius meminerunt Iacobillus de SS. Fulginatibus in vita B. Margaritæ Fulginatis 13. Iunij, & Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1440. §. 24. & tom. 6. ad ann. 1472. §. 60.

VNDECIMO

VNDECIMO KALENDAS AVGVSTI.

APud Maſſiliam, Natalis Sanctæ [a] Mariæ Magdalenæ: quæ poſt Chriſti Aſcenſionem, nauigio in Galliam diuinitus delata, illic ſancto fine quieuit. In territorio Ebroicenſi, Beati [b] Ludouici Gripplj, Martyris: qui in perſecutione Caluiniſtarum hæreticorum, ob fidem Catholicam tentus, & manuali tormento in ore eius diploſo, occubuit. Londini in Anglia, Beati [c] Godofredi, Martyris: qui pro Chriſto, vincula, & carceres expertus, ad vltimum gladio occiſus eſt. Romæ, Beati [d] Angeli Pinciani, Confeſſoris, ſcientia, & vitę perfectione conſpicui: qui vnus ex præcipuis fundatoribus Prouincię Sancti Gabrielis Diſcalceatorum exiſtens, eamdem ſanctiſſimè, pluribus annis, in munere Prouincialatus, gubernauit, ac tandem bonorum operum meritis cumulatus, migrauit ad Dominum. Ferulæ, in Sicilia, Beati [e] Matthæi Ferulani, Confeſſoris: virtutibus, & miraculis clari. Cocolanis in India Occidua, Beati [f] Stephani ab Antiqua Mellaria, Confeſſoris. Vlyſſipone, Beati [g] Laurentij à Brunduſio, Confeſſoris: doctrina, pietate, & ſignis admirandis illuſtris. Beluiſij in territorio Placentino Hiſpanico, Beatæ [h] Magdalenæ à Sepulchro, Virginis, Abbatiſſæ: quę oratione, pœnitentia, & patientia inſignis: Prophetiæ dono, ac miraculis floruit.

IVLII XXII.

§. I. B*Eata Maria Magdalena.* [a]] Huius beatiſſimæ pœnitentis, Chriſto dilectæ, & Apoſtolis coæquandę feſtum præcipua deuotione ſeruatum eſt à Fratribus Minoribus, maximè Gallis: vndè in Capitulo Toloſano generali, anno 1496. ſancitum eſt, vt huiuſmodi feſtiuitas ageretur, fieretque duplex: deindę anno 1565. in Capitulo generali Valiſolétano, inſtitutum fuit celebrandam fore in poſterum ſub ritu duplicis maioris. Iuxta conceſſionem Iulii 2. Pap. die 10. Auguſt. ann. 1504. vide Rodericum tom. 1. Bullar. Firmamentum trium Ordin. part. 3. ac Speculum FF. Minor. tract. 3. circa diuinum officium. Porro extat in Gallia, Prouincia Recollectorum erecta ann. 1619. ſub titulo Sanctæ Mariæ Magdalenæ: nec abs re, quandoquidem in diſperſione Diſcipulorum Chriſti, quæ poſt necem Sancti Stephani contigit, Hieroſolymis à Iudæis pulſa, cum Fratre Diuo Lazaro, Beata Martha, ſorore, & aliis, nauique ſine remigio in certúm periculum impoſita, Phocenſem in Prouinciam deducta cœlitùs, Maſſiliam appulit: mox intima regionis penetrans, in locum ſolitarium ſeceſſit, vbi admirabili ſanctitate Domino famulata eſt, ac fœliciter obiit: cuius Reliquiæ, & ſepulchrum adhuc inibi proſtant: caputque eius integrum patenter cernitur, ac veneratur pia Regum, Principum, & aliorum fidelium deuotione; vti præſens gratanter conſpexi ann. 1620. & 1642. Multa lubens pertranſeo, quæ latiùs erunt à nobis explicanda, in rebus Neuſtriacis propè diem edendis: quibus palam hoc ipſum probabimus, tum ex Antiquioribus venerandæ antiquitatis Monimentis, tum ex grauiorum Authorum probata authoritate: Poſt fidelem traditionem tot ſæculis confirmatam: vt proindè pudeat eos, (qui contraria ſentiunt) more criticorum nonnullorum de omni re dubitantium nihilque credentium, niſi quod Cacochimo eorum genio arriſerit admittendum. His interim coronidem addet Vrbanus VIII. Pontifex Maximus; qui dum olim, per otium muſis haud remiſsè intenderet, pręclaro Encomio hæc eadem celebrauit; cui enim non arridebit illud poema, quod ſic lepidè cecinit?

Digitized by Google

DE SANCTA MARIA MAGDALENA.

ODE.

STROPHE I.

INnixa pennis verſicoloribus
Bombice fulgens diuite,
Mollis reuincta floribus
Crines, procaci fronte, lubricóque
Adſpici vultu, facilique dulcis
Flexu loquelæ cordibus imperat
Mortalium, quos dum beare creditur
Interimit, ſuaui præbens ſub lacte venenum,
Atque truces molitur hyænâ
Sæuior inſidias,
Nouúſque Protheus mille formas induit,
Vt ſacra leges Themidis reſoluat,
Blanda voluptas.

ANTISTROPHE I.

Hæc innocenti ſanguine dexteram
Regis Dauidis polluit,
Quo nullus antè gratior
Regi ſupremo cælitum: capillis
Indidit cæſis tibi vincla Sampſon,
Vt te ſuperbis traderet hoſtibus,
Quem nulla vis potuit feracem ſubdere:
Huius, & impulſu fallacia numina Diuûm
Diuino dignatus honore eſt
Rex ſapiens Salomon,
Qui conditori ſyderum quondam pius
Inclytam ſumptu, celebrémque gaza
Struxerat ædem.

EPOD. I.

Quid MAGDALENAM *mirer incautam premi*
Dura compede vinctam
Dira ſub dominæ iugo
In flore primæuo iuuentæ?
Quid excolentem corporis
Numine poſthabito decorem?
Illa comas olim gemmis ornabat, & auro,
Studens amantibus videri pulchrior,
Pubemque gaudens cernere
Lentis ignibus vri.

STROPHE II.

At cùm ſororis vocibus anxiis
Chriſtus precantis annuit,
Almo iubente Spiritu,
E parte cæli deſilit ſerenâ,
Regiam vittis redimita frontem
Puro coruſcans lumine Gratia:
Vt pulchra nubes Iridis coloribus
Depictas pedibus premit, & fœlicis oliuæ
Defert donatura coronam.
Protinus his radiis
Icta cadit artus detegens, & exhibet
Tabidâ nolens cute ſe videndam
Fœda voluptas.

ANTISTROPHE II.

Tu MAGDALENE *diſcutis inſitas*
Mentis tenebras, & iacens
Immane monſtrum conſpicis
Non antè viſum. Quo pudore malas
Inficis? Quales gemitus profundis?
Iam margaritas ponis, & aureos
Incompta crines prodis, & Chriſto ream
Te ſiſtis, lacrymiſque pedes veneraris abortis,
Atque ſacras mœſtiſſima plantas
Lambis, & imbre rigas,
Comiſque tergis, & relata negligis
Probra, mox culpis capis exoluta
Pignus amoris.

EPOD. II.

Amanſque amantis igne Chriſti feruida
Flagris membra cruentans,
Priſcos prouida ſanguine
Extinguis ignes, & fideli
Amore conſtans, greſſibus
Impauidis ſequeris Magiſtrum,
Per gladios haſtaſque Crucis miſerabile pondus.
Hæres ſepulchro lacrymans, & exerat
Seu condat vndis ſol iubar,
Comples queſtibus auras.

STROPHE III.

Amor pericli neſcius horridi
Vt morte perſtat fortior!
Fruſtra frementis æquoris
Iudæa frendens obiicit procellis
Te neci damnans: moderantis expers
Nauta phaſelus, non ope remigis,
Velíue currit humidas pelagi vias:
Se placidi ſternunt fluctus, ſe lucidus æther
Nube carens ventiſque ſerenat.

Iam

Iam Paphon, atque Rhodon.
Certámque linquit, iam Zacinthi littora;
Et Cephalenum legit, Actiáſque
Proſpicit oras.

ANTISTROPHE III.

O quæ trecentis hæc freta nauibus
Regina ſulcans, Cæſarem
Armis laceſſens, vltimam
Regnis parabas Italis ruinam:
Patrio pulſam lare MAGDALENAM
Si fluctuantis ludibrium maris,
Eſcam futuram piſcibus, nunc cerneres
Cælicolas inter diuini nectaris hauſtu
Sublatam ſuper æthera veſci,
Deliciiſque frui
Cæleſtis aulæ, quid tibi mentis foret?
Quid decor formæ, Phariúſque factus,
Sceptráque proſunt?

EPOD. III.

En luce functa habes pudendam regij
Solùm nominis atro
Regni è funere gloriam.
Nec læta vixiſti, ſuperſtes
Vix vna puppis reddidit
Te patrio profugam Canopo.
Conderis, & viuens latebris abſtruſa ſepulchri
Coacta mox lethum colubri morſibus
Vltro ſubire, Cæſaris
Subducenda triumpho.

STROPHE IV.

At MAGDALENE *per Siculum fretum*
Rabiem Charybdis præterit
Secura, fineſque Italos
Egreſſa, tendit Gallicas ad vrbes,
Huc Dei nutu, ſuperúmque ductu
Appulſa portum Maſſiliæ tenet,
Noménque Chriſti gentibus diſſeminat.
Hinc abrepta colit pendens in montibus antrum,
Quod frontem prope ſydera tollit,
Hic gemit, & lacrymat.
Hic Angelorum cætibus canentium
Adſtat, hîc vnum meditata Chriſtum,
Se quoque neſcit.

ANTISTROPHE IV.

O me patrato crimine ſordidum,
O me iacentem reſpice
Dux alma pœnitentium!
Te Chriſtus audit, nam tuis ſepulchro
Excitat fratrem precibus: furentis
Te de Draconis faucibus eximit,
Et limpidas è rupe lymphas elicit.
Salue cara Deo rupes, fons inclyte ſalue;
Iam Pindi mihi culmina ſordent:
Tu ſacra lympha precor
E corde prome lacrymas, prò carmine
Execror myrtum, mihi det coronam
Ramus oliuæ.

EPOD. IV.

O ter beatum, qui dolore percitus
Vita turpiter acta
Labes fletibus eluit,
Virtutis in regno vel ipſis
Vero referta gaudio
E lacrymis oritur voluptas.
Nil tamen in tuto mortalibus, vltima donec
Recludat hora cuique ſortem; Gloria
Perennat vna cælitum
Extra vulneris ictum.

Beati Ludouici, Martyr. [b]] Hic Prouinciæ Franciæ alumnus erat, & ab hæreticis in Diœceſi Ebroicenſi impiè eſt occiſus. Gonzaga illius meminit part. 8. Orig. Seraphic. Relig. in ſacris martyribus Ordin. Minorum, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in Prouincia Franciæ, item 3. part. in Conuentu ſancti Ioannis Baptiſtæ Ebroicenſ. qui eſt 22. eiuſd. Prouinc. aitque hunc Beatum Ludouicum *Grippium*, vnà cum B. Dionyſio *à Ponte* (de quo 23. April.) ſubiiſſe Martyrium, ann. 1563. Erat enim Eccleſiaſtes egregius ac pius & multa canitie venerandus: dúmque aliquando in cœmeterio D. Dionyſij, deſertoribus etiam tyrannis obuius factus eſſet, ac ſectam eorum prauam magna conſtantia reprobaſſet; plumbo tranſuerberato gutture, occubuit. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 5. vult id haud accidiſſe eo tèmpore, ſed in die feſto Beatę Mariæ Magdalenæ: cui & libenter aſſentimur. Scribunt de hoc præclaro Martyre, Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. libr. 9. cap. 58. Fauſtinus Taſſo in hiſtoria ſui temporis. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 58. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholicæ pag. 365. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 39. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. §. 3.

Beati Godefridi, Martyris. [c]] Anglus erat natione: §. 4. qui cum in Italiam aduenіſſet, maneretque apud Conuentum Aracelitanum, zelo ſtrictioris obſeruantiæ regularis accenſus, tranſiit ad Patres Reformatos Prouinciæ Romanæ, ann. 1591. inter quos per annum commoratus, licentiam à ſuperioribus expoſtulat in Angliam reuertendi, vt Catholicis Anglis, maximè parentibus & amicis, adeſſet, ſalutemque procuraret. Itaque an. 1592. facultate obtenta, Summum Pontificem Clementem VIII. adiit; cui & cauſam itineris pandit, & ab eo benedictionem Apoſtolicam expoſtulat. Cernens autem Papa, ingentem viri conſtan-

Digitized by Google

tiam, mirumque ſpiritus feruorem, ſatis exhilaratus eſt: & ambabus ſuis manibus ſuper faciem B. P. Godefridi, in ſignum extitit eximiæ amicitiæ, expanſis: ei benedixit, dicens: *Vade, credo enim, quod ſis verus ſancti Franciſci Religioſus; & Deum prome, ac ſancta Eccleſia, exora.* Mox traiiciens in Angliam, paulò poſt capitur, & in carcerem coniicitur: vbi aliquot annis ſumma penuria, & ærumnis non paucis afflictus, vitam duxit admirandam. Verùm, cùm in confeſſione Catholicæ religionis conſtantiſſimè perſiſteret, ad locum ſupplicij deducitur, ibique poſt diuerſa tormentorum genera, martyrium paſſus eſt an. 1598. Hæc ex Bonifacio Bonibelli in Chronic. PP. Reformat. Prouinciæ Romanæ. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 10. ſub fin. Mariano lib. 5. cap. 56. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Daça, ſup. lib. 4. cap. 32.

§. 5. *Beati Angeli Pinciani, Confeſſoris.* [d] Prouinciæ S. Iacobi fuit alumnus, concionator egregius, eruditione clarus, & in Theologia, ac in vtroque Iure exercitatiſſimus, ſocius extitit Beati Ioannis *Guadalupenſis*, & comes Beati Petri *Melgarij*: quos mirum in modum adiuuit in procuranda ac ſtabilienda, augmentandaque Reformatione per Hiſpaniam. Quot enim huius rei gratia pertulit labores! quot aduerſitates! quot tribulationes! quot terrarum peregrinationes! nam idcirco 19. vicibus, ex Hiſpania, Romam perrexit. Tantaque patientia, animique conſtantia, ac perſeuerantia ea omnia æqua mente ſufferebat: vt per 30. annos, quibus in Reformatione vitam egit, haud ab incœptis deſtiterit. Feruentiſſimus erat in oratione, pœnitentiæ & auſteritati addictus: rigiduſque altiſſimæ paupertatis æmulator. Sæpè Miniſter Prouincials Prouinciæ ſancti Gabrielis fuit electus: in quo officio tandem deceſſit è vita. Romæ an. 1531. vbi & ſepultus eſt. Egregias eius virtutes deſcribunt Marcus Vlyſſiponſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 7 cap. 37. & lib. 9. cap. 29. Gonzaga Orig. Seraphic. Relig. part. 2. in Prouinc. Pietatis, & in Prouincia S. Gabrielis, ac Conuentu 12. eiuſd. Prouinc. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 2. 4. 5. 6. 10. 26. & 63. Ioannes à S. Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſephi lib. 2. cap. 6. & 23. ex Ioanne Baptiſta Molez in Memoriali prouinciæ S. Gabrielis. Rapinæus Hiſtor. vniuerſal. Recollector. introduction. part. 2. §. 5. item decad. 2. part. 1. §. 2. 4. decad. 5. Speculum Fratrum Minorum tract. in Memoriali Ordin. fol. 79. Marianus libr. 1. cap. 18. 19. 20. ſup.

§. 6. *Beati Matthæi Ferulani, Confeſſoris.* [e] Siculus erat natione; floruit ſanctitate an. 1540. Obiitque Ferulæ, ſepultus vnà cum B. Antonio *Ferulano*, in Conuentu S. Mariæ de Ieſu, qui eſt 13. Prouinc. Siciliæ. Vtriuſque meminit Gonzaga ibid. part. 2. ſup. hiſce verbis. *Ergaſtulo carnis ſolutus, ad aſtra migrauit hoc in loco Beatus idem Pater Antonius, ſepeliri que voluit in communi Fratrum ſepulchro; cui adiunctum eſt venerabile corpus Beati quoque Patris Matthæi à Ferula; quorum vtriuſque vita, ſicut ex eadem prorſus patria originem duxit, ita quoque in omnibus ſimillima fuit, atque omninò Angelica: quamobrem & miraculis clarere, & vno eodemque lapide tegi meruerunt. Vnde & fragrantiſſimus odor exhalat; quoties aliquis Frater ibidem ſepeliendus venit.* Eadem teſtantur Barezzus ſup. libr. 3. cap. 21. Daça ibid. lib. 1. cap. 33. Wadinghus tom. 6. ſup. ad an. 1466. §. 12.

B. Stephani ab Antiqua Mellaria. [f] Hic vir Dei apud Cocolanenſes Indos Occiduos morabatur, in Conuentu S. Michaelis: quando tota ferè Prouincia horrendo quodam terræmotu contremuit: cuius vim, dùm hic Conuentus expertus ad terram deiectus eſſet, hunc Religioſiſſimum Chriſti ſeruum ſua ruina oppreſſit. Cuius ſanè mors, tantò Indis extitit moleſtior, quantò eius vita illis erat vtilior: ab eiſdem tamen denuò hic locus in tanti Patris defuncti gratiam reædificatus eſt. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 40. Prouin. SS. Petri & Pauli. Barezzus ſup. lib. 8. cap. 72. ſub an. 1584. Marianus ſup. lib. 2. cap. 43. §. 7.

Beati Ludouici, Confeſſoris. [g] Generalis extitit Capucinorum, ann. 1602. doctrina & ſingulari pietate excelluit, præcipuè in celebrandis Miſſis, in quibus lachrymas ſæpè effundebat: raptus etiam & extaſes ſæpius patiebatur. Viuus ac mortuus, claruit miraculis. Vlyſſipone ſanctiſſimè deceſſit è vita ann. 1619. hac die. Videatur R P. Ioannes Baptiſta à Peruſio, in præludio ad vitã B. Fœlicis à *Cantalicio*, Capucini: & Appendix ad Galliam Chriſtianam in Generalib. Capucin. ex Coriolano in Breuiario Chronicor. Lopez lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 13. Grauina *in voce Turturis* ſupra, Ardinghellus in Appendice *Congeminata vocis Turturis*, oſtenſione 4. Thielmans tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 8.

Beata Magdalena, Martyris. [h] Vna fuit ex primis fundatricibus Monaſterij Beluiſini, (quod eſt 6. Prouinciæ Angelorum) vbi totius virtutis & pœnitentiæ ſigna dedit: ieiunabat quaſi omni tempore, ſolo pane & aqua cum paucis fructibus reficiebatur. Semper diſcalceata inceſſit: nec per annos viginti in camera lecto cubauit. Omnibus ſextis feriis totius anni, & quolibet die Aduentus & Quadrageſimæ, pœnitentias publicas explebat in refectorio coram ſororum communitate, verba otioſa omninò refugiebat, ſanctæ orationis amantiſſima erat; tribulationes carnis patienter ſuſtinuit, Dæmoniſque tentationes ſtrenuè ſuperauit. Eius patientia inſigniter emicuit, cùm per duos annos decubuit infirma: quibus expletis mundo valedixit, cœlumque inuecta eſt, hac die, an. 1604. Vide Daçam ſup. lib. 4. cap. 50. §. 9.

DECIMO

Digitized by Google

DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

RVremundæ in Geldria, Beatorum [a] Reynerij à Lintris, & Gorgonij à Malderto, Martyrum: quorum priorẽ à Geuziis hæreticis, ob fidem Catholicam, comprehenſus, primùm opprobriis ac ludibrio affectus eſt, deinde auribus, naribuſque barbara ſæuitia mutilatum, & variis diriſque vulneribus confectum, ſuſpendio necauerunt: alter verò, Conuentus Guardianus cùm eſſet, poſt tormenta crudeliſſima, laqueis enectum ſuſpenderunt. In Apulia, propè Domum Calenam Pagum, Beati [b] Ioannis Arragoni, Confeſſoris, generis nobilitate, & vitæ ſanctitate illuſtriſſimi. Caſſaliæ in Territorio Hiſpalenſi: Beati [c] Antonij Pinti, Confeſſoris; & Concionatoris eximij: qui virtute abſtinentiæ, & pœnitentiæ clarus, dono etiam orationis ac prophetiæ fuit exornatus. Romæ, Tranſitus ſanctæ [d] Brigittæ, viduæ, ex tertio Ordine Seraphici Patris Sancti Franciſci, quæ Regio ſanguine clara, virtutibus & meritis extitit illuſtrior, demùm ſpiritu prophetico, & multis maximiſque miraculis exornata, à Bonifacio IX. Sanctarum numero eſt adſcripta.

IVLII XXIII.

§. 1. B. *Reynerij à Lintris, Mart.* [a]] Cõuentus Louaniẽſis erat alũnus, tũcq; Cõcionatoris officio fũgebatur apud ciuitatẽ Ruremundenſem, quando princeps Auriacus cum ſuis cõiuratis, videlicet Geuziis hæreticis, eam vrbem in Ducatu Geldriæ ad Moſam ſitam, occuparunt ann. Chriſti 1572. Nam cæteris fugientibus, vel ſeſe occultantibus, hic optimus Pater, in choro Fratrum orans, ſeſeque Deo committens, eorum furorem expectabat. Cúmque in templo eum reperiſſent ad altare, iuxta tabernaculum Dominici Corporis orantem, veluti ſacram Deoque gratam mactantes hoſtiam, primùm opprobriis ſunt laceſſiti: deinde multis confoſſus vulneribus, naribus, auribuſque immaniter præciſis, atroci ſuſpendio interemptus eſt. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 4. Daça ibid. lib. 5. cap. 72. Ex Thoma Bouchiero in Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Obſeruant. Franciſcanorum. Ait Martyrio coronatum fuiſſe die 3. Iunij: at Gonzaga 5. part. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinciæ Germaniæ inferioris: & Henricus Sedulius Hiſtor. Seraphic. Relig. ſub fin. vbi de Corrolariis Fratrum Minorum à Geuziis ea in Prouincia interfectorum pro Chriſto. Corrolario 1. ſcribunt id eueniſſe 23. Iulij: ſic & Surius in Commentar. rerum geſtar. ann. 1572. ac Toſſinianus lib. 2. Grauina *in voce Turturis* part. 2. cap. 24. Rayſſa in Auctario ad natale SS. Belgij Ioannis Molani ex Arnoldo Hauenſi lib. 2. erectionis nouorum in Belgio Epiſcop. cap. 6. Boënerus in Hiſtor. B. Gorgonij à *Maldecto* meminit. Sauſſayus in Martirolog. Gallicano, & Miræus in Faſtis Belgic. hac die.

§. 2. *Beati Ioannis Arragoni, Confeſſoris.* [b]] Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu Sancti Onuphrij propè Calenam, qui eſt 1. Prouinciæ Sancti Angeli: vbi ſic ait. *Inter cæteros autem ſanctiſſimos Patres ac Fratres, quos Anachoritica hæc domus nobis peperit, cumulatoſque continet: maximè radiarunt Beatus Pater Ioannes Arragonus, Federici quoque Arragoni Neapolitanorum Siculorumque Regis Nepos: vir vtique omni ex parte perfectus, atque pœnitentia addictiſſimus. Qui Neapoli apud Patruum agens, licet plurimis milliaribus diſtaret, hunc locum omnino conflagrantem conſpexit: quod cùm Regi retuliſſet, illeque certior fieri cuperet; Regium pedem alteri ipſius pedi ſuperimponere iuſſit; quo denique ſuperimpoſito, ex tempore Rex flammam fumo admixtam propriis oculis vidit; atque 20. domorum præfati pagi Domus Calenæ, tributum ſibi exſoluendum, exuſti Conuentus reparationi maxima liberalitate applicuit.* Eadem refert Barezzus ſup. lib. 1. cap. 51. ad ann. 1526. Gonzaga item in Conuentu 6. eiuſd. Prouinciæ ſup. Wadinghus tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1415. §. 27. tom. 6. ann. 1456. §. 248. at tom. 7. ad an. 1476. §. 7.

Beati Antonij, Confeſſoris. [c]] Luſitanus erat natione; vir pientiſſimus, concionator inſignis, multumque ſalutis animarum auidus; propter quod à Dæmone ſæpiſſimè diuexatus eſt, cilicium pilis aſperis & laminis æneis contextum ſemper ferebat ad carnem. Pane & aqua ſæpius ſuſtentabatur. Tota nocte ſtabat in choro orationi iugiter vacans; tantis amoris diuini, & beneuolentiæ ſignis ſpiritus eius afficiebatur: vt nonnunquam Deum precaretur ea temperare. Spiritu prophetico etiam emicuit, mortiſque ſuæ horam præſciuit & tempus; quo magna cum ſanctitatis opinione obdormiuit in Domino, cuius corpus ſepultum in Conuentu Caſſalienſi, (qui eſt 8. Prouinciæ Angelorum,) repertum eſt, poſt annos 28. integrum & ſanum; iuxta Daçam ſup. cap. 75. ad an. 1575. ex Monimentis illius Prouinciæ. §. 3.

Sancta Brigitta, vidua, ex tertio Ordine. [d]] Illuſtriſſimis piiſſimiſque orta natalibus: ab ineunte ætate virtuti operam nauauit. Adulta nupſit, licet inuita, Vlfo, Nericiæ principi: cum quo ſanctiſſimè vixit. Eo autem orbata, totam ſe dedit pietatis exercitiis. Nam proſtrata nudis genibus in terram, pernoctabat in oratione; ciborum parſimoniæ ſtudebat; diſciplinis, cilicio, & ieiuniis corpus domabat, caſtimoniam ſummè colebat; paupertatem amplexata, cuncta egenis & inopia laborantibus dilargita eſt. Perfectionem ſic adamabat vt & nouum Ordinem ſuo nomine inſignitum fundarit: in quo & ipſa profeſſionem emiſit. Terram Sanctam, limina Apoſtolorum Petri & Pauli, §. 4.

aliaque diuerſa loca pro ſua pietate viſitauit: quo tempore multis diuinis reuelationibus fuit illuſtrata, quas poſtea edidit in lucem. Romam reuerſa, beatæ vitæ curſum expleuit hac die, ann. 1373. quę vt Seraphici Patris Franciſci filia, voluit, iuſſitque, vt corpus ſuum In Eccleſiam Sancti Laurentij *Paniſperna*, (quod eſt Monaſterium Ordinis S. Claræ) humaretur. Quod tamen anno elapſo, exinde tranſlatum eſt in Sueciam: nihil ibi ex eo remanente; niſi altera ex illius ſcapulis. Quamplurimis à Deo nobilitata eſt miraculis, tum in vita, & poſt mortem; tum in eius Tranſlatione. Hanc Bonifacius IX. Pont. Romanus adſcripſit in ſanctarum numerum, vitam eius conſcripſerunt Iacobus Lincolnienſis Epiſcopus. Surius tom. 4. Ribadeneira. Gazetus tom. 2. S. Antonin. 3. part. Chron. titul. 23. cap. 2. Illius meminerunt Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in Annotat. & Molanus in Additionib. & notis ad Wſuard. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. lib. 9. cap. 31. §. 1. Gonzaga part. ſup. in prædicto Monaſterio, quod eſt 2. Prouinc. Romanæ. Laziardus Epitom. Hiſtor. Vniuerſal. lib. 3. cap. 266. Bachotus in faſtis Chriſtianis 23. Iulij. Coccius ad ann. 1360. Palmerius ann. 1368. Genebrardus in Ioanne I. & Vrbano V. Bzouius ann. 1362. Gualterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 14. ſcriptor. Eccleſ. Sabellicus Ænead. 9. lib. 9. Platina in Vrbano V. Wadinghus tom. 3. ad ann. 1318. §. 10. & tom. 4. ann. 1391. §. 6.

NONO KALENDAS AVGVSTI.

Rvremundę in Geldria, Beatorum [a] Ioannis, Conuentus eiuſdem vrbis vicarij & ſociorum Martyrum: quos Geuziorum rabies hæreticorum, euexit ad palmam. Nam Beatus Ioannes, velut ad ſignum appenſus, militum telis confoſſus eſt: cæteri verò diuerſis horrendiſque ſuppliciis triumphalem Martyrij coronam meruerunt. Louanij, Beati [b] Franciſci Meerbecani, Martyris: qui ab hæreticis multa grauia paſſus, ſed viginti trium menſium poſt fœtorem carceralem liber dimiſſus, vix ad vnam ſeptimanam ſuperuixit. Vlyſſipone in Luſitania, Beati [c] Ioannis, Confeſſoris; oratione & cœleſtium meditatione ſpectabilis. Palentiæ, Beati [d] Alphonſi à Spina, Confeſſoris, Concionatoris eximij: necnon admirandæ doctrinæ & religionis viri. In Gallia, Beati [e] Antonij Farinerij, Confeſſoris: qui verbo prædicationis pollens, vita & virtutibus floruit. Viſus, in Territorio Toletano, Beati [f] Ioannis Martinezij, Confeſſoris: qui ſub habitu Tertij Ordinis, in maxima paupertate & pœnitentia Chriſto famulatus eſt. Vrbini, Beati [g] Donati Vrbinatis, Confeſſoris: qui humilitate, caſtimonia, & charitate exornatus, prouinciam Marchiæ pluries ſanctiſſimè rexit. Beluiſij, in Territorio Palentino, Beati [h] Alphonſi Suarez: Confeſſoris: qui ingenti zelo ſalutis animarum, conuerſioni Indorum ſtrenuè laborauit, & Hiſpaniam reuerſus, ſancto fine quieuit. Aillonij, in Territorio Saguntino, Beatæ [i] Annæ ab Angelis, Virginis: quę eiuſdem oppidi Monaſterij prima Abbatiſſa exiſtens, maxima virtute, & regulari diſciplina reſplenduit. Cordubæ, Beatæ [k] Franciſcę de Heruas, Virginis

IVLII XXIV.

§. 1. B*Eati Ioannis, & ſociorum Martyrum.* [a]] Horum illuſtre Martyrium deſcripſere Thomas Bouchierus in Hiſtor. Eccleſiaſt. Franciſcan. Obſeruantinorum. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 4. ad ann. 1572. Ardinghellus in Appendic. *Congeminata vocis Turturis*, oſtenſione. 4.

§. 2. *Beati Franciſci Meerbecani, Martyr.* [b]] Hic cùm forte fortuna extra periculum eſſet ſub initium tumultus Belgici, quo ciuitates Hollandiæ, & Zelandiæ paſſim, & à Religione, & à Rege Catholico, deficerent; metuens, ne Fratres Dordracenæ ciuitatis totius Hollandiæ primariæ, quibus ipſe aliquot annis magno cum fructu Guardianus præfuerat, aliquid forte ſua vocatione indignum, metu, vel ſpe deluſi committerent, furentibus hæreticis, maximè in Ordinis ſancti Franciſc. Fratres; tametſi ſpiritus ipſi prædiceret, ſicut olim Apoſtolo Paulo, quòd nil niſi vincula, & carceres, cruentæque mortis pericula certa, cum Dordraci manerent: non faciens animam ſuam pretioſiorem ſe, vt verè ſpiritu Apoſtolico plenus, ſacræ obedientiæ ſimul ac fratrum ſibi commiſſorum amore, forti animo ad Conuentum ſibi commiſſum rediit: hoſtibus, quibus, ob veritatem Catholicę fidei prædicatam liberrimè odioſus effectus fuerat, fortitudinis ſpiritu animatus, virili pectore ſe oſtendit. Quibus paulò poſt, ferali rabie furentibus, ab ipſis comprehenſus, multiſque affectus contumeliis, in carcerem coniicitur: aliud nihil ei obiicere valentibus; quàm ſubindè in ſacra concione, Teutonica lingua eos appellaſſet: *Aqua vendulos*. Hanc ipſius libertatem improbi non ſuſtinentes, in ipſum multò amplius, quàm in aliquem deſæuierunt; quare poſt plurimos exantlatos labores, poſtquam 23. menſium pedorem carceralem, videntes eum haud ſuperuiuere poſſe, emuncta

quem fructum feciſſet; vocem è ſublimi delatam ſibi præcipientem, vt ſitulam ex troclea pendentem in puteum demitteret, aquamque hauriret, audiuit. Cui cùm obtemperaſſet, 24. ſub albos lapillos, Ieſu nomine inſignitos, iuxta 14. ſermones, quos paucis antè diebus ad populum Valiſoletanũ de ſanctiſſimo nomine Ieſu habuerat, in ſitulæ fundo inuenit. Ex quo demùm euentu confirmatus, omnibus neruis prædicationis officio, in poſterum incubuit: atque doctiſſimum libellum, cui *Fortalitium Fidei*, titulus eſt, edidit, typiſque mandauit. Horum autem lapillorum 12. argenteæ cruci præinſerti, in Pinciarum Conuentus ſacrario aſſeruantur: reliqui verò 12. à Catholica Hiſpaniarum Regina Elizabetha, Granatam delati ſunt. Obiit, ſepultuſque eſt in Conuentu S. Franciſci Palentiæ, qui eſt 2. Prouinc. Conceptionis. Agunt de eo Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Marcus Vlyſſiponenſis 3. parte ſup. lib. 4. cap. 29. ad ann. 1460. Vvadinghus ſup. ad ann. 1246. §. 28. & tom. 6. ad ann. 1452. §. 31. ex Garibayo lib. 16. Chron. Caſtel. cap. 46. & Mariana lib. 22. de Reb. Hiſpan. cap. 46 opinaturque Vvadinghus tom. 7. ad ann. 1491. §. 69 & 73. ipſum tandem fuiſſe creatum Epiſcopum Thermopilenſem.

Beati Antonij, Confeſſoris. [c]] Gallus erat natione
§. 5. (cognatus Guillelmi *Farinerij*, Aquitani, olim Miniſtri totius Ordinis Seraphici, ann. 1348. poſtea Cardinalis ann. 1356.) prædicator famoſus, & virtutibus exornatiſſimus. Memoratur ab authore Firmamenti trium Ordinum Minor. tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub 37. Miniſtro Generali. Gonzaga 1. part. ſup. in Almo Conuentu Pariſienſi; ex quo, ſuſpicor eundem eſſe cum eo, cuius meminere Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 11. part. 2. in Cuſtodia Lucenſi Prouinciæ Tuſciæ, Conuentu S. Miniatis, & Vvadinghus ſup. ad ann. 1211. §. 26.

§. 6. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [f]] Iſte Beatus Ioannes *Martinez*, Montaraſius, eiuſque legitima coniux Beata Catharina *Lopetia*, oppidi Viſus inquilini erant. Diximus ſup. 15. Maij §. 3. vbi de ea Beata Catharina, quomodo ipſa ſancta mulier Ordinem tertium Min. ſuſceperit, in Monaſterio Conceptionis Deiparæ à ſe illic extructo; quo & ſanctiſſimè vixit. *Cui* (inquit Gonzaga) *nec in minimo abſimilis fuit vir eius Ioannes Martinez, qui ſumpto quoque præfati tertij Ordinis habitu, eiuſque regulam ſeruare pollicitus; quod ſibi reliquum vitæ fuit, in paupertate & pœnitentia, Chriſti amore tranſegit.* Hæc ille part. 3. ſup. in dicto Monaſterio, quod eſt 17. Prouinc. Caſtellæ. Eadem confirmant Barezzus ſup. lib 2. cap. 22. & Vvadinghus tom. 7. ad ann. 1488. §. 37.

§. 7. *Beati Donati, Confeſſoris.* [g]] Patria Vrbinas erat: qui cùm Patauij litteris operam daret, inſtinctu Spiritusſancti afflatus, ordinem profeſſus eſt: tantumque in eo profecit, vt quinquies electus fuerit Prouincialis Miniſter Marchiæ Prouinciæ, quam & ſanctiſſime gubernauit. Profundiſſima humilitate præditus erat, affabilis omnibus, & charitate plenus: modeſtia atque morum honeſtate pollebat: vita exemplari cæteris collucebat, orationis amantiſſimus erat, tantoque puritatis amore flagrabat; vt per triginta annos continuos ab aſpectu mulierum ſuos omnino oculos auerterit: tantaque vitæ innocentia adornabatur, vt aues quoque inter manus eius familiariter volitarent, moramque agerent. Vide Marcum Vlyſſiponenſem ſup. lib. 7. cap. 39. ad ann. 1504. Vvadinghum tom. 5. ann. 1425. §. 13. 1437. §. 35.

Beati Alphonſi, Confeſſor. [h]] De eo ita ſcribit Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Sancti Franciſci Beluiſij: qui eſt 4. Prouinc. Sancti Gabrielis. *Mortem itaque obiit hoc in loco venerandus Pater Frater Alphonſus Suarez, dignitate Sacerdos, atque vnus eorum, qui ad Occiduos Indos, prædicandi ſacri Euangelij, ac propagandæ Religionis Franciſcanæ ergò cum Patre Martino à Valentia, (cuius 4. huius operis parte mentio fiet,) non abſque vitæ diſcrimine traiecit. Religioſiſſimus hic Pater, cum plurimos eo in opere labores exantlaſſet, Hiſpaniam repetens, vitam hoc in Conuentu cum maxima ſanctitatis opinione finiuit.* Attamen 4. parte ſui operis, in Prouinc. Sancti Euangelij: ab eo vocatur *Ioannes Suarez*: quo nomine illum etiam appellant nonnulli Authores: qui res geſtas ipſius Beati Martini de *Valentia*, Indiarum Apoſtoli, litteris commendarunt. Eadem ſequitur Rapinæus Hiſtor. General. Origin. Recollect. decad. 8. part. 1. §. 8. & Hilarion. à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 21. §. 8.

Beata Anna, Virginis. [i]] Prouinciæ Caſtellæ fuit §. 9.
alumna, vnaque ex illis tribus Religioſiſſimis ſororibus extitit, quas Villenicus Marchio, Apoſtolicæ innixus authoritati, ex Turrigiano Monaſterio Conceptioniſtico; adduxit in Monaſterium Conceptionis Beatæ Mariæ Aillonij à ſe extructum, anno 1547 vt confluentibus illic iuuenculis præeſſent, atque ſalutis monita darent. Itaque Beata Anna inter eas principem obinens locum prima huiuſce domus creata fuit Abbatiſſa; quæ religione & ſanctitate inſignis, fœtus nobiliſſimos Chriſto ſponſo edidit: ibique meritis præclara obdormiuit in Domino. Illius meminerunt Gonzaga part 3 ſup. in prædicto Aillonenſi Monaſterio, quod eſt 24. Prouinc. Conceptionis Barezzus ſup. lib. 3. cap. 57. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minorum lib. 4. cap. 36. & 38.

Beata Franciſca, Virgin. [k]] Egregia virtute Floruit, vſque ad ann. 1560. quo piè, & magna Sanctimoniæ opinione, ex hac vita deceſſit apud Monaſterium Cordubenſe S. Eliſabeth de Angelis, quod eſt 8. Prouinciæ Granatenſ. Iuxta MSS. Monimenta, & Vvadinghum tom. 7. ſup. ad an. 1483. §. 54. §. 10.

Digitized by Google

OCTAVO KALENDAS AVGVSTI.

MEchliniæ, in Brabantia, Beati [a] Rodulphi Delphij, Martyris: qui ab hæreticis, ob fidem Catholicam, in vincula coniectus, & diutina carceris cuſtodia maceratus: ibidem loci ſqualore ac fœditate, multiſque ærumnis afflictus, animam Deo reddidit. Muliani in Picœno, Beati [b] Iacobi à Falerono, Confeſſoris: vitæ perfectione & miraculis conſpicui. Camerini in Vmbria, Beati [c] Petri à Moliano qui ſæpe Prouinciale munus exercens, charitate atque pietate abundauit: & prophetiæ dono, ſigniſque prorſus admirandis coruſcauit. Ibidem, Beati [d] Petri à Caderola, Confeſſoris: magnę ſanctitatis viri. Carnotæ, propè Alanquerium, in Territorio Vlyſſiponenſi, Beati [e] Vaſci Correæ, Confeſſoris: qui admirabili virtute, & prudentia, Portugalliæ Prouinciæ præfuit, & plenus virtutibus obdormiuit in Domino. Apud Theatem Marrocinorum oppidum, Beati [f] Baptiſtæ à Caniano, Confeſſoris: vitæ auſteritate, & cœleſtium meditatione celebris. Alburquerquij in Caſtella, Beati [g] Anaſtaſij, Confeſſoris: Religione & multarum prærogatiua virtutum inſignis. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [h] Ambroſij Itinerarij, Diaconi: qui lachrymis & orationibus vacans, virtute caſtimoniæ inclytus fuit. In Vmbria, Beati [i] Stephani, Fulginatis, Confeſſoris. Fulginij, Beatorum [k] Dominici Suriani, & Pacifici Clemerij, Confeſſorum. Villæ-Comitis in Territorio Braccarenſi, Beatę [l] Guiomaris à Sancto Antonio, Virginis.

IVLII XXV.

§. 1. B*Eati Rodulphi, Confeſſoris.* [a]] Religionem Seraphicam profeſſus fuerat in Conuentu Louanienſi, quò litteris & perfectioni vitæ egregiam operam dedit: ita vt religioſiſſimus euaſerit, inſigniſque Theologus extiterit. Quapropter Mechliniam miſſus, Vicarius Conuentus inſtituitur. Verùm eâ vrbe, ab hæreticis capta ann. 1580. die nona Aprilis. Cuncti Fratres, cùm vniuerſo clero, haud ſine ignominia, indè expelluntur, Beatus autem Rodulphius in vinculis detinetur, diutinaque captiuitate conficitur: vbi carceris ſqualore, & plurimis ærumnis afflictus, vitam cum morte commutauit, in ętatis ſuæ flore Agunt de eo Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic Relig. in Conuentu Mechlinenſi, qui eſt 7. Prouinc. Germaniæ inferioris. Barezzus part. 4. Chon. Min lib. 7. cap. 40.

§. 2. *Beati Iacobi, Confeſſoris,* [b]] Hic perfectiſſimus vir, natione Picœns, familiaris fuit Beato Ioanni *de Firmo*; vnde cùm dubium illi inſurgeret, ſe non eſſe Sacerdotem, conſuluit ſuper hoc ipſum Beatum Ioannem: qua de re ſic Sanctus Antoninus part. 3. Hiſtor. titul. 24. capite 7. § 15. *Rogatus fuit ſemel à Fratre Iacobo de Falerano eiuſdem Ordinis, quòd oraret Deum, ſuper quodam dubio, quod ipſum valde affligebat, de his quæ ad officium Sacerdotale pertinebant. Qui Frater Ioannes, in die B. Laurentij reſponſum accepit, frequenter orans: Quòd Frater Iacobus erat Sacerdos ſecundum ordinationem diuinam. Cùmque adhuc ille hæſitaret, & ſcrupulo conſcientiæ vrgeretur; eidem Fratri Ioanni oranti ſuper ea re apparauit Beatus Laurantius dincens: ſcias certiſſimè, quod ille pro quo oras indubitanter eſt Sacerdos, ex Dei ordinatione & voluntate,*

§. 3. Obiit autem multis clarus miraculis, cuius gloria reuelata eſt præfato Beato Ioanni de Firmo: vti teſtatur idem Diuus Antoninus, dicens. *Dùm dictus Frater infirmaretur, pro eo ipſe Frater Ioannes, feruenter orans, vidit in extaſi factus, in aere ſupra cellam ſuam, exercitum Angelorum, & aliorum Sanctorum, cum maxima claritate fulgentem; inter quos erat præfatus Frater Iacobus ſpecioſiſſimus. Vidit & Beatum Franciſcũ ſacris ſtigmatibus inſignitum, & plures alios ſecum ſimili claritate fulgentes. Et tunc ſibi reuelatum eſt, quod ille Frater Iacobus de illa infirmitate moriturus, erat de numero ſaluandorum, ſed antequam cœlum aſcenderet, eſſet aliqualiter purgandus. Qui multum conſolatus de ſalute illius ſibi intimata, acceſſit Mollianum, vbi infirmabatur Frater Iacobus. Qui inueniens illum in extremis, iam loquela amiſſa, nuntiauit & quòd citò eſſet migraturus, ad vitam æternam veraciter demùm perventurus. Ex hoc Frater Iacobus fuit multum exhilaratus, promittendo ſibi, ſuper hoc rogatus, quod poſt mortẽ ei appareret, ſi permitteret clementia Saluatoris. Appropinquante autem morte, Frater Iacobus deuotè dicere cœpit verba iſta: ô in pace ô in idipſum obdormiam; ô requieſcam. His dictis expirauit. Cùm autem Frater Ioannes promiſſum Fratris Iacobi expectaret, reuerſo ad locum Maſſa, apparuit ſibi Dominus Ieſus cum multitudine Angelorum, totus clariſſimus. Cui Frater Ioannes deuotiſſimè recommendauit animam Fratris Iacobi iam defuncti. Qui Iacobus ſequenti die, in ſylua exiſtenti Fratri Ioanni apparuit, comitantibus Angelis, totus latus & glorioſus. Dixit autem ei Frater Ioannes: ô pater, quare non fuiſti mihi locutus die, qua promiſiſti? quia indigebam aliquantulum purgari. Sed eadem hora qua Chriſtus tibi apparuit, vidit me Frater Ioannes de Maſſa (ſcilicet quidam alius ſic vocatus conuerſus & ſanctus homo) dùm ſeruiebat in Miſſa: qui etiam vidit hoſtiam conſacratam conuerſam in puerum, in hora eleuationis, ineffabiliter ſpecioſum: & illi locutus ſum tunc, dicens: cum illo puero nunc vado ad regnum. Eadem hora cùm tu me Chriſto recommendaſſes, fui à pœnis liberatus, ad cœlum euolans:*

Digitized by Google

euolans: Hæc ille. Scribunt de eo, Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus prouinciæ Tuſciæ: vbi de loco montis Aluerniæ: item in prouincia Marchiæ, vbi de loco Moliani. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſpon. part. 2. chronic. Minor. lib. 8. cap. 4. 5. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ann. 1210. §. 34. tom. 2. ad ann. 1289. §. 30. & 1300. §. 15. item tom. 4. ann. 1363. §. 22. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Iacobillus de SS. Fulginatib. in Beato Martino Fulginat.

§. 4. *Beati Petri Confeſſ.*] Peritiſſimus erat in Iure ciuili, & egregius concionator. Dùm adhuc iuuenis, prædicationibus Beati Dominici à *Lioneſſa*, intereſſet, diuinitùs excitatus eſt ad mundi contemptum, Religionemque Seraphicam amplectendam; cuius habitum ſuſcepit è manibus eiuſdem Beati Patri Dominici. Tanto exindè ſpiritus feruore viam perfectionis ingreſſus eſt, vt breui, totius Religionis, deuotionis, atque ſanctitatis ſpecimen dederit; Beati Iacobi à *Marchia* ſocius nonnunquam extitit. In concionibus ad populum, mira virtute elucebat. Nam peccatores inducebat ad pœnitentiam, odia & rixas auferebat, inimicitias & iurgia extinguebat, cunctaque pacificabat: plures etiam ſuis feruentiſſimis exhortationibus induxit ad habitum Religionis aſſumendum: Prouinciale munus exercuit bis in prouincia Marchiæ, & ſemel in prouincia Romana: inuocato nomine Ieſu, ingentia patrabat miracula, ſignoque ſanctæ Crucis ſanabat ægrotos.

§. 5. Spiritu prophetico multa prædixit, præuiditque diem obitus ſui imminere, dùm Camerinum peteret, in feſto Viſitationis Deiparæ Virginis. Feria ſexta, die 2. Iulij: quare Dominica ſequenti, valida acutiſſimaque febre grauatur; quæ intantum excreuit vt nec requiem haberet, nec cibum vllo modo ſumere quiret. Sæpè eum ſua viſitatione eſt conſolatus illuſtriſſimus Vrbini Dux, qui ſerui Dei patientiam haud ſatis demirabatur. Itaque poſt omnia Eccleſiæ Sacramenta ſingulari pietate ſuſcepta, ſpiritum Deo reddidit, ann. 1489. in feſto S. Iacobi Apoſtoli 25. Iulii ead. hora qua Fratres ad Matutinas canebant: *Te Deum laudamus*, &c cuius corpus humatum eſt apud veterem Conuentum Fratrum Minorum, extra, ſed prope ciuitatis Camerini mœnia. At eo, ob bella ingruentia, funditùs euerſo, nouus intra eandem vrbem eſt extructus; ad quem corpus præfati Beati Patris tranſlatum eſt (quod quidem adhuc omnino integrum perſeuerabat, licet annis 12. ſub terra iam delituiſſet) & honorifico ſepulchro reconditum: vbi propter præclara illius merita, fidelibus populis multa confert Deus beneficia. De eo egerunt Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 7. cap. 11. 12. & 13. Toſſinianus lib. 1. Gonzaga part. 2. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 30. prouinciæ Marchiæ. Wadinghus ad ann. 1289. § 44. & Tom. . ann. 1308. §. 61. Tom. 6. ann. 1472. §. 8. & Tom. 7. ad ann. 1489. §. 3 & ſeq Brouius tom. 18. annal. Eccleſ. ad ann. 1489. §. 19. Daça 4. part. chron. Minor. lib. 1. capite quadrageſimo ſecundo.

§. 6. *Beati Petri à Caderola, Confeſſoris* [d]] Hic eſt, qui cernens prædictum Beatum Petrum à *Moliano* animam efflaſſe; cœpit alta voce inclamare: *in paradiſum, in paradiſum*: quæ miro ſpiritus feruore ac iubilo eadem repetens, ſic extra ſe ferebatur vt amplius ſe continere valeret: quare abſque vlla alia infirmitate, ſpiritum mox exhalauit; obiitque magna cum ſanctitatis fama, & apud eundem Conuentum Camerinenſem ſepultus eſt. Memoratur à Marco Vliſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 34. Wadingho tom. 5. ſup ad ann. 1422. §. 3. Laicus erat profeſſione, patria Fabrianenſ.

Beati Vaſci, Confeſſoris.] Multi admirabili virtute, & prudentia ſingulari ad clauum Ordinis tenendum, & Religionis Seraphicæ gubernacula tractanda, in Conuentu ſanctæ Catharinæ à Carnota, prope Alanquerium, habitauerunt. Ex quorum numerò fuit Beatus Pater Vaſcus *Correa*, qui olim Luſitanicæ prouinciæ honeſtiſſimè Prouincialatus munere functus eſt. Vide Gonzagam 3. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 13. prouinc. S. Antonij Portugall. Rapinæum infra Decad. 8. part. 1. §. 12. Wadinghum Tom. 5. ſup. ann. 1408. §. 6. Alius eſt ab illo Vaſco, Luſitano, Tertiario, cuius ipſe meminit, Tom. 4. an. 1377. §. 23. & Tom. 5. ann. 1405. § 18. & 1421. § 19. §. 7.

Beati Baptiſtæ, Confeſſoris. [f]] Nobilis ac diues erat, cùm habitum Religionis induit in Conuentu S Bernardini Aquilano, magna ſanctitate cœpit continuò clareſcere. Nam vitæ auſteritate corpus ſuum caſtigans, cilicium iugiter ad carnem deferebat, contemplationi admodum vacabat; ſacratiſſimum Euchariſtiæ myſterium præcipua deuotione proſequebatur, Miſſamque celebrabat ingenti cordis præparatione, ac ſpiritus feruore. Demùm vltimam ſui tranſitus horam Fratribus prædicens, migrauit in cœlum: cuius corpus terræ datum eſt in Conuentu Minorum propè Theatem: ita Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 36. ad ann. 1510. §. 8.

Beati Anaſtaſii, Confeſſoris. [g]] Moribus grauis, Religione inſignis, atque ſanctitate conſpicuus. Floruit in Conuentu B. Mariæ Virgin. Alburquerquienſ. vbi meritis opimus viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Teſte Gonzaga ſup. part 3. in eod. Conuentu, qui eſt 5. prouinc. S. Gabrielis. Rapinæo Hiſtor. general. Orig. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 8. Daça ſup. lib 3. cap. 76. §. 9.

Beati Ambroſii, Confeſſoris. [h]] Naſcitur Lauallis, in extremis finibus Epiſcopatus Cœnomanenſis, ex patre hæretico, ſed matre Catholica & pia. Factus Frater Minor, exemplar fuit totius pudicitiæ: multùmque deditus erat orationi, cui non ſine magna lachrymarum effuſione vacabat. Cùm autem Diaconus eſſet, & vigeſimum ſecundum ageret annum; diem clauſit extremum, in Conuentu Pariſienſi, poſt deuotam Sacramentorum Eccleſiæ ſuſceptionem; hac die ann. 1578 prout latiùs teſtatum reliquit R. P. Yuo Magiſtri part. 1. Manipuli, ſeu Ocularij Minorum, fol. 10. 11. & 12. §. 10.

Beati Stephani, Confeſſoris. [i]] Ex Prouinciali Miniſtro prouinciæ D Franciſci Obſeruantium, fit Capucinus; cuius præclaras virtutes recenſet Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1580. §. 32. quo obijt. §. 11.

BB. Dominici, & Pacifici, Confeſſ. [k]] Iacent hi ſerui Dei, pietate inſignes, apud Conuentum S. Bartholomæi propè Fulgineum: teſte Wadingho Tom. 5. ſup ad ann. 1406. §. 103. §. 12.

B. Guiomaris Virg. [l]] Huius vita & mores omninò fuere mirabiles, cæteriſque ſororibus ad exemplum haud modicum profuit: obdormiſſe in Chriſto, maxima cum ſanctitatis fama referunt Gonzaga, part. 3. ſup. in Monaſterio S. Claræ Villæ Comitis, quod eſt 14. Prouinciæ Portugall. Barezzus 4. part. ſup. lib. 4. cap. 40 ad an 1565. Wadinghus tom. 3 ſup. ad ann. 1218 §. 46. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 41. §. 13.

Digitized by Google

SEPTIMO KALENDAS AVGVSTI.

IN Palæſtina, Dormitio Sanctæ [a] Annæ viduæ, Matris Genitricis Dei Mariæ. Placentiæ, Beati [b] Franciſci Mayronis, Confeſſoris: Doctoris cognomento Illuminati: vita & virtutibus atque mira eruditione celeberrimi. In Vmbria Beati [c] Baldi Eugubini, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Mirtyli in Luſitania, Beati [d] Gundiſalui Marini, Confeſſoris: qui nobiliſſimo exortus ſanguine, vitæ quoque ſanctitate claruit, atque vnus fuit ex Regularis Obſeruantiæ conditoribus in Portugallia. In Picœno, Beati [e] Iuliani à Fabriano, Confeſſoris: qui genere, oratione, & virtutum ſplendore illuſtris, plenus dierum & bonorum operum ſancto fine quieuit. Pincijs in Caſtella, Beati [f] Ioannis à Sancta Cruce, Confeſſoris: ſingulari abſtinentia, pietate & charitate inſignis. Alcami in Sicilia, Beati [g] Archangeli Calatafimi, Confeſſoris: qui auſteritate vitæ, oratione, & paupertate refulgens, crebris etiam miraculis nunc vſque coruſcat. Garacici in Canaria, Beati [h] Ludouici à Lerma, Confeſſoris; eximia humilitate, religione, atque ſignis admirandis glorioſi. Veladæ in territorio Abulenſi, Beati [i] Petri à Valentia, Confeſſoris. Setabis in territorio Valentino Hiſpanico, Beati [k] Petri Nieti, Confeſſoris: charitate, patientia, & oratione admodùm eminentis. Carpi in Inſubria, Beatæ [l] Camillæ Picæ, Virginis: quæ illuſtriſſimo nata genere, vitæ ſanctitatem miraculis quamplurimis comprobauit.

IVLII XXVI.

§. 1. SAncta Anna, vidua. [a]] Conſtat ex Antiquis grauiſſimiſque Authoribus, peruetuſtum fuiſſe Sanctæ Annæ cultum, tam in Orientali, quàm Occidentali Eccleſia: vti liquet apud Molanum in notis ad Vſuardum, & Baronium in annotat. ad Martyrolog. Roman. hac die. Galli id feſtum maximè venerati ſunt: eſtque de eo Sermo D. Fulberti Epiſcopi Carnotenſ. De Laudibus ac miraculis ſanctæ Annæ Trithemius ſcripſit; Corpus eius magna fidelium pietate colitur apud Aptam Iuliam in Eccleſia Cathedrali, in Phocenſi Galliæ prouincia: qua de re Noſtradamus in Hiſtoria Prouinciæ part. 3. ſub ann. 299. Pacificus in ſuis Peregrinationibus pag 140. Gallia Chriſtiana, in ſerie Epiſcopor. Aptenſ. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, hac die, & Reuerendus Pater Ioannes Rabaſſeus Recollectus, prouinciæ noſtræ alumnus, in vita Sanctæ Annæ.

§. 2. Illius venerandum caput, aſſeruari Duræ, quod eſt oppidum Iuliacenſe, teſtatur Molanus ſup. cui aſſentiunt Baronius ſup. & Gazetus tom. 2. in vita ſanctæ Annæ: quod eſt intelligendum de quadam portione ipſius capitis S. Annæ: Maior etenim pars, ne tota dicatur, extat in theſauro Eccleſiæ Cathedralis, Carnotenſ. Nam Ludouicus Bleſenſis Comes, atque nonus Carnotenſis Comes: cùm in expeditionem Terræ ſanctæ profectus eſſet; exindè caput S. Annæ miſit in Galliam ad vxorem ſuam, Catharinam Comitiſſam, filiam primogenitam Radulphi Claromontani Comitis, vt dono daret, offerretque ſuo nomine præfatæ Eccleſiæ Cathedrali; quod haud ſegniter præſtitit, circa ann. Chriſti 1154. tempore Roberti LXIII. Carnotenſis Epiſcopi: prout obſeruant Sebaſtianus Roulliardus, vir clariſſimus, in Parthenia, ſeu hiſtoria Carnotenſ. cap. 8. §. 4. item cap. 15. §. 9. & Sauſſayus in Martyrolog. Gallicano, hac die. Tuncque pars eius habetur apud Vrſicampi Abbatiam Diœceſ. Nouiodunenſ. ab ann. 1409. teſte Vaſſeuro lib. 4 hiſtor. Eccleſ. Nouiodunenſ. cap. 5.

§. 3. Præterea venerantur Reliquiæ ſanctæ Annæ apud Arelatem, Theca argentea deaurata, magnificentiſſiméque exornata incluſæ, quas vidi, & pro pietate oſculatus ſum anno Chriſti 1620. Eiuſdem Reliquiæ ſacræ habentur Rothomagi, apud Eccleſiam Metropolitanam in capella ſanctæ Annæ: vbi & inſignis confraternitas erecta eſt, & hac die, publica, ſolemniſſimaque fit proceſſio generalis, cui interueniunt totius vrbis infantes ac paruuli vtriuſque ſexus, nondum ſeptennes, in albis incedentes. Mitto alias, quæ per Neuſtriam ſeruantur, eiuſdem ſanctiſſimæ Chriſti Auiæ Reliquias, quas in opere, quod de rebus Neuſtriacis molimur, recenſebimus.

§. 4. De ea autem feſtiuitate celebre fit officium in noſtra Religione Seraphica: recenſeturque inter feſta propria Franciſcana, tum in antiquo ac nouo Breuiario Ordin. Minor. tum in Miſſalibus eiuſdem Ordinis ex conſtitutione Sixti IV. quod vſque nunc perſeuerauit. Quem quidem ritum Gregorius XIII. Papa, diuino afflatus ſpiritu, Apoſtolicis ſuis litteris, datis ann. Chriſti 1584. Kalendis Maij, ſui Pontificatus ann. 12. firmauit auxitque: præcipiens nimirum, vt perpetuis futuris temporibus, Beatæ Annæ dies feſtus 7. Kalendas Auguſti, per totius orbis Eccleſias, quotannis recolatur, Romano, & alijs Eccleſiarum Kalendarijs addatur; duplexque ei adſcribatur. Vide Baronium ſup. & Ribadeneiram in vita S. Annæ tom. 2. flor. Sanctor. 26. Iulij. Onuphrium in Sixto IV. Poireum tract. 4. Triplic. coron. Virgin. cap. 4. §. 6. Licet enim Pius V. quondam abſtulerit ex ordine Officij Eccleſ. D. Rochum & S. Annam, Præſentationem Virginis, & Officium proprium Conceptionis ipſius Deiparæ: non ideo tamen fecit,

quia

Digitized by Google

quia aliquid falſum in officium contineret, vel horum Beatorum derogaret ſanctitati: ſed quia voluit ad antiquum morem reuocare officia: vt ſcitè adnotat Carthagena tom. 2. de Arcanis Deipar. Virgin. lib. 1. homil. 19. §. 3.

§. 5. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* [b]] Gallus fuit natione, ex Ciſterico, ſeu potius Digna oriundus, Prouinciæ Phocenſis alumnus: (alij volunt, in pago Magronenſis Diœceſ. Ebredunenſ. natum,) ſeu oppido Lizetæ, propè Barcellonettam, in Delphinatu: vir probatiſſimus, ſcientia & vita clarus: Beati Ioannis, Doctoris ſubtilis auditor, ſcholaſticę Theologiæ caput omnium calculo habitus: diuinarum litterarum cognitione adeò pollens, vt *Doctoris Illuminati* & *Acuti* nomen, nemine reclamante, obtinuerit. De rebus ſcholaſticis tam multa ſcripſit, vt à benè inſtitutis ingeniis amari ſemper debeat & coli. Actum, quem vocant Doctores Pariſienſes Sorbonicum, nobis palæſtram Theologorum toto orbe admirandam appellare licet, primus ſub ann. 1315. inſtituit, & ſolido die propoſitis reſpondit, in cuius rei perpetuam memoriam, veteris Academiæ conſuetudine, prima huius concertationis dies Franciſcano, vltima Dominicano decreta eſt: hoc eſt quod vulgò in Gallia dicitur; *Franciſcanus aperit, Dominicanus Sorbonam claudit.* Hunc tanta affectione proſequebatur S. Elzearius, Comes Ariani, vt aſciuerit eum ſibi in Confeſſarium: ac poſtea inter illiuſmet manus ſpiritum Deo reddiderit Pariſiis, ann. 1323. Paulò poſt autem, dùm Placentiæ moraretur, obiit circa ann. 1325. in cuius commendationem R. P. Franciſcus *Samſon*, generalis Miniſter hoc monumentum extruxit.

Conditur obſcuro, lumen, res pulchra, ſepulchro:
Doctrina hic ſacra gloria luxque iacet.
Dogmata flete, quibus Franciſci de Mayronis
Extremam conſtat impoſuiſſe manum.
Vos quibus arma dedit cæleſtia, flete Minores
En cecidit veſtri firma columna chori.
Qui quantò excellit fulgentia ſydera Phœbus,
Tantò alios ſuperas lumine Doctor, aue.

Agunt de eo Trithemus & Bellarminus tom. 7. de ſcriptorib. Eccleſ. Sanctus Antoninus part. 3. Hiſtor. titul. 24. cap. 8. §. 2. & cap. 9. §. 15. Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. doctrina illuſtrib. & fruct. 11. part. 2. in viris eiuſdem Ordin. Prouinc. Bononienſ. ſanctitat. illuſtrib. item in Prouinciis Prouinciæ, ac Franciæ. Volaterranus lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Dempſterus lib. 12. Hiſt. Scot. §. 905. Lelandus & Balęus in ſcriptor. Britan. Pipinus de Imitation. ſanct. Sermon. de S. Antonio Paduano. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Marulus lib. 4. Hiſtor. Sacrar. Relig. Friſonus lib. 1. Galliæ Purpur. in Ioanne, 22. Pap. Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, 27. Iunij. Hilarion à Coſta in Additionibus ad Elogia Delphinor. Franc. pag. 431. Miræus de ſcriptorib. Eccleſ. cap. 420. Gallia Chriſtiana in Ebredunen. Archiep. Gueſnerus in Bibliotheca. Simlerus in Epitom. eiuſd. Georgius Venetus in Harmonia mundi, Cantic. 2. tom. 1. capit 9. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chron. Minor. lib. 9. cap. 21. & part. 2. lib. 7. cap. 3. Genebrardus lib. 4. Chronograph. ad ann. 1315. Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in ſcriptorib. illuſtr. Ordin. Minor. & in almo Conuentu Pariſienſ. Willotus Athenar. orthodox. littera *Franciſcus de Mayronis.* Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 14. in Scriptor. ſacris, & Euentib. memorabilib. Platus lib. 2. de Bono ſtat. Relig. cap. 31. Sabellicus Ænead. 9. lib. 6. & 8. Spondanus ad ann. 1315. Elzearius lib. 2. cap. 10. ſacri montis Olyuet. Supplementum Chronic. lib. 13. ad ann. 1319. Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1278. §. 36. 1289. §. 45. & tom. 3. ad ann. 1323. §. 22. & ſeq. & 1322. §. 22.

§. 6. *Beati Baldi, Confeſſor.* [c]] De eo Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu ſanctæ Mariæ de Angelis, (qui eſt 1. Prouinciæ S. Franciſc.) propè Aſſiſium: hæc commemorat. *Denique ſuper huius Eccleſiæ tectum eſt quadam ſculpta Virginis glorioſa imago, cuius vlnis paruulus Ieſus inſedet. Hunc ſemel atque iterum ſtantem, populumque, lucrandarum indulgentiarum gratia templum ingrediebatur, benedicentem vidit quidam Baldus Eugubinus, relictoque ex tempore ſæculo Fratribus adiungi voluit: inter quos & laudabiliter, ſanctiſſiméque, quinquaginta, & eo amplius, annis vixit.*

§. 7. *Beati Gondiſalui, Confeſſoris* [d]] Gallœcus erat, inter optimates nobiliſſimus atque opulentiſſimus: qui bonorum ſuorum partem pauperibus erogauit: aliam verò in quibuſdam extruendis Conuentibus conſumpſit. Quibus expletis, ordinem Minoriticum profeſſus eſt in Prouincia ſancti Iacobi; deinde Luſitaniam petens, vnà cum Beato Didaco *Aria*, & cæteris patribus inibi, ann. 1392. Regularis Obſeruantiæ initium dedit. Qui poſtquam multis annis, in ſumma vitæ perfectione Deo deſeruiſſet, diem obiit extremum apud Conuentum ſancti Franciſci Mirtilenſ. (quod oppidum *Vianna* nunc appellatur) illicque plurimis annis iacuit ſepultus ſub ſtructura quadriuiali Eccleſiæ, vbi impoſiti fuerunt eius ſepulchro albi quidam lapides, opera ac expenſis Ducis Brigantini, Ioannis I. Luſitaniæ Regis nothi, cui cum eodem Beato Gonſaluo magnus fuit vſus, eiuſque vitæ ſanctiſſimè actæ locupletiſſimus & certiſſimus teſtis extitit. Poſtea quidam Guardianus prædictæ ædis, eiuſmodi ſepulchrum effodi iuſſit, omniaque iam oſſa aſſumpta reperiens, quicquid ex illis reliquum fuit, in capſula incluſum ſub Altari maximo præcipui ſacelli collocari mandauit. Scribunt de eo Toſſinian. lib. 1. cap. 2. Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 1. cap. 23. & 24. Gonzaga 1. part. ſup. vbi de origine regular. Obſeruant. in Portugallia. item part. 3. in Prouinc. Sancti Iacobi Conuentu 21. & in Prouincia ſancti Antonij Portugall. ac Conuentu 3. eiuſdem Prouinciæ. Vvadinghus tom. 4. ad ann. 1389. §. 4. & ann. 1392. §. 4. 19. & 20. Platus lib. 2. de Bono ſtatus Religioſ. cap. 26.

§. 8. *Beati Iuliani, Confeſſoris.* [e]] Sancta conuerſatione exornatus erat; lætus quidem facie, ſed ſpiritu feruentiſſimus, Deo & hominibus amabilis: orationem maximè excolebat: & nonnunquam ſacratiſſimæ Virginis Deiparæ, atque Angelorum viſitatione dignari meruit. Demùm poſt quinquaginta annos in religione completos, vitæ curſum ſanctiſſimè abſoluit, in Conuentu de Monte Annano Prouinciæ Marchiæ: prout teſtatur Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 7. cap. 37. ad ann. 1502.

§. 9. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [f]] Mira referuntur de eo, quæ Gonzaga 3. part. ſup. deſcripſit: vbi de BB. quorundam Patrum funeribus agit, quibus illuſtratur Conuentus ſancti Franciſci Pinciarum, ſeu Valliſoletani, (qui eſt 1. Prouinciæ Conception.) his verbis. *Deinde ſepulchro Religioſiſſimi Patris Ioannis à ſancta Cruce: viri vtique mirabili abſtinentia, oratione, atque charitate præditi. Qui cùm poſt functum cum maxima laude per triginta continuos annos Vicariatus of-*

Digitized by Google

ficium, in nobili atque Regio Clariſſarum Monaſterio Tordeſyllano, hoc in loco, (qui 15. millibus paſſuum diſtat) ex ſuperiorum mandato moram traheret: quadamque Monialis nomine Conſtantia, cæteris Monialibus noctu in refectorio agentibus, animam in cubiculo ageret, ab Angelo præmonitus fuit, vt ſumpto de ſacrario venerabili Sacramento ſibi congrederetur, dúque nil minus cogitaret, agonizantis oſtio appulit. Cumque ſibi & pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramenta miniſtraſſet, atque ad animæ vſque exhalationem adfuiſſet, per eundem Angelum, in locum, vnde aſſumptus fuerat, mirabiliter ſub noctis ſilentio relatus extitit. Id autem tum apud Fratres, tum quoque apud Moniales, ita certum: vt piaculum ſit inexpiabile, vel minimum circa eius veritatem dubitare. Eadem confirmat Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 49. ad ann. 1526. ſed errore labitur, dùm ipſum B. Ioannem dicit Madriti mortuum ac ſepultum eſſe. Daça ibid. lib. 1. capit. 33. qui eum ſimpliciter cognominat *à Cruce*. Petrus Caluus in Defenſorio ſacrar. Relig. cap. 33. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1248. §. 24.

§. 10. *Beati Archangeli, Confeſſoris.* [g]] Vitam duxit admodum auſteram: humillimus erat, & in oratione feruentiſſimus; ſanctæ paupertatis amantiſſimus, ſuęque regulæ verus obſeruator, quibus virtutibus Deo maximè placuit. Diu moratus eſt Alcami, in Conuen. S. Mariæ de Ieſu, quo tandem beatæ vitę finem obtinuit, ibique humatus eſt: & crebris, tum in vita, tum quoque in morte claruit miraculis. Cuius ſacrum corpus Fratres, ad inſtantiſſimas Alcamenſium preces, è communi ſepulchro educere, ac honeſtiori marmoreoque loculo recondere, coacti ſunt: vbi quotidie ad eius inuocationem multa cœlitùs operantur magnalia. Memoratur à Gonzaga part. 1. in præfato Conuentu, qui eſt 26. Prouinc. Siciliç. Barezzo ſup. libr. 3. capit. 21. ad ann. 1540 Daça 4. part. ibidem lib. 1. cap. 28. & 31.

§. 11. *Beati Ludouici, Confeſſoris.* [h]] Habitum ſeraphicum Lacunę, in Conuentu S. Michaelis Victoriarum induit deuotiſſimè. Poſtea verò Garacicum ablegatus, Conuentum Dominę noſtræ de Angelis incoluit; vbi tanta humilitate, tantaque vitæ ſanctimonia, ad vltimum vſque vitę halitum perſeuerauit; vt certiſſimam ſui exitus horam prænoſſe, atque multis miraculis clarere meruerit: quorum nonnulla recenſent Gonzaga 4. part. ſup. in prædicto Conuentu de Angelis, qui eſt 6. Prouinc. Canarienſ. & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 56. ſub ann. 1550. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 31. Grauina *in voce Turturis* part. 2. cap. 24. Petrus Caluus in Defenſorio ſacrat. Relig. fol. 296. Raiſſa in Auctario ad natales SS. Belgij 19. Nouemb. in Eliſabeth Hungar.

Beati Petri, Confeſſoris. [i]] Vir fuit admirandæ ſanctitatis: qui cum Guardianatus munere fungeretur, obiit: magnaque in veneratione habetur Veladæ, in Conuentu ſancti Antonij, qui eſt 23. Prouinc. D. Gabrielis. Illius meminit Gonzaga ibidem part 3. ſupr. Rapinæus Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 8. §. 12.

Beati Petri Nieti, Confeſſoris. [k]] Virtutum veluti compendium in ſe habere viſus eſt. Charitate quippe erga Deum & proximum omnino flagrabat: mira etiam adornabatur patientia in laboribus & afflictionibus. Vir erat obediens, humilis, ſpiritualis, feruidus, & orationi, ac lectioni aſſiduus: pœnitentiæ deditus, ſibi ſeuerus, aliis verò benignus ac mitis. Miſſam ſingulari cum pietate celebrabat, lachrymis ſuum continuò irrigans ſacrificium. Tractatum valdè deuotum *De Oratione Mentali* edidit in lucem. Multa preſciuit futura: maximè autem ſui fœlicis ad Deum tranſitus diem, in feſto S. Annæ, vti optauerat. Sepulturam nactus eſt in Conuentu S. Onuphrij (qui eſt 10. Prouinc. S. Ioan. Baptiſtæ) non longè à Setabi (vulgò *Xatina*) Citerioris Hiſpaniæ ciuitate: vbi ſex poſt annos corpus eius repertum eſt integrum. Ita refert Ioannes à S. Maria part. 1. Chronic. Prouinciç Sancti Ioſephi lib. 2. cap. 49. ad ann. 1585. quo floruit. §. 13.

Beata Camillæ, Virginis. [l]] Hæc nobiliſſima Heroina, illuſtriſſimi Gilberti *Pici*, ſeu *Py*, à Sabaudia, Carpenſis principis extitit filia: quæ impetratis ab Innocentio IV. Papa Apoſtolicis litteris ann. Chriſti 1484. ex conſilio B. Petris Stephani *Galli* (de quo 28. Iunij) Monaſterium S. Claræ, ex obueniente ſibi pinguiſſima hæreditate, Carpi erigendum curauit: euocatiſque ex ſacro corporis Chriſti Cremonenſi Cœnobio ſex Monialibus, 4. Iulij ann. 1500. huic ſęculo, eiuſque illecebris prius valedicto, ipſum vnà cum illis ingreſſa eſt; atque communem Regulam, viuendique modum ſolemniter profeſſa: quod reliquum ſibi vitæ fuit, ſanctiſſimè tranſegit. Cúmque plura ediſſet, miracula, corpus eius honeſtiſſimo loco reconditur; & ab omnibus Monialibus & ſæcularibus, ſingulari honore colitur. De ea ſcribunt Gonzaga part. 2. in prædicto Monaſterio Carpenſi, quod eſt 15. Prouinc. Bononienſ. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 13. Daça ſup. cap. 31. Wadinghus tomo 7. ſup. ad ann 1490. §. 33. §. 14.

SEXTO

Digitized by Google

SEXTO KALENDAS AVGVSTI.

LOndini in Anglia, ſancti [a] Thomę Corti, Martyris: qui pro fidei Catholicæ tuitione, vincula & carceres paſſus, tandem fœditate loci, famiſque inedia, & aliis diuerſis pœnis diu vexatus, ibidem glorioſè occubuit. Bithi in Sileſia, Beati [b] Alexij Hungari, Confeſſoris: vita & miraculis conſpicui. Sanſeuerini, in Apulia, Beati [c] Antonij de Ripa, Confeſſoris: dono curationum illuſtris. Trioclæ in Sicilia, Beati [d] Pauli à Randatio, Confeſſoris: miraculis clari. Apud Maderam Inſulam in Luſitania, Beati [e] Petri à Guardia, Confeſſoris: qui ſumma humilitate, obedientia, & charitate pollens, oratione etiam extatica admodùm emicuit. In Territorio Coriano, iuxta Gattam oppidum, Beati [f] Michaelis, Confeſſoris: qui poſt præclara virtutum inſignia, ad cœlos euolauit. Aquilæ in Veſtinis, Beatæ [g] Iacobæ Aquilanæ, Virginis: quæ ſilentio, oratione, ſigniſque admirandis illuxit.

IVLII XXVII.

§. 1. B*Eati Thomæ, Martyr.* [a]] Anglus erat natione genere quidem illuſtris, ſed fide ac virtute & zelo Catholicę Religionis nobilior: qui cum Henrici VIII. Anglor. Regis ſæuitiam impietatemque redargueret, ſtatim à ſatellitibus Regiis a, iiſque hęreticis comprehenſus, in teterrimũ carcerem detruditur: vbi maximo pędore & ſqualore, ac fame afflictus, migrauit in cœlum. In cuius hora tranſitus clariſſima lux oborta totum repleuit carcerem: quare Rex, alioqui S. viro infeſtiſſimus, eo patenti miraculo conuictus, iuſſit Martyris corpus ſepulturæ mandari, ann. 1537. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chron. Minor. lib. 9. cap. 56. Gonzaga Origin. Seraph. Relig. part. 1. in ſacris martyrib. Ordin. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem, in Anglia paſſis: & part. 3. in Prouinc. Anglię. Barezzus 4. part. Chronic. Min. lib. 3. cap. 3. Daça ibid. lib. 3. cap. 31. Grauina *in voce Turturis* part. 2. cap. 24. Hilarion à Coſta Hiſtor. Catholic. lib. 1. pag. 162. ex Fauſtino Taſſo in Hiſtoria ſui temporis. Thoma Bouchiero in Hiſtor. Eccleſ. martyr. Fracíſcan. Obſeruant. Sandero lib. 1. ſchiſmat. Angl. Surio, Polina, &c. Picqueto in Catalog. viror. illuſtrior. Franciſcan. Boſio verò anno 1540. tomo primo, de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. & lib 12. cap. 22.

§. 2. *B. Alexij, Confeſſoris.* [b]] Claruit ann. 1465. Bithi (quæ Sileſiæ ciuitas eſt) apud Conuentum S. Nicolai, qui eſt 13. Prouinc. Bohemiæ. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 5. cap. 29. Wadinghus tom. 7. ad ann. 1494. §. 92.

§. 3. *B. Antonij, Confeſſ.* [c]] Omni virtutum genere extitit ornatiſſimus, atque gloria miraculorum celebris, hic ſanctus vir laicus: provt teſtatur Gonzaga ſup. in Conuentu S. Bernardini oppidi S. Seuerini, qui eſt . Prouinc. S. Angeli, quo iacet tumulatus. Latius de eo egit Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 39. ad an 1514. Wadinghus tom. 6. ſup. ad an. 1453. §. 44.

§. 4. *B. Pauli Confeſſ.* [d]] Laicus erat profeſſione: dictuſque eſt *Trioclenſis*, ſiue à *Randatio*: cuius corpus optimo loco reconditum: à ſæcularibus, ob miracula quæ inibi contingunt, in maxima veneratione habetur. Scribit de eo idem Gonzaga ſup. in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Trioclenſ. qui eſt. 21. Prouinc. Siciliæ

§. 5. *B. Petri, Confeſſ.* [e]] Res geſtas huius viri Dei copioſè referunt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 9. cap. 44. ad ann. 1505. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Petrus Caluus in Defenſorio ſacrar. Relig. cap. 40. Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu S. Bernardini inſulæ Lignorum, (Hiſpanicè *de la Madera*) qui eſt 25. Prouinc. Portugalliæ. In eo etenim requieſcit, prædictus B Petrus à *Guardia*, laicus piiſſimus, & eximia virtute prędıtus Huius ſancti Fratris tanta fuit vitæ auſteritas, atque rigor ad ſeipſum; tantaque charitas ad proximum, vt vix humana lingua exprimi queat. De eius tamen oratione atque exitu, hæc tantum dixerim; quod per continuos viginti annos, quibus hoc in loco deguit, ſemper ferè inter orandum, raptum pateretur, & moriens diſenteriâ, cœleſtem quandam ex ſe fragrantiam emiſerit. Diei obitus ſui haud ignarus fuit, De eius Apotheoſi modò agitur in vrbe: teſte Wadingho tom. 2. ſup. ad ann. 1268. §. 10. Rapinæo in Hiſtor. General. Origin. Recollector. part. 1. præfat. §. 4. ex Libello Neapoli impreſſo, apud Typographiam Ioann. Roncalioli an. 1626. Daça 4. parte Chronic. Min. lib. 1. cap. 40.

B. Michaelis, Confeſſ. [f]] Laicus erat profeſſus, profundiſſima humilitate adornatus: cuius etiam ad Deum atque ad proximum charitas inenarrabilis eſt, diem mortis exoluit in Conuentu S. Mariæ de Luce Montiſcœlij, qui eſt 2. Prouinc. S. Gabrielis. Eius meminit Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Wadinghus tom. 1. ad ann. 1214. §. 22. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 30. §. 6.

B. Iacobæ, Virgin. [g]] Socia fuit B. Antoniæ à *Florentia* Virg. Floruit circa an. 1580. in Monaſterio corporis Chriſti ciuitatis Aquilanæ in Aprutio; ſilentio, obedientia, oratione & vitæ ſanctitate clara, ibid. ſpiritum Deo reddidit: atque honorifico tumulo condita eſt: vbi miraculorum gloria celebratur: quare, tum apud reliquas Moniales, tum quoque apud vniuerſos Amiternæ ciuitatis populos, in maxima veneratione habetur. Memoratur à Toſſiniano lib. 2. Hiſt. Seraph. Gonzaga 2. part. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt. 1. Prou. S. Bernardini. Barezzo ſup. lib. 2. cap. 13. ſed latius Marco Vlyſſip. ſup. lib. 7. cap. 15. ad an. 1490. & Bzouio tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1488. §. 13. quo obiit. Valerio de SS. Fœminis Ordin. Min. lib. 2. cap. 42. Iacobillo de SS. Fulginat. in B. Paula Fulginat. 2. Ianuar. Wadingho tom. 5. ſup. 1447 §. 90. & to 6. an. 1472. §. 60. Thielmanſ. tom. 2. vit. SS. Seraph. Ordin. §. 7.

QVINTO KALENDAS AVGVSTI.

IN Ægypto, Beati [a] Alexandri Ioannis, Martyris: qui ob publicam Chriſti prædicationem à Mauris & Turcis captus, plurieſque ad varia, ſæuaque tormenta repetitus, tandem in ignem tertiò iniectus, ſed nil læſus, gladijs confoditur, & lapidibus obruitur. Falezij in territorio Sagienſi, Beatorum Martyrum [b] Petri, Ioannis, & alterius Petri; quos hæretica rabies, crudeliſſimis affectos ſupplicijs, immaniſſimæ neci tradidit. In Italia, Beati [c] Iacobi Manfredi, Confeſſoris: patientia, & zelo obſeruantiæ Regularis inſignis. Apud montem Odoroſium in Apulia, Beati [d] Antonij à Lioneſſa, Confeſſoris, & Doctoris egregij: qui genere & innocentia vitæ clarus, miraculorum etiam gratia exornatus fuit. Compluti in Hiſpania, Beati [e] Franciſci à Turribus, Confeſſoris & concionatoris eximij: paupertate, caſtitate, & abſtinentia conſpicui. In Caſtella, Beati [f] Ioannis Ruizij, Confeſſoris: qui renuntiato Prouincialatu, humilitati, rerumque cœleſtium contemplationi operam dedit, & ſancto fine quieuit. Neapoli in Campania, depoſitio Beatæ [g] Sanciæ, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, & Maioricarum Reginæ: quæ inclyti Regis Roberti primi relicta, cuncta pro Chriſto contemnens, Regulam Clariſſarum profeſſa eſt, in Monaſterio ibidem à ſe extructo: vbi in maxima paupertate & humilitate, cæterarumque virtutum praxi, vitæ curſum fœliciter conſummauit.

IVLII XXVIII.

§. 1. BEati *Alexandri Ioannis, Martyr.* [a]] Ex Apulia oriundus erat, fitque frater laicus apud prouinciam S. Gabrielis Diſcalceatorum in Hiſpania: diu autem moratus eſt in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Saluæ-terrę eiuſd. prouinc. quo in loco, mira vitæ auſteritate, abſtinentia, cilicio, oratione, ſpirituſque feruore enituit. Qui cùm martyrij deſiderio flagraret, in Lybiam profectus eſt: vbi à Mauris, ob Euangelij prædicationem, crudeliter fuſtibus nudo corpore cæditur, & penè mortuus relinquitur: ſed paulò poſt, Chriſti fidem iterùm publicè prædicans, lapidibus appetitus, fugatus eſt. Indè Memphim perueniens, ibidem impiorum manu, virgis toto corpore verberatur, iniurijs & opprobrijs, faméque maceratus dehinc dimittitur. Ad vltimum iterum captus in ignem conijcitur, à quo nil paſſus; tandem gladijs confoſſus, & lapidibus obrutus, perimitur, circa ann. 1552. Hæc quidem breuiter & ſuccinctè referuntur: eo quòd non omnes conueniant, in modo, quo hic inſignis athleta Chriſti, martyrij gloriam adeptus ſit.

§. 2. Quidam enim volunt bis in Aphricam traieciſſe, & toties multa à Barbaris eſſe perpeſſum tormenta: primo vnà cum B. Antonio *Argentario*: ſecundò cum B. Ioanne *Znaza*: tunc enim Hieroſolymam profecti, deindè Alexandriam, Memphim, ſeu Cayrum adierunt: Illicque, poſt crudelia, variaque ſupplicia, famis inedia conſumpti, mortui reperiuntur in carcere, ſi Marco Vlyſſiponenſi fides adhibenda ſit. At cæteri fatentur quidem præfatum B. Ioannem mortuum eſſe inuentum, ſed B. Alexandrum ſuperſtitem adhuc fuiſſe: cùm opera & interuentu cuiuſdam Legati Regis Franciæ, per ea loca tunc fortè tranſeuntis, liberi dimitterentur. Liber igitur factus B. Alexander, in aliam ciuitatem iter eſt aggreſſus: vbi, ob Chriſti prædicationem, in carcerem detruditur abſque cibo & potu: ſed cùm nihilominus ex alta turri magis ac magis concionaretur, ſectam Mahumeticam condemnans, indè extrahitur, ignis ſupplicio perimendus. Verùm ſemel & iterum in ignem iniectus, nec in aliquo læſus, in rogum tertiò proiicitur, atque lapidibus obruitur. Addit Gonzaga hunc martyrem, apud Memphim, gladiis Ægyptiorum interiiſſe. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 32. Barezzus 4. part. ibid. libro ſecundo, capite decimo ſeptimo, & decimo octauo. Daça ibid. lib. 3. cap. 43. & 48. ann. 1557. Baptiſta Molez cap. 25. Memorial. prouinc. S. Gabrielis. Gonzaga 3. part. ibid. Origin. Serap. Relig. in prædicto Conuentu Saluæ-terræ, qui eſt 6. præfatæ prouin. Rapinæus in Hiſtor. Generali Orig. Recollect. Decad. 7. part. 2. §. 7. & Decad. 8. part. 1. §. 8. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Marianus libro quarto, capite vigeſimo octauo. Bouerius tom. primo Annalium Capucinorum, ad annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum nonum, paragrapho primo, & ann. 1551. paragrapho ſecundo, &c. Vide ſup. ad 4. Ianuar. §. 1.

Beatorum Petri & Ioannis, Martyrum. [b]] *Falezium* ſeu *Falezia*, oppidum eſt Ducatus Normaniæ, §. 3.
Diœceſis Sagienſ. in quo extat Conuentus Minoriticus ſanctæ Mariæ Magdalenæ dicatus: qui hæreticorum rabie graſſante, magna ex parte demolitus eſt, ibi duo præfati BB. Concionatores eximii, palmam martyrii obtinuerunt. Quorum vni nomen erat Matthæus *Picquet*, alteri vero Ioannes *Benedictus*: vltimo Petrus *Hoes*, ſeu *Guſeſius*, vel *de Guyes*, *de Ghees*, de *Gees*; ſed meliùs de *Seez*, *Sagienſis*. Iuxta Gonzagam 3. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 27. prouinc. Franc. & Barezzum ſup. lib. 4. cap. 24. ad ann. 1561. Daçam ibid. lib. 3. cap. 51. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Idem tamen illuſtriſſimus Præſul Gonzaga part. 4. vbi de BB. martyrib. Franciſcanis,

ſuo æuo,

Digitized by Google

ſuo æuo, ait, ob Chriſti fidem paſſis: vocat primum, Beatum Petrum *Pichot*: & de eius ſocio, ait; quòd in forum adductus, ſublimique trabe ſuſpenſus, hæreticis in gyrum circum crucem illudentibus, ſpiritum glorioſè emiſerit. Idem habent Picquetus in Catalog. viror. Franciſcan. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1288. §. 38. Barezzus item lib. 7. capite 5. Marcus Vlyſſiponenſ. ſupra, capite 58. Boſius de ſignis Eccleſ. Dei tom 1. lib. 7. ſecul. 9. cap. 3. Hilarion. à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 365. Algezira ſup.

§. 4. *Beati Iacobi, Confeſſoris.* [c]] Hic vnà cum aliis BB. Patribus, multa grauiaque paſſus eſt pro defenſione Religionis ſeraphicæ, & puritate Regularis Obſeruantiæ à Fratre Helya, eiuſque ſequacibus: à quorum tandem calumniis eos vindicauit Beatus Ioannes *Parmenſis*, electus Miniſter Generalis anno 1248. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. 2. parte ſupra, lib. 1. capite 28. Vvadinghum tom. 1. ſup. ad annum 1224. §. 11. qui hunc vocat Iacobum de *Monte Rubiano*, loco *Matthæi*.

§. 5. *Beati Antonij, Confeſſ.* [d]] Hic cùm Doctor eſſet, & nobili genere ortus: illuſtrior extitit omni virtute, vitæque ſanctitate, qua ſemper pollebat. Tanta autem ſimplicitate & innocentia coram Deo fulgebat, vt aues cœli, & beſtiæ terræ ſibi ad nutum parerent. Tandem miraculis ac virtutibus glorioſus migrauit ad Dominum, in Cōuentu montis Odoriſij Prouinc. ſancti Angeli: teſte Marco Vlyſſiponenſi ſup. parte 3. libro 8. capite 58. ad ann. 1511. Boſio ſup. libro 12. capite 21.

§. 6. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* [e]] Is dum viueret, Religioſiſſimam vitam duxit, ſuique ſtatus ac profeſſionis obſeruantiſſimus extitit. Vinum verò aut carnes ni vrgentiſſima in neceſſitate, nunquam admiſit, paupertatem prętereà & caſtitatem, quàm diligentiſſimè coluit. Cúmque prædicationis Apoſtolicæ officio functurus, vniuerſam fermè Hiſpaniam peragrarit, aſellum, aut aliquod aliud iumenti genus nunquam admiſit, ſed pedes perpetuo inceſſit. Paſtoribus atque ruſticis libentiſſimè concionabatur, quod huiuſce ſpirituali pabulo egere eos certò ſciret. Complutiautem obiit ann. 1580. Sepultuſque in Conuentu Sanctæ Mariæ de Ieſu; cuius funeri vniuerſa Complutenſis ciuitas interfuit; eumque Beatum, Deoque charum plenis buccis prædicat: atque eius vel habitus, vel crinium aut chordæ particulam, non ſecus ac ſanctas Reliquias accipere contendit. Scribit de eo Gonzaga 3. part. ſup. in dicto Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Caſtellæ. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 56. qui vult obiiſſe in Conuentu Sancti Iuliani de Capraria, ſed hallucinatur. Salazar. libro 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ capit. 12. Briſenus in Apparatu Hiſtorico de vita Ioannis Scoti Doctoris ſubtilis, paragraph. 22. numer 21. vbi notat hunc Dei ſeruum, miraculis, & vitæ ſanctitate celebrem, in procinctu fore canoniſandum, Vvadinghus tom. 6. ſup. ad annum 1456. §. 248.

§. 7. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [f]] Ex Occania oriundus erat, qui ne parentum, propinquorum, & amicorum inſidiis, moleſtiiſque pateret, iis, atque patriis laribus longè poſt ſe relictis, in Bæticam Prouinciam aufugit, inbique ſacrum Seraphicæ Religionis habitum induit: ac tandem profeſſione emiſſa, Caſtellæ prouinciam, quæ ſibi patria erat, vtroque iam parente orbatus, repetiit: in qua cùm per aliquantulum temporis commoratus fuiſſet, ſtrictioris vitæ cupidus, ea quoque relicta, ad prouinciam S. Ioſephi conuolauit: cuius Miniſtrum Prouincialem ſtrenuè aliquando egit. Paupertatis Euangelicæ fuit amantiſſimus: necnon egregius Eccleſiaſtes. Humillimus erat, vndè cùm abſens ad Prouincæ S. Ioſephi miniſteriatum à Patribus, euectus eſſet, in Prouinciali Capitulo, anno 1577. apud Conuentum Sancti Andreæ de Monte, propè Arenas: vix ab eiſdem per cautelam vocatus adigi potuit, vt munus acceptaret. Coactus tandem ad ipſum obeundum nunquam quieuit, quoad ipſi renuntiauit. Quod tamen, nollem eius ſocordiæ aut puſillanimitati adſcriberetur; ſed potius humilitati, qua maximè præditus fuit. Nam adeo prudenter, & pacificè per annum cum dimidio, Prouinciam rexit; vt vix ſibi parem ab eius erectione habuerit. Eo autem onere ſubleuatus, piis exercitiis, diuinarumque rerum contemplationi iugiter vacauit, vſque ad annum milleſimum quingenteſimum octuageſimum, quo, illo pituitoſo morbo (qui tunc per vniuerſum orbem graſſabatur) infectus, ex hac vita ad cœleſtem patriam perrexit. Cuius corpus iacet conditum in Conuentu Sancti Ioannis Euangeliſtæ Turris Stephani Abrani. Illius meminere Gonzaga 3. part. ſupra, in Conuentu 27. 28. 29. & 31. Prouinc. Sanct. Ioſephi. Rapinæus Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 8. parte prima, §. 11. Ionnes à Sancta Maria ſup. libro ſecundo, cap. 30.

Beata Sanciæ, Reginæ. [g]] Vxor fuit Roberti I. Regis Neapolis, Siciliæ, &c. Fratris Sancti Ludouici, Tholoſani Epiſcopi, ex Ordine Minor. aſſumpti, qui quidem Robertus Rex, tertij Ordinis Franciſcani erat alumnus, voluitque cum habitu Minoritico, moriens ſepeliri in Eccleſia Monaſterij corporis Chriſti apud Neapolim ann. 1343. prout teſtantur Sanctus Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 16. Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. conformit. fruct. 8. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. libr. 8. capit 48. §. 1. & 49. §. 1. Vvadinghus tom. 3. Annal. Minor. 1342. & 343. Volateranus lib 21. Antropolog tit. de Eremitis. Gonzaga part. 1. ſup. in præfato Monaſterio. De Torres in practic. exhortationibus ſuper Regul. Tertiar. fol. 37. Friſonus lib. 1. Galliæ Purpurat. in Clemente VI. Pap. §. 8.

Anno verò ab obitu præfati Regis expleto; hæc deuotiſſima Regina, mundo optans etiam emori, habitum Religiónis etiam ſuſcepit de manu Reuerendiſſimi Patris Fortanerij *Veſſaly*, Galli, ex Prouinc. Aquitaniæ, tunc Generalis totius Ordinis ann. 1343. non autem 1356. vt mendoſè habetur apud S. Antonin. §. 17. ſup. qui tamen in cæteris ſequendus eſt; cuius verba haud pigebit hîc apponere. *Eodem anno, idem Generalis recepit ad Ordinem S. Claræ illuſtriſſimam Dominam Sanciam de Maioricis, Siciliæ, & Hieruſalem Reginam, ac inclyti præfati Domini Regis Roberti relictam; quæ ob feruorem paupertatis, omnia mundana contemnens, in Monaſterio S. Crucis de Neapoli, ſub prima & arctiori regula S. Damiani ſororum, elegit Domino, ſibi nihil temporale relinquens, perpetuò famulari; quod Monaſterium viuit de eleemoſynis præciſè per Fratres mendicatis. Et tantum dedit inaudita humilitatis exemplum, quod proprium nomen, & titulum Regni volens dimittere, eidem Generali humiliter ſupplicauit; vt præcepto ſuo firmaret; quod de cætero nullus Frater, vel Soror, vocaret eam Dominam Sanciam, vel Reginam, ſed Sororem Claram, & ancillam Sororum S. Claræ; quod & factum fuit. Hæc Domina Regina multa Monaſteria Sororum S. Claræ, & alia Ordini Minorum ſubiecta, ob deuotionem Ordinis conſtruxerat, viuente adhuc coniuge eius D.* §. 9.

Digitized by Google

Rege Roberto; & infra ciuitatem Neapolitanam quatuor Monaſteria Ordini ſubiecta conſtrui fecit, videlicet, Monaſterium præfatum corporis Chriſti (vbi Rex Robertus eſt ſepultus, ſepulchro marmoreo ſculpto, figuris pulcherrimo; quod Monaſterium miris ædificiis, & redditibus, & ornamentis, & Reliquiis eſt dotatum: in quo ferè ducenta Sorores, & quinquaginta Fratres morabantur Conuentualiter.) Monaſterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ: & Monaſterium Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, & Monaſterium Sanctæ Crucis: in quo, in paupertate & humilitate maxima vixit, & vita curſum fœliciter conſummauit.

§. 10. In eo igitur vltimo Monaſterio ad vltimum vſque halitum ſanctiſſimè vixit; ieiuniis, ſilentio, orationi, aliiſque piis operibus Domino fideliter deſeruiens; & moriens anno 1345. iuxta ſummum Altare ſepeliri voluit. Agunt de ea Piſanus ſup. part. 4. D. Antoninus, Volateranus, & Gonzaga ſup. in Beatis Monialibus 2. Ordin. Minor. & in Monaſteriis Corporis Chriſti, S. Mariæ Magdalenæ, & Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, item part. 2. in Conuentu Sanctę Crucis Neapolit. qui eſt 2. prouinciæ Terræ laboris. Platus lib. 2. de bono ſtat. Relig. cap. 77. Elzearius lib. 2. capit. 5. ſacri mont. Oliuet. Grauina ſup. cap. 13. Salazar. lib. 1. ſup. cap. 31. & 32. Ferrarius in Catalog. SS. hac die. Choppinus lib. 2. Monaſtic. tit. 2. §. 44. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. De Sillis in capit. 1. Regul. tertij Ordin. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 15. §. 1. cap. 17. §. 1. cap. 24. & 49. §. 2. vbi ait hanc Reginam obtinuiſſe à Rege marito, loca quædam in Terra ſancta pro Franciſcanis Fratribus, quibus & ſuis expenſis Conuentum extruxit apud Montem Sion: quæ omnia præfatus Rex impetrarat à Soldano ann. 1304. iuxta eundem Authorem ibid. cap. 20. §. 2. lib 6 Addit autem lib. 8. cap. 49. §. 3. Monaſterium Clariſſarum apud Aquenſem vrbem in Gallia, fuiſſe ab ead. Beata Regina Sancia fundatum: quod & Gonzaga confirmat. part. 3. in eo Monaſterio 4. Prouinc. S. Ludouici. Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1337. §. 11. 1343. §. 16. 1344. §. 10. & ſeq. ex Summuntio lib. 3. Hiſtor. Neapolitan. Bzouio tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1342. §. 9. & 1343. §. 3. ac 1345. §. 7.

QVARTO KALENDAS AVGVSTI.

TAraſci in Gallia Narbonenſi, Sanctæ [a] Marthæ, Virginis, hoſpitę Saluatoris, & ſororis Beatæ Mariæ Magdalenæ, ac Sancti Lazari: cum quibus, poſt Chriſti Aſcenſionem, diuino nutu, commigrans in Gallias, Prouinciam Phocenſem incoluit, vbi vitæ regularis prima dedit ſpecimina: & poſt piorum laborum perfectum cumulum, glorioſa tranſiit in cœlum. Aureliani, Beatorum [b] ſex Fratrum Martyrum: qui ab hęreticis incarcerati ac vallati, multiſque diebus extrema fame afflicti, tandem intoxicato pane ab illis perfidis extincti ſunt. Stampis in territorio Senonenſi, Beati [c] Ludouici de Plana, Martyris: qui in perſecutione Caluiniſtarum hęreticorum, pro defenſione Catholicę Religionis, gladio percuſſus, ad cœlos euolauit. Fugiaci apud Ruthenos in Gallia, Natalis Beati [d] Ademari de Felſinio, Confeſſoris: qui genere & virtutibus illuſtris, ſapientiæ, prophetiæ ac miraculorum donis magnoperè excelluit. Viterbij, Beati [e] Soldanerij, Confeſſoris: doctrina & vitæ integritate ſpectabilis. In Italia, Beati [f] Laudoni à Monte Feltrio, Confeſſoris, Tertiarij eximiæ ſanctitatis viri. Puteolis in Campania, Beati Bernadini Peruſini, Confeſſoris: candore & innocentia vitæ conſpicui, Florentiæ, Beati [h] Petri Franciſci Gori, Confeſſoris, & Concionatoris egregij: qui ſpiritu prophetico, atque ſignis admirandis emicuit. Apud Campum-Baſſum in Apulia, Beati [i] Marci à Bononia, Confeſſoris: moribus Angelicis & miraculis clari. Corleonis in Sicilia, Beati [k] Pauli à Corleone, Confeſſoris: qui viuus ac mortuus miraculorum gloria extitit ſublimatus. Sergnij, in Apulia, Beati [l] Angeli Storrens, Confeſſoris, Tertiarij: genere & Charitate in pauperes conſpicui. Badeiocij in Territorio Hiſpalenſi, Beati [m] Martini à Numbela, Confeſſoris. Mexici, Beati [n] Franciſci de las Naucas, Confeſſoris: qui zelo ſalutis animarum plenus, multa millia Indorum conuertit ad Chriſtum. Sagunti in Hiſpania, Beati [o] Anonymi, Confeſſoris. In Hiſpania, Beati [p] Franciſci Doziechi, Confeſſoris, Prouinciæ immaculatæ Conceptionis Virginis Recollectorum in Aquitania, fundatoris inclyti: qui humilitate, paupertate, eximiaque charitate exornatus, ſancto fine quieuit. Auxoniæ in Burgundia, Beatarum [q] Annæ & Collettæ, Virginum.

IVLII

Digitized by Google

IVLII XXIX.

§. 1. BEata Martha, Virginis.[a]] Particulari deuotione eam ſemper veneratus eſt noſter Ordo Franciſcanus: in capitulo generali Piſis, ann. 1267. iuſſum eſt, vt nouæ hæ feſtiuitates admitterentur in ordine, videlicet, Conceptionis B. Mariæ, Viſitationis eiuſd. B. Annæ, illius genitricis, & Marthæ virginis. Teſte Wadingho. Tom. 2. Annal. ad ann. 1267. §. 16. Poſtea in Capitulo generali Marſiliæ, anno 1324. (Iuxta verò Wadinghum tom. 3. Annal. Minor. ann. 1319. §. 1.) ſancitum reperio Feſtum eius agendum eſſe die 20. huius menſis: vti refert Speculum Fratrum Minorum, tract. 3. in ordinationibus circa Diuinum officium. Hinc recenſetur inter feſta ſolemnia noſtri ordinis ab Authore Firmamenti trium Ordinum Minor. part. 3. in ordinationibus diuini officij. Modò autem, vt vniformitas ſeruetur, fit de ea Virgine Feſtum cum Eccleſia Catholica, 29. die Iulij, vti habetur apud Breuiarium & Martyrologium Romanum, ac Gallicanum: quo die Laurentia *Strozia*, Monialis virgo illuſtriſſima, tres Hymnos in eius honorem cecinit.

§. 2. *Beatorum ſex Martyrum.*[b]] Horum nomina penitùs ignorantur. Paſſi ſunt autem ann. 1562. apud Conuentum Fratrum Minorum Aurelianenſ. tunc prouinciæ Turoniæ; nunc vero prouinciæ ſanctæ Mariæ Magdalenæ PP. Recollectorum, ab anno 1600. quo illis datus fuit, authoritate Clementis VIII. Pap. Agunt de eis Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in prædicto Conuentu Aurelianenſi, qui erat 1. prouinc. Turoniæ Barezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 4. cap. 27. Elzearius lib. 3 cap. 10. ſacri mont. Olyuet. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann 1271. §. 14.

§. 3. *Beati Ludouici, Martyris.*[c]] Mortem glorioſè ſubijt ann. 1568. dùm eo tempore, hæreticis ſacras Stampenſium ædes funditùs euertentibus, Conuentus Minoriticus in confuſos lapidum aceruos mutatus eſt. Cuius ita meminit Gonzaga ſup. in Conuentu S. Ioannis Baptiſtæ Srampenſi, qui eſt 18. prouinciæ Franciæ. *Sub immaniſſima* (inquit) *Hugnoſticorum perſecutione V. P. Frater Ludouicus de Plana, claro natus ſanguine, pro Chriſti gloria, inuictiſſimo animo, martyrium compleuit, qui erat huius Stampenſium Conuentus alumnus, ex eoque magnos fructus ſpirituales reportauit.* Eadem prorſus refert Barezzus ſup. lib. 5. cap. 13. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1239. §. 19.

§. 4. *Beati Ademari, Confeſſoris.*[d]] *Ademarus*, ſeu *Aldemarius* nuncupabatur, cognomento, de *Felſinio*, vel *Falſinio*, illuſtri genere natus, patre ſcilicet Domino de Caſtro-nouo, & Monte murato: Ordinemque Seraphicum ingreſſus eſt apud Conuentum Figiacenſem Cuſtodiæ Ruthenicæ, in prouincia Aquitaniæ, Diœceſis Caturcenſ. Mirum! quantum profecerit, in via perfectionis, & ſcientia Sanctorum Meditationibus & obſecrationibus deditus erat: diuinum Miſſæ ſacrificium, ſic æſtuantibus affectibus, animique dulcedine, peragebat: vt totus videretur in lachrymas diffluere. Cilicio, ieiunio, diſciplinis, & cibi parſimonia, lectique aſperitate corpus edomabat: ad obedientiam promptus erat, paupertatem maximè colebat. Dono ſapientiæ, & ſpiritu prophetico (quibus myſticos abſtruſoſque ſacræ ſcripturæ ſenſus reſeraret, & ſecreta cordium panderet) admodum pollebat. Maximis etiam coruſcauit miraculis: nam mortuos ad vitam reuocauit, cæſis viſum reſtituit, vexatos à dæmonibus curauit, pluraque alia ſigna, in vita & poſt mortem edidit. Florebat ſub ann. 1310. ſepultuſque eſt in præfato Conuentu, qui poſtea hæreticorum rabie ſolo æquatus eſt. Ita Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus prouinciæ Aquitaniæ ſanctitate illuſtribus. Codex MS. Abbat. S Victor. Pariſ. ibid. Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu 23. prouinc. Aquitan. Recentioris & part. 1. in Beatis viris huiuſce Ordinis. S. Antoninus 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap 9. §. 13. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann 1290 §. 28. & tom. 3. ann. 1309 §. 7. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap 28. 29. & 30. qui indicare videtur Monachum fuiſſe Benedictinum, antequam Ordinem Franciſcanum profiteretur. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. ex Mariano lib. 5. cap 3.

§. 5. *Beati Soldanerij, Confeſſoris.*[e]] Moribus, vita & eruditione præclarus obijt. Memoratur à Piſano ſup. in prouincia Romana. Gonzaga part. 1 in Beatis viris Ordin. Minor. Toſſiniano ſup. Wadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1236. §. 19. & 1241. §. 15. ex Bernardo à Beſſa & Mariano lib. 2. cap 13. & Picqueto ſup.

§. 6. *Beati Landoni, Confeſſoris.*[f]] *Landonus*, ſeu *Lando* & *Landenus* vocatur: in maxima veneratione, ob virtutes quas operatur, habitus. Illius meminit Gonzaga ſup. in Beatis viris Tertiarijs Franciſc. & Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. ſup lib. 9. cap. 25. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1242. §. 21. poſt Marianum ſup cap. 13. De Buſtis part. 2. Roſarij Quadrageſ. ſermon. 27 part. 2 De Sillis. In cap. 1. Regul. Tertiar. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ capite 30.

§. 7. *Beati Bernardini, Confeſſoris.*[g]] Huic Beatus Franciſcus *Papienſis* prædixit fore Minoritam futurum, ab eoque iuxta ſancti viri prophetiam, habitum Religionis voluit recipere: in quo tantoperè profecit, circa præcipuarum acquiſitionem virtutum, vt ſanctiſſimè vixerit. Puteolis obijt: cuius corpus poſtea Neapolim tranſlatum eſt, & in Conuentu Sanctæ Trinitatis Fratrum Minorum tumulatum: vbi condigno honore veneratur, teſte Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. ſup. lib. 3. cap 57. in vita B. Franciſci *Papienſ.*

§. 8. *Beati Franciſci, Confeſſoris.*[h]] Ex nobili *Gordorum*, ſeu *Tortorum* familia natus, vir fuit deuotiſſimus, & ſui temporis inclitus concionator: ſuper cuius caput, tres micantes ſtellulæ inter concionandum apparuere, ex quibus tanquam ex certiſſimo præſagio certiſſimum ſui obitus diem præuidit, aſtantique coronæ, de ſuggeſtu prædixit Fuit etiam ſpiritu prophetico donatus; quo plures calamitates, pluraque incommoda, quæ certiſſimè ſubſequuta ſunt, tum Romæ atque Florentiæ prænuntiauit. Eum produxit nobis Politiana ciuitas, illius tamen corpus, cui prægrandis lapis eius effigie graphicè elaborata, ac præfatis tribus ſtellis inſignitus ſuperpoſitus eſt in Eccleſia Sanctæ Crucis in Hieruſalem Florentiæ erecta tumulatum iacet: quod & Florentinis, ob aliqua miracula ab eo patrata, in maxima veneratione eſt. Obijt ann. 1513. Vide Gonzagam 2. part. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Fonte Caſtello propè Montem Politianum, qui eſt 27. Prouinc. Tuſciæ. Toſſinianum

ſup. Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1524. §. 16. Daçam 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. Petrum Caluum in Defenſorio ſacrarum Relig. lib. 2. fol 294. Wadinghum Tom. 5. ſup. 1445. §. 26. Alius eſt à Beato Franciſco *Mon-politiano*, Capucino, ſignis & virtutibus conſpicuo, mortuo ann. 1571. cum Senis per Aduentum prædicaret, teſte eodem Bouerio.

§. 9. *Beati Marci, Confeſſoris.* [i]] Fuit vtique ſanctiſſimus, atque Angelicis moribus præditus, necnon & plurimis illuſtratus miraculis, ſepulturam nactus eſt in Conuentu Sancti Ioannis Campi-Baſſi, qui eſt 6. prouinc. S. Angeli. De eo ſcribit idem Gonzaga ibid. part. 2. Diuerſus eſt autem ab eo, cuius meminimus ſup. ad 27. Maij.

§. 10. *Beati Pauli, Confeſſoris.* [k]] Hic diu habitauit, mortemque obijt in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Corleonenſ. qui viuens atque mortuus plurimis claruit miraculis: vti huius Corleonenſis ciuitatis populus facillimè teſtatur; qui nedum ad eius corpus, ſed & ad indumenta, immo & ad ſepulchri puluerem, maxima fertur deuotione. Agit de eo Gonzaga in præfato Conuentu, qui eſt 15. Prouinc. Siciliæ & Daça 4. part. ſup.

§. 11. *Beati Angeli Storrens, Confeſſoris.* [l]] Vir fuit illuſtriſſimus, ſimul atque pijſſimus, oppidi Caſtri Petroſi olim temporalis Dominus, & Tertij Ordinis Seraphici alumnus; cui Beatus Pater Franciſcus, pridiè quàm ex hac vita migraret, apparuit; certoque condonationem ſuorum peccatorum; ob eximiam charitatem, in Chriſti pauperes exercitam, ex diuina diſpenſatione, reuelauit. Tumulatus eſt Sergnij, in Conuentu Sanctæ Mariæ de Gratijs, qui eſt 19. prouinc. S. Angeli. Ita Gonzaga ſup. in hocce Conuentu.

§. 12. *Beati Martini, Confeſſoris.* [m]] Claruit vitæ ſanctitate ann. 1570. apud Conuentum ſancti Gabrielis Badeiocenſ. qui eſt 12. prouinc. S. Gabrielis: de quo ſcribit Gonzaga 3. part. ibid. & Daça ſup lib. 3 cap. 76. fuiſſe pœnitentiæ, abſtinentiæ & orationi valdè deditum, nonnullaque miracula in vita edidiſſe.

§. 13. *Beati Franciſci, Confeſſoris,* [n]] Hic ex Conceptionis prouincia cum ſex alijs Fratribus ab Imperatrice, & Regina Hiſpaniæ, Elizabetha, miſſis ann. 1538. nouam Hiſpaniam venit. Primus omnium eos Indos, qui *Popoloca* nuncupantur, ann. 1540. diuino lauacro tinxit: quorum duobus menſibus pluſquam duodecim millia baptiſati ſunt. Cùm autem Conuentus. S. Iacobi de *Iaticulco*, ſeu *Tratibulco* Guardianus eſſet, Mexicumque aduenisset; illic mortuus eſt ac ſepultus ann. 1578 iuxta Gonzagam 4. part. ſup. in Conuentu Mexicano, qui eſt 1. prouinc. S. Euangelii. Marianum lib. 2 cap. 35. Chron. Reffórmat. Non autem in Conuentu præfato S. Iacobi, vt placet Barezzo ſup. lib. 7. cap. 26. ac Rapinæo Hiſtor. General. Orig. Recollect. Decad. 7. part. 3. §. 4. Daça verò 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 33. locum tacet.

Beati Anonymi, Confeſſoris. [o]] Ille eſt, cuius animam B. Nicolaus *Factor*, dùm Valentiæ orationi vacaret, inter Angelorum choros conſpicatus eſt: qui in Conuentu Spiritus ſancti (qui eſt 7. Prouinc. Valentinæ) è viuis exceſſerat. Ita Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu 19. eiuſd. Prouinc. Valent. Barezzus, & alii, qui res geſtas prædicti B. Nicolai deſcripſerunt ſub 23. Decembr. §. 14.

Beati Franciſci Doziechi, Confeſſoris. [p]] Gallus erat natione in Aquitania natus, prouinciæ Aquitaniæ Antiquioris alumnus: in qua multis perfunctus eſt Ordinis muniis. Poſtea ſtrictioris vitæ zelo accenſus, Refformationis auctor fuit; quæ in dies accreſcens, tot palmites ſanctitatis protulit. Cœpit itaque ſub Reuerendiſſimo P. Franciſco *Gonzaga*, totius Ordinis Minor. Generali Miniſtro; tunc in Gallia moram agente: à quo benignè acceptus, primò Conuentum Rapiſtanenſem accepit ann. 158?. de conſenſu R. P. à *Rocca*, Miniſtri Prouincialis: doctrina & pietate inſignis: quem Reuerendus Pater Angelus à *Ioyenſa*, antequam Capucinorum habitum ſumpſiſſet, in Confeſſarium ſibi delegerat; Vt ſcribit Iacobus Brouſſe in vita eius. Porro ſucceſſor præfati Patris à *Rocca*, duos addidit Conuentus; nempe Tutellanum & Muratenſem: in quibus B. P. Franciſcus Doziechus Reformationem inchoauit, ſecùdum Bullam Clementis VIII. Pap. primuſque Cuſtos cùm eſſet electus, perrexit ad Capitulum generale Valliſoleti inditum, ann. 1593. Mirum! quanta pietatis, patientiæ, humilitatis, totiuſque Religionis ſigna tunc ediderit: haud diu tamen ſuperuixit: cùm enim in Gallias rediret, fœliciter obiit in Domino ingenti omnium luctu: quem Deus poſtea nonnullis illuſtrauit ſignis admirandis. Qua de re vide Rapinæum hiſtor. general. orig. Recollector. decad. 10 §. 7. Brulium lib 3. antiq Pariſ. pag. 1073. Hæc autem Cuſtodia Reformationis, ita imposterum excreuit; vt anno 1615. in nouam prouinciam, ſub nomine immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virg. erecta fuerit. Authoritate Apoſtolica, per R. P. Antonium à *Treyo*. Vicarium generalem, in vrbe Toloſana, vbi & præſens adfui: quæ iterum diuiſa in duas alias prouincias anno 1635. (nimirum, in eam, quæ iam extabat, ſub nomine immaculatæ Conception. & in alteram, ſanctiſſimi Sacramenti titulo decoratam) longè latéque propagatur. §. 15.

BB. Anna & Coletta, virg. [q]] Prima vocabatur Anna *de Beſſey*, nobili genere nata: Altera verò Coletta *Doyſelet*; quæ mira vitæ ſanctitate vixerunt, ſub Reformatione. B. Colettæ; virginis: vide Foderetum, In deſcriptione Monaſterij Auxonienſ. Prouinciæ Burgund. §. 16.

TERTIO

TERTIO KALENDAS AVGVSTI.

IN Germania, Beati [a] Gerardi, Martyris. Auinione in Gallia, Beati [b] Bertrandi à Turre, Confeſſoris: religione, eruditione, atque virtutibus celeberrimi: qui tandem Archiepiſcopus Salernitanus, & Cardinalis S. R. E. necnon Epiſcopus Tuſculanus creatus, ſancto fine quieuit. Bajocis in Neuſtria inferiori, Beati [c] Gregorij Lombardi, Confeſſoris: Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli, ingentis ſanctitatis viri. Mantuæ, Beati [d] Beneuenuti, Confeſſoris: ſignis admirandis glorioſi. Foriliuij in Romandiola, Beati [e] Hieremiæ, Confeſſoris: tertij Ordinis alumni. Apud Salicetum in Caſtella, Beati [f] Petri à Gamarra, Confeſſoris: qui Guardianatus officium nonnunquam exercens, morum candore atque bonis operibus enituit. Sanſeuerini in Apulia, Beati [g] Ioannis Baptiſtæ, Confeſſoris. Lauri in Campania, Beati [h] Petri de Aierola, Confeſſoris: qui magiſtri nouitiorum & Prouincialis Miniſtri munere præclarè perfunctus, meritis ac virtutibus cumulatus, obdormiuit in Domino. Mexici in India Occidentali, Beati [i] Ioannis à Sancto Fráciſco, Confeſſoris: qui orationi, contemplationi, ac verbo prædicationis vacans, multa millia Infidelium ad Chriſtum conuertit: & maximis coruſcauit miraculis. Cortraci in territorio Tornacenſi, Beati [k] Antonij Benaldi, Confeſſoris: qui Guardianus cùm eſſet, & potens opere ac ſermone hæreticos ſtrenuè confutaret, ab eis captus, carceres, vulnera, improperia, aliaque grauia perpeſſus eſt ſupplicia, quæ omnia conſtantiſſimè pro fide Catholica ſuſtinens, in pace tandem quieuit. Pennarandæ in territorio Salmantino, Beati [l] Ioannis à Sanctis, Confeſſoris: mortificatione corporis, ſilentio, patientia, & charitate ſpectabilis. Tiburi, Beatæ [m] Euangeliſtæ à ſublacu, Virginis: humilitate, & ſufferentia inſignis.

IVLII XXX.

§. 1. *Beati Gerardi, Martyr.* [a]] Hic eſt qui vna cum B. Conrado Marpurgenſi fidei inquiſitore per Alemaniam; ab hæreticis necatus eſt per inſidias, dùm ſimul redirent ad ſua, iuxta Marpurgum, ann. 1233. hac die. Ita referunt Addition. ad Scafnaburgenſ. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1233. §. 34. Vide infra ad 3. Nouemb. §. 1.

§. 2. *Beati Bertrandi, Confeſſoris.* [b]] *Bertrandus*, ceu *Bernardus* vocitatur: Gallus natione, ex *Cabalico*, vel *Cobalsco*, aut *Cambalsco*, Cathurcenſis Diœceſis in Aquitania oriundus; Ordinem Minorum profeſſus eſt in Conuentu Figiacenſi, Tholoſam verò profectus, ita ſtudijs operam dedit; vt eruditiſſimus euaſerit, magiſterque in ſacra Theologia effectus ſit Qui vt genere nobilis, ſic & fidei confeſſione illuſtris extitit. In declamandis ad populum homilijs facundiſſimus, in docendo & diſſerendo ſubtilis: tantum apud omnes obtinuit, vt *Doctor famoſus*, glorioſo titulo inſigniretur. Porro ex Prouinciali Miniſtro Aquitaniæ, ann. 1319. Archiepiſcopus Salernitanus creatus eſt à Ioanne XXII. Papa, & anno ſequenti, Preſbyter Cardinalis, ac tandem Epiſcopus Tuſculanus renuntiatus. Multa præclarè ſcripſit opuſcula; & clarus meritis, Auinione obijt, ſepultus apud Fratres Minores.

§. 3. Aduerte hunc optimum virum in S. R. E. Cardinalium numerum fuiſſe aſcitum; non à Gregorio XI. vti Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conform. fruct. 11. part. 2. in Franciſcan. Prouinc. Aquitan. ſanctit. illuſtrib. ſcribit: ſed à Ioanne XXII. prout ipſemet teſtatur ibid. fruct. 8. part. 3. vbi de Cardinalib. Seraphici Ordinis: idemque ſentiunt Marcus Vlyſſipon. 2. part. Chron. Minor. lib. 7. cap. 33. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga ibid. part. 1. in Cardinalib. Minoritis. Ciacconus in Ioan. XXII. Friſonus lib. 3. Galliæ Purpurat. Vvadinghus tom 3 ann. 1316. §. 7. 1310. §. 13. & ann. 1320. §. 5. Præterea Marcus Vlyſſipon. ſup. ex Mariano lib. 4. cap. 5. & Ciacconio, ac Noſtradamo 3 part. Hiſtor. Prouinc. vult ipſum creatum eſſe Cardinalem, ſub titulo S. Crucis: at Piſanus fruct 8. Toſſinianus, Gonzaga, Vvadinghus, conſtanter aſſerunt ad hanc dignitatem fuiſſe euectum, ſub titulo SS. Sylueſtri & Martini in montibus.

Quo ad tempus mortis eius, non omnes conueniunt §. 4.
Vvadinghus ſup. ann. 1324. Toſſinianus verò, Gonzaga ſup. & Vvillotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera *Bertrandus*: & Gaſpar Muſca de Archiepiſcop. Salernitan. opinantur accidiſſe ann. 1326. Piſanus ann. 1327. At conſtat eum adhuc vixiſſe ann. 1328. tempore generalis Capituli, Bononiæ habiti. Qua de re, vide Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. lib 8. cap. 14. S. & Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 15. *Anno* (inquit) *Domini* 1328. *fuit Capitulum generale Bononia celebratum: & dictus Frater Michael de Ceſena fuit per Dominum Papam à Generalatus officio abſolutus: & dictus Dominus Frater Bertrandus Cardinalis fuit Vicarius Ordinis inſtitutus.* Immò id officium Vicariatus exercuit vſque poſt completum Capitulum generale Lutetiæ Pariſiorum coadunatum ann. 1329. quod idem D. Antonin. §. 16. & Marcus

Ff

Digitized by Google

Vlyſſiponenſ. libr. 8. cap. 17. & Wadinghus tom. 3. ann. 1328. §. 18. & ann. 1329. §. 1. confirmant.

§. 5. Willotus refert, & Trithemius de ſcriptorib. Eccleſiaſt. tenet: quòd ipſe Beatus Bertrandus patria fuerit Mediolanenſis: ſed forſan volunt dicere, *Miliacenſis*: Gallicè *De Miliau*, non *Milan*, quod eſt Aquitanorum opidum. Quòd autem vulgi voce hic Beatus Bertrandus, *Strabo de Baiona* appellaretur; vti ſcribunt Toſſinianus, & Willotus. cauſam penitùs ignoro. Sciendum tamen hunc adfuiſſe vnà cum D. Thoma Aquinate, & S. Bonauentura, alijſque non paucis celeberrimis viris, diſputationi habitæ coram Summo Pont. Alexandro IV. an. 1256. aduerſus Guillelmum *de Sancto Amore*: Fratribus Minoribus & Prædicatoribus inſultantem; à quo ipſe B. Bertrandus iniurioſo nomine laceſſitus eſt: eo quòd miris fortiſſimiſque rationibus confutaret ſua deliramenta atque cauillationes. Teſte Mariano lib. 2. cap. 22. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ann. 1256. §. 31. & ann. 1257. §. 7. Marco Vlyſſiponenſ. lib. 1. cap. 55. qui addunt ipſum B. Bertrandum, ſub eo tempore obijſſe propè Lemouicam vrbem: quare, vel ipſi hallucinantur; vel duo eſſent omninò diuerſi, ſed præſtat vltimum ſequi.

§. 6. Porrò, de B. Bertrando, agunt iterum Piſanus fruct. 8. in ſcriptor. Eccleſ. Ordin. Minor. Gonzaga ibid. part. 1. & part. 3. in Conuentu 2. Prouinc. Aquitaniæ Antiquior. & in Conuentu 23. Aquitan. Recentior. Marcus Vlyſſiponenſ. lib. 8. cap. 15. §. 1. D. Antonin. cap. 8. §. 2. Toſſinianus lib. 2. & 3. Vuadinghus tom. 1. ad ann. 1222. §. 38. item tom. 2. ad ann. 1290. §. 28. & tom. 3. ad ann. 1317. §. 2. 1311. §. 13. 1350. §. 18. Supplement. Chron. lib. 6. paulò poſt initium, vbi de Mediolano. Simlerus in epitom. Bibliothec. Gneſneri. Volaterranus lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Choppinus lib. 1. Monaſtic. tit. 1. §. 16.

§. 7. *Beati Gregorij, Confeſſoris.* [c]] Cùm à Seraphico Patre S. Franciſco inſtitutus ordo, per huius Occidentis plagas diffunderetur; contigit vnum eius ſodalitij Patrem Lombardum origine, nomine Gregorium (qui aliquandiu cum ſanctiſſimo viro vitam religioſam duxerat) in Bajocarum ciuitatem vſque penetrare. Huius ſacris concionibus mirificè delectati, ac Monaſticæ conuerſationis exemplis capti ciues, vt eiuſdem inſtituti Fratres in poſterum moram penes ſe haberent, eiſdem Conuentum in finibus ſuis, coniunctis animis erigere decreuerunt ann. 1220. illicque tandem ſanctiſſimè mortuus eſt B. Gregorius, & in ingreſſu Capituli ſepulturæ locum accepit: cuius Epitaphium, his, minùs licet elegantioribus verſiculis, illo tamen ſæculo vſitatis, comprehenſum, in antiquitatis gratiam, ſubiungere in medium mihi viſum fuit.

Hic ſub tumba inferius,
Iacet Frater Gregorius,
Sancti Franciſci ſocius;
Nationéque Lombardus,
Parcat ei Altiſſimus.

Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu SS. Petri & Pauli Apoſtolorum Baiocenſi, qui eſt 21. Prouinciæ Franciæ. Vuadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1222. §. 37. Hunc facilè crederem fuiſſe Prouinciæ Franciæ Miniſtrum Prouincialem, ad quem ſcripſit Helyas generalis epiſtol. de morte Seraphici Patris Sancti Franciſci ann. 1226. §. 15. apud ipſum Vuadinghum cui Odo Abbas S. Dionyſij in Francia dedit Locum & Domum retrò Eccleſiam S. Petri, pro conuentu ædificando, apud Dionyſiopolim ann. 1231. 7. Kalend. Nouemb. teſte Doubleto lib. 2. Hiſtor. Regalis Abbatiæ S. Dionyſij cap. 24.

§. 8. *Beati Beneuenuti, Confeſſoris.* [d]] Vir fuit Deo deuotus, vitæ ſanctitate & ſignis præclarus: cuius corpus Mantuæ requieſcit, in Conuentu Sancti Franciſci. Vide Piſanum ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratribus minorib. Prouinc. D. Antonij ſanctit. illuſtrib. Gonzagam part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 2. in præfato Conuentu, qui eſt 3. illiuſmet Prouinc. vbi aſſerit ipſum fuiſſe Beati Patris Franciſci olim ſocium, profeſſione laicum: quæ confirmant Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Vuadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1220. §. 7. & 1230. §. 18. 1232. §. 18. 1249. §. 9. ex Doneſmundo 1. part. Hiſtor. Mantuan. lib. 4. fol. 177.

§. 9. *Beati Hieremiæ, Confeſſoris.* [e]] Nuncupabatur Beatus Hieremias de *Lambertenghis*, *à Cumo*, Sacerdos profeſſus tertij Ordinis, ex quo eſt Religio approbata. Fuit autem Vicarius in Conuentu Piratelli, & Miniſter Conuentus Foriliuij, vbi corpus eius integrum & incorruptum aſſeruatur & colitur. Teſte Antonio de Sillis in cap. 1. reg. tertiar. Hallucinantur itaque Toſſinianus lib. 1. ſup. vbi de tertio Ordine Franciſcano, ſub fin. & Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Minor. dùm ex vnò duos faciunt. Ab ijs quippe diſtinguuntur B. Bartholomæus *Cumanus*, & B. Hieremias à *Cumo*: ſed perperam. Non me latet inueniri quendam B. Bartholomæum, Tertiarium, qui cognominatur *Baro*, ſeu *De Eugubio*, iuxta ipſum Antonium de Sillis, ſup. cuius meminimus 5. Ianuarij: at alius eſt omninò diuerſus.

§. 10. *Beati Petri, Confeſſoris.* [f]] Sanctitate inſignis, functus eſt Guardianatus officio in Conuentu Dominæ noſtræ de Saliceto; ad cuius fœliciſſimum tranſitum deuotus quidam Pater, qui tunc Deo plenis vacabat affectibus, quandam coronam mirè ſplendentem è cœlo demitti, huiuſque B. Petri capiti imponi vidit. Illius meminerunt Gonzaga ſupr. part. 3. in eo Conuentu, qui eſt 6. Prouinc. Caſtellæ. Borezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 22. ad ann. 1510. Vuadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1376. §. 20. Salazar. lib. 4. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 5.

§. 11. *Beati Ioannis Baptiſtæ, Confeſſoris.* [g]] Ad Religionem ſeraphicam, ſanctiſſimæ Deiparæ, & D. Ioannis Baptiſtæ pijs exhortationibus vocatus: eos præcipua deuotione ſemper coluit, ab eiſque ſæpè viſitatus fuit. Poſtquam autem per 40. annos Deo in omni virtutum genere famulatus eſſet; fœliciter ad aſtra migrauit: ſepultus in Conuentu S. Seueri, Prouinc. S. Angeli, iuxta Marcum Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 8. cap. 39. ad ann. 1514.

§. 12. *Beati Petri, Confeſſoris.* [h]] Hic poſt functum Vicariatus Prouinciæ Terræ-laboris officium, ob eius grauiſſimos mores, Magiſter nouitiorum electus eſt in Conuentu S. Ioannis de Parco-lauri, quo & ſanctiſſimè diem mortis expleuit. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup in hoc Conuentu, qui eſt 25. præfatæ Prouinc. Vuadingho tom. 4. ſup. ad ann. 1383. §. 6.

§. 13. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [i]] Natus eſt in oppidulo *Veaz* Regni Murciæ: cùmque litteris Salmanticæ vacaret, habitum Seraphici Ordinis inibi ſuſcepit in Conuentu S. Franciſci, peractoque ſtudiorum curſu, ſalutis animarum zelo ductus, in prouinciam S. Euangelij ſe contulit, vir fuit in contemplatione & precibus aſſiduus: maximeque in excolenda Dei vinea ſedulus, toto enim die in ea laborabat, propter creden-

Digitized by Google

tium multitudinem, & miniſtrorum paucitatem: noctu verò ad contemplationem ſe recipiebat. Quo factum eſt vt tam in ſuſceptis laboribus, quàm in vitæ probitate inſignis haberetur: octauuſque iſtius Prouinciæ (poſt renuntiationem B. Ioannis de *Goana*) Prouincialis ann. 1558. eligeretur, quam ſanctiſſimè rexit. Electus eſt etiam nouæ Galliciæ Epiſcopus; ſed ob humilitatem tantum onus acceptare abnuit, minimè ſe idoneum eſſe aſſerens Mexicana lingua, cuius notitiam, dono ſupernaturali, adeptus eſt, varias collationes & conciones edidit. Exindè vberrimos in noua Hiſpania fructus collegit; indigenas ad fidem inſtruens, idololatriam deſtruens, Dæmonſorum templa diruens, infinitum idolorum numerum confringens, immenſamque, in diuerſis prouincijs baptiſans infidelium multitudinem. Mortuum ad vitam reuocauit, & pluribus ſignis claruit. Mexicum tandem profectus, infirmatus eſt ad mortem, quam per annum integrum præuiderat: quare diuinis ſuſceptis Sacramentis, die Veneris, hora 11. ann. 1565. verba illa pronuntians: *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, animam efflauit; ac poſt obitum multis glorioſus apparuit. Hæc ex Gonzaga 4. part. ſup. in eo Mexicano Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. S. Euangelij. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 61. 62. 63. & 64. Willoto Athenar. Orthodox. Franciſcan. littera *Ioannes*. Coccio de ſignis Eccleſ. art. 2. Galterio in Tabula chronol. ſæcul. 16. in Sanctis & illuſtrib. viris. Coſtæo lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 25. ex multis alijs. Boſio tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Cottono lib. 3. Inſtitution. Catholic. cap. 68. Mariano lib. 1. cap. 4. Chronic. Refformat. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 17. 18. & 19. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 27. Petro Caluo in Defenſorio ſacrar. Relig. Poſſeuinus in Apparatu Sacro.

§.14. *Beati Antonij, Confeſſoris.* [k]] Huius tanti viri præconium celebrat Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Cortracenſi, qui eſt 1. Prouinc. S. Andrææ, vbi de Patribus memoria dignis, illum locum incolentibus. *Habet* (inquit) *plurimos, qui exilio, ærumnis, & varijs calamitatibus, ob fidem Catholicam, in hoc oppido, & circa fuere affecti. Inter quos præcipuam meretur laudem, ob patientiam, & verè Chriſtianam in atrociſſima perſecutione conſtantiam, Pater F. Antonius Benault, Guardianus huius domus, & prædicator inſignis: qui officium ſuum cùm exercuiſſet, etiam tempore libertatis conceſſæ: per ſummum nefas, & hæreticis conſuetam perfidiam, captus & ad pedes fune alligatus, ita per ſordes platearum ad carceres pertractus fuit. In itinere, pueri & milites petulanter inſultabant, luto, & excrementis pecudum, virum grauiſſimum, & qui paulò antè, ſæpè verbo Dei piè & eruditè propoſito, ingratum vulgus pauerat, conſpergebant. Imò priuſquam ad carceres pertrahi poſſet, ſex vulneribus, cùm in capite, tum in corpore, crudeliſſimè affectus fuit; ita vt ſemiuiuus vix tandem eò peruenerit. Multis præterea incommodis in carcere afflictus fuit: vtpotè, fame, frigore, pædore grauiſſimo: nam in lacum profundiſſimum hominem Religioſum & probum proiecerunt, nulla habita ratione vel eruditionis, vel priſtinorum beneficiorum; ſed ne humanitatis quidem. His addere decet quotidianas vexationes, calumnias, blaſphemias quas miniſtris Caluinianis, eum ex præcepto Magiſtratus viſitantibus, audire cogebatur: qui etiam loco argumentorum, minas ſuppliciorum & mortis, eidem Patri proponebant, ni in hæreſim damnatiſſimam conſentiret. Ipſe interim grauiſſimis & ſapientiſſimis rationibus homines perditos confutabat, & ad metam non loqui adigebat. Hæc & alia in carcere pertulit.* Clarebat circa ann. 1570. Daça ſup. lib 3. cap. ſub anno 1567. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1458. §. 42.

Beati Ioannis, Confeſſoris. [l]] Natus eſt in Diœceſi §.15.
Palentina; laicorum autem profeſſione emiſſa, pœnitentiæ & mortificationi operam dedit, aſpero quippe cilicio indutus, haud ſinebat labori manuum indefeſsè vacare: otium omnino fugiens, ſilentiumque ſeruans; obedientiæ ſigno, prompto animo, parebat: ad orationem, quaſi ad epulas gratanter pergebat: in qua multis fruebatur conſolationibus diuinis: patientiæ in ſe, & charitatis erga proximum, erat admirabilis. Iugi meditatione nouiſſimorum, detinebatur: paſſionem autem Dominicam ſic mente recolebat: vt & corpore cruentis diſciplinis lacerato, ſentiret in ſe, quod & in Chriſto Ieſu. Magna cum ſanctitatis opinione deceſſit è vita ann. 1600. in Conuentu Pennarandenſi, in Prouincia Sancti Pauli apud Hiſpaniam. Ita Ioannes à Sancta Maria part. 2. Chronic. Sancti Ioſephi libr. 4. cap. 20.

B. Euangeliſtæ, Virginis. [m]] Religioſiſſima ſoror extitit, Monaſterij S. Laurentij Panis pernæ in vrbe §.16.
Roma, alumna: quæ exindè, vna cum alijs virginibus eſt educta, vt Monaſterio Tiburtino initium daret, circa ann. 1543. vbi vitæ ſanctitate pollens SS. Laurentij atque Hyppoliti, Martyrum præſentia, plurimiſque diuinis immiſſionibus, ob profundiſſimam humilitatem, maximamque patientiam, atque alias, quas ſummè coluit, virtutes dignari meruit. Vide Gonzagam 2. part. ſup. in huiuſmodi Monaſterio Tiburtino, quod eſt 11. Prouinciæ Romanæ.

Digitized by Google

PRIDIE KALENDAS AVGVSTI.

IN Anglia paſſio triginta [a] duorum Fratrum Martyrum, qui ob religionem Catholicam, ab Henrico VIII. Rege carceribus mancipati, atque in diuerſa loca grauiſſimis onuſti cathenis, bini abducti, famis & frigoris aſperitate cruciati, alijſque doloribus ac ærumnis vexati, quieuerunt in Domino. In Hiſpania, Beati [b] Anonymi, Confeſſoris: ſignis & virtutibus conſpicui. In Italia, Beati [c] Agnelli ab Aluerna, Confeſſoris: qui ex ſceleſto latrone à ſeraphico Patre ſancto Franciſco conuerſus ad Chriſtum, mira manſuetudine ac vitæ ſanctitate eluxit. Catharæ, in Dalmatia, Beati [d] Adami, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Hiſtonij in Apulia, Beati [e] Illuminati de Saluis, Confeſſoris. Attrebati in Gallia, Beati [f] Thomæ Graultij, Confeſſoris: qui eruditione & vitæ integritate pollens, Guardianatus munus pluribus annis ibidem exercuit. In Hethruria, iuxta Senam-longam, Beati [g] Marci Pecorarij, Confeſſoris: pietate, humilitate, atque charitate inclyti. Maſſacij in Picœno, Beati [h] Petri Neapolitani, Confeſſoris: qui ſingulari caſtimonia, ac miraculis floruit. Mexici, Beati [i] Franciſci Ximenij, Confeſſoris: & Concionatoris egregij: qui Indorum ſaluti inuigilans, meritis ac bonorum operum fructibus plenus, exceſſit è vita. Mantuæ, Beati [k] Bartholomæi Bergomatis, Confeſſoris. Platææ in Sicilia, Beati [l] Ludouici à Catalagirone, Confeſſoris: ſignis admirandis glorioſi. Beluiſij in territorio Placentino Hiſpanico, Beatæ [m] Ioannæ à Præſentatione, Virginis: quæ humilitate, pœnitentia, & obedientia, viam ſibi parauit in cœlum. Vlmeti, in Territorio Abulenſi, Beatæ [n] Agnetis Bizerrę, Virginis Tertiarię.

IVLII XXXI.

§. 1. BEatorum triginta duorum Martyr. [a]] Dùm Henricus VIII. Angliæ Rex, maximo furore ſæuiret, in ſeruos Dei, eos præcipuè de medio tollere curauit, quos ſuæ crudelitati ac malefactis & dementiæ obuiare poſſe metuit. Qua de re Franciſcanorum ſignanter machinatus interitum, quotquot reperire potuit, ſtatim in vincula coniecit. Verùm ingenti exindè murmure inter Regni proceres oborto, nonnulli eorum libertate ſunt donati: cæteris, qui principaliores videbantur, in cuſtodia remanentibus. Hi triginta duo erant, qui ſic carceribus mancipati, famis & frigoris aſperitate cruciati, huc illucque ad diuerſa loca per totum Regnum bini cathenis grauibus onuſti mittebantur: ijque egentes, anguſtiati, afflicti, & in fidei agone conſtantes, vitam glorioſo triumpho terminarunt, circa ann. 1538. Scribunt de eis, Fauſtinus Taſſo, Surius, Polina, & alij, in Hiſtorijs ſuorum temporum. Thomas Bouchierus in Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Franciſcan. Obſeruantin. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9 cap. 56. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in martyrib. Or. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis in Anglia. item part. 3. in Prouinc. Angliæ. Barezzus part. 4. Chronic Minor. libr. 3. cap. 5. Daça ibid. lib. 3. cap. 30. ex multis: Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Picquetus in Catal. viror. illuſtr. Franciſcan. Fabrinus tract. de Iubilæo cap. 6. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 22. Sanderus, de origine ac progreſſu ſciſmat. Angl lib. 1. fol. 183.

§. 2. *Beati Anonymi, Confeſſoris*, [b]] Quomodo hic ſanctus Frater, carnis tentationem, ignis aduſtione repreſſerit: & Dæmonem à corpore cuiuſdam infirmi expulerit, vitæque ſanctitate claruerit: vide Marcum Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 1. cap. 34. ad ann. 1250. Wadinghum tom. 2. Annal. Minor. ſub ann. 1253. §. 40. ex Mariano lib. 2. cap. 19.

§. 3. *Beati Agnelli, Confeſſoris*. [c]] Qui priùs latro erat peſſimus ac crudeliſſimus: poſtea conuerſus ad Dominum, per Seraphicum Patrem S. Franciſcum, vir fuit magnæ ſanctitatis: ita vt à ferocitate ad inſignem manſuetudinem deductus, *Agnellus* ab eo vocatus ſit: teſte B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 9. part. 2. notabil. 9. in fine: & fruct. 11. part. 2. ſub fin. item lib. 2. fruct. 5. part. 2. verſ. fin. Wadingho ſup. tom. 1. ad ann 1215. §. 16. ex Mariano lib. 1. cap. 10. §. 9. Cornelio à Lapide. Commentar. in Eccleſiaſtic. cap. 3. verſ. 21.

§. 4. *B. Adami, Confeſſoris*. [d]] Socius fuit Beati Antonij Dirrachienſ. Archiepiſcopi, in prædicatione infidelium: qui & horam mortis ſuæ prædixit, & ſanctitate eximius Catharæ, in Prouincia Dalmatiæ ſepultus eſt. Hunc commemorant Piſanus ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouin. Dalmat. ſanct. illuſtrib. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib, 9. cap. 10. §. 2. ad ann. 1380. Gonzaga part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Picquetus ſup. Wadinghus tom. 3. ad ann. 1305. §. 4. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 54.

§. 5. *Beati Illuminati, Confeſſoris*. [e]] Religioſiſſimus atque ſanctiſſimus obijt in Conuentu ſancti Honofrij Hiſtonienſ. qui eſt 5. Prouinciæ ſancti Angeli: iuxta Gonzagam ibid. part. 2. ſup. & Grauinam ſup. Vvadinghum tom. 5. ſup. 1440. §. 35.

Beati

Digitized by Google

Beati Thomæ, Confeſſoris. f] Scribit Gonzaga 3.
§. 6. part. ſup. in Conuentu Atrebatenſi (qui eſt 5. Prouinc. S. Andreæ) hunc eruditiſſimum atque ſanctiſſimum virum 34. annis Guardianatum in antiquo Conuentu illius vrbis exercuiſſe. Florebat circa ann. 1500.

Beati Marci, Confeſſoris. g] In Conuentu S. Ber-
§. 7. nardini iuxta Senam-longam, (qui eſt 25. Prouinc. Tuſciæ) carnis ſarcina ſolutus migrauit ad aſtra; cuius deuotio atque humilitas cum charitate coniuncta, incredibiles fuere: inquit Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Wadinghus tom. 5. ſup. 1449 §. 38.

§. 8. *Beati Petri, Confeſſoris.* h] Oriundus erat ex Neapolitano Regno: qui cùm iuuenis eſſet, & pulchritudine ac totius corporis venuſtate polleret, Deum obnixè eſt precatus, vt ea formoſitate, ob quam incentiua carnis patiebatur, careret: quare Altiſſimus pijs illius votis annuens, tali vlcere faciem eius deturpauit, vt breui naſus corroſus fuerit, aliumque ſibi effingere compulſus ſit: qua de re *Naſutius*, ſeu *Naſicus*, cognominatus eſt. Virtutibus & miraculis exornatus diem clauſit extremum in Conuentu Maſſacienſ. Prouinc. Marchiæ. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 9. cap. 47. ſub ann. 1517. Wadinghus tom. 6. ad ann. 1467. §. 2. 6. 7. ann. 1472. §. 5. item tom. 7. ad ann. 1479. §. 14. ann. 1481. §. 7.

§. 9. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* i] Prouinciæ ſancti Gabrielis fuit alumnus, duodecim Patrum, qui Indis Euangelij lucem primi intulerunt, decimus: iuris Pontificij ſtudioſiſſimus, ſinceritatis, ac puritatis amator eximius; ob ſingularem manſuetudinem & affabilitatem Deo, hominibuſque dilectus, profeſſionis verò ſuæ zelantiſſimus. Tanta autem fulgebat humilitate, vt minimè in Hiſpania, ad ſacros Ordines promoueri voluerit, quouſque in Hiſpaniam nouam profecturus, ob inopiam eorum, qui Sacramenta Eccleſiæ miniſtrare quirent, inibi Sacerdotium ſuſcepit; primuſque omnium fuit, qui in nouo eo orbe, nouam (vt aiunt) miſſam decantauit. Epiſcopatu Tauaſtenſi Indorum à Carolo V. Imperat. oblato, conſtanter recuſato, elegit potius in teſtamento Patrum ſuorum, quod reliquum erat vitæ tranſigere. Tam à ſe ſemper alienus, vt ſocio indigeret, qui ad ſumendum cibum, & mutandum veſtem, adhortaretur: tam extra ſe poſitus, vt memoria ſanè pollens, quandoque tamen, ſi ab eo quærerent, an cibum iam ſumpſiſſet, eius rei non recordaretur. Guardianatu tamen in Quauhnaoaco ſuſcepto, Mexicanum idioma cùm optimè calleret, illius Dictionarium, alijs ad idem idioma capeſſendum viam ſternens, confecit. Libros omnes Mexicana lingua ab alijs editos, iuſſu ſuperiorum euoluit, & cenſoria virga examinauit. Scripſit accuratè vitam Beati Martini de *Valentia*, anno ab illius morte tertio, id eſt ann. Chriſti 1537. quæ tamen iniuria temporum excidit, vnico quaternione reſeruato.

§. 10. Egregius extitit verbi Diuini præco: etenim non Indis modò, ſed & Hiſpanis frequentiſſimè concionabatur: charus omnibus, præſertim autem trium Mendicantium Ordinum Religioſis, quibus cum aſſiduus erat, Indorum habitationes atque oppida inuiſens, in primis templa, oraturus, ingrediebatur; deindè ægrotantium, aliorumque eò conuenientium confeſſiones audiebat, hanc laboris ex itinere contracti requiem ſuſcipiens. Morbo tandem oppreſſus, cùm ex ægritudine adeò eſſet debilitatus, vt vix ſe poſſet in lectulo mouere: audiens afferri ſibi Chriſti corpus, magno ſpiritus feruore exiliuit, quaſi nouas vires concepiſſet, ac ſolo genua defixit. Reddidit ille ſanctè animam ſuam Deo Saluatori, apud Mexicum, in Conuentu S. Franciſci, vbi & ſepultus eſt. Tunc Beatus Lucas de *Almadobar*, eiuſdem Conuentus Infirmarius, vir magnæ ſanctitatis digitum mortuo abſcidit: ac pro ſacra Reliquia deferens, teſtatus eſt mirificum ex ſe odorem ſolitum emittere. Hæc ex Gonzaga 4. part. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 1. prouinc. S. Euangelij. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 27. ad ann. 1540. Hilarione à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Willoto Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera *Franciſcus*. Rapinæo in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 5. part. 2. §. 8. Elzeario lib 2. cap. 9. ſacri mont. Olyuet. Mariano lib. 1. cap. 44. Chronic. Reſformat. Daça 4. part. Chronic Minor. lib. 2. cap. 21. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Poſſeuinus in Apparatu Sacro.

Beati Bartholomæi, Confeſſoris. k] Vir deuotiſſi-
mus extitit, maxima præditus bonitate, ſanctiſque §. 11.
moribus adornatus: cuius ſepulturæ ſequens Epitaphium appoſitum eſt apud Conuentum S. Franciſci Mantuanum, vbi ſacrum eius corpus requieſcit.

Bartholomæo Bergomenſi, homini Dei: qui obijt M. D. XLVI. die vltima Iulij.

Illius meminerunt Gonzaga ibid. part. 2. in eo Conuentu, qui eſt 3. Prouinc. S. Antonij. Barezzus lib. 3. cap. 46. Marius Mutius de SS. Bergomatib. in eo.

Beati Ludouici, Confeſſoris. l] Laicus fuit profeſſio- §. 12.
ne: cuius corpus optimo loco reconditum Trioclæ, apud Conuentum S. Mariæ de Ieſu (qui eſt 21. Prouinc. Siciliæ) in Chriſto quieſcit: & à ſæcularibus, ob miracula, quæ ibi contingunt, in maxima veneratione habetur. Ex Gonzaga 2. part. ibid. at idem illuſtriſſimus Antiſtes, paulò antè, nempè in Conuentu S Petri Plateanenſ. (qui eſt 12 eiuſdem Prouinc.) aſſerit Plateæ ſeruari his verbis. *Accedit quoque ad huiuſmodi deuotionem augendam B. F. Ludouici à Calatagirone, profeſſione laici, atque ſanctiſſimi viri opima merita; quorum cauſa Deus Opt. Maxim. plurima beneficia, fidelibus quotidie præſtat; Eius corpus Plateanus ſenatus honoris atque venerationis cauſa honeſtiſſimo loco recondendum curauit.* Cui adſtipulatur Grauina ſup. aiens obijſſe ann. 1579.

Beatæ Ioannæ, Virginis. m] Humilitatis & pœni-
tentiæ amantiſſima extitit: cilicium quippe ſemper §. 13.
detulit ad carnem, panis & aqua iugis erat eius refectio. Quæ cùm vna dierum in Eccleſia Miſſam piè audiret, & concioni intereſſe auidè peroptaret: ſuperioris obedientia eam compulit in coquinam pergere, vbi licet loci diſtantia, & murorum intercapedine diſiuncta, miſſam, concionemque diuina virtute, perfectè, audiuit. Teſte Daça ſup. lib. 4. cap. 50. ad an. 1600. ex Monimentis Monaſterij Beluiſiani, quod eſt 6. Prouinc. Angelorum.

B. Agnetis, Virg. n] Clariſſima extitit, quæ dùm §. 14.
viueret, orationibus, lachrymis, & charitatis operibus iugiter intendens, migrauit ad aſtra, ann. 1606. iuxta MSS. Monimenta Monaſterij S. Crucis Sororum Tertii Ordinis Vlmetenſ. quod eſt 33. Prouinciæ Concept. in Hiſpania, & Wadinghum tom. 7. ſup. ad anno 1491. §. 83.

Digitized by Google

AVGVSTVS.

KALENDIS AVGVSTI.

IN Ægypto, Beati [a] Liuini, Martyris: qui cùm apud Quadrum Babyloniæ oppidum, Sarracenorum delubrum ingreſſus, fidem Chriſtianam, mira conſtantia, coram Soldano prędicaſſet, ſectamque Mahumeticam validis rationibus condemnaſſet, truncato capite, illuſtris martyrij palmam obtinuit. In territorio Nannetenſi, Beatorum [b] Martyrum Franciſci, Preſbyteri, Ioannis, Doctoris eximij: & Franciſci, Laici: qui ab hæreticis, ob fidem Catholicam, diuerſo mortis genere ſunt interempti. In Italia, Beati [c] Ioannis de Plano Carpini, Confeſſoris: qui magna fide & Religione plenus, in Germania & Hiſpania Prouincialatum egit, & à Sede Apoſtolica ad Regem Tartarorum miſſus, præclara Legatione functus eſt. Roſarij in Hiſpania, propè Oropeſſam oppidum, in Margine Tietaris amnis, Beati [d] Lucæ à Martyribus, Confeſſoris: qui cùm Guardianus eſſet, oratione, pietate, & Regulari obſeruantia admodùm reſplenduit. Villenæ, in territorio Carthaginenſi, Beati [e] Rochi Moreni, Confeſſoris: qui humilitate, obedientia & oratione maximè enituit. Romæ, Beati [f] Philippi Rauennatis, Confeſſoris: vitæ ſanctitate conſpicui. Nouariæ, Beatæ [g] Concordiæ, Virginis: miraculis claræ.

AVGVSTI PRIMA DIES.

§. 1. BEati Liuini, Martyr. [a]] Gallus erat natione, Prouinciæ Franciæ alumnus, vir vtique doctiſſimus ac pius: qui vnà cum F. Adamo, fidei ardore accenſus, Lybiam profectus eſt, cauſa Euangelicæ prædicationis. Itaque Templum quoddam Sarracenorum ingreſſus (vbi tunc Soldanus ſacrilegis Mahumeticæ legis ritibus vacabat) Chriſtianam fidem omnibus fore neceſſariam ad ſalutem, tum lingua Gallica, tum Arabica (quæ illi eodem inſtanti cœlitùs data eſt) liberrimè pronuntiauit. Quapropter à Soldano captus, vexit ne, mutata ſententia, quæ de Chriſtiana Religione prius ediderat, abnegare, ingentibus promiſſis allicitur: verùm eò conſtantior factus, capitis obtruncatione, martyrij gloriam promeruit ann. 1345. Qua de re ſic ſcribit S. Antonin. 3. part. Hiſtor. Titul. 24. cap. 9. §. 17. *Circa illud tempus, quidam dicti Ordinis, dictus F. Liuinus, de Prouincia Franciæ, in Cadro Babyloniæ, pro confeſſione fidei, glorioſo martyrio coronatur. Flagrans enim deſiderio martyrij acceſſit ad terram Sarracenorum: & ibi prius quandam quæſtionem multum ſubtiliter diſputauit, & clare determinauit: & determinatam in ſcriptis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſi quid non bene dictum eſſet, correctioni dereliquit. Et quæſtio erat talis: An licitum ſit Chriſtiano ſecundum Deum intrare Moſquetas, id eſt, Templa Sarracenorum, ad prædicandam fidem Catholicam, & legem Machometi impugnandam, &c.* totam rei ſeriem latius proſecutus eſt Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chron. Minor. lib. 9. cap. 7. & 8. illius meminerunt, Firmament. trium Ord. D Franc. tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub 20. Generali. Speculum Fratrum Minor. ibid Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib 7. cap. 3. ſæcul. 14. ann. 1305. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. & lib. 2. ſub 40. Capitulo Generali. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. eiuſd. Ordin. Wadinghus tom. 3. ann 1342. §. 61. & 1345. § 1. & ſeq. ex Mariano lib. 4. cap. 12. Salazar. lib. 1. cap. 9. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. Gononus. In Chronico SS. Deipar ſæcul. 13. ad ann. 1345.

BB. Franciſci, &c. Martyr. [b]] Hi ſancti Patres erant ex Prouincia Turoniæ Pictauienſi, agonemque ſuum fœliciter in Domino conſummarunt apud Conuentum ſancti Martini, Diœceſis Nannetenſis, in Britannia Armorica; qui quidem extat in nemore denſiſſimo, à quodam Domino de *Caſtro Briando* constructus, ſed §. 2.
hæreticorum

hæreticorum perfidia incendio conſumptus; vix præfati Patres manus eorum euaſere, quin crudeli ſupplicio, ab eis, ob Catholicæ fidei defenſionem, ſint affecti. B. Franciſcus *Drouadeynes*, ſtatus ſui obſeruantiſſimus, & in litterarū diſciplina eruditiſſimus, vna cum F. Franciſco *Butaldo* Laico, primi per ignem tranſierunt in cœleſte refrigerium: deinde V. P. Ioannes *Tiſſerius*, eiuſd. loci Guardianus meritiſſimus, liquato plumbo enecatus eſt: cuius corpus poſtea in profundum putei proiectum reliquerunt, ann. 1561. Hæc ex Gonzaga 3. part. Origin. Seraph. Relig. in Præfato Conuent. qui eſt 21. Prouinc. Turoniæ Pictauienſ. Idem tamē rem paulò aliter narrat, part. 1, vbi de ſacris Ord. Min. Martyrib. diuerſis in partib. Franciæ, ſuo ęuo obeūtibus: ſic enim habet, *B. Pater Frāciſcus Durdania, an. 1564. in Conuentu ſancti Martini Telliati, cùm eſſet eius loci Guardianus, ab hæreticis truculentiſſimè occiſus: B. Pater Ioannes Tixier, eiuſdem quoque Conuentus Guardianus poſt elapſum quinquennium, ab iiſdem ibidem opprimitur: B. Pater Franciſcus Butault, plumbeis globulis in eum ab hæreticis, vi tormentorum proiectis, martyrij palmam adeptus eſt.* Eadem diuerſitate laborat Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 28 & lib. 5. cap. 40. Daça ibidem. libro 3. cap. 51. poſt Marcum Vlyſſiponenſ. ſupra, part. 3. lib. 9. cap. 58. Horum BB. Martyrum mentionem faciunt Boſius ſup. ſæcul. 9. & lib. 12. cap. 22. Picquetus item ſup. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 365. Elzearius lib. ſacri mont. Oliueti, cap. 10. Toſſinianus libr. 2. in cuſtodia Aurelianenſi. Auguſtinus Caſtell. in triompho Martyr.

§. 3. *Beati Ioannis de Plano, Confeſſoris.* [c]] Italus erat, Latini & Lombardici idiomatis concionator inſignis: quem vna cum aliis ſanctis viris, B. Cæſarius, primus Germaniæ Miniſter Prouincialis, in ſocium delegit, ann. 1221. præmiſitque Tridentum, poſtea Herbipolim, Wormatiam, Spiram & Coloniam; vbi ſermonibus ad populum habitis, multos ad pœnitentiam conuertit. Anno verò 1223. in Capitulo Prouinciali, B. Alberto *Piſano* Germaniæ miniſtro exiſtente, electus eſt Cuſtos Saxoniæ: ſucceſſitque B. Simoni *Anglico* in Prouincialatum Germaniæ ann. 1228. Ordinemque maximè propagauit in Bohemia, Hungaria, Dacia, Noruegia, Saxonia, Alſatia, Auſtraſia, Lotharingia, &c. Capitulo Generali Romano, & Tranſlationi corporis B. Franciſci Aſſiſij, ann. 1230. interfuit. At dùm B. Ioannes *Parens*, Miniſter Hiſpaniæ, aſſumptus eſt ad Generalatum, hic eius loco ad Hiſpanos deſtinatur: vbi mira vitæ ſanctitate cunctis illuxit. Hinc Innocentius IV. B. Ioannem, tractandæ pacis inter Chriſtianos & Barbaros Legatum cum ſociis ad Regem Tartarorum miſit, ann. 1245. qui poſt duos annos vnà cum ſociis regreſſus eſt ad Pontificem ann. 1247.

§. 4. Quidam modernus Eccleſiaſticæ Hiſtor. Scriptor. præfatæ Legationi plures errores commiſcet, prætendens, ex Vincentio, Antonino, Plato, & aliis (apud quos frequens eſt eius memoria) narrationem excerpſiſſe, cùm illi nil minus ſcripſerint; inter reliqua aſſerit, Aſcelinum, Ordin. Præd. (quem idem Summus Pontifex ad alios Tartaros eod. ann. miſerat) cum ſociis F. Ioanne de *Plano*, ac Benedicto, Minoritis, poſtquam in Tartarorum conuerſione, non contemnendam operam poſuiſſet, in intima Perfidis penetraſſe, & Legatione pro Chriſto functum, martyrio tandem ſimul cum iis duobus occubuiſſe. Cùm vtrique horum ſalui ad Pontificem rediſſent; & diuerſis itineribus, ac regionibus fuerint diſſiti: nec ipſi eiuſmodi legationis Hiſtoriæ fructū conuerſorum Paganorum vllum commemorent, quamuis ſingula penè occurrentia diligēt iſſimè adnotarint: quare ad alios eiuſdem Ordinis viros, id referendum eſſe optimè concludit Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1245. §. 13. cui vltro aſſentiendum duximus. Hunc creatum fuiſſe Archiepiſcopum Antibarenſem ab Innocentio IV. Papa ſcribit Panſa in vita ipſius Pontific. Porrò, mentionem B. Ioannis faciunt, Vincentius Beluacenſ. lib. 31 Specul Hiſtor. capit. 2. & ſeq. D. Antonin. 3. part. Hiſtor. Titul. 19. cap. 5. §. 3. & cap. 8. §. 20. Marcus Vlyſſiopenſ. 2. part. Chron. Minor. libr. 1. cap. 32. & 33. Wadinghus ſup. ad an. 1221. §. 6. 7. 10. 1223. §. 23. 1224. §. 45. 1228. §. 86. 1230. §. 16. 1245. §. 4. 5. 6. & ſeq. Cronicon. Saxoniæ MS. Toſſinianus lib. 2. ſup. in fratre *Creſcentio*, Generali. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1245. §. 13. & 1248. §. 6.

B. Lucæ, Confeſſoris. [d]] Aſſiduus perſeuerauſque ſic erat in oratione & meditatione, ac ſpiritus feruore; vt opus eſſet eum detinere, ne tolleretur in altum, vel laberetur in terram. Tentationes, viſibileſque pugnas à Dæmone, ſibi illatas magna fide deuicit: ſacrum verò Miſſæ ſacrificium pia deuotione celebrabat: vigiliiſque & orationibus iugiter vacabat; cúmque Guardianus eſſet, omnibus quæ communitatis erant, ſumma intendebat ſolertia: cunctiſve officiis ſemper primus aderat. Obiit ſanctiſſimè, apud Conuentum Roſarij, qui eſt 4. Prouinc. S. Ioſeph: vide Ioannem à ſancta Maria, part. 1. Chronic. eiuſdem Prouinc. lib. 2. cap. 20. ſub ann. 1575. §. 5.

B. Rochi, Confeſſ. [e]] Oriundus erat ex Concha, in Hiſpania, Guardianuſque extitit Conuentus S. Ioannis Baptiſtæ Valentiæ, Prouinc. Dicalceatorum D. Ioannis Baptiſtæ: in qua & Diffinitoris officio ſumma cum laude functus eſt. Vitæ fuit exemplaris, & indefeſſus ſanctæ orationis amicus; maxima humilitate, & obedientia pollebat, zelator Regularis Obſeruantiæ inſignis. His, aliiſque virtutibus cumulatus, exceſſit è vita, ann. 1593. apud. Conuentum S. Annæ. Ita Barezzus ſup lib. 10. cap. 7. ex Chronico P. Ioann. Ximeneſij. Villanæus lib. 6. cap. 58. & 65. §. 6.

B. Philippi, Confeſſ. [f]] Naſcitur ann. 1566. factuſque adoleſcens, Ordinem Minorum inter Patres Conuentuales profeſſus eſt, & in Laicorum ſtatu mirè profecit. Etenim carnem ſuam continuis domabat ieiuniis, obſecrationibus, diſciplinis, peregrinationibus, aliiſque pietatis & obedientiæ operibus: Egenis, incarceratis, & morti adiudicatis, maximè compatiebatur, ſubueniebatque: aſperum ſub habitu cilicium ferebat abſconditum, pius in ſanctam Deiparam, & Miſſæ ſacrificio deuotus exiſtebat. Tandem multis auctus meritis ac virtutibus, abiit in cœlum, anno Chriſti 1598. ætatis verò ſuæ 32. ſepultus Romæ, in Conuentu SS. Apoſtolorum, apud Patres Conuentuales, vbi pia fidelium veneratione, corpus eius nunc vſque maximo in honore habetur. Ioānes Blancone in Additionibus ad Barezzum, poſt cap. 71. lib. 10. part. 4 Chron. Minor. Grauina, *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 7.

B. Concordiæ, Virgin. [g]] Dormitionem mortis accepit, in Monaſterio S. Claræ Nouariæ, quod eſt 8. Prouinc. Mediolanenſ. hæc autem ingenti ſanctitate prædita fuit, & miraculis, cum in vita, cum quoque in morte claruit. Vide Gonzagam ibid. part. 2. ſup. Daçam, ſup. cap. 31. & Wadighum tom. 6. ſup. ad annum 1455. §. 120 §. 8.

QVARTO NONAS AVGVSTI.

ASſiſij in Vmbria, Dedicatio [a] Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Angelorum (quæ etiam Portiuncula nuncupatur) à Seraphico Patre ſancto Franciſco ſummo in honore habitæ: quam & ſui Ordinis caput inſtituit, & in ea Indulgentiam plenariam omnium delictorum à Chriſto Domino, ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis interuentu, obtinuit, tam pro ſe, quàm pro cæteris fidelibus, hac die, eam piè viſitantibus, tempore Honorij Papæ tertij. In Africa, Beati [b] Damiani Valentini, Martyris: qui Euangelij diſſeminandi cauſa, ad Aphros traijciens, poſtquam è rogo, in quem ipſum proiecerant, illæſus omninò exiliiſſet, eorumdem gladiis tranſverberatus, atque lapidibus obrutus, animam cœlo reddidit. Vimarani in Luſitania, Beati [c] Gualteri, Confeſſoris, eiuſdem Diui Patris Franciſci Diſcipuli: vita & miraculis inſignis. Fabriani in Picœno, Beati [d] Gratiæ, Confeſſoris: Doctrina & ſanctitate conſpicui. Valentiæ in Hiſpania Beati [e] Ioannis Paſtoris, Confeſſoris: qui Diffinitoriatus, & Guardianatus ſæpè munijs præclarè functus, puritate, humilitate atque patientia inſignis eſt habitus. Toleti, Beati [f] Franciſci à ſancto Ioſepho, Confeſſoris: magnæ perfectionis viri, qui virginitate & humilitate claruit. Teneremundæ in Belgio, Beati [g] Archangeli Scoti, Confeſſoris: genere & virtutibus illuſtriſſimi. Mediolani, Beatæ [h] Angelæ Gabrielæ, Virginis.

AVGVSTI II.

§. 1. D*Edicatio Eccleſ. S. Mariæ Angel.* [a]] Seraphicum P. S. Franciſcum trium Eccleſiarum fuiſſe reparatoré, luce clarius conſtat: nempe, ſancti *Damiani*, ſancti *Petri*, & ſanctæ *Mariæ Virginis*, Deiparæ: à quo tempore, maxima cum pietate illam vltimam ſemper eſt veneratus. Legenda 3. ſocior. Marianus lib. 1. cap. 3. S. Bonauentura cap. 2. vit. S. Franciſci. Legenda Gregor. IX. Pap. Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 6. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 6. & alij quos Wadinghus refert, in Apparatu ad Annal. Minor. §. 5. numer. 8. & ſeq. poſt D. Antonin. 3. part. Hiſtor. Titul. vigeſimo quarto, capite ſecundo.

§. 2. Sita eſt hæc ædes, in planitie, propè Aſſiſium, ad radices montis Subatij, quam à Monachis Benedictinis, pauperum Patriarcha, pia liberalitate, accepit. Nullum certe acceptabilius Franciſco donum eſſe potuit: nec gratior ædes illa, quam ipſe dudum reparauerat, & in qua ampliorem gratiam accepit, Apoſtolicum didicit inſtitutum, & ſæpius concentus audiuit Angelicos. Exindè etiã charius hoc munus, quòd omnium, quæ in illo erant Tractu, erat minima, & pauperrima, quòdque non abſolutè eius dominium à ſe abdicauerint Monachi, ſed ea lege, ille cum ſuis, ædiculam hanc incolerent, vt ſi illorum ſodalitium amplius & copioſius radices ageret, huic loco tanquam primo & capiti id nominis tribuerent. Ita Marianus cap. 6. Legendæ Antiquæ, Floretum capite 8. Marcus Vlyſſiponenſ. capite 26. Toſſinianus libro 2. Hiſto. Seraph. Relig. Gonzaga 1. parte Origin. Seraph. Relig. in 1. Conuentu Prouinc. ſancti Franciſci. Wadinghus tom. 1. Opuſcul. D. Franciſc. Annotat. in Epiſtol. 17. §. 4. & tom. 1. Annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum decimum, paragrapho 16. &c. Salazar. lib. 1. Cronic. Minor. Prouinc. Caſtellæ cap. 22. 23. & 24. Griſius de Clericis Regularib. ſection. 14. §. 62. Spinellus De Laudibus Deipar. Virg. cap. 35. §. 8. Corbinus lib. 1. S. Franciad. lib. 4. pag. 84. & 85.

Hæc eſt igitur prima Minoritarum ſedes: hîc cum §. 3.
primis ſociis pedem fixit Seraphicus Pater, in ea non parum Ordo profecit. Eam omnes per vniuerſum orbem diſperſi Franciſcani, tum ob antiquitatem, tum ob eximiam ingentium Fratrum, qui in ea vixerunt, ſanctimoniam, primæuam fatentur, & ſummo dignam honore venerantur. Eam magnoperè coluit D. Franciſcus, in ea poſt conuerſionem quaſcumque moras protraxit: & diem clauſit extremum, & moriens, nihil aliud ſollicitius Fratribus commendauit. Hæc varias ſortita eſt Nomenclaturas. Aliquando S. *Maria Aſſiſij* appellatur: à frequenti viſione & fauore B. Mariæ Virg. in ea factis: *Aſſiſij*, verò à loco: vnico etenim miliari ab ea vrbe diſtat. Nonnumquam, *Sancta Maria Angelorum*, ſiue *de Angelis*, nuncupatur: ob nimiam cum B. Patriarcha, & ſociis eius familiaritatem, eorumdemque protectionem. Aliquando *Portiuncula* nominatur: tum quòd vir Dei, nil aliud ſe appetiuiſſe, aut deſideraſſe multoties dixerit, præter illam terræ Portiunculam; tum, ob alias rationes, quas latiùs explicant D. Bonauentura ſup. Legenda Greg. IX. Piſanus lib. 2. fruct. 6. & 16. part. 2. Gonzaga, Toſſinianus, Marianus, Marcus, ſup. Speculum vit. S. Franciſc. cap. 55. aliàs 82. Seduſius in caput. 2. vit. S. Franciſc. paragrapho 7. Illeſcas lib. 5. Hiſtor. Pontif. capite trigeſimo tertio. Wadinghus ſup. Item, in Aparatu ſup. numer. 14. & tom. 3. Opuſcul. S. Franciſc. Annotat. in Collation. 28. & tom. 1. Annal. ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum ſextum, §. 13. & cæt. Corbinus ſupra, pagin. 11. & 13.

Verùm, quis huius ſanctæ Domus prærogatiuas re- §. 4.
ferre valeat? in ea namque Seraph. P. Franciſc. ſuauiſſimo Chriſti Saluatoris noſtri, eiuſque puriſ. Matris colloquio ſæpiùs dignatus eſt perfui: præcipuè verò, quando ſummam illam, maximamque cunctorum ex-

ceſſuum

ceſſuum indulgentiam, omnibus ipſam ritè diſpoſitéque accedentibus, ab ipſomet Chriſto Domino, (opera eiuſdem piiſſimæ Deiparæ) impetrauit, ann. 1221. circa menſem Octobris: ea tamen lege, vt eius Vicarium (qui tunc Peruſiæ morabatur) ſcilicet Honorium III. Pap. adiret, ab eoque, ſuo nomine, præfatam indulgentiam peteret: quod vir ſanctus mox opere compleuit, & Summus Pontifex piis eius votis benignè annuit. In his autem omnibus, non fuerat adhuc dies deſtinatus: In quo fideles participes eſſe poſſent tanti beneficij. Expectauit vir ſanctus, vt qui tantarum erat author gratiarum, ipſe eſſet & diſpenſator, & quo die eas vellet diſtribui, palam minifeſtaret: vti accidit an. 1223. menſe Ianuario: dùm ab Angelis inuitatus, hanc ſacram ædem, media nocte, ingreſſus eſt. Illic etenim videns Chriſtum Dominum, cum Virgine Matre, & multa Angelorum frequentia ſtantem; procidit in terram, humiliter adorans; & petens ſibi diem indici, quo indulgentia à ſe conceſſa lucrari poſſet. Cui Chriſtus reſpondit: *Volo, ſit dies illa in qua Petrus, Apoſtolus meus, fuit à vinculis abſolutus.* Igitur altera die D. Franciſcus Romam perrexit, & Summo Pontifici Honorio III. cuncta per ordinem retulit: inſum obnixè deprecans, quatenus confirmare dignaretur, eam indulgentiæ lucrandæ diem, quam Chriſtus ſibi determinauerat. Acquieuit tandem Pontifex: ſcripſitque Epiſcopis Aſſiſiatenſ. Peruſino, Tudertino, Spoletano, Fulginatenſ. Nucerino, & Eugubino; vt ad Kalendas Auguſti, omnes ad prædictam ædem conuenirent, quam ritu conſecrationis dedicarent: & ſolemniter indulgentiam hanc plenariam & perpetuam publicarent lucrandam, quolibet anno, à Veſperis primæ diei menſis Auguſti, vſque ad Veſperas ſecundæ diei: dummodò contriti & confeſſi, ædem viſitando intrarent.

§. 5. Ita rem hanc narrant Chronica antiqua Ordinis MM. SS. B. Bartholomæus Piſanus ſup. lib. 1. fruct. 2. & 12. part. 2. ſed latiſſimè lib. 2. fruct. 2. part. 2. Marianus lib. 1. cap. 22. Speculum vit. S. Franciſ. part. 1. cap. 86. 87. 88. 89. S. Bernardinus Senenſ. tom. 1. ſerm. 9. art. 1. cap. 2. D. Antoninus ſup. cap. 7. §. 4. & cap. 9. §. 8. S. Brigitta cap. 90. Reuelat. Extrauagan. Iornandes part. 32. cap. 229. B. Bernardinus de Buſtis, part. 2. ſerm. 13. feriæ 5. poſt Dominicam 1. Quadrageſ. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 2. cap. 1. & ſeq. Toſſinianus lib. 1. & 2. ſup. Michael de Medina, de Indulgentiis diſput. 4. cap. 15. Benzonus de Iubilæo, lib. 4. cap. 1. Emanuel Rodericus tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 58. art. 3. & tom. 2. quæſt. 88. art. 6. Sedulius ſup. §. 8. Martyrologium Romanum, Venetiis impreſſum ann. 1509. & 1566. Franciſcus Maurolicus, & Molanus in ſuis Martyrologiis, hac die. Bellarminus de Indulgentiis, lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. vltim. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad annum Chriſti 1221. § 22. &c. Item ann. 1223. §. 1. & ſeq Portellus in Dubiis Regularib. verb. *Indulgentia*: tum circa indulgentias, & in Addition. Theobaldus. Aſſiſiatenſ. Epiſcopus, huiuſce rei hiſtoriam, circa ann. 1308. edidit: hanc rurſus compoſuit Bartholus de Aſſiſio, ann. 1470. indè Franciſcus Venetus, Surianus, eam docto ſermone exarauit. De veritate & excellentia eiuſmodi indulgentiæ libros ſcripſerunt B. P. Franciſcus Fabrianenſ. & Michael Bernadutius, ciuis Spoletanus, authores antiqui, teſte Vvadingho, ſup. tom. 2. ad ann. 1267. §. 5. & ann. 1277. §. 20. Suarez tom. 4 in 3. part. D. Thom. diſputat. 49. ſect. 2. §. 12. Camuzius, Homiliis feſtiuis, de S. Franciſco §. 6. Pomarium in Quadrageſimal. 1. de Pœnitentia ſermon. 50. feria 4. poſt Dominicam Palmar. in fin. Corbinus ſup. pag. 8. & ſeq. Item lib. 2. pag. 27. & cæt. ac lib. 3. pag. 56. & ſeq. & lib. 4. pag. 66. & ſeq. Spinellus. Tract. de Feſtis B. Virg. Mariæ §. 14. Gononus in Chronico SS. Deiparæ ſæcul. 11. ad ann. 1198 item ſæcul. 12. ad ann. 1210. 1221. & 1224. Balinghen. in Calendario Virg. Mariæ hac die.

Eadem atteſtati ſunt omnes fermè ſocij S. Franciſci, quorum teſtimonia Vvadinghus ſup. refert poſt Piſanum ſup. lib. 2. fruct. 2. part. 2. Confirmant etiam hanc ſacram Indulgentiam complura miracula, quæ reperies apud præfatum Piſanum: Marcum Vlyſſiponenſ. cap. 4. & 5. Vvadinghum ad annum 1223. §. 3. tom. 1. & ann. 1277. §. 19. ac 1295. §. 13. tom. 2. Rem etiam ſtabiliunt, Summorum Pontif. placita, quibus eam indulgentiam approbarunt: vti Honorius III. Alexander. IV. Martinus IV. Bonifacius VIII. Clemens V. Ioannes XXII. Gregorius XI. Benedictus XI. Sixtus IV. & V. Leo X. Paulus III. & V. Gregorius XV. & nouiſſimè Vrbanus VIII. cùm pro anno. Iubilæi 1624. celebrando, omnes alias vbique Indulgẽtias ſuſpenderit, hanc ipſe dato diplomate declarauit intactam, nec comprehenſam eſſe in verbo Romani Pont. ſub Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 31. Iulij 1624. Pont. an. 1. Vide Piſanum & Vvadinghum ſup. tom. 1. & tom. 2. ad annum 1281. §. 6. & Sedulium ſup. poſt Speculum vitæ ſancti Franciſci cap. 89. & Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. part. 2. libro 4. cap. 25. §. 6.

Suffragari etiam mortuis eandem Indulgentiam varia comprobarunt exempla, apud Piſanum, Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. part. 1. lib. 1. cap. 4. & Vvadinghum, tom. 2. ſup. ad annum 1277. §. 22. Dæmones etiam coacti ſunt eam fateri: Detrahentibus autem huius indulgentiæ veritati & certitudini, inflictas pœnas, & immiſſa cœlitùs flagella ſcribunt Franciſcus Bartholus, Piſanus, &c. ſup. Scio nonnullos hæreticos, præcipuè verò Kemnitium in 4. part. examinat. Concil. Tridentini, hanc calumniaſſe Indulgentiam, ſed non impunè, nec ſine reſponſione: hos etenim ſtrenuè doctéque confutauit illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus, cap. vltim. ſup. ac poſt eum Wadinghus tom. 1. ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum primum, §. 24. ſup. §. 7.

Porrò, hæc ipſa indulgentia aliis Fratrum domiciliis communicata eſt per Sedem Apoſtolicam. Nam Sixtus IV. an. 1481. die 5. Auguſti, huiuſmodi indulgentiam extendit ad omnes Moniales, vt eam lucrari poſſint in ſuis Eccleſiis: & deindè eam communicauit omnibus domibus Fratrum, tam Primi, quàm Tertij Ordinis: quas conceſſiones Leo X. confirmauit, & poſt eum alij Summi Pontifices. Vide Compendium priuileg. Franciſcan. verb. *Indulgentiæ ſtationum, quo ad Fratres*, Rodericum, & Wadinghum, ſup. ann. 1223. parag. 4. Immò Gregorius XV. propria Bulla, hanc Indulgentiam perpetuam conceſſit omnibus Chriſti fidelibus Eccleſias quaſcumque Fratrum Minorum viſitantibus hac die, per vniuerſum orbem; ſub Datum Romæ, die 4. Iulij an. 1622. incipit. *Splendor paternæ gloriæ*, &c. cuius meminerunt Vvadinghus & Portellus, ſup. verb. Indulgentia, in Addition. 1. §. 8.

Denique Feſtum huiuſmodi Dedicationis, ea ratione, ſumma pietate celebratur per totum Ordin. Franciſcanum; fitque Officium de Communi Dedicationis Eccleſiæ, ſub ritu Duplicis maioris: vti recenſetur ab Authore Firmamenti trium Ord. Minor. part. 3. in Ordinationib. diuini officij, §. *quæ ſunt maiora Duplicia: Item fiat etiam feſtum Dedicationis primæ* §. 9.

Digitized by Google

Eccleſiæ Ordinis, videlicet S. Mariæ de Angelis, 2. die Auguſti, maius duplex : ſicut conſuetum eſt hactenus in Ordine.

§. 10. *Beati Damiani Martyr.* [b]] Natus in Hiſpania, habitum Ordinis ſuſcepit in Conuentu Badeiocenſi, prouinc. ſancti Gabrielis Diſcalceatorum : moxque paupertatis amantiſſimus & martyrij cupidiſſimus euadens : licentiam à Generali Miniſtro petiit eundi, nimirum inter Sarracenos alioſque Infideles : qui benignè eius petitioni annuens, voluit vt è laicatu ad Preſbyteratum promoueretur, antequam illuc proficiſceretur. Quo peracto, Neapolim in Campania venit, vbi expectata nauigandi opportunitate, pietatis operibus totum ſe mancipauit : maximè verò erga infirmos plagis incurabilibus detentos apud eiuſd. vrbis hoſpitale. Exindè traiecit in Africam, vbi magno cum ſpiritus feruore, cœpit verbum Dei diſſeminare : ſed continuò ab infidelibus captus, & in ignem proiectus, à quo tamen nil læſus ; tandem gladio animaduerſus, & lapidibus appetitus, glorioſè occubuit, an. 1533. iuxta Baptiſtam Molez in Memorabilib. Prouinciæ ſancti Gabriel. cap. 28. Gonzagam part. 3. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu Saluæ-terræ, qui eſt 6. eiuſdem Prouinc. Barrezum 4. part. Chron. Minor. lib. 2. cap. 16. Daçam ibid. lib. 1. cap. 9. Rapinæum Decad. 7. Hiſt. General. Origin. Recollector. part. 2. §. 6. & Decad. 8. part. 1. §. 8. Marianum lib. 4. cap. 28. Chron. ſtrictior. Obſeruant. Reformat.

§. 11. *B. Gualterij, Confeſſ.* [c]] D. Pater Franciſcus, Hiſpanorum etiam maximè ſitiens ſalutem, poſt Generalem illam Aſſiſienſem Congregationem ann 1217. (vti ſuperius 10. Ianuar. §. 2. attigimus) BB. PP. *Zachariam Gualterium*, alioſque diſcipulos, ad Portugalliæ Regnum deſtinauit. Vbi B. *Gualterius*, tam inſigni floruit ſanctitate, vt populos longè latéque Ordini deuinciret, eique plures aggregaret. Mortuus multis claruit miraculis, atque eo perenni, vt ex eius ſepulchro iugiter oleum, morbis, quibuſque medendis optimum ſcaturiret, obiit ann. 1258. dieque 2. Auguſti feſtum illius, à circumuicinis populis magna cum pietate celebratur. Semel & iterum ſacrum eius corpus tranſlatum fuit, non ſine ingenti omnium deuotione, nimirum ann. 1271. & 1577. Anno verò 1573. erecta eſt confraternitas, à piis quibuſdam nobilibus Vimaranenſibus in honorem ipſius D. Gualterij : quam Gregorius XIII. Papa, magnis indulgentiis condecorauit 17. Decemb. ann. 1577. dummodò ſacellum, ſiue altare B. Gualterij, hac die viſitauerint. Hæc ex Mariano lib. 1. cap. 12. & lib. 2. ca. 17. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraph. Marco Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 59. & lib. 6. capit. 27. & 30. Gonzaga part. 3. ſup. in Proemio Prouinc. Portugall. & Conuentu Vimaranenſi, qui eſt 3. eiuſd. Prouinc. Elzeario lib. 1 Sacri Mont. Oliuet. capit. 11. & lib. 3. cap. 8. Wadingho tom. 1 ſup. ad ann. 1216. & 2. 12. 17. §. 22. & 25. item tom. 2. ad ann. 1258. §. 9. Ferrario in Catalog. SS. 2. & 22. Auguſt.

§. 12. *Beati Gratiæ, Confeſſoris.* [d]] Hic eſt, qui B. Franciſcum *Fabrianenſem*, vt intiaretur, inſtruxit : dùm ann. 1267. cœleſti monitus oraculo, Minorum ſubiit vitam. Nam cùm ſolitarius in cubiculo lectiones Philoſophiæ naturalis à Magiſtro acceptas, ſeriùs ſtuderet, facta ad eum hæc vox 3. Kalend. Septembr. *Franciſce, ſurge, quare Fratrem Gratiam Ordinis Minorum, & quicquid tibi præſcripſerit, protinùs exequere.* Circumſpiciens an adeſſet, qui hæc verba proferret, neminem vidit : ſed dùm iterum ſtudiis intendit, ſecundò & tertiò ipſa eadem vox cœleſtis intonuit. Prudenter iudicauit contrà ſtimulum non eſſe calcitrandum, ſed diuinis monitis obtemperandum ; quare continuò prædictum adiit P. *Gratiam*, Minorum tunc Guardianum apud Fabrianum, cui rem omnem ſincerè expandit, & vitę ſuę vniuerſam ſeriem narrauit. Præmonitus ille cœlitùs de ſuperuenturo adoleſcente, amicè excepit ; vt ſub Minoritarum inſtituto ſedulo Deo inſeruiret, hortatus eſt, & in Dei obſequiis viam mandatorum eiuſdem curreret alacriter piè conſuluit. Ad amuſſim inſtructoris ſibi cœlitùs præſcripti conſilia amplexus, valedixit parentibus, initiatus à Miniſtro Prouinciali; de quo nos ſuperius egimus. 20 April. Hinc fit vt ipſemet B. Franciſcus, hunc B. *Gratiam* inter præcipuos Patres, qui Fabriani doctrina & ſanctitate claruerint, repoſuerit. Hæc ex Legenda M. S. B. Franciſci Fabrianenſ. Chronico. Item Fabrianenſi, Wadingho tom. 2. ad ann. 1267. §. 4. & 1268. §. 3.

Beati Ioannis Paſtoris, Confeſſoris. [e]] Zelantiſſimus perfectæ Regularis Obſeruantiæ ſemper extitit ; & puritatis, feruoris, continuæque orationis amantiſſimus. Eximiæ humilitatis & patientæ dono ſublimatus fuit : ſiue in ſeueris ſibi factis reprehenſionibus : ſiue in laboribus, & tribulationibus ſufferendis. Paupertatem & abſtinentiam ſummè excolebat, ſæpè ieiunabat, ciborum perſimonia reſiciebatur tanta cum alacritate, quaſi lautè epulatus eſſet. Coram Deo, ſic perfectè ambulauit, vt nec labe criminis mortiferi vnquam ſe inquinatum ſenſerit : vel quidpiam contra virginalem pudicitiam admiſerit. Cùm autem Indulgentiam Portiunculæ lucratus eſſet, ſub veſperam eiuſdem diei ſpiritum fœliciter exhalauit : ac ſepultus eſt in Conuentu S. Ioann. Baptiſtæ Valentiæ, qui eſt 9. Prouinciæ S. Ioann. Baptiſtæ : in qua Diffinitoriatus, & aliarum Prælaturarum officia laudabiliter exercuit. Vide Ioannem à ſancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph lib. 2. cap. 49. ad an. 1585. §. 13.

Beati Franciſci, Confeſſoris. [f]] Cùm adhuc in ſæculo moras ageret, à *Caſtagno* cognominabatur : ſed facta profeſſione apud Conuentum S. Franciſci de Yeppes (qui eſt 30. Prouinc. S. Ioſephi.) nouam hanc nominis appellationem conſequutus eſt. Humilitatem ſic inſectabatur, vt videretur ſibi connaturalis, ſeſe continuò exercens in huiuſce virtutis praxi. Deuotiſſimus erat ſanctiſſimæ Deiparæ, cuius interuentu & ope virginalem pudicitiam cordis & corporis intemeratam conſeruauit. In obſeruantia ſuæ Regulæ ſtatus, ac profeſſionis zelantiſſimus extitit. Summè expetebat, die 2. Auguſti, poſt Iubileum ſeu Indulgentiæ plenariæ lucrationem, vitam finire ; quod lætus tandem obtinuit. Vide Ioannem à Sancta Maria part. 2. Chron. præfatæ Prouinc. lib. 4. cap. 7. ad ann. 1590. quo floruit. §. 14.

Beati Archangeli Scoti, Confeſſoris. [g]] Naſcitur in Scotia, ex patre hæreſum labe infecto, videlicet Comite de *Forbes*, matre verò Margarita *Gordonia*, Catholica ac piiſſima Heroina, Regio ſanguine clara, ſed multis virtutibus illuſtriore. Factus adoleſcens piè matris ſectatus eſt Religionem : pro cuius conſeruatione, prima nocte nuptiarum, ſponſam relinquens intactam, aufugit incognitus, & mare traiiciendo, venit Antuerpiam : vbi ærumnis ac laboribus plurimis eius conſtantia enituit. Demùm Ordinem Minorum ingreſſus, habitum Capucinorum Tornaci deuotiſſimè ſuſcepit, hac die, ann. 1593. ætatis ſuæ an. 23. qua in vocatione vitam propè cœlicam duxit. Puritate & caſtitate, humilitate & patienta, adeò excelluit; §. 15.

vt alter

Digitized by Google

vt alter ſanctus Alexius merito cognominatus ſit & creditus. Teneremundæ ſanctiſſimè obiit ann. Chriſti 1606. ætatis verò ſuę 36. die 2. Auguſti. Inſignia eius facta latè deſcripta ſunt per R P. Fauſtinum Diſtemienſem, Capucinum, Latino idiomate: & Gallico ſermone per D. Iacobum *Brouſſeum*, Doctorem Theologum, in Alma Vniuerſitate Pariſienſi. Illius inſuper meminere R. P. Ioannes Baptiſta à Peruſio, in Præludio ad vitam B. Fœlicis à Cantalicio Capucini. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 17. in SS. & Illuſtrib. viris, in Appendice. Ardinghellus, in Appendice *Congeminata voce Turturis*, Oſtenſione, 4. Coſtæus in Elogiis Mulierum illuſt. pag. 471. in Margareta *Gordonia*. Raiſſa, in Auctario ad natales SS. Belgij Ioannis Molani, hac die, & Bouerius tom. 2. Annal Capucinor. ad ann 1606.

§. 16. *Beata Angela Gabriela, Virg*, [h]] Huic perfectiſſimæ Sanctæ Claræ ſectatrici, perſecutiones & moleſtias ſibi illatas faſtidienti, Chriſtus Crucem Baiulans apparuit, perſuaſitque, vt illa ſuam patienter perferret. Agit de ea Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1448. §. 43. ex Monimentis MSS. monaſterij *de Vedano*. quod eſt 1. Prouinc. Mediolanenſ.

TERTIO NONAS AVGVSTI.

LOndini in Anglia, Beati [a] Thomæ Belchiani, Martyris: qui ſub Rege Henrico VIII. pro defenſione Catholicæ veritatis, in carcerem truſus, ibidem loci ſqualore, famiſque inedia conſumptus, interiit. Louanij in Belgio, Beati [b] Ioannis Puteani, Martyris; qui à Geuziis hæreticis, in via interceptus, & ſtrangulatus, victor in cœlum migrauit. In Prouincia Colonienſi, Beati [c] Gunterij à Brabantia, Confeſſoris: vita & meritis præclari. Nauis in Tuſcia, Beati [d] Anonymi, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Venetiis, Beati [e] Matthæi Baſcij, Confeſſoris, Congregationis Capucinorum Inſtitutoris: qui aſſiduis ieiuniis, vigiliis & orationibus vacans, necnon altiſſima paupertate, & ingenti ſalutis animarum zelo, relucens; ſanctitate ac miraculorum gloria illuſtris, deceſſit è vita. Bellalcazari, in Territorio Cordubenſi, Beatæ [f] Catharinæ à ſancto Gabriele, Virginis.

AVGVSVI III,

§ 1. BEati Thomæ Belchian. Martyr. [a]] Eximius concionator erat, ann. 28. ætatis ſuæ, cùm incredibili conſtantia & mira eruditione, pietatéque armatus, Regi Angliæ Henrico VIII. Eccleſiæ Catholicæ inſultanti ſe ſe oppoſuit; tum ſcripto (compoſuit enim librum, qui intitulatur, *Ecce qui mollillus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt*: quo Regis errores, vitiorumque eius labem incuſat ac damnat) tum publicis concionibus. Ea de re, ſtrenuus Chriſti miles fœtidiſſimo carceri mancipatur, in quo tanta inedia, fameque cruciatur: vt tandem cutis arida oſſibus hæreret; eoque ſupplicij genere interiret: recitato prius Pſalmo 30. *In te Domine ſperaui, &c.* quem ex libro precum ſuarum coram ſe aperto aſſumpſerat. Dúmque in ſuo tranſitu cœleſtem patriam anhelaret, animamque ſic Deo commendaret, terra intremuit, tantoque motu concuſſa eſt; vt & carceris cuſtodes tremore percuſſi, & ipſe Rex ex hoc ſtupefactus, iuſſerit, corpus exangue (ann. 1537.) ſepulturæ tradi. Illius glorioſum certamen commemorant, Marcus Vlyſſiponenſ, 3. part. Chronic. Minor. lib. 9 cap. 56. Barezzus ibid. part. 4. lib. 3. cap. 4. Daça ibid. libr. 3. cap. 31. Thomas Bouchierus in Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Fratrum Obſeruantin. Fauſtinus Taſſo, in Hiſtoria ſui tempor. Gonzaga part. 3. Origin. Seraph. Relig. in Prouinc. Angl. Hilarion à Coſta lib. 1. Hiſt. Catholic. pag. 161. ex Sandero, lib. 1. ſchiſmat. Angl. Surius in Comment. & Polina in Hiſtor. Thom. Boſius ann. 1540. tom 1. de ſignis Eccleſ lib. 7. cap 3 ſæcul. 9.

§. 2. *B. Ioann. Puteani, Martyr.* [b]] Doctrina & eloquentia pollens, hæreticos maximè confutabat. Cùm igitur lucrata à ſe Portiunculæ indulgentia, apud Louanium, Thenas ſe conferret, à perfidis ipſis hæreticis, in via crudeliter necatur, hac die, ann. 1579. cuius corpus poſtea repertum, ſolemni cleri ac populi concurſu, tranſlatum eſt Louanium, in Conuentu Fratr. Minor. reconditum. Agunt de eo, Gonzaga part. 1. ſup. in ſacris martyrib. Franciſcan. ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis in Prouinc. Germaniæ inferior. & part. 3. In Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. eiuſd. Prouinc. Bouchierus, Taſſo, Barezzus lib. 7 cap 32. & Hilarion ſup. lib. 2. pag. 366. Sedulius in Hiſtor. Seraphic. ſub fin. vbi de Corrolariis Fratrum Minor. à Geuziis interfectorum in Præfata Prouincia, Corrolario 6 Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franccisſ. Boſiuis ſup. lib. 11. cap. 22. Toſſinianus lib. 2. Daça, ſup. cap. 72. Ardinghellus in Appendice *Congeminata vocis Turturis*. Oſtenſione 4. Raiſſa, in Auctario ad natales SS. Belgij. Boënerus in Hiſtor Delineation. Martyr. Franciſcan. Prouinciæ German. inferior.

§. 3. *Beati Gunterij, Confeſſoris* [c]] Non deſinit Deus variis modis ad religionem Franciſcanam per ſeipſum, & ſanctos, vocare miraculosè alumnos: horum vnus B. Gunterius de *Brabantia*, (alij de *Barbaria* & *Barrania*, mendosè legunt) in Prouincia Colonienſi, ſanctæ & integræ conuerſationis fuit: cœlitùs, an. 1248. à Seraphico Patre S. Franciſco vocatus ad ſui Ordinis profeſſionem, cùm prius eſſet Benedictinus. Totius rei ſeriem exponunt Bernardus à Beſſa, de Miniſtris Generalibus Franciſcan. Marianus libr. 2. capit. 16. Chronica Antiq ſub B. Ioan. Parmenſi Generali eiuſ. Ord Piſanus lib. 1. conformit. fruct. 9. part. 2. notabil. Wadinghus tom 1. Annal. Min. ad an. 1240. §. 8.

§. 4. *Beati Anonymi, Confeſſoris.* [d]] Commemoratur ab illuſtriſſimo Gonzaga, part. 2. ſup. vbi de Conuentu Minoritico Nauis, qui eſt 12. Prouinc, Tuſciæ: his

Digitized by Google

verbis *Agebat*, hoc in Conuentu *Nouitium*, *ſuperſtite adhuc Beato P. Thoma de Scarlino*, *nobilis quidam iuuenis Florentinus*, *qui vita ac paupertatis Minoriticæ tædio affectus*: *ſæculi atque eius illecebrarũ repetitionem meditabatur*: *Et ecce*, *dum ante venerabile Euchariſtiæ Sacramentum*, *pro more genua flectit*, *ſomno corripitur*. *Factuſque in extaſim*, *vidit Dominum ſibi improperantem*, *quod ſe relicto*, *mundum ſequi mallet*: *ingratus interim opprobriis*, *flagellis*, *paupertati*, *nuditati*, *atque amariſſimæ paſſioni*, *quam pro ſe atque reliquo genere humano liberando*, *perpeſſus eſſet*. *Qui tandem à ſomno excitatus atque ad ſaniorem mẽtem reuerſus*, *rem totam Patribus prodidit*, *veniamque expetens*, *conſtantiſſimè poſtmodum*, *in Ordine perſeuerauit atque ſanctiſſimam vitam duxit*. Marulus libro 4. Hiſtor. Sacrar. Relig.

§. 5. *Beati Mathæi Baſcij*, *Confeſſ.* [e]] Picœns erat, apud *Baſcium* in confinio Montisfeltri natus: habitum Franciſcanum ſuſcepit in Conuentu Montis-florentini, Patrum obſeruantinor. Prouinc. Marchiæ, apud quos quamplurimis cœpit relucere virtutibus. Sed cùm amplioris perfectionis teneretur deſiderio, totque viſionibus ac reuelationibus cœlitùs ſibi factis ad id accenderetur: decreuit apud ſe haud ampliùs remoram agere, ſed quæ illi diuinitùs indita erant, opere complere. Itaque anno ætatis ſuæ 30. Chriſti verò 1525. aſſumpta tunica dilacera, & obſoleta, cum caputio acuminato: reiectis prorſus ſoleis, ſeu ſottulis ligneis, è Conuentu egreditur, Sicque Romam eſt profectus ad Sedem Apoſtolicam. Eò peruentus, petit à ſummo Pontifice licẽntiam deferẽdi huiuſmodi habitum cum caputio pyramidali; tum facultatem prædicandi vbique, ſine contradictione, verbum Dei: tum Regulam Minoriticam ſeruandi cũ omnimoda perfectione, &c. quæ omnia, Chriſti Vicarius, pro ſua benignitate, vltrò conceſſit viuæ vocis oraculo: & ita huic illuſtriſſimæ Capucinorum Congregationi initium originemque dedit. Mirum verò! quanta vir Dei exinde pertulerit incommoda! quot ſuſtinuerit labores, moleſtias, contradictiones, atque perſecutiones! vt hoc viuendi genus inchoaret, propagaretque. Qua de re Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 9. cap. 15. 16. &c. Barezzus part. 4. ſup. lib. 1. cap. 11. Daça ibid. lib. 3. cap. 30. & ſeq. Binetus in vitis præcipuor. Fundator. Ordin. numer. 37. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraph. Ordin. Beurrierus in ſummario vitarum Præcipuorum Fundatorum Ordinum Religioſor. Bouerius tom. 1. Annal. Capuc. ad ann. 1524. & 1525. Brulius lib. 3. Antiq. Pariſ. pag. 933. Ioannes à ſancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. ſancti Ioſeph. lib. 1. capit. 4. Noſtradamus part. 7. Hiſtor. Prouinciæ, Comite 30. ad ann. 1576. pag. 812. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. vbi de Capucinis. Gonzaga ibid. part. 1. ſup. & part. 2. in Conuentu 1. Prouinc. Romanæ. Moriſius lib. 1. Orig. Relig Seraph. cap. 53. Florimundus Ræmundus de Ortu, progreſſu, & occaſu hæreſ. lib. 3. cap. 4. §. 4. Ioannes Rouſſerius, de Orig. Seraph. Relig. quæſt. 5. proœmial. Hieronymus à Sorbo in Compendio priuileg. Fratrum Minor. pag. 9 Ioſephus Carlinus tract. de Origin. PP. Capucinor Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 16. in Euentib. memorabilib. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. S. Franciſci. Charronus cap. 147. Hiſtor. viuerſal. Gall. ſeu Franc. Spondanus in Auctario Chronolog. ad Annales Baronij, ann. 1525. Hilarion à Coſta lib. 1 Hiſtor. Cathol. pag. 207. Rapinæus Decad. 6. Hiſtor. General. Orig. Recollector. part. 2. Fabrinus tract. de Iubileo cap. 5. Picquetus in Prolog. expoſition. Regul. Minor. Marianus lib. 5. Chronic. ſtrictior. Obſeruantib. Reſformat. capit. 57. Marulus ſup. Choppinus lib. 2. Monaſticon. Titul. 1. §. 36. Corbinus lib. 7. ſanctæ Franciad. pag. 148. & lib. 8. pag. 170. & ſeq. Griſius de Clericis Regularib. ſection. 14. §. 80. in cuius laudem hoc accinit Diſtichum.

Ecce Capucini Matthæus nominis
Author, Seraphici lumen ſuſcitat ipſe foci.

Quibus non obſtantibus, Caluinus, in Epiſtol. ad Polonos, cæterique hæretici, maxima ducti impudentia; audent falsò ſcribere, Bernardinum *Ochinum*, Auctorem Capucinorum extitiſſe: dum ex catholico, pio, ac religioſo Capucino; Apoſtata, Hæreticus, Arrianus, Athæus, impuriſſimuſque effectus eſt: quaſi ex tam illuſtriſſimo Capucinorum cœtu, vellent ſuam hæreſim & errores impunè commendare. Sed nimium hallucinantur. Etenim B. Matthæus *Baſcius*, Fundator iſtius Congregationis extitit ann. 1525. at Bernardinus *Ochinus*, inter PP. Capucinos profeſſus eſt Religionem an. 1534. quam impiè poſtea dereliquit an. 1542. vti rectè eruditéque obſeruant præfati Moriſius & Florimundus: qui etiam teſtatur penes ſe habere M. S. Italicum: de origine huiuſmodi Congregationis Capucinor. ſub hoc Titulo, *Narratione n'ella quale fidelmente ſi ragiona, come s'incomincio la Riforma di Fratri Capucini di ſancto Franceſco, compoſta del molto Reuerendo Padre, Fratre, Mario di Mercato.* Qua vide Bouerium ſup. ad an. 1534. §. 12. & an. 1543. §. 43. §. 6.

Porro, multi, breui tempore, ad B. Matthæum *Baſcium* accurrentes; eodem habitu veſtiri, idemque inſtitutum profiteri ſummè exoptabant: quos benignè ſuſcipiens, hortabatur, vt à Sede Apoſtolica, id omninò exquirerent: quandoquidem hoc minimè ſibi licere arbitrabatur, maximè, cùm illud, pro ſe, & non pro aliis, à Pontifice Romano petiiſſet. Primus illorum fuit F. Ludouicus, eiuſque vterinus Frater Raphael à *Foſſambruno*, Regularis Obſeruantiç Profeſſores; qui petita licentia, etſi non obtenta, à Miniſtro Prouinciali Marchiæ, B. Ioanne à *Fano*, tranſierunt ad PP. Conuentuales; vnà cum ipſo B. Matthæo *Baſcio*; vt ſub eorum auſpiciis, ab infeſtatione Obſeruantium tutarentur, & optatum deſiderium facilius aſſequerentur: quod ita euenit. Hi nempe duo Fratres prædicti, Ludouicus & Raphael, nouo habitu, caputioque acuminato induti, vti cum obedientia Miniſtri Prouincialis Conuentualium, Romam perrexerunt: vbi, ad inſtantiam illuſtriſſ. Camerinenſium Duciſſæ, Catharinæ. *Cibò*, Summi Pont. neptis, obtinuerunt à Clemente VII. Papa, omnium ſuorum complementum votorum: ſub Bulla data 28. Maij an. Chriſti 1526. Pontif. ſui ann. 3. Cuius cùm notitia ad aures præfati Miniſtri Prouinciæ Marchiæ Obſeruantium peruolaſſet, nouas ipſe lites moliri aggreditur: mittenſque ad Procuratorem Ordinis, in curia Romana tantùm valuit, vt ea Bulla reuocata ſit, & annulata ann. 1527. At paulò poſt eiuſdem Camerinenſ. Duciſſæ opera, idem Summus Pontifex, approbauit iterum, confirmauitque ea, quæ nuper ipſis Ludouico & Raphaeli conceſſerat: ſub Datum Viterbij ann. 1528. 5. nonas Iulij Pontificat. ſui ann. 5. incipitque *Relegionis Zelus.* §. 7.

Interim B. Matthæus *Baſcius*, vrbes, oppida, aliaque loca peragrando, populis Dei verbum, indefeſſo labore annuntiabat; mallens prædicationi, & ſaluti animarum, vbique terrarum inſiſtere, quàm propriæ vitæ perfectionique, domi vacare Verùm, cùm Romæ fortè adeſſet, ann. 1527. audiſſetque præfatam §. 8.

prioris

Digitized by Google

propriæ vitæ perfectionique, domi vacare. Verùm cùm Romæ fortè adeſſet, an. 1527. audiſſetque præfatam prioris Bullæ Apoſtolicæ reuocationem; tum excommunicationem latam in omnes caputium pyramidale deferẽtes, extraque Conuentus apud ſæculares degentes: protinùs, vt verus obedientiæ filius, huiuſmodi caputium dimiſit, & ſub obedientia PP. Obſeruantium rediit. Deindè, accepta benedictione Reuerendiſſ. Miniſtri Generalis, cœpit, vt priùs, varias Regionum Prouincias concionando perluſtrare. Hinc, in Germaniam vſque perrexit, vbi ann. Chriſti 1547. die 24. Aprilis; bello adfuit, quo Carolus V. Imperator, Ducem Saxoniæ cepit, & omnium Principum hæreticorum copias fudit ac proſtrauit, memorabilem, ſtupendamque ex cunctis hoſtibus reportans victoriam. Quòd ſi in fauorem Cæſareæ Maieſtatis ſigna tunc in ſole edita ſunt, quæ futuræ erant indicia victricis fortunæ; (iuxta Florimundum ſup. lib. 3. capit. 16.) id profectò haud impunè auſim attribuere precibus ipſius B. Matthęi *Baſcij*; qui tunc temporis, miro ſpiritus feruore, præibat exercitum, crucem ligneam gerens in manibus, militeſque Catholicos excitans ad prælium contra aduerſarios: quorum telis nec in minimo læſus extitit; prout atteſtantur Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 28. Toſſinianus lib. 2. in eo. Gonzaga part. 2. in Conuentu 1. Prouinc. ſancti Antonij. Ioannes Baptiſta à Peruſio in Prolog. ad vitam B. Fœlicis à Cantalicio Capucini. Bouerius ſup. ad an. 1552. in vita ipſius B. Matthæi §. 36. & 37. Daça ſup.

§. 9. In Italiam reuerſus, cùm prædicationi, aliiſque piis exercitiis incumberet; Venetiis, in ſupremum morbum decidit, in ęde Curati Parœchiæ ſancti Moyſis, qui tunc morabatur iuxta D Marci Templum. Viſitatus autem à quodam Patre Minor. Obſeruant. ab eo auditus eſt in confeſſione: qua peracta, paulò poſt, ſpiritum Deo reddit, die Sabbati ad Veſperum, an. Domini 1552. ætatis ſuæ an. 57. Audita ſancti viri morte, tantus populorum concurſus illic factus eſt, vt ſepeliri haud potuerit, niſi ſequenti die Lunæ ad Veſperum; quo, authoritate nuntij Apoſtolici, funus delatum eſt in Conuentum Fratr. Minor. ſancti Franciſci *à Vinea*, atque in communi Fratrum Sarcophago reconditum. Verùm, creſcente deuotione, ac numero populi vtriuſque ſexus ſepulturam illius pia veneratione viſitantis, ſacrum eius corpus exindè ſublatum, in die S. Franciſci, nempe 4. Octobr. repertum eſt omninò integrum abſque corruptione ſeu fœtore, honorificentiuſque collocatum extitit in aliud ſepulchrum; vbi per ipſum, multa confert Deus populis ingentia beneficia, nam in vita, & in morte, ac poſt obitum claruiſſe quampluribus miraculis aſſerunt, Marcus Vlyſſiponenſ. cap. 20. & 28. Moriſius. Gonzaga part. 1. vbi de PP. Capucinor. origine: & in BB. viris Ord. Minor. Item part. 2. ſup. Toſſinianus: Hilarion à Coſta: Ioan. Baptiſta à Peruſio: Algezira ſup. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Piequetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Foderetus in Deſcriptione Prouinc. S. Bonauent. pag. 225. & 226. Bouerius ſup. ad ann. 1552. Daça ſup. Grauina, *in voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 10. Nunc ad ea, quæ obſcuriora quibuſdam videntur, properandum eſt. Primum eſt, circa illud caputium & habitum nouum à B. Matthæo *Baſcio* delatum. Quantum ad habitus nouitatem, sẽper reiecta fuit ab Ordine Seraphico. F. Helyas, D. Franciſci pertæſus abſentiam, modum laxiorem adinuenit, & menſuram, à pio Patre ſtatutam tranſiliens, cæteris viam offenſionis præbuit. Hinc D. Franciſcus reuerſus, à pluribus & potioribus inſtituti profeſſoribus accepit, non inanes, neque falſas fuiſſe querelas ad ſe tranſmiſſas, in Orientem, de ipſo Vicario Generali. F. Helya; idque ipſe comperit, etiam palam in eius veſtitu, ſatis diſſono ab humilitate, & arcta paupertate, quam omnibus præſcripſit, ex ſuo exemplo. Etenim coram apparere auſus eſt, in habitu cultiori, & pretioſiori, longioriſque caputij, ampliorum manicarum, dilatatis etiam fimbriis, quàm pauperis & humilis profeſſionis Religioſus potuerit induere, abſque manifeſta arctioris ſtatus diſſonantia: quem, vt vidit vir ſanctus, graui obiurgatione, reprehendit talemque habitus cultioris vſum condemnauit. Vti referunt Marianus lib. 1. cap. 17. Speculum S. Franciſci, part. 2. cap. 48. Marcus Vlyſſiponenſ part. 1. ſup. lib. 2. cap. 19. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1220. §. 20. Vndè B. Aluarus Pelagius, Epiſcopus, lib. 2. de Planctu Eccleſ. capit. 76. maximè in hunc abuſum inuehitur, atque redarguit.

§. 11. Alij verò in contrariam partem ſeſe accingentes, vitioſa laborarunt extremitate. Sub mortem quippe Clementis V. Pap. ann. 1314. Quidam Fratres zelum reformationis, ſed non ſecundum ſcientiam, habentes: abſque vlla licentia cœperunt in Gallia, apud Phocenſem Prouinciam, quoddam vitæ genus inchoare: *Reiectiſque habitibus communitatis Ordinis, tanquam prophanis, & illicitis; habitus breues & deformes, contra ſuorum ſuperiorum præcepta & arbitrium, aſſumpſerunt.* Inquit, D. Antoninus 3. parte Hiſt. Titul. 24. cap. 9. §. 14. ſub Generali 16. Alexandro de Alexandria: cuius rei meminit Marcus Vlyſſiponenſ. ſecunda parte, ſupra, libro ſeptimo, capit. 31. §. 1. Addens, quòd hi, more Capucinorum, erant veſtibus induti, perſeueraueruntque in ſua peruicacia vſque ad tempus Ioan. XXII. Pap. de quibus ſic loquitur idem Sanctus Antonin. §. 15. *Dominus autem Papa Ioannes, volens ponere finem liti, inter Fratres Minores; duo puncta principalia totius diſceptationis, videlicet, de forma & qualitate habitus: necnon de Granariis, &c. declarauit:* In illa Conſtitutione, quæ incipit. *Quorumdam exigit.* Data ann. 1318. qua decernit, in iis ſtandum eſſe iudicio ſuperiorum. Vide Vlyſſiponenſ ſupra, capite 33. Rodericum tom. 2. quæſt. Regular. quæſt. 76. art. 1. At B. Matthæus *Baſcius*, petiit, obtinuitque à Summo Pont. licentiam, huiuſmodi habitum deferendi, idem fecerunt alij pij ſanctique viri, quare haud impunè ex hoc poſſunt in aliquo redargui: ſed illi tantummodo culpandi ſunt, qui abſque ſuperiorum licentia, ſine Sedis Apoſtolicæ inconſulta authoritate, iis habitibus ſtrictis & deformibus vtuntur: contra quos iure conclamant D. Aluarus, S. Antoninus, & alij, ſup.

§. 12. Quoad *caputium* verò, maior eſt difficultas. Omnes, quotquot legerim, authores, ſcribunt, illos priſcos Dei viros certatim caputium geſtare optaſſe, ad eum modum, quo Seraphicus Pater D. Franciſcus vſus fuerat. Qualis autem formæ extiterit, tum habitus, tum caputium ipſius; accipe, ex antiquo illo Patre B. Bartholomæo Piſano, lib. 2. conformit. fruct. 4. part. 2, *Nonum, oſtendens B. Franciſcum paupertatem amaſſe, eſt, veſtimentorum vilium indutio. A principio Ordinis vſque ad finem, tunica, chorda, & femoralibus diues, in ſola gloriabatur penuria, & egeſtate gaudebat: vndè ſola habituali tunica, nullam aliam inferius deferendo, fuit contentus. Et hæc erat (vt dicit 5. pars Legendæ) rugoſa, aſpera, & hiſpida: veſtis enim horrebat mollitiem, aſperitatem amabat, dicens: Duris & aſperis Dæmones in fugam conuerti: delicatis autem*

& mollibus ad tentandum fortius animari, ſed habitus eius qualis fuerit, dicit Legenda antiqua. Ipſe enim à Chriſto edoctus, voluit habitum ſuum exteriorem cruci conformem, ad litteram, eſſe: vndè, menſuram habitus, quoad longitudinem & latitudinem, & qualitatem, & quo ad vilitatem, & colorem, docuit verbo & exemplo: teſtibus Fratribus Bernardo, Ægidio, & Maſſeo, ac aliis ſociis ſuis, qui ſe ab eo formam habitus, accepiſſe dicebant, & opere teſtabantur. Quo ad materiam docuit, quòd eſſet de panno vili, & cineres, vel pallidi, vel terrei coloris, Chriſti mortificationem repræſentans: & talis groſſitiei, quòd corpus foueret: & poſſet fratri ſano vna tunica ſufficere, intus & foris repetiata: tanta longitudinis, quòd ſuccincta, abſque omni colligatione ſupra cingulum, terram non tangeret: longitudo manicarum, vſque ad extremitatem digitorum: ita quòd manus operirent, & longitudinem manuum non excederent: latitudo manicarum eſſet tanta, quòd manus liberè intrare & exire poſſent. Capucium quadrum, & tanta longitudinis, quòd faciem operiret, Ita quòd habitus crucis formam præſentaret: & omnis humana gloria & ornatus contemptum ſua vilitate prædicaret: & Fratrem Minorem mundo cruficixum & mortuum oſtenderet: & eſſet nuditatis operimentum & neceſſitatis amatorum paupertatis fomentum, & profeſſorum humilitatis ſignum, & portationis improperij crucis Chriſti verum indicium, &c. Eadem referunt B. Angelus Clarenus in Chron. de 7. tribulationib. Ord. Min. in fin. Toſſinianus lib. 1. Marcus Vlyſſip. part. 2. ſup. lib. 7. cap. 31. Wadinghus tom. primo, ſupra, ad annum 1208. §. 7. & 8.

§. 13. Itaque Caputium D. Franciſci, non erat rotundum, aut pyramidale: ſed quadrum, ſeu quadratæ formæ, abſque alio acumine, quàm quòd ex ſua figura quadrata naſcebatur. Quadraturam hanc ita explicem, vt ſi ab habitu diſſuas caputium, & ſemel plices, vel latera iungas, duangulum efficiat inferius, alterum ſuperius: ſed huius duanguli à parte poſteriori angulus acutior eſt, vel acumen maius, aut prominentius. Vti probè latiori ſtylo deſcribunt R R. PP. Toſſinianus, ſup. Albaſpina, Rouſſerius, Victorinus, &c. in notis ſup. Regul. Frat. Min. cap. 2. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollect. part. 3. Introduction. pag. 96. item Decad. 2. part. 2. §. 4. & Wadinghus ſup. §. 5. & 6. Id porrò conſtat, ipſo, quos D. Franciſcus geſſit, habituum conſpectu: etenim Aſſiſij, in æde S. Georgij (quæ Monalium eſt S. Claræ) aſſeruatur tunica ſancti viri, & caputium, quadrata prope forma, parumper acuminatum, ex teſtibus oculatis; Sedulio, in Commētar. ad vitam S. Franciſc. cap. 2. §. 1. & Vvadingh. ſup. §. 5. quibus ſubſcribunt præfati, Rouſſerius, Victorin. Rapin. &c Eiuſdem formę alius eſt habitus Florentiæ, in Hethruria, quem idem ferebat, quando ſuorum vulnerum numero, forma, & dolore, eum Chriſtus tā dignanter quàm mirabiliter affecit: hinc maxima in veneratione habent ſereniſſimi Hethruriæ Duces, quorum authoritate, extractus fuit & explicatus an. 1621. ad inſtantiam R. P. Antonij *Daza*, quando Commiſſarius Curię Romanæ deſtinatus eſt in vrbem: tunc præſentibus ipſis ſereniſſimis Ducibus, vidit ad ſatietatem, annotauitque, qua potuit curioſitate, huiuſmodi habitus colorem, formam, & qualitatem. Color quippe perfectè cinereus eſt; qualitas ſagi vilis, nec tamen rudiſſimi; ſtrictus nimis non eſt, nec pannoſus valdè: manicas habet à cubito ad corpus laxiores communi fratrum vſu: caputium quadratum eſt, abſque orbiculari illa parte ad pectus pendente, *Mozetta* vulgò dicta, & ſine rotundo illo capitis obuelamento, modo omnibus ferè Minoribus conſuetudinario. Hæc ex Wadingho ſup. qui & ad ann. 1224. §. 26. refert, quomodo talis habitus in manus ſereniſſ. Ducum Hethuriæ deuenerit: quibus refellitur Fodetus ſup. volens hunc eſſe illud veſtimenti genus, quo opertus eſt coram Epiſcopo Aſſiſiatenſ. dùm patri ceſſionem fecit: cuius ſic meminit D. Bonauentura, cap. 2. vit. S. Franciſci. *Oblatus eſt autem ei mantellus pauper & vilis cuiuſdam agricolæ ſeruientis Epiſcopo: quem ipſe gratanter ſuſcipiens, cum cemento, quod ſibi occurrit, ad modum crucis, manu propria, conſignauit; operimentum formans ex eo crucifixi hominis, & pauperis ſeminudi.*

§. 14. Inde verò progrediens D. Franciſcus, deuenit Eugubium, vbi à quodam amico priſtino agnitus & ſuſceptus, paupere tunicula, vt Chriſti paupercultus eſt contectus: ad quod alludit Reſponſorium quintum Officij proprij diei feſti *Amicum*, inquit, *quæris priſtinum, qui ſpretum in cœnobio tunicula contexit*: qua per biennium vſus eſt: cùm, prima illa veſte abiecta, ab Epiſcopo ſibi donata: etiam ſuperinducta, vitæ eremiticæ operam dabat. Illud autem præ cæteris aduertunt Vincentius Beluacenſ. Specul. Hiſtor. lib. 29. cap. 98. Marianus lib. 1. cap. 2. §. 10. & D. Antonin. ſup. Titul. 24. cap. 7. §. 1. non contentum virum ſanctum præfatæ tunicæ eremiticæ forma, ſed aliam ſibi conſuiſſe valdè contemptibilem & incultam: quam paſtoritiam dixerat Volaterranus lib. 21. Antropolog. Titul. *Franciſcus*, & Petrus Galeſinius cap. 9. vit. ſancti Bonauentu. hunc ſequutus, ea duntaxat crediderim ratione, (vt etiam adnotarunt Ioan. Marquezius, de Origin. Eremitar. cap. 4. §. 10. cap. 13. § 18 & Vvadinghus ſup. §. 4.) quia tunica erat rudis & hiſpida, caputiumque ad ſcapulas pendebat veluti acuminatum, eo more, quo exterius tegumentum gerunt paſtores ouium, ad arcendas cœli inclementias, capitiſque illud largius ampliuſque obtegumentum, ad veſtem conſutum habent, quo à ſuperueniente nimbo, aut niue defendantur. Quo habitus genere deinceps per totam vitam vſus eſt vir Dei, ea ſolum admiſſa non magna differentia; vt aliquando parumper longiorem largioremve, ſecundum offerentium largitatem, vel tenuitatem, pannique menſuram portaret; & caputium aliquando magis vel minus acuminatum adſueret.

§. 15. Scio nonnullos referre D. Bonauenturam, tunc totius Ordin. Generalem, ob lites exinde natas, caputium reformaſſe, figuramque illius immutaſſe: vt verò ita faceret, inde motum dicunt ex inculto & paſtoritio more incedendi, ex quorumdam ruditate introducto; atque ex alio abuſu plurium delicatulorum, & minus Religioſorum mollitie, latiùs ſerpenti; dùm communiter præter caputium amplum nimis, nec ita commodè caput fouens, ſuperinducbant pileos, ſeu almutia, ſiue capella, vulgò *Calletas*: de quibus idem B. Bonauent. in Specul. Diſcipl. part. 1. cap. 25. 27. Vt ergo habitum à paſtoritio, religioſiori ſpecie diſtingueret, & commodius daret capitis fomentum, rotundum adiecit cooperimentum; demiſſo ad ſcapulas antiquo acumine, & ad pectus parte orbiculari. Ita Volaterranus, Galeſinius, Marquezius ſup. Ciacconus in Greg. X. Pap. Hieronymus Corteſius part. 1. Hiſtor. Veronenſ. lib. 7. ad ann. 1230. Toſſinianus lib. 1 2 & 3. Hiſtor. Seraphic. in eo S. Bonauentur. Wadinghus, tom. 2. ſup. ad ann. 1260. §. 17. Sedulius ſup. & cæt. Sed alij veriùs contendunt originem huiuſce mutationis Ioanni XXII. Pap. eſſe tribuendam: vti Foderotus & Albaſpina ſup. tum in Breui

Memoriali

Memoriali Ordin. Min. Victorinus, & alij ſup. Vide Coriolanum in Breuiario Chronolog. ad ann. 1288. & 1525.

§. 16. Circa verò an. 1496. illud caputium denuò reaſſumptum eſt, per B. Ioan. à *Guadalupe*, indéque eius ſequaces, *Capucini*, ſeu Fratres *de Caputio*, vel de *Sancto Euangelio* nuncupati ſunt: & ita conuocantur, inter alios, ad Capitulum Generaliſſimum Romæ celebrandum, pro vnione totius Ordinis Seraph. an. 1509. per Iulium II. Pap. Item ad aliud Capitulum ibidem agendum, an. 1517. per Leonem X. Summum Pont. vt patet, ex Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. libr. 8. cap. 24. & 25. Gonzaga part. 1. ſup. vbi de 6. & 7. Capitul. Generaliſſi. totius Ordin. Min. Firmamento trium Ordin. Toſſiniano lib. 5. Albaſpina, Victorin, & Rapinæo, ſup. Decad. 2. part. 1. §. 2. & part. 2. §. 3. & 4. item Decad. 6. part. 2. §. 1. & 8. Quapropter ipſe Rapinæus, (poſt Barezzum, 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 11.) obſeruat PP. Capucinos, B. Matthæi *Baſcij* ſectatores, haud paruæ obligationi eſſe obnoxios, erga ipſum præfatum B. Ioannem *Guadalupenſem* Recollectum, ſeu Diſcalceatum; à quo ſic didicerunt caputium deferre, vt exinde *Capucinorum* nomen ſortiti ſint, ſicut olim ipſi Recollecti in Hiſpania nuncupati erant Fratres de *Caputio*, triginta annis, antequam Capucini moderni exorirentur in Italia, Duce B. Matthæo *Baſcio*. Verum quidem eſt B. Petrum *Melgarium* cum ſociis Recollectis, coactum fuiſſe, in Luſitania, à Patribus Obſeruantinis, illud capucium deſerere, circa ann. 1509. At B. Angelus *Pincianus*, cum ſuis alumnis, etiam Recollectis, in Regno Caſtellæ, idem Caputium ſeruandum decreuit, retinuitque: non ſolum vſque ad præfatum Capitulum Generaliſſ. Romæ habitum, an. 1517. ſed etiam vſque ad finem vitæ,. ſiue in Hiſpania & Gallia; ſiue in Italia & vrbe Roma; palàm ac publicè illud deferens; à quo omnes noſtri Recollecti & Diſcalciati, eundem morem mutuati ſunt: licet nomen Fratrum de *Caputio* ſpontaneè dimiſerint, vi illius Capituli Generaliſſimi; vt ſic vnitati totius Ordinis coaptarentur, iuxta Summi Pont. Leonis X. Mandatum. Vide Barezzum ſup. cap. 5. 11. & 63. Albamſpinam, Victorinum, & Rapinæum ſup. Decad. 3. part. 1. §. 4. & 5. item Decad. 6. part. 2. §. 1. & 9.

§. 17. Ex quibus omnibus licebit hanc deducere concluſionem, cum præfatis Authoribus: veram, propriam, & integram formam Caputij Seraph. Patris S. Franciſci, minimè deferri ab aliquo Minoritici inſtituti alumno. Non à Conuentualibus & Obſeruantinis: quia, orta hac de re contrauerſia, Ioan. XXII. Papa, aliique Summi Pontifices declararunt, decreueruntque ſtādum eſſe iudicio ſuperiorum: qui eam inpromptu figuram aſſumpſerunt. vt caputio (quod tunc non amplius erectum, ſeu in altum ſuper caput gerebant, ſed repandum, ac demiſſum ſuper ſcapulas) adderent, conſuerentque cucullum, ſeu capitium paruum rotundæ figuræ, ad formam capitis coaptatum: quod nunc vſque apud eos permanſit. Non item à Reformatis, Recollectis, ſeu Diſcalceatis: quia etſi eorum caputium magis quadratæ figuræ approximet, attamen retinet adhuc veterem ab Obſeruantibus formam, nēpe illud aliud demiſſum ad ſcapulas, cum plicatione illa ſeu *Mozetta*, ante pectus circumpendente. Non deniquè à Capucinis: eo quòd licet præfata *Mozetta*, ac repando, circa ſcapulas, eorum caputium careat; nihilominus ita eſt acuminatum, ac pyramidale, vt omninò ſit alienum à quadrata forma; qua S. Franciſcus vtebatur. Vnde Hieronymus Corteſius ſup. ingenuè fatetur priſcos illos FF. Minores habuiſſe, *acumen aliquantò prominens, non verò ideo protenſum, ſicuti modò portant Patres Capucini.* Idem confirmat Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1208. §. 6. vbi de veteri illa forma capucij D. Franciſci; his verbis, *Religioſiſſimi Patres Congregationis Capucinorum, plus cæteris ad hanc formam accedunt, ſi non excedunt; nec enim tam oblongum & acuminatum vt illi ad ſcapulas demittunt, facilè iudicauerim S. Patrem geſtaſſe. Imagines certè antiquæ, quæ ſtatim à Franciſci obitu depictæ ſunt in multis cœnobiis Hethruriæ & Vmbriæ, non valdè prominuiſſe retrò acumen captij, apertè probant.* Eadem deſcribunt Rouſſerius, Albaſpina, Victorinus, Rapinæus, & alij ſup.

§. 18. Verum eſt. in Abſide Eccleſiæ. S. Mariæ Maioris & Lateranenſ. Romæ, demitti ad infimas vſque ſcapulas, in imaginibus SS. Franciſci & Antonij, opere Muſiuo expreſſis, in Lateranenſi, cura Nicolai IV. in altera verò S. Mariæ cura eiuſdem & Iacobi Columnæ Cardinalis, ad exitum deductis, ann. 1295. opifice Iacobo *Torriti*, vt in Abſidis angulo dextro habetur. Sed iam iſthoc tempore, non parum laxior & amplior euaſit noſtri habitus menſura: neque id mirum, ſi adhuc ipſo viuente S. Franciſco, & coram agente Elyas, & alij, de quibus non ſemel conqueſtus S. Pater, fimbrias dilatarunt, & menſuram à Franciſco ſtatutam tranſilierunt; vt expreſsè etiam in capitio longiori feciſſe Elyam, Franciſco apud Ægyptios agente, ſcribunt Marianus, Marcus Vlyſſiponenſ. & cæt. ſup. quod in his ipſis vermiculati operis imaginibus planè probatur. Nam & adeò longum præferunt effigiati ſancti habitum, vt etiam ſubcinctus & colligatus ſupra cingulum, iuſtam excedat, vel exæquet longitudinem veſtis, quam Franciſcus geſtabat: quamque illius menſuræ fuiſſe ſcribunt antiqui noſtri Legendarij: & ex his Piſanus, Angelus, Toſſinianus, & cæt. ſup. vt ſubcincta abſque vlla huiuſmodi ſupra chordam collectione, terram non tangeret. Diffluentibus autem fimbriis, quæ præcinctæ vel correptæ in his conſpiciuntur effigiebus, ad vnum vel alterum palmum per terram trahi oporteret. Si ergò adeò dilatatæ fimbriæ laxiori huius temporis diſciplina: quid mirum, ſi & excreuerit capitij acumen, & forma alia aliquantulum euaſerit? inquit Wadinghus, ſup. contra quos maximè exclamat B. Aluarus, ſup. dicens: *Longiſſimos habitus, ſub colore honeſtatis, & cappas, & tunicas deferunt, & capitia vſque ad nates; vt qui magis eſt capitiatus, magis ſe reputet. & cæt.* Nolim tamen, inficias, in his mali aliquid, aut ſiniſtri ſuſpicari: nam cùm præfati omnes, Decretis Sūmorum Pontif. (quorum pedibus ſubditi ſumus, cap. 12. Regul. Minor.) innitantur, & voluntati Superiorum (quorum arbitrio id relinquitur) maximè pareant: tuta conſcientia, vltra Sanctorum Patrum exempla, vnuſquiſque, pro ſuo more defert caputium; quamuis (vt diximus) formam veram minimè attingat caputij D. Franciſci.

§. 19. Quo ad *Barbam* verò, clarè deducitur à primitiua noſtra Religione Seraphica, nequaquam in vſu fuiſſe eam nutrire, niſi ſolis Eremitis: provt fecit P. Helyas an. 1230. quo, dùm abſolueretur à Generalatu Ordinis, ſeceſſit in Eremitorium Cortonienſe: & idem Capucini egerunt, dùm Eremitarum nomine initium dederunt ſuæ congregationi. Qua de re, Wadinghus tom. 1. ſup. ad annum milleſimum ducenteſimum vegeſimum ſeptimum. parag. 64. & ann. 1230. parag. duodecimo, ex Mariano: Marco Vlyſſiponenſ. 1. part. ſup. lib. 2. cap. 25. & aliis.

Digitized by Google

§. 20. *Beata Catharina, Virg. f*] Miro feruebat amore in Deum: à quo viciſſim tantopere diligebatur, vt ſæpius in oratione extaſim paſſa, eleuaretur quoque à terra in altum. Floruit ſanctitate apud Monaſterium S. Claræ de Columna, Bellalcazaris, quod eſt 1. Prouinciæ Angelorum. Vide Daçam lib. 3. Chron. Min. cap. 77. ex MSS. monimentis eiuſdem loci.

PRIDIE NONAS AVGVSTI.

Apud Guainamotam Chichimecarum Indiæ Occiduæ populorum Pagum, paſſio Beatorum [a] Martyrum Andrææ ab Aiala, Franciſci Ægidij, & ſociorum: quorum prior, cùm eſſet Conuentus eiuſdem loci Guardianus, ac Concionator eximius, ab ipſis Indis in idololatriam relapſis tentus, & iteratis ſecurium ac clauarum ictibus vſque ad mortem percuſſus, tandem abſciſſo capite, pro Chriſti fide glorioſè occubuit. Alter verò ſocius eius, vnà cum aliis, crudeliſſimè vexatus, atque necatus, martyrij palmam promeruit. Neapoli in Campania, Beati [b] Dauidis, Confeſſoris. Piſauri in Picœno, Beati [c] Franciſci Cichi, Tertiarij, Confeſſoris: vita & miraculis clari. Spoleti, Beati [d] Cherubini Spoletani, Confeſſoris: qui doctrina & officio prædicationis clarus, ſpiritu prophetico, atque maximis emicuit miraculis. Mantuæ, Beatæ [e] Paulæ de Monte-alto, Virginis: ſanctitate, & ſignis admirandis glorioſæ.

AVGVSTI IV.

§. 1. *Beatorum Andrea, Franciſci, & ſoc.* [a]] Inter eos Fratres Minores, qui in conuertendis Guainamotis Indis, fructuoſius laborarunt, primatum tenuit B. Andræas ab *Aiola*, inſignis Theologus, idioma iſtius patriæ optimè callens: quod pietatis officium per integrum ſexennium præſtitit, donec an. 1584. vnà cum ſocijs, mortem ſubijt pro Chriſto, quam illis priſtinæ charitatis obliti, & ad Idola reuertentes, crudeliter intulerunt. Horum glorioſum certamen copioſiùs deſcripſerunt Gonzaga part. 4. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu 46. Prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 73. Daça ibid. lib. 2. cap. 52. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 2. §. 10. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin Franciſcan. Marianus lib. 3. cap. 29. Chronic. Reſformat. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. ex Fernando, in Concertatione prædicatoria, & Eccleſ. Hiſtoria. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ. cap. 18.

§. 2. *B. Dauidis, Confeſſ.* [b]] De eo ſcribit Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. in Capitulo General. 40. Ordin. Minor. ann. 1343. quo ciuitati Neapolitanæ ad excidium inclinanti ſuis precibus opportunè ſuccurrit.

§. 3. *B. Franciſci Cichi, Tertiar.* [c]] Ann. 1350. deceſſit propè ciuitatem Piſauri, in monte S. Mariæ Granarij. Eius corpus Piſaurum delatum, in Eccleſia Cathedrali ſub altare Dei genitricis Mariæ honorificè eſt reconditum: Deo eius ſanctitatem multis illuſtrante miraculis. Vita eius extat M. S. ex qua Marianus in Appendice lib. 2. Wadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1350. §. 9. 10. &c. Alius eſt à B. Franciſco *Cicho*, Fabrianenſi, de quo ſup. 20. April.

§. 4. *B. Cherubini, Confeſſ.* [d]] Philoſophia, Theologia ac iure Canonico excelluit: in Concionibus ac Diſputationibus publicis, eloquentia, dicendi facundia, ingenijque ſubtilitate præſtabat. Tanto autem ſpiritus feruore concionabatur, vt totam fermè Italiam reformauerit. Nam vitia extirpabat, prauos mores abigebat, rixas & odia conciliabat; peccatores ad pœnitentiam alliciebat, pios verò ad perfectionem inuitabat. Hilari ac gratioſa conuerſatione maximè decorabatur humilitate, pietateque pollebat præcipuè erga Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Miraculis permultis, & ſpiritu prophetico cœlitùs fuit illuſtratus: ſæpè etiam Chriſti viſitatione eſt recreatus, aliorumque ſanctorum contubernio vſus: maximè S. Hieronymi, Eccleſiæ Doctoris, qui ſibi ſecreta cœleſtia tanta familiaritate reſerabat, vt teſtimonio B. Bernardini *Feltrenſis*, veluti amicus ad amicum colloquerentur. Anno 1465. Romæ concionem habuit in exequijs Ludouici de *Albreto*, Regio Gallorum ſanguine nati, Cardinalis, Tituli SS. Petri & Marcellini, in æde Conuentus Aræcœli ſepulti, cum habitu Franciſcano: quem collegij Purpuratorum Patrum *delicias & amorem* vocabat Cardinalis Papienſis; quemque à pietate omnium virtutum genere vniuerſi huius temporis ſcriptores commendant.

§. 5. Tandem B. Cherubinus ſenio grauatus, ſed meritis opimis onuſtus, morte appropinquante, peccatorum confeſſionem fecit. B. Angelo à *Clauaſio*, tunc Generali Commiſſario PP. Obſeruantin. familiæ Vltramontanæ; & hac die deceſſit è vita, ann. 1484. in Conuentu S. Pauli extra Spoletum. Moxque corpus eius eſt delatum ad S. Mariam de Angelis, propè Aſſiſium: vbi ſepulturam accepit, provt ipſe ante obitum ſuum expetierat. Porro illius anima, ab Angelis, & ipſo D. Hieronymo, viſa eſt in cœlum deduci: in cuius obuiam apparuerunt ſexaginta ſex mille animæ, quæ illius operâ, ac feruantiſſimis ſuis concionibus ſaluatæ erant. Agunt de eo B. Bernardinus de Buſtis, part. 12. Marial. ſerm. 1. de Coronatione B. Virg. Mariæ part. 3. Item, in Roſario Quadrageſimali, ſerm. 27. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 1. 2. & 3. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Algezira ſupra, Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu 10. Prouinc. Tuſciæ: Item in Conuentu 6. Prouinc. S. Franciſci, vbi ait tumulatum fuiſſe in præfato Conuentu Sancti Pauli, ſed mendoſè, vſurpat etenim locum obitus, pro loco ſepulturæ ipſius. Toſſinianus ſup. in Prouinc. *Sancti* Franciſc. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1484. parag. 28. Volaterranus libro vigeſimo primo, Antropolog.

Digitized by Google

Antropolog. titul. de Eremitis. Salazar. lib. 3. ſup. cap. 5. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1457. §. 39. & ſeq. ann. 1461. §. 24. ann. 1465. §. 9. ann. 1473. §. 14. & ſeq. poſt Marianum lib. 5. cap. 48.

§. 6. *Beata Paula, Virgin.* [c] Huius præclaræ Heroinę Elogium, ita apud Gonzagam habetur 2. part. ſup. in Monaſterio S. Luciæ, Mantuæ, quod eſt 11. Prouinc. S. Antonij in Italia. *Moniales* (inquit) *B. Sororis Paulæ de Monte-alto corpus, apud ſe ſepultum, ſumma veneratione proſequuntur: Fuit B. hæc ſoror, dùm adhuc viueret, omni pietate, omnique ſanctitate prædita: quamobrem ex ergaſtulo carnis 4. Auguſti anno Domini 1514. egreſſa, miraculis coruſcare meruit.* His adſtipulantur, Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1380. §. 31. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 31. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. quarto, capite 17.

NONIS AVGVSTI.

MAnicis-Caphrorum in India Orientali, Beati [a] Franciſci, Martyris: à Gentilibus, ob fidei propagationem interempti. Apud Aluernæ montem in Tuſcia, [b] Beati Clementis, Confeſſoris: qui mira patientia, & vitæ perfectione præditus fuit. Camerini in Vmbria, Beati [c] Bernardi à Fabriano, Confeſſoris: qui oratione & caſtimonia pollens, vitam aſperitate plenam duxit. Bernonij in Britannia Armorica, Beati [d] Stephani Bruliferi, Confeſſoris, ac Doctoris eximij: vita & virtutibus celebris. Raguſij, Beati [e] Euangeliſtæ à Peruſio, Confeſſoris: genere, religione, & ſignis admirandis illuſtris. Podij-Bonitij in Hethruria, Beatæ [f] Bonnæ, Viduæ, Tertiariæ; quæ ſanctis operibus iugiter vacans, fœliciter obdormiuit in Domino, atque miraculis claruit.

AVGVSTI V.

§. 1. B*Eati Franciſci, Martyr.* [a] Hic dum Manicas-Caphrorum patriam, in India Orientali, ſimul cum Catholico milite, luſtraret; à Gentilibus, ob fidei prædicationem occiſus eſt. Teſte Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. In ſacris Martyrib. eiuſdem Ordin. ſuo æuo, ob fidem Chriſti paſſis, apud Indos Oriental. Item part. 4. in Prouinc. Sancti Thomæ, ſub fin. Barezzo part. quarta, Chronic. Minor. lib. 3. cap. 71. ad ann. 1559. Daça ibid. lib. 1. cap. 57. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſiniano lib. 2. in fin. vbi de India. Grauina, *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

§. 2. *Beati Clementis, Confeſſ.* [b] Miræ perfectionis & ſanctitatis Religioſus fuit: genuflectionibus & feruentiſſimis orationibus adeò iugiter vacabat, vt & noctes, huius rei gratia, inſomnes ſæpè duceret. Maxima etiam patientia enituit aduerſus Dæmonum inſultus. Nam antiquus hoſtis generis humani, eum variis & terribilibus diuerſorum ſerpentum, atque animalium aſſumptis formis, vexare non deſtitit: quæ omnia vir Dei forti & æquo animo ſufferebat. Miſſus eſt in Hiſpaniam ſimul cum B. Ioanne *Parente*, aliiſque Fratribus, qui illuc ad Ordinis propagationem deſtinati ſunt an. 1216. vbi multa ſanctitatis & virtutis exempla præſtitit. Tandem poſt reditum ex Hiſpania, ſanctiſſimè obiit in ſacro montis Aluernæ loco, circa annum 1241. Scribunt de eo Piſanus lib. primo, Conformitat. fruct. 8. & 11. parte 2. in Fratribus Minoribus Prouinc. Tuſciæ Sanctitate Illuſtrib. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem Marcus Vlyſſiponenſ. 2. parte Chronic. Minor. lib. 9. capit. 16. §. 3. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. S. Franciſci. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum decimum ſextum, §. 2. & ad annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum primum, paragrapho 10.

Beati Bernardi, Confeſſoris. [c] Vir Religioſiſſimus extitit, pietati & orationi maximè deditus, vitæ auſteritate & ciborum parſimonia, necnon ieiunio & abſtinentia præſtans, caſtimoniam, cum Dei timore, cautè excolebat; diei ſuæ mortis præſcius, ſepulturam ſibi parari curauit, poſtea, morte appropinquante, decidit in lectum, & octuagenarius deceſſit è vita: ſepultus in Conuentu Fratrum Minorum Camerinenſ. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 3. parte ſupra, libro primo, capite 38. ad ann. 1421. Vvadingho tom. 5. ſup. anno 1422. §. 2. poſt Marianum libro quarto, cap. 10. à quo *Anthicus* cognominatur. §. 3.

Beati Stephani, Confeſſoris. [d] E ciuitate Maclouienſi in Britannia Armorica, Galliæ Prouincia oriundus, Dinanni Religionis habitum ſumpſit. Hinc auditor fuit Reuerendiſſimi Patris Guillelmi *Vuerilonis*; inde almæ Pariſienſ. Vniuerſitatis Doctor Theologus, concionator celeberrimus, vita & virtutibus famoſus; qui cùm nuper à Patribus Conuentualibus ad Obſeruantes tranſiſſet, Moguntiæ & Metis multo tempore docuit. Poſtea Briocum in eadem Britannia, miſſus eſt à Reuerendiſſ. B. P. Oliuerio *Maillardo*, Generali Obſeruantium Ciſmontanor. Vicario; vt illic partes ipſorum Fratrum Obſeruantium ageret, tueretur, ac propagaret. Plurima ſingularis ſuæ eruditionis Opuſcula poſteritati relinquens, obiit Bernonij in Conuentu S. Franciſci: vbi iacet ſepultus iuxta ſummum altare, cum hoc Epitaphio. §. 4.

Diui profeſſor Franciſci Relligionis,
Sacra Scriptura Doctor & eximius:
Non minor eſt Scoto, cunctiſq; Authoribus illis,
Ingenuas artes qui cecinere priùs.
Hic fuit errores concremans Stephanus ille,
Brulefer ingenio, quem locus iſte tenet.
Syderea loca poſſideat, Amen.

Digitized by Google

Alluditur ad cognomen eius Gallicum, *Brulefer*: quod ſignificat, Ferrum cremans, Latino ſermone. Illius meminerunt Marcus Vlyſſiponeſ. tertia parte, ſupra, libro 6. capite 40. ad annum 1484. Firmamentum trium Ordinum Minor. tract. 1. in Memoriali eiuſdem Ordin. ſub Miniſtro Generali 37. Piſanus ſupra, fruct. 8. parte ſecunda, in Fratribus Minor. ſcientia illuſtrib. Gonzaga ibidem part. 1 ſupra, & in Almo Conuentu Pariſ. tum part. 3. in conuentib. 2. & 7. Prouinc. Britann. Ioannes Riocha in Compendio Tempor. libro quinto, de Scriptorib. Eccleſ. capite 87. Willotus in Athenis Orthodoxis Franciſcan. verb *Stephanus*. Gneſnerus in Bibliotheca. Boſius de ſignis Eccleſ. lib. 6. capite 4. Galleſius capite 8. vitæ Sancti Bonauent. Poſſeuinus in Apparatu ſacro, ex Eiſengrenio. Chopinus lib. 1. Monaſtic tit. 1. §. 16. Vvadinghus tomo ſexto, ſupra anno 1454. §. 72. Miræus de Scriptorib. Eccleſ. cap. 7.

§. 5. *B. Euangeliſtæ, Confeſſoris.* [c]] Ex nobili *Balionum* proſapia Peruſiæ, originem duxit: qui virtutibus ita excelluit, vt moriens, ann. 1494. Angeli viſi ſint corpus ipſius, tempore exequiarum, incenſo perfumigare, dùm terræ mandaretur, in altero clauſtri ſacello Conuentus ſancti Franciſci apud Raguſium. Cuius, quanta fuerit virtus, Religio, zelus, atque eruditio, ex ſequentib. verſib. tumulo eius exaratis, manifeſtiſſimè conſtat.

Balionum ſoboles, Peruſinaque, quem penè omnis
Regula luſtrandæ Relligionis erat,
Qui docuit populos Euangeliſta Beatus,
Raguſinam moriens conſecrat hoſpes humum.
Cúmque piis precibus paſſim miracula præſtet,
Dat quoque Relliquias vberiora ſuas.

Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. ſupra, libro 7. capite vigeſimo quinto, Gonzaga 2. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Raguſinæ, Toſſinianus. libro ſecundo, ſupra, ad annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum tertium, in Vicariis Generalib. Franciſcan. Wadinghus tomo tertio, ad annum 1317. §. 58. & tom. 7. ad annum 1479. §. 14. & 1494. §. 1.

Beata Bona, Vidua Tertiar. [f]] Vxor fuit B. Lucheſij, Tertiarij: (cuius meminimus ſupra, ad 28. April.) cum quo ſanctiſſimè vixit. Certabant inuicem de virtute acquirenda, donec fœlici exitu eodem die, curſum vitæ conſummarunt 28. April. circà annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum ſecundum, ſimulque ſepulti ſunt in Conuentu Fratrum Minor. montis Imperialis propè Podium-Bonitium, in Hetruria, vbi miraculis quamplurimis vterque claruit. Poſtea verò ann. 1257. Beatæ Bonę Reliquiæ per quoſdam Alemanos indè ſublatę, in Germaniam, ſunt aſportatæ, occupato per Florentinos eo Caſtro, quod ſuſpectum habebant: ſolumque remanſit in præfato Minorum cœnobio Brachium ipſius, quod piè inibi aſſeruatur. Copioſè de ea ſcribunt, qui Beati Lucheſij facta commemorant, vti Marianus libro ſecundo, capite 23. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 1. lib. 9. cap. 25. & 2. part. lib. 1. capite 50. & 51. Gonzaga parte prima, ſupra, in B B. Fœminis Tertij Ordin. Franciſcan. Wadinghus tomo 1. ſup. ad annum 1221. §. 14. & 15. Item ad annum 1242. §. 12. & tomo 2. anno 1257. §. 8 Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1494. §. 42. de Sillis, in cap. 1. Regul. Tertij Ordin. Ioannes de Torres, in practicis exhortat. ſupra Regul. Tertiar folio trigeſimo octauo. §. 6.

OCTAVO IDVS AVGVSTI.

IN monte Thabor, Transfiguratio [a] Domini noſtri Ieſu Chriſti. Iucatani in India Occidentali, Beati [b] Didaci Landæ, Epiſcopi: qui eruditione, & vigilantia Paſtorali refulgens, ſanctiſſimè exceſſit è vita. Fabriani in Marchia Anconitana, Beati [c] Franciſci, Confeſſoris, eiuſdem Prouinciæ Cuſtodis: doctrina & ſanctitate ſpectabilis. Sturnis in Calabria, Beati [d] Hieronymi à Meſuraca, Confeſſoris: meritorum prærogatiua inſignis; qui vocante Domino, ad cœleſtia gaudia tranſiit. In Luſitania, Beati [e] Georgij Quadri, Confeſſoris. In Hiſpania, Beati [f] Petri à Spe, Confeſſoris: admirandæ patientiæ, & perfectionis pleni. Bellalcazari, in Territorio Cordubenſi, Beatæ [g] Franciſcæ de Sancta Clara, Abbatiſſæ, humilitate, & patientia ſpectabilis.

AVGVSTI VI.

§. 1. *TRansfiguratio Domini,* [a]] Haud dubium eſt feſtum huiuſmodi à priſcis temporibus ſolitum celebrari in Eccleſia Catholica; quod conſtat, tum ex Martyrolog. Romano, & Menologio Græcorum: tum ex ſcriptis Doctorum Orthodoxorum, & ſanctorum Patrum. In Gallia etiam perantiquum eſt; de eoque Petrus venerabilis ſermonem habuit: Guillelmus Durandus, Mimatenſis Epiſcopus illius feſti meminit lib. 7. Rational. Diuinor. Officior. cap. 22. qua de re lege Baronium in Notis ad Martyrolog. Roman. & Sauſſayum in Martyrologio Gallicano, hac die.

§. 2. Multorum tamen opinio eſt, quòd Calixtus III. Papa, huiuſmodi feſtum inſtituerit, ſanxeritque, vt die ſexta Auguſti coleretur, quia eo die Chriſtiani inſignè victoriam, ſuperato & eiecto ad Belgradum, Turcarum exercitu, reportarunt ann. 1456. Ita Æneas Syluius tract. de Europa, vbi de Italia. Paulus Langius in chronico Citizenſi, ad an. 1456. Nicolaus Gilius in Annal. Franc. ſub Carolo VII. Reg. eodem anno. Vita B. Ioannis Capiſtrani cap. 34 apud Sedulium Caluiſius in chronologia an. 1456. Genebrardus lib. 4. Chronograph. in Carolo III. Beyerlinck tom. 2. operis Chronograph. ibid. Spondanus in Auctario Chronolog. ad Annales Baronij, an. 1456. Warnerus in Faſciculo temporum ibid. Speculum Fratrum Min. tract. 1. Firmamentum trium Ord. Min. part. 1. eod. anno,

Digitized by Google

anno, &c. quos ſic oportet intelligi, nempe non ſimpliciter & abſolutè de feſto, à præfato Chriſti Vicario inſtituto, cùm iam longè antea viguiſſet eius cultus, ſed de feſtiuitate maiore; quæ vt celebrior & ſolemnior fieret, Miſſæ & precationum officium, fuit illius Summi Pontificis authoritate compoſitum: ac publicè & feſtiuè celebrandam per vniuerſum Orbem, ſub duplici officio indixit hanc ſolemnitatem, conceſſa iis indulgentia, qui officio interſunt, non ſecus ac die feſto ſanctiſſimi Sacramenti: vti videre eſt apud Platinam, Schedelum in Regiſtro mundi, ætate 6. Baptiſtam de Glen, in hiſtoria Pontificali, Quercetanum tom. 2. ibid. ſub Calixto III. Pap. Philippum Bergomat, libr. 15. Supplementi chronicar. ibid. Nauclerum in Chronico generat. 49. Azorium part. 2. Inſtitut. Moral. libr. 1. cap. 15. quæſt. 1. Galterium in Tabula Chronograph. ſæcul. 15. in Euentib. memorabilib. Bzouium tom. 2. Annal. Eccleſ. ad an. 1456. §. 2. Gauantum tom. 1. Comment. in Rubric. Officij Romani ſect. 7. cap. 10. Auguſti 6. Ribaneiram in Flore Sanctor. hac die, poſt S. Antonin. 3. part. Chron. Titul. 22. cap. 14.

§. 3. Præterea hæc inſignis victoria contra Turcas haud ceſſit Chriſtianis ea ſexta die Auguſti, ann. 1456. vti quamplures arbitrantur: ſed Iulij 22. in feſto S. Mariæ Magdalenæ, iuxta Bullam præfati Pontif. Calixti III. D. Antoninum 3. part. Chron. Titul. 22. ſupra, cap. 14. §. 1. Nauclerum, & alios. Conſtituit autem hic Summus Pontif. memoriam tanti beneficij agendam, die ſexta Auguſti: quandoquidem ipſo die, nuntium ea de re lætus primò exceperit. Quia verò B. Ioannes Capiſtranus Diuino fretus auxilio, plurimum laborauit in huiuſmodi expeditione, pugna, ac victoria de Turcis cœlitus habita: ideo totus Ordo noſter Franciſcanus (cuius erat ipſe alumnus) tale feſtum vltrò ſuſcepit colendum, & tanquam nobis proprium, inter maiora feſta noſtri Seraph. Ord. recenſitum eſt: Vide Firmamentum trium Ordin. Minor. part. 3. in Ordinationib. Diuini Officij: Vnde in Capitulo Generali Salmanticenſi, an. 1461. ſic ſancitum eſt. *Feſtum Transfigurationis Domini, quod à Calixto III. noniter fuerat inſtitutum, ſub duplici maiori, die ſexta Auguſti, celebretur: & propter vniformitatem ſeruandam, Officium à ſummo Pontifice ordinatum dicatur, quod habet pro capitulo; Saluatorem expectamus; & pro Hymno; Gaude materpietatis, & cet.* teſte Speculo Fratrum Minor. tract. 3. in Ordination. circa Diuinum Officium. At pius V. Papa, mutauit Hymnos ad Veſperas & Laudes, & Lectiones primi ac ſecundi Nocturni. Iuxta Gauantum, ſup.

§. 4. *B. Didaci Landa, Epiſcop.* [b]] Ex Prouincia Caſtellæ, in Hiſpania (cuius erat alumnus) in Indiam Occidentalem traiiciens; poſt plurimos, in Indorum conuerſione exantlatos labores: poſtque plurimas eo in opere ſuperatas difficultates; Guardianatus officium, in Conuentu S. Antonij Itſmalenſi (qui eſt 6. Prouinc. S. Ioſephi de Iucatan) exercuit an. 1553. Quo tempore tanta inualuit fames: vt omnes, tam Indi, quàm Hiſpani inedia propè interirent. Quare ipſe pius Pater præcepit, vt nemini penitus pauperi, panis, à fratribus ſibi ſubditis denegaretur: At omnipotens & miſericors Deus illi rependens vicem, triticum, farina, aut quæuis panis prouiſio, vllam ſenſit in Conuentu imminutionem. Hinc ad Epiſcopale munus apud Iucatanicos aſſumptus, cùm deprauatos mores, tum Hiſpanorum viuendi licentiam, atque tyrannidem in ipſos Indos excitatam vehementiùs liberiuſque cœpiſſet arguere; magnam ex huiuſmodi libertate, apud multos, ſubiit inuidiam. Lamiis quoque, atque maleficis Indis, quibus hæc regio ſcatet, quòd in eos ſeueriùs animaduerteret, infeſtiſſimus fuit; quamobrem, non paucas ab eis ſuſtinuit inſidias: quas tamen omnes diuina ſe protegente virtute, inoffenſo pede ſuperauit, Angelo non numquam in ſpecie pueri formiſiſſimi ipſum defendente. Præterea, dùm ad populum concionem haberet, ſæpius viſa eſt ſplendidiſſima ſtella ſupra caput eius. Virtutibus tandem maximè exornatus, obiit an. 1579. cùm ingenti fama ſanctitatis: cuius corpus iacet, honorifico reconditum ſepulchro, in Cathedrali Eccleſia Iucatanica, vbi magna veneratione colitur. Agunt de eo Gonzaga 4. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuent. 1. Prouinc. Iucatanic. Barezzus 4. part. Chron. Min. lib. 7. cap. 29. Daça ibid. lib. 2. cap. 49. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 5. Marianus lib. 3. cap. 48. Chron. Reform. Grauina *in voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 16.

B. Franciſci, Confeſſ. [c]] Theologiæ Profeſſor erat ac Cuſtos in Prouinc. Marchiæ, præcipuè autem adnotatur, inter illos pios viros, qui doctrina & ſanctitate floruerunt in Conuentu Fabrianenſi: quorum catalogum ſubtexit B. Franciſcus Fabrianenſ. in chronico M. S. Fabrianenſ. & Wadinghus tom. 2. Annal. Minor ad ann. 1268. §. 3. §. 5.

B. Hieronymi, Confeſſ. [d]] Vitæ integritate, animique candore fuit donatus, probatiſſimus ſimul atque Religioſiſſimus hic Pater: cui Chriſtus Dominus horam ſui tranſitus reuelare dignatus eſt, cùm adhuc benè valeret, nihilque à ſe longius ipſa morte exiſtimaretur: quare eodem die, in proprio cubiculo, extra lectulum genuflexus:, in oratione ſpiritum Deo reddidit: ſicque exanimis, vultibus ad ſydera eleuatis, inuentus eſt an. 1534. Vide Gonzagam part. 2. ſup. in Conuentu ſancti Franciſci Sternorum (qui eſt 18. Prouinc. Calabriæ) vbi ſacrum eius corpus reconditum iacet; & Barezzum ſup. lib. 2. cap. 51. Daçam ibid. lib. 1. cap. 42. §. 6.

B. Georgij, Confeſſ. [e]] Militauit hic B. Georgius ſub Emanuele Luſitaniæ Rege; à quo miſſus, per mare in Orientem; vnà cum Eduardo de *Lema*, varios fortunæ caſus expertus eſt; ſed tandem à contrariis ventis, in alienigenas deiectus terras, multas orbis terræ Regiones ac Prouincias peragrauit; tumque Aden, Arabiam, Perſiam, Æthiopiam, Æpyptum, Indiam, Ormus, Congo, &c. perluſtrauit. Hinc Portugalliam reuerſus, Regi præfato retulit, quæcumque illectus periergia, ſiue neceſſitate compulſus, hac in ſua expeditione didicerat. Quo mortuo, & ipſe B. Georgius, mundo valedixit an. 1520. atque ſancti Franciſci habitu ſuſcepto, virtutibus ita luxit; vt ingenti cum notâ ſanctitatis obierit. Teſte Oſorio lib. 12. Hiſtor. Portugall. ſub Emanuele Reg. §. 7.

B. Petri, Conf. [f]] BB. Benedicti à *Cogolludo*, Gabrielis à *Solitudine*, & Sebaſtiani à *Caſis*, ſocius fuit, & conſodalis; vir ſūmæ pœnitentiæ & eximiæ patientiæ; cuius humilitas, charitas, pietas, & cæteræ virtutes prorſus extitere admirabiles: quas copioſiùs recenſet Ioannes à S. Maria 2. part. Chron. Prou. S. Ioſeph. lib. 3. cap. 32. ad an. 1590. quo claruit. Obijt hac die, non ſine ingenti ſanctitatis opinone: cognominabatur autem à *Spe*, vulgò *de Eſperança*. §. 8.

B. Franciſcæ, Abbatiſſa [g]] Tanta humilitate pollebat, licet Abbatiſſa, vt ſe numquam tæduerit quæuis opprobria & perſecutiones, pro Chriſto pati: diem præſciuit ſui obitus; glorioſaque poſt mortem apparuit, vti teſtatur Daça part. 4. Chronic. Mino. libro 3. capite 77. Florebat circà anno 1570. in Monaſterio Bellalcazaris, quod eſt 1. Prouinciæ Angelor. §. 9.

Digitized by Google

SEPTIMO IDVS AVGVSTI.

IN Vilna-Caſtro apud Liuoniam, Beatorum [a] Vlrici & Martini, Martyrum: qui membratim diſcerpti pro Chriſto, crudeli mortis genere, victores, cœleſtia petierunt. In partibus Orientis, Beatorum [b] Duorum Anonymorum, Martyrum: qui ab hæreticis Neſtorianis, fame cruciati, & ſqualore carceris macerati, fœlicem agonem conſummarunt. Lancaſtriæ in Anglia, Paſſio Beati [c] Martini de Sancto Fœlice, Martyris: qui pro confeſſione fidei Catholicæ vſque ad mortem agonizauit. In Picœno, Beati [d] Richardi, Tertiarij: Foroſampronienſis Epiſcopi. Huſſariæ in Germania, Beati [e] Hugonis, Confeſſoris: miraculis clari. Bruſortij in Picœno, Beatorum [f] Humilis & Pacifici, Confeſſorum. Patauij, Beati [g] Bartholomæi Vrbinatis, Confeſſoris: genere, vita, & virtutibus illuſtris. Laudæ, Beati [h] Amicini Laudenſis, Confeſſoris: virtute miraculorum conſpicui. Eremitæ propè Fabrianum, Beati [i] Antonij Puri, Confeſſoris. Nouariæ Beatorum [k] Thomæ Caccij, & Mathæi Nolij, Confeſſorum: qui genere & ſignorum frequentia illuxerunt. Villæ-Francæ in territorio Aſturicenſi, Beati [l] Iuſti Confeſſoris: qui pœnitentiæ, humilitatis, & paupertatis ſectator extitit aſſiduus. Orbæ in Sabaudia, Beatæ [m] Ludouicæ, Viduæ: generis nobilitate, & vitæ ſanctitate illuſtriſſimæ.

AVGVSTI VII.

§. 1. B*Eatorum Vlrici & Martini, Martyr.* [a]] Anno Chriſti 1341. horrendo mortis genere illuſtre Chriſto teſtimonjum dederunt, coram Duce Liuoniæ, Gemedio nomine, in Vilnacaſtro: primus nuncupabatur B. Vlricus *Athleconienſis*: alius verò B. Martinus *Hadenſis*. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 47. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memorial. Ordin. Minor. ſub 19. Miniſtro Generali. Boſium tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 15. Ignatium le Gault de ſanctitate Rom. Eccleſ. cap. 2. ſect. 2. Wadinghum tom. 3. ad ann. 1342. §. 12. ex Mariano lib. 4. cap. 11. Salazar lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 9.

§. 2. *Beatorum Anonymorum fratrum Martyr.* [b]] Horum meminit S. Antonin. part. 3. Hiſtor Titul. 24. cap. 9. §. 20. ſub ann. 1362. *Alij duo* (inquit) *eiuſdem Ordinis* Minorum fuerunt per *Neſtorianos hæreticos capti, & fame cruciati, palmam martyrij adepti ſunt.* Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. in B. Iacobo Florentino, Epiſcopo & Martyre. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1362. parag. 4. ex Mariano lib. 4. cap. 13.

§. 3. *Beati Martini, Martyr.* [c]] Anglus erat natione, qui aliquando in Belgium mare traijciens, habitum S. Franciſci petit accipitque à Patribus Recollectis Anglo-Duacenis, anno 1631. iam verò poſt vota emiſſa vir Dei, quaſi noua virtute cœlitùs imbutus, cum recenti animi vigore ac robore, pietatis ſtadium decurrere nitebatur. Martyrij igitur ardore, cùm ferueret, in Angliam remeauit, ann. 1643. & ad natiuum ſolum, Lancaſtriam, ſcilicet, progreſſus eſt: vbi mox ab hæreticis captus, per biennium, & amplius detinetur in carcere; quo tempore, laboribus, vigilijs, orationibus, alijſque pijs operibus ſe dedit. Tandem, ann. 1646. die 6. audita mortis ſententia; læto animo, in hæc verba prorupit; *Laus Deo; Deo gratias*: ſic in craſtinum reſeruatus; patibulum fune collo appenſo, aſcendit, magna animi conſtantia, cunctis aſtantibus palam aſſeuerans ſe libentiſſimè pro tuitione veræ fidei Catholicæ Romanæ mortis ſupplicium ſubiturum. Vitam, & Martyrium ipſius deſcripſit R. P. Angelus à *Sancto Franciſco*, in certamine Seraphico Prouinciæ Angliæ.

§. 4. *Beati Richardi, Epiſcopi.* [d]] Hunc Epiſcopum Alexandriæ, ſacræ Theologiæ Doctorem, vocat Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 1. lib. 9. cap. 25. at Gonzaga ſcribit ipſum fuiſſe Epiſcopum Foſſambrunenſem, ſeu Foroſampronienſem, virum ſanctiſſimum, & Tertij Ordinis D. Franciſci, part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris Tertiarijs. Ioannes de Torres in practicis exhortationibus ſuper Regul. Tertiarior. fol. 17. & 37. Vvadinghus item tom. 1. ſup. ad an. 1242. parag. 21. ex Mariano lib. 2. cap. 23. B. Bernardinus de Buſtis, in Roſario Quadrageſimali ſerm. 27. part. 2. De Sillis in cap 1. Regul. Tertiar. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Salazar ſup. Thielmans tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 5. *B. Hugonis, Confeſſ.* [e]] *Hugo*, ſeu *Hudo* vocitatur: vita & miraculis inſignis, iacet *Huſſariæ*, ſeu *Huxariæ*, vel *Nuſſariæ*, in prouincia Argentinenſi. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus ſupra in hac prouincia, & Gonzaga ſup. part. 1. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1249. parag. 9. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcanor.

§. 6. *Beatorum Humilis & Pacifici, Confeſſ.* [f]] Horum meminere, Marianus lib. 2. cap. 7. Creſcentius in Dialogo. Picquetus ſup. Piſanus ſup. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. Marchiæ. Gonzaga ſup. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1234. parag. 9. Quorum feſtum, ac B. Liberati (de quo infra ad 26. Auguſt.) recolitur, in Conuentu S. Liberati, quotannis, magno cum populi concurſu prima die infra Octauam Paſchalis Reſurrectionis: quo die profluit ab eorum ſepulchro manna: ab hora ſexta diei vſque ad Veſperas: idque in tanta quantitate, vt à populo colligatur.

§. 7. *B. Bartholomæi, Confeſſoris.* [g]] Scribunt Marianus lib. 4. cap. 11. Portinarius lib 9. Rerum Paduan. cap. 38. Gonzaga, part. 2. ſup. in Monaſterio 10. Prouin.

S. Antonij

Digitized by Google

S. Antonij, & Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1439. §. 73. hunc Dei ſeruum, (quem alij *Antonium* vocant) ex Vrbini partibus oriundum, genere nobilem bonis moribus nobiliorem, Patauij ſtuduiſſe, eamque doctrinæ famam obtinuiſſe, vt in iure Cæſareo parem habere non videretur. Vrbe donatus & ad prima quęque munia vocatus, breui eas aſſecutus eſt facultates, domos, & inſigne palatium, vt ad illuſtris domicellæ, Borothæ, ex comitibus *de Panico*, nuptias conuolauerit: ex qua multiplicem prolem genuit. Verum omnibus liberis peſtilentia ſublatis, quorum iactura, interniſque motibus à Deo vocatus, vt mundum relinqueret, vxor, ipſo aſſentiente, cum filiabus, monaſterium ingreditur: ipſe verò, habitum S. Franciſci ſuſcepit, ſub quo in Regulari obſeruantia ſanctiſſimè vixit, annis multis, in continuis ieiunijs, perpetua oratione, & ſancta humilitate. Diaconatu initiatus, ad presbyteratum renuit aſcendere, indignum ſe iudicans tanta dignitate. Prædicans vbique pœnitentiam, magno cum animarum fructu, ad inſtar S. Franciſci, grandæuus deceſſit, magna pietatis opinione relicta.

§. 8. *Beati Amicini, Confeſſor.* [b]] Sacerdos erat miraculis clarus: iacet in Conuentu Laudenſi: vti videre eſt apud Wadinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1432. §. 30.

§. 9. *Beati Antonij Puri, Confeſſoris.* [i]] In Conuentu Eremitæ extra Fabrianum, plurima virtute emicuit: teſte Wadingho, tom. 5. ſup. ad ann. 1422. §. 3.

§. 10. *BB. Thomæ, & Mathæi, Confeſſor.* [k]] Iacent in Sacello S. Franciſci, Conuentus Nouarienſis, qui eſt 4. Prouinc. Mediolanenſ. hi Beati viri, eiuſdem domus alumni, nobili genere, & frequentia miraculorum illuſtres. Ita Wadinghus ſupra, ad ann. 1444. §. 65. & tom. 7. ad ann. 1478. §. 55. quo circiter obierunt.

§. 11. *Beati Iuſti, Confeſſoris.* [l]] Floruit in Conuentu Capitis auroræ, (qui eſt 24. Prouinc. S. Iacobi.) Tertio milliari ab oppido Villæ-Francæ Diœceſ. Aſturicenſ. quem dùm noctu in nemore, admirabili luce, flammiſque igneis circumdatum, & in extaſi factum deprehendiſſet vir nobilis, qui in Conuentu, cum fratribus hærebat, Dei ſeruum veneratus, ſpiritu compunctus, & ſæculi pertæſus, religioſis nomen dedit, piéque vixit ſub ipſius B. F. Iuſti Magiſterio. Vide Wadinghum Ibid. ad ann. 1441. §. 67. tom. 5.

B. Ludouica à Sabaudia, Vidua. [m]] Nonnullos teſtes proferam, in medium: vt poſteritati notum ſit, quantis virtutis ſanctitatiſque radijs hæc inclyta Heroina, ſuo æuo illuxerit. Primus eſt Auctor Firmamenti trium Ordinum, tract. 1. de illuſtr. Fœmin. Ordin. Minor. 2. cuius ea ſunt verba *Domina & ſoror Ludouica, Ludouici Regis Franciæ XI. cognata, & Ducis Sabaudiæ filia, in Conuentu ſororum de Orba ſepulta; vbi & vitæ ſanctitate non mediocriter refulſit, ſub prima Regula ſanctæ Claræ, & reformatione B. Sororis Coletæ vitam ſtrictam ducens.* Alter eſt, Pingonius in Arbore Gentilitia Sabaudiæ domus, numer. 299. vbi ſic habet: Ludouica filia Diui Amadæi *Ducis, nupta Hugoni à Cabilone, Domino Caſtri Guidonis, & Noſereti. Hac orbata viro inter veſtales reconditur Taurini, ann. 1503. & ſepulta apud Orbam, oppidum Vantuatum, ſiue Vandenſium.* Eadem habet Paradinus in Affinitatib. genealog. Sabaudiæ, ſub Amadeo Duce III. §. 12.

Sed nimis craſſe hallucinantur hi poſteriores, cùm B. Ludouica, adhuc iuuenis vidua relicta, reſiduum vitæ duxerit in Monaſtica Obſeruantia, non Taurini, ſed apud Orbam: vti clarè & latè ſcribunt Foderetus in Deſcriptione Monaſterij Clariſſar. Euianſiacenſ. pag. 86. 87. 88. & 89. Abbauillæus Capucinus in Hiſtoria Chronolog. vit. B. Colettæ Virg. ſtatut. 3. lib. 5. cap. 18. poſt Firmamentum trium Ord. ſup. §. 13.

SEXTO IDVS AVGVSTI.

GAzæ in Paleſtina, Beati [a] Guillelmi, Martyris: qui cùm ſectam Machometi exprobraret, à Turcis captus, & in duas partes conciſus, martyrium compleuit. Condomi in Aquitania, Beati [b] Raymundi Roedani, Martyris: ab hæreticis occiſi. In Aprutio Beati [c] Franciſci Galli, Confeſſoris. Panormi, Beati [d] Ioannis à Bucca, Confeſſoris: quem miraculorum gloria exornat. In ciuitate Dienſi, Beati [e] Electi Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Spoleti Beati [f] Gregorij, Confeſſoris: qui humilitate, deuotione, ac Religione inſignis, ſanctiſſimè quieuit in pace. Mexici, Beati [g] Iacobi à Teſtera, Confeſſoris, Doctrina & vitæ integritate conſpicui: qui olim Commiſſarij Generalis Indiarum officio fungens, paupertatis, orationis, & Regularis Obſeruantiæ extitit amantiſſimus. Tamprici in Panuco, apud Indiam Occiduam, Beati [h] Andrææ de Olmos, Confeſſoris: qui eruditione, ac verbo prædicationis pollens, ſignis & virtutibus admodum claruit. Poliniaci, in territorio Veſuntino, Beatæ [i] Claudiæ à Corceyo, Virginis: primæ illius Monaſterij Abbatiſſæ, multarum prærogatiua virtutum celebris.

AVGVSTI VIII.

§. 1. BEati *Guillelmi, Martyris.* [a]] A Wadingho, vocatur etiam Guillielmus *Stabienſis*, tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1364. §. 18. cui aduerſari videtur D. Antonin. part. 3. Hiſtor. Titul. 24. cap. 9. §. 20. ſub ann. 1362. dicens, *Anno ſequenti F. Guillielmus de Caſtromaris, Terra-laboris: dum fidem Chriſti prædicaret, & deteſtaretur legem Machometi, ſectus per medium corporis, martyrium conſummauit.* Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Algezira infra. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Hic eſt B. Guillel. *Campanus*: quem vult Wadinghus ipſe martyrio fuiſſe coronatum cum B. Iacobo Epiſcopo (de quo ſup.

Digitized by Google

20. April.) ſed mendoſè: cùm ex ipſo D. Antonin. conſtet ann. 1363. paſſum eſſe, ac corpus eius combuſtum; non tamen ann. 1369. vti perperam habet Toſſinianus: ſic itaque debet nuncupari hic B. Martyr *Guillielmus Stabienſis*, ſeu *de Caſtromaris*, *Campanus*.

§. 2. *Beati Raymundi Roedani, Martyris.* [b] Hic circa ann. 1570. in vltima Conuentus Condomenſis euerſione, impio hæreticorum mucrone, pro Catholicæ Romanæ Eccleſiæ confeſſione confoſſus, vt fortis Chriſti Athleta, glorioſiſſimè interijt. Ita Gonzaga ſup. part. 3. in ipſo Conuentu, qui eſt 15. Prouinc. Aquitan. Recentior. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1291. §. 28. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567.

§. 3. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* [c] Nobilis iſte Sacerdos apud Aprutios ſepultus eſt; de quo fertur, quòd cùm Miſſæ ſacrificium in altari peragerat, araneaque delapſa eſſet in eius calicem ſanctum; noluit eam ſanguine Chriſti intinctam extra proijcere, ſed illam vnà cùm ſanguine ſacro bibit, hauſitque. De eo egerunt B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Prouinc. Pennenſ. ſanctitat. illuſtrib. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 47. qui vocat eum B. Franciſcum à ſancto *Homero*, eo quòd apud oppidum S. *Homeri* in Veſtinis natus ſit: ſic & Picquetus ſup. Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1305. §. 4. Sanè inuenio B. Franciſcum à ſancto *Omero*, confeſſarium extitiſſe B. Paulæ Fulginatis, apud Iacobillum de SS. Fulginatib.

§. 4. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [d] Virtute & pietate inſignis, miraculis etiam quamplurimis extitit clarus poſt mortem, vt teſtatur Piſanus ſup. in Prouinc. Siciliæ: At fruct. 11. part. 2. ibid. Nuncupatur B. Ioannes à *Bucha*, ſiue à *Buca*, vel *Bura*, aut *Buta*: quod confirmatur à Gonzaga parte prima ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Picqueto ſup. Vvadingho tom. 4. ſup. ad ann. 1355. §. 4. ex Mariano lib 4. cap. 12. infra.

§. 5. *Beati Electi, Confeſſoris.* [e] Vir fuit ſanctiſſimus, cuius corpus requieſcit in Conuentu Dienſi, apud Delphinatum in Gallia. Memoratur à Piſano ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Burgundiæ. Gonzaga part. 1. ſup. Vvadinghus tom. 2. ſup. ann. 1287. §. 15. ex Mariano, & Picqueto ſup.

§. 6. *Beati Gregorij, Confeſſoris.* [f] Socius nonnunquam extitit. B. Franciſci *Papienſis*, erat quidem ætate iuuenis, ſed admodum humilis, deuotus, & religione ſenex; qui paulò ante obitum ipſius B. Franciſci, hac die, exceſſit è vita ann. 1454. maximum ſui deſiderium cæteris Fratribus derelinquens, ob egregiam illius vitæ ſanctimoniam. Quapropter idem B. Franciſcus, ſatis contriſtatus eſt de huiuſcemodi morte: at cùm reuelata ſibi fuiſſet illius gloria, protinus exhilaratus eſt: & prorumpens in verba lætitiæ, magno cum ſpiritus feruore, diſcurrebat per Conuentum, hæc decantans: *Puer meus eſt in Paradiſo: Filius meus eſt in Paradiſo.* Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 3. lib. 3. cap. 59. Marianus lib. 5. cap. 28. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1454. §. 60.

§. 7. *Beati Iacobi à Teſtera, Confeſſoris.* [g] Ex Gallia oriundus erat Prouinc. Aquitaniæ alumnus, in diuinis litteris eruditiſſimus, Religioniſque Obſeruantiſſimus, ſuaptè natura lætus ac iucundus. Eximij autem feruoris in diuinis rebus, & animarum ſalute procurandis, nouam Hiſpaniam ann. 1530. cum B. Antonio *Ciuitatenſi* venit: vbi electus eſt 4. Prouinciæ S. Euangelij Cuſtos ann. 1532. Deferebat depictam in linteo fidei noſtræ myſteria, habebatque Indum, qui Indigenis illa interpretaretur: quare & ſacrarum etiam Hiſtoriarum repræſentationibus, quibus plurimum vtebatur, maximam omninò vtilitatem Indis peperit. Anno 1531. primò Iucatanum profectus eſt, vbi multum profuit, eiuſque etiamnum hodie memoria perdurat. In Chanpoton nobiliorum liberos res fidei edocere cœperat, multumque in ea re cum ſocijs inſudarat, vt Idolorum cultus expelleretur: ſed quorumdam factionibus exagitatus, inde diſceſſit, Mexicumque eſt reuerſus. Abijt quoque in Mechoacham Prouinciam: vbi operam dedit, vt à Religioſis coleretur vniuerſa vitis. Miſit Guatemalam B. Toribium *Motoliniam*, vt erigeret cœnobia, in quibus indigenæ edocerentur. Electus à Patribus in Cuſtodem Prouinciæ ad Generale Capitulum mittendum, Mantuæ celebrandum ann. 1541. illic Commiſſarius Indiarum Generalis factus eſt: & multis, quos ſecum ex Hiſpania adduxerat, religioſis comitatus redijt. Maximo feruore conuerſionem procurabat Indorum, cupiens vt huiuſce rei gratia, adeſſent Religioſi: paupertatis & orationis erat amantiſſimus: tandem meritis cumulatus, vitam in venerabili ſenectute abſoluit, quieuitque in Domino: cuius corpus Mexici ſepultum eſt. Ita Gonzaga 4. part. ſup. in Conuentu Mexicano. qui eſt 1. Prouinc. ſancti Euangelij. Barezzus 4. part. Chronic Minor. lib. 3. cap. 44. Daça ibid. lib. 2. cap. 27. & 28. Marianus lib. 1. cap. 41. & lib. 2. cap. 2. Chronic. Reſſormat.

B. Andreæ de Olmos, Confeſſoris. [h] Hiſpanus, in Diœceſi Burgenſi natus, humanioribus litteris ac Iuri ciuili, cùm adoleſcens nauaſſet operam, tandemque ætate prouectior his Pontificiorum canonum adiunxiſſet lectionem; Valiſoleti in Prouincia Conceptionis, Franciſco ſe deuouit. Nouitiatu tranſacto, Theologiæ candidatum Patres deſignant; quo in ſtudio ita profecit, vt inſignem Eccleſiaſtem cuncti ſuſpicerent & colerent. Beato Ioanne *Zumaraga*, ex Guardiano Tribulenſi, in Epiſcopum Mexicanum à Carolo V. Imp. nominato, & Hiſpali ad eas oras nauali profectione iter inſtituenti comes adiunctus: 43. annis continuatè illi populo ſua ſtudia præſtitit, Mexicana, Totonaca, Tepuaca, & Vaxteca, linguis, quas expeditè loquebatur, nullam fecit prædicandi Euangelij moram. Demum ad Chichimecas efferatiſſimos populos penetrans: incredibile eſt, quæ optimus Deus ad ſuorum ſalutem ipſius opera, perfecerit. Erectas penè ab eo cruces innumeras, in locum putidiſſimorum, quos proſternebat, Idolorum: peragratas ab eo, nec ſine prædicatione, terras; luſtratas, ne quidem de nomine notas, & ſacro baptiſmate tinctas prouincias, non eſt præſentis argumenti commemorare. §. 8.

Erat tantus vir mediocis ſtaturæ, robuſtioriſque complexionis, vndè & quoduis pœnitentiæ genus ferre poterat; quod ille prænoſcens, ſuum corpus ſingulari quadam abſtinentia, immenſiſque laboribus affligebat. Nam cilicio equinis ex crinibus confecto, ad carnem amictus, & pauperrimo eoque ſimplici habitu contectus, ac nudis pedibus incedens, nil interim aliud à quibuſdam herbarum radicibus, & patrio illius regionis pane in cibum, & aqua in potum admittens; eas omnes Prouincias, licet acceſſu difficillimas, perluſtrabat. Patientia, prudentia, humilitate, & charitate prorſus mirabili pollebat. Inſuper, quicquid temporis ſibi, vel à concionibus, vel à ſacris confeſſionibus excipiendis, vel à catechizandis Neophytis, §. 9.

Digitized by Google

phytis, vel ab oratione reliquum erat: id totum ab vna vel altera hora, qua ſomno, & reficiendo corpuſculo indulgebat: vel in perlegendis ſacræ ſcripturæ libris, vel ſcribendis, aut componendis, impendebat. Denique ſpiritu prophetico clarus, in oppido Tamprico, ſanctitatem ſecum quidem ferens, famam verò notiſſimam ferre non valens (nam coruſcabat miraculis) celeriori volatu ſummos cœlos penetrauit: quàm olim aſperos & celſiſſimos montes, denſiſſimaſque ſyluas, ad Euangelij prouentum peragrarat. Agunt de eo Gonzaga 4. part. ſup. vbi de Cuſtodia S. Saluatoris, in Prouinc. S. Euangelij. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 26. & lib. 5. à cap. 26. vſque 33. ad annum 1570. Willotus Athenarum Orthodoxar. Franciſcan. littera *Andreas*: Rapinæus in Hiſtor. vniuerſal. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 2. §. 2. & part. 3. §. 20. Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 16. in Sanctis & illuſtribus viris, ex Coetio lib. de ſignis Eccleſ. art. 2. Marianus lib. 3. cap. 29. Marieta lib. 17. Hiſt. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 15. 16. & 22. vbi de ciuitate Burgenſi. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Daça ſup. lib. 2. cap. 21. & 26. ex alijs multis. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

B. Claudia, Virg.] Comes & ſocia intima fuerat B. Colettæ Virg. à qua inſtituta eſt prima Abbatiſſa Monaſterij Poliniacenſ. circa ann. 1420. quod maxima prudentia, & admirabili vitæ ſanctitate rexit. Vide Foderetum in Deſcriptione iſtius Monaſterij, & Abbauillæum Capucinum in Hiſtoria Chronolog. B. Colettæ ſtatu 3. lib. 2. cap. 1. §. 10.

QVINTO IDVS AVGVSTI.

IN Anglia Beatorum [a] Martyrum Thomæ, Bonauenturæ, Ioannis & Richardi: qui pro defenſione Catholicæ veritatis, vincula, carceres, famis inediam, & alia tormenta ſuperantes: tandem liberi dimiſſi, paulò poſt in Domino quieuerunt. Apud montem Aluerniæ in Ethruria, Beati [b] Ioannis à Firmo, Confeſſoris: qui mira abſtinentia & pœnitentia corpus ſuum edomans: necnon orationi, rerumque cœleſtium contemplationi addictiſſimus, potens fuit opere & ſermone coram Deo & hominibus: atque plurimis claruit miraculis. Scaris in Gothia, Beati [c] Algothi, Confeſſoris & Doctoris eximij: vitæ ſanctitate inſignis. In Mexico, Beati [d] Toribij à Beneuento, Confeſſoris: qui ſcientia, pietate, & vitæ integritate pollens: tanto ſpiritus feruore accenſus eſt circa Indorum conuerſionem, vt quater centum millia ex eis aqua Baptiſmali lauerit, Chriſtoque pepererit. Vlyſſipone, In Luſitania, Beatæ [e] Annæ à Conceptione, Virginis: quæ nobili nata proſapia, iugi oratione, abſtinentia, atque pœnitentia, meruit Chriſto ſponſo famulari.

AVGVSTI IX.

§. 1. B*Eatorum Martyrum Thomæ, Bonauenturæ, &c.* [a]] Dùm Henricus VIII. Angliæ Rex, ſuorum facinorum pondere preſſus, pronior in dies fieret ad malum, caput Eccleſiæ Anglicanæ ſe conſtituens: huic tantæ impietati ſeſe conſtantiſſimè oppoſuere ex aduerſo Reuerendi PP. Thomas *Pakingont*, Bonauentura *Roo*, Ioannes *Tuit*, & Richardus *Carteret*, & alij non pauci. Sed ab eodem Rege capti, & in vincula coniecti, grauia paſſi ſunt. Cùm autem B. Thomas *Bolchianus*, die 3. Auguſti, glorioſè pro Chriſto in carcere martyrium ſubijſſet, totque ſigna diuinitùs ex eius morte ederentur: Rex aliqualiter his commotus, iuſſit, vt cæteri Franciſcani Patres liberi dimitterentur abire extra Regnum: è quibus quatuor præfati BB. viri (vt potè, atrocioribus pœnis, atque multo miſeriarum cumulo vexati) paucis pòſt diebus expirantes, curſum glorioſi certaminis compleuerunt ann. 1537. Agunt de ijs Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 4. ex Fauſtino Taſſo, Thoma Bouchiero, &c. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan.

§. 2. *Beati Ioannis à Firmo, Confeſſoris.* [b]] Naſcitur an. 1259. qui ab ipſa tenera infantia ſanctitatis ſpecimen prætulit, ita vt quantò creſceret ætate, & adoleſceret, tantò virtutum ampliorem redoleret odorem. Tredecim annorum factus, noſtrum amplectitur Inſtitutum, magiſtrumque habuit in tyrocinio, ann. 1272. B. Iacobum de *Fallerono*, admirandæ pietatis virum; ſub cuius diſciplina egregiè profecit & altas egit perfectionis radices. Emiſſa ſolemni profeſſione, ablegatus eſt à Miniſtro Generali D. Bonauentura, ad ſolitudinem montis Aluernæ, vnde ab *Aluernia* dictus eſt; tum ob longiorem, quam eo in monte traxit moram, tum ob eius ſepulturam inibi habitam, an. 1322. Admiranda ſunt huius ſancti viri acta; quæ plenè & ſincerè ſcripſerunt, duo viri coæui, Ioannes de Septimio, & Hugolinus de monte ſanctæ Mariæ. Magnis & quampluirimis inſignitus eſt miraculis: cuiuſque ſacrum corpus condigna veneratione colitur in Eccleſia Fratrum Minorum Conuentus montis Aluerniæ, vbi honorificè nunc vſque ſeruatur. Meminiatur à ſancto Antonino tertia parte Hiſtoriæ, Titulo vigeſimo quarto, capite ſeptimo, paragrapho decimo quinto. Mariano parte ſecunda libro quarto cap. ſeptimo, & libro octauo capite primo. Beatus Bartholomæus Piſanus libro primo Conformitat. fructu octauo & vndecimo, parte ſecunda in Prouincia Thuſciæ. De Buſtis in ſuo Mariali parte decima, ſermone primo, parte prima. Toſſinianus libro primo Hiſtor. Seraph. Marcus Vlyſſiponenſ. parte ſecunda Chronicorum Minorum libro quinto, capite duodecimo, paragrapho ſecundo, & libro ſeptimo capite 18. §. 1.

Digitized by Google

& 2. Item lib. 8. cap. 1. vſque 10. Sedulius Commentar. ad vit. S. Franciſc. cap. 3. §. 8. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 13. ad ann. 1322. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. eod. anno §. 30. Saluator Vitalis lib. 7. Chronic. Seraphici Montis Aluernæ cap. 1. ex Auguſtino Millio lib. 1. cap. 17. Thiedmans tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1209. §. 35. 1213. §. 46. & 1240. §. 21. Item tom. 2. ad annum 1259. §. 8. 1272. §. 22. & 23. & 1289. §. 25. Item tom. 3. ad annum 1322. §. 27. & ſeq. & tom 4. ad ann. 1399. §. 42. Algezira ſup. Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig. in præfato Conuentu Sacri montis Aluerniæ, qui eſt 17. Prouinc. Tuſciæ : & part. 1. in BB. viris huiuſce Ord. vbi ex hoc vno, duos facit Ioannes; nimirum B. Ioannem ab *Aluernia*, & B. Ioann *Firmanum*: quem ſequitur Picquetus in Catalog. viror. Illuſtr. Franciſcan. ſed mendoſè, vti clarè conſtat ex probatis authoribus, Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 13. Iacobillo, de SS. Fulginatib. in B. Martino Fulginate.

§. 3. *Beati Algothi, Confeſſoris.* [c]] Hic à puero pietatem cum litteris auidiſſimè imbibit, & poſtquam humanioribus excultus fuiſſet, Lutetiam Pariſiorum ad ſolidiora ſtudia; Philoſophica ac Theologica ſeſe contulit; quibus tamdiu operam dedit, donec Doctoris in ſacra Theologia inſigne mereretur. Indè in patriam reuerſus, habitum ſuſcepit Franciſcanum, vitæque perfectioni cœpit abundantius inſiſtere: & ad virtutum culmen pertingere. Scaris factus Guardianus: magna doctrinæ ac ſanctitatis ſuæ reliquit monumenta, ac beato fine quieuit, ann. 1345. cuius honorificè meminit S. Brigitta, lib. 6. Reuelat. cap. 31. Ioannes Waſton in vit. Aquilonia. Wadinghus tom. 3. ſup. ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum quintum, paragrapho ſexto & ſeptimo. Bzouius ſupra ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum quintum, paragrapho decimo nono.

§. 4. *B. Toribij à Beneuento, &c. Confeſſ.* [d]] Natus eſt Beneuenti apud Hiſpanos, in prouincia ſancti Iacobi profeſſus; ſed in Recollectionem prouinciæ ſancti Gabrielis tranſplantatus. Vir erat virtutum ornamentis decoratus, paupertatis Euangelicæ amantiſſimus; diuini honoris zelo ſemper inflammatus, Regulæ obſeruantiſſimus, & pietati admodùm deditus. Cùm nouam Hiſpaniam cum ſocijs perueniſſet, omneſque nudis pedibus incederent, perſpicientes Indi hanc eorum paupertatem, inuicem acclamabant: *Motolinia, Motolinia*: quod Mexicano idiomate, pauperes ſignificat. Interrogans ille, quid ea vox ſibi vellet, pauperemque ſonare cùm intellexiſſet; hæc (inquit) prima vox eſt, quam linguæ huius intellexi, atque hoc mihi nomen erit; ex eaque die F. Toribius *Motolinia*, nuncupatus eſt, cùm de *Beneuento* anteà cognominaretur. Eximio ſpiritu, multaque in diuinis rebus meditatione, pollebat: caſtitatem ſummè diligebat. In doctrina Chriſtiana edenda, & pueris baptiſandis, atque populis conuertendis, ita ſtrenuè laborabat: vt huius rei cauſa, etiàm Regiones longiſſimas adierit. Pluuiam, temporis ſerenitatem, & alia ſuis precibus à Deo obtinuit. Inter 12. Patres primos, qui in Indiam traiecerunt quintum obtinet locum: ſed tamen omnium vltimus mortuus eſt. Vide Gonzagam 4. part. ſup. in Conuentu Mexicano, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Euangelij. Barezzum ſup. lib. 4. cap. 20. ad ann. 1560. Willotum Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera T. Rapinæum in Hiſtor. vniuerſ. Orig. Recollector. part. 1. §. 9. Decad. 5. & part. 2. §. 4. Hilarionem à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Boſium tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Marianum lib. 1. cap. 39. Daçam 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 20. ex multis alijs. Poſſeuinum in Apparatu Sacro.

B. Annæ, Virgin. [e]] Socia fuit B. Agnetis à *Deo*, §. 5.
Abbatiſſæ: quæ ſimul ex inſula Lignorum, (Hiſpanicè *Madera* vocatur) Vlyſſiponem profectæ ſunt, vt inibi Monaſterium nouiter extructum, atque Virgini Deiparæ, vulgò Dominæ noſtræ de *Spe*, dicatum, regerent, moribuſque optimis inſtruerent, ann. 1536. Conſtat autem B. Annam à *Conceptione*, nobilem quidem fuiſſe natalibus; ſed multò nobiliorem virtutibus, quæ licet in ipſa iuuenta, nempe, anno ſuæ ætatis 28. deceſſerit: fœliciſſimum tamen ſeniorum curſum conſummauit. Vniuerſa ſiquidem eius actio, quoad ſibi vita comes fuit; perpetua oratio, abſtinentia, ac denique pœnitentia extitit. Illius meminere Gonzaga part. 3. ſup. in præfato Monaſterio de *Spe*, quod eſt 2. Prouinc. Portugall. Barezzus 4. part. ſup. lib. 1. cap. 60. Valerius de BB. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 12.

QVARTO IDVS AVGVSTI.

MEdiolani, Beati [a] Amadei, Confeſſoris: qui Regio ſanguine, & vitæ auſteritate, ac ſummis virtutibus clariſſimus, tanta fulſit ſanctitate, vt & congregationi Amadeorum initium dederit, & dono prophetiæ ac miraculorum illuxerit. Nauis in Tuſcia, Beati [b] Andrææ de Groſſeto, Confeſſoris: eximiæ honeſtatis, orationis, & obedientiæ viri. Moroni in Apulia, Beati [c] Paſchalis à Caſtelleto, Confeſſoris: mira patientia & humilitate conſpicui. Biturgiæ in Vmbria, Beati [d] Petri Peruſini, Confeſſoris: paupertate, vitæ puritate, & continentia, inſignis. Apud Inſulam ſancti Germani in India Occidentali, Beati [e] Ludouici à Conteſalita, Confeſſoris: qui indefeſſo labore ſaluti animarum vacans, copioſam Indorum turmam conuertit ad Chriſtum, & in omni genere virtutis ac ſanctitatis reſplenduit. Mediolani, Beatæ [f] Lauræ-Fœlicis de Saulis, Virginis: quæ Religione, pietate, & monaſticis inſtitutis floruit.

Digitized by Google

AVGVSTI X.

§. 1. BEati Amadei, Confeſſoris. [a]] Nobilis fuit Luſitanus, priori nomine *Petrus Ioannes Meneſius* vocatus, primi Comitis Villæ Regiæ ex matre nepos, ac primi itidem Comitis Portalegrenſis, necnon & pientiſſimæ ſororis, B. Beatricis à *Sylua*, Ordinis Monialium Conceptioniſtarum illuſtris Fundatricis vterinus frater, Regio ſanguine clarus. Qui ex Portugallia, cum Eleonora, Eduardi Luſitaniæ Regis filia, ac Federici III. Germanorum Imperat. legitima vxore, in Italiam traijciens; diuina gratia præuentus, Eremitis D. Hieronymi fratribus, in Eccleſia beatiſſimæ virginis Mariæ de Brixianoro, Gremonenſ. Diœceſis, apud Gaſtrum Leonis, quod Inſubrum eſt oppidum, ſub Anachoretico illorum habitu, adiunctus fuit: illicque duplicem Eliæ ſpiritum imbibit. Poſtmodum à D. Patre Franciſco, atque à Chriſto Saluatore, eiuſque Sanctiſſima Matre præmonitus: vt, eo viuendi inſtituto relicto, Aſſiſium à Generali Franciſcanorum miniſtro, habitu induendus Minoritico, peteret: Diuinis illorum oraculis acquieſcens, ibidem à præfato Generali Miniſtro, cæteris Franciſcanis Conuentualibus ſub fratrum Laicorum habitu, annumeratus eſt. Cuius cella ipſamet Eccleſia; exercitium verò, perpetua oratio, (qua in extaſim ſæpè ferebatur) aut diuinarum rerum contemplatio, aut humile obſequium.

§. 2. Eius igitur famam cum illuſtriſſimus Franciſcus *Sfortia*, Mediolanenſium Dux accepiſſet, à Generali Miniſtro obtinuit; vt B. *Amadeus* (ſic enim vulgò appellabatur, licet eius nomen *Amator* eſſet) Mediolanum de cætero moraturus, ſe transferret. Quò cùm perueniſſet, Duci, atque Duciſſæ, eius coniugi gratiſſimus, amantiſſimuſque extitit: & illis optatiſſimam prolem, quam obtinere non poterant, inſtantiſſimis precibus ab Altiſſimo impetrauit. Quod in cauſa fuit, vt ſibi magiſque afficerentur, atque locum pro ædificando Monaſterio Mediolani concederent. Quo denique obtento, de Summi Pont. licentia, Conuentum ſub titulo ſanctæ Mariæ de Pace, qui vſque in præſens perſeuerat, eò quòd ibi optatiſſimam ſui ſpiritus pacem aſſecutus eſſet, omni adhibita diligentia, inibi conſtrui curauit; Fratreſque Conuentuales, tum de Generalis miniſtri licentia, tum quoque & Summi Pont. authoritate ſibi ad inſtantiam præfati Mediolanenſium Ducis, facta, ad ſe venientes recipere, & alios ſæculares eius conſortium affectantes, Minoritico habitu, qui ei, quo Obſeruantes vtebantur, perſimilis erat, induere cœpit; ſanctiſſimiſque legibus, ac conſtitutionibus, quibus Regulæ candorem fœliciùs conſeruarent, Seraphicique P. Franciſci veſtigijs tenaciùs hærerent, eos adſtrinxit. Quibus maximè ſuccreſcentibus, nouella hæc Amadeorum congregatio, ab eius fundatore ſic dicta, ann. 1460. inchoata, mirum in modum per Italiam, cuius ambitu circumſcribebatur, præcipuè verò per Inſubriam dilatari cœpit: permanſitque vſque ad annum 1517. quo ſub Leone X. Papa, vnio Ordinis facta eſt.

§. 3. Interim accidit, vt an. Chriſti 1471. Sixtus IV. (cui B. Amadeus notiſſimus erat) ad Summum Pontificatum, ob Pauli II. mortem, eueheretur. Qui eximiam ſanctitatem, maximamque Religionem in viro Dei, pro ſua pietate veneratus, eum Romam accerſiuit; conſecratumque Sacerdotem, licet inuitum, ob dignitatis atque miniſterij reuerẽtiam, quo ſe indignum pro ſua pietate iudicabat, in Confeſſarium, atque fidiſſimum Secretarium, cui ſuæ conſcientiæ vulnera panderet, detegeretque, necnon grauiſſima negotia communicaret, elegit: ac eius Congregationem (collata ſibi ſancti Petri Eccleſia, in monte Aureo, in vrbis Romanæ Ianiculo) plurimis gratijs, priuilegijs, atque fauoribus locupletauit. Quam quidem D. Petri Eccleſiam Ludouicus XI. Gallorum Rex Chriſtaniſſimus in iuſtum Conuentum promouere cœpit: ſed cùm proſequendo operi ſuperſediſſet, eam Reges Hiſpaniæ, Ferdinandus & Eliſabetha eius vxor, operæ perficiendam curarunt: ex voto, B. Amadei conſilio facto D. Petro Apoſtolo, pro maſculina prole à Deo impetranda.

Fuit B. Pater Amadeus, vniuerſæ Romanæ Curiæ, virtutis exemplum, ac ſanctitatis norma: qui licet Summo Pontifici chariſſimus eſſet, grauioribuſque implicaretur negotijs, nihil tamen ſolitæ humilitatis, aut aſperitatis prætermiſit. Nam pane tantum & aqua laboribus defeſſum, atque vigilijs attritum corpuſculum, ſemel in die reficiens, nudiſque pedibus incedens, ſimpliciſſimo amiciebatur amictu: & duabus horis ſecluſis, quibus hilari, ac benigniſſimo vultu, cum omnibus ad ſe aduentantibus humaniſſimè conuerſabatur: quod reliquum ſibi temporis ex die ſupererat, id vel in diuinis perſoluendis laudibus, vel in cœleſtium myſteriorum contemplatione, in quodam montis eiuſdem ſpecu, ſegregatus ab alijs inſumebat. His igitur & alijs virtutibus inſignis, cùm præfatum Conuentum de Pace à ſe conſtructum inuiſurus Mediolanum cõceſſiſſet: ibidem expletis à ſua conuerſione in huiuſmodi laudabili vita, ac pœnitentia 22. annis, anno Chriſti 1482. è viuis ereptus, cœlis eſt redditus, miraculis ante & poſt mortem clarus: cuius corpus in medio maiori Sacello honorificè conditum iacet. Mantellus eiuſdem B. Patris in Sacrario aſſeruatur, qui mulieribus in puerperio periclitantibus opportunè adeſt: & puteus in primo clauſtro ab eodem B. Amadeo effoſſus extat, cuius hauſta, cum deuotione, aqua febres pellit. §. 4.

Nonnulla etiam edidit opuſcula. Erat enim eloquio pius, ſimplex, breuis, & ſale conditus; collectiſſimo animo, diuinis & cœleſtibus contemplationibus ex integro cùm ſe conſecraſſet: miris reuelationibus illuſtrari meruit. Quas cùm ſcripto redegiſſet, talia de futuro Eccleſiæ ſtatu, & Imperiorum translatione prædixit: vt idem quod Danieli Hieronymus Epiſtol. ad Paulinum, tribuit epitheton illi cõgruere, totiuſque mundi *Philohiſtor* appellari poſſit. Scripſit & homilias de B. Virgine Maria, eiuſque authoritas magni apud Petrum Caniſium, & noſtrum Ioannem *Benedicti*, Gallum, habetur, quod vterque eidem nitatur: ille in ſuo Mariali frequentius; hic in ſua Summa, quam vernaculè edidit, non rarò. Agunt de eo Marcus Vlyſſipon. 3. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 30. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de Amadeorum & Conceptioniſtarum origine: ac in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 2. in Conuentu 2. & 35. Prouinc. Roman. Item in Conuentu 42. Prouinc. Genuæ. in Conuentu 2. & 28. Prouinc. Mediolanenſ. Item in Conuentu 16. & 18. Prouinc. Brixiæ. Willotus Athenarum Orthodoxar. Franciſcan. littera A. Rapinæus 4. Decad. Hiſt. General. Orig. Recollector. part. 1. §. 3. Griſius, De Clericis Regularib. Section. 14. §. 79. Spinellus De Laudib. Deipar. Virg. in Admonitione ad Lectorem §. 3. Myræus §. 5.

Digitized by Google

in Chronic. & Auctario Ciſtercienſ. Manriquez. tom. 2. Annal. Ciſtertienſ. ad ann. 1158. cap. 5. §. 8. Cimarellus 4. part. Chronic. lib. 3. cap. 1. & ſeq. Marianus lib. 5. cap. 40. poſt Chronicam Boſſianam: ex eius vita per Georgium de *Valcamonica*: Iacobum à *Manrignano*: Ioannem *Alamannum*: Ægidium à *Monteferrato*: & Bonauenturam Cremonenſem, ipſius B. Amadei diſcipulos. Toſſinianus lib. 2. & 3. Hiſt. Seraph. Firmamentum trium Ordinum, tract. 1. in Memoriali Ordin. Minor. ſub 35. Generali. Cornelius à Lapide Commentar. in Apocalyp. cap. 1. verſ. 4. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Vaſconcellius in Deſcriptione Luſitaniæ. Volaterranus libr. 21. Antropol. tit. de Eremitis. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1215. §. 3. & tom. 4. ann. 1399. §. 52. Item tom. 6. ad ann. 1464. §. 30. & ſeq. 1467. §. 16. 17. 18. 1468. §. 14. & 15. 1469. §. 20. & ſeq. 1472. §. 26. & 82. ann. 1482. §. 41. & ſeq. Paulus Moriſius lib. 1. Orig. Relig. cap. 51. Picquetus in Catalog. vir. Illuſtr. Minor. Ex quibus, velim aduertas, quam impunè Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad an. 1471. §. 36. & ſeq. cauillari eum, modis omnibus tentauerit: ſed perperam, cum ſcripta ipſius B. Amadei, ab eius æmulis, ſiue ementitis viris, deprauata fuiſſe, nullus eſt qui non videat: vti ſcitè obſeruarunt præfati Authores, Vlyſſiponenſ. Gonzaga, &c.

§. 6. *Beati Andrææ de Groſſeto, Confeſſ.* [b]] Laicus erat profeſſione, vir admodum ſpiritualis, & feruentiſſimus in oratione tum mentali, tum vocali: immobilis omninò ſtans in oratione, oculis in cœlum ſubleuatis. Claruit circa ann. 1500. obijtque apud Conuentum S. Benedicti Nauis in Tuſcia S. Laurentij Martyris ad veſperum: de quo id refert Gonzaga, *Ibidem in ſancta pace quieuit frater Andræas à Groſſeto, vir ſanè venerabilis, dilectuſque Deo & hominibus: necnon & honeſtatis atque ſanctiſſima obedientia ſpeculum: qui inter orandum abſtractus à terra ſæpiſſimè viſus eſt, tanquam ille qui terrena faſtidiens in cœlum inhiabat.* Hęc ille in præfato Conuentu, qui eſt 12. Prouinc. Tuſciæ, Sic & Marcus Vlyſſipon. ſup. lib. 7. cap. 64. Wadinghus tom. 5. ſup. 1425. §. 14.

§. 7. *B. Paſchalis à Caſtelleto, Confeſſ.* [c]] Hic vir Dei, admiranda prorſus fuit patientia exornatus, eo quòd toto fermè tempore vitæ ſuæ, in lecto decubuerit iacens infirmus: ita enim coxendice laborabat, ſeu Iſciaco dolore vexabatur: vt nullo modo hinc indè moueri poſſet. Non ſolum patientiæ, ſed & orationi feruentiſſimæ operam dabat. Floruit ann. 1520. obijtque in Prouincia ſancti Angeli, ſepultus apud Conuentum ſancti Nazarij Moroni, qui eſt 2. huiuſmodi Prouinciæ. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 9. cap. 48.

B. Petri Peruſini, Confeſſ. [d]] Præſtantiſſimus atque deuotiſſimus fuit hic B. Frater Laicus, paupertatis, humilitatis, patientiæ, laborum, atque continentiæ ſummus amator: qui dùm viueret, Deo atque hominibus, ob inculpatam eius vitam, gratiſſimus extitit. Claruit circa an. 1535. obijtque Biturgiæ, in Conuentu ſanctæ Mariæ Magdalenæ, qui eſt 12. Prouinc. S. Franciſci. Vti referunt Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 25. §. 8.

B. Ludouici, Confeſſ. [e]] Octauus extitit ſocius B. Martini à Valentia Indiarum Apoſtoli; ſuæ Regulæ fuit obſeruantiſſimus, & pœnitentiæ exercitijs deditus, orationi iugiter vacans; raptus & eleuationes, tum ſpiritus, tum corporis ſæpè patiebatur. Zelo ſalutis animarum plenus, in Indiam traiecit, vbi copioſam Indorum ſegetem in horreum Chriſti congregauit. Verùm, cùm hæ nouellæ plantationes, dura ſeruitute, atque miſerabili tyrannide, premerentur iniquè ab Hiſpanis, pia commiſeratione ductus; decreuit apud ſe his occurrere malis, quamuis quæque grauia pati ſibi neceſſarium foret. Mare itaque traiecto, pedes iter confecit, haud abſque labore, & penuria, in Hiſpaniam autem veniens, cuncta per ordinem Carolo V. Imperatori retulit: à quo benignè eſt exceptus. At dùm videt ſe ad Epiſcopatum Mechoacanicum deſtinatum per Cæſarem, vt maiore cum authoritate Indiam repetens, negotia perageret: ille, vt verax, humilis & ſeruus omnium, huiuſmodi dignitati conſenſum dare renuit, potius ſibi eligens gradum ſiſtere in ſua Prouincia S. Gabrielis: vt illic quietius, in oratione & ſilentio vitam ageret. Non diu autem, ſuis votis potitus eſt; nam, mox electus in Guardianum Conuentus S. Gabrielis Badeiocij: ac poſtea, ex eo loco coactus diſcedere, ſuperiorum authoritate, ad inſtantiam præfati Imperatoris, & petitionem fratrum nouæ Hiſpaniæ, in Indiam, cum obedientiæ merito, remeauit: ac in itinere, apud Inſulam S. Germani, plenus annorum, & bonorum operum curſum beatæ vitæ terminauit. Hæc Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 22. ex Baptiſta Molez, cap. 7. & 21. Memorial. præfatæ Prouinciæ. Prudentio *de Sandoual*, & alijs. §. 9.

B. Lauræ-Fœlicis, Virg. [f]] Hæc omni genere virtutum prædita, floruit apud Monaſterium de Ieſu, §. 10.
Mediolani (quod eſt 2. Prouinciæ Mediolanenſ.) quæ carnis ergaſtulo ſoluta, ann. 1585. ad Aſtra migrauit, ibique ſepulta eſt. Ita Gonzaga, ibid. part. 2. & Barrezzus ſup. lib. 8. cap. 74. Wadinghus tom. 6. ſup. ann. 1456. §. 260.

TERTIO IDVS AVGVSTI.

BRufortij in Picœno, Beati [a] Simonis ab Aſſiſio, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli: qui iugiter orationi vacans, & continuis meditationibus ad cœleſtia aſpirans, ſæpè extaſim patiebatur, ac demùm ſignis & virtutibus clarus, ſancto fine quieuit. In Gallia, Beati [b] Thomæ à Curia, Confeſſoris: qui primus Commiſſarius Generalis Patrum Obſeruantium Galliæ inſtitutus, eruditione, vitæ ſanctitate, ac Religione emicuit. Apud montem Caſalem in Vmbria, Beati [c] Antonij Cyrnæi, Confeſſoris: cuius ſanctitatem, vitæ auſteritas, abſtinentia, humilitas, aliæque virtutes haud vulgares, vnà cum crebris miraculis ante & poſt obitum ab eo patratis, atteſtantur. Cortonij, Beatæ [d] Hadrianæ, Tertiariæ: multarum prærogatiua virtutum inſignis.

Digitized by Google

AVGVSTI XI.

§. 1. BEati *Simonis ab Aſſiſio, Confeſſoris.* [a]] Hic viuente S. Franciſco venit ann. 1210. ad Ordinem, & in eo mirificè profecit. Hunc Altiſſimus tanta ſuæ benedictionis ac dulcedinis gratia præuenit, & ad talem contemplationem, mextiſque deuotionem perduxit; quòd vita ipſius extiterit totius ſpeculum ſanctitatis & virtutis. Rariſſimè extra cellam reperiebatur: ſtans cum fratribus, ſemper in diuinis colloquijs intentus erat. Qui licet in ſyluis educatus, omninoque ignarus eſſet, tanta nihilominus ſapientia implebatur, & de Deo, deque amore Chriſti, tam altè loquebatur: vt in ſtuporem audientes adduceret, eóſque ſic demulcebat, vt in huiuſmodi colloquijs diem noctemque tranſigerent. Cùm diuinas præſentiret viſitationes, corpus & animam, quietius decentiuſque colligebat ac diſponebat: ſæpè in extaſim rapiebatur, & totus ad exteriora inſenſibilis reddebatur. Nam cùm carbo ignitus ſemel tunc poſitus eſſet à quodam fratre ſuper illius pedem: nec ſenſit calorem, etſi illic ſteterit donec extinctus fuerit, nec carbo pedi aliquam intulit læſionem. Aues nonnumquam præ rumore ſibi impedimentum præſtantes; vi ſuæ orationis compeſcuit, exindéque omninò fugauit. Familiaritatem cum B. Iacobo *de Maſſa* inierat: & ſimul ad maiorem perfectionis gradum ſeſe concitabant. Tandem plenus virtutibus migrauit ad Dominum: cuius ſanctitatem ſigna & beneficia per eum à Deo populis præſtita; atteſtantur. Agunt de eo Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Elzearius lib. 2. ſacri Mont. Olyuet. cap. 5. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 41. 42. & 43. 1244. §. 11. Marianus lib. 1. cap. 6. §. 7. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. S. Antoninus 3. part. Hiſtor. Titul. 24. cap. 7. §. 12. Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. in Fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtr. Prouinc. S. Franciſci: ſcribens ignorari vbi ſit ſepultus; licet magis inclinet, quòd iaceat Brufortij, in Prouinc. Marchiæ. Memoratur à Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. huiuſce Ordin. Marco Vlyſſiponenſ. 1. part. Chron. Minor. lib. 6. cap. 38. 46. 47. aſſerente, Spoleti tumulatum eſſe, ſed (vt opinor) hallucinatur: eo quòd ille, qui ibid. conditus quieſcit, eſt B. Simon à *Collazono*, de quo 1. Nouemb. Præfati B. Simonis *Aſſiſiatis*, adhuc meminit 2. part. Chronic. lib. 1. cap. 28. at Toſſinian. lib. 1. Hiſtor. Seraph. & Author Chron. 24. General. Spoleti vitam clauſiſſe volunt: ſed alij contrarium meritò affirmant.

§. 2. *Beati Thomæ à Curia, Confeſſ.* [b]] Cùm in Gallia, Regularis Obſeruantię Min. Fratrum, initium habuiſſet, fœliciterque in dies accreſceret: perturbationem haud modicam paulò poſt ſuſtinuit. Qua de re Reuerend. P. Antonius *Pyretus*, tertius Ordin. Generalis Miniſter, certior factus à Benedicto XIII. Papa, in Gallijs tunc commorante, Apoſtolicas litteras impetrauit: quibus BB. Patres Obſeruantes à iuriſdictione Prouincialium amoueret, illiſque Vicarium, ſeu Commiſſ. Generalem præficeret: qui ſuo nomine illos regeret. Itaque præfatus Generalis elegit. B. Thomam à *Curia*, in primum Vicarium, ſeu Commiſſ. ſuum ſuper omnes FF. de Obſer. (vir enim erat Doctiſſimus, vitæ ſanctitate clarus: necnon maximis virtutibus præditus) cui Carolus V. Galliæ Rex Chriſtianiſſ. omnem fauorem & auxilium præbuit, per ſuas litteras patentes, ſub Datum Lutetiæ Pariſ. 17. Martij, ann. 1409. Scribunt de eo Marcus Vlyſſipon. 3. part. ſup. libr. 1. cap. 29. Gonzaga part. 1. ſup. vbi de Orig. Reg. Obſeru. apud Gallos. Item 3. part. in Conuent. 2. Prouinc. Turoniæ Pictauienſ. Toſſinianus, libr. 2. ſup. ſub init. Rapinæus Hiſtor. General. Orig. Recollector. 2. part. Introd. §. 5. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1388. §. 5. item tom. 5. ann. 1415. §. 6. 7. & 8. & ann. 1419. §. 9.

Beati Antonij, Confeſſoris. [c]] E Corſica oriundus, atque in Grammaticæ rudimentis inſtructus: cum Inſulam inteſtinis odijs, ac inimicitijs diſciſſam cerneret, adoleſcente adhuc ætate, Romam profectus; ibi ſecum, de fugiendis ſæculi periculis, conſilium init: quapropter in Clericorum Regul. qui *Theatini* nuncupantur, Ordine conſcriptus, in eo aliquot annos, magna cum virtutum laude tranſegit. Verùm cùm ad duriora pro Chriſto toleranda ſuccenderetur; hinc ad Reformatam S. Franc. familiam, quæ *Clarenorum* tunc appellabatur, tranſmigrat: vbi plurimum in virtutibus, ac præſertim in vitæ auſteritate, profecit; donec exorta Capucinorum Congregatione, B. Antonius perfectioris Obſeruantiæ ſtudio incenſus, ad eos ſe contulit, ann. 1530. Planè admiratione digna ſunt, quæ hic Dei ſeruus, tunc præſtitit: ſiue vitæ illius aſperitas, in cilicio, cibo, potu, diſciplinis, &c. quibus carnem edomabat, ſpectetur: ſiue eius humilitatem, paupertatem, orationem, contemplationem, obedientiam, &c. quibus ad Deum propius accedebat, conſpexeris: vnde miraculis ante & poſt obitum illuſtratus eſt. Moritur ann. 1548. in Conuentu Montis Caſalis, vbi ſepultus iacet. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1548. §. 12. 13. & ſeq. ex Petracio, Monteflore, Salodienſi, Mario, &c. §. 3.

B. Hadrianæ, Tertiar. [d]] ſoror erat B. Margaritæ à *Cortonio*, quam & pro viribus ſtuduit imitari: plenaque virtutibus illuxit, migrans ad Dominum. Cùm enim indulgentiam plenariam, apud Aſſiſium, in die Feſto *Portiunculæ*, 2. Auguſti, lucraretur, & ex turbarum compreſſione, maximè læſa fuiſſet, reuerſa Cortonium, paulò poſt, ex dolore laterum, ſpiritum exhalauit: iuxta Wadinghum tom. 2. ſup. ad ann. 1297. §. 29. ex vetuſtis Codicib. & Antiquis Ordinis Monumentis, De Sillis in cap. 1. Regul. Tertij Ordin. Minor. à quo & Andræana, mendosè ſcribitur. Thielmanſ. tom. 2. vit. SS. Seraphic. Ordin. §. 4.

PRIDIE IDVS AVGVSTI.

ASſiſij in Vmbria, Sanctæ [a] Claræ Virginis; quæ à Seraphico Patre Sancto Franciſco edocta, habitum Religionis induit, primaque planta pauperum fœminarum Ordinis Minorum extitit: quam vita & miraculis celebrem, Alexander IV. in numerum Sanctarum Virginum retulit. Peruſiæ, Beati [b] Bartholomæi ab Apona, Confeſſoris, ac Doctoris eximij, Sancti Bernardini Senenſis ſocij: qui mira eruditione, verbi diuini prædicatione, ac virtutum odore, totam fermè Italiam, Græciamque illuſtrauit, & Imperatorem Conſtantinopolitanum, atque Patriarcham Græcorum ad vnitatem fidei Catholicæ reduxit: & cum eis ad Concilium Generale Florentinum veniens, Summo Pontifici Romano, Eugenio IV. obedientiam præſtiterunt. Genuæ, Beati [c] Anonymi, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Poſnaniæ in Polonia, Beati [d] Michaelis Cantoris, Confeſſoris: vitæ integritate, ac ſanctis moribus conſpicui. Palmæ in Canaria, Beati [e] Ioannis à Via, Confeſſoris. Palmæ in Territorio Cordubenſi, Beatę [f] Marię à Porto-Carriero, Virginis: quę illuſtriſſima exorta proſapia, ſanctitatis & virtutis ſingulare exemplar cęteris de ſe prębuit.

AVGVSTI XII.

§. 1. *Sancta Clara, Virg.* [a]] Pijs & illuſtribus parentibus exorta Clara, quaſi nouum iubar, cœpit mundum, mundique vmbras, ſuo lumine colluſtrare: & intra teneros vitæ annos morum ſplendere probitate. Audiens verò tunc celebre nomen D.P. Franciſci, qui velut nouus homo, obliteratam in mundo perfectionis viam, nouis virtutibus renouabat; mox alloqui eum deſiderat, & videre. Quod vt factum eſt, terrenæ gloriam vanitatis, ſic extemplò contempſit, vt nil iam de mundi applauſu, & eius affectibus inhæreret: imò verò cæleſti igne ſuccenſa, decreuit Chriſto ſe totam conſecrare. Igitur anno ætatis ſuæ 18. Chriſti autem 1212. domo, ciuitate, & conſanguineis derelictis, nocte Dominicæ Palmarum (quæ in 19. incidit Martij) ad ſanctam Mariam de *Portiuncula*, honeſta cum ſocietate, feſtinauit: vbi à Fratribus, cum luminaribus, recepta, coram altari, ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis, Virgo Clara tondetur à Seraphico P. S. Franciſco: deiectiſque ſæculi exuuijs, pœnitentiæ ſuſcepit inſignia. Habitu autem Religionis ſuſcepto, ſtatim eam ad Eccleſiam S. Pauli, Monacharum nigrarum D. Franciſcus deduxit (donec aliud prouideret Altiſſimus) in eodem loco manſuram. Hinc, paucis interiectis diebus, ad Eccleſiam S. Angeli de *Panſo* Ord. S. Bened. iuxta ciuitatem Aſſiſij tranſiuit: eam comitantibus ipſo viro Dei Franciſco, & duobus eius diſcipulis BB. Bernardo & Philippo. Hic in tenera adhuc conuerſione, quanta & quàm mirifica fuerit virtus orationis ipſius, apparuit: qua ſororem ſuam, Agnetem virginem, ad Deum conuertit, conuerſamque ſtrenuè deffendit.

§. 2. Dùm autem S. Virginis Claræ, præclaram iam adeptæ diſciplinam, non plenè mens inter illas ſanctimoniales, quieſceret; tandem ad Eccleſiam S. Damiani, ex B. Franciſci conſilio, ſimul cum ſorore migrauit. Ibi mentis anchoram, quaſi in certo figens, non iam pro loci mutatione vlterius fluctuat; non pro arctitudine dubitat, nec pro ſolitudine reformidat. Hæc eſt illa Eccleſia, in cuius reparatione D. Franciſcus miro deſudauerat ſtudio: cuiuſque Sacerdoti pecuniam obtulerat pro opere reparando. Hæc eſt, in qua dùm B. Franciſcus oraret, vox ad eum de ligno crucis delapſa inſonuit: *Franciſce, vade, repara domum meam, quæ vt cernis, tota deſtruitur*. In huius locelli ergaſtulo, cœleſtis amore ſponſi Virgo ſe Clara concluſit. In hac ſe à mundi tempeſtate celans; corpus, quoad viueret, carcerauit. In huius cauerna maceriæ columba deargentata nidificans, virginum Chriſti collegium genuit, Monaſterium ſanctum inſtituit, pauperum Dominarum Ordinem inchoauit. Hîc in via pœnitentiæ glebas membrorum terit: hîc ſemina perfectæ iuſtitiæ ſeminat, hîc inceſſu proprio ſignat veſtigia ſecuturis. In hoc arcto recluſorio per 42. annos diſciplinæ flagellis frangit ſui corporis alabaſtrum, vt domus Eccleſiæ repleatur fragrantia vnguentorum.

Itaque anno Chriſti 1253. ſexagenaria obdormiuit in Domino: cuius ſacrum corpus magna pompa defertur, ſepeliturque ad S. Georgium. Nam quemadmodum Summus Pontifex Innocentius IV. paulò antè, Peruſio Aſſiſium venerat ad mortem languentem viſitaturus: ſic & audito ejuſdem Virginis obitu, idem Chriſti Vicarius, Aſſiſium iterum repetit, cum Cardinalibus, & copioſo Prælatorum cœtu; illicque eius exequias peregit, Cardinali Epiſcopo Hoſtienſi interim concionante, ac ſanctæ virg. Claræ virtutes commendante. Hinc Alexander IV. poſt duos annos elapſos à glorioſo ipſius tranſitu, ob ingentia miracula, ad eius inuocationem diuinitùs operata; illam inter ſanctas Virgines cenſuit ſolemniter annumerandam, an. 1255. apud Anagniam, in Eccleſia maiori, die 26. Septembris: ſeu 19. Octobris: cuius extant litteræ Apoſtolicæ, ad vniuerſos Archiepiſcopos & Epiſcopos Franciæ: ita incipientes: *Clara claris præclara meritis, &c.* ſub Datum Anagniæ 14. Kalend. Nouembris Pontificat. ann. 1. §. 3.

Geſta factaque illuſtriora enarrauit quidam Anonymus, iuſſu Alexand. IV præfati Papæ: quæ etiam exinde tranſcripſere Surius, Sedulius, Villegas, Gazetus, Harçus, Renatus Benedictus, Ribadeneira, Doubletus, Binetus, &c. in vita S. Claræ virg. 12. Aug. quam & ipſe Sedulius Scholijs illuſtrauit. De ea etiam agunt §. 4.

Martyrolog.

Digitized by Google

Martyrolog. Roman. hac die. Baronius ibid. in Annotat. 6. Molanus in Addition. ad Vſuard. ibid. & lib. 3. de Imaginib. cap. 31. S. Antonin. part. Hiſtor. Titul. 24. cap. 6. & 7. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 4. Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraph. cap. 4. & 12. vit. S. Franciſ. Item vbi de D. Clara Virg. Firmamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub 8. Miniſtro Generali. Speculum Fratrum Minor. part. 1. tract. de viris illuſtrib. Ord. Franciſcan. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 55. & lib. 8. cap. 1. vſque 33. item part. 2. libr. 1. capit. 41. & 55. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig in SS. huiuſce inſtituti. item part. 2. in Conuentu 1. & 2. Prouinc. S. Franciſci, Enchiridion, ſiue Manuale Minor. & Monumenta eiuſdem Ordin. tract. 2. V villotus in Athenis Orthodox. Franciſcan. verb. *Clara* Volaterranus lib. 21. Antropolog. Titul. de Eremitis. Bzouius tom. 13. ann. 1252. §. 11. Sauſſayus in Martyrolog. Gallican. hac die. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Algezira in Arbore Apilogica totius Ordin. Franciſcan. Wadinghus tom. 1. opuſcul. D. Franciſci Annotat. in Epiſtol. 4. & 5. & tom. 2. Annotat. ad Regul. Monial. Clariſſ. Item 1. Annal. Minor. ad annum 1212. §. 10. &c. 1213. §. 63. 1215. §. 38. 1221. §. 21. & 32. 1228. §. 1. Item tom. 2. ad ann. 1251. §. 7. & ſeq. 1252. §. 18. 1253. §. 1. &c. & 1255. §. 5. & ſeq Cimarella 4. part. Chron. lib. 6. cap. 25. ex Mariano lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 21. Appendice ad lib. 1. præfati Mariani. Speculo vit. D. Franciſc. part. 2. cap 30. Marino Ebulenſi lib. 1 Formularij. Faſciculus tempor. ad an. 1204. & 1254. Sabellicus lib 6 Ænead. 9. Schedel in Magno Regiſtro mundi, 6. ætate Supplementum Chronicar. lib. 13. ad annum. 1225. Laziardus lib. 3. Epitom Hiſtor. vniuerſal. cap. 232. ad ann. 1255. Spondanus in Auctario Chronolog. ad Annal. Baronij, ſub ann. 1252. Charron cap. 130. & 131. Hiſtor. General. Gall. ſiue Franc. Poireus tract. 3. triplic. Coron. Virg. Mar. cap 13. §. 2. numer. 23. Nauclerus in Chronic. Generation. 41. Bellarminus de Reliq. Sanctor. cap. 3. Galterius in Tabul. Chronog. ſæcul. 13. in SS. viris. Platina, Genebrardus. Rioche, Quercetanus, & alij. in Alexandr. IV. Pap. S. Bonauentura, Surius, &c. in vit. D. Franciſci 4. Octobr. Bergomas, de claris mulierib. capit. 147. Monbritius volumin. 1. Sanctor. Treuethus, de Regibus Angl. ad annum 1261. Hieronymus de Villa vitis, in Orationali SS. hac die. Sylueſter Marulus lib. 4. Hiſtor. Sacrar. Relig. Corbinus lib. 5. ſanctæ Franciad pag. 98. & ſeq. Griſius de Clericis Regularib. ſection. 15. §. 11. Garimbertus factor. memorabil. illuſtr. viror. Eccleſ. part. 1. lib. 1. cap. 2. Godonus, in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 12. ad ann. 1253. Balinghen. in Calendario Virg. Mariæ hac die Victonus Tract. de antiquo ac moderno vſu Canoniſation. SS. capite 28. ex Luca Caſtellino. Brautius in Martyrol. Poëtico, hac die. Odoricus tom. 14. Ann. Eccleſ. ann. 1253. §. 13. Ferrarius, in noua Topograph. ad martyrolog. Roman. verb. *Aſſiſium*. Platus de Bono ſtatus Religioſ. lib. 2. cap. 3. Thielmanſ. tom. 1. & 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Simon-Martinus tom. 2. Flor. Solitudin. Conciones de eadem habuerunt B. Pelbartus à Themeſvvar. Bartholdus Pontanus tom. 4. Bibliothec. concionat. Didacus à Vega, Iacobus Perardus & alij recentiores. Alexius *Trouſſet* Panegyrim edidit de laudibus S. Claræ. Ioannes Bachotus in Faſtis Chriſtian. ad 12. Auguſt. S. Claræ Elogium hocce Diſticho perſtrinxit:

Vmbria dicebar, potero nunc Claria dici:
Sol mihi Franciſcus, Claraque Luna micat.

quod Franciſcus Ræmundus lib. 1. Epigramm. iam antea plenius expreſſerat, Epigrammat. 51.

Vmbria, dùm facili Franciſcus ſurgeret aluo,
En nouus exoritur tunc nobis Phœbus, ait:
Mox vt fælici proceſſit viſcere Clara,
Salue: Luna mihi tu quoque, dixit, eris.
O quantus duplici veſtit me lumine fulgor!
Vmbria eram; mihi nunc Claria nomen erit.

§. 5. *B. Bartholomæi ab Appona.* [b]] Prouinciæ S. Franciſci erat alumnus, Magiſter in Theologia, qui ex Conuentuali tranſiit ad PP. Obſeruantes, & D. Bernardini Senenſ. ſocius extitit: totam Italiam ſuis concionibus illuſtrauit, magno cum fructu, & vtilitate animarum. In Orientem traijciens, totam ferè Græciam, maximè verò Conſtantinopolim, per duodecim annos continuos, ſua mirabili eruditione, ac ſacris Concionibus repleuit, decorauitque: non ſine ingenti populorum acclamatione; præcipuè, Imperatoris Ioannis Paleologi; & Ioſephi Patriarchæ; cuius B. Bartholomæi opera ac labore, ad Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, & Romanam redeuntes; Concilio Florentino, vnà cum Græcorum doctiſſimis viris interfuerunt an. Chriſti 1440. ſub Eugenio IV. Papa. Tandem poſt multos pro Chriſto exantlatos labores, bonorum fructu operum cumulatus, migrauit ad Dominum, in Conuentu ſancti Franciſci de Monte iuxta Peruſium an. 1483. Edidit *Summam Caſuum conſcientiæ*, & *Interrogatorium pro Confeſſione*. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 43. Wadinghus tom. 4. ſup. ad annum 1384. §. 1. & tom. 5. ann. 1426. §. 11. & 1431. §. 5. *Ab Aiano, & de Yano*, etiam cognominatus. 1435. parag. 10. 1439. parag 4. 1441. parag. 64. 1444 parag. 49. Item tom. 7. ad ann. 1483. paragr. 28. poſt Marianum lib. 5. cap. 40.

§. 6. *Beati Annonymi, Confeſſoris.* [c]] Illius meminit Gonzaga 2. part. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu Sanctæ Mariæ de Monte propè Genuam, qui eſt 1. Prouinc. Genuenſ. hiſce verbis *Præterea & cuiuſdam ignoti Patris corpus, quod licet à quinquaginta annis ſepultura traditum ſit, imputre nihilominus, ac incorruptum perſeuerat, ſuauiſſimamque omnigenorum florum atque aromatum, dum caſu effoſſa terra, ſuperioribus annis detegeretur, fragrantiam emiſit, Quapropter vt Beatus, ac Deo charus ab omnibus veneratur, habeturque.* Floruit ann. circiter 1540.

§. 7. *Beati Michaelis Cantoris, Confeſſoris.* [d]] Polonus fuit natione, vir ingenti virtute præditus, & magna vitæ integritate pollens: moribus honeſtiſſimis exornatus, atque ſingularem perfectionem præ ſe ferens; qui ob inſignia eius merita, vltimum ſui exitus diem multo ante noſſe à Deo promeruit, confratribuſque prædixit: & ita mirabiliter euenit. Obiit, ac ſepultus eſt in Conuentu ſancti Franciſci Poſnaniæ, qui eſt 3. Prouinc. Poloniæ. Agunt de eo ibid. Gonzaga 2. part. ſup. & Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 22. ad annum Chriſti 1540. tom. 6. ſup. ad an. 1457. paragraph. 73.

§. 8. *Beati Ioannis de Via, Confeſſ.* [e]] Vir admirandæ Religionis, feruoris, & pietatis. Moritur ann. 1541. Palmæ in Conuentu Conceptionis B. Virgin. qui eſt

Digitized by Google

7. Prouinc. Canarienſ. Vide Gonzagam ibid. part. 4. ſup. & Barezzum cap. 36. ſup. Alius eſt à B. Ioanne *de Via*, Capucino: cuius meminit Bouerius tom. 1. Annal. Capucin. ad annum 1541. paragrapho 27. quo obiit.

§. 9. *Beata Maria, Virgin.* [f]] Soror erat Comitis Illuſtriſſimi Palmenſis, & de *Porto Carrerio*; Religioſa autem extitit admodum humilis, & pœnitentiæ exercitiis dedita: diſciplinis ſic aſperis corpus ſuum flagellabat, vt exindè ſanguis decurrens, terram rubricaret. Fuit etiam orationis eximiæ, in qua multas reuelationes, magnaſque conſolationes cœlitùs ſibi immiſſas, cautè cuſtodiebat. Iacet in Monaſterio Palmenſi, quod eſt 2. Prouinciæ Angelorum: Teſte Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575.

IDIBVS AVGVSTI.

TRagurij in Dalmatia, Beati [a] Ioannis à Bucca, Confeſſoris: vitæ auſteritate ac miraculorum gratia illuſtris. In Italia, Beati [b] Dominici à Padua, Confeſſoris, ac Concionatoris eximij: qui litterarum peritia, ac ſingulari ſanctitate floruit. In Oriente, Beati [c] Franciſci Triuultij, Confeſſoris: qui nobili genere natus, doctrina, caſtitate, admirandaque vitæ perfectione refulſit. Toleti, Beati [d] Didaci à Luminibus, Confeſſoris: qui maxima pœnitentia, & multarum prærogatiua virtutum pollens, fœlicem exitum obtinuit à Domino: cuius anima viſa eſt ab Angelis in cœlum deferri. Alconcelij in finibus Caſtellæ & Luſitaniæ, Beati [e] Petri à Beneuento, Confeſſoris: oratione, & carnis martificatione, ſepectabilis. Murciæ, in Hiſpania, Beati [f] Blaſij à Vilalua, Confeſſoris: qui ſumma charitate, obedientia & humilitate exornatus, ſancto fine quieuit. Nouariæ, Beatæ [g] Margaritæ Torniellæ, Virginis, miraculis claræ. Vlmeti in Territorio Abulenſi, Beatæ [h] Catharinæ de Quadia, Virginis, Tertiariæ.

AVGVSTI XIII.

§. 1. BEati *Ioannis à Bucca, Confeſſoris.* [a]] Albanenſis fuit natione, vir magnæ auſteritatis & virtutis, qui mortem ſuam prædixit: & illius corporis lotura potata multos à diuerſis infirmitatibus liberauit, aliiſque miraculis claruit. Viuebat circa ann. 1345. ſepultus iacet Tragurij, in Prouincia Dalmatiæ. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Dalmatiæ ſanctitat. illuſtr. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 10. §. 2. ad ann. Chriſti 1350. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Iaderenſi. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1355. §. 5. ex Mariano lib. 4. cap. 12. A *Bucha, Bucca*, ſeu *Buccho*, cognomen accepit. Socius erat B. Michaelis *Albanenſis*: de quo ſup. 29. Ianuar.

§. 2. *Beati Dominici à Padua, Confeſſ.* [b]] Magna vitæ ſanctitate ditatus erat, & haud vulgari doctrina plenus: Egregiè concionatus eſt apud vrbes Italiæ famoſiores, vbi ſuis feruentiſſimis exhortationibus complures conuertit ad pœnitentiam. Scripſit nonnulla opuſcula; ex quibus feruntur *meditationes vitæ Chriſti.* Floruit ann. 1450. Memoratur ab Vlyſſipon. part. 3. ſup. lib. 4. cap. 28. ſub ann. 1459.

§. 3. *Beati Franciſci Triuultij, Confeſſoris.* [c]] Ex nobiliſſima *Triuultiorum* apud Inſubres familia oriundus: dùm adoleſcens ſponſam duxiſſet, prima nocte nuptiarum, tanto ſpiritus feruore eam allocutus eſt, vt illi virginitatem perſuaſerit ſeruandam, votumque perpetuæ caſtitatis ſimul protinus emiſerint. Quare vterque Ordinem D. Franciſci ſibi ſeligens, hic Minorum, illa Monialium, profeſſionem aſſumpſit. Sacris litteris eruditus erat: & in vtroque Iure peritiſſimus. Mira prorſus memoria præditus, & corporis robore præſtans, ciborum perſimoniæ addictus erat maxima puritate, admirandaque perfectione decorabatur: ita vt Italia vniuerſa publicè teſtimonium redderet de eius feruentiſſimis concionibus, doctrina, ſanctitate, vitaque exemplari. Ea de cauſa accidit, vt eodem fermè tempore, ipſe Vicarius Prouincialis Mediolanenſis Prouinciæ eligeretur: ſponſa verò, cuiuſdam Monaſterij ſanctæ Claræ Abbatiſſa inſtitueretur. Dùm autem vir Dei à peregrinatione Hieroſolymitana reuerteretur, in naui ſupra mare, infirmatus ad mortem, Deo ſpiritũ reddidit. Scribit de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 6. cap. 40. ſub ann. 1482. quo obiit. Marianus lib. 5. cap. 42. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1482. paragr. 83.

Beati Didaci à Luminibus, Confeſſoris. [d]] Hic deuotiſſimus Pater, zelum ac feruorem nimium in omnibus operibus præferebat: tanta autem ſuauitate, in familiaribus colloquiis, abundabat, maximè cùm de Deo ſermonem ageret, vt efferatum quemlibet miteſceret, induratum emolliret, pium maiori flamma accenderet. Solitaria loca quærebat, & apud Conuentum ſanctæ Mariæ de Caſtaneto moram traxit. Cuius meminit Gonzaga. *Hic tandem* (inquit) *habitauit aliquando Religioſiſſimus P. F. Didacus de Lumbreras, Sacerdos; vir vtique maximæ ſanctitatis, atque pœnitentiæ; qui multis annis in quadam ſpelunca, huic Conuentui vicina, pane tantum & aqua, atque quibuſdam herbulis contentus, Deo Opt. Max. in maxima vitæ aſperitate inſeruiuit: quique Deo ſibi reuelãte, diem ſui obitus multò antè præſciuit. Mortem obiit Toleti, ſepultuſque eſt in Conuentu Ioannis Regum tantus hic Pater; poſtquam per aliquot annos præfati R. P. F. Franciſci Ximenij inſtructorem, optimumque Magiſtrum hoc in Monaſterio ſanctæ Mariæ de Caſtaneto egiſſet. Cuius tranſitum Toletani ciues cùm reſciuiſſent, omnes ad eius exequias confluxere, vt chorda, vel habitus particulam accipere poſſent. Tanta fuit iſtius venerabilis* §. 4.

nerabilis Patris opinio, tantumque nomen apud eos, à quibus cognoſcebatur. Hæc ille, in præfato Conu. qui eſt 9. Prou. Caſtellæ part. 3. Orig. Seraph. Relig. Eadem quoque teſtatur Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. ſup lib. 7. cap. 17. an. 1491. refertque illius animam ab Angelis viſam fuiſſe deportatam in cœlum. Rapinæus in Hiſtoria General. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 2. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 21. & lib. 4. cap. 9. Vvadinghus tom. 5. ſup. an. 1421. §. 19. & tom. 7. ad an. 1491. §. 2.

§. 5. *B. Petri, Confeſſoris.* [c] Tanto ſpiritus feruore rapiebatur in oratione, vt ſæpè à terra ſurſum eleuaretur; carniſque macerationi inſiſtebat, vt exinde multos fructus dignos pœnitentiæ retulerit. Obiit ſanctiſſimè circa ann. 1570. in Conuentu Alconcelij, qui eſt 14. Prouinciæ S. Gabrielis: cuius animam in cœlum aſcendentem viderunt duo ex fratribus illius loci: teſte Daça 4. part. Chron. Minor. libr. 3. capit. 65. ex eiuſdem Prouinciæ monimentis.

§. 6. *Beati Blaſij, Confeſſoris.* [f] Summis certè virtutibus charitate, obedientia, humilitate, & quacumque alia, præditus erat: ita vt nitidiſſimum perfectionis ſpeculum dici poſſet. Quiquidem ætate iuuenis, ſed muturitate antiquus: non crinibus, ſeu temporum diuturnitate, ſed ſenſibus ac morum grauitate ſenex obiit. Totius autem vitæ ſuæ decurſus fuit nouemdecim annorum. Tranſiuit præterea ex hoc mundo ad cœlum, in Conuentu S. Catharinæ de Monte, tribus milliaribus à Murcia ciuitate diſtante, meritis opimus, atque omnibus ſuis confratribus, magnum ſui deſiderium relinquens, anno 1575. Idibus Auguſti. Ita habent Gonzaga 3. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 8. Prouinc. Carthaginenſ. Barezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 7. capite 12. Rapinæus ſup. decad. 8. part. 1. §. 8.

Beatæ Margaretæ Torniella, Virginis, [g] Summa vitæ ſanctitate & miraculis illuxit Nouariæ, in Monaſterio Sanctæ Claræ (quod eſt 8. Prouinc. Mediolanenſis) vbi honorificè quieſcit. Vide Gonzagam ibid. parte 2. ſup. Daçam ſupra, capite 31. libro 1. & Wadinghum tomo ſexto, ſupra, ad annum 1455. §. 120. §. 7.

Beata Catharina, Virgin. [h] Præ reliquis pietate claris, deceſſit in Monaſterio S. Crucis ſororum tertij Ordinis, Vlmeti opipdi anno 1594. pœnitentia, variiſque cruciandi corporis modis admirabilis Ita MSS. Monimenta Prouinc. Conception. Virgin. in Hiſpania & præfati Monaſterij, quod eſt 35. eiuſdem Prouinc. & Wadinghus tom. 7. ſup. ad annum 1491. §. 88. §. 8.

DECIMONONO KALENDAS SEPTEMBRIS.

Apud Meacum in Iapponio, Beati [a] Ioannis à ſancta Maria, Martyris. Scotaneti in Territorio Piſaurienſi, propè montem-Barrochium, Beati [b] Sancti, Confeſſoris: qui pœnitentiæ amantiſſimus, quamplurimis viuus ac mortuus nobilitatur miraculis. Andriæ in Apulia, Beati [c] Landi Tarentini, Confeſſoris: qui Prouincialis Miniſter, Apuliæ exiſtens, vita & miraculis claruit. Bononiæ, Beati [d] Iacobi de Primadiciis, Confeſſoris, qui eruditione, pietate, virtutibus ac ſignis admirandis celeberrimus, Prædicatoris, Commiſſarij, & Viſitatoris Apoſtolici, necnon Vltramontani Generalis Vicarij Patrum Obſeruantium, muneribus fœliciſſimè functus eſt. Apud Montem Aluerniæ in Hethruria, Beati [e] Laurentij à Fabriano, Confeſſoris: qui humilitate & charitate, Ardentiſſima oratione, atque ſumma abſtinentia conſpicuus: ad præmia cœleſtia, annum agens decimum ſupra centeſimum tandem properauit. Tribuli prope Pincias, in Territorio Palentino, Beati [f] Ioannis Calaguritani, Confeſſoris: meritorum prærogatiua, & ſignorum gloria ſpectabilis. Hiſtonij in Apulia, Beati [g] Chriſtophori à Campo-Baſſo, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Item, Beatæ [h] Vrſulæ à Conceptione, Virginis.

AVGVSTI XIV.

§. 1. *Beati Ioannis, Martyris.* [a] Pro Chriſto hac die decollatus eſt, ann. 1618. De quo agunt Marianus lib. 4. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. capit. 27. Rapinæus Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad 11. part. 2. §. 8. in fin. Solierus tom. 2. Hiſtor. Eccleſ. Iapponenſis, lib. 17. capit. vltim. §. 183. Eundem ſuſpicor eſſe cum Beato Ioanne à *S. Martha*, Martyre: cuius idem Solerius meminit ann. 1619. lib. 18. cap. 7. paragr. 74. ad cuius proceſſus conficiendos, pro ipſius canonizatione, petuntur litteræ Apoſtolicæ: vti conſtat ex eodem Rapinæo ſupra, part. 1. præf. §. 4. & Libello Neapoli edito an. 1626. apud Typograph. Ioan. Dominici Roncalioli. At Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1260. paragr. 55. vult. paſſum eſſe ann. 1606. Iuxta Vaticinium B. Antonij Valeræ.

B. Sancti, Confeſſoris. [b] *Sanctes, Sanctius*, ſeu *Sanctus* eſt nuncupatus; vir eximiæ abſtinentiæ, qui longo tempore ſolis herbis crudis abſque pane veſcebatur. Profeſſione quidem laicus, ſed meritis opimus; quippe, qui tum in vita, tum quoque in morte, ac poſt obitum, aſſuetis miraculis inſignis habetur. Scribunt de eo Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Marchiæ ſanctitate illuſtrib. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chron. Minor. lib. 8. cap. 32. circa ann. 1385. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris hiuſ- §. 2.

Digitized by Google

ce Ordinis. Item part. 2. in Conuentu S. Mariæ de *Scotaneto* Montis Barochij, qui eſt 47. Prouinc. Marchiæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 19. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Vvadinghus tom. 1. ſupra, ad ann. 1223. §. 24. item tom. 2. ad annum 1289. parag. 30. & 1292. §. 31. Item in Additionib. ad tom. 4. ſub ann. 1390. quo creditur in cœlum migraſſe, paragr. 9. & ſeq. poſt Moriconum. In cathalog. Sanctor. & Vtinenſem concion. de S. Franciſco: Alius eſt omninò diuerſus à B. Fratre Sancto à Codogno, mortuo, an. 1621. die 9. April. apud Conuentum Cà maioris, Diœceſis Lucenſis, Prouinciæ Tuſciæ, (quamuis ipſe eſſet Prouinciæ Mediolanenſis alumnus) verè Chriſti ſeruo, & vitæ ſanctimonia præclaro; cuius egregia facinora conſcripſit R. P. Franciſcus à Triuilio præfatæ Prouinciæ Mediolanenſ. Concionator.

§. 3. *B. Landi Tarentini, Confeſſoris.* [c]] *Landus* ſeu *Laudus* de Tarento, vocatur: prouinciæ Apuliæ, modo Sancti Nicolai nuncupatæ, Miniſter Prouincialis. Vir fuit maximæ ſanctitatis: & ingentium patrator miraculorum. Floruit ann. 1360. Sepultus eſt Andriæ in Apulia. Scribunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. in Fratribus Minoribus Prouinciæ Apuliæ ſanctitate illuſtribus. Codex MS. Abbat. Sanct. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chron. Minor. lib. 9. cap. 24. parag. 1. ſub ann. 1362. Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraph. Picquetus in Catalog. viror. Illuſtr. Franciſcan. Vvadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad an. 1305. parag. 4. & tom. 4. ad ann. 1399. paragr. 59.

§. 4. *B. Iacobi de Primadiciis, Confeſſ.* [d]] Patria Bononienſis erat: nobili genere ortus; Religione, vita exemplari, & exquiſita doctrina decoratus, an. 1431. vnus fuit ex ſex prædicatoribus, quos Eugenius IV. Papa elegit, ad conuocandos fideles contra Turcas. Rurſus idem Papa, ann. 1446. Commiſſarium Apoſtolicum inſtituit ſuper Cruciatā, quā publicari voluit per Italiam ad auxilium præſtandum Imperatori Conſtantinopol. Porro hic eſt, qui vt plures Pontificiæ Bullæ, in eius fauorem ab Eugenio IV. diuerſis temporibus datæ, atque in Conuentu Sancti Pauli de Monte Bononiæ Archiuis aſſeruatæ, conteſtantur, plurimis Apoſtolicis Legationibus functus eſt: inter quas illa fuit præclariſſima, quam in Paleſtina exercuit. Primus fuit Vicarius Generalis familiæ Obſeruantium Vltramontanæ, electus per ſuffragia Patrum Vocalium in Capitulo Aracelitano, ann. 1446. (nam duo prędeceſſores videlicet, S. Bernardinus *Senenſis*, & B. Ioannes à *Capiſtrano*, iuſſu Summi Pontificis & Miniſtri Generalis fuerant inſtituti) rexitque annis tribus. Cùm B. Catharina *Bononienſi*, Ferraria Bononiam veniret cum ſociis, vt inibi Monaſterium fundadaret, atque inhabitaret: à nobilioribus ciuibus huiuſce vrbis, aſcitis ſecum Patribus, Ioanne Baptiſta *de Leuanto*, Minorum Obſeruantium Vltramontan. tunc Vicario Generali: Beato Marco à *Bononia*, prouinciæ Bononienſis Vicario Prouinciali: & B. Iacobo de *Primadiciis*, honorificè ſuſcepta eſt, ann. 1456. Tandem in præfato Conuentu S. Pauli de Monte, iuxta Bononiam, viam vniuerſæ carnis ingreſſus, ſepulturam in media Eccleſia nactus eſt. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 1. cap. 52. lib. 2. capite 29. & lib. 3. cap. 51. vbi ait miraculis celebrem extitiſſe. Gonzaga 1. part. ſup. in ſerie Vicariorum Generalium Vltramontan. Obſeruantin. item part. 2. in Conuentu 2. 6. 7. & Monaſterio 1. Prouinc. Bononienſ. Toſſinian. ſupr. libr. 2. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1220. §. 17. & tom. 5. ad ann. 1421. paragr. 12. 1426. pragraph. 10. 1431. paragr. 5. 1434. paragr. 12. 1439. paragr. 9. 1440. parag. 4. 5. 29. an. 1443. §. 2. 1444. §. 46. 1445. §. 6. 7. & 8. 1446. §. 3. 1447. parag. 3. 1449. parag. 15. Item tom. 6. ad ann. 1453. §. 30. ann. 1455. §. 79.

Beati Laurentij à Fabriano, Confeſſoris. [e]] Annis quinquaginta apud Aluernum montem commoratus eſt: extrema auſteritate vſus, ſiue in victu, ſiue in veſtitu: nec ſandalia, nec ſoleas ferebat in pedibus: cuius exercitia erant vigiliæ, orationes, contemplationes: longè ante matutinas ſurgebat à lecto, vt orationi inſtantiùs vacaret: ita vt decies coronam Beatæ Mariæ Virginis recitauerat, antequam Fratres, pro matutinis decantandis, in chorum aduenisſent, Sacrum Miſſæ ſacrificium inſigni pietate peragebat. Qui cùm aliquando centeſimum & decimum annum attigiſſet ſuæ ætatis, & nonaginta in Religione expleſſet: plenus dierum ac bonorum operum, è vita aſſumptus eſt ad aſtra ann. 1481. cuius ſacrum corpus apud Conuentum eiuſdem Montis Aluerniæ conditum iacet. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi 3. part. Chronic. ſup. lib. 6. cap. 38. vocatque eum B. Laurentium à *Firmo*: quem tamen ſemel & iterum Gonzaga 2. part. ſupra, in eo Conuentu, qui eſt 17. Prouinciæ Tuſciæ, appellat à *Fabriano*, hiſce verbis. *Ex plurimis, tamen ſanctiſſimis Patribus ac Fratribus, qui in huius Monaſterij Eccleſia ſepulti ſunt, ne legentibus tædioſior ſim, aliquot tantum in medium adducam; illos videlicet, qui peculiari aliqua prærogatiua claruerunt. Et primo quidem loco Patrem Laurentium à Fabriano: Zacchæum, ob ſtaturæ breuitatem paſſim vocitatum, qui Sacerdotio, profundiſſima humilitate, charitate, ardentiſſima oratione, atque ſumma abſtinentia inſignis.* Eadem habet Wadinghus tom. 1. ann. 1213. §. 44. & tom. 7. ad ann. 1481. §. 9. ex Marian. lib. 5. cap. 44. Saluator Vitalis, lib. 7. Chronic. Seraph. mont. Aluernæ cap. 1. Iacobillus de SS. Fulginatib. in B. Paulo de *Trincis*: cuius fuit diſcipulus. Marianus lib. 6. Chronic. Reformat. cap. 24. in deſcriptione Montis Aluerniæ. §. 5.

Beati Ioannis, Confeſſoris. [f]] Vita & virtutibus multùm emicuit. Silentio linguam frænabat, cellæque ſpatio contentus aliorum fugiebat conſortium. Cilicium ſemper detulit ad carnem: ſæpéque ieiunabat, pane & aqua, vt plurimum, pro refectione vtens. Iugis erat eius oratio: chorum quippè duabus horis ante alios adibat, pro Matutinis decantandis, illicque manebat vſque ad horam tertiam. Rerum autē cœleſtium contemplationi ſic animum dabat, vt in extaſim frequenter raptus, omnino inſenſibilis redderetur: niſi quod ex vultu quidam radij exoriebantur præfulgidi. Diem ſuæ mortis longè ante præſciuit, quā graues anteceſſerunt dolores, quos conſtanti animo propter Deū patientiſſimè tulit: ac demum ſancto fine quieuit in Domino, ſub veſperum Aſſumptionis Dei genitricis Mariæ anno 1575. Ad cuius exequias cucurrit populi Valiſoletani copioſa multitudo: ad eius particulas veſtium præſcindendas, ob eximiam quam de tanto viro conceperat ſanctitatem: quæ miraculis ante & poſt obitum illuſtrata fuit. Ita Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Scala-cœli, vulgò *Del Abroio*, qui eſt 6. Prouinc. Conceptionis, vbi ſepultus iacet. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 12. Daça ibidem, libr. cap. 65. Rapinæus decad. 10. part. 1. Grauina *in voce Turturis* part. 2. cap. 24. Vvadinghus ſup. tom. 5. ann. 1415. paragr. 28. §. 6.

Beati

Digitized by Google

§. 7. *Beati Chriſtophori, Confeſſoris.* [g]] Vir ſanctiſſimus fuit atque Religioſiſſimus: illius meminit Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu ſancti Honofrij Hiſtonij, qui eſt 5. Prouinc. Sancti Angeli, & Grauina ſup. Wadinghus ſup. ad ann. 1440. §. 35.

Beata Vrſula, Virginis. [h]] Memoratur ab eodem Gonzaga 1. part. ſup. in BB. Fœminis 2. ac 3. Ordinis Minor. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcani. §. 8.

DECIMOOCTAVO KALENDAS SEPTEMBRIS.

HIeroſolymis Beati [a] Coſmæ à ſancto Damiano, Martyris: qui ob intrepidam Chriſti prædicationem à Turcis alapis & flagellis cæſus, & capite truncatus, victor in cœlum conſcendit. Mediolani, Beati [b] Alberti de Sartiano, Confeſſoris, ac Concionatoris eximij: qui plurimis functus Legationibus Pontificiis, ad Indos, Æthiopes, & alios Orientales populos, copioſum numerum ſchiſmaticorum & hæreticorum, maximè verò Armenorum, Iacobitarum, Græcorum, & aliorum, reduxit ad fidei vnitatem: quam profeſſi ſunt in Concilio Florentino Oecumenico, vbi conuenerant, ſub Eugenio IV. Papa; tandem doctrina, vitæ ſanctitate, ac miraculs clariſſimus, ſpiritum Deo reddidit: cuius animam Beatus Ioannes Capiſtranus vidit ęthera petentem. In Gallia Beati [c] Ioannis Galteri Confeſſoris, ſancti Bernardini Senenſis ſocij: qui ſingulari eruditione, ac virtutum laude emicuit. Xereſij de Equitibus, in Hiſpania, Beati [d] Antonij Ortitij, Confeſſoris: qui ob inſignem vitæ ſanctimoniam, bis Prouincialatus munus præclarè exercuit, & Martyrij deſiderio iugiter flagans, plurima pro Chriſtianæ fidei propagatione paſſus eſt. Peruſiæ, Beati [e] Ruffini à Sancto Vrſo, Confeſſoris, miraculis glorioſi. Apud oppidum Veaz, in Hiſpania, Beatę [f] Euphraſię Rodericę, Virginis Tertiarię

AVGVSTI XV.

§. 1. B*Eati Coſma, Martyr.* [a]] Oriundus erat ex Malaca vrbe; habitumque noſtri Ordinis ſumpſit, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Conſolatione Algaidarum, qui eſt 23. Prouinc. Bæticæ, Laicorumque Fratrum adſcriptus eſt numero; quo in ſtatu cœpit ad amuſſim, viam mortificationis tenere, & pœnitentiæ operibus ſeſe exercere. Parum dormiebat, humique cubabat, vel ſuper aſſeres, capiti lapidem ſupponens. Frequenter ieiunabat in pane & aqua: diſciplinis quotidianis iiſque ſanguinolentis corpus ſuum macerabat. Orationi multum deditus erat. Solo, vilique ac rudi habitu contentus ſemper diſcalceatus ac pedes, inceſſit, quantumuis in longinqua ſibi eſſet proficiſcendum. Martyrij deſiderio flagrans, loca Terræ Sanctæ adiit ex obedientia Reuerendi Patris Franciſci Gonzagæ, totius Ordinis Minorum tunc Generalis Miniſtri, vbi per aliquot annos Chriſto humiliter inſeruiuit; ſed indignum ſe reputans, cernenſque propoſitum ſuum haud conſequi poſſe, in Hiſpaniam rediit, ad Conuentum Hiſpalenſem: vbi quatuor annis moram protraxit, in omni humilitate, obedientia, & aliarum virtutum exercitio, quo vſque vocaretur à Domino. Itaque cœlitùs illi inditum eſt tempus adueniſſe, quo in poſterum certiſſima præſtò eſſet occaſio pium adimplendi deſiderium modò ad iter Hieroſolymitanum conficiendum licentia ſibi adeſſet, quam protinus à ſuperioribus obtinuit: mox profectus in Orientem, Hieroſolymis habitauit, Fratribuſque cunctis, veluti humilitatis & patientiæ iubar illuxit. Multis autem diebus parabat ſe Athleta Chriſti ad futurum Martyrium, ſtrenue fortiterque ſubeundum: tum præuia ſacra Confeſſione, feruenti oratione, atque copioſa lachrymarum profuſione; tum Sanctorum locorum perluſtratione. Cùm igitur hac die, circa horam vndecimam, coram Templo Salomonis viam haberet, vbi Turcæ conuenerant ad Moſquetam, petiit à Ianitoribus, vt introduceretur: quo facto, cœpit alta voce Ieſum Chriſtum prædicare vnicum eſſe mundi Redemptorem, cuius imaginem geſtabat in manibus, quem deuotiſſimè oſculabatur: Mahometem verò merum eſſe deceptorem, & pſeudoprophetam. Tunc à Turcis pugnis & alapis cæditur, moxque ad Cadicum iudicem ductus, ei optio datur: vel ea quæ prius dixerat abnegare, aut crudeli morte vitam amittere. At fide armatus, Dei ſeruus, manu eleuata cum imagine Crucifixi, proclamauit ſe priori ſententiæ toto corde & ore velle adhærere: Ieſumque eſſe filium Dei verum, in quem qui non crediderit, damnabitur, veluti Mahometh ſeductor peſſimus. Quo dicto, flagellis diriſſimè cæditur, & capite plectitur: mox corpus caudæ equi alligatum, per ciuitatem raptatur, & omnium furori ac ludibrio exponitur, tum denique in opprobrium Chriſtiani nominis, palo affigitur vnà cum capite, in platea coram ſepulchro Chriſti Saluatoris, anno 1597. feria ſexta, die 15. Auguſti. Qua de re Daça 4. part. Chronic. Min. lib. 4. cap. 32. ex informatione authentica, vbi vocatur F. Coſmas à *Sancto Damiano*: quem Wadinghus mendosè appellat F. Coſmam à *S. Franciſco:* tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1342. paragr. 61. Alius etiam omninò diuerſus eſt ab illo B. F. Franciſcano, (de quo infra 6. Decemb.) Hieroſolymis pro Chriſto occiſo longè antea vti conſtat ex Gonzaga; cuius liber excuſus eſt ann. 1587.

Beati Alberti à Sartiano, Confeſſoris. [b]] Ethruſ- §. 2.

Digitized by Google

cus, ſeu Mediolanenſis, erat natione. Adhuc iuuenis
oblatus fuit à patre, Seraphico Minorum Patriarchæ
S. Franciſco: hinc creſcens ętate, proficiebat litteris,
quippe qui ingenio pollebat & animi ſagacitate. *Gua-
rini* Veronenſis extitit alumnus, ſub cuius magiſterio
ita ſcientiæ operā dedit: vt ipſe, inter alios coætaneos,
diſcipulus ſit delectus ad litteras Græcas addiſcendas,
ſub doctiſſimo *Laſcari*, Græcorum famoſiſſimo; quo
Didaſcalo, non minorem aſſecutus eſt laudē in huiuſ-
modi idiomatis peritia, quàm nuper ſibi in Latino
ſermone compararat. Habitum Seraphicæ Religio-
nis induit apud Conuentum ſancti Franciſci Sartiani,
in Tuſcia: ſeu, ob diuturniorem moram in eo: exin-
dè cognomen à *Sartiano* accepit. At purioris, perfe-
ctioriſque vitæ deſiderio cùm teneretur, *Conuentua-
les* dereliquit, & ad Patres *Obſeruantes* conuolauit
ann. Chriſti 1415. ætatis verò ſuæ 30.

§. 3. Igitur, ſtrenuus Chriſti athleta, paratus in ſtadio,
viam excellentiorem aggredi: cœpit mox vitæ inte-
gritate, morum candore, vera Regulæ obſeruantia,
præcipuarum amore virtutum, piiſque Religionis
exercitiis, emicare. Diuo Bernardino *Senenſi* præce-
ptore, ſanctioribus litteris operam dedit, breuique is
fuit moribus & eruditione prēditus, vt Bernardini diſ-
cipulum poſſes agnoſcere. Eo tempore ſacer ordo cō-
plures zoilos aduerſum ſe habebat blaterantes; quos B.
Albertus gladio ſuæ doctrinæ, ita compeſcuit, vt elin-
gues prorſus redderentur. Religionem Seraphicam
maximè auxit, ſuis feruentiſſimis concionibus; innu-
meros conuertens adoleſcentes à vana huius ſæculi
conſuetudine, ad ſecurum Ordinis Minorum por-
tum: tum multis in locis noua extruens Cœnobia, in-
tra extraque Italiam, immò & vſque in Cretam,
Conſtantinopolim, Hieruſalem, & vbique per Orien-
tem & Ægyptum. Lingua eius gladius erat verbi Dei,
viuus & efficax: quo peccatores potenter feriret, ſcin-
deretque corda ad Pœnitentiam. Eloquentia ac fa-
cundia, necnon clara & intelligibili voce, pollebat:
doctis & ignaris gratiſſimus habebatur; magnis ac
paruulis vitia & virtutes liberè annuntiabat, bonos
attollebat, malis ſalutis monita dabat. Conciones il-
lius audiendi, Mediolanenſes tanto ardebant deſiderio,
tamque conferta multitudine, in eum irruebant vt ad
50. millia auditorum frequenter recenſerentur.

§. 4. Quibus cùm polleret animi ac virtutis ornamentis,
ſummus Pontifex Eugenius IV. delegit eum prædica-
torem Apoſtolicum aduerſus Turcas ann. 1431. Poſtea
ab eod. Pap. ablegatus eſt, cum 40. aliis Fratribus, ad
Ioannem Æthiopiæ Imperatorem, Abyſſinorum
Monarcham ann. 1438. verùm à Soldano Ægypti,
apud Cayrum retentus, haud vltra progredi potuit,
niſi per Syriam & partes Lybiæ. In Conuentu S.
Franciſci, propè Citonium Hethruriæ oppidum, ta-
bellario: ſexdecim Bullæ ab eod. Pontifice ad B. Alber-
tum tranſmiſſæ cuſtodiuntur; quibus illum ad Indos
Orientales, ad Æthiopes, & ad alia plurima loca,
Apoſtolica auctoritate delegauit: in qua in expedi-
tione, mira libertate vbique prædicabat fidem Chri-
ſti coram Soldano Ægypti, & Turcarum Satrapis.
Schiſmaticos & hæreticos maximis exagitabat ratio-
nibus, conuictoſque ad ſanam mentem reducebat:
tum in Ægypto & Syria, tum in Græcia & Armenia.
Rediens à Legatione Concilio generali Florentino an.
1440. interfuit, vnà cum Andræa Ægyptio, Abbate
Monaſterij S. Antonij, Legato Imperatoris Abyſſi-
norum, & ingenti multitudine Iacobitarum, Arme-
norum, Græcorum, & aliorum virorum, quos ad
vnitatem fidei deduxit: eamque omnes proteſtati ſunt
in eo Concilio, Sum. Pontifici obedientiam præſtantes.
Callebat etenim (vti diximus) optimè linguam Græ-
cam & Latinam, & interpres vtriuſque partis extitit:
ob profundiſſimam Theologiæ ſcientiam, qua ni-
tebat.

Mortuo R. Patre Guillelmo à *Caſali*, generali Mi- §. 5.
niſtro totius Ordinis Minor. ann. 1442. obiit etiam
Prouincialis Miniſter Prouinciæ S. Antonij, in Ita-
lia: quare Beatus Albertus, in Capitulo Prouincia-
li iſtius Prouinciæ, Miniſter Prouincialis electus eſt, &
exindè Vicarius Generalis creatus à Sūmo Pontifice.
ad futurum Capitulum Generale conuocandum, ac ce-
lebrandum ann. 1443. in quo maximè cupiebat idem
Papa, vt ipſe Generalis Miniſter eligeretur; at Bea-
tus Albertus, cernens, hac de re, aliquam inter vo-
cales commotionem, vniuerſos ad ſe vocauit, & co-
ram ipſis maxima cum humilitate officio Generalatus
ceſſit: ſedauitque iurgia & lites. Porro, Chriſti Vica-
rius, auxilium præſtare volens, Imperatori Conſtan-
tinopol. aduerſus Turcas, Commiſſarium Apoſtoli-
cum Cruciatæ per Italiam conſtituit B. Albertum, an.
1446. emum exantlatis in ſpargēdo ſemine Euange-
lico, ac propaganda, fouendaque Religione catholica,
multis ac variis laboribus; Mediolani, ipſo, quo Dei-
para Virgo triumphum egit, celebri die, fœliciter ob-
dormiuit in Domino, ann. 1450. ibique apud Con-
uentum ſancti Angeli honorificè conditus iacet. Cuius
anima à B. Ioanne *Capiſtrano*, (dùm Biturgiæ tunc ad-
eſſet) æthera petens viſa eſt. Multa præclarè ſcripſit
opuſcula: quorum ſeries apud probos authores habe-
tur. De eo egerunt Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part.
Chronic. Minor. lib. 1. cap. 33. 52. 58. 60. 61. & 62.
Item lib. 2. cap. 26. 29. & lib. 3. cap. 35. 36. 37. &
39. item lib. 4. cap. 4. Gonzaga Origin. Seraph. Re-
lig. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis: & part. 2. in
Conuentu 14. 22. & 29. Prouinc. Tuſciæ. Daça 4.
part. Chronic. Minor. lib. 1, cap. 46. Poſſeuinus in
Apparatu ſacro. Ioannes à ſancta Maria part. 1. Chro-
nic. Prouinciæ ſancti Ioſephi cap. 4. Picquetus in Ca-
talog viror. illuſtr. Minor. Sedulius in cap. 3. vit. S.
Franciſci §. 8. Willotus Athenar. orthodox. Fran-
ciſcan. littera A. De Buſtis in Roſario Quadrageſ.
concion. 3. in Dominica Quadrageſ. part. 3. Toſſi-
nianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. in eo, & lib. 2. Ignatius
le Gault de ſanctitate Eccleſ. Rom. cap. 2. ſect. 2. Wa-
dinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1212. §. 5. &
41. Item. tom. 5. ad annum 1415. 1416. & ſequ. paſſim.
& tom. 6. ad an. 1463. §. 123. Leander, & Blondus
in deſcript. Italiæ, vbi de *Sartiano* Ethruriæ oppido. §. 6.

Beati Ioannis Galteri, Confeſſoris. [c]] Gallus fuit
natione; qui poſtquam ſocius extitit Sancti Bernardi-
ni *Senenſ.* & B. Ioannis à *Capiſtrano*, in Galliam re-
diens, doctrina & vitæ ſanctimonia fulſit. Scribunt
de eo Firmamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in
memoriali Ordinis Franciſc. ſub 37. Generali Mini-
ſtro. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 5. cap. 48.
ad an. 1472. Vadinghus ſup. tom. 6. ad an. 1474. §. 14.

Beati Antonij Ortitij, Confeſſoris. [d]] Hic poſt plu- §. 7.
rima virtutum inſignia traiecit in Indiam Occidenta-
lem: provt conſtat ex Gonzaga 3. part. ſup. in Con-
uentu Sanctæ Margaritæ Xereſij, cui de Equitibus co-
gnomen eſt; qui eſt 10. Prouinc. ſancti Gabrielis: vbi
eſt tumulatus. *Sepultus iacet* (inquit) *in huius Mona-
ſterij Eccleſia, omni virtutum genere præditus, omni-
que ſanctitate conſpicuus Pater F. Antonius Ortitius,
qui poſt Miniſteriatus officium hac in Prouincia bis lau-
dabiliter functum, ad Occiduos Indos prædicandæ Ca-
tholicæ fidei gratia, cum quibuſdam aliis Patribus* (*de
quibus*

quibus in 4. huius operis parte fuſiùs) traiecit; quique Martyrij deſiderio flagrans, ex India reuerſus, ad infideles Aphros tranfretauit. A quibus tamen, poſt perpeſſa plurima ludibria, verbera, atque tormenta, Deo Opt. Màx.(cuius conſilium inſcrutabile eſt) ſic diſponente, in Hiſpaniam ſua ſpe fruſtratus, remiſſus eſt. Itaque in Indiam profectus, ſocius & amicus dilectiſſimus B. Martini à *Valentia* Indiarum Apoſtoli extitit, à quo meruit ſcire diem obitus ſui annis 10. antequam eueniret: & morte interueniente, præſens fuit fœlici ipſius tranſitui ad cœlos, ann. 1534. Ita idem Gonzaga part. 4. ſup. in Conuentu 10. Prouinciæ S. Euangelij. Eademque referunt Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 4. part. 2. §.7. & decad. 5. part. 2. §. 1. pag. 191. & 192. & decad. 8. part. 1. §. 8. Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 2. cap. 46. & lib. 7. cap. 14. ad ann. 1575. Daça ibid. lib. 2. cap. 16. & lib. 3. cap. 23. vbi vult ſepultum eſſe Toleti in Conuentu S. Iſabellæ. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1440. §. 40.

Beati Ruffini, Confeſſoris. [e]] Agit de eo Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1575. §. 38. & ſeq. quo obiit, ex MS. Prouinc. Vmbriæ, Venetæ, &c. Erat quippe vitæ auſteritate, patientia, contemplatione, & oratione inſignis: quique ſigno Crucis, multis opem tulit, & nouitios, quorum curam gerebat viam Domini efficaciter docuit. §. 8.

Beata Eufraſia, Virgin. [f]] Eius geſta pietate redundantia referunt Blaſius Laghuina in ſuo Memoriali: & Marianus lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reffor mator. cap. 16. Floruit ſanctitate circa ann. 1560 in Monaſterio immaculatæ Conceptionis Veenſi, quod eſt 10. Prouinciæ Carthaginenſ. & Thielmanſ. tomo ſecundo, vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 9.

DECIMO SEPTIMO KALENDAS SEPTEMBRIS.

IN Gallia Narbonenſi, apud Montem-Peſſulanum, Depoſitio Sancti [a] Rochi, Confeſſoris; qui nobili genere ortus, ſed pro Chriſto pauper & humilis effectus, tertij Ordinis Minorum inſignia detulit: tandem, patientia, caſtitate, & miraculis conſpicuus, ad cœleſtem patriam tranſiit, cuius virtus contra morbum Epidimiæ maximè elucet. Spoleti, Beati [b] Franciſci, Papienſis, Confeſſoris: qui ſumma humilitate, obedientia, & paupertate præditus, dono etiam prophetiæ ac miraculorum fuit exornatus. Mileti in Calabria, Beati [c] Franciſci Rhegini, Confeſſoris: mira cœleſtium contemplatione ſublimis. Valentiæ in Hiſpania, Beati [d] Franciſci Ximeneſij, Confeſſoris, & Concionatoris egregij: pietate, oratione, ac Religione illuſtris. Toleti, Depoſitio, Beatæ [e] Beatricis à Sylua, Virginis, Ordinis Conceptionis immaculatæ Deiparæ fundatricis; meritis & virtutibus inſignis.

AVGVSTI XVI.

§. 1. B*Eati Rochi, Confeſſoris.* [a]] Vita ac miracula ipſius adeò omnibus nota ſunt, vt in his recenſendis commorari haud expediens ſim arbitratus. Huius res geſtæ ſcriptæ ſunt à Petro Ludouico Maldura, Franciſco Diedo, Mathia Pauli, & Petro Pino: habentque eiuſdem acta Claudius de Rota, in Legenda Sanctorum cap. 191. & Petrus de Natal. in Catalog. Appendice cap. 15. Odo de Giſſey, Binetus & Cauſſinus, in vita eius quam notis illuſtrat Iacobus Rinaldus in Liliis part. 2. cap. 1. pag. 329. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1327. §. 26. De eodem agunt Crantzius in Metropol. Saxon. lib. 9. cap. 25. Genebradus lib. 4. Chronog. ſub Pap. Honorio IV. Cariò in Chronic. lib. 3. ætat. 3. ibid. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 13. ann. 1327. Breuiarium Pariſienſe, hac die. Ronſardus lib. 2. Hymnor. Hymno 13. & Vltimo. Molanus in Addition. & Annotat. ad Vſuardum hac die. Martyrologium Romanum eadem die, & Baronius ibid. in Annotation. Catelus in Memoriali Hiſtor. Linguæ-docciæ lib. 2. cap. 9. Sauſſayus in Martyrologio Gallic. hac die tom. 1. Ioannes Bachotus in faſtis Chriſtianis ad 16. Auguſti, qui ex Ioanne Morello in ſuis Poëmatibus hæc affert ex oratione ad DD. Sebaſtianum & Rochum, pro furore Peſtilentiæ comprimendo.

Tu quoque, Roche Pater, miſeris ſuccurrere quondã
Qui didiciſti ægris, quando contagia morbi
Horrendi, crudumque tuliſti corpore vulnus:
Eia animis iunctis, precibuſque auertite Regno
Francorum, in noſtris bacchantem cædibus orcum;
Corporis atque animi gemina date peſte carere.
Solemnem vobis memores ſtatuemus ad Aram
Ardentes faculas, &c.

Quædam autem ſunt hoc in loco aduertenda. Primum, ipſum ſanctum Rochum Tertij Ordinis Minorum fuiſſe alumnum: ita atteſtantur Petrus de Vega, & Ribadeneira tom. 2. in vita illius. Sebaſtianus de Ricon. in Tabula viror. illuſtr. Miranda in expoſition. 3. regul. cap. 32. Daça ad fin. 4. part. Chronic. Ioannes de Torres in practicis exhortationib. ſuper regul. Tertiarior. in SS. canonizatis huiuſce inſtituti. De Sillis in cap. 1. eiuſd. Regul. Corbinus. lib. 8. S. Franciad pag. 167. Thielmans tom 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Quapropter vti patrono noſtri Ordinis præcipuo, complures Eccleſiæ Conuentuum Seraphicæ Religionis ei dicatæ ſunt. Qua de re Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu 29. Prouinciæ Romanæ: in Conuent. 28. Prouinc. Bonon. in Conuentu 29. prouinc. Sancti Antonij, in Conuentu 12. Prouinc. Candiæ: in Conuentu 1. Prouinc. Bri- §. 2

xiæ, &c. Hinc decretum eſt in noſtræ Prouinc. Sancti Dionyſij Recollector. Capitulo Prouinciali, an. 1625. apud Montem Argiuum, Diœceſis Senonenſis celebrato: officium ſancti Rochi, deinceps recitandum fore à nobis ſub ritu ſemiduplici: quod confirmatum extitit in alio ſequenti Capitulo Prouinciali, Lutetiæ Pariſiorum ann. 1629. vt conſtat ex iiſdem ſtatutis Prouincial. præfatæ Prouinciæ cap. 2. art. 1. à R. P. Carolo *Rapinæo* in lucem editis nunc autem duplex fit.

§. 3. Secundum eſt: eundem ſanctum Rochum, reuerſum in Galliam (non autem in Germaniam, vt mendosè legitur apud Gazetum tom. 2. in vita eius) diem vltimum obiiſſe ann. 1327. cuius corpus honorificè conditum eſt in Eccleſia ab auunculo extructa; vbi tamdiu apud Montem-Peſſulanum quieuit, donec à quibuſdam ex Dertonenſi Diœceſi, furto Venetias tranſlatum eſt 1485. quod à ſenatu Veneto, cunctoque populo, maxima cum deuotione, & veneratione exceptum fuit, & auguſtum templum, cum celebri Collegio mox illi dicatum. Ita Sabellicus Ænead 9. lib. 8. Supplementum chronicar. lib. 13. Molanus in Diario Medicorum Eccleſiaſtic. numer. 32. & alij.

§. 4. At pace tantorum virorum dixerim, non corpus, ſed aliqualem corporis portionem Venetias fuiſſe deportatam. Nam quomodo Monte-peſſulano Venetias, corpus ſancti Rochi potuit efferri ann. 1485. cuius maior, & potior pars, ac ferè tota, iam apud Arelatem ab ann. 1372. aſſeruabatur? Sanè idem cenſetur dicendum de corpore D. Rochi apud Venetos, ſicut & de corpore Sancti Thomæ Apoſtoli, apud Edeſſam, Syriæ vrbem: vti arbitrabantur priſci Authores. Non enim illic habebatur, niſi quædam portio Reliquiarum ipſius ſancti Apoſtoli: cùm conſtet corpus eius fuiſſe repertum Calaminæ, vulgo *Malipur*, nunc ſancti Thomæ nomine inſignitæ, tempore Ioannis III. Luſitaniæ Regis ann. 1523. agente prorege Indiæ (vbi ea vrbs oræ Coromandelicæ ſita eſt) Eduardo *Menezio*; cuius rei informatio authentica Epiſcopus Cochinenſis miſit ann. 1562 ad Cardinalem Henricum, poſtea Regem Luſitaniæ: vti referunt Ioannes de Barea in 3. decade Aſiæ, cap. 7. §. 11. Hieronymus Oſorius libr. 3. Hiſtor. Reg. Emanuel. Luſitan. ſub fin. Vaſconcellius in Anacephaleoſi Regum Luſitanor. ſub Ioanne III. Rege XV. Petrus de Ribadeneira, in vita Sancti Thomæ Apoſtoli. Ferrarius in noua topographia ad Martyrologium Romanum. Maffeius lib. 4. Hiſtoriar. indicar. poſt med. qui addit, paulò poſt, biennio videlicet, eadem oſſa S. Apoſtoli, intra aram Eccleſiæ Calaminenſis occulto loco, duobus tantum conſciis Luſitanis, abdita; Goam poſtremo, Conſtantino *Brigantio*, prorege (qui D. Thomæ Templum in ea vrbe extruebat) à F. quodam Franciſcano tranſlata fuiſſe.

§. 5. Sciendum itaque, Ioannem Meingrum, *Boucicaldum* Franciæ Mareſcallum, virum illuſtriſſimum ac ſtrenuiſſimum, Religioſos ordinis S. Trinitatis, Redemptionis Captiuorum (quos *Mathurinos* in Gallia vulgò vocamus) multum adamaſſe, eiſque maximè Arelatenſib. bona, ac redditus contuliſſe. Inſuper, authoritate Apoſtolica ſibi facta, inter alia SS. pignora, Arelatem tranſtulit ex vrbe Mon-peſſulana corpus S. Rochi, ann. 1372. Kalend. Aprilis, atque pro ſua pietate, dono dedit ipſis Religioſis præfati Conuentus Arelatenſis: vbi maxima cum veneratione aſſeruatum eſt, tantaque populi frequentia colitur, vt haud mirum eſt, ſi quæque Nationes & Regna etiam remotiſſima, huius ſacratiſſimi corporis particulas, certatim ſummè exoptarint.

Imprimis Alexander VI ſuo diplomate, ſub datum §. 6.
Romæ, pridie nonas Februarij, ann. 1501. ipſis iubet Religioſis; nonnullas harum Reliquiarum particulas impertiri, ad Regnum Granatenſe tranſmittendas; pro tuitione, ac corroboratione fidei Catholicæ inibi nuper introductæ; vt per Conuentus ac Monaſteria in Regno recenter extructa diſtribuerentur. Hæc autem Bulla Apoſtolica reuerenter excepta, & perlecta eſt à præfatis Religioſis, & Vicario generali Archiepiſcopi Arelatenſis: præſentibus eiuſdem vrbis Conſulibus, Viguerio, aliiſque præcipuis ciuibus; nominatim annotatis in proceſſu verbali tunc temporis confecto. Pro cuius Bullæ executione, & iuxta Summi Pontificis beneplacitum, datum eſt os S. Rochi quod nuncupatur, *Nuca Dorſi*. In cuius rei Autographo ſubſignati cernuntur, Petrus *Borbery*: & Petrus *Bruny*, Notarij Regij ac Secretarij ſupradicti Archiepiſcopatus.

An. 1522. die 1. Martij, Senatus populuſque Arela- §. 7.
tenſis, votum emiſit ad S. Rochum, de extruendo illi ſacello, vt ſua interceſſione apud Deum, liberaretur ciuitas à Peſte, & contagione Epydimiæ, qua tunc dirè graſſabatur. Ex inſtrumento publico per M Ioannem de *Camoeret*, Notarium & Secretarium eiuſdem vrbis.

An. 1533. ſub Pontificatu Clementis VII. regnan- §. 8.
te in Gallia Franciſco I. Guillelmus *le Vaſſeur*, eiuſdem Regis Chyrurgus, obtinuit à præfato Summo Pont. diploma Apoſtolicum, ſub datum Marſiliæ, Nonis Nouembris, Pontificatus an. 10 quo ſibi facultas dabatur, aliquid Reliquiarum S. Rochi aſſumendi apud Arelatem: quod cùm ab eodem Rege Chriſtianiſſimo inſtanter poſtulaſſet huiuſmodi Breuis, ſeu Indulti Pontificij confirmatiuam executionem, piis eius votis annuit regia munificentia, die 10. eiuſdem menſis & anni; dummodò, id fieret de conſenſu generalis Miniſtri huiuſce Ordinis, & ipſæ S. Reliquiæ extra Regnum minimè aſportarentur. His munitus litteris Arelatem venit, illicque à R. P. F. Gentiano *ab Andino*, Conuentus Miniſtro, ſeu Superiore: præſentibus aliis Religioſis, & Magiſtratu, necnon compluribus ciuibus eiuſdem vrbis: dono reuerenter accepit os colli S. Rochi, vulgo nuncupatum *Spondylum*: id autem munus tranſtulit ipſe Guillelmus ad oppidum Villæ-Iudææ, vulgò *Ville Iuifue*, non longè à Lutetia; cuius Tranſlationis feſtum quotannis agitur prima Dominica Maij: illicque complures Indulgentiæ conceſsæ habentur, tum ab Epiſcopis Pariſienſibus & Cardinalibus: tum etiam à Sede Apoſtolica. Teſte Brulio lib 4. Antiquitat. Pariſ. pag. 1221. & 1222.

Item ann. 1557. die 22. Maij, pars capitis Sancti §. 9.
Rochi, Marſiliam delata eſt, & in Conuentu eiuſdem Ordinis condigno honore repoſita, (cuius Eccleſia ipſi S. Rocho dicata eſt) ſeruatis omnibus debitis circunſtantiis: vti apparet ex verbali proceſſu, per M. Saxi, Arelatenſem Notarium. Exindéque Officiales Archiepiſcopatus Arelatenſis ea de re litteras teſtimoniales dederunt ad Marſilienſem Præſulem; quibus perlectis, fidelibus cunctis Chriſtianis præfatam ædem (vbi S. Rochi reliquiæ aſſeruantur Marſiliæ) viſitantibus, quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis relaxauit ipſe Antiſtes: ſub datum Marſiliæ die penultima April. ann. 1570.

Similiter ann. 1575. die 16. April. Romam alla- §. 10.
tum eſt quoddam os S. Rochi, per R. D. Alexandrum Baruich, Abbatem, & perpetuum Commendatarium Monaſterij S. Mariæ: quæquidem ſancta Reliquia extracta eſt & illi conſignata expreſsè, coram D. Vicario Metropolitanæ Arelatenſ. cum litteris authenticis eiuſdem.

Digitized by Google

eiuſdem D. Vicarij, & D. Franciſci *Biol*, Iuſtitiarij eiuſdem vrbis, ac Conſulum ciuitatis.

§. 11. Anno itaque 1616. die 1. Auguſti Reuerendiſſimus Generalis iſtius Ordinis, cernens huiuſmodi Reliquias S. Rochi, ſic vbique terrarum diſpergi, periculumque imminere, huic Conuentui Arelatenſi, breui in ſacris exuuiis ſpoliatum iri: præcepit in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœna excomunicationis maioris, latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, omnibus Prouincialibus, Viſitatoribus, Miniſtris Conuentualibus, aliiſque Religioſis ſui Ordinis: ne eas in poſterum aſportari, diſpergi, aut capi ſinant vel permittant, ſub pœnis expreſſis. Datum Arelate anno & die ſup.

§. 12. Interim ann. 1617. idem Reuerend. Generalis portionem capitis S. Rochi Arelate Duacum miſit, ad Conuentum ſui Ordinis, vbi crebris honoratur miraculis: thecaque argentea deaurata, concluſa, publica proceſſione defertur ſolemniter in Feſto S. Rochi, ſumma totius populi deuotione: quod conſtat tum ex litteris ipſis Reuerendiſ. Generalis, ſub datum Pariſiis apud Sanctum Mathurinum 4. Septembr. anno 1617. tum ex conſenſu Illuſtriſſimi Attrebatenſis Epiſcopi, ſcriptis exarato, die 17. Auguſti anno 1618.

§. 13. Adde quòd, Priores confraternitatis S. Rochi vrbis Taurinenſis ſummè exoptantes eiuſdem S. Rochi Reliquias penes ſe habere, in Phocenſem ablegarunt D. Ioannem Ludouicum Lamberti, Presbyterum, Iuris Canonici Doctorem, Priorem Eccleſiæ B. Virginis loci Eſcarnafici, Diœceſis Taurinenſis: qui Arelatem perueniens, Religioſiſque Conuentus ſanctiſ. Trinitatis, Redemptionis Captiuorum, ſuam humiliter exhibens petitionem, ab ipſis repulſam paſſus eſt: ex eo, quòd lege cautum eſſet, huiuſmodi ſanctas Reliquias extra Regnum deferre. Inſtat ille nomine ſui Principis, Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis: tum Archiepiſcopi Taurinenſis, quorum litteras exhibet, ſub datum 20. Nouemb. ann. 1619. quibus addit etiam litteras Eminentiſſimi Cardinalis Bandini, ſacri Cardinalium Collegij Decani, eadem continentes: ſub datum Romæ 25. Septembr. ann. 1619. Sed cùm nihil proficeret, obtulit patentes litteras Chriſtianiſſimæ Maieſtatis, ſub datum apud ſanctum Germanum in Laya, 28. April. an. 1619. directas Archiepiſcopo Arelatenſi, necnon Conſulibus ciuitatis eiuſdem; quibus notificabatur, dediſſe conſenſum, velleque vt præfato Sabaudiæ Legato, pro voto ſuo, fieret ſatis, ſuper huiuſmodi Reliquiis Sancti Rochi. Verum Religioſi, iis ſe minimè obtemperaturos inclamarunt: quandoquidem lege lata ſub præfatis pœnis Reuerendiſſimi Patris ſui Generalis retardabantur ab horum executione. Quare Conſules, adunato vrbis conſilio, reque maturius diſcuſſa, concluſum eſt, ad euitandum ſcandalum, fugiendamque facti violentiam; quòd præfatus Legatus Sabaudus, Lutetiam adiret, ipſumque R P. Generalem conueniret, alloqueretur ve, ſi fortè aſſenſum dare vellet. Quod & factum eſt; nam iis vltrò annuens, conſenſum præſtitit, Pariſiis 18. Martij ann. 1620. pro hac vice duntaxat, abſque futuri conſequentia. Tunc Arelatenſis Metropolites, Conſules, notabilioreſque ex clero ac populo, vnà cum Medicis & Chirurgis, in Conuentum perrexerunt, ſuperiorem vocant, cum Religioſis: qui iuſſa complentes, capſam aperiunt, capiuntque ſuperiorem partem oſſis femoris ſiniſtri, longitudinis palmæ vnius, ponderis autem vnciarum quinque amplius, ad pondus aurificis: quod Legatus reuerenter accipiens ſerico albo inuoluit, ac diligenter ligauit, ſeruauitque; Tum nomine Priorum confraternitatis Taurinenſis, votum adimplens, capſam argenteam inauratam, ac ſerico rubeo interius adornatã, pia deuotione obtulit, vt in poſterum apud Arelatem oſſa ſancti Rochi honorificentius recondita eſſent in huiuſmodi theca pretioſa: quorum inuentarium factum eſt, ac litteris conſignatum, apud regiſtrum Pontificum Arelatenſ. & Archiuum Conuentus præfati, libro Reliquiarum, notato N. fol. 146. & 147. quas SS. Reliquias, ego, pro pietate, Arelate veneratus ſum ann. 1620.

Exindè, ob peſtiferam cladem, qua Arelatenſes miſerè vexabantur Archiepiſcopus erexit in præfato Conuentu confraternitatem in honorem Sancti Rochi, dans 40. dies Indulgentiarum anno 1618. die 10. Octobr. quod ſodalitium à Sede Apoſtolica approbatum eſt, & confirmatum, diplamate Vrbani Pap. VIII. cum multis Indulgentiis, ſub datum Romæ apud S. Petrum, Idibus Martiis ann. 1629. Aucto poſtea numero confratrum, ac pietate ferueſcente ſtatuam Sancti Rochi argenteam, & inauratam dono dederunt, & in eius honorem Eccleſiam pulcherrimam erexerunt. Aliæ etiam vrbes & oppida, vt *Salonium* in Prouincia ann. 1631. & 1632. *Vermanton*, in Diœceſi Altiſſiodorenſi ann. 1633. *Montiſargium*, Diœceſis Senonenſ. ann. &c. 1635. diuerſo tẽpore eadem lue cùm cruciarentur: votis emiſſis ad B. Rochum, ſalubriter ſunt cœlitùs exauditæ eorum preces: in cuius rei gratiam, proceſſiones actæ, feſta indicta, altaria, oratoria, ſacella, & Templa conſtructa, ac oblationes opulentiſſimæ & frequentiſſimæ factæ. §. 14.

Hæc autem omnia excerpta ſunt ex archiuis Conuentus vrbis Arelatenſis; & ad me tranſmiſſa, ſub ſigillo, & ſignaturis authenticis, an. 1637. die 4. Decembris: per D. Gerardum, Regij Conſiliarium, eiuſque Aduocatum in ciuitate Arelatenſi Phocenſis Prouinciæ. Porrò huiuſce S. Rochi familia, *à Cruce* cognominata, perantiqua atque nobiliſſima, nunc vſque glorioſè viget, tum Monpeſſulani, tum Lutetiæ, apud quam remanſit Baculus ipſius Sancti Rochi Hexapodus, reuerenter aſſeruatus, per D. Iſabellam *à Cruce*, Dominam de Lunello-Veteri, de Montuilla, &c. quorum omnium mentio habetur in inſtrumento publico ſuper his confecto ſignis & ſigillis munito, ſub Datum Monpeſſulani 14. Martij ann. 1636. §. 15.

Scribunt quoque de S. Rocho Barletta, Serm. feriæ 5. ſecundæ hebdomad. Quadrag. ante med. item ſerm. de S. Vincentio Ferrerio ante med. & ſerm. de Flagellis Dei in fin. Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 14. vbi de ſanctis & illuſtrib. viris. Bzouius in Annal. Eccleſ. ad annum Chriſti 1327. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Renatus Benedictus & Haræus, Doubletus Gazetus in vita eius, Nauarrus in Enchiridio, de Oratione cap. 18. numer. 25. 30. & 32. Brulius lib. 2. antiquit. Pariſ. pag. 572. & lib. 3. pag. 794. Petrus Ferey in cap. 1. Apocalypſ. ſerm. de S. Stephano ſub fin. Brautius in Martyrolog. Poëtico. A. de Boufflers lib. 3. operum mirabil. Dei cap. 121. Spondanus in Auctario chronolog. ad Annal. Baronij ſub ann. Chriſti 1287. Poireus tract. 2. cap. 11. triplic. coron. Virgin. §. 3. numer. 3. Carthagena tom 2. arcan. Deipar. Virgin lib. 1. homil. 19. §. 3. qui refert officium S. Rochi, prout & D. Annæ, non ideo ablatum fuiſſe ab ordinario officij Romani, quia aliquid falſum contineret, &c. ſed vt omnia ad priſtinum antiquumque morem reuocarentur. Supplementum chronicar. lib. 13. ad ann. 1327. & 1415. ſub ann. 1324. obiiſſe inſinuat. Sauſſayus libr. §. 16.

Digitized by Google

12. Annal. Aurelianenſ. §. 19. de cuius reliquiis aliquid poſſidemus, inquit. Charron. cap. 136. Hiſtor. vniuerſal. Gall. ſeu Franc. Cottonus lib. Inſtitut. Catholic. cap. 68. Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1327. §. 10. & ſequenti. Philippus Ferrarius ſup. hac die. Suarez tomo ſecundo, in tertiam partem D. Thomæ quæſt. 23. diſput. 3. Buechingerus. In Hiſtoria Eccleſiaſtic.

§. 17. *Beati Franciſci Papienſ. Confeſſoris.* [b]]. Ex nobili *Beccariorum* familia oriundus fuit, vir diues ac potens: qui adhuc ſæcularis duxit exercitum, ſtrenuéque militauit, ſed Religioſus multò fœliciùs, ſub Chriſto principe, atque omnium Regum potentiſſimo Rege, ſtipendia meruit. Is enim ob ſummam humilitatem, qua præditus erat, & continuam orationem, cui perpetuò intendebat: admirabiliter floruit. Obedientiam & caſtimoniam ac ſanctam paupertatem magnificè ſectabatur: charitate in debiles & infirmos, in afflictos & pauperes admodum enitebat: nec aliquis vnquam ab eo, ſine particulari conſolatione, recedebat. Acediam omninò fugiebat: aliis benignus, ſibi ſoli auſterus erat & parcus. Mira abſtinentia vixit; ſolo pane & aqua reficiebatur. Pluribus tẽtationibus vexatus eſt à Dæmone: quas omnes tandem ſuperauit. Viſionibus, & reuelationibus diuinis ſæpe inter orandum mirificè conſolabatur à Domino, ſilentium, locaque ſolitaria expetebat: eius adhuc extat oratorium apud Cæſienſe deſertum in Vmbria, quippe, qui huiuſmodi loci diutinus accola fuit, in eoque quamplurima edidit mirabilia: inſuper & Angelum forma indutum humana, in excellentiſſimæ ſuę charitatis teſtimonium aliquando pauit; & lupo ſibi familiariſſimo aſellum neceſſariis pro fratribus onuſtum domum reducendum ſæpiùs commiſit. Mira etiam ſpiritu prophetico prædixit: & clarus ſanctitate atque miraculis, exceſſit è vita ann. 1454. cuius corpus honorifica ſepultura conditum habetur in Conuentu S. Franciſci de Monte Luco Spoleti. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 32- 43. vſque 60. Gonzaga ſup. part. 2. in Prouinc. S. Franciſci in Conuentu 4. 7. & 38. Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1218. §. 12. & tom. 4. ann. 1355. §. 7. Item tom. 5. ad ann. 1445. §. 13. 1449. §. 22. & 23. 1450. §. 1. Item tom. 6. ann. 1454. §. 40. & ſeq. & ann. 1472. §. 32. Gouſſancourt, in Martyrolog. Equit. Melitenſ. fol. 44. poſt Marianum lib. 5. cap. 28. Antonius Maria Spelta in Hiſtoria Papienſ. ſub Epiſcopo S. Conrado *Beccaria*. Eius vita extat typis exarata Italico idiomate, cum authentica approbatione. Eundem cenſeo eſſe, cum B. Franciſco *Bechario* quẽ tamen diuerſum ab eo fecit idem Toſſinianus.

§. 18. *Beati Franciſci Rhegini, Confeſſ.* [c]] A *Palemone* cognominatus eſt: qui ex familia Obſeruantina ad Patres Capucinos tranſiens, admirandis virtutibus & ſignis claruit. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1544. §. 42. & ſeq. quo obiit. Grauinam *in voce Turturis* part. 2. cap. 24.

Beati Franciſci Ximeneſii, Confeſſ. [d]] Xereſij à §. 19.
Frontera naſcitur in Hiſpania ex honeſtis parentibus: quibus cùm vnicus eſſet filius, tam tenerè diligebant. At Religionis Seraphicæ amantiſſimus clam fugiens ab eis, Valentiam venit; vbi Franciſcanum habitum induit, apud Patres Obſeruantinos, in Conuentu S. Mariæ de Ieſu. Mox ad ſtudia miſſus, Compluti Theologiæ ita operam dedit, vt breui doctiſſimus euaſerit, ac Concionator egregius. Indè ad Prouinciam, tunc Cuſtodiam S. Ioannis Baptiſtæ tranſiens, ab omnibus Patribus Diſcalceatis Cuſtos electus eſt, in eoque munere citò à Generali Miniſtro eſt confirmatus: quam quidem Cuſtodiam ſanctiſſime rexit, atque tantopere egit apud Summum Pontificem Gregorium XIII. vt eam in prouinciam erexerit ann. 1577. Mira compaſſione ferebatur erga egenos & infirmos, ciborum perſimonia gaudebat, benignus, affabilis, & charitate plenus. Diuinum officium magna cum animi attentione perſoluebat: ingenti præuia præparatione accedebat ad Altare, tantaque pietate ſacra peragebat myſteria, vt ſæpè inter Miſſarum ſolemnia totus in lacrhymas prorumperet. Orationi, tum vocali, tum mentali, inſtanter vacabat: plurimis afflictionibus, & infirmitatibus probatus, Deo tandem acceptus fuit: obiitque ſanctitate conſpicuus, ann. 1597. ſepultus in Conuentu S. Ioannis Baptiſtæ Valentiæ, qui eſt 9. Prouinc. S. Ioannis Baptiſtæ. Hæc ex chronica Ioannis Ximeneſij, Prouinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 10. cap. 70. Ioanne à S. Maria 1. part. Chron. Prouinc. Sancti Ioſephi cap. 49. lib. 2. Gouſſancourt. tom. 2. Martyrolog. Equit. Melitenſ. fol. 157.

B. Beatricis à Sylua, Virgin. [e]] Hac die deceſſit è §. 20.
vita an. 1490. ætatis ſuæ an. 66. Eius egregia facta copioſè commemorant Gonzaga part. 1. ſup. in Conceptioniſtarum ſororum origine. Item part. 3. in Prouincia Caſtellæ Monaſterio 25. Marianus lib. 1. cap. 8. 9. & 10. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 8. cap. 11. Hilarion Coſtæus in Elogiis Fœminar. illuſtr. pag. 73. & ſeq. Thitlmanſ. tom. 2. vitar. ſanctor. Seraphic. Ordin. Salazar. lib. 8 Chron. Prouinc. Caſtellæ cap. 1. 2. & 3. Vaſconcellus in Anacephalæoſi actorum Regum Luſitaniæ §. de ſacris Virginib. Luſitan. numer. 16. Briſenus in Apparatu Hiſtorico ad vitam Ioannis Scoti §. 13. numer. 15. Moribunda quippe votum ſolemne Religionis in manibus Fratrum Minorum emiſit: apud quos & ſepulturam nacta eſt: horumque regimini conſodales ſeſe commiſerunt; & in ſanctæ Claræ regulam (ſed ſub Conceptionis habitu) tranſierunt.

Digitized by Google

DECIMO SEXTO KALENDAS SEPTEMBRIS.

IN India Orientali propè Goam, Beatorum [a] Ioannis, & ſociorum Martyrum: qui ob Chriſti fidem, à Maluaribus Indis occiſi ſunt. Bononiæ, Beati [b] Bonizi, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci Diſcipuli; qui vita & virtutibus admirandis floruit. Safræ, in Territorio Pacis Auguſtanæ, Beatorum [c] Confeſſorum, Didaci, Blaſij, & Ioannis. Apud Montem-Falconem in Vmbria, Beatæ [d] Claræ, Virginis, eiuſdem loci incolæ: quæ ob eximia illius merita Abbatiſſa electa, ſanctiſſimè præfuit, & ſpiritu prophetico, dono ſcientiæ, ac miraculorum gloria renitens, ad Chriſtum ſponſum perrexit in cœlum: in cuius corde, & veſtigia Dominicæ Paſſionis, ſingulari prerogatiua, cernuntur infixa. Areuali, in Territorio Abulenſi, Beatę [e] Mariæ Pimentes, Virginis, generis proſapia, & virtutum prerogatiua nobiliſſimę.

AVGVSTI XVII.

§. 1. *Beatorum Ioannis, & ſociorum Martyr.* [a]] Primus erat tantummodò Clericus: alij duo Anonymi Fratres. Hi à ciuitate ſancti Thomæ ſoluentes, Goam petebant; dùm à Maluaribus piratis Indis capti, & occiſi, vitam glorioſè terminarunt. Memorantur à Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in SS. Martyrib. huiuſce Ord. ob Chriſti fidem ſuo æuo paſſis, apud Indos Orientales. item part. 4. ſub fin. Prouinc. S. Thomæ. Barezzo 4. part. Chron. Minor. libr. 3. cap. 71. ad ann. 1560. Daça ibid. lib. 1. cap. 57. Boſio tom. 1. lib. 12. cap. 22. de ſignis Eccleſ.

§. 2. *B. Bonizi, Confeſſ.* [b]] Bononienſis erat, & Bononiæ obiit, ac ſepultus eſt, ſanctitate clarus: cùm prius Seraph. Patris S. Franciſci extitiſſet diſcipulus, provt ſcribit Toſſinian. lib. 1. & Gonzaga 1. part. ſup. in Beatis viris huiuſce Ordinis: poſt Bartholomæum Piſanum lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Bononienſ. ſanctitate illuſtribus, ita dicentem. *Iacet ibidem, in eodem ſepulchro, cum Fratre Nicolao praedicto, Frater Bonizus, homo ſanctiſſimus. Hic Frater Bonizus, in monte Palumbarum fuit cum Beato Franciſco, quando fecit Regulam, quam habemus; & Chriſtum audiuit loquentem, & dicentem Miniſtris pluribus ibidem congregatis, quòd Regulam illam ipſe fecerat, & volebat eam ad litteram ſine gloſa intelligi & ſeruari. Huic F. Bonizo poſt ſuam mortem apparens, Beatus Franciſcus cum habitu aureo & glorioſo, ſua ſtigmata pluſquam ſol lucentia ſibi oſtendit, & oſculanda & contrectanda conceſſit.*

§. 3. Quantum ad præſentiam, ſeu aſſiſtentiam Beati Bonizi cum S. Franciſco tunc temporis habitam: idem admittunt S. Antoninus 3. part. Hiſtor. tit. 24. cap. 7. §. 4. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chron. Minor. lib. 2. cap. 7. Wadinghus, & alij, ſup. in prologo huiuſce operis: quoad ſacra ſtigmata S. Franciſci ſpectat, idem Beatus Bartholomæus Piſanus Confirmat. lib. 3. fruct. 3. part. 2. ſub finem. *Bonizus* autem, & *Bonitius* nuncupatur. Refert verò Gonzaga, tempore Clementis VII. Pap. inuentum fuiſſe eius corpus, in Monaſterio Monial. D. Bernardini, quod eſt 6. Prouinc. Bononienſ. cum hoc Epitaphio.

Alter verò Bonicius
Franciſci Patris extitit
Conſors, dùm verbis Domini
Sacram concripſit Regulam.

Quibus aſſentitur Wading. tom. 1. ſup. ad an. 1220. §. 11.

BB. Didaci &c. [c]] Requieſcunt Beati viri, ac §. 4.
Religioſſimi Fratres in Conuentu Safræ oppidi, qui eſt 3. prouinc. S. Michaelis in Hiſpania virtutibus plurimis, maximè oratione, pœnitentia, caſtiſque moribus ornatiſſimi; Didacus de *S. Alexio*, Sacerdos Luſitanus, Blaſius & Ioannes à S. Michaele, Laici: quorum memoria eſt in benedictione apud conſodales. Ita MSS. monumenta prædictæ Prouinciæ: & Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1480. §. 25.

Beata Claræ de Monte-Falcone, Virginis [d]] Mons §. 5.
Falco, ſeu *Falconus* vel *Falchinus* dictus eſt, vnde ipſa virgo originem traxit: ſanctiſſimè vixit, obiit, ac ſepulta eſt in eodem Monaſterio tunc tertij Ordinis Minor. cuius nonnunquam fuerat Abbatiſſa. Diem clauſit extremum, ann. 1398. ætatis ſuæ 40. Vitam illius virtutibus & miraculis plenam deſcribunt Marianus Florentinus libr. 3. capit. 15. & libr. 5. cap. 11. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 5. cap. 40. 41. 42. 43. item part. 1. lib. cap. 25. Piergilius; Achilles Ægidius & Auguſtinus Antolinez ac Foderetus. Agũt de ea Gonzaga part. 1 ſup. in BB. Fœminis 2. & 3. Ordin Minor. Boſius de ſignis Eccleſ. Dei tom. 2. libr. 15. cap. 3. & 10. Beatus Bernardinus de Buſtis ſerm. 15. Sabbathi poſt Dominicam 1. Quadrageſ. part. 3. poſt medium, Ioannes de Torres in practicis exhortationib. ſuper Regul. Tertiarior. in BB. huiuſce Inſtituti. Supplementum chronicar. lib. 13. ad ann. 1299. Cherubinus de Spoleto ſerm. 90. de Trinitate. B. Bernardinus de Feltro ſerm. de ſancto Franciſco. Michael de Mediolano in compendio SS. Ordinis Minorum. Ferrarius in catalog. SS. hac die, & 27. Auguſt. & alij nõ pauci apud Wading. tom. 3. ſup. ad an. 1308 §. 67. & ſeq. item tom. 7. ad an. 1491. §. 61. & ſeq. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seaph. Ord. Simon-Martinus tom. 2. Flor. ſolitudin. Brulius lib. 2. antiquitat. Pariſ. pag. 525 Volaterranus libro 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Clarè autem præfatus B. Bernardinus de Buſtis, part. 2. Roſarij Quadrageſ. ſerm. 27. part. 2. tertij Ordinis alumnam fuiſſe teſtatur. *In cuius corde*

(inquit) *inuentus eſt ſculptus crucifixus, cum omnibus myſteriis Paſſionis; & tres parua pila, in eius pectore reperta ſunt, quarum vna tãtum ponderat quantum dua, & quantum omnes tres ſimul: & non plus ponderant omnes tres ſimul, quàm vna ſola, per quod ſignificatur, quod ipſa habuit continuam memoriam Paſſionis Chriſti, & perfectam fidem vnitatis diuina eſſentia, & aqualitatis trium Perſonarum diuinarum: qua omnia propriis oculis aſpexi.* Hæc ille. Item, Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 21. Benedictus Coronatus cap. 19. vitæ S. Elzearij. Gononus in Chronico S S. Deipar. ſæcul. 13. ad ann. 1307. poſt Iſidorum Moſcouium. Brautius in Martyrolog. Poëtico.

Beata Maria Virginis. [e]] Virgo nobiliſſima ex- §. 6.
titit, quæ ſumma integritate, & Religionis zelo, quinquies Abbatiſſę munus exercuit, vitamque planè cœleſtem in terris peregit. Vide Wadinghum tom. 7 ſup. ad an. 1496. §. 28. ex MSS. monimentis Monaſterij oppidi Areuali, quod eſt 6. Prouinciæ Conception. Virg. in Hiſpania.

DECIMOQVINTO KALENDAS SEPTEMBRIS.

MOntiniaci in Aquitania, Beati [a] Eſmalij Vinacrij, Martyris: qui pro conſtantia Catholicæ fidei ab hęreticis Caluiniſtis glandulis plumbeis traiectus, & pugione tranſuerberatus, Martyrij palmam eſt adeptus. Tuderti in Vmbria, Beati [b] Petri à Galliendo, Confeſſoris: quem miraculorum gloria multipliciter exornat. In Mexico, Beati [c] Franciſci à Soto, Confeſſoris: qui ſumma prudentia, patientia, & pietate, atque abſtinentia emicans, prouinciam ſancti Euangelij ſanctiſſimè rexit, & meritis cumulatus fœliciter ſpiritum Deo reddidit. Apud oppidum Broças, in Hiſpania, Beati [d] Antonij Alcantarenſis, Confeſſoris: humilitate, & charitate inſignis. Orapeſſæ in Territorio Abulenſi, Beati [e] Didaci de Abuſeio, Confeſſoris: qui paupertatis, ſilentij, & obedientiæ virtute admodum floruit. Gebennæ in Gallia, Beatæ [f] Claudiæ Meanſææ, Virginis, primæ eius loci Abbatiſſæ: vita & miraculis clariſſimæ.

AVGVSTI XVIII.

§. 1. B*Eati Eſmalij Vinacrij, Martyr.* [a]] Huius illuſtre Martyrium recenſet Gonzaga part. 3. Origin. Saraphic. Relig. in Conuentu Montiniacenſi, qui eſt 35. Prouinc. Aquitaniæ recentioris: dicens. *Caterum admiranda Religonis Pater Eſmalius Vinacrius, dignitate Sacerdos, à truculentiſſimis eiſdem hareticis in ipſa oppidi Montiniaci captione, atque Conuentus euerſione, pro conſtanti Catholica fidei Confeſſione, plumbeis ſpharulis traiectus, atque diro mucrone transfoſſus fuit.* Eadem habet Barezzus 4. part Chron. Minor. lib. 7. cap. 33. ad ann. 1579. eo dempto, quòd pro oppido Montiniaco, *Manda*, mendosè ab ipſo ponatur. Vvadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad an. 1400. §. 34. Puteanus de Epiſcopis Petragorieenſ. in Franciſco à *Bourdilla*, pag. 213.

§. 2. *B. Petri de Galliendo, Confeſſ.* [b]] De *Galliendo* ſeu de *Galliculo*, cognominatus eſt: Tuderti obiit, multis poſt mortem clarus miraculis, cuius mentioné faciunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Min. ſanctitate illuſtrib. Prouinc. D. Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris Ordinis. Toſſinianus libr. 1. Hiſt. Seraph. Vvadinghus tom. 1. ad ann. 1236. §. 5. & tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1254. §. 47. quem vocat B. Petrum de *Galliculo*. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan.

§. 3. *B. Franciſci à Soto, Confeſſ.* [c]] Prouinc. S. Iacobi fuerat alumnus, ſed indè ad Prouinc. S. Gabrielis tranſiens: vnus ex 12. illis Patribus fuit, qui primi omnium in Indiam Occidentalem appulere. Vir erat perſpicacis ingenij, maximéque prudẽtiæ: & in Hiſpania, atque India plurium Conuentuum Guardianum egit: ſæpè Diffinitor Prouincialis extitit, & tandem Prouinc. S Euangelij 4. Miniſter Prouincialis eſt electus, Munus Apoſtolici prædicatoris excellenter obiuit; magno enim ſpiritus ardore Chriſtianam fidem indigenis tametſi illorum idioma non optimè calleret, annunciabat. Velut alter Phinees, magno zelo diuini cultus & honoris inflammabatur; præſertim autem paupertatis, quam maximè diligebat. In victu temperatiſſimus, atq; vini abſtemius: ſeuerus in ſe cernebatur, qui tamen cæteris admodum benignus erat & miſericors. Multas, eaſque graues pertulit tribulatinones, pro miſeris Indis ab oppreſſione ſubleuãdis: quorum ſalutem ſumma auiditate ſitiebat. Migrante in cœlum Beato Ioanne à *Zumaraga*, Mexicano Archiepiſcopo, eam dignitatem Carolus V. Imperator obtulit ipſi Beato Franciſco, deque ea accipienda multis precibus cum eo actum eſt: qui tamen ad id nullomodo induci potuit, vt humanos honores aſſumeret. Flagranti deſiderio optabat in India vitam finire: & deſiderium pauperis exaudiuit Dominus cùm reuerſus eſſet ex Hiſpania. Suſcepit magna cũ deuotione ac ſpiritus alacritate diuina Sacramenta, & ann. 1551. plenus virtutibus & sãctis operibus ad cœlos euolauit: cuius corpus terræ humatum eſt in Conu. Mexicano. Agunt de eo Gonzaga. part. 4. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 1. Prouinciæ S. Euangelij. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 58. Rapinæus Hiſtor. General. Origin. Recollector. decad. 5. part. 1. §. 9. & part. 2. §. 2. Hilarion à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Grauina infra. Marianus lib. 1. cap. 37. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. capit. 2. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 2. cap. 18. ex Baptiſta Molez cap 19.

Beati Antonij Alcantarenſ. Confeſſoris. [d]] Lauda- §. 4.
tur à profundiſſima humilitate, atque ardentiſſima charitate. quibus exornatus fœliciter ſpiritum exhalauit: cuius corpus poſt elapſum à funere quadriennium, nempè an. Domini 1569 ſuauiſſimè redolens atque incorruptum omninò ſeſe contuentibus præbuit. Iacet in

Conuentu

Conuentu Dominæ noſtræ de Luce Broſſarum, qui eſt 18. Prouinc. S. Gabrielis. Scribunt de eo Gonzaga part. 3. ſup. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 33. Rapinæus ſup. decad. 8. part. 1. §. 8. Daça ſup. lib 3. capit. 65. Grauina *in voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 5. *Beati Didaci, Confeſſ.* [e]] Patria Iuliobrigenſis, ſeu Logronienſis, erat; Salmanticæ vnà cum B. Petro Baptiſta, Martyre, litteris operam dedit, ac poſtea habitum Ordinis ſuſcepit Pennerandæ, in Conuentu Dominæ noſtræ de Gratia: vbi primum gradum poſuit in mortificatione carnis, & exercitio humilitatis. Sanctam ſummoperè excolebat paupertatem; diſcalceatus ſemper inceſſit: ſuper aſſeres pelle contectas decubabat ſolo pallio coopertus. Silentij erat amantiſſimus, & cuilibet obedientiæ ſigno incunctanter parebat. In choro, & in oratione primus aderat, aſſiduuſque perſtabat. In obſeruantia Regulari, & conſtitutionibus Ordinis, ac moribus ſanctis, ſic ad amuſſim & exactè habebat: vt nullus ſuo tempore illi coæquari valeret: infirmatus ad mortem in Conuentu Roſarij qui eſt 4. Prouinciæ Sancti Ioſephi Orapeſſam, vt melius curaretur, deportatus eſt: quo in loco ſanctiſſime quieuit in Domino. Vide Ioannem à ſancta Maria 1. part. Chronic. Prouinciæ S. Ioſephi lib. 2. capite 20. ad ann. 1575. quo florebat.

Beatæ Claudiæ, Virgin. [f]] Priùs Monaſterij Surregienſis erat alumna, ex quo fuit translata ad nouum Monaſterium Gebennenſe, ann. 1477. & vltima Aprilis, in feſto Aſcenſionis Domini, electa eſt in primam eius loci Abbatiſſam: vbi vitæ ſanctitate, & gloria miraculorum floruit: teſte Fodereto. In deſcriptione Monaſterij Clariſſar. Aniciacenſ. Prouinciæ Burgundiæ. §. 6.

DECIMOQVARTO KALENDAS SEPTEMBRIS.

IN Phocenſi Prouincia, apud Caſtrum-Brincolam, Depoſitio Sancti [a] Ludouici, Epiſcopi Tholoſani, Regis vtriuſque Siciliæ filij; qui virginitatem perpetuò illæſam ſeruauit, & vitæ ſanctitate ac miraculis clarus, à Ioanne XXII. Summo Pontifice, in Diuorum numerum eſt relatus. Octaua Sanctæ [b] Claræ, Virginis. Lugduni, in Gallia, Beati [c] Ioannis Burgenſis, Confeſſoris, & Concionatoris eximij, ac de ſalute animarum valdè ſolliciti; qui humilitate, orationeque pollens, zelo etiam regularis obſeruantiæ, ac virtute miraculorum eluxit. Zamorræ, Beati [d] Gaſpari Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Apud Longum-Campum, in Territorio Pariſienſi, Beatarum [e] Sororum Ioannæ & Margaritæ, Virginum: quæ ſummam generis nobilitatem vitæ ſanctitate ſuperarunt.

AVGVSTI XIX.

§. 1. SAncti Ludouici, Epiſcopi. [a]] Naſcitur ex Carolo II. cognomento, *Claudo*, vtriuſque Siciliæ, & Hieruſalem ac Hungariæ Rege, Caroli I. Regis filio; & Regina Maria, Stephani V. Regis Hungarorum filia, nepte Belæ IV. Regis Hungariæ: cui merienti abſque liberis ann. 1275. ſucceſſit in id Regnum Hungariæ, ex iure materno Carolus Martellus, Princeps Salernitanus, primogenitus ipſius Caroli II. & Mariæ Reg. At D. Ludouicus proximè ſubſequens, Regno vtriuſque Siciliæ ſucceſſor erat futurus: maximè cùm ipſe maior natus Carolus Martellus, obierit antè Carolum II. patrem ſuum: quare Ioannes XXII. Papa meritò ait in Bulla canonizationis ipſius ſancti Ludouici, eum iuri primogenituræ renuntiaſſe & Regno, quod ſibi hęreditali ſucceſſione debebatur, vt Frater Minor fieret: quem alij vltrò ſequuti ſunt.

§. 2. Præterea initium vitę accepit ann. 1266. menſe Februario: inditum ei *Ludouici* nomen in Baptiſmate, intuitu ſanctitatis patrini ſui, Beati Ludouici IX. Reg. Gallorum, vt referret mores, cuius nomen exprimeret. Nec parentes votum feſellit: nam puer minimè indulgebat puerilitati, ſed pietate & grauitate morum maturè ſenex, ætatem probitate, ſpem parentum incredibili virtute ſuperabat. Speciofiſſimus facie erat, at animam, nec quidquam voluptati relaxauit, ſed ſe conformans ad diuinum cultum, Deo ſtudebat magnopere placere, in iuſtitia & caſtitate; quam vſque ad obitum intemeratam ſeruauit. Anno 1288. datus fuit obſes pro patre ſuo, manſitque in Cathalonia, Arragonia, &c. vſque ad ann. 1294. quo liberatus, Neapolim ad patrem rediit. Hunc, anno ſequenti, Bonifacius VIII. ad Epiſcopatum Toloſanum euexit, poſtquam tamen Fratrum Minorum veſtem & Inſtitutum aſſmpſiſſet; ac tandem ſanctiſſimè obiit an. 1299. hac die 19. Auguſti. Porro, de S. Ludouico Epiſcopo caſtitatis exemplo, hæc quandoque cecinit, Iacobus Bidermanus Ieſuita lib. 3. Epigrammat.

Regina licet imperante, *non vult:*
Non vult crimine ſe notare, *non vult:*
Sed perſtat *Ludouicus*, & potentis
Spernit *delicias*, minaſque *Lunæ*.
Seu promittat *opes*; *opes*, abeſſe,
Et *Lydi* iubet auri abire gazas.
Seu promittat *honorem*, abeſſe *honorem*
Et quemuis iubet exulare *faſtum*:
Seu quicquid *minitetur* illa, quicquid
Proponat, *iubeátque*, *poſtulétque*,
Duro *marmore* durior, recuſat
Illi vendere *Corporis* pudorem
Hinc *Vermes oculus* ſepultus omnes.
Annis arcuit amplius *trecentis*.
Hoc planè *decet*; hoc *decebat* vnum,
Vt *Corrumpere* quem nequibat vllus
Reginæ furor impotentis, illum
Nec *Corrumpere* vermibus liceret.

Digitized by Google

§. 3. Vitam eius deſcripſerunt, Frater Franciſcus Scarerius, Epiſcopus Segetanus: F. Petrus Epiſcopus Epulanus: & F. Fortius; Comites eius indiuidui: F. Guillelmus de S. Marcello: *S*urius tom 4. Lippelous tom. 3. Gazetus tom. 2. Villegas, Renatus Benedictus: Haræus, Ribadeneira; Doubletus: & quidam Anonymus apud Sedulium in Hiſtor. Seraphic. quem & Commentariis illuſtrauit. De eo egerunt Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibid. in Annotation. Molanus in Addition. & Annotation. ad Vſuardum eadem die. Marianus libro tertio, capite 12. Sanctus Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 4. & 9. §. 15. Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Prouincia Prouinciæ, & part. 3. vbi de filiis Regum, qui hunc Ordinem Seraphicum intrarunt. Speculum Fratrum Minor. part. 1. de viris illuſtrib. huiuſce Ordin. Firmamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memorial. Ordin. Seraphic. ſub 15. & 18. Miniſtris generalib. Martinus Polonus, & Schedel, in Chronicis. Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Eccleſ. cap. 22. & 73. circa medium. Faſciculus temporum ad ann. 1214. & 1304. Bonfinius de reb. Hungaric. lib. 8. & 9. decad. 11. Sabellicus Ænead. 9. lib. 6. 7. & 8. Petrus de Natalib. lib. 7. cap. 77. Pepinus Poſtilla ſuper 7. Pſalm. pœnitent. lection. 90. poſt init. Ioannes Gritsh, in ſuo Quadrageſimal. ſerm. 26. part. 2. ante med. Democharez lib. 2. de ſacrificio Miſſ. cap. 32. in Epiſcop. Toloſat. Gallia Chriſtiana in eiſd. præſulib. Lucius Marineus de reb. Hiſpan. lib. 11. Platus de Bono ſtat. Rel. lib. 2. cap. 26. & 57. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 13. in SS. viris. Spondanus in Auctario Chronolog. ad Annal. Baronij ſub annum 1297. Bachotus in faſtis Chriſtianis hac die. Catelus in memoriali Hiſtor. Toloſan. lib. 5. vbi de Epiſcop. Toloſat. Palbertus lib. 11. par. 2. ſtellar. virg. cap. 1. Volaterranus libr. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Sauſſayus tom. 1. Martyrolog. Gallican. 11. April. & 19. Auguſt. Hieronymus de Villa-vitis. In Orationali ſanctor. hac die. Victonus, de antiquo ac moderno vſu canoniſation. ſanctor. cap. 28. ex Luca Caſtellino. Spinellus de Laudibus Deipar. Virg. in tract. de Virginib. ſection. 2. §. 17. Alexius de Salo, in methodo admirabili amandi & ſeruiendi Virg. Deiparæ. Priuileg. 5. condition. 3. Friſonus lib. 1. Galliæ purpurat. in Ioanne XXII. Pap. & lib. 3. pag. 263. Saxius in Pontificio Arelatenſi, ſub Arnaldo Faltuerio, §. 92. Brautius in Martyrolog. Poëtico. Iacobus Rinaldus in Liliis part. 1. cap. 2. pag. 227. Item ibid. in notis. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1317. §. 25. Odoricus ibid. tō. 14. ann. 1288. §. 16. 1296. §. 16. & 32. 1297. §. 68. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraph. Ord. Ferrarius in noua Topograph. ad Martyrolog. Roman. verb. Brincola. Gaguinus, Æmylius, Gillius, Belforeſtius, Hallianus, Duplex, Charronus, cap. 135 & 136. & alij, in Annal. & Chron. Franc. ſub regib. Philippo III & IV. Toſſinianus lib. 1. Hiſto. Seraph. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 1. vſque 23. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap. 1. §. 12. & lib. 11. cap. 7. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in Epiſcopis ac ſanctis huiuſce Ordin. item part. 3. in Prouinc. S. Ludouici. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Algezira in Arbore Epilogic. Franciſcan. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1275. §. 4. 1288. §. 26. 1295. §. 4. & ſeq. 1296. §. 3. & 4. ann. 1297. §. 1. &c. 1298. §. 6. & ſeq. item tom. 3. ad an. 1317. §. 47. &c. Conciones de eo ediderunt Robertus à Licio. B. Pelbartus à Themaſvvar, &c.

Quidam volunt obiiſſe an. 1295. vti Petrus de Natal. & Annal. Hyberniæ apud Guillelmū Camdenum: Alij an. 1297. ſic Piſanus, Sedulius, Baronius: nōnulli anno 1298. vti Wading. at deceſſiſſe ann. 1299. verius fatemur iuxta Breuiarum Minor. Firmamentum trium Ordinum, Marcum Vlyſſip. &c. ætatis ſuæ ann. 33. Hunc Ioannes XXII. Pap. retulit inter ſanctos ann. 1317. qua de re extant litteræ Apoſtolicæ: incipientes, *Sol oriens mundo*, ſub Datum Auinione 7. April. Pontificatus ann. 1. quare corrigendus venit, tum Sauſſayus id reponens ſub 3. Idus April. tum etiam D. Antonin. ſup. titul. 20. cap. 3. aiens, hoc factum fuiſſe in Concilio generali Viennenſi per Clementem V. an. 1311. Pari caſtigatione indigent Sabellicus ſup. lib. 7. & 8. Platina, & alij, id tribuentes Bonifacio VIII. qui non hunc, ſed ſanctum Ludouicum Galliæ Regem canonizauit. §. 4.

Octaua ſancta Claræ. [b]] Celebratur ſingulari cum pietate hæc ſolemnitas in toto Ordine Minorum, maximè verò apud Clariſſas virgines: provt patet ex Miſſali, & Breuiario antiquo, ac nouo, Seraphicæ Religionis. Ioannes XXII. Papa conceſſit Indulgentias viſitantibus Eccleſias Fratrum Minor. per huiuſmodi Octauam. Vide Compend. priuileg. Minor. titul. *Indulgentia quo ad ſaeculares, primò* §. 12. & Firmamentum trium Ordinum Minor. part. 3. in ordination. circa diuinum officium. §. 5.

Beati Ioannis Burgenſis, Confeſſoris. [c]] Vir fuit integerrimæ vitæ, & Concionator eximius: qui more Apoſtolico imbutus, curioſitates, curialitateſque ac inutiles & difficiles quæſtiones omninò vitabat; contentus ea ſolummodò annuntiare, quæ auditores poſſent inſtruere, commouere ad pœnitentiam, & ad Dei amorem inflammare; quod quidem munus per annos quadraginta piè exercuit, magno cum ſalutis animarum profectu & incremento. Profundiſſima humilitate, & oratione pollebat, zelo Reformationis Monaſticæ Obſeruantiæ ardentiſſimo æſtuabat; qua in re vſque in finem, egregiam conſumpſit operam, pluribus Conuentibus puriorem vitæ, Regulæque Obſeruantiam inferens. §. 6.

Celeberrima ſanctitatis eius fama per totam Galliam diffuſa, effecit, vt Rex Chriſtianiſſimus, Carolus VIII. illum debito honore veneratus ſit. Cùm enim ex coniuge ſua Anna, Britanniæ Armoricæ Duciſſa, filium primogenitum, Delphinum, accepiſſet ann. 1492. menſe Octobri 13. die Sabbathi, hora 10. matutina, Chriſto regenerari voluit, in Capella Pleſſiaca, propè Turonem Vrbem; cui puerulo vt fauſta, fœliciaque primordia eſſent, ſanctus Franciſcus de *Paula*, Ordin. Minimorum inſtitutor, patrini vicem gerens, *Caroli Rolandi* nomen impoſuit: & Beatus Ioannes *Burgenſis* Baptiſmi Sacramentum contulit. Sic enim habetur. *Baptiſatus autem fuit per notabilem Religioſum, magnæ ſanctitatis & deuotionis, nuncupatum, Fratrem Ioannem Burgeſium Minorem Oſeruantinum.* Quod Author Firmamenti triū Ord. Min. confirmat. *Qui Rex* (inquit) *ob ſingularem deuotionis affectum, quem ad ipſum habuit, filium ſuum ab eo baptiſari voluit & eum velut patrem, quo ad vixit honorauit.* Hæc ille. Idemque ſentiunt de Rubys in Hiſtor. Lugdunenſi: Sammarthani in Hiſtoria genealog. domus Franciæ: vbi de Elogio prædicti pueri Principis Delphini. Hilarion à Coſta libro primo, Hiſtor. Catholic. pagin. 59. & 60. in vita præfatæ Reginæ Annæ. §. 7.

Quid plura? Carolo Rege proficiſcente in Italiam pro Regni vtriuſque Siciliæ accipienda poſſeſſione, ſibi ex §. 8.

bi ex iure hæreditario adueniente: & Regina illum comitante vſque Lugdunum, Beatus Ioannes vtrumque ſequi eſt coactus. Regina autem ipſum non modico affectu, honóreque proſequebatur: cuius rei gratia, obtinuit à Rege, vt Lugdunum ſecus, extra portam *Petra-ſciſſæ*, ad Ararim fluuium, Conuentus Obſeruantię fundaretur Regiis expenſis: illiuſque ſtructurę prima ſimul iecere fundamenta. Hinc in fundamentali lapide, talis eſt ſuperſcriptio: *Ieſus Maria, Carolus VIII. Fundator huius Eccleſiæ Domina noſtra de Angelis: & Anna Regina ann.* 1493. Ita habent Picquetus, & Foderetus in deſcriptione Prouinciæ ſancti Bonauent. vbi de ipſo Conuentu: Hilarion à Coſta, Sammarthani, &c. ſup. Gonzaga 3. part. ſup. Orig. Seraphic. Relig. in eodem Conuentu, qui eſt 6. prædictæ Prouinc. ſed errat, dum ait id eueniſſe anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, Dionyſius Syluester in Carolo VIII. Reg. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 14. ad annum 1487. à quo mendosè dicitur *Franciſcus Burgeſius*. Raynaudus in Mantiſſa ad indiculum SS. Lugdunenſium. Balinghen in Calendario Virg. Mariæ 7. April. §. 3.

§. 9. Rege Chriſtianiſſimo abeunte, remanſit Regina: quæ ipſum Beatum Ioannem ſecum detinuit toto tempore expeditionis Regis Caroli: quem ſummoperè deprecabatur, vt Deum iugiter exoraret, pro fœlici regreſſu & proſperitate Regis in Galliam, vti euenit. Sed antequam Rex Lugdunum reuerſus fuiſſet Beatus Ioannes in ſupremum morbum incidit: & tandem ſalubriter conſummato vitæ ſuæ decurſu in ſenectute bona, debitum humanitatis exſoluit, anno Chriſti milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo quarto, hac die: cuius corpus humatum eſt in Capella ſuo nomini extructa apud præfatum Conuentum ſanctæ Mariæ de Angelis, Lugdunenſ. vbi innumeris nunc vſque miraculis coruſcat. Inibi autem manſit honorificè conditum vſque ad ann. milleſimum quingenteſimũ ſexageſimũ, quo è feretro detractum, in Araris profluentem, homines illi Religionis prætextu laruati, iniecerunt. Nam cum mortuis (aiebat Numantius Plancus) non niſi Laruæ luctantur. Hæc ex Firmanento trium Ordin. in memoriali Seraphic. Relig. tract. 1. ſub Generali, Miniſtro 37. Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. libro quinto, capite 48. Picqueto & Fodereto ſupra, Sauſſayo in Appendice ad ſuum Martyrolog. Gallican. Raynaudo ſup. Waddingho tomo ſexto, ſup. ann. 1471. paragrapho 29. & tom. 7. ann. 1492. paragrapho 46. ac anno 1494. §. 2. & ſeq.

Diuerſimodè autem cognominatus eſt B. Ioannes videlicet, *Burgundus*, *Burgenſis*, & *de ſancto Iuliano*. §. 10.
Certum quidem eſt, ex Sebuſiano ſolo oriundum fuiſſe, nimirum, ex oppido, Gall. S. *Triniere*, habitumque Ordinis Franciſcani Dolæ ſuſcepiſſe in Comitatu Burgundiæ, apud Conuentum Dolenſem, qui eſt 30. Prouinciæ ſancti Bonauenturæ, ſeu Burgundiæ. Vnde poſtea accidit, vt procuratione, & inſtantia magna, ipſius B. Ioannis, à Philiberto, Sebuſianorum Comite, Conuentus Minoriticus ædificaretur apud Pontis-vallium oppidum, Diœceſis Lugdunenſ. 1471. vt conſtat ex Picqueto, Fodereto, & Gonzaga, ſupra, in hoc Conuent. qui eſt 5. præfat. prouinc. poſt Firmam. trium Ordin. ſup. Tunc verò ager Sebuſianus (vulgò *Brecia* Regio nuncupatur, cuius arx præcipua atque fortiſſima *Burgus*, ſiue *Burgenſis* vocabatur) ditionis erat Ducis Sabaudiæ: nunc verò Saluſſiano Marchionatu cum illo permutato, an. 1601. ad Henricum IV. Francorum Regem Chriſtianiſſimum, eiuſque ſucceſſores, pertinet. Picquetus ibidem atque Foderetus. P. Mattheus in Hiſtor. Franciæ ſui temporis tom. 2. libr. 4. narration. 1. ſicque Ducatui Burgundiæ vnitus eſt.

Beati Gaſpari, Confeſſoris. [d]] Oriundus fuit ex §. 11.
Vinioio, in Luſitania, ſocietatis Ieſu alumnus; qui ad perfectioris vitæ gradum aſpirans, Ordinem Minorum apud noſtros Diſcalceatos profeſſus eſt: vbi vitam duxit propè Angelicam. Vir quippe erat orationi aſſiduè vacans, nudis genibus in terra defixis: in ieiuniis ſuis vix pane & aqua reficiebatur ad ſuſtentationem. Habitus eius pauperiem, cilicium aſperitatem, diſciplina cruorem, omninò redolebat. Fama ſanctitatis refertus obiit Zamorræ, in Conuentu ſancti Ioannis Baptiſtæ, qui eſt 27. Prouinc. ſancti Ioſephi, cuius fuerat nonnunquam Deffinitor. Vide Ioannem à ſancta Maria 2. parte Chronic. eiuſdem Prouinciæ lib. 4. cap. 6. ad annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum quintum, quo moritur.

B. B. Ioanna & Margarita, Virgin. [e]] Filiæ erant §. 12.
potentiſſimi Godofredi Brabantiæ Ducis, obieruntque die Dominica, anno 1337. apud Monaſterium Longi-Campi: provt referunt, Gonzaga parte tertia, ſupra, in eo cœnobio quod eſt 8. Prouinciæ Franciæ. Roulliardus cap. 19. vitæ B. Iſabellæ, ſororis S. Ludouici 9. Reg. Franc. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1260. §. 60. Quercetanus lib. 1. Hiſtor. Genealog. Domus Drocenſ. cap. 3. in fin. Brulius, lib. 3. Antiq. Pariſienſ. pag. 1259.

Digitized by Google

DECIMOTERTIO KALENDAS SEPTEMBRIS.

CApriolæ propè Senas in Tuſcia, Beati [a] Vincentij Senenſis, Sancti Bernardini ſocij, Confeſſoris: qui mira humilitate, oratione, atque paupertate decoratus, vitæ quoque ſanctitate excelluit. Nuceriæ in Vmbria, Beati [b] Bartholomæi de Baſſama, Confeſſoris: qui doctrina, oratione, & ſilentio maximè floruit. In India Occidentali, Beati [c] Arnaldi de Baſſacio, Confeſſoris: vita & eruditione clariſſimi. Pinciis in Caſtella, Beati [d] Franciſci à Vera, Confeſſoris: qui obedientia, patientia, & abſtinentia, aliiſque ſummis virtutibus extitit inſignis. Spoleti, Beati [e] Bonauenturæ à Monte Regali, Confeſſoris: qui poſt multarum ſpecimina virtutum ad cœleſte præmium euolauit. Conymbriæ in Luſitania, Beati [f] Iacobi de Hita, Confeſſoris: vitæ auſteritate, ſilentio, oratione, & charitate in proximum admirabilis. Pennerandæ in Territorio Salmanticenſi, Beati [g] Thomæ à Sancto Franciſco, Confeſſoris: qui zelo ſalutis animarum plenus, necnon diuinis chariſmatibus adornatus, ſæculum dereliquit, portionem in terra viuentium accepturus. Ennæ in Sicilia Beati [h] Angeli à Catalagirone, Confeſſoris: prophetiæ dono ac miraculorum glorioſi. Fulginij, Beatæ [i] Angelinæ Antonij à Spoleto, Virginis.

AVGVSTI XX.

§. 1. BEati Vincentij Senenſis, Confeſſoris. [a]] Socius fuit S. Bernardini Senenſis, & cordis ſui fideliſſimus ſecretarius: cui 22. annis magna cum charitate inſeruiuit, vir perfectæ ſanctæque vitæ. Obiit ann. 1442. apud Conuentum S. Bernardini Capriolæ: ſepultuſque eſt in ſacello D. Antonij, ſub Altari eiuſd. Cùm autem morti appropinquaret ęgrè ferebat ex hoc mundo diſcedere: ea occaſione, quòd ſi per diem vnicum ſuperſtes fuiſſet poſt ſancti Bernardini obitum, tanta de eo admiranda retuliſſet, vt omnium animos audientium in ſtuporem conuertiſſet. *Nam* ipſum optimè & ex corde intimè nouerat; illiuſque egregia, quantumuis ſecreta opera, clarè ſcrutatus fuerat. De eo egerunt Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphic. in ſancto Bernardino Senenſi. Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. Chronic. Minor. libro primo, capit. 61. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphicæ Relig. in præfato Conuentu, Wadinghus tom. 5. ſup. ad annum 1442. paragrapho 12. 13. 14. ex Mariano libro quarto, capite decimo ſexto.

§. 2. Certè ipſe Sanctus Bernardinus magna illum proſequebatur dilectione: propterea que cordis dolorem protinùs eructauit, cùm tranſitum ipſius audiens ex hoc mundo, in ea verba, pia deploratione, prorupit. *Cùm de Fraterna compaſſione ac pietate, ſacras Scripturas attenta perſcrutatione conſidero; gladium doloris cordi meo acrius infigo, nec lachrymas ſcribendo continere valeo. Vis enim doloris adducit intentionem, & indignatio Domini ebibit ſpiritum meum. Subtracto ſiquidem illo, per quem mea in Domino ſtudia, vbicumque libera eſſe ſolebant; ſimul* & cor meum dereliquit me. *Cuius enim vel ferreum pectus ſuper me non moueatur; ſi nouit incommodum & damnum meum? Relucttor affectui, nitens vel inuitus non moueri fruſtra à conditione naturæ vniuerſitatis, debito conditionis vſu, potentis iuſſu, iudicio iuſti, flagello terribilis, Domini volũtate. Pro huiuſmodi quidem exigo à meipſo, non indulgere multo fletui: nec poſſum imperare triſtitiæ, dum impero lachrymis: ſed ſicut ſcriptum eſt,* Turbatus ſum, & non ſum locutus. *At ſuppreſſus dolor altius introrſum radices figit; eo, vt ſentio, acerbior factus, quo non eſt exire permiſſus, fateor, victus ſum. Exeat neceſſe eſt, foras: quod intus patior. Exeat ſanè per calamum: vt ſcientes incommodum meum, dulciori affectu mihi compatiantur. Scitis, dulciſſimi Fratres, quàm iuſtus ſit dolor meus, quàm dolenda plaga mea. Scitis profectò, quàm fidus comes deſeruit me in hac via pergrinationis, qua ambulabam; quàm vigil ad curam, quàm non ſegnis ad opus, quàm ſuauis ad mores. Quis ita mihi perneceſſarius, cui æquè dilectus ego, prima erat amicus religione Frater, ſed charitate extitit alter ego. Dolete quæſo, & vicem meam tenete vos, quibus hæc ſunt nota. Infirmus corpore, & grauiter multoties fui; & ille ſemper portabat & gubernabat me. Puſillus corde eram, & confortabat me. Piger, & negligens in via Dei eram: & excitabat me. Improuidus, & obliuioſus, & commonebat me.*

Quomodo mihi auulſus es Vincenti mi? Quomodo raptus è manibus homo vnanimis, homo ſecundum cor meum, Amauimus nos in vita, quomodo in morte *ſeparati ſumus? Amariſſima ſeparatio, & quam non poſſet omnino efficere, niſi mors. Quando enim me viuus deſeres, omninò opus mortis horrendum diuortium eſt. Quis enim tam ſuaui vinculo mutui noſtri non pepercisſet amoris, niſi totius ſuauitatis inimica mors? Benè mors, quæ vnum rapiendo, duos furioſa peremit. An non mors etiam mihi, immò plus mihi: cui vtique omni morte infœlicior vita ſeruata eſt: viuo viuens vt moriar, & hoc dixerim vitam? Quam mitius me priuares, ô auſtera mors vitæ vſu, quàm fructu. Nam vita ſine fructu grauior mors eſt. Denique duplex malum paratur ligno infructuoſo: ſecuris & ignis. Ergo meis laboribus inuidens,* elongaſti à me amicum & proximum: *per cuius ſtudium erant, ſi quando fructuoſi erant, ipſi labores. Satius proinde mihi fuiſſet periclitari vita, quàm tua* Vincenti §. 3. *præſentia:*

praſentia: qui meorum in Domino ſtudiorum eras ſollicitus incitator, fidelis adiutor, & cautus examinator. Cur quaſo, aut amauimus nos, aut amiſimus nos? Dura conditio, ſed mea miſeranda fortuna, non autem tua. Nam tu, chare Frater, ſi charos amiſiſti, chariores (vt credo) iam recepiſti: me verò quanam iam miſerum, atque ſenem conſolatio manet poſt te vnicum ſolatium meum? per viginti duos annos & vltra, in peregrinatione per Italiam, placita fuit vtrique ſocietas corporum, pro morum concordia, ſed ſolum me diuiſio vulnerauit. Commune quod libuit, quod triſte & lugubre meum: in me tranſierunt ira, in me confirmatus eſt furor. Erat ambobus alterutrum grata praſentia, dulce conſortium, ſuaue colloquium. Sed tantas vtriuſque delitias ego perdidi: tu mutaſti equidem, immutatis illis retributio multa. Quanto fœnore gaudiorum, ac benedictionum cumulo cares hodie (vt credo) nobis chariſſime Frater. Habes certè pro me tantillo repoſitam tibi Chriſti praſentiam: nec diſpendium ſentis abſentia à nobis tua, Angelorum admixtus choris.

§. 4. *Non eſt igitur quod cauſeris tu de noſtra, quaſi ſubtracta tibi praſentia: cui affatim ſui, ſuorumque copiam Dominus maieſtatis incluſit. At ego pro te quid? Quàm vellem ſcire, quidnam ſentias nunc de me illo vnico tuo medÿs nutante curis, deſtituto, ſcilicet baculo imbecillitatis mea: ſi tamen licet ad hac cogitare de miſerÿs, ingreſſo abyſſum luminis, atque illo pelago aterna fœlicitatis abſorpto. Affectus proinde tuus non eſt imminutus, ſed immutatus; nec quia Deum vidiſti, noſtri cura te exuiſti: etenim ipſi Deo cura eſt de nobis. Quod infirmum eſt abieciſti, ſed non quod pium:* Charitas *denique* nunquam excidit. *Non obliuiſcaris me in finem: non expedit quidem. Scis vbi verſer, vbi taceam, vbi reliqueris me. Non eſt qui porrigat manum. Ad omne quod emerſerit, reſpicio ad Fratrem* Vincentium, *vt conſueueram, & non eſt. Heu, tunc ingemiſco miſer, ſicut homo ſine adiutorio. Quem conſulam in ambiguis? Cui in aduerſis fidam? Quis portabit onera? Quis pericula propulſabit? Nonne vbique greſſus meos* Vincentij *oculi anteibant? Qui nouiſtis eum, ſcitis vera eſſe qua loquor. Nonne tuum* Vincenti *pectus, cura mea notius quàm meum ipſius habebant, familiarius incurſabant, acriuſque vrgebant? Nonne in lingua illa tua placabili & modeſta meam à ſermonibus ſaculi frequentiſſimè acrius vindicabas, amica reddebas quieti? Dominus dederat illi linguam eruditam: vt ſciret quando deberet proferre ſermonem. Ita denique in prudentia reſponſorum ſuorum: & in gratia ſibi data deſuper domeſticis ſatisfaciebat & exteris. Occurrebat autem aduentantibus, ſe opponens ne ſubito meum otium incurſarent: ſi quibus ſanè ſatisfacere non per ſe nequibat, hos perducebat ad me, cateros emittebat. O virum induſtrium, O amicum fidelem: O manſuetudo modeſta: & amico gerebat morem, & non deerat officÿs charitatis. Nec quarebat qua ſua ſunt, qui ſe medÿs ingerebat curis, vt ego vacarem. Sperabat enim, ſicut erat humillimus, maiorem de mea quiete fructum, quàm ſi vacaret ipſe: ſi quidem plus omnibus laborabat, & minus omnibus accipiebat: ita vt ſapè cùm alÿs neceſſaria miniſtrabat, ipſe egeret in pluribus: verbi cauſa, cibo, veſtitu, & loco ad quieſcendum.*

§. 5. *Gratias tibi ago, mi ſuauiſſime Frater, de omni fructu meorum, ſi quis eſt in Domino, ſtudiorum, mearum pradicationum, meorum laborum, in toto diſcurſu per Italiam, tanto tempore frequentato: tibi debeo, ſi profeci, ſi profui. Tu occupabaris, & ego tuo beneficio feriatus ſedebam mihi, aut pradicationibus populi occupabar. Cur enim ſecurus intus non eſſem, cùm te ſcirem agentem foris manum dexteram meam, lumen oculorum meorum, pectus meum, & linguam meam? Equidem indefeſſa manus, oculus ſimplex, pectus conſilÿ, lingua loquens iudicium, ſicut ſcriptum eſt Pſal. 36.* Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. *Quot defectus commiſiſſem in pradicationibus meis, niſi ſenſata ſua ratio, & illuminatus ſpiritus, atque diſcretio ſumma, me inſtanter & ſollicitè docuiſſet? Non cognouit litteraturam, ſed habuit litterarum inuentorem ſenſum, habuit illuminantem ſpiritum, iudicium rectum. Fateor me non habuiſſe in ordine in verbi Dei doctrina prater te, alium praceptorem. Tu Magiſter meus, tu Doctor meus, tu Ductor, & Rector meus. Quanta ſoliditate, veritate, diſcretione, atque prudentia, illa tua humanitate, & manſuetudine docebas me, inſtruebas me, corrigebas me, laborabas pro me, mente inuigilabas pro me, pramonebas me, cautum & circumſpectum faciebas me. Si quid horum fuit in me, ex te fuit, à te proceſſit, per te originem & incrementum ſumpſit. Profectò hoc ſecurus addo, mihi vtilis in omnibus, pra omnibus fuiſti: vtilis in paruis & in magnis, in publicis & priuatis, intus & foris. Meritò ex eo pendebam totus, qui mihi totum erat. Solum penè reliquerat mihi proviſoris honorem & nomen: ſed ille praerat in ſollicitudine. Meritò ergo requieſcebat in illo ſpiritus meus: per quem licebat delectari in Domino, & in ſcripturis ſanctis pradicare liberius, dictare frequentius, pauſare quietius.*

§. 6. *Heu, ſublatus es! & hac omnia, tecum omnia, pariter abiere, delitia & letitia mea: viuam quo ad viuam, in ſenectute, in amaritudine, viuam in mœrore. Etenim* manus Domini tetigit me. *Me, inquam, tetigit & percuſſit, non illum quem ad requiem euocauit. Me, inquam, occidit, cùm illum ſuccidit. Numquam enim occiſum quis dixerit, quem Deus plantauit in vita. Exite lachryma: iam aperiantur cataracta miſeri capitis mei, & erumpant fontes aquarum: ſi fortè ſufficiant diluere ſordes culparum, quibus iram merui. Luctus meus, quaſo, humano atque pio penſetur affectu, non vſu: videmus nempè mortuos quotidie plangere mortuos ſuos, fletum multũ, & fructum nullum. Non culpamus affectum niſi cùm excedit modum: ſed cauſam. Ille nimirum natura eſt, & eius turbatio peccati pœna; hac vanitas & peccatum. Etenim ibi ſola, ni fallor, plorantur damna gloria carnis, vita praſentis incommoda: & plorandi qui ita plorant. Nunquid ego ſic? Similis mihi affectus: ſed altera cauſa, diſſimiliſque intentio. Mirabantur profectè multi, qui praſente funere dilecti Fratris mei cernebant erumpere lachrymas ab oculis ex medio cordis mei: diſſimulabam, ſed ignis qui abſconſus erat in corde meo, adurebat, & depaſcebat interiora mea, clauſus ſerpebat latiùs, ſaniebat acrius, & tandem in lachrymas erumpebat. Nulla profectò mihi querela de omnibus, qua ſunt mundi. In his profectò, qua Dei ſunt, ademptum doleo, fidele auxilium, ſalutare conſilium,* Vincentium *lugeo.* Vincentius *eſt in cauſa proximus ſpiritu, vltra 22. annos ſocius in propoſito Euangelÿ verbi Dei. Adhaſerat anima mea anima illius: & dilectio vnam fecerat ex duabus. Cùm ergo eſſemus cor vnum & anima vna, hanc meam pariter & ipſius animam pertranſiuit gladius: & ſcindens mediam partem locauit in cœlo, atque aliam partem reliquit in cœno. Ego, ego illa portio miſera in luto iacens truncata potiori parte, & dicitur mihi,* Ne fleueris! *Sentio, ſentio, licet inuitus: quia nec fortitudo lapidis, fortitudo mea, nec caro mea anea eſt. Sentio prorſus, & doleo:* & dolor meus in conſpectu meo ſemper. *Non ſanè nos poterit inſenſibilitatis arguere ille verberans, quomodo illos,*

Digitized by Google

de quibus ait Ieremias 5. *cap*. Percuſſiſti eos, & non doluerunt. *Non ſum fateor, inſenſibilis ad pœnas. Mortem horreo meam, etiam & meorum: meus* Vincētius *erat, meus planè. An non meus, cùm fuerit profeſſione filius, ſollicitudine pater, peregrinatione ſocius, Magiſterio Doctor, charitate mater, conſors ſpiritu, intimus affectu?* Is receſſit à me: *Sentio, læſus ſum, & grauiter, ignoſcite Fratres, & filij vicem dolete paternam.* Miſeremini mei, ſaltem vos amici mei. *Non reprehendo Iudicium Dei, quo recipit quiſque, quod dignum eſt. Ille coronam quam meruit: ego quam debeo pœnam. Nunquid quia ſentio pœnam, reprehendo ſententiam? Humanum eſt illud, hoc impium: Humanum, inquam, & neceſſe affici erga charos, ſiue delectabiliter cùm præſto ſunt, ſiue cùm abſunt moleſtè. Non erit otioſa conuerſatio ſocialis, præſertim inter amicos: & quid effecerit mutuus amor in ſibi præſentibus, ſeparationis indicat horror & dolor de inuicem ſeparatis.*

§. 7. *Plango denique, mi* Vincenti, *& ſi non ſuper te, propter te tamen: hinc prorſus, hinc afficior grauiter, quia vehementer amo. Et nemo mihi moleſtus ſit, dicens, non deberet ſic affici: cùm benignus Samuel ſuper reprobo Rege, & pius Dauid ſuper filio patricida ſatisfecerint affectioni: non ad iniuriam fidei, non inſuper in ſuggillationem iudicij.* Abſalon fili mi, *ait ſanctus Dauid*, Fili mi Abſalon: & Vincentius *pluſquam Abſalon eſt. Saluator quoque videns ciuitatem Hieruſalem, & præuidens ruinam eius, Fleuit ſuper eam: & ego propriam, & quæ in præſenti eſt, deſolationem non ſentiam? Plagam meam recentem, & grauem non doleam? ille compatiendo fleuit, & ego patiens non audebo? profectò ad tumulum Lazari, nec flentes arguit, nec à fletu prohibuit: inſuper & cum flentibus fleuit:* & lachrymatus eſt, *inquit*, Ieſus. *Fuerunt enim lachrymæ illæ teſtes naturæ, non indices diffidentiæ. Deinde & prodiit mox ad vocem eius, qui erat mortuus: ne continuò putès fidei præiudicium, dolentis affectum. Sic nec fletus vtique noſter infidelitatis eſt ſignum: ſed conditionis indicium. Nec quia percuſſus ploro, arguo ferientem, ſed prouoco pietatem, ſeueritatem flectere ſatago: vnde & verba mea dolore ſunt plena, non tamen & murmure.* Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. *Cantet tibi miſericordia quam feciſti cum ſeruo tuo* Vincentio. *Cantet tibi iudicium, quod portamus, in altero bonus, in altero laudabilis iuſtus. An ſolùm laus bonitatis tibi conuenit? Inſuper & iuſtitiæ: Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Vincentium *tu dediſti*, Vincentium *tu abſtuliſti. Et ſi dolemus ablatum, non tamen obliuiſcimur, quod datus fuit, & gratias agimus, quòd habere illum meruimus.* Dominus *igitur illum* dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit ita factum eſt: Sit nomen Domini benedictum, *per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.* Hæc ille tom. 3. tract. de Beatitudinibus Chriſti, ſuper eo verſiculo: *Beati qui lugent, &c.* Matthæi 5. ſermon. 7. cap. 4. artic. 2.

§. 8. *Beati Bartholomæi, Confeſſoris.* [b] Vir fuit eruditiſſimus, & fama ſanctitatis conſpicuus: qui inter alias virtutes, quibus mirum in modum elucebat, oratione ac ſilentio inſignem ſe reddidit. Sanctiſſimè obijt, cùm mortis ſuæ diem antea præſciuiſſet. Nuceriæ, in Conuentu ſancti Ioannis Baptiſtæ, qui eſt 28. Prouinciæ ſancti Franciſci, ſepulturam accepit: cuius corpus intra capſam ligneam reconditum, poſt annos 20. repertum eſt integrum & incorruptum. Ita Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 23. ad annum 1530. ex monimentis præfatæ Prouinciæ.

Beati Arnaldi de Baſſacio, Confeſſoris. [c] Hic connumeratur primus eruditorum ac ſanctorum Religioſorum, quos Lectores inſtituit apud Collegium ſancti Iacobi de Tlatibulco in India Occidentali B. Garçias *de Ciſneros*, à ſe fundatum, in gratiam iuuentutis Indicæ educandæ, ac litteris imbuendæ, quo in munere ſtrenuiſſimè laborauit, Deo fideliter inſeruiens. Scribunt de eo Gonzaga ſup. part. 4. in vit. B. Garçiæ *de Ciſneros* ſub Conuentu Mexicano, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Euangelij. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 26. Daça ibid. lib. 2. cap. 21. Rapinæus Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad 5. part. 2. §. 6. Marianus lib. 1. cap. 41. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Refformat. §. 9.

Beati Franciſci à Vera, Confeſſoris. [d] Floruit anno 1555. apud Conuentum ſancti Franciſci Pinciarum, qui eſt 1. Prouinc. Conceptionis Deiparæ, in Hiſpania. Paupertatis, orationis, abſtinentiæ, humilitatis, & obedientiæ, atque omnium virtutum amantiſſimus, diligentiſſimuſque cultor; qui cùm Altiſſimo pluribus annis feruentiſſimè famulatus eſſet, in doloribus denique & ærumnis eius conſtantia emicuit. Demùm ex grauiſſima quadam infirmitate, quam & patientiſſimè tulit, hoc in loco, anno Chriſti 1556. è medio ſublatus; maximam poſt ſe ſanctitatis famam reliquit. Memoratur à Gonzaga ſup. part. 3. in præfato Conuentu. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 66. Wadingho tom. 1. ſup. ad annum 1248. §. 24. Grauina, in *voce Turturis*, part 2. cap. 24. §. 10.

Beati Bonauenturæ, Confeſſoris. [e] In Monte Regali, Samnitum oppido, naſcitur. Qui à puero, optimis moribus à matre educatus: tanto in quodlibet vitium odio ferebatur, vt tollerabilior illi inferni ignis, quàm culpa videretur. Ea porrò bona puero indoles, potiſſimum ob matris prudentiam indita fuit; quæ quoties puerum in aliquod vitium impegiſſe animaduerteret, mox vt accenſum ignis carbonem palma geſtaret, compellebat. Adoleſcens in Minorum Obſeruantium familiam adſcriptus, in ea per aliquot annos, magna cum virtutum laude vixit: B. Vincentio Aquilano (de quo ſup. 28. April.) qui eo tempore inter Obſeruantes ſanctitate florebat, operam dedit: à quo etiam multa ad ſpiritualium diſciplinam ſpectantia didicit. Mira ipſius patientia in eo potiſſimum enituit: quòd exorta Capucinorum Reformatione, cùm is à Miniſtro ad Capucinos tranſmigrandi facultatem poſtulaſſet, verbis iniurioſis, ac verberibus affectus, repulſam paſſus ſit. Attamen, cùm Dei vocationem, haud ſibi negligendam cenſeret: tandem è Cibotolæ Conuentu, in quo tunc Guardiani officio fungebatur, ad Capucinorum ſodalitium conuolauit: in quo ſanè tot virtutibus floruit, vt Euangelicæ viam perfectionis, quam ſemel, arrepto cœleſtis vitæ curſu, ſibi ab exordio percurrendam præſtituerat, nunquam vſque ad vitæ occaſum deſeruerit. Tam enim eximius paupertatis ſectator fuit: vt præſegmina, quæ inſectis Fratrum Tunicis interdum ſuperſunt, ſollicitè colligens, nihil ex his perire vnquam pateretur. Ciborum parſimonia delectabatur, aſſiduis ac ferè quotidianis ieiunijs carnis domabat petulantiam: plurimaque erga Defunctorum animas charitate afficiebatur. His ac pluribus alijs perfectæ iuſtitiæ operibus cùm Chriſti ſeruus ad extremum vſque ſenium vacaſſet, ac prophetico ſpiritu pleraque futura prædixiſſet: Tandem in Conuentu Spoleti ad ſupernæ beatitudinis brauium à Domino vocatus: In oratione expirauit, anno 1557. Vide Bouerium tomo primo Annalium Capucinorum eodem anno, paragrapho §. 11.

Digitized by Google

vigeſimo ſecundo. & ſequenti ex Petracio, Monte-flore, & Salodienſi.

§. 12. *Beati Iacobi, Confeſſoris.* [f]] Vir fuit vitæ ſanctitate plenus. Abſtinentiſſimus erat: nec carnem aut piſcem vnquam comedit, ſed tantum nonnullis fructibus, ſeu leguminibus vtebatur, ſitimque aqua extinguebat. Silentium ſic obſeruabat, vt omninò mutus putaretur. Caſtimoniæ laude cùm floreret, nullam toto vitæ ſuæ tempore fœminam conſpexit. Cilicium ſemper detulit, & qualibet die corpus diſciplina caſtigabat. Somni parciſſimus erat, ſed in omni loco, ac tempore Deum exorabat, tanto cum ſpiritus feruore, vt cella, ſeu Eccleſia, ſæpè veluti flammis ſuccenſa circumvicinis appareret. Martyrij deſiderio ſummoperè flagrabat; à quo toties impeditus, villas, oppida, ac vrbes Luſitaniæ perluſtrabat. Regnum Dei euangelizans, & infirmis, maximè peſtiferis, ex charitate inſeruiens: quo in pietatis miniſterio, poſt Sacramenta deuotè ſuſcepta ſanctiſſimè obijt, cùm antea in huiuſmodi cura infirmorum mira operatus eſſet. Sepultus eſt in Conuentu S. Antonij Conymbriæ, qui eſt vigeſimus ſeptimus Prouinciæ Pietatis. Sic Daça ſupra libro tertio, capite ſexageſimo quinto ad annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum quintum, quo florebat.

§. 13. *Beati Thomæ, Confeſſoris.* [g]] Oriundus erat ex Medina-Campi, vitæ inculpabilis. & ab omni reprehenſione liber; omni virtutum genere adornatus, conuerſioniſque animarum zelantiſſimus. Cùm autem egregius prædicator eſſet, ſuis ex concionibus ingentem fructum reportabat: quippe qui ſeipſum haud quæreret, ſed Ieſum Chriſtum Crucifixum, quem cuilibet proponebat neceſſariò imitandum, ſi in partem gloriæ ſuæ admitti exoptaret. Nuſquam occaſio adfuit, quin huiuſmodi genus charitatis ex induſtria amplecteretur: peccatoribus & vitio deditis ſuccurreret, monita ſalutis daret, ad pœnitentiam eos inuitaret, ipſorumque confeſſiones exciperet, ad virtutem demùm alliceret. Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſingulari deuotione proſequebatur: Miſſæque ſacrificium tanta cum præparatione, ac pietate celebrabat, vt exindè conſolationes non modicas, ſecretaque cœleſtia ſæpè à Chriſto perciperet. Sanctam Virgin. Deiparam ſummè excolebat, adamabat, inuocabat: ob cuius honorem ſæpius Coronam & Roſarium recitabat. Inimicis protinus indulgebat: & omnibus benè precabatur. Diei mortis ſuæ præſcius, multumque ad hunc vitæ terminum conficiendum ſeſe præparauit. Eccleſiæ Sacramenta deuotè ſuſcepit, fidei ſuæ profeſſionem clara voce emiſit, ac Paſſionem Dominicam ſibi legendam popoſcit; moxque piè ac ſanctè animam exhalauit, cùm eſſet Guardianus Conuentus Penacamdæ (qui eſt duodecimus Prouinciæ ſancti Ioſephi) vbi ſepultus iacet. Hæc ex Ioanne à ſancta Maria, ſecunda parte Chronicorum eiuſdem Prouinciæ, libro quarto, capite trigeſimo quarto, ad annum milleſimum ſexcenteſimum quintum, quo obiit.

Beati Angeli, Confeſſoris. [h]] Vir fuit ferè omnium copia virtutum inſignitus, charitate præcipuè & humilitate enituit, orationi magno cum feruore deditus, multa ſpiritu prophetico prædixit: cùm quinquageſimum ſecundum ſuæ profeſſionis annum attigiſſet, migrauit ad Dominum anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo decimo, in Conuentu Montis Salui, ciuitatis Ennæ. Quo tempore Sacerdotali ornatu decoratus, à Chriſto Domino in Sanctorum & Beatorum cœtum recipi viſus eſt: cuius corpus Diœceſanus Antiſtes, honorificè col ocari mandauit, & quotidiè miraculis coruſcat. Teſte Gravina, in *voce Turturis*, parte ſecunda, capite vigeſimo quarto. §. 14.

Beata Angelina Antonij, Virginis. [i]] Floruit hæc nobilis Virgo Spoletana, apud Monaſterium ſanctæ Luciæ Fulginij (quod eſt ſeptimum Prouinciæ ſancti Franciſci) in omni bonitate, & vita exemplari. Silentij amantiſſima cuſtos extitit, trium aut quatuor horarum ſpatio ſomnum exoluebat; tum noctis reſiduum in oratione expendebat. Futura mirabiliter prædicebat, ingentes tentationes & perſecutiones Dæmonum, ipſam viſibiliter flagellantium diu, patienterque ſuſtinuit, ac ſuperauit: alijs etiam infirmitatibus haud modicis detenta fuit, ſed cœlitùs ſemper conſolata. Semel ex integro ſanata à ſancta Virgine Deipara, ſancto Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta, ſancta Maria Magdalena, & ſancta Clara Virgine; quæ eam docuit, quomodo velum & ſcapulare eſſet deferendum. Tandem plena dierum ac virtutum ad cœlum euolauit circa annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum; in cuius fœlici tranſitu, ſibi obuiam habuit complures animas pœnis Purgatorij adhuc obnoxias, quæ illi gratias agebant de tot tantiſque bonis operibus, quibus apud Deum nunc vſque eas iuuarat. Agit de ea Iacobillus, de SS. Fulginatibus, ad diem vigeſimam ſecundam Iulij, vbi de alijs perfectæ vitæ ſanctimonialibus præfati Monaſterij. Wadinghus tomo ſeptimo ſupra ad annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum, paragrapho octauo. §. 15.

DVODECIMO KALENDAS SEPTEMBRIS.

VAuri, in Aquitania, Beatorum [a] Martyrum Guillelmi Reriachi, Stephani Regnaci, & Iacobi Lamberti: quorum prior cùm eſſet præfatę vrbis Conuentus Guardianus, ab hęreticis probris & pugnis primò appetitur, deinde habitu ſuo ſpoliatus, virgis, ſpinis, tribuliſque dirè cęditur: ſed cùm in confeſſione Catholicę fidei ſtrenuè perſiſteret, vnà cum ſocijs, gladio transfixus, ac toto corpore, globulis ſclopetariorum perfoſſus, agonem ſuum feliciter conſummauit. Tulli Leucorum Beati [b] Conradi Probi, eiuſdem Vrbis Epiſcopi, ſignis & virtutibus pręclari. Meſſanę in Sicilia, Beati [c] Simonis Confeſſoris: ante & poſt obitum miraculis glorioſi. In Hethruria, Beati [d] Petri à Colle, Confeſſoris, Tertiarij: vitę ſanctitate conſpicui. Caſſalię, in territorio Hiſpalenſi, Beatę [e] Anonymę, Virginis: charitate, pietate, & Monaſtica Obſeruantia inſignis.

AVGVSTI XXI.

§. 1. BEatorum Guillelmi Rerinchi, &c. Martyr. [a]] Re-Briachus, ſeu Regnacus cognominatus eſt. Annò itaque 1565. menſe Auguſti, ciuitate Vaurenſi in Aquitania ab hæreticis occupata: illicò Conuentum Minoriticum inuaſerunt: in quo tunc aderat Guardianus, Pater eximiæ pietatis, ac doctrinæ, præfatus B. Guillelmus. Quem impij ſatellites probris aggredientes, cædunt, rapiunt, & ad eorum præfectum in tabernam Cauponariam trahunt. Vbi de fide ſua interrogatus, cùm conſtantiſſimè reſpondiſſet Religionem Catholicam eſſe omninò ſeruandam, conuitijs & opprobrijs laceſſitur: tum veſtimentis exuitur, vtque conceptam animo conſtantiam remitteret, virgis, ſpinis, tribuliſque atrociter cædunt. At verò, cùm ſe pœnarum grauitate, nec tantillum à Catholicæ fidei propoſito eum dimouiſſe cernerent: ſtudent interimere. Vnuſque illorum gladio per vmbilicum lethaliter transfigit, humique procumbentem, & dicentem: *Ieſu parce mihi & illis*: vibratis tormentorum globulis, toto corpore perfodiunt, inhumatamque corpus relinquunt. Idipſum quoque fecerunt deuotiſſimo Patri B. Stephano *Regnaco*: atque admirandæ ſinceritatis & Religionis Patri B. Iacobo *Lamberto*, Fratrum Nouitiorum, ac iuuenum Magiſtro. Agunt de eis Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. in ſacris Martyrib. huiuſce Ordin. ob Chriſti fidem, ſuo æuo, paſſis in Prouinc. Aquitaniæ. Item part. 3. In Conuentu Vaurenſi, qui eſt 2. Prouinciæ Aquitaniæ recentioris. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 60. Barezzus 4. part. ibid. lib. 4. cap. 33. Daça ibid. lib. 3. cap. 51. 58. Grauina, in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Fauſtinus Taſſo, Hiſtor. ſui tempor. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 364. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Elzearius lib. 3. cap. 10. Sacri Mont. Oliuet. Wadinghus tom. 1. Annal. ad ann. 1258. §. 18. Picquetus in Catalog. viror. Illuſtr. Franciſcan.

§. 2. *Beati Conradi, Epiſcopi.* [b]] Hic Venerabilis Chriſti ſeruus, patria erat Tubingenſis, profeſſione verò Franciſcanus Conſtantienſis: Lector extitit eximius, ac deindè Miniſter Prouincialis Prouinciæ Germaniæ ſuperioris: poſtea à Rodolpho Imperat. Nuntius miſſus ad Summum Pontificem Nicolaum 3. ann. 1278. data ſibi plenaria poteſtate, confirmauit Romæ, nomine Cæſaris, omnia iura Eccleſiæ Romanæ; quem idem Papa, anno ſequenti, laudabiliter in Eccleſiæ obſequium & emolumentum, ſuo munere functum, creauit Tullenſem Epiſcopum. Indè anno 1282, adfuit (vnà cum Henrico *de Iſena*, Epiſcopo Baſilienſi, Minorita) Capitulo Generali Argentinenſi, à Bonagratia, Miniſtro Generali coadunato. Herbipoli etiam, ann. 1287. Interfuit Epiſcoporum cœtui, quo exactionibus Beneficiorum per Legatum attentatis, ita ſtrenuè ſe oppoſuit, vt proptereà Romam euocatus ſit: & cùm læſæ maieſtatis inſimularetur, ſponte, Epiſcopatu ſe abdicauerit. Quare domum rediens, in itinere obijt ann. 1296. hac die. Decem & ſeptem annis propriam ſedem Epiſcopalem laudabiliter tenuit & rexit: quippe, cuius vita, non ſolum toti Ordini Seraphico, ſed & Chriſti fidelibus omnibus fuit laudabilis, imitabilis, vtilis, & mirabilis: ita vt poſt mortem, multa etiam miracula Dominus dicatur feciſſe per eum. Ita Franciſcus Guilliman. de Epiſcopis Argentinenſ. in Conrado 2. Waſſeburgius lib. 4. Antiq. Gall. Belgicæ, ſub Henrico de Grandiſono 62. Epiſcopo Virdunenſ. fol. 386. Item in Iacobo 63. Epiſcopo Virdunenſ. fol. 390. Nauclerus in Chronic. volumin. 2. generation. 43. & 44. Roſierus tom. 5. ſtemmat. Lotharing. cap. 77. Bzouius in Annalib. Eccleſ. ad ann. 1287. §. 4. Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1278. §. 13. & 14. ann. 1279. §. 28. ann. 1282. §. 1. & 1296. §. 6. ex Codic. MS. Fratrum Minor. Tullenſium. Claudius Roberti, In Gallia Chriſtiana, vbi de Epiſcop. Tullenſ. qui alium etiam Franciſcanum, Prouincialem Alemanniæ, *Probum*, nomine, huiuſce Eccleſiæ Epiſcopum conſtituit, ex teſtimonio Nicolai Coiffetelli lib. contra Myſterium iniquitatis pag 992. ſed ipſe Wadinghus comperit in Chronic. MSS. Saxonicis ad ann. 1280. errorem eſſe, atque ex vno Minorita Prouinciali, duos fieri: neque *Probum* tam nomen eſſe proprium 2. Epiſcopi, quam cognomen, ſeu Elogium B. Conradi: cui adſtipulantur Waſſeburgius ſup. & Democharez lib. 2. cap. 33.

Beati Simonis, Confeſſoris. [c]] A quibuſdam vocatur B. Simon *Aimonis*: ab alijs B. Simon *Armenius*, §. 3.
qui miracula viuens ac mortuus edidit; cuius corpus iacet Meſſanæ in Sicilia. Memoriam illius egerunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Siciliæ ſanctit. illuſtr. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 2. lib. 9. cap. 24. §. 1. ad annum 1362. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1222. §. 42. & tom. 4. ann. 1355. §. 4. Picquetus ſup. ex Mariano lib. 4. cap. 12.

Beati Petri à Colle, Confeſſoris. [d]] A *Colle*, ſeu à §. 4.
Colta, dictus eſt. Hic à Seraphico Patre D. Franciſco, in Tuſcia, vnà cum alijs habitum tertij Ordinis accepit: & in eo vir ſanctiſſimus euaſit. Memoratur à De Buſtis in Roſario Quadrageſimali, ſerm. 27. part. 2. Marco Vlyſſiponenſi part. 1. ſup. lib. 9. cap. 25. Item part. 2. lib. 1. cap. 50. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris ex tertio Ordin. Franciſcan. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Wadingho ſup. tom. 1. ad annum 1221. §. 16. 1242. §. 20. ex Mariano lib. 2. cap. 23. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Salazar. lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, capite 18. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beatæ Anonymæ, Virginis. [e]] Tractat de ea Gonza- §. 5.
ga 3. part. ſup. in Conuentu ſancti Hieronymi Caſſalienſi, qui eſt 8. Prouinc. Angelorum. *Aſſueuerat* (inquit) *Caſſalienſis quædam puella, ſub Patris poteſtate conſtituta, atque B. P. Franciſco deuotiſſima hauſtum ex dolio vinum ſingulis diebus huius loci fratribus (qui plerumque ſunt numero xx.) in eleemoſynam conferre: nec prius periculum ſenſit, quàm vas exhauriretur. Cùmque ſibi à Patre plus æquo auaritia dedito timere cœpiſſet, Beatiſſimum Franciſcum, vt ſibi adeſſe dignaretur, precibus interpellare non deſtitit, donec vino præfixis terminis ſe minimè continente, vas redundauerit. Quod tamen vt primùm Patri innotuit in cauſa extitit, vt ille dolium, vti erat, vino plenum Fratribus liberaliſſimè conferret, atque maiori poſtea deuotione, tum in eos, tum quoque in eorum Patrem Franciſcum ferretur: & vt puella Clariſſarum Ordinem ſpreto ſæculo ingreſſa, mirificè in omni virtute, charitate, obſeruantia atque ſanctitate profecerit.* Eadem aſſerit Barezzus ſup. lib. 3. cap. 47. ſub an. 1546.

Digitized by Google

VNDECIMO KALENDAS SEPTEMBRIS.

IN confinio Tartarorum Beati Dominici [a] Hungari Martyris: qui propter Chriſtum, à Tartaris, viuus excoriatus eſt & occiſus. In quadam inſula propè Cyprum, Paſſio Beatorum, [b] viginti quinque Fratrum Martyrum, quos Sultanus Ægypti, ob fidei noſtræ conſtantiam, trucidauit. Arimini, Natalis Beati Anonymi, [c] Martyris: qui ob defenſionem Catholicæ veritatis iugulum vltrò præbuit. Aſſiſij in Vmbria, Beati [d] Ægidij de Capotiis, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Feſſulis in Tuſcia, Beati [e] Franciſci à Florentia, Confeſſoris: vita & virtutibus conſpicui. Vrbini, Beati [f] Ioannis, Confeſſoris, Tertiarij: qui fructus dignos pœnitentiæ faciens, miraculis claruit. In Caſtella Beati [g] Petri à Turreionzillo, Confeſſoris. Alanquerij, in territorio Vlyſſiponenſi, Beatæ [h] Mariæ ab Aſſumptione, Virginis: quæ humilitate, paupertate, & charitate exornata: rerum etiam ſupernarum contemplationi maximè dedita erat.

AVGVSTI XXII.

§. 1. *Beati Dominici, Martyr.* [a]] Chronica Antiqua Ordinis, (cui aſſentit Wadinghus. tom. 3. Annal. Minor. ad Ann. 1334. §. 14.) ſcribit ann. 1334. hunc Chriſti Athletam, natione Hungarum, occiſum fuiſſe à Tartaris, pro fide Chriſti ſuſtinenda, & viuum decoriatum; qui in tormentis laudes decantabat Deo, quòd dignus ſit habitus, qui pro nomine Ieſu tormenta pateretur.

§. 2. *Beatorum Fratrum 25. Martyr.* [b]] Anno 1426. menſe Auguſto, Sultanus Ægypti, Cypri inſulam, quinquaginta tribus nauibus inuadit, capit, incendit, Regem abduxit captiuum, & hominum viginti millia. Ab inſula ſoluens; incidit in nauem Venetam, onerariam, quæ Hieroſolymitanos Venetos peregrinos, & Minoritas viginti quinque, vehebat. Poſt trium horarum pugnam miſerè quaſſatam, in ſuam poteſtatem redegit omnes, qui inerant, præter mulieres, trucidauit: Fratres ad fidei defectionem, quibus potuit modis, prouocauit. Sed dum flectere, non potuit, omnéſque flexis genibus, & ceruice, vitam potius quàm fidem mutare conſtanter aſſererent, variis modis in inſula vicina occidit, crematiſque corporibus, cineres in mare proiecit. Hæc ex Archiuo Hieroſolymitano & Wadingho. tom. v. ſup. ad ann. 1426. §. 9.

§. 3. *B. Anonymi, Martyr.* [c]] Vir pius erat & deuotus: quem Sigiſmundus de *Malateſtis*, Ariminenſium Regulus, cùm nimia ferretur zelotypia, trucidauit: quia ſacræ confeſſionis ſigillum aperire, & quæ pridiè ſub Sacramenti arcano, innocentiſſima coniux (cuius erat Confeſſarius) dixerat, noluit reuelare. Non immeritò hunc (poſt Wading. ſup. ad ann. 1431. §. 26.) inter Martyres numerauerim: *Multi enim* (*ait S. Auguſt. in Pſ.* 40.) *mortui ſunt, & martyres ſunt, quia peccata hominum dicebant, In eos, & eorum iniquitatibus reſiſtebant, & habentur inter Martyres. Quidquid namque pro teſtimonio veritatis, vel iuſtitia, homo pertulerit; Totum ei Dominus pro Martyrio computabit.* Martyrium quippe non facit ſola & immediata fidei proteſtatio: Nam, *Iuxtà D. Thomam.* 2. 2. *quæſt,* 124. *art.* v. *Omnium virtutum opera, ſecundum quod referuntur in Deum, ſunt quadam proteſtationes fidei, per quam nobis innoteſcit, quòd Deus huiuſmodi opera à nobis requirit, & nos pro his remunerat: & ſecundum hoc poſſunt eſſe cauſa Martyrij.*

Beati Ægidij de Capotiis, Confeſſ. [d]) Floruit ſanctitate circa an 1270. cuius corpus iacet Aſſiſij: prout atteſtantur B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. prouinc. ſancti Franciſci. Codex. M.S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1. hiſt. Seraph. wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1270. §. 27. Picquetus ſup. §. 4.

Beati Franciſci à Florentia, Confeſſ. [e]) Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 7. ipſumque reponit inter illos priores Patres, quos Regularis Obſeruantia genuit apud Conuentum Feſulanum, ſub ann. 1390. illumque puto eſſe quem cap. 6. vocat Franciſcum *Franceſchi.* wadinghus tom. 4. ad annum milleſimum trecenteſimum 84. §. 1. & ad ann. 1399. §. 65. Item. tom. v. ann. 1422. §. 4. 1432. §. 27. §. 5.

Beati Ioannis Tertiarij, Confeſſ. [f]) Vrbinas erat. Agit de eo idem Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 1. cap. 58. ad annum 1438. qui operibus pœnitentiæ iugiter intentus, pluribus miraculis à Domino meruit honorari: Vrbini mortuus eſt, & in Cœnobio Monialium de Ieſu ſepultus. De Buſtis. part. 2. Roſarij Quadrageſ. concion. 27. part. 2. wadinghus. tom. v. ſup. ad ann. 1425. §. 15. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordini. Franciſcan. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiarior. Marulus lib. 4. hiſtoriæ ſacræ. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationibus ſup. Regul. Tertiarior. fol. 38. Salazar. lib. 6. Chronic. prouinc. Caſtellæ. cap. 25. & 50. §. 6.

Beati Petri, Confeſſoris. [g]) Ingenti amore efferbuit in Deum, charitatiuus etiam plurimùm flagrauit in proximum, cunctis inſeruiens cum profundiſſima §. 7.

Digitized by Google

humilitate, ieiuniis, diſciplinis, vigiliis & orationibus vacabat, maximè in ſolemnitatibus Deiparæ Virginis, quam ſummè venerabatur. Vide Ioannem à ſancta Maria 2. part. chronic. prouinc. Sancti Ioſephi, lib. 4. cap. 7. ad an. 1590. quo claruit.

§. 8. *Beata Maria ab Aſſumptione, Virg.* [h]) Claruit apud Monaſterium Conceptionis B. Mariæ Virginis Alanquerij, circa ann. 1565. Humilis erat, & charitate flagrans; contemplationi vacabat, paupertatis amantiſſima extitit, ac tandem omni virtute fulgebat. Ita ſcribunt Gonzaga 3. part. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 4. prouinciæ Portugalliæ: cuius & vna ex Fundatricibus fuit. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 39. ad ann. 1568. Valerius de SS. Fœminis Ord. Minor. lib. 4. cap. 40.

DECIMO KALENDAS SEPTEMBRIS.

ZAcatecis, in India Occidua, Beati [a] Ioannis à Tapia, Martyris: qui à Paganis Indis Guachichillis interceptus in via, gladij occiſione Martyrij palmam promeruit. In India Orientali propè Zeilamicam Inſulam. Beati [b] Ioannis, Martyris: ab Indis Maluaribus ob Chriſti fidem trucidati. Interamnæ, Beati [c] Petri Podiani, Confeſſoris: vitæ perfectione, & ſignis admirandis ſpectabilis Bononiæ, Beati [d] Guidonis de Spathis, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, cunctos ad amariſſimam Chriſti paſſionem excitabat, & clarus miraculis deceſſit è vita. In Gallia, Beati [e] Ianini, Confeſſoris: qui pietate atque oratione extatica clarus, ſancto fine quieuit. In Latio, Beati [f] Nicolai Volſci, Confeſſoris: oratione, vitæ auſteritate, & corporis mortificatione inſignis. Camari in Sicilia, Beati [g] Antonij Æthiopis, Confeſſoris, Tertiarij, qui humilitate, & charitate, ac ingentibus miraculis emicuit. Romæ, Beati [h] Angeli de Paz, Confeſſoris: genere, doctrina, & ſanctitate illuſtris: qui dono patientiæ, ſcientiæ, & prophetiæ ſublimatus, creberrimis miraculis ante & poſt obitum, nunc vſque coruſcat. Fulginij in Vmbria, Beatæ [i] Felicis, Virginis.

AVGVSTI XXIII.

§. 1. B*Eati Ioannis à Tapia, Martyr.* [a]] Hic Religioſæ admodùm, & exemplaris vitæ, ſuæque Seraphicæ Profeſſionis obſeruantiſſimus fuit: feruenſque ſpiritu in conuerſione infidelium, cui ſolerter ac ſtrenuè operam dedit. Etenim, quandam Vallem de Guadiana, apud Zacatecas ingreſſus, & verbum Dei omnibus Indis prædicans, circa mille ad Catholicam fidem conuerſos baptizauit. Poſtea, Guadalfagiaram perrexit ciuitatem ann. 1556. vt à Superioribus operarios non paucos obtineret, quos in hanc meſſem ſecum adduceret. Quibus peractis, dùm ad priſtinum charitatis opus denuò rediret; in ipſo itinere, procul à Zacatecis milliaribus decem, à quibuſdam Barbaris Indis, *Guachichiles* appellatis, furioſè inuaſus, genuflexuſque crucifixi imaginem manu tenens, crudeliter interficitur; & cum martyrij palma, triumphans ad cœlos euolauit. Ita Toſſinianus libro ſecundo, hiſtor. Seraph. in fin. vbi de India. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libro duodecimo, capite vigeſimo ſecundo. Gonzaga part. 4. hiſtor. Origin. Seraph. Relig. in fin. prouinciæ S. Euangelij, vbi de Cuſtodia D. Franciſci Zacatecenſi: Item part. 1. in ſacris martyribus Minoritis, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis apud Indos Occidentales. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro tertio, capite 66. Daça ibidem, libro ſecundo, cap. 51. Grauina, infra. Hilarion à Coſta libro ſecundo, hiſtor. Catholic. pag. 366. Marianus libro tertio, Chronic. Minor. ſtrict. Obſeruant. Reformat. capite vigeſimo. Rapinæus hiſt. Gener. Origin. Recollector. Dec. 7. part. 2. §. 4.

§. 2. *Beati Ioannis, Martyris.* [b]] Clericus tantùm erat, & Minoribus initiatus Ordinibus: qui cùm obedientiæ facturus ſatis, ex Zeilamica Inſula Cochinum nauigio peteret, à Maluaribus captus, atque pro Chriſtiana confeſſione, in mari occiſus eſt. Agunt de eo, Gonzaga prima parte Origin. Seraph. Religion. in ſacris Martyribus huiuſce Ordin. ob Chriſti fidem, ſuo æuo paſſis apud Indos Orientales. Item part. 4. in prouinc. ſancti Thomæ, ſub fin. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro tertio, capite 71. ad annum 1559. Daça ibid. lib. 1. cap. 57. Grauina in, *voce Turturis*, part. 2. c. 24.

§. 3. *Beati Petri à Podio, Confeſſoris.* c] Ex nobili familia *Caſia* obortus erat: vitam ſanctiſſimam duxit, virtutibus admodùm renitens, compluraque miracula edidit. Teſtantur id B. Bartholomæus Piſanus libro primo Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. ſanctitat. illuſtr. prouinc. D. Franciſci. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. ſecunda parte Chronic. Minor. lib. 8. capite 33. parag. 2. ad annum milleſimum

Digitized by Google

mum trecenteſimum trigeſimum quartum. Gonzaga prima parte ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus libro primo, Hiſtor. Seraphic. Wadinghus tomo ſecundo Annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum ſeptuagſimum, parag. 27. & tom. 4. ad annum milleſimum trecenteſimum ſexageſimum quintum parag. 9. corrigendus Gonzaga ex vno Petro *Podiano* duos faciens. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 4. *Beati Guidonis de Spathis, Confeſſoris.* [d]] Magnus extitit prædicator Chriſti paſſionis: orationi erat addictiſſimus, ſummis virtutibus plurimùm exornatus, & præclaris miraculis, tum in vita, tum poſt mortem, illuſtriſſimus. Obiit ann. 1340. die 23. Auguſt. Agunt de eo Piſanus ſup. libro primo, fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Bononienſ. Gonzaga ſupr. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. & parte 2. in Monaſterio 6. Prouinc. Bononienſ. Toſſinianus & Picquetus ſupra. Quidam voluût tumulatum eſſe in ipſo Monaſterio Virginum: at Iulius Magnanus libr. illuſtſtrior. Patrum Ordin. Minor. Wadinghus tomo tertio Annal. Minor. ad annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum, parag. 13. 14. & 15. ipſum contendunt quieſcere in Eccleſia Conuentus D. Franciſci eiuſdem Vrbis Bononienſ. quorum rationes ita fortes ſunt & euidentes, vt animum omninò conuincant ad credendum.

§. 5. *Beati Ianini, Confeſſoris.* [e]] Habitum Ordinis ſuſcepit in Conuentu Dolenſi, Prouinc. Burgundiæ, virque fuit extaticus, Deo deuotus & ſanctus. Illius meminit Firmamentum trium Ordinum, in Memoriali Ordin. tract. 1. ſub 30. Miniſtro Generali. Foderetus in Inſtitutione ac progreſſu Ordin. Mino. pagin. 171. Hiſtor. Prouinc. Burgundiæ.

§. 6. *Beati Nicolai Volſci, Confeſſoris.* [f]] Religionem Seraphicam ingreſſus, ſtatum Fratrum Laicorum elegit: magno ſpiritus feruore erat præditus, in oratione feruidus, vitæ auſteritate plenus, paupertatis Euangelicæ amantiſſimus, & corporis mortificationi addictiſſimus, carnem ſpiritui ſubijciebat: qui tandem annum ſeptuageſimum agens, clarus meritis, in pace quieuit. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. parte ſupra, libro ſeptimo, capite quadrageſimo primo, ſub anno 1500.

§. 7. *Beati Antonij Æthiopis, Confeſſoris.* [g]] Mortem oppetiit in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu, non procul à Camaro Siciliæ oppido: prout ſcribit Gonzaga part. 2. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 6. Prouinc. Siciliæ: hiſce verbis *F. Antonius Æthiops, Tertiarius, ac ſupra modum humillimus, charitateque praditus, qui Fratribus hîc degentibus, plurimis annis fideliſſimè inſeruiuit: cuique octiduo, antequam carnis ergaſtulo ſolueretur, Angelus Cuſtos obitus diem praenuntiauit: & ad vltimum vſque vita inſtans adſtitit: atque tantam gratiam Deus Opt. Max. contulit, vt plura miracula mortuus ediderit.* Eadem refert Barezzus ſup. libro quarto, capite 26. ad an. 1561. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1428. §. 7.

§. 8. *Beati Angeli à Paſſu, Confeſſoris.* [h]] Hic ſeruus Dei B. Angelus à Paſſu, vulgò *del Paz*, ſeu *de Pace*: Perpinianenſis natione, ex piis illuſtribuſque parentibus originem duxit anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo. Ab incunabulis, virtuti, & pietati, ac caſtimoniæ operam dedit, litteras etiam optimè callebat; Perpiniani habitum Seraphic. Religionis ſuſcepit de manu R. P. Rabaſſæi: factus Frater Minor tantum ſtuduit vitæ perfectioni, vt omnibus cunctarum cerneretur, putareturque ſpecimen virtutum. A ſuperioribus Complutum miſſus, doctiſſimus Theologus, eximiuſque concionator euaſit; mox Guardianatus officium pluries exercuit: & ſanctam paupertatem animo reuoluens, perfectiſſimè eam dilexit vilibus, ac pauperibus ſemper indutus veſtibus.

Itaque ſtrictioris vitæ deſiderio accenſus, inter Patres Recollectos tranſiit, à quibus paulò poſt, ob eminentem ſanctitatem, Cuſtos electus, Lutetiam Pariſiorum perrexit ad Capitulum Generale, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono: inde à Prouinciis Valentiæ & Arragoniæ Miniſter Prouincialis inſtitutus, plura, grauiaque pro Reformatione pertulit incommoda. Nam ex Hiſpania coactus eſt Italiam petere, Romam adire, Genuamque reuerti: vbi duobus annis & amplius prædicauit, non ſine animarum ingenti fructu. Inde ſoluit in Siciliam, ac tandem anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto, à Sixto V. Summo Pontifice, Romam euocatus, benignè ſuſcipitur: illicque commorari iubetur apud Conuentum ſancti Petri in Monte Aureo. Tunc cœpit multis, admirandiſque pollere virtutibus, humilitatem ſummè affectans: nec ſcientia eum inflabat, nec reuelationes, ac viſiones illum extollebant. Quid dicam de ipſius vitę auſteritate? ſæpius in nuda humo dormiebat, cilicium ad carnem deferebat, tribus tantum horis ſomnum in tota nocte capiebat: paupertatis amantiſſimus erat, obedientia & caſtitate excellebat, Regularem Obſeruantiam, Monaſticamque diſciplinam aſſiduè exquirebat, ſilentium & ſolitudinem exoptabat, ſingulari ciborum parſimonia ſeſe reficiebat, ſæpè in pane & aqua ieiunabat: maxima honeſtate, modeſtia, & affabilitate præditus erat. Charitate in proximos, Maximè, infirmos, pauperes, & afflictos abundabat. Orationi iugiter vacabat, inſigni pietate, Diuinum officium recitabat, Miſſam celebrabat, ſanctos inuocabat Angelos, præcipuè verò ſacratiſſimam Deiparam, Virginem Mariam, ſummo affectu Deum ſuper omnia diligebat: quem in Auguſtiſſima Euchariſtia, tota animi contentione adorabat, cupiebatque vt fideles, peculiari deuotione, erga illud diuiniſſimum Sacramentum afficerentur.

Quid plura? Donis ampliſſimis diuinitùs fuit §. 10. exornatus: veluti, ſcientiæ, prophetiæ, curationum, miraculorum, & cæt. Sed ſanctiſſimè obiit Romæ, die Veneris, hora nona ſerotina 23. Auguſti, non ſine ingenti concurſu populi Romani: ſepultus eſt in magnificentiſſimo tumulo marmoreo apud ſanctum Petrum, in monte Aureo, vbi nunc vſque crebris miraculis coruſcat: ob quæ proceſſus fit authoritate Apoſtolica, pro illius Canonizatione: vti conſtat Neapoli ex Typographia Ioannis Dominici Roncalioli, anno milleſimo ſexageſimo vigeſimo ſexto. Apponere haud pigebit hoc in loco, quæ pro Epitaphio exarata ſunt verba.

Sic orans Domino placuit, Sic ſecula iuuit.

Et paulò inferiùs

Conditur hâc ingens meritis Pater Angelus vrnâ,
Hiſpanus patria Relligione minor.

Obijt R. P. F. Angelus del Paz, Perpinienſis Anno Domini 1596. die 23. Auguſti.

Vita, geſta, atque miracula, & opuſcula, recenſentur à Fratre Bonifacio Bonibelli, ipſius viri ſancti ſocio: Barezzo 4 parte ſupra, libro 10. cap. 6. & 17. vſque ad 55. Daça ſupra libro quarto, capite 30. & 31. Poſſeuino in Apparatu ſacro. Galterio in Tabula Chronolog. ſæcul. 16. in ſanctis & illuſtrib. viris, Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Rapinæo in Hiſtoria General. Origin. Recollector. Decad. 9. part. 1. paragr. 4. 7. 8. &c. & part. 3. Wadingho in præfat. ad Opuſcula D. Franciſci. Item ibid. tom. 1. Annotat. 14. pagin. 82. in verba ſacræ admonitionis D. Franciſc. ad omnes Fratres: & tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1214. §. 32. Item tom. 6. ad annum 1472. §. 82. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Mariano lib. 5. cap. 17. &c. de Balinghen. in Appendic. ad Calendarium Virg. Mariæ hac die.

§. 11. Porro, ad pedes ipſius imaginis depictæ, & in Eccleſia affixæ, hæc ſcribuntur carmina.

Angele, flos hominum, telluris ſydus Ibera,
Et Franciſcanæ gloria magna domus:
Incola nunc Cæli es, quò te pius euocat ardor,
Sectaris vitæ dùm melioris iter:
Nam Chriſti meditare Crucem, duroſque labores,
Inque illis ſemper mens tua fixa fuit.
Inde tibi ſacræ doctrinæ haurire liquores
Mos erat, & totus dùm pietate mades.
Quæ ſtupet hæc ætas, ſeri ſtupeantque Nepotes,
Ætherei ſcribis flaminis auctus ope,
Indè petis radios, quorum fulgore micanti
Mens tua ſplendeſcens quæque futura videt.
Indè tibi licuit ſæuos depellere morbos:
Quos contra Medicæ non valuere manus.
Ad tua traxiſti totam miracula Romam;
Quæ nunc vota tibi ſupplice mente facit.
Dexter ades, faueaſque lubens: te Patris amorē
Æterni nobis conciliare decet.

Beatæ Fœlicis Virg. [i]] E familia *Onuphriorum* apud Fulginium notiſſima, erat progenita: quæ ſingulari cum obſeruantia & ſanctitatis fama, vixit, ac obiit circa ann. 1470. in Monaſterio S. Annæ Fulginij, quod eſt 10. Prouinciæ S. Franciſci. Vide Iacobillum de Sanctis Fulginatib. in vita B. Angelinæ Corbaræ, 14. Iulij. §. 12.

NONO KALENDAS SEPTEMBRIS.

INſulæ in Territorio Lingonenſi, Beatorum [a] Martyrum Franciſci Parrodi, & Claudij Moncareti: qui ab hæreticis intercepti immaniſſimo crudelitatis genere triumpharunt. Nam à vertice capitis ad dorſum vſque ſecuri percuſſi & diſſecti ſunt, pendentibus interim ex vtroque latere ceruicibus, ac dorſo, naribus, auribus, atque manibus truncatis: conſtantes in fide Catholica, ſic laniati, pro Chriſti nomine, dimicarunt. Hieroſolymis, Beati [b] Anonymi, Martyris: qui aliquando lapſus, ſed facti pœnitens, Chriſtum ſtrenuè prædicauit, pro quo à Turcis iugulatus eſt, & martyrij palmam accepit. Taruiſij, Beati [c] Galterij eiuſdem vrbis Epiſcopi: vita & miraculis clari. In Italia, Beati [d] Lucij, Confeſſoris: qui primus Tertiarij habitum à Seraphico Patre ſancto Franciſco ſumpſit, & virtutibus ſigniſque admirandis emicuit. Athi in Hannonia, Beati [e] Ioannis Mahuberti, Confeſſoris: qui primus Generalis Vicarius totius Familiæ Obſeruantinæ Ciſmontanæ exiſtens, Religione, ac vitæ ſanctitate floruit. Tribuli propè Valle-Oletanum, in Territorio Palentino, Beati [f] Bernardini ab Areuallo, Confeſſoris, & Concionatoris diſertiſſimi: qui doctrina ac pietate pollens, ſæpè Guardianatus atque Prouincialatus munere, maxima cum laude functus eſt; tum ſingulari abſtinentia & humilitate, patientia, & charitate exornatus, migrauit in cœlum. Villæ-Comitis in Territorio Bracarenſi, Beatæ [g] Mariæ à Sepulchro, Virginis.

AVGVSTI XXIV.

§. 1. BEatorum *Franciſci Parrodi, & Claudij, Mart.* [a]] Nondum hæretici Catholico ſanguine ſatiati erant: cùm in Franciſcanos Patres nimio furore exarſerunt. Siquidem anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, pij Patres Franciſcus *Parrodi*, & Claudius *Mocardet*, per Pagos circumuicinos, hoſtiatim ſecundum regulam, vitæ neceſſaria depoſcentes, ab hæreticis intercepti; poſt varia tormenta, narium, aurium, manuumque detruncationem, tandem capitibus & ceruicibus ad ſpinam vſque bifidis atque diſſectis, ouantes hanc vitam in meliorem commutarunt. Hæc ex Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. in ſacris Martyribus huiuſce Ordin. ob Chriſti fidem ſuo æuo, paſſis in Prouinc. ſancti Bonauenturæ.

Item

Digitized by Google

Item 3. part. in Conuentu ſancti Franciſci Inſulano, qui eſt 15. iuſdem Prouinc. Daça parte 4. Chronic. Minor. libro 3. capite 51. Fernando libro tertio, Hiſtor. Eccleſ. capite 19. Grauina *in voce Turturis*, parte ſecunda, cap. 24. Vvadingho tom. 6. ſup. anno 1471. §. 31.

§. 2. *Beati Anonymi, Martyris.* [b]] Huius Elogium idem illuſtriſſimus Gonzaga deſcribit part. 1. ſupra in Martyribus Minoritis Terræ Sanctæ. *Fuit* præterea & alius *quidam Ordinis noſtri Frater Laicus, qui poſtquam per humanam fragilitatem & Turcarum timorem, fidem abnegaſſet, tandem in ſe reuerſus, & à Patre Guardiano Hieroſolymitano, accepta benedictione, in Templo Salomonis, coram innumera Turcarum & Maurorum caterua, Chriſtum liberè prædicans ad martyrij palmam peruenit.* Sic & Marianus lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformator. cap. 21. in Appendice.

§. 3. *Beati Galterij, Epiſcopi.* [c]] Vitio librariorum, huius ſancti Præſulis Diœceſis mendosè deſignatur. Barezzus 4. parte Chronic. Minor. libro 3. capite 19. vocat ipſum *Treuirenſem* Epiſcopum: Marcus verò Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. libro nono, capite 25. *Tremiſenſem* Antiſtitem dicit: At Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga 1. part. ſupra, in BB. viris Tertij Ordin. Minor. ſcribunt eum fuiſſe *Taruiſinum* Epiſcopum; De Sillis in capite 1. Regul. Tertiar. Ioannes de Torres, infra. Firmamentum trium Ordin. part. 2. ſub initium. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1242. §. 21. ex Mariano libro 2. capite 23. *Treuiſium* eum appellant Præſulẽ & Marolus lib. 4. Hiſt. ſacrar. Relig. *Treuiſanũ* facit: quod in idem reincidit. Nam Taruiſium, vocatur Italicè, *Treuiſi* & *Treuiſo*. De Buſtis part. 2. Roſarij Quadrageſ. ſerm. 2. part. 2. Salazar. lib. 6 Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 30. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 4. *Beati Lucij, Confeſſ.* [d]] Primus fuit inter Pœnitentes Tertiarios à Seraphico Patre D. Franciſco, receptus, habituque indutus. Ita habent Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. ſupra, lib. 9. capit. 1. & 25. Gonzaga 1. part. ſupra, in BB. viris Tertij Ordin. Minor. Sanctus Antoninus 3. part. Hiſtor. Titul. 24. capite 7. §. 3. hiſce verbis. *Anno Domini 1221. Beatus Franciſcus inſtituit Tertium Ordinem, qui dicitur Pœnitentium: propter illos, qui matrimonio iuncti ſunt, facere pœnitentiam flagitabant: quorum primus fuit quidam ſanctus homo, dictus Lucius.* Ita autem virtutibus fulſit, vt & miraculis claruerit. Toſſinianus ſup. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertij Ordin. Minor. Marulus libro quarto, Hiſtoriæ ſacræ. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationibus ſupra Regul. Tertiarior. pagin. 2. folio trigeſimo ſexto, de Buſtis ſupra.

Beati Ioannis, Confeſſoris. [e]] Ex Minorum Fratrum Speculo, tract. 1. & Firmamento Trium Ordidum, part. 1. in Memoriali Ordinis Franciſcani, vbi de Generalibus Miniſtris. Marco Vlyſſiponenſi 3. parte, ſupra libro 1. capite 62. & libro ſecundo capite 26. Gonzaga ſupra, vbi de 2. Capitulo Generaliſſimo Ordin. Minor. & in ſerie Ciſmontanorum Generalium Vicariorum Obſeruantium: itemque part. 3. in Conuentu Athienſi, qui eſt 8, Prouinciæ Flandr. Toſſiniano ſupra, libro ſecundo. Fodereto in Hiſtoria Prouinciæ Burgundię, vbi de Inſtitutione ac progreſſu Ordinis Minor. pag. 171. & in Deſcriptione Conuentus Dolenſis, pag. 659. Vvadingho tom. 5. ſupra, ad annum mileſimum quadringenteſimum quadrageſimum tertium, §. 4. 5. & 7. ann. 1444. §. 58. 1445. paragrapho 5. & 24. anno. 1446. paragrapho 6. 7. 8. & 20. an. 1448. §. 22. 1450. §. 10. ac tomo ſexto ad an. 1451. §. 48. & ſequenti, liquidò conſtat hunc B. Patrem Ioannem *Maubertum*, ſeu *Mahubertum*, primum Ciſmontanæ Obſeruantis Familiæ Generalem Vicarium, ſiue potius Commiſſarium egiſſe, ex Generalis Miniſtri Reuerendiſ. Patris Antonij de Ruſconibus inſtitutione, mandato tamen Eugenij IV. Summi Pontificis, anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, apud Patauiũ. Qui cùm ex munere per quadriennum fideliſſimè functus eſſet; in primo Generali Capitulo, à Patribus Ciſmontanis Obſeruantibus ſub ipſomet Præſide, Audomaropoli, quæ Gallliæ Belgicæ ciuitas eſt, anno milleſimo quadringenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, in die Natiuitatis Virginis Mariæ, ex Eugenianæ Bullæ authoritate celebrato, omnium Patrum, quorum intererat, ſuffragio, in primum eorum Generalem Vicarium canonicè electus eſt; gubernauitque ann. 3. quibus expletis obiit non ſine opinione ſanctitatis ann. 1450. Athi, apud Conuentum Sanctorum Apoſtolorum Petri & pauli: in cuius Eccleſia iacet corpus eius, in medio Chori, vbi canitur Epiſtola. Illicque, Raiſſa in Auctario ad Natales Sanctor. Belgij hac die, hocce Epitaphium aliquando conſpexit.

Hic iacet ſacræ Regularis Obſeruantiæ Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor & amator præcipuus, Frater Ioannes Pieroche, alias de Mauberto, qui per multa temporum curricula extitit Fratrum nuncupatorum vulgariter de Obſeruantia, in pluribus partibus & prouinciis Director & Vicarius; ſuæ vitæ diem complens 24. Auguſti, Anno Domino 1450.

Beati Bernardini, Confeſſoris. [f]] Vir Religoſiſſimus, atque de omni virtute optimè meritus, extitit: deuotione & litteris maximè refertus, concionator præcipuus, ac ſingulari facundia exornatus: qui omnes ferè, tum Scholaſticos, tum poſitiuos Scriptores, quàm diligentiſſimè legit, nulliſque feſtiuis, aut diebus Quadrageſimalibus per triginta continuos annos, eoque amplius, à ſacris concionibus vacauit, licet ſæpius Guardianatus ac Prouincialatus munus exerceret. Præterea ſingularem quandam abſtinentiam cum feruentiſſima oratione, profundiſſima humilitate, incredibili patientia, altiſſima paupertate, atque ardentiſſima charitate copulauit. Eius fama virtutum illectus Carolus V. Imperator. Toletanum Archiepiſcopatum illi obtulit, quem Dei ſeruus mira conſtantia recuſauit. Demùm, laboribus potius quàm ſenio confectus, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, ætatis vero ſuæ 61. vniuerſo Valle-Oletano oppido collachrymante, in Conuentu eiuſdẽ loci, ex contracta pleuritide, diem obiit extremũ, ac ſepultus eſt, feria ſexta, in feſto ſancti Bartholomæi Apoſtoli. In cuius funere accidit, vt Fratribus in Refectorio agentibus, ſæculares effractis Eccleſiæ cancellis, effoſſa terra, eius corpus exhumauerint, deuotionis ergo deoſculati fuerint, atque tandem habitum, quo indutus erat, in fruſta conſciderint. Vide Gonzagam, part. 3. ſupra, in hoc Conuentu Beatæ Mariæ de Scala cœli, Tribuli, vulgò, *del Abroio*, qui eſt 16. Prouinciæ Conceptionis. Toſſinianum §. 6.

Digitized by Google

lib. 1. ſupra, Manipulum Fratrum Minor. in capite 3. Regul. Franciſc. Marietam lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 31. Barezzum part. 4. Chron. Minor. libro 3. cap. 73. Daçam ibidem libro 3. capite 46. & 47. Rapinæum in Hiſtoria General. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 5. Wadinghum tom. 5. ſup. ann. 1415. §. 28.

§. 7. *B. Mariæ à Sepulchro, Virg.* [g]] Inter eas Religioſas, quæ in Monaſterio ſanctæ Claræ Villæ-Comitis, maxima cum ſanctitatis fama, in Domino obdormiere: hæc principatum obtinet: cuius vita atque mores mirabiles omninò fuere. Memoratur à Gonzaga 3. parte, ſupra, in eo Monaſterio, quod eſt 14. Prouinc. Portugall. Barezzo ſup. lib. 4. cap. 40. ad ann. 1566. Vvadingho tom. 3. ad ann. 1318. §. 46. Valerio de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 41.

OCTAVO KALENDAS SEPTEMBRIS.

LVtetiæ Pariſiorum, Sancti [a] Ludouici, Confeſſoris, Regis Francorum, Tertij Ordinis Minorum; quem vitæ ſanctitate, ac miraculorum gloria illuſtrem, Bonifacius Octauus Papa, in Sanctorum numerum retulit. Apud Facum in Iaponio, Paſſio Beatorum [b] Martyrum, Ludouici Sotelli, qui Regio ſanguine clarus, & Commiſſarius in Iapponio exiſtens; poſt multos pro Euangelio hiſce in Regionibus diſſeminando exantlatos labores, tandem vnà cum ſociis, ignis combuſtione, martyrij palmam glorioſè eſt aſſequutus. In Latio, Beati [c] Sancti de Parma, Confeſſoris: ingentis perfectionis viri. Mutinæ, Beati [d] Gerardi, Confeſſoris: verbo prædicationis, & virtutibus atque ſignis admirandis conſpicui. Toleti, Beati [e] Martini Ruizij, Confeſſoris: miraculis clari. In India Orientali, Beati [f] Ioannis Numantini, Confeſſoris: vitæ ſanctimonia ſpectabilis. Abulæ, Beati [g] Petri à Fonte, Confeſſoris: virtute orationis & contemplationis celebris. Fulginij in Vmbria, Beatæ [h] Franciſcæ ab Andræa, Virginis; quæ diuinis chariſmatibus impinguata, Chriſto ſponſo iugiter adhæſit, fœliciterque congaudet. Florentiæ, Beatæ [i] Catharinæ de Pazzis, Virginis.

AVGVSTI XXV.

§. 1. S*ancti Ludouici Reg. Franc.* [a]] Sanctiſſimos habuit progenitores, videlicet D. Ludouicum VIII. Franciæ Regem, & B. Blancham, Caſtellæ Reginam. Naſcitur autem apud Piſciacum ann. 1215. menſis Aprilis, die 25. feſto S. Marci Euangeliſtæ: teſte Ianuillæo, Laſſerpo, Gaufrido de Bello-loco, capit. 33. &c. in vit. S. Ludouic. Reg. Tillio in ſuis Memorial. ſub Ludouico VIII. Belforeſtio lib. 4. Maior. Annal. Franc. cap. 1. Theueto tom. 2. Coſmograph. lib. 15. cap. 16. Matthæo libro 1. Hiſtor. Sancti Ludouici. Doubleto lib. 4. Hiſtor. Abbat. S. Dionyſij. Auberto lib. 3. Dupleix tom. 3. & aliis; in Ludouico IX. Reg. Franc. Fauyno lib. 3. Theatri honoris & militiæ, pagin. 582. Item lib. 5. Hiſto. Nauarr. ſub Sancio 21. Rege. & lib. 6. ſub Theobaldo Reg. Roulliardo cap. 1. & 2. vitæ. Beatæ Iſabellæ à Francia, Virginis: contra Wadinghum tom. 1. Annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum duodecimum, paragrapho quinquageſimo nono, natum eo anno. 1212. ſcribentem.

§. 2. Cœlitùs autem parentibus datus eſt, meritis ſanctiſſimæ Deiparæ, cuius interceſſionem ſummis precibus efflagitarant, opera D. Dominici: qui in Gallias veniens, piiſſimæ Reginæ Blanchæ perſuaſit, vt ea in re, Virginis Genitricis Dei Mariæ patrocinium obnixè ſibi conciliaret; Roſariumque eiuſmodi Matris Chriſti ſæpè recitaret: necnon myſteria illius ſacra, deuotè meditando pertractaret. Razius in Hortulo, Exemplor. de B. Virgin. Exempl. 26. Poireus de Triplici Corona Virg. tract. 3. cap 6. §. 1. num. 5. Appendix ad Magnum Speculum Exemplor. litter. *Roſarium Virginis.* Exempl. 115. Brandius de Geſtis ſummor. Pontif. in Bonifacio VIII. Pap. Ribadeneira tom. 2. Flor. Sanctor. in vit. ſancti Dominici. Bzouius tom. 13. Annal. Baron. ſub ann. 1213. numer. 10. D'Auraulius tom. 4. Catechiſ. Hiſtor. capite 2. Titul. 45. Exempl. 4. Ex Alano Rupenſi lib. de Roſario: & Ferdinando à Caſtello part. 1. Chronic. Ordin. Præd. lib. 1. cap. 7. Marietta lib. 19. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 18. Gononus In Chronico SS. Deipar. ſæcul. 12. ad ann. 1226. Balinghen. in Calendario Virg. Mariæ hac die. Griſius de Clericis Regularib. ſection. 14. §. 61. Multum etiam ad id contulit feruens oratio Beati Theobaldi, Abbatis Vallium Cernaij Ordin. Ciſter. cienſ. in territorio Pariſienſi: qua de re Menardus lib. 2. Obſeruat. ad Martyrolog. Benedict. 8. Iulij, in vita illius.

Beato Ludouico VIII. Rege patre eius mortuo, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto, ſexto Idus Nouembris, infra Octauas Omnium Sanctorum: Regni ſucceſſor agnoſcitur, & Rhemis oleo ſacræ Ampullæ inunctus, à Iacobo de *Caſtello*, Sueſſionenſi 61. Epiſcopo, Rex protinùs coronatur, proclamaturque: & tunc Eques factus eſt de manu Matthæi 1. à *Mommorentio* Franciæ Conneſtabili. De Rubis lib. 3. Hiſtor. Lugdunenſ cap. 36. Illicque Equeſtris Ordinis *de Stella*, Torquem aureum ſumpſit. Fauynus ſupra, in eo Ordine pagin. 569. Ea autem Regia inauguratio accidit anno duodecimo ætatis ſuæ nondum completo (ipſe enim ſanctus puer Ludouicus annorum erat ſolummodò 11. menſ. 7. die 15.) Chriſti verò anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto, Ita ſcribunt Ionuillæus ſupra, Philippus Mouſkes in Hiſtor. Franciæ Manuſcrip. Rithmica. §. 3.

Guyardus

Digitized by Google

Guyardus M. S. in ſtirpe Regiar. Sobol. Nangius, Gaguinus, Æmylius, Tillius, Belforeſtius, Hallianus, Aubertus Charonus, Dupleix: alijque in Chronic. Annalib. & Hiſtor. Franc. ſub Ludouico IX. Rege. Chronicô Rothomagenſ. Ms. ad ann. 1226. Pariſius de Geſtis Anglor. ſub Henrico III. ann. 1226. Meyerus, Laziardus lib. 2. Epitom. Hiſtor. Vniuerſal. cap. 229. Bucherus in Chronolog. ad Epiſcop. Leodienſ. Coluenerius in Serie Archiepiſcopor. Rhemenſ. ad Flodoardum. Walſingham in Ypodigmate Neuſtriæ, ad ann. 1226. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano 25. Aug. Caluiſius in Chronolog. Chenu, & Gallia Chriſtiana, in Serie Archiep. Rhemenſ. Bzouius eo anno ſup. Spondanus in Auctario Chronolog Baronij, Galterius in Tabula Chronolgraph. ſæcul. 13. Vignierus in Bibliotheca Hiſtor. P. Matthæus pag. 17. Fauynus & Doubletus ſup. Quercetanus lib. 3. Hiſtor. Genealog. Montmorent. cap. 1. Theuetus ſup. Renatus Benedictus, Gazetus, & alij in vita S. Ludouici Reg. Qua de re corrigendus noſter Wadinghus ſup. ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum ſextum, in fin. poſt Treuethum in Annalib. Anglor. ann. 1226.

§. 4. Quantùm verò ad diem, referunt in Dominicam primam Aduentus. Vincentius Beluacenſ. lib. 31. Specul. Hiſtor. cap. 129. Ionuillæus, Laſſereus, Quercetanus, Bzouius, ſup. Paradinus lib. 2. Annal. Burgund. &c. quæ quidem prima Dominica, erat triceſima dies menſis Nouembris; qua fit feſtum ſancti Andreæ Apoſtoli: vti placet Pariſio, Mouskes. M. S. Flandro Annaliſtæ capite trigeſimo nono, Belforeſtio, ſup. &c.

§. 5. Illud ſingulare haud pigebit adferre, in commendationem ſancti Ludouici Regis: nam cùm pia eius mater. frequentibus monitis ſtimularet ad virtutem capeſſendam, crebrò illud ei verbum inculcabat: ***Mallem, fili chariſſime, te mortem ſubire temporalem, quàm quòd vnico peccato mortali tuum offenderes creatorem.*** Quod piæ matris verbum vſque adeò alto infixit animo filius optimus, vt præſeruante illum gratia diuina, per totum vitæ ſuæ curriculum; ne vllum quidem mortiferi criminis contagium contraxiſſe dicatur. Atteſtantur Ionuillæus, Laſſereus, Villegas, Surius, Lippelous, Renatus Benedictus. Ribadeneira, Doubletus, Sarceus, &c. in vita ſancti Ludouici Reg. Borbonicum M. S. ſancti Ludouic. Breuiarium vetus Romanum: ac Cathalaunenſe in feſto S. Ludouic. De Voragine cap. 181. Hiſtor. Lombardicæ. Petrus de Natalibus in Catalog. Sanctor. lib. 7. cap. 115. ſanctus Antonin. 3. part. Chronic. Titul. 19. cap. 9. & part. 3. ſummæ Theologic. titul. 2. cap. 5. §. 1. Nicolaus Dionyſius, Pepinus, Clicthouæus, Gerſon, Ignatius le Gault, & alij, in Concion. de S. Ludouico. Reg. Bromiardus part. 1. ſummæ Prædicant: cap. 3. numer. 10. Villeta in Annal. Eccleſ. ſæcul. 13. pag. 761. Boſius lib. 8. de Signis Eccleſ. Signo. 32. cap. 6. prop. fin. Galterius, Matthæus, Dupleix. ſup. & alij non pauci, poſt Gaufridum de Bello-loco, cap. 4. & 5. vitæ eius. De Buſtis, in Mariali ſerm. 4. de Conception. Virg. part. 2. in fin.

§. 6. Id omnibus perſpicuum reor eundem S. Ludouicum, cùm tenellam adhuc ageret ætatem, patre orbatum, Blanchæ matris ſuæ tutelæ relictum fuiſſe; quod conſtat, tum ex præfatis Authoribus, tum ex Tillio in ſuis Memorial. titul. de Inauguration. & coronation. Regum ac Regin. Franc. Item Titul. de Ordine ſeſſionis Baronum, Parium, ac Maior. Officiarior. Regni Franc. Sanmarthanis hiſt. Genealog. Franc. ſub Ludouico VIII. & IX. Reg. L'Alloueta, lib. 1. cap. 3. & lib. 3. cap. 1. Hiſtor. Conciacæ.

§. 7. Itaque Regina Blancha, filium non indulgenter, ſed in Domino diligens: voluit, non minùs virtutis, quàm paterni Regni hæredem relinquere. Et quia exploratum habuit, pinguibus aruis adhibendos eſſe induſtrios cultores, qui aſſidua opera ſulcis fructifera ſemina mandent; Religioſos viros, Ordinis præcipuè Minorum & Prædicatorum, delegit morum filij ſui magiſtros. Ipſe verò fertilium naturam imitatus agrorum; & longè plus referens, quàm acceperit, ita eorum diſciplina educatus euaſit; vt vitæ ſanctimoniam à puero amplexus, eam ſtudioſiſſimè ſemper ſeruauerit. Vide Breuiarium vetus Romanum, & Catalaunenſe: De Voragine: De Natalibus: Borbonicum Manuſcriptum, cap. 2. Sanctum Antoninum, Gaguinum, Pepinum, Clicthouæum, Matthæum, Ribadeneiram, Bzouium, anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto, numer. 18. ſup. Viualdum tract. de Laudib. trium Lilior. quæſt. 3. ratione 1. Philippum de Vigneulla part. 2. Chronic. M. S. Metenſ. ſub Ioanne 61. Epiſcopo fol 275. Bouchetum part. 4. Annal. Aquitan. cap. 1. Turquetum in Hiſtor. Hiſpaniæ, vbi de Mauris, ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum ſeptimum.

§. 8. Cùm iam ſanctus Ludouicus ætate adoleſceret, de futura vxore ducenda, Regina Blancha ſermonem fecit: pro quo negotio Gualtherius *Cornutus*, Archiepiſcopus 73. Senonenſ. vnà cum Ioanne *Nelleo*, Equite torquato, ad Raymundum Berengarium prouinciæ Phocenſis Comitem, anno 1231. delegatus eſt, vt Margaritam filiam primogenitam Ludouico Regi deſponderet. Rebus fœlix euentus ſucceſſit, ſponſalia peracta ſunt: & Summus Pontifex Gregorius IX. anno 1233. diſpenſauit ſuper gradu 4. conſanguinitatis, per ſuam Epiſtolam, quæ eſt 441. ſub Datum Laterani 4. nonas Ianuarij, apud Bzouium anno 1233. numer. 18. & Matthæum pag. 54. ſup. Indèque Senonas ductam Margaritam, idem Archipræſul Regi Ludouico matrimonio iunxit, & Reginam coronauit: ſumma totiùs Regni gratulatione, die Dominica infra Octauas Aſcenſionis Chriſti, anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto. Qua de re Ionuillæus, Vincentius Beluacenſis capite 137. Nangius, Mouskes, Guyardus, Borboniacum cap. 6. ac Nauarricum, MSS. Mare Hiſtoriar. Bouchetus, Funcius in Chronolog. anno 1234. Pariſius anno 1236. Guaguinus, Maſſonus, Æmylius, Tillius, Nicolaus Gillius, Belforeſtius cap. 5. Freſſeus in eo Rege, Theuetus ſup. lib. 15. cap. 16. & tom. 2. viror. Illuſtrium cap. 4. Hallianus, Aubertus, Verdierus, Matthæus, Charronus, Dupleix, De Voragine, Surius, Laſſereus, Renatus Benedictus, Villegas, Ribadeneira, Lipelous, Haræus, Trugillo, &c. in vit. S. Ludouici Reg. Vigneulla, Fauinus, ſanctus Antonin. cap. 9. §. 4. ſup. Tauellus in Archiepiſcop. Senonenſ. Gallia Chriſtiana ibid. ſub Galthero Cornuto. Noſtradamus part. 2. Hiſtor. Prouinciæ ſub Comite Raymundo vltimo. Spondanus ad annum milleſimum ducenteſimum trigeſimum quartum.

§. 9. Ab ineunte ætate caſtiſſimus fuit Sanctus Ludouicus, matrimonio autem iunctus, non continuò ventri & libidini indulſit: ſed tribus diebus ac noctibus orationi inſtanter vacauit, antequam lectum nuptialem aſcenderet: teſte ipſa Regina Margareta, ſancti Regis vxore, apud Laſſereum, ſup. Cuius verò fuerit caſtimoniæ, toto tempore vitæ ſuæ, liquidò patet

Digitized by Google

ex Gaufrido capite vndecimo. Pepino, Clićhouæo, Surio, Laſſereo, Matthæo libro quarto, ſup. &c. Maximè autem ex verbis Bonifacij VIII. Pap. in Bulla Canonizationis ipſius.

§. 10. Non ſolummodo caſtitatem excoluit, ſed etiam pietatem, humilitatem, paupertatem, charitatem, patientiam, aliaſque ſummas virtutes vehementer adamauit: pœnitentiæ, ac miſericordiæ operibus iugiter intentus erat. Vigilijs, orationibus, ieiunijs, diſciplinis, cilicio, alijſque mortificationibus vacabat: carnem, mundum ſic ſuppeditando. Ab incunabulis igitur vitæ innocentiæ, ac pietati operam dedit, iuxta Breuiarium Romanum vetus. Ionuillæum, Villegas, ſup. Baldeſanum, libro tertio, ſtimul. virtut. capite octauo, ſub finem. Mira enim eius humilitas: cuius rei gratia, dùm magis excitabatur ad inanem ſæculi gloriam, & iactantiam: tantò plus ſeſe erga Deum deprimebat. Erexit aliquando nouum Ordinem Equeſtrem de *Coſta Geniſta*, in gratiam Reginæ ſponſæ: quem voluit his duobus verbis exornari, *Exaltat humiles*. Ita Fauinus, ſup. tomo primo, Theatri Honoris, &c. lib. 3. in eo Ordin. pag. 582.

Chriſtum Saluatorem toto cordis affectu diligens,
§. 11. Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis ſacra myſteria ſummoperè venerabatur. Quapropter haud ab opere cœpto deſtitit, quin Dominicæ Paſſionis inſtrumenta pretioſa, pia deuotione conquireret: & in Gallias aſportaret, ſeu ad ea ferenda ſuppeditaret. Inter huiuſmodi Reliquias eminet ſacratiſſima Chriſti Corona Spinea; quam magnis expenſis & laboribus accepit à Balduino ſecundo, Imperatore Conſtantinopolitano, Gallo: qua de re extat Libellus Manuſcriptus: nondum in lucem editus, quem gratanter nunc exhibemus.

TRACTATVS
DE SVSCEPTIONE SANCTÆ CORONÆ SPINEÆ DOMINI,

Conſcriptus à D. Galthero Cornuto Archiepiſcopo Senonenſi, qui eidem celebritati interfuit ac præfuit, anno Domini 1239. præſente Sancto Ludouico Rege Francorum.

HOdiernæ feſtiuitatis gaudia (fratres chariſſimi)
§. 12. ſub annuæ celebritatis obſequio, deuotiſſimè recolentes, in primis ſummo huius noſtræ ſolemnitatis Patri luminum (à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum) ſurſum cordibus eleuatis, gratias referamus: & laudes eius, toto cordis affectu, de vocis miniſterio perſonemus. Gratias tibi Deus, cuius immenſa bonitas, oculis conſuetæ miſericordiæ, ſæcula noſtra reſpiciens: hanc mundi, & vitæ noſtræ veſperam, cœleſtis gratiæ fulgore perfudit: Terram noſtram incomparabili theſauro ditauit: Genti & Regno noſtro quaſi ſummum, poſt multos, accumulauit honorem. Lætetur in his ſacris ſolemnijs Eccleſia Gallicana: & tota gens Francorum, ſine differentia ſexuum, dignitatum, & graduum, pari cauſa reſultet: Commune igitur ſit omnibus gaudium, quia communis eſt gaudiorum cauſa quia ſufficiens omnibus par eſt cauſa lætitiæ.

Hæc eſt illa præclara feſtiuitas, in qua miſſum ſibi §. 13.
à Domino pretioſiſſimum munus Francorum terra ſuſcepit, illam videlicet ſacroſanctam ſpineam Coronam: quam caput noſtrum Dominus Ieſus Chriſtus, pro nobis factus obediens Patri vſque ad mortem crucis, tempore Paſſionis ipſius, venerando capiti ſuo, per manus impiorum permiſit imponi. Beatus itaque Ioannes, qui ſupra pectus Domini procliuis in cœna, de fonte ſapientiæ hauſit, quod ſcriberet (cui concordant etiam ſancti Euangeliſtæ Matthæus, & Marcus) in Euangelio ſuo, de præſenti Corona, ita dicit: *Milites plectentes, ſpineam Coronam impoſuerunt capiti eius*: & rurſum, *Exiuit ergo Ieſus, portans ſpineam Coronam: & purpureum veſtimentum.* De ipſa etiam Sacroſancta Domini Corona, longè præcedenti tempore fuerat Sibyllino Vaticinio prædictum, ſicut B. Auguſtinus, in libro de Ciuitate Dei teſtatur *his verbis.* Inſerit Lactantius operi ſuo quædam de Chriſto Vaticinia Sibyllæ: ſed quæ ipſe ſigillatim poſuit, ego arbitratus ſum coniunctim eſſe ponenda, tanquam vnum ſit prolixum, quæ ille plura connumerauit & breuia. *In manus*, inquit, *infidelium poſtea veniet: Dabunt autem Deo alapas, inceſtis manibus: & impurato ore expuent venenatos ſputos: Dabit verò ad verbera ſimpliciter ſanctum dorſum: & colaphos accipiens, tacebit: ne quis agnoſcat quod verbum, vel vndè venit quod inferis loquitur: & Corona Spinea coronetur.* Et infra. *Inſipiens Gens, Deum tuum non intellexiſti ludentem mortalium mentibus, ſed ſpinis coronaſti, & horridum fel miſcuiſti.*

Sicut igitur Dominus Ieſus Chriſtus ad ſuæ Re- §. 14.
demptionis exhibenda myſteria, terram promiſſionis elegit: ſic ad Paſſionis ſuæ Triumphum deuotius venerandum, noſtram Galliam videtur & creditur ſpecialiter elegiſſe: vt ab ortu Solis ad occaſum laudetur nomen Domini. Dùm à climate Græciæ, quæ vicinior dicitur Orienti, in Galliam partibus Occidentis contiguam, aut confinem, ipſe Dominus ac Redemptor noſter ſuæ ſacratiſſimæ Paſſionis ſancta tranſmitteret inſtrumenta. Et ſic veluti compartitis honoribus terræ alteri alteram adæquauit. Honoratum enim geſtis inſignibus per multa tempora Regnum Franciæ, tempore noſtro, per ſedulam Regis Ludouici, necnon & Religioſæ matris ſuæ Blanchæ vigilantiam, Corona capitis ſui, cum multa gloria & honore multiplici dignatus eſt coronare. Expurcatis igitur cordium oculis imagine mur Dei filium, pro ſalute noſtra ſpinis coronatum; ad quod nos inuitat Spiritus ſanctus, in libro Canticorum, ad fideles animas, ita dicens: *Egredimini & videte filiæ Sion Regem Salomonem, in diademate, quo coronauit eum mater ſua:* hoc de matre Synagoga indubitanter intelligitur; de qua Chriſtus verus Salomon, id eſt, pacificus ſecundum originem carnis proceſſit. Qualiter autem huius pretioſæ gemmæ theſaurus ad nos vſque peruenit; cùm nobis & ſcientia pectoris, & facundia linguæ, non ſuppetant, minimè ſufficimus enarrare. Verùm, quia Regis ad hoc acceſſit imperium, cui, tanquam præcellenti, ſecundum Apoſtolum, oportet obedire: de materia præcedenti, prout ſe habet veritas, quantum Dominus permiſerit, præſentibus & poſteris etſi verbis rudibus, fideliter tamen conabimur aperire.

Sublatis

Digitized by Google

§. 15. Sublatis rebus humanis, Petro, prius Comite Niuernenſi, & poſtmodum Imperatore Conſtantinopolitano, & Imperatrice Yolante vxore ſua, ad quam, de morte Henrici fratris ſui Imperatoris Clariſſimi, deuenerat idem Imperium) ſuperfuit ex his eximiæ indolis adoleſcens Balduinus, quem eadem Imperatrix pepererat in vrbe Conſtantinopolitana. Videntes igitur Latini principes, Græci miſerabile diſcrimen Imperij, quod à Schiſmatica Græcorum gente multis in locis inuaſum, pro maiori parte violenter fuerat occupatum; multa deliberant vigilantia, quod eis poſt Deum, implorandum ſit auxilium, vel vndè ſperari valeat anguſtijs ſuis ſolatium exhibendum. Tandem communi auxilio, tam nobilium quàm minorum, per authoritatem ſancti nominis Gregorij Papæ, Ioannes de Brena, vir approbatæ virtutis, qui propter egregiæ probitatis induſtriam, necnon & deuotæ Chriſtianitatis merita; prius Regnum Hieroſolymitanum adeptus fuerat, ad impertiendum tanti doloris plagæ remedium, electus eſt concorditer Aduocatus. Deſponſata enim Maria prædicti Ioannis filia eidem hæredi Imperij Balduino; ipſe Ioannes Imperij Conſtantinopolitani, necnon & ipſius hæredis adminiſtrationem ſuſcepit & curam. Non ſolum Adminiſtrator Generalis Romaniæ factus eſt, ſed coronatus ſolemniter, & ad vitam ſuam Imperator vocatus: ſeruata eidem Balduino, genero ſuo, cùm ad ætatem veniret, legitima Imperij dignitate.

§. 16. Poſtmodum autem factis amicis, duobus Græcorum maioribus Satrapis, Vaſtachio, Videlicet & Auxano, qui priùs diſcordes fuerant ad inuicem: hoſtium Imperij creuit potentia, ſtatu Latinorum plurimum imminuto. Videns itaque Ioannes Imperator, quòd hoſtes ſuos, & Græcorum multitudinem à finibus ſuis non poſſet expellere, vel eorum poteſtati reſiſtere, communicato cum Prælatis & fidelibus Imperij conſilio, de communi conſenſu generum ſuum Balduinum ad partes Gallicanas tranſmiſit. Duplex autem aduentus ipſius cauſa dicitur extitiſſe: ſcilicet, vt à Rege Ludouico (de cuius ſanguine ex vtraque parte patris & matris ortum habuerat) & à prudentiſſima matre eius Blancha (cuius neptem duxerat in vxorem) à nobilibus etiam Regni Franciæ Baronibus, conſanguineis ſuis, in tantæ neceſſitatis articulo, ſibi & ſuis peteret ſubueniri. Alia inſuper cauſa ſuberat, vt hæreditatem fratrum ſuorum, qui ſine hærede deceſſerant, adiret: Marchionatum ſcilicet Namurcenſem cum pertinentijs, & Caſtellaniam Curtineti. Ingreſſus ſiquidem Regnum Franciæ ab ipſo Rege & matre ſua, & Baronibus Regni ſuſceptus gratanter, honorificè, & iucundè, ſi quas etiam in adeunda hæreditate difficultates reperit, hæ per Regis mandatum & potentiam penitùs ſunt amotæ.

§. 17. Dùmque in partibus Gallicanis moram faceret, hæreditatis propriæ detentus negotijs, & in petendo ſubſidio ſollicitus plurimùm & intentus; de partibus Romaniæ ſuſcepit Nuntium, qui aures eius & animum ſubitis rumoribus perculit & turbauit. Nuntiauit enim, prout res erat, virum illuſtrem Ioannem Imperatorem, ſocerum ſuum, iuxta naturæ debitum, ſubtractum vitæ mortali: ſtatum etiam Conſtantinopolitanæ ciuitatis & terræ alterius, ſi quam extra muros eiuſdem vrbis habebat; ita per incurſus hoſtium arctatum penitùs & oppreſſum, quòd vix eis ad campos pateret aditus, intus autem vxor ſua, proceres, & vulgus quotidianis egebant alimentis. Diſcurrebant etenim liberè per regionem hoſtiles impetus, non permittentes in vrbe deferri victualia, congregatis turmis, hoc animo, vt ipſam Conſtantinopolim obſiderent. Ad hæc maior rem vrgebat deſolationis cumulus: quia multi de populo, de nobilibus aliqui præſentibus deuicti anguſtiis, & futura metuentes pericula, noctu, vel aliàs furtiuè, muros ciuitatis exibant: & per mare, vel, viarum diſcrimina fugientes, propter metum, ſe certioribus periculis exponebant: propter quod erat dubium, ne ſi vrbem hoſtilis circuiret obſidio, non inuenirent Proceres, quos ad munitionem murorum, in propugnaculis collocarent.

Verbis huiuſmodi triſtibus turbatur adoleſcens, hæres Imperij: vnde frequentius Regem Francorum, matremque eius, & amicos ſuos circuit ſollicitus, humiliter interpellans, miſerabiliter obſecrat, vt ſibi ſubueniant, & Imperium Romaniæ, quod per Francos potenter & glorioſè fuerat acquiſitum, non permittant rurſum in Græcorum infidelium redigi ſeruitutem: litteras exhibet Papæ Gregorij, quibus eiuſdem Imperij neceſſitati ſuccurrentibus eamdem concedit indulgentiam, quam in ſubſidium Terræ ſanctæ proficiſcentibus conceſſerat Concilium generale. Ad hæc mouentur Rex & Regina, de theſauris ſuis magnas ei pecuniæ conferunt quantitates: ſtipendiarios ipſi quærunt & ſociant milites, & alios quos nouerant egregios bellatores. Nonnulli de conſanguineis eius: quos & pietas & carnalis affectus induxerat, eidem ſe iuramento confœderant, pollicentes ſeipſum pro viribus ſequuturos. §. 18.

Perpendens igitur Balduinus deuotionem Regis & Matris ipſius, de Sacroſancta Spinea Corona facit eiſdem mentionem. Dicit itaque ſe nouiſſe relatione veridica, Proceres incluſos in vrbe Conſtantinopoli, ad hanc calamitatis inediam deueniſſe, quod incomparabilem theſaurum illius Coronæ Domini (quæ totius Imperij titulus erat & gloria ſpecialis) oportuerat eos alienis vendere, vel ad minus titulo pignoris obligare. Vnde ardenter habebat in votis, quatenus ad Regem, conſanguineum, Dominum, & beneficum ſuum, necnon ad Regnum Franciæ (de quo parentes ipſius vtrique proceſſerant) vt huius pretioſæ gemmæ honos inæſtimabilis & gloria prouenirent. Verùm, quia idem Balduinus perceperat; quod ſi tam pretioſa res ei venderetur pecuniæ pretio, Regis conſcientia læderetur; affectuoſa prece, cum lachrymis, eundem precatur; vt munus illud honorificum, ab ipſo recipere dono dignetur & gratis. §. 19.

His auditis, Rex prudenter intelligens id à Domino fieri, gauiſus eſt in hoc, quòd ille qui coronam eandem pro nobis geſſerat in opprobrium, volebat eam à ſuis fidelibus piè & reuerenter honorari in terris, donec ad iudicium veniens: eam ſuo rurſus imponeret capiti, iudicandis omnibus oſtendendam. Gaudebat igitur quòd ad exhibendum honorem huiuſmodi, ſuam Dominus prælegerat Galliam, in qua per ipſius clementiam fides viget firmiter, & cultu deuotiſſimo ſalutis noſtræ myſteria celebrantur. Rex igitur inferens grates, Balduino gratanter annuit ſe munus illud inæſtimabile recepturum ab ipſo. Mittuntur ocyus à Rege Conſtantinopolim pro complendo negotio, Iacobus & Andræas, Fratres Ordinis Prædicatorum: quorum alter ſcilicet Iacobus, prior Fratrum eiuſdem Ordinis, fuerat in vrbe prædicta, vbi Coronam ipſam frequenter viderat, & ea quæ circa illam optimè nouerat. Mittit etiam cum iis Balduinus Nuntium ſpecialem fide dignum cum patentibus litteris; quibus mandat Baronibus vt Nuntiis Regalibus ſancta Corona tradatur. §. 20.

Digitized by Google

ex Gaufrido capite vndecimo. Pepino, Clićthouæo, Surio, Laſſereo, Matthæo libro quarto, ſup. &c. Maximè autem ex verbis Bonifacij VIII. Pap. in Bulla Canonizationis ipſius.

§. 10. Non ſolummodo caſtitatem excoluit, ſed etiam pietatem, humilitatem, paupertatem, charitatem, patientiam, aliaſque ſummas virtutes vehementer adamauit: pœnitentiæ, ac miſericordiæ operibus iugiter intentus erat. Vigilijs, orationibus, ieiunijs, diſciplinis, cilicio, alijſque mortificationibus vacabat: carnem, mundum ſic ſuppeditando. Ab incunabulis igitur vitæ innocentiæ, ac pietati operam dedit, iuxta Breuiarium Romanum vetus. Ionuillæum, Villegas, ſup. Baldeſanum, libro tertio, ſtimul. virtut. capite octauo, ſub finem. Mira enim eius humilitas: cuius rei gratia, dùm magis excitabatur ad inanem ſæculi gloriam, & iactantiam: tantò plus ſeſe erga Deum deprimebat. Erexit aliquando nouum Ordinem Equeſtrem de *Coſta Geniſta*, in gratiam Reginæ ſponſæ: quem voluit his duobus verbis exornari, *Exaltat humiles*. Ita Fauinus, ſup. tomo primo, Theatri Honoris, &c. lib. 3. in eo Ordin. pag. 582.

§. 11. Chriſtum Saluatorem toto cordis affectu diligens, Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis ſacra myſteria ſummoperè venerabatur. Quapropter haud ab opere cœpto deſtitit, quin Dominicæ Paſſionis inſtrumenta pretioſa, pia deuotione conquireret: & in Gallias aſportaret, ſeu ad ea ferenda ſuppeditaret. Inter huiuſmodi Reliquias eminet ſacratiſſima Chriſti Corona Spinea; quam magnis expenſis & laboribus accepit à Balduino ſecundo, Imperatore Conſtantinopolitano, Gallo: qua de re extat Libellus Manuſcriptus: nondum in lucem editus, quem gratanter nunc exhibemus.

TRACTATVS DE SVSCEPTIONE SANCTÆ CORONÆ SPINEÆ DOMINI,

Conſcriptus à D. Galthero Cornuto Archiepiſcopo Senonenſi, qui eidem celebritati interfuit ac præfuit, anno Domini 1239. præſente Sancto Ludouico Rege Francorum.

§. 12. HOdiernæ feſtiuitatis gaudia (fratres chariſſimi) ſub annuæ celebritatis obſequio, deuotiſſimè recolentes, in primis ſummo huius noſtræ ſolemnitatis Patri luminum (à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum) ſurſum cordibus eleuatis, gratias referamus: & laudes eius, toto cordis affectu, de vocis miniſterio perſonemus. Gratias tibi Deus, cuius immenſa bonitas, oculis conſuetæ miſericordiæ, ſæcula noſtra reſpiciens: hanc mundi, & vitæ noſtræ veſperam, cœleſtis gratiæ fulgore perfudit: Terram noſtram incomparabili theſauro ditauit: Genti & Regno noſtro quaſi ſummum, poſt multos, accumulauit honorem. Lætetur in his ſacris ſolemnijs Eccleſia Gallicana: & tota gens Francorum, ſine differentia ſexuum, dignitatum, & graduum, pari cauſa reſultet: Commune igitur ſit omnibus gaudium, quia communis eſt gaudiorum cauſa quia ſufficiens omnibus par eſt cauſa lætitiæ.

Hæc eſt illa præclara feſtiuitas, in qua miſſum ſibi à Domino pretioſiſſimum munus Francorum terra ſuſcepit, illam videlicet ſacroſanctam ſpineam Coronam: quam caput noſtrum Dominus Ieſus Chriſtus, pro nobis factus obediens Patri vſque ad mortem crucis, tempore Paſſionis ipſius, venerando capiti ſuo, per manus impiorum permiſit imponi. Beatus itaque Ioannes, qui ſupra pectus Domini procliuis in cœna, de fonte ſapientiæ hauſit, quod ſcriberet (cui concordant etiam ſancti Euangeliſtæ Matthæus, & Marcus) in Euangelio ſuo, de præſenti Corona, ita dicit: *Milites plectentes, ſpineam Coronam impoſuerunt capiti eius*: & rurſum, *Exiuit ergo Ieſus, portans ſpineam Coronam: & purpureum veſtimentum.* De ipſa etiam Sacroſancta Domini Corona, longè præcedenti tempore fuerat Sibyllino Vaticinio prædictum, ſicut B. Auguſtinus, in libro de Ciuitate Dei teſtatur *his verbis*. Inſerit Lactantius operi ſuo quædam de Chriſto Vaticinia Sibyllæ: ſed quæ ipſe ſigillatim poſuit, ego arbitratus ſum coniunctim eſſe ponenda, tanquam vnum ſit prolixum, quæ ille plura connumerauit & breuia. *In manus*, inquit, *infidelium poſtea veniet: Dabunt autem Deo alapas, inceſtis manibus: & impurato ore expuent venenatos ſputos: Dabit verò ad verbera ſimpliciter ſanctum dorſum: & colaphos accipiens, tacebit: ne quis agnoſcat quod verbum, vel vndè venit quod inferis loquitur: & Corona Spinea coronetur.* Et infra. *Inſipiens Gens, Deum tuum non intellexiſti ludentem mortalium mentibus, ſed ſpinis coronaſti, & horridum fel miſcuiſti.* §. 13.

§. 14. Sicut igitur Dominus Ieſus Chriſtus ad ſuæ Redemptionis exhibenda myſteria, terram promiſſionis elegit: ſic ad Paſſionis ſuæ Triumphum deuotius venerandum, noſtram Galliam videtur & creditur ſpecialiter elegiſſe: vt ab ortu Solis ad occaſum laudetur nomen Domini. Dùm à climate Græciæ, quæ vicinior dicitur Orienti, in Galliam partibus Occidentis contiguam, aut confinem, ipſe Dominus ac Redemptor noſter ſuæ ſacratiſſimæ Paſſionis ſancta tranſmitteret inſtrumenta. Et ſic veluti compartitis honoribus terræ alteri alteram adæquauit. Honoratum enim geſtis inſignibus per multa tempora Regnum Franciæ, tempore noſtro, per ſedulam Regis Ludouici, necnon & Religioſæ matris ſuæ Blanchæ vigilantiam, Corona capitis ſui, cum multa gloria & honore multiplici dignatus eſt coronare. Expurcatis igitur cordium oculis imaginemur Dei filium, pro ſalute noſtra ſpinis coronatum; ad quod nos inuitat Spiritus ſanctus, in libro Canticorum, ad fideles animas, ita dicens: *Egredimini & videte filiæ Sion Regem Salomonem, in diademate, quo coronauit eum mater ſua*: hoc de matre Synagoga indubitanter intelligitur; de qua Chriſtus verus Salomon, id eſt pacificus ſecundum originem carnis proceſſit. Qualiter autem huius pretioſæ gemmæ theſaurus ad nos vſque peruenit; cùm nobis & ſcientia pectoris, & facundia linguæ, non ſuppetant, minimè ſufficimus enarrare. Verùm, quia Regis ad hoc acceſſit imperium, cui, tanquam præcellenti, ſecundum Apoſtolum, oportet obedire: de materia præcedenti, prout ſe habet veritas, quantum Dominus permiſerit, præſentibus & poſteris etſi verbis rudibus, fideliter tamen conabimur aperire.

Sublatis

§. 15. Sublatis rebus humanis, Petro, prius Comite Niuernenſi, & poſtmodum Imperatore Conſtantinopolitano, & Imperatrice Yolante vxore ſua, ad quam, de morte Henrici fratris ſui Imperatoris Clariſſimi, deuenerat idem Imperium) ſuperfuit ex his eximiæ indolis adoleſcens Balduinus, quem eadem Imperatrix pepererat in vrbe Conſtantinopolitana. Videntes igitur Latini principes, Græci miſerabile diſcrimen Imperij, quod à Schiſmatica Græcorum gente multis in locis inuaſum, pro maiori parte violenter fuerat occupatum; multa deliberant vigilantia, quod eis poſt Deum, implorandum ſit auxilium, vel vndè ſperari valeat anguſtijs ſuis ſolatium exhibendum. Tandem communi auxilio, tam nobilium quàm minorum, per authoritatem ſancti nominis Gregorij Papæ, Ioannes de Brena, vir approbatæ virtutis, qui propter egregiæ probitatis induſtriam, necnon & deuotæ Chriſtianitatis merita; prius Regnum Hieroſolymitanum adeptus fuerat, ad impertiendum tanti doloris plagæ remedium, electus eſt concorditer Aduocatus. Deſponſata enim Maria prædicti Ioannis filia eidem hæredi Imperij Balduino; ipſe Ioannes Imperij Conſtantinopolitani, necnon & ipſius hæredis adminiſtrationem ſuſcepit & curam. Non ſolum Adminiſtrator Generalis Romaniæ factus eſt, ſed coronatus ſolemniter, & ad vitam ſuam Imperator vocatus: ſeruata eidem Balduino, genero ſuo, cùm ad ætatem veniret, legitima Imperij dignitate.

§. 16. Poſtmodum autem factis amicis, duobus Græcorum maioribus Satrapis, Vaſtachio, Videlicet & Auxano, qui priùs diſcordes fuerant ad inuicem: hoſtium Imperij creuit potentia, ſtatu Latinorum plurimum imminuto. Videns itaque Ioannes Imperator, quòd hoſtes ſuos, & Græcorum multitudinem à finibus ſuis non poſſet expellere, vel eorum poteſtati reſiſtere, communicato cum Prælatis & fidelibus Imperij conſilio, de communi conſenſu generum ſuum Balduinum ad partes Gallicanas tranſmiſit. Duplex autem aduentus ipſius cauſa dicitur extitiſſe: ſcilicet, vt à Rege Ludouico (de cuius ſanguine ex vtraque parte patris & matris ortum habuerat) & à prudentiſſima matre eius Blancha (cuius neptem duxerat in vxorem) à nobilibus etiam Regni Franciæ Baronibus, conſanguineis ſuis, in tantæ neceſſitatis articulo, ſibi & ſuis peteret ſubueniri. Alia inſuper cauſa ſuberat, vt hæreditatem fratrum ſuorum, qui ſine hærede deceſſerant, adiret: Marchionatum ſcilicet Namurcenſem cum pertinentijs, & Caſtellaniam Curtineti. Ingreſſus ſiquidem Regnum Franciæ ab ipſo Rege & matre ſua, & Baronibus Regni ſuſceptus gratanter, honorificè, & iucundè, ſi quas etiam in adeunda hæreditate difficultates reperit, hæ per Regis mandatum & potentiam penitùs ſunt amotæ.

§. 17. Dùmque in partibus Gallicanis moram faceret, hæreditatis propriæ detentus negotijs, & in petendo ſubſidio ſollicitus plurimùm & intentus; de partibus Romaniæ ſuſcepit Nuntium, qui aures eius & animum ſubitis rumoribus perculit & turbauit. Nuntiauit enim, prout res erat, virum illuſtrem Ioannem Imperatorem, ſocerum ſuum, iuxta naturæ debitum, ſubtractum vitæ mortali: ſtatum etiam Conſtantinopolitanæ ciuitatis & terræ alterius, ſi quam extra muros eiuſdem vrbis habebat; ita per incurſus hoſtium arctatum penitùs & oppreſſum, quòd vix eis ad campos pateret aditus, intus autem vxor ſua, proceres, & vulgus quotidianis egebant alimentis. Diſcurrebant etenim liberè per regionem hoſtiles impetus, non permittentes in vrbe deferri victualia, congregatis turmis, hoc animo, vt ipſam Conſtantinopolim obſiderent. Ad hæc maior rem vrgebat deſolationis cumulus: quia multi de populo, de nobilibus aliqui præſentibus deuicti anguſtiis, & futura metuentes pericula, noctu, vel aliàs furtiuè, muros ciuitatis exibant: & per mare, vel, viarum diſcrimina fugientes, propter metum, ſe certioribus periculis exponebant: propter quod erat dubium, ne ſi vrbem hoſtilis circuiret obſidio, non inuenirent Proceres, quos ad munitionem murorum, in propugnaculis collocarent.

Verbis huiuſmodi triſtibus turbatur adoleſcens, §. 18.
hæres Imperij: vnde frequentius Regem Francorum, matremque eius, & amicos ſuos circuit ſollicitus, humiliter interpellans, miſerabiliter obſecrat, vt ſibi ſubueniant, & Imperium Romaniæ, quod per Francos potenter & glorioſè fuerat acquiſitum, non permittant rurſum in Græcorum infidelium redigi ſeruitutem: litteras exhibet Papæ Gregorij, quibus eiuſdem Imperij neceſſitati ſuccurrentibus eamdem concedit indulgentiam, quam in ſubſidium Terræ ſanctæ proficiſcentibus conceſſerat Concilium generale. Ad hæc mouentur Rex & Regina, de theſauris ſuis magnas ei pecuniæ conferunt quantitates: ſtipendiarios ipſi quærunt & ſociant milites, & alios quos nouerant egregios bellatores. Nonnulli de conſanguineis eius: quos & pietas & carnalis affectus induxerat, eidem ſe iuramento confœderant, pollicentes ſeipſum pro viribus ſequuturos.

Perpendens igitur Balduinus deuotionem Regis & §. 19.
Matris ipſius, de Sacroſancta Spinea Corona facit eiſdem mentionem. Dicit itaque ſe nouiſſe relatione veridica, Proceres incluſos in vrbe Conſtantinopoli, ad hanc calamitatis inediam deueniſſe, quod incomparabilem theſaurum illius Coronæ Domini (quæ totius Imperij titulus erat & gloria ſpecialis) oportuerat eos alienis vendere, vel ad minus titulo pignoris obligare. Vnde ardenter habebat in votis, quatenus ad Regem, conſanguineum, Dominum, & beneficum ſuum, necnon ad Regnum Franciæ (de quo parentes ipſius vtrique proceſſerant) vt huius pretioſæ gemmæ honos inæſtimabilis & gloria prouenirent. Verùm, quia idem Balduinus perceperat; quod ſi tam pretioſa res ei venderetur pecuniæ pretio, Regis conſcientia læderetur; affectuoſa prece, cum lachrymis, eundem precatur; vt munus illud honorificum, ab ipſo recipere dono dignetur & gratis.

His auditis, Rex prudenter intelligens id à Domino §. 20.
fieri, gauiſus eſt in hoc, quòd ille qui coronam eandem pro nobis geſſerat in opprobrium, volebat eam à ſuis fidelibus piè & reuerenter honorari in terris, donec ad iudicium veniens: eam ſuo rurſus imponeret capiti, iudicandis omnibus oſtendẽdam. Gaudebat igitur quòd ad exhibendum honorem huiuſmodi, ſuam Dominus prælegerat Galliam, in qua per ipſius clementiam fides viget firmiter, & cultu deuotiſſimo ſalutis noſtræ myſteria celebrantur. Rex igitur inferens grates, Balduino gratanter annuit ſe munus illud inæſtimabile recepturum ab ipſo. Mittuntur ocyus à Rege Conſtantinopolim pro complendo negotio, Iacobus & Andræas, Fratres Ordinis Prædicatorum: quorum alter ſcilicet Iacobus, prior Fratrum eiuſdem Ordinis, fuerat in vrbe prædicta, vbi Coronam ipſam frequenter viderat, & ea quæ circa illam optimè nouerat. Mittit etiam cum iis Balduinus Nuntium ſpecialem fide dignum cum patentibus litteris; quibus mandat Baronibus vt Nuntiis Regalibus ſancta Corona tradatur.

Digitized by Google

§. 21. Poſt multos itaque viarum anfractus, ingredientes Conſtantinopolim: inueniunt ad pium Regis propoſitum, viam à Domino præparatam. Tanta enim Barones imperij arctauerat anguſtia, quòd ſacratiſſimam Coronam pro ingenti ſumma pecuniæ, compulſi ſunt Venetis obligare. Ciues autem Veneti, qui theſaurum illum nobilem plurimùm affectauerant, hanc obtinuerant conditionem apponi: quòd niſi Corona ſancta per hæredem Imperij, vel Barones redimeretur, infra terminum, videlicet, ſolemnitatem ſanctorum Martyrum Geruaſij & Prothaſij, ipſa caderet in commiſſum: ita quòd illa pignoris obligatio conuerteretur in titulum venditionis, pro pecunia iam ſoluta: appoſuerunt etiam, quòd illud pignus inæſtimabile Venetias interim transferretur. Barones lectis Domini ſui litteris, ſancto propoſito Regis Francorum, & hęredis pleniùs intellecto, deuotè adimplent mandatum Domini, gerentes in votis, vt de Venetorum manibus educta, ſi fieri poſſet, in honorem caderet Eccleſiæ Gallicanæ. Conueniunt ergò cum Venetis, vt Nuntij Regales (quorum vita & habitus Religionem teſtabantur) illud ſacro-ſanctum portarent Venetias, adiunctis ſibi ſolemnibus Nuntiis Imperij, præſentibus etiam magnis ciuibus Venetorum. Signatur ſigillis loculus Procerum; non ſine lachrymarum fluuiis & eiulatu publico defertur ad nauem. Comites itaque tă ſacri pignoris, de ipſius confiſi præſidio, media hyeme, quæ ſolet eſſe nautis inuia, circa Natiuitatĕ Domini maris fluctibus ſe cōmittunt. Vaſtachius verò peſſimus zelator Imperij, per exploratores rem nouerat, de transferenda Corona: anxius igitur & intendens qualiter eam à Nuntiis poſſet eripere; per diuerſos ſinus maris, quibus tranſituri videbantur, copiam Nauium diſpergit: ſed Nuntiis venientibus in nomine Domini, nil contrarietatis obſiſtit. Ingrediuntur Venetias, ouanter recepti, Beatiſſimam Coronam cum vaſe ſignato in Theſauraria Capellæ Beati Marci Euangeliſtæ, cum diligentia & deuotione deponunt: relicto ibidem fratre Andræa Cuſtode theſauri nobilis.

§. 22. Frater Iacobus cum Nuntiis Imperij feſtinanter ad Regem accedit: rem geſtam, & ſtatum negotij Regi fideliter exprimit & Reginæ. Gaudent ambo, & omnes, quibus id ſecretum communicant, lætitia ineffabili ſperantes in Domino: quòd ipſe qui cœperat, votum eorum fideliter conſummaret: præparant itaque Nuntios ſolemnes & diſcretos cum Fratre Iacobo, & Nuntij Imperij, mittentes eos Venetias, inſtructos pleniùs, & munitos de pecunia ad redemptionem ſacri pignoris obtinendam. Imperatori Friderico ſcribitur: vt ſi opus ſit, Nuntiis Regalibus conductum, conſiliumve conferat & iuuamen. Expeditè veniunt Venetias, Fratrem Andæam inueniunt cum theſauro, procurante diuina clementia, tunc temporis in partibus illis negotiabantur nati de Regno Franciæ mercatores; exhibitis ſibi litteris Regalibus de mutuo, exponunt pecuniam ad libitum Nuntiorum. Redimitur ſanctum pignus, dolentibus Venetis, ſed pro conditionibus initis non valentibus obuiare. Agnitis ſigillis Procerum vaſculum ſanctæ Coronæ ſuſcipiunt Nuntij, ſe viæ laboribus committentes: conductus ſecuritatem, vbi decuit, per Imperatoris miniſtros habuerunt: protectos inſuper diuini muneris præſentis, nihil in via contrarium contriſtauit. Nulla eis aëris intemperies nocuit, nec ſtilla pluuiæ cecidit ſuper eos, licet ipſis ſuſceptis in hoſpitio pluiſſet pluries abundanter.

§. 23. Præmittunt Nuntios, qui iam vſque Trecas; munus ſacratiſſimum nuntiant adueniſſe. Exhilaratus Rex plurimùm cum matre ſua & Fratribus, aſſumptis ſecum Galtherio Senonenſi Archiepiſcopo, Bernardo Anicienſi Epiſcopo, & aliis Baronibus & militibus, quos habere ſubitò potuit, feſtinus occurrit, in Villa, quæ per quinque leucas diſtat à Senonis, & Villa-noua Archiepiſcopi dicitur; theſaurum, quem deſiderauerat, cum Nuntiis inuenit conſignatum: Vas ligneum reſignatur, apparent circa vas argenteum ſigilla Baronum. Attulerant autem præfati Nuntij ſigilla Procerum cum litteris patentibus ad Regem & Balduinum. Facta igitur collatione ipſorum cum ſigillis, quibus erat ſacræ Coronæ vas ſignatum, inueniunt vera eſſe. Fractis itaque ſignaculis huiuſmodi, necnon ſigillo Ducis Venetiarum, quod ad maiorem certitudinem appoſitum fuerat, argenteum vas recludunt; inueniunt de auro pulcherrimo loculum pulcherrimum, in quo ſancta Corona iacebat: ſublato eius operculo, viſa eſt omnibus, qui aderant inæſtimabilis Margarita. Quanta igitur deuotione, quantis fletibus & ſuſpiriis, inſpecta fuerit à Rege & Regina & aliis, vix poſſet perpendi. Commorantur in aſpectu piæ amoris deſiderio, tam deuotum ſentientes feruorem mentium, quaſi viderent coram ſe Dominum ſpinis coronatum. Poſt paululum ipſam includunt in vaſculis: conſignantur ſigillo Regio; quod in die feſto Beati Laurentij martyris, eſt completum.

Anno igitur milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono, §. 24.
in craſtino Sancti Laurentij Martyris, huius pretioſę gemmę theſaurus Senonis deportatur; occurentibus in via populis vniuerſis exultat omnis cœtus hominum ſine differentia ſexuum & ætatum. In primo ciuitatis ingreſſu Rex nudis pedibus, ſola indutus tunica, cum Fratre ſuo Roberto Comite, humiliato ſimiliter, ſacrum onus humeris ſuis ſuſcipit deportandum. Proſequuntur & præcedunt milites reiectis calceis; exiit obuiam iucunda ciuitas, Clericorum Conuentus proceſſionaliter veniunt, clerici matricis Eccleſiæ ſericis ornati, Monachi cum cæteris Religioſis Sanctorum corpora deferunt; & Reliquias quas imaginatur hominum deuotio, tanquam Sancti deſiderent occurrere Domino venienti. Certatim concrepant laudes Domini, tapetibus & palliis ornata ciuitas, res ſuas pretioſas exhibet: campanis & organis exhibet, & populi iucundantis applauſu: cerei cum candelis tortilibus, per plateas & vicos ſingulos accenduntur. Defertur in Eccleſiam Prothomartyris Stephani; populis detegitur, & tantæ cauſa iucunditatis aperitur.

In die craſtina Rex verſus Pariſios, vrbem Re- §. 25.
giam iter ſuum dirigit, inſigne vaſculum deferens. Omnium voce laudatur dicentium: Benedictus qui venit in honore Domini, cuius miniſterio Regnum Franciæ tanti præſentia muneris exaltatur. Octaua die extra muros, iuxta Eccleſiam Beati Antonij in planitie conſtituitur eminens pulpitum, aſtantibus pluribus Prælatis, Eccleſiarum Conuentibus indutis ſericis, exhibitis ſanctorum pignoribus, in tanta populorum frequentia, quanta Pariſiis exierit. Monſtratur loculus ex pulpito; diei fœlicitas & cauſa gaudij prædicatur. Poſt hæc intra muros ciuitatis infertur à Rege & Fratre ſuo, diſcalceatis, vt prius, & præter tunicas, veſtimentis depoſitis. Omnes etiam Prælati cum clericis & viris religioſis necnon & militibus, nudis pedibus antecedunt Quanta per vrbem iucunditas, quot ſigna & indicia gaudiorum, in conſpectu venientium, viſa ſint, nemò ſufficeret enarrare. In Pontificalem Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis inducitur

Digitized by Google

ducitur: vbi perſolutis Deo, & beatiſſimæ Matri eius laudibus cum theſauro nobili ſolemniter ad Regis palatium reuertuntur: collocaturque in Capella Regia Beati Nicolai, cum multo gaudio, Domini Corona.

§. 27. His itaque ſolemniter peractis Pariſiis, exiit fama celebris, diuulgatur inſigne ſpectaculum: primùm, per loca vicina, deindè per remotas ciuitates & villas, concurrunt feſtinanter ad gaudium; videre deſiderant cauſam fœlicitatis præſentium temporum & totius Regionis. Quia verò non conceditur eis videre quod cupiunt, ex cauſis aliquibus, abſcondito theſauro Domini, & fideliter conſignato; certatim ad campos confluunt, ardenter deoſculantur pulpitum, in quo exhibitum fuerat vas prædictum. Ibi, (ſi credendum eſt perſonis fide digniſſimis) per virtutem ſacri Diadematis, & propter deuotionem fidelium; circa languentes operatus eſt multas virtutes & miracula Dominus Ieſus Chriſtus: cui eſt laus & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

---

§. 28. Opuſculum hoc à præfato Galthero *Cornuto* Senonenſi Archiepiſcopo fuiſſe conſcriptum teſtantur chronicon MS. Cœnobij Sancti Petri Senonenſis, ſub annum milleſimum ducenteſimum trigeſimum quartum. Item Iacobus Tauellus, in vitis Archiepiſcoporum Senonenſium, vbi de huiuſmodi Galthero Præſule. Hinc Eccleſia Gallicana feſtum tam ſacroſancti ſuſcepti pignoris craſtina die Feſti S. Laurentij Martyris peragit, quo die Senonis facta eſt ſuſceptio: qua de re Gaufridus de Bello-loco capite vigeſimo-quarto, in vita Sancti Ludouici Regis. Guillelmus Carnotenſis ibidem. Molanus in Addition. ad Vſuardum, vndecimo Auguſti. Treuettus. ſup. & Chronicon. Rothomagenſ. MS. an. 1238. & alij recentiores. Clicthouæus de ea Feſtiuitate tres Hymnos habet; quos annotationibus explicat lib. 1. Elucidatorij Eccleſiaſtic. & lib. 4. proſam refert cum annotationib. item Sauſſayus in Martyrologio Gallicano 11. Auguſt.

§. 29. Non ſolùm autem Coronam Domini ſpineam redemit D. Ludouicus Rex à Balduino Imperatore Conſtantipolitano: ſed & maximam partem Sanctæ Crucis, Ferrum Lanceæ, quod latus Chriſti aperuit, cum aliis inſuper Dominicæ paſſionis inſignibus ſacriſque Monumentis: quorum omnium teſſeram reperies tum in charta Auguſta præfati Imperatoris: cuius exemplar extat appenſum publicè in ſacra Cappella Palatij Regalis Pariſienſis, ad nauim dictæ Capellæ, in cornu Euangelij: tum apud probos Authores inferiùs citandos. Quarum Reliquiarum ſolemnitatem aliam inſtituit celebrandam in craſtino ſancti Michaëlis Archangeli, qua Pariſius receptę ſunt: vti ſcribunt Gaufridus; Guillelmus Carnotenſis & Molanus ac Sauſſayus ſupra trigeſimo Septembris: cuius quidem rei teſtis eſt is libellus, qui diligenter ſuper iis eſt confectus à Gerardo, Monacho Sancti Quintini in Inſula Flandror. ſi credamus Trithemio lib. de Scriptor. Eccleſ. ad annum milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum, in eo Gerardo: Poſſeuino, ibidem, in Apparatu ſacro, & Geſnero in Bibliotheca.

§. 30. Nec dubium eſt, haſce Reliquias vſque ad imperium Latinorum, ſeu Francorum in Oriente, manſiſſe apud Conſtantinopolim: cùm legamus Almaricum Hieroſolymorum Regem Conſtantinopoli appulſum, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, Regni verò ſui 7. eas omnes pro voto inſpexiſſe, præſente Imperatore Conſtantinopolitano, qui id iuſſerat. *Sanctorum Reliquias* [inquit Tyrius libro vigeſimo belli ſacri, capite vigeſimo quinto] *diſpenſationis quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti pretioſiſſima argumenta: Crucem videlicet, Clauos, Lanceam, Spongiam, Arundinem, Coronam ſpineam, Syndonem, Sandalia exponi iubet*, &c. Sanctas igitur Reliquias intra thecam auro, argento, & gemmis adornatam reconditas, Sanctus Ludouicus Rex reponi fecit in Capella ſpecioſiſſima, ac prorſus admiranda à ſe extructa: quæ ob id, *ſacra Capella* Lutetiæ nuncupatur: vbi ea ſacra pignora, ſuo tempore vidit debitè aſſeruari Reuerendiſſimus, ac doctiſſimus Guillelmus *Durandus*, Mimatenſis Epiſcopus: prout ipſemet teſtatum reliquit lib. 6. Rationalis Diuinorum officiorum, in die Paraſceues, vbi de benedictione cerei Paſchalis, poſt medium: his verbis. *In cereo etiam affigitur tabula, ſeu charta ſcripta, quæ ſignificat tabulam, in qua Pilatus ſcripſit*: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum: *quam vidimus Pariſius in Capella illuſtris Regis Francorum, vnà cùm ſpinea Corona, & ferro & haſta Lanceæ: & cum Purpura, qua Chriſtum induerunt, & cum Syndone, qua corpus fuit inuolutum: & Spongia: & Ligno crucis, & vno ex clauis & aliis Reliquiis multis.* Hæc ille anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo quinto: ita vt rectius de ea æde hæc liceret effari.

Omnia ſi luſtres aliena climata terræ:
Non eſt in toto ſanctior orbe locus.

Harum omnium Reliquiarum [dempto clauo Chriſti, à tempore Beati Caroli Magni Imperatoris, in Galliis conſeruato] quas Diuus Ludouicus IX. Rex, è Conſtantinopoli magnis laboribus & impenſis accepit, atque in Franciam aduehi curauit, meminerunt; (vltra præfatos Gaufridum de Bello-loco, Guillelmum Carnotenſ. Molanum & Tauellum.) Pariſius ad ann. 1240. 1241. Nangius ann. 1239. Mouskes, Guyardus, Laſſercus, Surius, Lippelous, Gazetus, Villegas, Ribadeneira, Galterius, Sarceus, Renatus Benedictus, Doubletus, Gaguinus, Æmylius, Maſſonus, Belforeſtius, Tillius ann. 1239. Duplex, Hallianus, Genebrardus in Cœleſtino IV. Clicthouæus ſup. & libello de vera nobilitate cap. 12. & lib. de Laudib. S. Ludouic. Reg. Nicolaus Gillius ſup. ad ann. 1239. Laziardus lib. 3. Epitom. hiſtor. vniuerſal. cap. 55. & 229. S. Antoninus part. 3. hiſtor. titul. 19. cap. 5. §. 6. & cap. 9. Pepinus, Ignatius le Gault, & alij in Concion. de Sancto Ludouico Reg. Franc. & de corona Dom. Magnum Chronicon Belgic. ann. 1240. Rodulphus Botereius in ſua *Lutetia* pag. 36. Chronica Chronicarum part. 2. vbi de Regib. Franc. in Ludouic. IX. P. Matthæus libr. 3. pag. 304. & 305. hiſtor. S. Ludouic. Reg. Palmerius in Chronic. ann. 1240. Rocquezius in Speculo æternitat. ætat. 6. in eo, D. Ludouico Rege. Petrus de Natalib. ſup. Spondanus ad ann. 1236. & 1238. Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1254. §. 26. Supplementum Chronic. libr. 14. ad ann. 1240. Carolus Sauſſayus libr. 11. Annal. Aurelian. §. 43. Charron. cap. 133. Hilaretus Concion. feriæ 2. poſt 4. Dominicam Quadrageſ. Brulius libr. 1. Antiquit. Pariſ. pag. 136. Wallinghan ad ann. 1239. Andræas Sauſſayus in Martyrologio Gallicano 25. Auguſt. Codex MS. Abbat. S. Victor Pariſ. EEE 5. §. 31.

Mira deuotionis gratia ferebatur ſanctus Ludouicus erga ſanctum Miſſæ ſacrificium; ſæpè communicabat, & tam deuotè, vt alios ad pietatem alliceret. Anno 1258. cùm quidam Sacerdos Miſſam Pariſiis celebraret in Sacello ſacræ Capellæ Aulæ Regiæ, popu- §. 32.

Digitized by Google

loque oſtendendam Euchariſtiam ſuſtuliſſet in altum, pro ſpecie panis, plurimi qui aderant conſpexere formoſiſſimum puerum; quocirca nonnulli rogarunt presbyterum, vt tamdiu ſubſiſteret manibus in altum porrectis, quoad Rex accerſeretur. Certior autem tanti miraculi factus D. Ludouicus, negauit ſe eò profecturum: quòd non credentibus hæc ſigna exiſterent, ſibi verò perſuaſiſſimum verè in Euchariſtia Chriſti corpus eſſe. Villanæus ad annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum octauum, lib. 6. cap. 67. Gerſon. tom. 4, ſerm. de Euchariſtia, & de S. Ludouico Reg. poſt med. Alexius de ſalo, in methodo mirabili amandi, & ſeruiendi Virg. Deipar. cap. 9. Viguerius cap. 16. Inſtitut. Theolog. §. 3. verſ. 6. Palbertus in Pomerio de ſanctis part. 2. ſeu æſtiuali ſermon. 5. qui eſt 1. de Corpore Chriſti littera K. Ioannes Gritſch Sermon. in Cœna Domini, qui eſt 44. Quadrageſimæ part. 1. verſ. fin. Barletta ſermon. feriæ 4. hebdomad. ſanctæ, circa medium. Boſius tom. 2. de ſignis Eccleſ. Dei lib. 14. cap. 7. §. 20. Laſſereus, & Ribadeneira, in vita S. Ludouic. Reg. Carthagena tom. 1. de Arcanis Chriſti lib. 9. homil. 29. poſt medium. Sauſſayus ſup. Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 13. vbi de Regib. Franc. in Ludouico IX. P. Matthæus ſup. libr. 4. pag. 483. Bzouius tom. 13. annal. Eccleſ. ad annum milleſimum ducenteſimum ſexageſimum §. nono, quicquid in contrarium dixerit Claudius Menardus in obſeruationibus ad hiſtoriam Ionuillæi de ſancto Ludouico pag. 19. & 286. Schedis innixus eraſis, & rationibus mutilatis.

§. 32. Anno 1249. mare traiiciens, bellum infert Sarracenis, quos ingenti clade perſequitur, Damiatamque capit, & verſus Cayrum dirigit greſſus: vbi tandem ipſe Rex à Barbaris fuſus, captuſque detinetur. Ob illius liberationem petierunt infideles ſibi tradi ſacram Euchariſtiam pro pignore: eo quod zelum ac pietatem illius ſancti Regis agnouiſſent circa Chriſtum Dominum, quem toto cordis affectu adorabat in eo Auguſtiſſimo Sacramento; vt ad perpetuum dedecus, ſi Rex inclytus in exoluenda pecunia impiè fidem falleret, inexpiabilis à Sulthano inuidia maximè pio Regi conflaretur. Oppignerata itaque ſacra Euchariſtia Rex Ludouicus liber dimittitur: à quo paulò poſt ſoluta pecunia, idem pignus ſacrum læto animo recepit: ſecumque in Syriam deportauit. In cuius rei memoriam Sarraceni aurum, Hoſtia calici ſuperincumbenti ſignaſſe, eo tempore feruntur: eademque in tapetibus & picturis Ægyptiorum cernuntur: imo & apud Cayrum, in introitu portarum viſuntur nunc vſque ipſamet inſignia: nimirum Calix cum Hoſtia pauliſper in altum eleuata, & duo Angeli hinc inde poſiti, ex vna manu intortitia, & ex alia thuribula, deferentes, in honorem ſanctiſſimi Sacramenti. Denique ipſa Saladini, ſeu potius Saphandini Sulthani effigies (ob victoriam de noſtris reportatam) gerit in manu ſceptrum aureum, cuius ſummitas Calice cum ſuperpoſita Hoſtia, ſeu Ciborio Euchariſtico, adornatur: cum hac inſcriptione ſceptrum circumiente, *Victoria teſtis*.

§. 33. Scio nonnullos, id omne fabulam reputaſſe: Ioannem videlicet Huroldum libr. 4. continuation. Belli ſacri cap. 7. Belforeſtium lib. 4. annal. Franc. cap. 13. Fauynum; Dupleix, tum in refutatione erratorum Ioannis Serrani, hiſtorici Franciæ, tum in ſua hiſtoria Franc. ſub Rege Ludouic. IX. Nec ignoro alios quoſdam, vti, P. Matthæum lib. 2. pag. 222. & 223. ſup. & Menardum ſup. pag. 333. non ita libenter eadem ſuſcepiſſe. Horum autem omnium rationes ita leues ac futiles cenſentur; vt proinde à nobis haud immeritò reiiciantur, & opinatam fabulam flabello linguæ minimè opus ſit abigere: maximè cùm noſtra ſententia firmioribus innitatur fulcris Authorum non paucorum: inter quos primùm Iani Vitalis Panormitani Epigramma.

Accepit pignus victor Saladinus Ieſu,
Redderet vt Regnis, te Ludouice, tuis:
Tu pignus redimis multò pretioſius auro,
Vtra fides maior, illa vel iſta fuit?

Deinde ad ſunt Paulus Iouius, Nuceriæ Epiſcopus, lib. 1. Elogior. illuſtr. viror. in Saladino Sulthano. Genebrardus; Aquenſis Archiepiſcop. libr. 4. chronolog. in Innocentio IV. Iacobus Perronus, Cardinalis S. R. E. Senonenſis Archiepiſcopus lib. 3. tract. de Euchariſtia cap. 19. in fin. Sanctiago ſermon. Quadrageſimal. in Cœna Domini. Roulliardus lib. pro Abbatia de Lehuno in ſanguine terſo. *Libuns en ſangters.* pag. 29. & 30, Spondanus in Auctario chronolog. ad Baronium ſub annum Chriſti milleſimum ducenteſimum quinquageſimum. Du Haillan lib. 11. hiſtor. Franc. in Ludouic. IX. Reg. de Serres in Inuentario hiſtor. Franc. ſub eodem Rege. De Cœuilli, in demonſtratione veritatis catholic. circa med. Pacificus in ſuis Peregrination. pag. 76. Caſtellus in Relation. peregrination. Domini de Breues part. 1. p. 229. Ludouicus Aurelius. In Epitom. Annal. Baronij ad ann. 1250. In Appendice. Adrianus de Boufflers lib. 1. hiſtor. Antiq. & modern. pag. 221. Iacquinotus. lib. *Chriſtiani ad gradum Altaris.* cap. 9. §. v.

Quid plura? Cùm reduci nauigatione, ann. 1255. §. 34. pius Rex Cypro appropinquaret; nauis, qua vehebatur, oborta tempeſtate, bis rupibus illiſa eſt, & omninò peritura credebatur. Actum de vita ſua putant omnes; præſentemque viris intentant omnia mortem. Ludouicus verò ad Deum confugiens; flexis genibus ante digniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quod Legati Apoſtolici conſenſu in naui repoſitum fuerat, intentiſſimè Deum orauit, vt ab imminenti naufragij diſcrimine eriperet nauem. Audiuit orantem Deus; & ſedata tempeſtate, ſine vllo diſpendio, nauis littori appulſa eſt incolumis. Omnium vna fuit ſententia ſancti Ludouici precibus inſtans mortis periculum eos euaſiſſe, Ionuillæus, Gaufridus de Belloloco cap. 29. & 30. Laſſereus, Clicthouæus, & Pæpinus ſerm. de S. Ludouic. P. Matthæus lib. 3. pag. 295. & ſeq. qui lib. 4. pag. 484. addit, ab eo hunc morem proceſſiſſe; quo pro pace publica canitur in Eccleſiis, tempore ſacrificij, ad eleuationem Euchariſtiæ, ille verſiculus,

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ cœlis pandis oſtium, &c.

Sed hallucinatur; nam Ludouico XI. vel potius 12. tribuendum eſt huiuſmodi inſtitutum: vti conſtat ex Moro tom. 2. cæremon. Miſſæ, ſermon. 25. Fauyno tom. 1. Theatri Honoris & Equeſtris ordinis. Duranto de Ritib. Eccleſ. lib. 2. cap. 40. §. 7. poſt Clictouæum lib. 1. Elucidatorij Eccleſ. in expoſition. illius hymni de ſanctiſſimo Sacramento. *Verbum ſupernum prodiens* verſ. 5. *Cæterùm* (inquit) *cùm etiam corporalia bella nos infeſtant, & hoſtiles in nos ſurgunt acies,*

Digitized by Google

acies, pium admodum & religioſum eſt, ad huius ſanctiſsimi Sacramenti auxilium adiutoriumque petendum per hanc orationem ſuppliciter confugere. Quod cũ multa pietate ſedulitateque ſuperioribus annis perſpeximus palam obſeruare: cùm vndiquaque in florentiſſimum Galliæ Regnum coniurati inſurgerent hoſtes, & infeſtis armis ipſum opprimere molirentur. Ad quorum improbos conatus reprimendos, id laudabiliter inſtitutum eſt, quod in eleuatione ſanctiſſimi corporis & ſanguinis Chriſti in ipſo Altaris ſacrificio, per omnia loca quæ Regni illius ambitu continentur, decantaretur à choro fidelium hic verſus: quod magnopere credo contuliſſe ad pacem placidam & tranquillitatem populo poſt in omnibus Regni finibus obtentam: quæ in primis Deo accepta referri debet. Dicimus itaque Sanctum Ludouicum IX. ſolummodò dediſſe operam, vt Bulla Vrbani IV. Papæ Galli, ſuper inſtitutione feſti corporis Chriſti, confeſtim publicaretur, ſeruareturque ea ſolemnitas per totam Galliam: teſte eod. P. Matthæo ibid. pag. 482.

Inuenimus Seraphicum Patrem ſanctum Franciſ-
§. 35. cum, ſibi delegiſſe Galliæ Regnum, vt inibi prædicationis officio fungeretur, iis ductum rationibus: quòd populus ille Francicus maxima pietate venerabatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; necnon ſummè Catholicus eſſet, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ addictiſſimus: inquit Marcus Vlyſſiponenſis 1. parte chronic. Minor. lib. 1. cap. 61. & Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum decimum ſextum §. vndecimo. Corbinus lib. 10. Sanctæ Franciæ pag. 36. Certè vtrumque præſtitit Sanctus Ludouicus Rex: primum nuper oſtendimus, ſecundum prodamus. Non ſolùm ipſe pius Rex, Caput, Duxque ſacræ Expeditionis declaratus eſt in Concilio generali Lugdunenſi anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto; vti placet Azorio Inſtitution. moral. parte ſecunda, libro quinto, capite decimo ſeptimo. P. Matthæo libro ſecundo init. ſup. Galterio in Tabula Chronolog. ſæcul. 13. in Conciliis. Spondano ad annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum quintum. Galleſio cap. 2. vit. S. Bonauentur. &c.

§. 36. Sed & partes Summorum Pontificum, atque ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ſemper tutatus eſt aduerſus Federicum II. Imperatorem, & alios Eccleſiæ inimicos. Æmylius, Gaguinus, Gillius, P. Matthæus lib. 1. & 2. ac 3. pag. 318. ſup. poſt Nangium, Vincentium Beluacenſem, Gaufridum de Bello-loco, Sanctum Antoninum, & alios. Vnde mirum non eſt; ſi Innocentius IV. pro Rege Franciæ orantibus tunc dederit decem dies Indulgentiæ. Id enim diſcimus ex Diuo Thom. in 4. ſentent. diſt. 20. quæſtion. 1. artic. 3. ſub fin. & in Supplemento, tertia parte ſuæ Summæ, quæſt. 25. artic. 3. ad 2. ſed Clementem V. centum dies; & Leonem X annum integrum, adieciſſe: volunt Gloſſa Pragmat. Sanction. in proem. 3. verbo *Tueretur.* De Selua tract. de Benefic. quæſt. 23. Feraldus de Priuileg. Regni Franci Priuileg. 3. Rebuffus in proemio Concordatorum. Benedictus ad cap. Raynutius, in verbo *Si abſque liberis.* Helyas, Acchiepiſcopus Turonenſis in Defenſor. Concordat. Nauarrus Not. 19. de Oration. numero 90. Durantus lib. 2. de ritib. Eccleſ capit. 33. numero 18. Lorinus tom. 1. Commentar. in Pſalm. 19. verſ. 10. Galterius ſupr. in Euentib. Memorabil. Caſſanæus part. 5. catalog. glor. mund. conſiderat. 30. & 35. Spondanus ad annum milleſimũ ducenteſimum quinquageſimum quartum. Ioannes Lupus à Palatiis rubeis in 4. part. §. 1. de iure obtent. & retent. Regni Nauarr. Summa Anglica. verb. Indulgentia. §. 15.

Singulari dilectione proſequebatur idem ſanctus §. 37.
Rex, Ordines Fratrum Minorum & Prædicatorum: teſte Gaufrido de Bello-loco cap. 12. & Cantipratano lib. 2. Apum cap. 10. numer. 11. cum multis aliis; cuius rei gratia, decernens aliquando limina Apoſtolorum, aliaque loca ſancta inuiſere, ſub peregrini habitu: dùm Peruſium tranſiret, vt Romam adiret, Beatum Ægidium, Fratrem Laicum, Minoritam, Sancti Franciſci olim ſocium, Peruſij commorantem ſumma cum animi lætitia, vidit, ſalutauit & tenerrimè amplexatus eſt. Qua de re Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ Sancti Franciſci, vbi de Beato Ægidio. Marcus Vliſſiponenſis 1. part. Chron. Minor. lib. 7. cap. 17. Ioannes Baptiſta à Peruſio cap. 5. vitæ Beati Fœlicis à Cantalicio. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1262. §. 13. 1291. §. 59. & tom. 2. opuſcul. D. Franciſc. annotat. 21. in Regul. Tertiarior. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu 4. Prouinc. Sancti Franciſci. Surius tom. 4. in vita Sancti Ludouici cap. 7. Laſſerus, Doubletus, Sedulius ibidem in Annotation. Speculum vitæ Sancti Franciſci. Floretum cap. 33. Moſander tom. 7. in vita B. Ægidij 23. April. Haræus Ibid. Elzearius libr. 3. cap. 4. ſacri Mont. Oliueti. Sanches de Regno Dei cap. 4 num. 34. Rouſſeletus in Lilio ſacro. In concluſione ſection 1. §. 46. Carthuſianus Serm. 2. poſt. Natalem Domini, his verbis. *Legitur, quòd Frater Ægidius, qui fuit vnus de primis diſcipulis ac Fratribus Sancti Franciſci, fuit vir altæ & magnæ contemplationis, totieſque quotidie rapiebatur ad Deum, quòd inter homines vitam Angelicam ducere videbatur: ſicut & Bonauentura deſcribit. In illis autem diebus vixit Sanctus Ludouicus Rex Franciæ, qui ex deuotione præcipua ſeptem annis peregrè ambulauit occultè per mundum: & viſitauit loca ſacra, ſanctoſque viros. Tandem deuenit ad locum, in quo fuit præfatus Frater Ægidius, cupiens alloqui eum. Ægidius verò inter Fratres exiſtens, reuelante Spiritu ſancto, agnouit ſancti Regis illius præſentiam, atque ex ſpiritualis amoris feruore, & magno deuotionis exceſſu; cœpit quaſi ebrius ad ianuam, antequam ſtetit Rex, currere: videnſque Regem, proſtrauit ſe humiliter, coram eo in terram. Rex quoque ſimiliter corruit ſuper terram. Poſt aliquantulum horæ ſpatium, ambo ſimul ſurgentes, & nil pariter conferentes, ab inuicem diſceſſerunt. Interrogatus autem ab vno de ſuis Frater Ægidius, cur Regem alloquutus non eſſet, reſpondit. Vidimus mutuò corda noſtra tam clarè, quod opus non erat aliquid loqui, &c.*

Illud verò duxi haud pertranſeundum à quodam §. 38.
Reuerendo Patre, cognomento *Delle columbè* In concionibus per Quadrageſimam, Sabbatho 1. Quadrageſimæ, ex Petro Paludano, Theologo notiſſimo Ordinis Prædicat. Patriarcha tandem Hieroſolymitano allatum. Quòd cùm ſemel Sanctus Ludouicus Rex ſederet ad menſam, interimque puer Ephæbus, ipſe nimirum Petrus Paludanus, legeret illud Geneſeos 18. de collocutione Dei cum Abraham, qua illi reſerauit, quæ geſturus erat in Sodomis, ignis æterni ſupplicio mox afficiendis. Conuerſus Rex Sanctus, ad Theologos illic aſtantes [quos Doctores ac magiſtros diuinitatis vocitabat] ſi ita res ſe haberet interrogauit: quibus reſpondentibus; abſque dubio ſic eſſe, nefaſque dubitare de ijs, quæ ſacra referebat ſcriptura, & modo audientibus cunctis, lectum erat, ex-

clamaſſe tunc dicitur, ingenti cum Spiritus iubilo: *Pariſius, Pariſius, quàm fœlix ſis Pariſius!* Longè enim abes ab huiuſmodi illata clade, neque enim timere debes, pro tuis ſceleribus, quæ parem meruere Dei offenſam, te conſimili pœna mulctari, quandoquidem Deus, ſi propter decem viros iuſtos cæteris tunc parcebat, nunc autem pluribus conuentibus, & Monaſterijs (vbi tot Religioſi diu noctuque, quaſi vigiles, iuſtam Dei vindictam, ſuis pijs obſecrationibus iugiter placare contendunt) te, circumcinxi, quæ meritò illorum numerum hominum excedunt, quos exquirebat Dominus.

§. 39. Idem ſanctus Rex edidit pragmaticam Sanctionem ann. 1268. tum ad politicum Cleri Gallicani ſtatum conſeruandum, tum vt abuſus, ſi qui eſſent, de medio tollerentur: non autem, vt more caſtrorum, aggerem extrueret, ad pugnandum contra Pontificiam authoritatem, vt parum æquus autumat Rex Angliæ in libro ſuo, cui titulus eſt: *Triplici nodo triplex cuneus:* pag. 28. Etenim Sanctus Ludouicus contrarium ſemper fecit & docuit vſque in finem vitæ ſuæ: quod patet ex teſtimonio tot proborum Authorum ipſius geſta & actiones referentium. Nam Bonifacius VIII. Pap. ſermon. 2. in Canonizatione huiuſce Regis ann. 1297. poſt initium, laudat eum à regimine Eccleſiarum; quia iura Eccleſiaſtica, & libertates Eccleſiæ illæſas conſeruabat. Guillelmus Carnotenſis; cum eſſet prædicti Sancti Regis Capellanus, hæc teſtatur in libro de vita & miraculis Sancti Ludouici Reg. ante med. *Sanè quàm reuerenter & humiliter erga ſacro-ſanctam Romanam Eccleſiam ſemper ſe habuit, quàm deuotè & obedienter reſcripta & mandata Apoſtolica conſuetus erat ſuſcipere; quàm obedienter & efficaciter, ſicut verus filius obedientiæ adimplere, norunt illi qui ei familiariùs adhærebant. Ipſe enim negotia matris Eccleſiæ pluſquam propria reputans, ea totis affectibus promouere curabat.* Denique inter alia monita, quæ ſanctus Rex moriens filio ſuo Philippo, Regnique hæredi dedit: hæc verba habentur in ſuo Teſtamento, quod extat apud Gaufridum de Bello-loco, de vita & conuerſatione Sancti Ludouici Reg. cap. 15. *Sis deuotus & obediens matri noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & Summo Pontifici tanquam patri ſpirituali.* Eadem confirmant Laſſereus, Surius, Ribadeneira ſupra. Cornelius à Lapide commentar. in cap. 2. Epiſtol. 1. D. Petri verſ. 13. & in cap. 31. in fin. Deuteronom. Wadinghus ad ann. 1270. §. 10. poſt Fragmentum Hiſtor. Francor. apud Nangium. Scio, inter alias Ordinationes Sancti Ludouici, fieri mentionem, de prohibitione exactionum Curiæ Romanæ intra Regnum Franciæ: niſi pro rationabili cauſa; & de conſenſu Regis, ac Eccleſiarum Regni: apud Nicolaum Gillium, in Chronica Franciæ ſub Ludouic. IX. Reg. quem ſequitur Gloſſator pragmaticæ Sanction. de Reſeruationib. verb. *Reſeruatione.* & P. Matthæus libr. 4. pag. 481. ſup. Verùm, hic articulus nuſquam inuenitur intra pragmaticam Sanctionem præfati ſancti Regis, quæ extat tom. 6. Bibliothecæ ſanctor. Patrum, editæ Pariſiis ann. 1589. 1624. & tom. 13. editionis Colonienſ. ann. 1614. Duplexum tom. 2. Hiſt. Franc. ſub D. Ludouic. IX. ad ann. 1270. & alios. Quapropter videtur poſtea additus in odium Eccleſiæ Romanæ, iuxta Bellarminum in Apologia pro reſponſione ad dictum Regem Angliæ capit. 6. circa med. vel illic appoſitus eſt pro abolendis abuſibus ſi qui eſſent. Ita Coiffetellus in reſponſione ad eundem Regem.

In hæreticos etiam ſeueriùs animaduertebat: ideoque Alexander IV. Priori Prouinciali Prædicatorum in Francia, & Guardiano Minor. Pariſienſium, ad inſtantiam ipſius S. Regis Ludouici, onus impoſuit, in hæreticos inquirendi per vniuerſam Galliam, eiuſque diſtrictum, ann. 1255. amplam poteſtatem faciens per ſuas litteras, quæ incipiunt, *Præ cunctis mentis noſtræ.* Sub Datum Lateran. ibidus Decemb. Pontif. ann. 1. teſte Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1255. §. 14. qua de re, lege Phillippum Mouskes MS. ſup. Itemque Guillelmum Carnotenſ. qui de eo ſic ait. *Inquiſitores etiam hæreticorum, pro negotio fidei & Eccleſiæ laborantes, quandocunque recurrebant ad ipſum, recipiebat dulciter & benignè: diligenter eos audiens, & celeriter expediens, cum omni gratia & fauore, poſtpoſitis aliis quantumcunque arduis negotiis; aſſerens negotium fidei debere omnibus aliis anteponi.* Confirmat eadem Summ. Pontifex in Bulla canonizationis eius, dicens. *Abhorrebat hæreticæ prauitatis macula infectos*; ne fidei Chriſtianæ cultores labe huiuſmodi contagionis inficerent, de Regni prædicti finibus, efficacibus ſtudiis expellendo; ac aliàs, circa ſtatum eius prouidendo ſollicitè: vt ab ipſo fermentis talibus prorſus excluſis, in eo fidei prædictæ ſinceritas rutilaret. §. 40.

Demùm, ſanctus Rex, perceptis ſingulari cum deuotione, & mente incolumi, omnibus Eccleſiaſticis Sacramentis, in cilicio terræ ſuperſtrato, & cinere reſperſo, in modum crucis expanſus decumbens, fœlicem ſpiritum reddidit Creatori: circa horam nonam diei 25. Auguſti, feria ſexta, ætatis ſuæ anno 55. Regni ſui 44. Chriſti verò 1270. Ita Ionuillæus, Gaufridus cap. 44. Guillelmus Carnoten. Laſſereus, Surius, Clichthoueus, Pepinus & alij ſup. Eius corpus Philippus III. Rex, decreuit protinùs in Galliam deportandum, apud Eccleſiam Abbatialem Sancti Dionyſij, vbi Sanctus Ludouicus elegerat ſepulturam: ſed poſtea habito cum Rege Siciliæ Carolo, patrueli, conſilio, retinuit ſecum ſacras Reliquias Rex Franciæ, confidens, quòd meritis Sancti Patris, Dominus in bonum promoueret exercitum, & ab infortuniis conſeruaret. Hæc ex Gaufrido, cap. 46. Chronica Abbatiæ Sancti Dioniſij, Nangio, &c. §. 41.

Tamen carnes corporis eius excoctas, & ab oſſibus ſeparatas, necnon cor & inteſtina ipſius petiit, & impetrauit deuotus Rex Siciliæ à nepote ſuo Philippo Rege Franciæ. Qui reuerenter ſuſcipiens ſanctas Reliquias defuncti Fratris, eas honorificè fecit in Siciliam deportari, & propè Panormum, in nobili quadam Abbatia montis Regalis [quæ nunc in Archiepiſcopatum euecta eſt] præcepit recondi, cum valdè ſolemni atque pia proceſſione totius cleri ac populi: vbi ſtatim pluribus miraculis à Deo illuſtratæ ſunt. Teſte Gaufrido capit. 47. Chronica Sancti Dioniſij, Pariſio, Nangio, Duplex. Laſſereo, & aliis ſup. Leandro in Italia luſtrata, vbi de Sicilia, in ea Abbatia, à Normannis olim extructa, & R. P. Pacifico, in ſuis Peregrinationibus ibid. pag. 93. qui ait ſanctas Reliquias fuiſſe reconditas in ſepulchro porphyretico, cum hac ſuperſcriptione litteris aureis exarata. §. 42.

Hic iacent viſcera Sancti Ludouici Regis Franc.

Quod autem addit, corpus videlicet eiuſdem ſancti Regis ibidem requieuiſſe, exindèque opera Regum poſteriorum, pro eorum pietate, allatum in Galliam: in cuius commutationem huic loco dediſſe vnam ex Spinis Coronæ Chriſti; de ligno Crucis, aliaſque Reliquias §. 43.

Reliquias è Sancta Capella Pariſienſi; prorſus repugnat hiſtoricæ veritati & oculatis teſtibus. Scribunt etenim Gaufridus cap. 47. & ſeq. Guillelmus Carnotenſ. Ionuillæus, Pariſius, Chronica S. Dionyſij, Nangius, & alij recentiores, Sacrum corpus, aromatibus conditum, & in ſcrinio incluſum; è Tunicio in Siciliam aduectum fuiſſe: deinde per Calabriam, Apuliam, Romam, Viterbium, Bononiam, Cremonam, & Lombardiam, vſque in Galliam penetraſſe: ac poſtremo Lutetiam deueniſſe, paululumque conſtitiſſe intra Eccleſiam Cathedralem Beatæ Mariæ Virginis: à qua mox deductum eſſe ad ſanctum Dionyſium in Francia, decenti cum pompa funebri; aſſiſtente ſemper eodem Rege Philippo, necnon ſacrum Feretrum demortui patris aliquando deferente: quæ omnia peracta ſunt die Veneris ante Pentecoſten ann. 1271.

§. 44. Plurimis ac maximis refulſit miraculis, non ſolùm in vita & morte, ſed etiam & poſt obitum, inter quæ illud ſingulariter duxi recenſendum: quòd cùm ſacrum funus Viterbium aduentaſſet, Cardinaleſque moram prolixiorem ad eligendum Summum Pontificem facerent: (referente eodem Gaufrido cap. 47. ſup.) præſentia corporis S. Regis in medio conſeſſus poſiti, animi omnium conciliantur: ac protinùs vota pari conſenſu refundunt in Gregorium X. tunc abſentem: teſte P. Æmylio lib. 7. de reb. geſtis Francor. in ipſo D. Ludouico IX. & Philipp. III. Regib. Francor. Bzouio tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1271. §. 1.

§. 45. Fatentur omnes (poſt Gaufridum de Bello-loco, cap. 50. & Ionuillæum) hunc S. Regem ingentia edidiſſe miracula, poſtquam in cœlum migrauit: quorum nominatim mentionem agunt, ſeriemque habent Guillelmus Carnotenſis, qui de vita & miraculis D. Ludouici librum compoſuit. Item Codex MS. nunc excuſus, de miraculis factis in Eccleſia Fratrum Prædicator. Ebroicenſ. ipſi S. Ludouico dicata. Borbonicum MS. id eſt, vita S. Ludouici Regis, per quendam Anonymum compoſita, & Duci Borbonienſi dicata; extat in Bibliotheca Regia Lutetiana, ſub numero 1479. 55. item aliud opus MS. ibid. aſſeruatum, numero 714. 27. cuius Author erat Confeſſarius Reginę Margaritæ, ipſius Sancti Regis Ludouici vxoris. Codex MS. Abbatiæ S. Victor. Pariſ. numero EEE. 11. Chronica S. Dionyſij, Nangius, Iacobus de Voragine, Laſſereus, Nicolaus Gillius, Pepinus, Charronus, Belforeſtius, Hieronymus &c. ſup. Gonzaga 2. part. Orig. Seraphic. in Conuentu 44. Prouinciæ S. Franciſci; & part. 3. in Conuentu 14. Prouinciæ Granatenſ. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1297. & Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 12. ann. 1291. §. 59. & ann. 1299. §. 7.

Aduerte autem ex Bulla canonizationis eius per Bonifacium VIII. Papam, dici ipſum S. Regem Ludo- §. 46.
uicum, poſt obitum ſuum, ſtrumoſis liberationis beneficium etiam impendere: non quòd viuus ea minimè præſtiterit miranda opera; ſed ne dignitati Regiæ Franciæ ſolummodò, hæc critici atque zoili tribuerent, non ſanctitati perſonæ. Ideóque & ipſe S. Rex, in curatione huiuſmodi ſtrumis laborantium, ſignum crucis adhibuit: vt totum referret ad laudem & gloriam Ieſu Chriſti Crucifixi, in cuius nomine ac virtute talia operabatur: vti conſtat ex præfato Gaufrido, teſte oculato; cap. 15. vitæ eius. *In tangendis infirmitatibus, quæ vulgo* Hercalæ *vocantur, ſuper quibus curandis Franciæ Regibus Dominus contulit gratiam ſingularem: pius Rex modum hunc, præter Reges cæteros, voluit obſeruare. Cùm enim alij Reges prædeceſſores ſui, tangendo ſolummodò locum morbi, verba ad hoc appropriata & conſueta proferrent, quæ quidem verba ſancta ſunt, atque Catholica, nec facere conſueuiſſent aliquod ſignum crucis: ipſe ſuper conſuetudinem aliorum hoc addidit, quòd dicendo verba ſuper locum morbi, Sanctæ Crucis ſignaculum imprimebat; vt ſequens curatio virtuti Cruci attribueretur, potius quàm Regiæ Maieſtati, quod à Nangio, Gillio, & aliis confirmatur.*

Tandem dignum duxi, finem haud prius facere, §. 47.
quàm (modò lector mihi faueat) Poëma verè Panegyricum Vrbani VIII. Pap. (antequam Summi Pontificatus apicem conſcenderet) in laudem S. Ludouici compoſitum, & à D. Morello, litterarum Græcarum Regio Profeſſore Lutetiæ, Græcum redditum, mihique gratanter ab ipſomet porrectum, in medium propoſuero.

IN DIVVM LVDOVICVM IX. FRANCORVM REGEM,

ODE PINDARICA BILINGVIS.

AD LVDOVICVM XIII. REGEM CHRISTIANISSIMVM.

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ.

Vt quà oritur Sol, quàque etiam ſe condit in vndas,
Acta tui reſonent, Rex LODOICE Ataui:
Quæ Lyra Pontificis celebrauit voce Latina:
Hæc itero numeris Pindaricâque fide.
Huic operi geminâ modò Maieſtate fauente,
Ecquid non ſperet noſtra Camœna dehinc.

ILLVSTR. ET REVER. MAFFÆI S.R.E.

CARDIN. BARBERINI

S. D. N. SIGNATVRÆ

IVSTITIÆ PRÆFECTI, &c.

DE S. LVDOVICO FRANCORVM REGE.

O. D E.

STROPHE I.

§. 48. *OBiectu gemini maris*
Illinc Pyrenes, arduis hinc Alpium
Præcincta muris; ingenio ſoli;
Fluxúque diues fluminum:
Fortium turmis equitum verenda,
Herôum genitrix Gallia, Bellicis
Fœcunda palmis: inclyta Regibus,
Quos longâ ſerie dedit
Priſci Capetij genus:
Vt inter omnes thure LVDOVICVS
Cultus & aris
Cæleſti radiat vinctus diademate frontem!

ANTISRTOPHE I.

Quas dudum mea parturit
Mens fœta laudes, Regis educ optimi
In lucis oras, Aonij lyra
Sonora cantus obſtetrix.
An pia primum ſtudium Parentis
Formandi puerum motibus integris,
Doctaque raris Palladis artibus;
An celſa decus indolis
Dircæis celebrem modis?
En blanda prodis Comitas, Pudórque,
Lenis & oris
Majeſtas, ac forma decens, & Gratia lingua.

EPOD I.

Non me tamen moremini,
Plectrum prouocat aureum
Pulchrius fulgens teneris ab annis
Laus parta bello, iactet infantis manu
Alcidis enectos colubros
Ficto Græcia plauſu,
Vt primum nituit murice Regio
Heros gloria Sequanæ,
Impuber armis comprimit rebelles.

ΕΙΣ ΑΓΙΟΝ

ΛΟΥΔΟΙΚΟΝ

ΦΡΑΝΚΩΝ ΒΑΣΙΛΕΑ,

ΩΔΗ.

Μεταφρασθεῖσα Πινδαρικῶς ὑπὸ ΦΕΔΕΡΙΚΟΥ ΜΟΡΕΛΛΟΥ πρωτοδιδασκάλου Βασιλικοῦ.

ΣΤΡΟΦΗ Α.

ΑΝτικρὺς διδύμου ἁλὸς
Πᾶ μὲν Γυρήνας ὀρθίοις, πᾶ δ' Αλπέων
Στεφθεῖσα τοίχοις εὐφορίᾳ τε γᾶς
Ρεύσει τε πλήρης ναμάτων,
Αλκίμων ἴλη ἱπποδάμων φαεννὴ
Μήτηρ ἡμιθέων Γαλλία, κυδίμοις
Φοίνιξί μεστὴ, ἡγεμόσι κλυτὴ
Οὓς εἱρμῷ δολιχῷ πόρε
Καπετίου παλαιοῦ γένος
Εν πᾶσιν ὥσπερ ΛΟΥΔΟΙΚΟΣ ἱρῷ
Βωμῷ ἀγαθεὶς
Ουρανίῳ γηθεὶς πλέκει διαδήματι κόρσας.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Α.

Οὓς ὠδίνει ἐμὴ πάλαι
Φρὴν μελλόπεξ κώμως, ἄνακτος ἔξαγε
Ες φῶς ἀρίστου, Αονίας μύρα
Ευαχος ἀοιδᾶς μαῖα.
Ευσεβοῦς πρῶτ' ἠϋτόκου μελλήμα
Χαλκεύει τὸ τέκος ἤθεσιν ἀφθύροις,
Καὶ πανσόφου τῆς Παλλάδος ἔργοισι;
Υψηλᾶς κλέος ἢ φυᾶς
Διρκαίοις κελαδῶ τρόποις;
Ην' ὀργυίᾳς ἀστεῖ ἴυγξ καὶ αἰδώς.
Ηπιον ὠπὸς
Πραῢ σέβας κ' εἶδος λαμπρὸν, γλώσσας τε χάρισμα.

ΕΠΟΔΟΣ Α.

ΟΥ μὰν μ' ὅμως ἰθύνετε.
χρυσῆ με προκαλεῖ λύρα
Κάλλιον φέγγουσ' ἀπὸ νηπιείας
Κῦδος γ' Αρήιον. φαίη παιδὸς χερὶ
Ηρακλέως ὄφεις πεσόντας
Ψευδεῖ πλάσματι ἑλλάς,
Ως πρῶτον βεβάασιν πορφύρα ἀρχικᾷ
Ηρως δόξα τε Σηκάνου,
Πρώθηβος ὅπλοις συνθλίβει ἀπίστους.

STROPHE

Digitized by Google

STROPHE II.

Aſt ætas vbi firmior
Acceſsit, omnis abſtinens culpa, Deo
Deuota iungit pectora, dotibus
Virtutis auctus; commoda
Vrbium curat, ſtudioſus æqui:
Regum delicias ſpernit, & otium
Fontem malorum claudit, & amouet
Luxum criminis illicem:
Iuſtis præmia diuidit:
Prauóſque pœna corrigit timore.
Sic populorum
Munit amore latus, non enſe aut militis haſtis.

ANTISTROPHE II.

Horti pulchra per areas
Hinc inde transfert candidum virgo pedem
Quà mira florum pompa recluditur,
Seu quos dedit Britannia,
Vel Tagi potor Sporadúm ve cultor,
Mox voluens oculos, vndique conſpicit,
Et hæret, anceps quem ſibi deligat:
Illic floret Amaracus,
Hîc albet breue Lilium,
Floréſque pandunt aduenæ decorem!
Denique certa
Omnibus illa roſæ Pæſtanum prætulit oſtrum.

EPODE II.

Florem tibi quem ſeligam?
Te ſceptro potior fides,
Alme Rex, clarat, Themis, & ſorores
Pietáſque maius adferunt tibi iubar,
Gemmata quàm veſtis vel aurum:
Atque clarior Aſtri
Naſcentis radiis fulſit, & in tuo
Fulget corde, rapit ſacra
Me luce flagrans Charitas canentem.

STROPHE III.

Hæc te nectare Cælitum
Paſcit, Deique nunc beat præſentiâ:
Hæc vna quondam, dum tuus induit
Caduca membra ſpiritus,
Se tibi iunxit comitem, viaque
Index, te ſuperûm cœtibus addidit:
Hinc liberali ſpargis opes manu,
Siue altaria conſtruis,
Seu ſacras reficis domus,
Ades vel ægris, vel iuuas egenos;
Hac duce bellum
Suſcipis, & mortis iaculis caput obiicis vltrò.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Β.

ΕΥ τὸν δ' ἡλικία περῆ
Ιτηλος, ἄτης τ' ἄμμορος πάσης, Θεῷ
Χειμφθέντα καλλᾶ σέθεα δωρεαῖς
Καθεὶς κλέους τῷ δ' αὖ μέλει
Ωφελειάων πόλιων δικαίῳ,
Αρχῶν σὺκ' ἀλέγει ἥδεα, ἐ σχολάν
Γαγὰν κακῶν κλείει, ἴδ' ἀπωθέει
Δαγνείαν ἐναγεστάταν·
Εσθλοῖς ἄθλα χαρίζεται,
Ποίνας δὲ πονηροὺς δέει διορθοῖ·
Ως ῥέα λαῶν
Ευνοίᾳ φρουρεῖ δέμας, οὐ κοπίδ', οὐδὲ μαχαίρᾳ.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Β.

Κήπου καλὰ δι' ἀλωὰς
Εντεῦθε λαμπρὸν ἐκεῖ κόρη φέρει πόδα,
Ενθ' ἀνθέων ἁ πόμπ' ανακλειέεται,
Η ἃ πόρρεν ἡ Βρεταννία,
Η Τάγου πώτης, Σποράδας τε ναίων·
Στρέψας ὄμματα μὰψ πανταχόθ' εἰσορᾷ,
Διστάζει ὀκλάζουσ' ὅγ' οἱ ἐκλέγῃ·
Ανθεῖ ἔνθαδ' Αμάρακον,
Λευκαίνει βραχὺ λείριον·
Τῆδ' ἄνθε' ἐκ τείνει ξέν' ἐμπρεπές τι.
Τῆμος ἐκείνη
Πᾶσιν ἑκοντὶ ῥόδου Γαἰσανὸν προὔφηνεν ὄστρον.

ΕΠΟΔΟΣ Β.

Τί δ' ἄνθος ἐκλέξαιμί σοι;
Πίστις σκάπτροιο βελτίων,
Σ' ὦ ἄναξ τιμᾷ, Θέμις ἠδ' ἀδελφαὶ,
Καὶ εὐσέβεια, μεῖζον εἰσφέρουσί σοι,
Φῶς εἷμα γ' ἢ αἴγληεν, ἢ καὶ
Χρυσὸς· λαμπρότερ ἄστρου
Ακτῖσιν ἀνατέλλοντος, ἴδ' ἐν τεᾷ
Φέγγουσα κραδίᾳ, φάει
Στοργὴ ἔμ' ἁρπάζει ἀοιδὸν ἱρῷ.

ΣΤΡΟΦΗ Γ.

Η σ' οὖν Νέκταρ Ολυμπίων
Βόσκει, Θεοῦ τ' ὀλβίζει αὖ παρουσίᾳ·
Μούνα δὲ τῆμος εὖτε πνοὴ τεὰ,
Ες φθάρτ' ἔδυ σαρκὸς ῥέθη,
Ζεῦξεν αὐτὴν τοι τότ' ὁδηγὸν εἶτα
Ταύταν οὐρανιώνων θέτο σ' ἐν χοροῖς·
Ενθ' ὀλβίᾳ σπείρεις ἄφενος χερὶ,
Βωμοὺς τ' οἰκοδομεῖς, ἤε
Στηρίζεις θεοῖς ἱερὰ ἔδη,
Γάρει νοσοῦντι, ἢ πένητι χρησμεῖς,
Ηγεμὸν' αὐτὰν
Αἱρῇ χάρμην, καὶ κρὸς βελέεσσιν ὑπαντᾷς.

ANTISTROPHE III

Vrbis nam Solymæ vicem
Dolens, vt impiam opprimas tyrannidem,
Pacata Regni linquis, & horridis
Armis petens Peluſium,
Traiicis textis trabibus phalanges,
Quà ſeptemgemino cærula flumine
Nilus colorat: mœnia vix quatis
Arcis, cùm ſubitus fores
Recludit pauor hoſtium;
Mox victor agmen militum parentes
Ducis in agros,
Hoſtiléſque acies geminatâ clade trucidas.

EPOD. III.

Spes ſæpe quo propinquior
Arridet, celeri fugâ
Exitus cœptis adimit ſecundos.
Inuadit eheu te lues, & Celticas
Inſeſta vis morbi, famèſque
Vexat dira cohortes:
Illinc flumen aquis, hoſticus hinc furor
Denſo circuit agmine:
Pugnatur; atrox fœdat arua cædes.

STROPHE IV.

Victum gloria non minor
Te ſequitur, heros magne, quàm cùm vinceres.
Conſtans recuſas Martis ab alea
Lembo per amnem ſubtrahi.
Vnâ nos omnes eademque pugnâ
Sors, inquit, moneat: Vos ego deſeram?
Regèmque veſtrum me fuga polluet?
Captiuo tibi quas minas,
Quæue opprobria barbarus
Infert Tyrannus? ſæua quot tuorum
Funera cernis?
Tu tamen immotus Chriſto ſpem ponis in vno.

ANTISTROPHE IV.

Nutantes animos fide
Firmas, iacentes erigis. Quid ais, cadit
Spes veſtra? curas pellite lugubres,
Probat Deus quos diligit;
Hos & educit memor è periclis
Olim quæ populus pertulit Iſrael?
Hæc ipſa tellus teſtis: ad inuium
Rubri dum pelagi fretum
Vrgebat Pharao ferox
Equis & armis; obſequens repentè
Scinditur æquor,
Erectiſque vagæ lapideſcunt mœnibus vndæ.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Γ.

Μοῖραν γὰρ Σολύμων πόλευς
Μεμψάμενος, ὄφρ' ἀσεβῆ θλιβῇς τυραννίδα,
Λείπεις θρόνον σεῦ ἡσύχιον, καὶ ὅπλοις
Δεινοῖς προσσεὶς Πηλούσιον,
Πορθμεύων πλεκτοῖσι δοκοῖς φάλαγγας,
Ἀπὸ γ' ἑπταχόῳ τῷ ποταμῷ ἅλα
Νεῖλος χροιάσδει· τειχέα δ' στείβς
Ἄκρας, καὶ προμερὸν θύρας
Ἀνῷξεεν δήιον δέος,
Νικαφόρος γουῶν ὁπλιτῶν ἄγημα
Ἦγες ἐπ' ἀγρούς.
Βαρβαρικόν τε στρατὸν διπλῇ πανὺ ἔκτανες ἥττῃ.

ΕΠΟΔΟΣ Γ.

Ὡς πλεῖστον ἐλπὶς ῥ' ἔγγιον
Σαίνουσ', αἰφνιδίῳ φυγᾷ
Ἐξόδοις ἀρχαῖς ἑλεν ἠυπότμοις.
Ἐποίχεται λοιμός σ' ἄναξ, καὶ Κελτικούς.
Κακῆς νόσου λίσσα λιμός τε
Αἰχμιταῖς καταβόσκεται·
Τῇ μὲν κῦμα ῥοῶν, τῇ δηίων βίᾳ
Πυκνῷ εἴργει ἀγήματι·
Ἐν χάρμῃ ἴχοουσ' αἷμα, καὶ φόνος γυῶν.

ΣΤΡΟΦΗ Δ.

Ἡττηθέντ' ἕπεται κλέος
Ἶσον μέγιστ' Ἥρως, ἢ ὅτε νικήσαο.
Πλάτυμ', ἀναίνῃ Ἄρηος ἐκ φόνου
Πλῷ ἐξελέσθαι διὰ σκύφου
Ἄμμες ἄρ' πάντας μία αὐτὴ αἶσα
Ὑσμίνης λάχοι ὑμῶν. ἐγὼ ἀποστείχω
Ὑμμων μ' ἄνακτα φύζα μιαινέτω;
Δεσμώτῃ τοι ἀπειλεὰς
Ποίας βάρβαρος ἢ ψόγους
Εἰσφεῖ Τύραννος, σατρὰ πόσα τε φράζκων
Πτώματα λεύσσεις;
Αὐτὰρ ἀτάρβητος σὺ Χριστῷ ἐλπίδ' ἔπηξας.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Δ.

Δίζοντας ἐνὶ πίστεϊ
Ῥώννυς, πεσόντας ὑψόσ' ἐγείρεις· τί φαῖς; πέσεν
Ἁ ἐλπὶς ὑμῶν; βάλλετε φροντίδας·
Ἐπάσδει οὓς φιλεῖ Θεός·
Τοὺς δὲ μνήμων ἔξαγε δυσχερέων·
Λαὸς ἃς τὸ πάλλαι ὑπέσχεν Ἰσραήλ;
Γαῖα δὲ ταῦτα μάρτυς· ἀπρόσβατα
Πόντου εἰς ἐλυτροῦ στενὰ
Ἀντεῖργεν φαραὼ θρασὺς
Ἵπποις καὶ ὅπλοις, εὐπιθὴς τάχιστα
Ῥῆκτο θάλασσα,
Ἄστατα γ' ὀρθωθεῖσι λιθοῦνται ὕδατα τοίχοις.

Digitized by Google

EPOD. IV.

Cuncta ſiccis tranſilit
Gens plantis, mare ſæuiens
Defluit rurſus : rapit inſecutum
Ducem procellis, & quadrigas obruit.
Sic fatus haud expes teris
Flexo poplite cælum.
Lux ô Chriſtiadum maxime Principum,
Heros inclite; qui tui
Æquent honorem carceris triumphi?

STROPHE V.

Dat dirus tibi Mempheos
Pœnas Tyrannus; En ſuorum concidit
Ferro peremptus, ſertaque laurea
Mutat cupreſſi frondibus:
Tùque dimiſſus, redimenſque captos;
Oppreſſóſque graui ſeruitij iugo,
Appellis Aces littoribus ratem:
Hîc te Chriſticolæ tenent
Vt ſis certa cadentium
Tutela rerum: haud te trahunt paterni
Commoda Regni,
Nec genitricis amor, procerum nec vota, preceſque.

ANTISTROPHE V.

Non eſt quæ premat acrior
Te cura, quàm Chriſti ſuperbos frangere
Hoſtes, & almo nomine gentium
Delere cultus impios:
Nec pium belli ſtudium remittis,
Donec te Libyæ ſanguine diffluens
Palmâ potitum corporis exui
Arctis nexibus adſpicit.
Nunc, ô verticis accola
Cæleſtis, audi quas preces decorum
Pallida vultum
Relligio mærens lacrymis tibi fundit obortis.

EPOD. V.

Inuicte Rex, en Gallia
Iuncta eſt rurſus Iberia
Sanguinis vinclis, animos & arma
Fac iungat arctum fœdus, heu quot conficit
Europa ſe diſcors in oris?
Squalet Punica tellus:
Te deuincta vocat Græcia compede,
Iordanes vocat, & ſacrum
Chriſti Sepulchrum vindicem moratur.

ΕΠΟΔΟΣ Δ.

Εκλέκτον αὔοις ἔξεβη
Ταρσοις ἔθνος, ἔπειτα δ' αὖ
Αλς κατέρρευσ᾽· ἥρπαγ᾽ ὄπισ᾽ ὄντα
Αρχὸν θυέλλαις, καὶ τετρίωποις πόντισε.
Ως φάς, ἄελπις οὐχί, δὴ ἄρκεις
Κάμψας γουνατ᾽, Ολύμπον.
Φῶς ὦ Χριστοσεβῶν πάμμεγα κοιράνων
Ηρως ὦ κλυτὲ, σεῦ τίνες
Ισοι γὲ τιμῇ οἱ τρίαμβοι εἱρκτῆς;

ΣΤΡΟΦΗ Ε.

Αἰνὸς δῶ ποτὲ Μέμφεως
Δίκαν Τύραννος· ἰδού δ' οἰκείων πέσε
Κτανθεὶς σιδήρω, στέφη τε δάφνινα
Κυπαρίσσου ἄρνυται κύμαις·
Εκλυθεὶς, δὲ ῥύσια τ' αἰχμαλώτοις,
Δουλείης τε βαρεῖ βεβριθμένοις ζυγῷ
Ορμίζες Ακκὶς ἠιόσιν νῆα.
Κεῖτι Χριστοσεβεῖς σ' ἔχον
Εμμεν γ' ὀλλυμένων μέγα
Ερύμα πάντων· λῶστα δ' οὔ σε πατρὸς
Σκῆπτρα γ' ἐρύκει
Ουμ ματρὸς στοργή, ἀρχῶν εὐχαί τε πόθοι τε.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Ε.

Οτρυνοῦσα τομώτερον
Ούκ ἔστι τοι φροντίς γ'; ἀλαζόνας ἢ κτανεῖν
Αντιχρίστους, καὶ ονυόμαι᾽ ἐν θεῷ
Δηλεῖν σεβάσματ᾽ ἐθνεῶν,
Εὐσεβῆ δ' οὔπω αφίεις μελλήματα
Μώλυ, ἕως Λιβύη αἵματ᾽ ἐπίρροος
Φοινικωθέντ᾽ ἀνδρομέων ῥεθῶν
Στεινῶν λυσάμενον δράκῃ.
Νυὸ ὦ ἐνναέτα πόλου
Αἰθέας, λιτάων κλῦθι εὐσέβεια
Χλωρὰ πρόσωπον
Μυρομένη τὰς χεῦε δακρυχέουσα τ' ἄνασσα.

ΣΤΡΟΦΗ Ε.

Αδμητ᾽ ἄναξ ἁ Γαλλία
Ζεύχθη αὖτις Ιβηρία
Αἵματος δεσμοῖς· κραδίας καὶ ὅπλα
Δὸς σφίγξαι ἔντονον συνάλλαγμα· φεῦ ὡς
Γάντη Ευρώπη ὄλλυσι;
Σάθρ᾽ οὖν φοινικὴ αἶα.
Κικλήσκει σε δεθεῖσ᾽ Ελλὰς ὅλη πέδαις,
Ιόρδαν᾽ καλεῖ, ἠδ᾽ ἱρὸς
Χριστοῦ τάφος σ' αὐτ᾽ ἔκδικον μηνίσκε.

§. 49.

ODE DICOLOS TETASTROPHOS, IN B. LVDOVICVM REGEM.

VENERABILIS LAVRENTIÆ Stroziæ Monialis, Ordinis Sancti Dominici in Monaſterio Diui Nicolai de Prato in Hetruſcis.

Qvis tuam dignè celebrare lucem
Poſſit, ô Regum decus atque lampas,
Galliæ ſplendor rutilans per æuum,
O Ludouice.

Tu ſatus magno patre maior illo
In fide factus, pietate pollens,
Sæculi pompas fugiens amaſti
Cuncta regentem.

Inter Heroas facilis, benignus,
Et pius terges manibus, lauaſque
Pauperum perſæpe pedes, eiſque
Munera donas.

Ducis vxorem, ſtudio nepotum,
Carnis haud vnquam ſtimulis ſubactus,
Admones charam ſobolem ſupernè
Tendere corda.

Pro fide Chriſti ad Tuniſæa Regna
Vinceris: nutu Domini potentis,
Hoſte ab infeſto patiens ferendo
Damna ruinæ.

Febribus tandem recubans propinquus
Funeri, gaudes citò celſa cæli
Regna viſurus, ſaturando corpus
Nectare vitæ.

Ambitum mundi peritura quæque
Diue Rex linquis, ſuper Aſtra ſcandens;
Quo loco noſtri memor obſecramus
Sis Ludouice.

CARMEN SAPHICVM IN EVNDEM S. LVDOVICVM REGEM, §. 50.

Reuerendi Patris Guillelmi *Esbran*, è Fauuilla, in ſolo Caletenſi; Rothomagenſis Diœceſis Pago oriundi, Concionatoris, & noſtræ Prouinciæ Recollectorum S. Dionyſij, Alumni.

Galliæ Reges, pietate culti,
Lilium portant: quia ſunt fideles,
Suntque Romanæ fidei Patroni,
Atque columnæ.
Inter auguſtos, ſtrenuoſque Reges,
Vnus occurrit mihi valde dignus
Lilio, palma, viridique lauro,
Enſe, coronâ.
Quis? Ludouicus, meritò vocatus
Sanctus, intactus ſine labe culpæ;
Arca virtutum, decus omne Regum,
Phœbus in orbe.
Pacis & belli variis diebus
Ardet, vt poſſit melius placere
Maximo regi: pietate mentem
Paſcere gaudet.
Pauperes nutrit, lauat, oſculatur,
Vt Deo Chriſto famulatur ipſis:
Ad fidem multos trahit infideles
Milite, verbis.
Sæpius ſtulti ratione capti,
Simplicem, ſanctum, nihili putabant;
Gloriæ vanæ quia non ſtudebat,
Incola cæli.
Multa conſtruxit, reparauit, auxit,
Templa; præcinxit ſua membra Sancti
Fune Franciſci; niueos amauit
Relligioſos:
Pro ſuo Regno gemit vt columba:
Sæpe ieiunat, precibus vacando,
Regium corpus premit & flagellat,
Tractat vt hoſtem.
Singulis iuſtus, pater æquitatis,
Reddidit rectum: miſeros reſoluit:
Hæreſes calcat, vitium retundit,
Punit iniquos.
Sancte Rex ora Dominum polorum:
Rege pro noſtro, pariterque Regno,
A malis ſerua, valeamus omnes
Scandere cælum.

Vltra

Digitized by Google

§. 50. Vltra præfatos Authores, quorum huc vſque meminimus, alij ſunt à nobis recenſendi, qui de B. Ludouico Rege egerunt. Clictouæus librum edidit de laudibus S. Ludouici Regis. Itē lib. 1. Elucidatorij Eccl. tres de eo hymnos habet, quos & annotationib. illuſtrauit, & libr. 4. Proſam cum annotationibus. Longolius orationem, de D. Ludouici Regis, ac gentis Gallorum laudibus declamauit. Lyranus in Poſtilla ſuper lib. 4. Reg. cap. 23. quam totam exponit de ipſo S. Ludouico Rege. Sermones de eo confecerunt Gerſon; Hieronymus Carthuſianus: B. Nicolaus, Dionyſius, Clicthouæus, Pepinus, Iacobus Perardus: Ignatius le Gault, &c. Vitam eius deſcripſerunt, Ionuillæus, Gaufridus de Bello-loco, Guillelmus Carnotenſis, de Voragine, Surius, Renatus Benedict. Haræus, Lippelous, Laſſereus, Villegas, Ioannes Boterus, Doubletus, Gazetus, Ribadeneira, & alij. Geſta egregiaque S. Regis facta enarrat verſibus Gallicis, Codex MS. Collegij Nauarræi apud Lutetiam, Abaco 8. numer. 1. Sarceus, & Bertaldus, Sagienſis Epiſcopus part. 1. ſuorum Poemat. Hymno de S. Ludouico, & Regia domo Borbonienſi. Author Anonymus originalis ſanctitat. tom. 2. Pariſiis editus ann. 1631. Meditationes habet in vitam S. Ludouic. Reg. Franc. A. Theuenellus libros ſex cōpoſuit in Teſtamentū ipſius D. Regis an. 1627. Lutetiæ. Sedulius vitam eius Commentariis adauxit; & P. Matthæus quatuor libris nobilitauit. In Capella Regia ipſi S. Ludouico Regi dicata, Collegij Nauarrici apud Lutetiā, extant duo Antiqua MSS. officia propria in ſolemnitate ſancti Regis decantanda: quorum primum incipit, *Francorum Rex magnificus*: pro primis Veſperis. Alterum verò, ſic. *Ludouicus decus regnantium*, &c. Ioannes Morellus, tres Hymnos in honorem ipſius cecinit. Guibertus, ſeu Wibertus, Tornacenſis, dicitur ſcripſiſſe Hodoeporicon primæ profectionis S. Ludouici Reg. ad partes Tranſmarinas; Teſte Couſino, lib. 4. Hiſtor. Tornacenſ. cap. 8. & 11. Denique Georgius Stephanus Rouſſeletus, opus integrum, quod intitulauit: *Lilium Sacrum*: omnium geſtorum ac virtutum, Encomiorumque S. Ludouici veluti præconium complectens, in lucem dedit. Robilliartus edidit Gallicè documenta S. Ludouic. ad filium ſuum Philippum an. 1612. Iacobus Rinaldus an. 1643. Diuione protulit Lilia, ſiue Florus Galliæ Sanctæ, vbi part. 2. cap. 1. præter ipſius S. Regis geſta commemorat, & notis illuſtrat. Odoricus tō. 14. annal. Eccleſ. ann. 1297. §. 58. & ſeq. Thielmans tom. 2. Vitæ SS. Seraphic. Ordin. Petrus Thomas Saracenus. part. 2. Menologij Carmelit. §. 13.

§. 51. Præterea agunt de ipſo ſancto Rege Ludouico, Bromiardus in Summa Prædicant. part. 1. cap. 3. §. 10. cap. 23. §. 16. A. item cap. 12, §. 4. D. & cap. 13. §. 33. l. ac capit. 3. §. 37. E. Haithonus Armenus libro de Tartaris, cap. 52. & 54. Heroldus libro tertio Continuat. Belli ſacri, cap. 17. in fin. & lib. 4. cap. 1. & ſeq. Wernerus in Faſciculo Temporum, ad annum 1234. 1254. & 1284. Pepinus in Poſtilla ſuper 7. Pſalmos Pœnitentiales lection. 96. in med. item ſuper *Confiteor* tract. 2. part. 2. cap. 3. circa finem, ac in Roſario aureo myſtico, ſermon. 16. poſt medium. Diſcipuli in Promptuario Exemplorum littera E. Exempl, 7. item ſermone de tempore 31. poſt init. & 123. B. ac ſermon. de Sanctis, 29. in fine. Barletta, Concion. feriæ 2. hebdomad. Quadrageſim. antè & poſt medium. Item Feria 2. in Paſſione Domini verſus fin. Diez tom. 3. Concion. in feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, ſermon. 2. §. 12. ante medium. Bartholdus Pontanus, Tom. 2. Bibliothec. Concion. feria 5. poſt Dominicam Palmarum. Franciſcus Coſterus, Concion. in Dominica Septuageſimæ §. 3. Sanctus Antonin. part. 3. hiſtor. titul. 19. cap. 3. §. 6. cap. 4. §. 7. cap. 5. §. 3. cap. 8. §. 21. cap. 9. & 13. item titul. 20. cap. 1. §. 12. B. Cantipratanus libr. 1. Apum cap. 3. §. 6. item lib. 2. cap. 10. §. 23. cap. 9. §. 40. cap. 54. §. 14. cap. 57. §. 63. 64. & 65. Coluenerius ibid. in annotationib. Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibidem in notis. Molanus eadem die, in Additionibus & Annotationibus ad Vſuardum. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Lutetia*. Bachotus in Faſtis Chriſtianis, hac die. Chronica Normaniæ, ann. 1219. & ſeq. Chronicon Cadomenſ. ad an. 1226. &c. Mutius lib. 2. chronic. Germaniæ, circa ann. 1240. Schedel in Regiſtro mundi, ætate 6. Marulus lib. 2. Exemplor, cap. 20. Sabellicus ibid. cap. 10. & Ænead. 9. lib. 6. & 7. Rocquezius in Speculo æternitatis, ætate 6. fol. 99. Philippus Bergomas in Supplemento chronicar. lib. 13. ad ann. 1230. Rodericus Sanctius part. 4. hiſtor. Hiſpaniæ capit. 2. 4. & 25. Alphonſus à Carthagena in Anacephaleoſ. Reg. Hiſpan. cap. 80. & 84. Carion in chronico, Monarch. 4. ætat. 3. ad ann. 1227. 1250. 1258. 1261. & 1270. Trithemius, Fernandus Bez, Ferentilli, Tillius, & alij, de Regib. Francor. Texera in Genealog. Henrici IV. Regis Francor. Cœnalis de Re Gallica, in Epiſtola Dedicatoria ad Henricum II. Galliæ Reg. Langius in chronico Citizenſ. ad ann. 1249. Additio ad Lambertum Scafnaburgenſ. ſub ann. 1270. Sifridus in Epitom. hiſtor. ad ann. 1245. 1259. &c. Bodinus lib. 6. Reipublic. cap. 2. Creſpetus tom. 2. Horti amœni part. 3. Diſcurſ. 8. paragraph. 6. & part. 4. Diſcurſ. 10. parag. 7. Verdierus in Proſopograph. ad an. 1226. & ſeq. Munſterus lib. 3. Geograph. titul. de Francor. origine ac ſucceſſu. Nauclerus in Chronico generation. 41. 42. & 43. Vignierus in Bibliotheca hiſtorial. ad annum 1226. &c. Laziardus lib. 3. epitom. hiſtor. vniuerſal. capite 232. 234. & 235. Ioannes Leſleus lib. 6. de Rebus geſtis Scotorum in Alexandro II. & III. Regib. Dormont. ibid. Polydorus lib. 1. hiſtor. Anglor. in Ioanne I. Reg. Boſius de Signis Eccleſ. tom. 1. lib. 8. cap. 6. & lib. 11. cap. 11. Guido Papa, in Deciſionib. quæſtion. 552. Nauarrus Commentar. in Rubric. de Iudiciis §. 60. Remundus Ruffus libro de Pont. Max. contra Molineum pag. 479. Bellarminus tom. 7. lib. 1. de Æterna felicitate Sanctorum cap. 8. & lib. 2. cap. 5. item lib. 2. de Gemitu Columbæ capit. 7. Hieronymus de Villa-Vitis, in Orationali SS. hac die. Mantuanus de ſacris diebus. Myræus in Faſtis Belgic. ead. die. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Brautius in Martyrolog. Poëtico. Haræus Tom. 1. Annal. Brabantin. ad ann. 1226. & ſeq. Walſingham in Ypodigmate Neuſtriæ ad ann. 1298. Garimbertus part. 1. Factor. memorabil. Illuſtr. viror. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. Benedictus Coronatus cap. 19. vitæ S. Elzearij. Mombritius Tom. 2. vit. ſanctor. Friſonus lib. 2. Galliæ Purpurat. pag. 201. 211. 213. 216. 217. 227. 228. 229. & alibi paſſim. Victonus Tract. de Antiquo ac moderno vſu Canoniſation. SS. cap. 28. ex Luca Caſtellino. Salazar. lib. 6. chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 16. Balinghen in Calendario Virg. Mariæ 11. & 25. Auguſt. Riuiera lib. 1. Tabul. pictar. 4. myſtic. Amor, ſacror. cap. 22. 30. 35. 50. & 86. item lib. 2, cap. 5. & 6. Sauaro, lib. de ſanctitate Clodouei 1. Reg. Francor. Item Tract. contra Duella. Hoüel cap. 15. Memorial. ac Diſquiſition. deuotionis, pietatis, & charitatis Reginarum Franc. Franciſcus de Sales part. 1. Introductionis ad vitam deuotam,

cap. 3. & 4. item part. 2. cap. 17. & pag. 3. cap. 1. 15. 25. 27. 30. 32. 38. item part. 4. cap. 11. & part. 5. cap. 5. 15. & 17. item tract. de Amore Dei lib. 7. cap. 9. lib. 8. cap. 11. & lib. 9. cap. 13. Quercetanus in hiſtoria Angliæ, ſub Ioann. 1. Reg. & tom. 2. vitarum Pontific. Roman. in Gregor. IX. &c. Speculum Spiritualium part. 7. de Amore Dei. Nigronus in Commentar. ad 8. Regulam commun. ſocietatis Ieſu, paragraph. 25. & Regul. 29. paragr. 9. Vmbertus in notis ad cap. 23. Regul. Auguſtinian. cap. 31. & 33. Elzearius lib. 1. ſacri montis Oliueti cap. 13. & lib. 3. cap. 11. Gonzaga part. 1. origin. ſeraphic. religion. in almo Conuentu Pariſienſi, & part. 3. in Conuentibus 13. & 26. prouinciæ Franciæ: & in Monaſteriis 2. & 8. eiuſd. prouinc. item in Conuentibus 1. 3. & 11. prouinciæ Franciæ Pariſienſ. & in Monaſteriis 2. 13. 23. 24. & 32. eiuſdem prouinc. Corrozetus in Antiquitat. Pariſienſ. tum in Theſauro hiſtor. Franc. lib. 1. titul. 1. 19. 20. 21. & 29. Cornelius à Lapide Commentar. in Ieremiam, cap. 22. verſ. 13. Poireus, de triplici Corona S. Virginis Mariæ tract. 3. cap. 7. paragr. 5. numer. 3. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1245. §. 1. 1247. parag. 22. 1249. parag. 6. & 1250. paragr. 13. item tom. 2. ad annum 1252. parag. 1. & ſeq. 1254. paragraph. 23. &c. 1260. paragr. 49. & 60. 1261. paragr. 6. 1264. parag. 9. 1265. parag. 1. 1269. parag. 2. 1270. parag. 1. 2. & ſeq. Hocſemius de geſtis Pontific. Leodienſ. cap. 2. in Henrico Gueldrenſ. LXIX. Epiſcopo cap. 6. & 7. Chapeauillus ibid. tom. 2. hiſtor. Leodienſ. in annotationibus. Bucherus in chronolog. ibid. ad ann. 1226. Dargentræus lib. 4. hiſtor. Britanniæ Armoricæ cap. 155. &c. Meyerus lib. 8. hiſt. Flandr. Petrus ab Oudegherſto ibid. Buzelinus lib. 6. Annal. Gallo-Flandriæ. Beyerlinck tom. 2. operis Chronograph. ad ann. 1226. Matthæus Turpinus lib. 1. hiſtor. Neapol. & Sicil. cap. 4. Paradinus in Affinitatib. Regum, ac Principum Galliæ. Georgius Fabricius lib. 2. Rerum memorab. Saxoniæ vniuerſæ ad ann. 1248. & 1249. Louuetus lib. 1. Antiquitat. Beluacenſ. cap. 19. §. 12. Nicolaus Doglioni, in Compendio vniuerſal. hiſtor. ad ann. 1243. 1250. & 1268. Catelus in Memoriali hiſtor. Linguæ docciæ lib. 4. pag. 684. &c. Hilarion Coſtæus in Elogijs Reg. Franc. Vaſſeurus 2. part. Annal. Eccleſ. Nouiodunenſ. capit. 92. & 93. Præſes Barrenſis, in Formulario Elector. libro 1. cap. 14. & lib. 2. cap. 8. Peyra, in ſua Chronologia, ſæcul. 55. Stephanus Cyprius, in hiſtor. Regni Cypri cap. 21. Ludouicus Lopez in Tabulis chronolog. vniuerſæ Hiſpan. ad ann. 1270. Foderetus in Deſcriptione hiſt. prouinciæ Burgundiæ, ſeu ſancti Bonauenturæ pag. 99. & ſeq. item pag. 533. Dadræus in chronologia hiſtor. Archiepiſcop. Rothomagenſ. ſub Petro de *Collumiers* 55. & aliis. Petrus Dauytius, & Franciſcus Ranchinus tom. 2. Deſcription. general. Europæ, in Regno Franc. vbi de genealog. Reg. Gall. pag. 153. & 154. Arnulphus lib. 2. Comitior. Generalium cælo conuocat. cap. 4.

§. 52. Porro hunc S. Regem Ludouicum fuiſſe ex Tertio Ordine Sancti Franciſci, atteſtantur omnia antiqua Religionis ſeraphicæ monimenta: atque ab immemorabili tempore, tanquam Diui Franciſci ſectatorem, tres Ordines ab eodem inſtituti Sanctum Regem peculiari ritu & feſtiuitate concelebrāt. Paulus item III. in Diplomate, *Cùm à nobis petitur*, dato anno 1547. Pridie Kalend. Martij, eundem inter ſanctos Tertij Ordinis Minor. enumerat, atque vt pluribus gaudeat indultis, in eius feſtiuitate Fratres pœnitentes, concedit. His adſtipulatur grauium Authorum ſententia, qua hæc omnia confirmantur. Ita Beatus Bernardinus de Buſtis part. 2. Roſarij ſermon. per Quadrageſimam concion. 27. part. 2. Firmamentum trium Ordinum Minorum part. 1. vbi de illuſtribus viris ac Fœminis trium Ordinum. Marianus lib. 2. capit. 22. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. chronic. Minor. lib. 9. cap. 25. Rebolledo ibidem in fin. & part. 2. lib. 1. cap. 69. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. vbi de Tertio Ordine A. de Sillis in cap. 1. Regul. Tertiariorum. Miranda in eandem Regulam cap. 19. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis S. Franciſci. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Ludouici Reg. Francorum. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Ordin. in ſanctis huiuſce inſtituti. Sylueſter Marulus lib. 4. hiſtoriæ ſacræ D. Franciſc. Gabriel à Treio S. R. E. Cardinalis, epiſt. de opuſc. S. Franciſc. ſub fin. Ignatius le Gault, ſerm. 1. de Sancto Ludouico Rege §. 10. & ſer. 2. §. 10. Brulius lib 12. Antiquit. Pariſ. pag. 525. Seuertius lib. 1. Anti-Martyrolog. hæreticorum cap. 4. ſect. 4. §. 1. num. 7. generalitat. Ioannes de Torres in Practicis exhortationibus ſuper Regulam Tertiariorum, in Sanctis Canonizatis huiuſce inſtituti. Salazar. lib. 9. chronic. prouinc. Caſtellæ cap. 16. Renatus Benedictus Coronatus capit. 19. vitæ S. Elzearij. Sauſſayus, in Martyrolog. Gallican. ad 4. Octob. Corbinus ſup. lib. 2. pag. 30. & lib. 7. pag. 154. Wadinghus tom. 2. opuſculor. D. Franciſci, annotation. 19. & 21. in Regulam Tertiariorum. item tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1254. paragr. 28. vbi validiſſimis rationibus id latè comprobat: quibus facilè Ioannes Marquezius de origine Eremitar. Auguſtin. cap. 25. parag. 4. refellitur, qui perperā illud denegare videbatur.

Ob crebra autem miracula ab eo edita poſt mortem, §. 53. & anteactam vitæ ſanctitatem: in catalogum Sanctorum relatus eſt à Bonifacio VIII. Papa anno 1297. In cuius rei ſolemnitate ipſe Summus Pontifex duos ſermones habuit: primum apud palatium ſuum in Vrbe-Veteri, die Martis ante Feſtum B. Laurentij Mart. alterum in Eccleſia Fratrum Minorum, in craſtino eiuſdem Sancti Laurentij præfatæ vrbis: quos Claudius Menardus excerpſit MS. ex Bibliotheca Abbatiæ San-Victor. Pariſienſ. & prælo cudendas dedit, vnà cum Bulla Canonizationis ipſius Sancti Ludouici Regis ann. 1617. quæ incipit, *Gloria, laus, & honor*, ſub Datum apud Vrbem-Veterem, tertio Idus Auguſti, Pontificatus anno tertio. Extat in MS. Codice Abbatiæ San-Victor. Pariſienſ. ſub P. xiii. Qua de re Ionuillæus, ſupra. Clicthouæus, Pepinus, & alij, ſerm. de Sancto Ludouico Reg. Laſſereus, Surius, Villegas, &c. in vita ipſius. Firmamentum trium ordinum Minorum tract. 1. in memoriali Ordinis, ſub 15. Generali Miniſtro. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, vigeſimo quinto Auguſti tom. 1. Hilarion Coſteus ſupra pag. 234. Nicolaus Gillius, Tillius anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo. Vveſtmonaſterienſis eod. anno. Petrus Matthæus lib. 4. Galterius, Gaguinus, Nangius, Æmylius, Maſſonus, Belforeſtius, Charronus, Dupleix, &c. in Ludouico IX. & Philippo IV. pulchro Reg. Franc. Baronius ſup. Laziardus cap. 229. & 247. ſup. Rocquezius, Corrozetus, & alij ſupra. Chronica ſancti Dionyſij ad annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum octauum. Menardus in obſeruation. ad Ionuillæum pag. 369. Sedulius in commentar. ad vitam Sancti Ludouici. Hallucinantur itaque Platina, in Bonifacio VIII. Pap. Blondus libr. 7. decad. 6. Æneas Syluius lib. 19. abbreuiation. Hiſtoriar. Blondi, & alij, qui loco præfati Sancti Regis, volunt Diuum Ludouicum

Epiſcopum

Digitized by Google

Epiſcopum Toloſanum, tunc fuiſſe canonizatum ab eo Summo Pontifice: toto enim cœlo aberrant, tum ex prædictis, tum ex iis, quæ ſuperius decimonono Auguſti retulimus: quæ omnia fuſiori ſtylo narrabimus tom. 1. de Rebus Neuſtriacis, vbi de Guillelmo LIX. Rothomagenſi Archiepiſcopo.

§. 55. Tunc ſacrum corpus eius eleuatum eſt ſolemniter à terra: teſte Ionuillæo, & Gillio in Philippo Pulchro anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, & in capſa decentiore, quatuor columnis æreis ſubnixa, ſublimi in loco eſt repoſitum: vti placet Clictouæo ſup. Cùm autem idem Rex Philippus Pulcher, cuperet illud ſacrum corpus Lutetiam aſportare, & in Capella Sancta Pariſienſi reponere: piis illius votis annuens Bonifacius Papa, plures diuerſaſque Indulgentias, omnibus, qui eam Capellam, hac die tranſlationis corporis Sancti Ludouici, & per octauam ſingulis annis viſitarent, elargitus eſt. Bulla incipit: *Claro ſupernorum* ſub Datum Romæ, apud Sanctum Petrum quarto Kalendas Iulij, Pontificatus noſtri anno quarto. Ea propter ſcripſit idem Summus Pontifex ad Abbatem & Monachos Sancti Dionyſij, vt ad requiſitionem præfati Regis, Sanctum corpus integrum (ſolo brachio ſeu tibia illius retenta dûtaxat) ſine difficultate conſignent. Bulla incipit: *Illius deuotionis affectum* ſub Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Nonis Iulij, Pontificatus noſtri anno quarto. Extat apud Claudium Menardum ſup. pag. 369.

§. 56. Nunc caput Sancti Ludouici aſſeruatur in prædicta Sancta Capellà Pariſienſi: ita ſcribunt Molanus ſub vigeſimo quinto Auguſti. Corrozetus ſup. libro primo, tit. 1. in eo Reg. Ludouico IX. Charronus ſup. Altera verò pars capitis extat apud Piſſiacum, in Abbatia Monialium Ordinis Prædicatorum, Sancto Ludouico Regi dicata, per dictum Regem Philippum Pulchrum. Reliquum autem corporis Sancti Ludouici honorificentiſſimè nunc vſque continetur intra thecam argenteam deauratam, & eleganti ac pretioſo artificio elaboratam: apud Eccleſiam Abbatialem Sancti Dionyſij, ſuper maius altare. Qua de re videatur Doubletus libro primo hiſtor. Abbat. Sancti Dionyſij capite trigeſimo octauo, & lib. quarto, capite vndecimo: & Coſteus ſup. pag. 245. Pars brachij eius habetur Mirandulæ, in Conuen. S. Franciſci qui eſt 16. Prouinc. Bononienſ. apud Gonzagam parte ſecunda ſupra: Item aliquot oſſa reconduntur in Conuentu Sancti Sebaſtiani apud Sanctum Martinum, qui eſt quadrageſimus Prouinciæ Diui Antonij, ex Gonzaga ſupra. Pileus Sancti Ludouici Bajocis extat, in Conuentu Minor. [iuxta Gonzagam part. 3. ſupra] qui eſt 21. Prouinciæ Franciæ. Altera ex coſtis eiuſdem Sancti Regis oſtenditur, in Monaſterio illius nomini Bellouaci dicato, quod eſt decimum tertium Prouinciæ Franciæ. Pariſ. ex Gonzag. ibid. ſup. Vidi apud Monaſterium *de Lilio*, iuxta Melodunum, Ciſtercienſ. Ordinis, aliquot Sancti Ludouici oſſa reuerenter aſſeruari vnà cum diſciplina eius, ac media parte cilicij: inferiorem verò partem huiuſce cilicij vidi piè ſeruatam Rothomagi apud Beguinas Moniales. Fauinus ſcribit, in Hiſpania Reliquias eiuſdem S. Regis Religioſè aſſeruari; quarum contactu ſcrophuli ſanitate donantur. Enſis autem quo S. Rex vſus fuerat in Oriente aduerſus Barbaros, penes remanſerat Equites Hieroſolymitanos, indeque Rhodenſes ac Melitenſes, donec Illuſtriſſimus D. D. *à Valletta*, Gallus, Magnus illius Ordinis Magiſter eum dono dedit Proregi Siciliæ. ann. 1559. Teſte Boyſſato part. 2. Hiſtor. eiuſmodi Equit. lib. 5. Alter verò adhuc proſtat aſſeruatus Dionyſiopoli in Theſauro Regiæ Abbatiæ.


Quamuis autem, ſtatim poſt Sancti Ludouici apotheoſim, nomen eius ita venerabile extiterit, vt à Sede Apoſtolic. mox relatum ſit intra Martyrologium, ac Breuiarium Romanum, quod nulli alteri ſancto Regi, aut Principi Chriſtiano ſæculari conceſſum fuerat: attamen Feſtum eius non ſic ſolemniter agebatur, vſquequo Ludouicus, XIII. cognomento Iuſtus, Galliarum Rex Chriſtianiſſimus, veræque pietatis & auitæ Religionis hæres, ſceptra Francica cœlitùs tenuit; qui illuſtriſſimo Dionyſio à *Marquemondo*, Lugdunenſi Archiepiſcopo [poſtea Cardinali S. R. E.] mandatum dedit, vt à Summo Pontifice Paulo V. Regiæ ſuæ Majeſtatis Patrino, obtineret licentiam, huiuſmodi Feſtum ritu celebriori, ac officio duplici, peragendi: quod ei Chriſti Vicarius benignè indulſit, die 5. Iulij ann. 1618. quo tempore Romæ præſens aderam. Indéque ad inſtantiam eiuſdem piiſſimi Regis idem Feſtum, ex præcepto Eccleſiaſtico, iuſſum eſt celebrari omnibus Gallis, per cunctos totius Regni præſules; laudante, & approbante Gregorio XV. Papa, qui inſuper ſanciuit feſtum Sancti Ludouici Regis, extra Galliam, vbique terrarum coli ritu ſemiduplici. Ita P. Matthæus lib. 4. ſup. pag. 485. & 486. Galterius Sæcul. 13. in Ludouico. 9. & Sæcul. 17. in Paulo V. Pap. & in Euentib. memorabilibus. Sauſſaius, in Martyrolog. Gallicano, hac die. Hilarion Coſteus, in Iconib. & Elogiis Reg. Francor. pag. 245. §. 57.

Vnum haud libenter poſſum pertranſire intactum: nimirum, Monetam, quam ipſe D. Ludouicus Rex poſt reuerſionem ſuam à prima expeditione Tranſmarina, cudere fecit in Gallia. In cuius parte prima *Crux* inciſa erat, cum nomine *Ludouici* per orbem; in altera verò neruus, & compedes, ac manicæ ſculptæ cernebantur, quibus in carcere detentus fuerat à Sarracenis cum his litteris circularib. *Ciuis Turonus*: vt memoria tantæ preſſuræ, vel accenderetur Chriſti amor, pro quo hæc dignatus eſt pati: vel ſumeretur vindicta à ſe, aut poſteris, de huiuſmodi Barbaris, talia Chriſtianis inferentibus: vti referunt Villanæus lib. 6. Hiſtor. Florentin. cap. 37. & Menardus ſup. in Obſeruationibus ad Ionuillæum pag. 338. vbi quoſdam Denarios ſimilis monetæ repræſentat. Dupleix tom. 2. Hiſt. Franc. in Ludouico IX. ad ann. 1250. Balthazar de Viaz in Syluis Regijs, vbi de Triumpho fidei. Appendic. 20. Sanè D. Paulus vincula, carceres, & quæuis grauia paſſus, gratanter omnia pro Chriſto ſufferebat: cuius imitator ad amuſſim factus S. Ludouicus Rex, ſimilia pati ab infidelibus haud dedignabatur: quòd Iacobus Bidermanus lib. 3. Epigrammat. 93. non obſcurè accinit. §. 58.

Inter Idumeæ *Ludouicus* damna, potitas
 Vt *Cruce* barbaricas audiit eſſe manus:
Liligeri abiiciens inhonora cacumina *ſerti*,
 Et *trabeam*, & *Tyrio* vellera pota cado;
Quid *Paſtana* iuuent mea me *violaria*? dixit.
 Quid mea *gemmato* nobilis *Aula* tholo?
In miſeris ſqualLet ſi *Crux* mea ſordibus? inter
 Eoas vertex dum meus ardet opes?
I nitor; î *Regum* decus, î graue dedecus *Aurum*;
 Nunc alio cultu *Regia veſtis* eget.
Ite Palatini *laquearia* gemmea tecti,
 Tecta *crucem* capta *Sardonchata* decent.
Mutentur *gemmæ* vt vinclis, & *vincula* gemmis,
 Detur *Gemma* cruci; ſed mihi *Vincla* crucis.

Digitized by Google

§. 59. Addit autem Menardus ſup. pag. 339. adhuc ſupereſſe eorum Denariorum nonnullos; qui ab hominibus illius temporis ſeruabantur olim, ferebanturque ſuperſtitioſè tanquam antidota contra febrim: id quod nullo alio in loco ſe legiſſe profitetur. Miror ſanè talem virum ſic fuiſſe deluſum, & mente captum, vt ſuperſtitionis id argueret, quia nullibi legerat ſcriptum; cùm tamen cuiuis oculos habenti pateat ad plenum. Itaque religioſè, piè, & ſanctè, priſci illi homines venerabantur huiuſmodi denarios, quos ſanctus Rex cudi iuſſerat, in memoriam eorum, quæ pro Chriſti fide tuenda & propaganda libenter ſuſtinuerat, in quibus & gloriabatur. Monetæ huius denarij ſunt in duplici differentia: non enim vnius tantum figuræ formam prætulere: ſed quidam ſunt paruę, alij maioris notæ. Menardus ipſe nonnullos dedit: nos alios quoſdam proferimus, quos à D. Ludouico *Dault*, Melodunenſi Iuriſconſulto, & in præſidiali ſede eiuſdem vrbis Patrono & Aduocato integerrimo, viro litteris apprimè exculto gratanter accepimus.



§. 60. Accidit autem, vt dum ſemel Pariſiis moram faciens, in horto Conuentus noſtri Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis Deiparæ, ad ſuburbium San-Martinianum, perambularem, menteque reuoluerem huiuſmodi nummorum icones: ſic apud me ratiocinabar. Volo, tales nummos cautè ſeruare, vt dùm geſta Sancti Ludouici Regis pangere tempus aderit, & prælo dare, hos etiam cudere haud pigebit. O me fœlicem, fortunatumque Religioſum! ſi aliquem ex his denariis mihi contingeret hoc in horto reperire! Cur non Lutetiæ, ſicut & Meloduni id euenire minimè valebit? Mira res! vix è loco, vbi ſtans, gradum fixeram, pedem amoueram, quando oculis in terram defixis, offendi in vnum ex his denariis, adhuc lutoſum, & rubigine penè confectum; quem ſtatim ſumma cum animi lætitia colligens, & accuratè abſtergens, elinguis factus ſum, præ ſtupore, in eo quod cœlitùs, vt credo, mihi obtigerat. Meo itaque potitus deſiderio, hos nummos nunc vſque ſolerter ac piè ſeruandos dignum duxi, nec ſpes inanis aut vacua. Ego namque vim illorum aduerſum febrim continuam, qua diro modo, per 22. dies cruciabar, expertus ſum, ann. 1631. in noſtro Conuentu Melodunenſi; à qua tandem, ope diuina, & meritis Beatæ Virginis Deiparæ, ac Sancti Ludouici Regis (cuius nummum piè geſtebam) liberatus ſum, vti latius deſcripſi in libro, *De Pietate Francica* erga ſanctiſſimam Virginem Mariam Deiparam, Dominam noſtram *De Lætitia* in Picardia, Lutetiæ ann. 1637. Deſinat igitur Menardus, ſic impunè loqui: vtque excuſatio vlla ſibi ſuffragetur, legat Boſium de ſignis Eccleſiæ, lib. 15. ſigno 68. cap. 12. Sedulium in Commentario ad vitam S. Ludouici Reg. verſ. fin. & Wadinghum Tom. 2. Annal. Minorum. ad ann. 1270. §. 14. & certò certius inueniet nummos præfati Sancti Regis, veluti quædam amuleta diuina, mirificè valere aduerſus nonnullos morbos.

Beati Ludouici Sotelli, & Socior. Martyrum. [b] Ex Regio ſanguine Hiſpali natus: prouectiori ætate ſua, ad ſtrictioris obſeruantiæ Reformatos accedens, continuo ardebat amore ſalutis animarum. Tandemque opportunitate reperta, cum aliquot Franciſcanæ ſuæ familiæ Fratribus, ſub anno 1599. nauigio ſe dedit, & traiiciens per Inſulas Philippinas, exteros Iappones tanta affabilitate pertractauit, vt eorum beneuolentiam omninò ſibi conciliauerit. Itaque in Iapponem cum eis aduenïens, quatuor menſium ſpatio, linguam eam egregiè apprehendit: indeque perrexit anterius in vaſtiſſimum Regnum Voxuanum, non ſine præſentium diſcriminum toleratione. Vbi ad Regem admiſſus fuit, adeò vernacula patriæ lingua disertè eloquebatur; vt ſtupenti Regi, & primoribus ſuis, longiores ſermones texeret de fide Chriſtiana, Mundi principio, Animæ immortalitate, &c. Animos verò in tantum euicit, & Regis & plebis vt modico temporis interuallo, ædes conſtruendi licentiam tulerit, & quatuor Conuentus, Meaci, Fuximi, Voſanæ, & Sacai, exquiſita conſtruxerit. Illicque conciones habebantur ad populum, & Iuuentus continua Catecheſi excitabatur, & mirus animarum fructus in cauſam Chriſti ferebatur. Idolorum cultores, & Bonzij Pſeudo-Sacerdotes confundebantur, ſuperſtitiones horrendæ è medio tollebantur, atque conſuetudines crudeliſſimæ prorſus eliminatæ, & nonnulla Deorum delubra diruta; necnon Principes, Optimates, ac Nobiles conuerſi ad Chriſtum. §. 61.

Interim B. Pater Ludouicus ab Imperatore Iapponum, Legationis honore ad Catholicum Regem Hiſpaniæ expeditur: & ab Idate Maſſamune in Imperio Iapponico, Rege Voxuano, Romam, ad Summum Pontificem Paulum V. deſtinatur, apparatu Regio: nimirùm, nobiliſſimo Duce Regni ſui Faxecura Rocoyemone, cum centum quinquaginta ſelectiſſimis Iapponibus, ann. 1614. Redux in Iapponem Beatus Ludouicus, perſecutiones haud omninò euaſit: & præteritam lætitiam, noua Chriſtianorum afflictio excepit, in Yendo, Regni de Quanto præcipua ciuitate, Fuximo, propè Meacum; item in Regno de Toſa, &c. Sæpe grauia paſſi, ac indè eiecti Fratres Minores: ad vltimum, duo Sacerdotes ex illis, Omurę capti ſunt, ipſe nempe B. P. Ludouicus *Sotellus*, Commiſſarius: & Ludouicus *Saſſandra*, Iapponius: atque Ludouicus etiam Iapponius, *Tertiarius*: qui indè Facum adducti, pro Chriſto, igne cremati ſunt, hac die ann. 1624. Qua de re Marianus lib. 4. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 32. &c. vſque in fin. Bzouius tom. 17. Annal. Eccleſ. ad ann. 1471. §. 14. vbi de Paulo V. Papa cap. 25. Rapinæus in Hiſtor. general. Origin. Recollector. decad. 11. part. 2. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 17. in ſanctis & illuſtrib. viris. Solierus tom. 2. Hiſtor. Eccleſ. Iappon. libr. 15. cap. 10. ann. 1605. lib. 17. cap. 11. & 12. §. 9. ann. 1614. cap. 16. §. 137. ann. 1615. cap. 17. §. 139. ann. 1616. lib. 20. cap. 26. §. 172. ann. 1624. §. 62.

Beati Sancti, Confeſſoris. [c] Iacet in Monte Compatrum, Prouinciæ Romanæ: cuius meminit Piſanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. §. 63.

Minor. eiuſdem Prouinciæ ſanctitat. illuſtr. & fruct. 11. part. 2. in Prouincia Bononienſi, vbi de Parma. Marianus lib. 2. cap. 13. Bernardus à Beſſa, & Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1241. §. 15.

§. 64. *Beati Gerardi, Confeſſoris.* [d] Socius fuit Diui Patris Franciſci, ex Mutina oriundus, ex familia nobiliſſima *Rangonorum* progenitus: Concionator eximius extitit, cuius anima, ob eius miracula, præclaras virtutes, ſingularemque ſanctitatem, inter cœlites, ab omnibus beari exiſtimatur. Memoratur à Piſano ſupra fruct. 8. part. 2. in Prouincia Bononienſ. & fruct. 11. ibid. item lib. 3. fruct. 10. part. 2. vbi mirabilis ipſius conuerſio enarratur, quam etiam commemorant Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphic. & Wadinghus ſup. ad ann. 1233. §. 29. & ann. 1244. §. 18. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 2. in Conuentu 20. Prouinciæ Bononienſ. Picquetus in Catalog. viror. Illuſtr. Franciſcan. Sigonius de Regno Italiæ. lib. 17. ann. 1233. Panſa, in vita Innocentij. 4. Pap. ad ann. 1251. Corius in Hiſtor. Mediolanenſ. part. 2.

§. 65. *Beati Martini, Confeſſoris.* [e] Inſigni Religione præditus erat, cuius mortem eximiæ virtutes illuſtrat, adornantque miracula non pauca: nam & mortuos ſuſcitauit, & plura ſigna in fauorem fidelium edidit. Obiit Toleti ann. 1364. & in Conuentu Sancti Franciſci ſepultus eſt, ſed altera manus eius aſſeruatur in ſacrario Conuentus Sancti Ioannis Regum Toleti. Vide Gonzagam 1. part. ſup. item part. 3. in Conuen. 1. Prouinciæ Caſtellæ. Marcum Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minorum. lib. 5. cap. 55. Marietam lib. 22. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. in Conymbr. vrbe & libr. 17. cap. 10. Picquetum ſup. Salazar. lib. 2. Chronicor. Prouinciæ Caſtellæ, cap. 20. & lib. 8. cap. 9. Piſa. in Hiſtor. Toletana. lib. 4. cap. 24. & lib. 5. cap. 36.

§. 66. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [f] *Numantinus*, vulgò à *Soria* cognominatur. Erat tunc Conuentus Sanctæ Barbaræ Chauli Guardianus; quando bellum agebatur inter Luſitanos & Gentiles Indos huiuſce Regionis. Qui dùm fidelium cauſas cum maximis lachrymis Deo inſtantiùs commendaret, vocem ſibi dicentem audiuit: *Vigilate, præliamini, & vincetis.* Qui poſtmodum eiſdem verbis, dùm inter primos concertantes atque confligentes, Chriſtianum militem confortaturus verſaretur, opportunè vſus, & amicis animum corque addidit, & inimicis non minimum timorem incuſſit: qui tandem in fugam ſunt conuerſi. Obiit maxima ſanctitate præditus. Florebat ann. 1550. Agunt de eo Gonzaga 4. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 6. Prouinc. Sancti Thomæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 71.

Beati Petri à Fonte, Confeſſor. [g] Orationis prærogatiua, cæteriſque virtutibus olim extitit inſignis: cuius corpus tumulatum eſt in Conuentu S. Franciſci Abulenſi, qui eſt 15. Prouinc. Conceptión. Ita Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzus ſup. libr. 4. cap. 42. ad ann. 1565. §. 67.

Beatæ Franciſcæ, Virginis. [h] Peruſina erat; & in virtutum genere perfecta ſanctimonialis: in omni loco, omnique tempore ſemper orabat, nec exercitium aliquod, vel tumultus animam ſuam à dilecto Chriſto ſeparabat: à quo multis reficiebatur conſolationibus, & diuinis reuelationibus dignabatur. Tempus mortis ſuæ cùm ab Angelo didiciſſet, ſancto fine quieuit ann. 1468. Sepulta in Monaſterio S. Luciæ Fulginij, quod eſt 7. Prouinciæ S. Franciſci. Ita Iacobillus de SS. Fulginatib. ſub. 22. Iulij. & Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1468. §. 12. §. 68.

B. Catharinæ Virg. [i] Dilecta extitit diſcipula B. Philippæ à *Medicæa*, (De qua inferius ad 6. Decemb.) Florentiæ, in Monaſterio de *Montieellis*, cui & morienti, ann. 1488. piè adfuit: hincque die ſequenti, ad feretrum defunctæ orans, pro ſanitate impetranda, ſenſit ſibi quinque fiſtularum loca (quibus diuexabatur) contingi, & confeſtim ſanari. Eo autem beneficio adeò obſtricta, immutata eſt, vt deinceps nudis pedibus incederet, ſuper aſſeres, vel ſarmenta dormiret, orationibus ſanctiſque exercitationibus aſſiduè vacaret: Mariano, Vvadingho, & alijs idipſum atteſtantibus in geſtis præfatæ B. Philippæ. §. 69.

SEPTIMO KALENDAS SEPTEMBRIS.

OCtaua Sancti [a] Ludouici Epiſcopi Toloſani. Mirabelli in territorio Pictauienſi, Beatorum [b] Martyrum Nicolai Clementelli, & Ioannis Torignei: quorum iſte, innumeris vulneribus pro fide orthodoxa ab hæreticis occiſus eſt: ille verò extra mœnia oppidi factus, atque ex arbore ſuſpenſus, ab eiſdem ferreis globulis tranſuerberatur. In Tuſcia, apud oppidum Sancti Angeli de Vena, Beati [c] Liberati, Confeſſoris: qui nobili genere ortus, paupertate, patientia, & miraculorum gloria maximè claruit. In Prouincia Sancti Angeli, Beati [d] Ruffini Ferezani, Confeſſoris: qui oratione & rerum cœleſtium contemplatione eluxit. In Valle Aſpera ad Teſſam in Apulia, Beati [e] Incogniti Tornaretenſis, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Fulginij in Vmbria, Beati [f] Franciſci Brixienſis, Confeſſoris: miræ charitatis & ſanctitatis viri, qui humilitate, oratione, ſummaque paupertate, ac zelo ſalutis animarum, ſupra modum floruit. Camari in Sicilia, Beati [g] Ioannis Camarini, Confeſſoris: Religione ac pietate inſignis. Alanquerii in territorio Vlyſſiponenſi, Beatæ [h] Achatiæ à Paſſione, Virginis: humilitate & charitate celebris.

Digitized by Google

AVGVSTI XXVI.

§. 1. *Octaua Sancti Ludouici, Epiſcopi* [a]] Solemniter agitur in toto Ordine Seraphico: vt patet ex antiquo ac nouo Miſſali, & Breuiario Fratrum Minorum, idque authoritate Apoſtolica : quare Ioannes XXII. & Sixtus IV. non ſolùm dederunt Indulgentias ſæcularibus viſitantibus Eccleſias Fratrum Minor. in die feſto Sancti Ludouici Epiſcopi Toloſani: ſed & ipſe Ioannes XXII. Papa eaſdem conceſſit per octauam feſti illius. Vide Alphonſum de Caſarubea, in Compendio priuilegior. Fratrum Minor. verbo *Indulgentia quoad ſæculares, primo.* §. 12. & 15. Aduerte autem, quod Robertus, vtriuſque Siciliæ Rex, præfati Sancti Ludouici Epiſcopi frater, compoſuit officium in honorem ipſius ab eodem Sixto IV. Papa approbatum, & Fratribus Minor. conceſſum: quod quidem aliquandiu viguit: ſed poſt Concilium Tridentinum ſublatum. Illius meminerunt idem Alphonſus ſup. verbo *Feſtiuitas.* Marcus Vlyſſipon. 2. part. Chron. Minorum lib. 8. cap. 49. Vvadinghus tõ. 3. ad ann. 1343. §. 7. Specul. FF. Minor. tract. 3. in Ordinationib. circa Officium Diuinum eodem ann.

§. 2. *Beatorum Nicolai, &c. Martyrum.* [b]] Tanta fuit hæreticorum immanitas & odium in Religionem Catholicam; vt infinitis propè tormentis atque preſſuris excruciatos Fratres noſtros interfecerint. Inter quos duo in primis Religioſi Sacerdotes, BB. Nicolaus *Clementellus*, & Ioannes *Torigneus*: qui mortem ſuſtinere potius, quàm ſacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramentum abiurare elegerunt, ſicque tandem crudeliter enecati illuſtre fidei teſtimonium Chriſto Domino dederunt: ann. 1568. ſeu 1573. iuxta alios. Agunt de eis Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in ſacris Martyribus huiuſce Ordinis, ſuo æuo, diuerſis in partibus Franciæ, ob Chriſti fidem paſſis. item part. 3. in Conuentu Mirabellenſi, qui eſt 1. Prouinc. Turoniæ Pictauienſis. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libr. 7. cap. 6. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libr. 12. cap. 22. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1388. §. 9. Grauina, in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 3. *Beati Liberati, Confeſſoris.* [c]] Comes erat loci illius, qui ſuo nomine nunc, *Sanctus Liberatus* dicitur, antequam Frater Minor fieret. Qui nimiam cernens viuendi relaxationem in Ordine Seraphico: zelo ſtrictioris ac purioris Regularis obſeruantiæ ductus, ex conſilio proborum, ſanctorumque Patrum, decreuit Summi Pontificis S. Cœleſtini V. adire præſentiam. Quare aſſumpto B. Petro à *Macerata* pro ſocio, Curiam Romanam perrexit: obtinuitque à Papa Diploma Pontificium, quo, ſibi, & ſequacibus, dabatur facultas, authoritate Apoſtolica, Refformationi operam nauandi, atque Regulam ad amuſſim obſeruandi, &c. nonobſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus. Sicque Superior inſtitutus à Sede Apoſtolica, haud paruum incrementum fecit, præcipuè in Marchia Anconitana; vbi diutiùs manſit, non ſine admirabili prorſus vitæ exemplo. Obiit ann. 1307. Illius meminit Marc. Vlyſſiponenſis ſup. part. 2. lib. 5. cap. 27. & lib. 7. cap. 34. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. ſub 4. Generali. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minorum ad ann. 1294. §. 9. & tom. 3. ann. 1301. §. 1. 1302. §. 8. & 1307. §. 2. item tom. 4. ad ann. 1374. §. 24.

§. 4. Tanta autem fama ſanctitatis luxit: vt nomini ſuo ſacratus ſit Conuentus Sancti Liberati, apud *Sanctum Liberatum*: quinque milliaribus diſtans ab oppido ſancti *Geneſii*, tribus vero ab oppido *Sarnano*, in Picœno, in quadam ſolitudine ſitum habens. Lubens hîc referam, quæ Illuſtriſſimus Gonzaga annotauit de eo. *Qua etiam de cauſa* (inquit) *contemplatiuæ agendæ vitæ maximè fauet, plurimoſque Patres vita atq; virtutibus inſignes nobis peperit: inter quos fuit B. P. Liberatus profeſſione Clarenus, à quo adiacens regio nomen vſurpauit. B. hic Pater clariſſimis ortus natalibus, miraculis claruit: diciturque tum à Fratribus, tum quoque à circumuicinis ſæcularibus, in huius ſacra domus Eccleſia ſepultus, à quibus & ſepulturæ locus oſtenditur: mordicúſque affirmatur ſanctitatis titulum ſibi à Summo quodam Pontifice, viuæ vocis oraculo collatum fuiſſe, & ab eo tempore tum Conuentum, tum quoque proximum ſibi territorium nomine S. Liberati inſignita euaſiſſe. Volunt iſti quòd Summus ille Pontifex viſis eius miraculis, dixerit: Hic venerabilis Pater, non tantum B. ſed & S. optimo iure appellandus venit. Sed quis iſte Pontifex fuerit, ignoratur omninò. Qua etiam de cauſa, nihil certi hac de re affirmare auſim.* Hæc ille in præfato Conuentu, qui eſt 25. Prouinc. Marchiæ. Porro agitur de eo feſtum vnà cum BB. *Humili & Pacifico* ſup. ad 7. Auguſti §. 6. ex Vvadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1234. §. 9.

§. 5. *Beati Ruffini Ferezani, Confeſſoris.* [d]] Laicus fuit profeſſione, qui orationi ac contemplationi ita ferùenter addictus erat; quòd inter orandum ingens globus igneus ſuper caput eius viſus ſit, à circumſtantibus in Eccleſia. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 4. cap. 32. ad ann. 1463. & Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 32. ex Mariano lib. 5. cap. 33.

§. 6. *Beati Incogniti Tornaretenſis, Confeſſoris.* [e]] Illius mentionem facit Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu Sanctæ Mariæ de Valle Aſpera, ad Teſſam: qui eſt 4. Prouinciæ Sancti Angeli: his verbis. *Iacet quoque hoc in ipſo loco, Sanctus quidam Frater, profeſſione Laicus, ac patria Tornaretenſis; cuius tamen proprium nomen ignoratur. Hic cùm tempore maxima cuiuſdam peſtis, ad Conuentus, ſarcinarumque cuſtodiam, à cæteris Fratribus ſolus relictus eſſet: ab ipſis poſtmodum, ea lue ceſſante, redeuntibus, genibus complicatis, erecta ceruice, extenſiſque in altum manibus, non ſecus ac ſi oraret, atque exanimis in medio dormitorio inuentus eſt.* Florebat ſub ann. 1460. Vvadinghus tom 5. ſup. ad ann. 1430. §. 41.

§. 7. *Beati Franciſci Brixienſ. Confeſſoris.* [f]] Brixiæ naſcitur anno 1460. adoleſcens autem Religionem Sancti Franciſci intrauit, & apud Patres Obſeruantes, in multa ſanctitate & exemplo vixit: quippe qui totis præcordiis niteretur Seraphicum Patrem Sanctũ Franciſcum imitari, cuius nomen portabat, & Regulam profitebatur. Deuotiſſimus itaque extitit, & inſigni pietate præditus. Cuius ad proximos, fideique domeſticos, tanta fuit charitas; vt ſi alicuius minus verè pœnitentis ſacram Confeſſionem ſibi aliquando excipere contigiſſet, ita lachrymis obruebatur, vt ipſum ad perfectam pœnitentiam, iuſtamque erratorum cõpunctionem adigeret. Cúmque à quodam ſibi familiari Fratre ſemel importuniùs, quid ipſe aliorum peccata, atq; impœnitentiam curaret? quare de cauſa tantopere fleret? inte. rogaretur, reſpondit. Cuiuſque viri fidelis eſſe in Deum Optimum Maximum offenſiones

& piacula

& piacula commiſſa deflere: ſed & vnicuique, maximè vero Minoritæ, qui peccata populi comederet, de proximo ſuo mandatum eſſe. Agebat ſemel Cæſienſis Eremitorij Guardianatum, magnaque fames conuicinos populos inuaſerat ann. 1493. quapropter pauperum multitudo aliquid panis acceptura, ipſum moroſiùs premebat, vrgebatque: ipſe verò nil magis exterritus, inuicto pectore, quicquid ad manus habere poterat, illis liberaliſſimè erogabat. Cúmque die quadam nihil panis Fratribus ad reficienda corpora penitùs reliquiſſet, ſed quantum ex mendicatione acquiſierant, id totum pauperibus diſtribuiſſet; ad orationem illicò confugit, tantumque panis cœlitùs immiſſi ab omnium largitore, ſuis precibus impetrauit: vt ſibi, Fratribus, ac etiam confluentibus egenis, longè ſuffecerit. A quo etiam tempore, maximam ſanctitatis opinionem ſibi acquiſiuit. De reliquis eius virtutibus, profundiſſima ſcilicet humilitate, feruentiſſima oratione, ſummaque paupertate, quibus vbertim enituit, non eſt quòd impræſentiarum agam: cùm ex prædictis facilè coniectari queant, valeantque. Beatæ vitæ finem ſortitus eſt ann. 1523. hac die, ſepultus in Conuentu Sancti Bartholomæi, propè Fulgineum. Sic Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 9. Prouinciæ Sancti Franciſci. Barezzus ſup. libr. 1. cap. 53. Iacobillus de Sanctis Fulginatib. hac die, ex Toſſiniano, Cimarello, & aliis. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad 1406. §. 103.

§. 8. *Beati Ioannis Camerini, Confeſſoris.* [g]] Laicus etiam extitit: atque in oratione perſeuerantiſſimus, cui inuidens dæmon, plures tetendit inſidias: ſemelque Deo permittente, in aſſumpta ferociſſimi tauri forma, cornu ad inteſtinorum vſque effuſionem lethaliter in ventrem infixit: quæ tamen glorioſæ Virginis imago, coram qua ille orabat, immotuſque licet grauiſſimè ictus permanſit, à propria ſede deſcendens, ſibi reſtituit, vulnuſque curauit. Claruit circa ann. 1560. obiitque in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu Camari: qui eſt 6. Prouinciæ Siciliæ. Hæc ex Gonzaga ibid. part. 2. ſup. & Barezzo ſup. lib. 4. cap. 26. ad ann. 1562. Vvadinghus ſup. ann. 1428. §. 7.

§. 9. *Beatæ Achatiæ à Paſſione, Virginis.* [h]] Hæc ſponſa Chriſti humillima fuit, paupertatis amantiſſima, charitate flagrans, contemplationi admodum dedita; ac tandem omni virtute prædita. Fidelium animas commendatiſſimas habuit, dùm viueret, proque eis perpetuò Dominum exorabat; quare cùm ad cœmeterium tumulanda deferretur, auditum fuit à ſororibus murmur, tanquam perſoluentium deffunctorum officium. Viuebat ann. 1565. moritur autem in Monaſterio Conceptionis B. Virginis Mariç, quod eſt 4. Prouinciæ Portugalliæ. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezo ſup. lib. 4. cap. 39. & Valerio de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 40.

SEXTO KALENDAS SEPTEMBRIS.

THenis in Brabantia, Beati [a] Thomæ à Beringhen, Martyris: quem Geuzij hæretici, in puteo, capite deorſum verſo, demerſerunt. In Gallia, Beati [b] Ioannis Muronis, Confeſſoris: eximiæ doctrinę & ſanctitatis viri. In Anglia, Beati [c] Guillelmi Holmi, Confeſſoris: pietate & dono curationum celebris. Vrbini, Beati [d] Iacobi Mediolani Confeſſoris, Spiritu Prophetico, & miraculis ſpectabilis. Florentiæ Beati [e] Franciſci, Confeſſoris, cognomento peccatoris, magnæ ſanctitatis fama celebris. Apud San-Georgij oppidum in Inſubria, Beatorum [f] Candidi & Ranerij, & Ioſephi ab Hipporedia, Confeſſorum. Apud Ruthenos in Gallia, Beati [g] Gabrielis ab Aue Maria, Confeſſoris: qui vltimus Vicarius Generalis, & primus Commiſſarius generalis totius familiæ Obſeruantinæ Ciſmontanæ electus: ſingulari Religione, ac multarum prærogatiua virtutum pollens, ſancto fine quieuit. Marchenę in territorio Hiſpalenſi, Beati [h] Petri à Turribus, Confeſſoris: vitæ integritate, animi candore, ſanctiſque moribus adornati. Populæ de Angelis, in India Occidentali, Beati [i] Ioannis de Beiari, Confeſſoris: qui humilitate, pietate, ac zelo altiſſimæ paupertatis clarus, in cœlum conſcendit. In Canaria, apud Fortis-venturæ Inſulæ Conuentum, Beati [k] Ludouici Lucenſis, Confeſſoris: vita exemplari & meritis ingentibus conſpicui. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [l] Franciſci Dahyj, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, multos in Chriſto lucratus eſt, & ſanctiſſimè in Domino obdormiuit. Bellalcazari, In Territorio Cordubenſi, Beatæ Mariæ [m] à Sancto Antonio Virginis, quæ dono orationis extaticæ & lachrymarum, exornata, cum Chriſto conſolatur in gloria.

AVGVSTI XXVII.

§. 1. BEati *Thomæ à Beringhen, Martyr.* [a]] Sacerdos erat, columbina ſimplicitate præditus; cùm autem ann. 1591. Geuzij hæretici Thenas, oppidum Brabantiæ diriperent, Conuentum fratrum inuoluerunt, & hic cum aliis captus fuit, quem deorſum capite merſum in puteo, ſtatuminibus, quibus lupuli maritantur, ſubmergentes, interemerunt. Hæc ex Sedulio in Hiſtor. Seraph. ſub fin. vbi de Corollariis Fratrum Minor. Prouinciæ German. Inferior. è Geuziis interfectorum, Corollario 9. & Raiſſa in Auctario ad Na-

ANTISTROPHE III

Vrbis nam Solymæ vicem
Dolens, vt impiam opprimas tyrannidem,
Pacata Regni linquis, & horridis
Armis petens Peluſium,
Traiicis textis trabibus phalanges,
Quà ſeptemgemino cærula flumine
Nilus colorat: mœnia vix quatis
Arcis, cùm ſubitus fores
Recludit pauor hoſtium;
Mox victor agmen militum parentes
Ducis in agros,
Hoſtileſque acies geminatâ clade trucidas.

EPOD. III.

Spes ſæpe quo propinquior
Arridet; celeri fugâ
Exitus cœptis adimit ſecundos.
Inuadit eheu te lues, & Celticas
Infeſta vis morbi, fameſque
Vexat dira cohortes:
Illinc flumen aquis, hoſticus hinc furor
Denſo circuit agmine:
Pugnatur; atrox fœdat arua cædes.

STROPHE IV.

Victum gloria non minor
Te ſequitur, heros magne, quàm cùm vinceres.
Conſtans recuſas Martis ab alea
Lembo per amnem ſubtrahi.
Vnâ nos omnes eademque pugnâ
Sors, inquit, moneat: Vos ego deſeram?
Regèmque veſtrum me fuga polluet?
Captiuo tibi quas minas,
Quæue opprobria barbarus
Infert Tyrannus? ſæua quot tuorum
Funera cernis?
Tu tamen immotus Chriſto ſpem ponis in vno.

ANTISTROPHE IV.

Nutantes animos fide
Firmas, iacentes erigis. Quid ais, cadit
Spes veſtra? curas pellite lugubres,
Probat Deus quos diligit;
Hos & educit memor è periclis
Olim quæ populus pertulit Iſrael?
Hæc ipſa tellus teſtis: ad inuium
Rubri dum pelagi fretum
Vrgebat Pharao ferox
Equis & armis; obſequens repentè
Scinditur æquor,
Erectiſque vaga lapideſcunt mœnibus vndæ.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Γ.

Μοῖραν γὰρ Σολύμων πόλεως
Μεμψάμενος, ὄφρ' ἀσεβῆ θλίβῃς τυραννίδα,
Λείπεις θρόνον σεῦ ἡσύχιον, χ' ὅπλοις
Δεινοῖς πορσεῖς Πηλούσιον,
Πορθμεύων πλεκτοῖσι δοκοῖς φάλαγγας,
Ἀπὸ γ' ἑπταχόῳ τῷ ποταμῷ ἅλα
Νεῖλος χροιάζεται· τειχέα δ' σείεις
Ακρας, ἐ προμερὸν θύρας
Ανώξεεν δήιον δέος,
Νικαφόρος γοῦν ὁπλιτῶν ἄγημα
Ηγες ἐπ' ἀγρούς.
Βαρβαρικόν τε στρατὸν διπλῇ πανὺ ἔκτανες ἤτῃ.

ΕΠΟΔΟΣ Γ.

Ως πλεῖστον ἐλπὶς ῥ' ἔγγιον
Σαίνουσ', αἰφνιδίῳ φυγᾷ
Εξόδοις ἀρχαῖς ἐλεῖν ἠυπότμους.
Εποίχεται λοιμός σ' ἄναξ, καὶ Κελτικούς.
Κακῆς νόσου λίσσα λιμός τε
Αἰχμιτὰς καταβόσκεται·
Τῇ μὲν κῦμα ῥοῶν, τῇ δηίων βία
Γυκνῷ εἴγει ἀγήματι·
Εν χάρμῃ ἴχοουσ' αἷμα, καὶ φόνος γιῶ.

ΣΤΡΟΦΗ Δ.

Ηττηθέντ' ἕπεται κλέος
Ισον μέγιστ' Ηρως, ἢ ὅτε νικήσαιο.
Πλάτυμ', ἀναίνη Αρηος ἐκ φόνου
Πλῷ ἐξελέσθαι διὰ σκύφου
Αμμες ἄρ' πάντας μία αὐτὴ αἶσα
Υσμίνης λάχοι ὑμῶν. γὼ ἀποσταίζω
Υμμων μ' ἄνακτα φύζα μιαινέτω;
Δεσμώτῃ τοι ἀπειλέας
Ποίας βάρβαρος ἢ ψόγους
ΕΙσφεῖ Τύραννος, σατρὰ πόσα τε φράγκων
Πτώματα λεύσσεις;
ΑΥτὰρ ἀτάρβητος σὺ Χριστῷ ἐλπίδ' ἔτηκας.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Δ.

Δίζοντας ἐνὶ πίστει
Ρώννυς, πεσόντας ὑψοῖς· τί φᾷς; πέσεν
Α ἐλπὶς ὑμῶν; βάλλετε φροντίδας·
Επάσδει οὓς φιλεῖ Θεός·
Τοὺς δὲ μνήμων ἔξαγε δυσχερέων·
Λαὸς ἅς τὸ πάλλαι ὤ ἔχει Ισραήλ;
Γαῖα δὲ ταῦτα μάρτυς· ἀπορόσβατα
Πόντου εἰς ἐλυτροῦ στενά
Ανταῖργεν Φαραὼ θρασὺς
Ιπποις καὶ ὅπλοις, εὐπιτὴς σάχιστα
Ρῆκτο θάλασσα,
Αστατα γ' ὀρταταῖσι λιπιῶνται ὕδατα τοίχοις.

EPOD IV.

EPOD. IV.

Cuncta ſiccis tranſilit
Gens plantis, mare ſæuiens
Defluit rurſus: rapit inſecutum
Ducem procellis, & quadrigas obruit.
Sic fatus haud expes tueris
Flexo poplite cælum.
Lux ô Chriſtiadum maxime Principum,
Heros inclite; qui tui
Æquent honorem carceris triumphi?

STROPHE V.

Dat dirus tibi Mempheos
Pœnas Tyrannus; En ſuorum concidit
Ferro peremptus, ſertaque laurea
Mutat cupreſſi frondibus:
Tùque dimiſſus, rediménſque captos;
Oppreſſóſque graui ſeruitij iugo,
Appellis Aces littoribus ratem:
Hîc te Chriſticolæ tenent
Vt ſis certa cadentium
Tutela rerum: haud te trahunt paterni
Commoda Regni,
Nec genitricis amor, procerum nec vota, preceſque.

ANTISTROPHE V.

Non eſt quæ premat acrior
Te cura, quàm Chriſti ſuperbos frangere
Hoſtes, & almo nomine gentium
Delere cultus impios:
Nec pium belli ſtudium remittis,
Donec te Libyæ ſanguine diffluens
Palmâ potitum corporis exui
Arctis nexibus adſpicit.
Nunc, ô verticis accola
Cæleſtis, audi quas preces decorum
Pallida vultum
Relligio mœrens lacrymis tibi fundit obortis.

EPOD. V.

Inuicte Rex, en Gallia
Iuncta eſt rurſus Iberiæ
Sanguinis vinclis, animos & arma
Faciungat arctum fœdus, heu quot conficit
Europa ſe diſcors in oris?
Squalet Punica tellus:
Te deuincta vocat Græcia compede,
Iordanes vocat, & ſacrum
Chriſti Sepulchrum vindicem moratur.

ΕΠΟΔΟΣ Δ.

Ἐκλέκτον αὔοις ἔξεβη
Ταρσοῖς ἔθνος, ἔπειτα δ' αὖ
Ἄλς κατέρρευσ'· ἥρπαγ' ὄπισ' ὄντα
Ἀρχὸν θυέλλαις, καὶ τετρίπποις πόντισε.
Ὣς φὰς, ἄελπις οὐχὶ, δέρκεις
Κάμψας γουνάτ', Ὄλυμπον.
Φῶς ὦ Χριστοσεβῶν πάμμεγα κοιράνων
Ἥρως ὦ κλυτὲ, σεῦ τίνες
Ἴσοι γὲ τιμῇ οἱ τρίαμβοι εἱρκτῆς;

ΣΤΡΟΦΗ Ε.

Αἰνὸς δὴ ποτὲ Μέμφεως
Δίκαν Τύραννος· ἰδοὺ ἰδ' οἰκείων πέσε
Κτανθεὶς σιδήρῳ, στέφη τε δάφνινα
Κυπαρίσσου ἄρνυται κόμαις·
Ἐκλυθεὶς, δὲ ῥύσια τ' αἰχμαλώτοις,
Δουλείης τε βαρεῖ βεβαρημένοις ζυγῷ
Ὁρμίζες Ἄκκις ἠιόσιν νῆα.
Κεῖτι Χριστοσεβεῖς σ' οὖ ἔχον
Ἐμμεναί γ' ὀλλυμένων μέγα
Ἔρυμα πάντων· λῶστα δ' οὐ σε πατρὸς
Σκῆπτρά γ' ἐρύκει
Οὐ ματρὸς στοργὴ, ἀρχῶν εὐχαί τε πόθοι τε.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Ε.

Ὀτρυνοῦσα τομώτερον
Οὐκ ἔστι τοι φροντίς γ'; ἀλαζόνας ἢ κτανεῖν
Ἀντιχρίστους, καὶ ὀνόματι ἐνθέῳ
Δηλεῖν σεβάσματ' ἐθνεῶν,
Εὐσεβῆ δ' οὔπω ἀφίεις μελλήματα
Μῶλυ, ἕως Λιβύη αἵματ' ἐπίρροος
Φοινικιχθέντ' ἀνδρομέων ῥεθῶν
Στεινῶν λυσαμένον δράκῃ.
Νῦν ὦ ἐνναέτα πόλου
Αἰθέρος, λιταῖον κλῦθι εὐσέβεια
Χλωρὰ πρόσωπον
Μυρομένη ταῖς χεύει δακρυχέουσα τ' ἄνασσα.

ΣΤΡΟΦΗ Ε.

Ἀδάμαντ' ἄναξ ἁ Γαλλία
Ζεύχθη αὖτις Ἰβηρία
Αἵματος δεσμοῖς· κραδίας καὶ ὅπλα
Δὸς σφίγξαι ἔντονον συνάλλαγμα· φεῦ ὡς
Γαίῃ Εὐρώπῃ ὄλλυσι;
Σαθρ' οὖν φοινικὴ αἶα.
Κικλήσκει σε δεθεῖσ' Ἑλλὰς ὅλη πέδαις,
Ἰόρδαν καλεῖ, ἠδ' ἱρὸς
Χριστοῦ τάφος σ' αἶψ' ἔκδικον μιμνήσκε.

§. 49.

ODE
DICOLOS TETASTROPHOS,

IN

B. LVDOVICVM
REGEM.

VENERABILIS LAVRENTIÆ Stroziæ Monialis, Ordinis Sancti Dominici in Monaſterio Diui Nicolai de Prato in Hetruſcis.

QVis tuam dignè celebrare lucem
Poſſit; ô Regum decus atque lampas,
Galliæ ſplendor rutilans per æuum,
O Ludouice.

Tu ſatus magno patre maior illo
In fide factus, pietate pollens,
Sæculi pompas fugiens amaſti
Cuncta regentem.

Inter Heroas facilis, benignus,
Et pius terges manibus, lauaſque
Pauperum perſæpe pedes, eiſque
Munera donas.

Ducis vxorem, ſtudio nepotum,
Carnis haud vnquam ſtimulis ſubactus,
Admones charam ſobolem ſupernè
Tendere corda.

Pro fide Chriſti ad Tuniſæa Regna
Vinceris: nutu Domini potentis,
Hoſte ab infeſto patiens ferendo
Damna ruinæ.

Febribus tandem recubans propinquus
Funeri, gaudes citò celſa cæli
Regna viſurus, ſaturando corpus
Nectare vitæ.

Ambitum mundi peritura quæque
Diue Rex linquis, ſuper Aſtra ſcandens;
Quo loco noſtri memor obſecramus
Sis Ludouice.

CARMEN SAPHICVM §. 50.

IN EVNDEM

S. LVDOVICVM
REGEM,

Reuerendi Patris Guillelmi *Esbran*, è Fauuilla, in ſolo Caletenſi; Rothomagenſis Diœceſis Pago oriundi, Concionatoris, & noſtræ Prouinciæ Recollectorum S. Dionyſij, Alumni.

GAlliæ Reges, pietate culti,
Lilium portant: quia ſunt fideles,
Suntque Romanæ fidei Patroni,
Atque columnæ.
Inter auguſtos, ſtrenuoſque Reges,
Vnus occurrit mihi valde dignus
Lilio, palma, viridique lauro,
Enſe, coronâ.
Quis? Ludouicus, meritò vocatus
Sanctus, intactus ſine labe culpæ;
Arca virtutum, decus omne Regum,
Phœbus in orbe.
Pacis & belli variis diebus
Ardet, vt poſſit melius placere
Maximo regi: pietate mentem
Paſcere gaudet.
Pauperes nutrit, lauat, oſculatur,
Vt Deo Chriſto famulatur ipſis:
Ad fidem multos trahit infideles
Milite, verbis.
Sæpius ſtulti ratione capti,
Simplicem, ſanctum, nihili putabant;
Gloria vana quia non ſtudebat,
Incola cæli.
Multa conſtruxit, reparauit, auxit,
Templa; præcinxit ſua membra Sancti
Fune Franciſci; niueos amauit
Relligioſos:
Pro ſuo Regno gemit vt columba:
Sæpe ieiunat, precibus vacando,
Regium corpus premit & flagellat,
Tractat vt hoſtem.
Singulis iuſtus, pater æquitatis,
Reddidit rectum: miſeros reſoluit:
Hæreſes calcat, vitium retundit,
Punit iniquos.
Sancte Rex ora Dominum polorum:
Rege pro noſtro, pariterque Regno,
A malis ſerua, valeamus omnes
Scandere cælum.

Vltra

Digitized by Google

§. 50. Vltra præfatos Authores, quorum huc vſque meminimus, alij ſunt à nobis recenſendi, qui de B. Ludouico Rege egerunt. Clichtouæus librum edidit de laudibus S. Ludouici Regis. Itē lib. 1. Elucidatorij Eccl. tres de eo hymnos habet, quos & annotationib. illuſtrauit, & libr. 4. Proſam cum annotationibus. Longolius orationem, de D. Ludouici Regis, ac gentis Gallorum laudibus declamauit. Lyranus in Poſtilla ſuper lib. 4. Reg. cap. 23. quam totam exponit de ipſo S. Ludouico Rege. Sermones de eo confecerunt Gerſon; Hieronymus Carthuſianus: B. Nicolaus, Dionyſius, Clichthouæus, Pepinus, Iacobus Perardus: Ignatius le Gault, &c. Vitam eius deſcripſerunt, Ionuillæus, Gaufridus de Bello-loco, Guillelmus Carnotenſis, de Voragine, Surius, Renatus Benedict. Haræus, Lippelous, Laſſereus, Villegas, Ioannes Boterus, Doubletus, Gazetus, Ribadeneira, & alij. Geſta egregiaque S. Regis facta enarrat verſibus Gallicis, Codex MS. Collegij Nauarræi apud Lutetiam, Abaco 8. numer. 1. Sarceus, & Bertaldus, Sagienſis Epiſcopus part. 1. ſuorum Poemat. Hymno de S. Ludouico, & Regia domo Borbonienſi. Author Anonymus originalis ſanctitat. tom. 2. Pariſiis editus ann. 1631. Meditationes habet in vitam S. Ludouic. Reg. Franc. A. Theuenellus libros ſex cōpoſuit in Teſtamentū ipſius D. Regis an. 1627. Lutetiæ. Sedulius vitam eius Commentariis adauxit; & P. Matthæus quatuor libris nobilitauit. In Capella Regia ipſi S. Ludouico Regi dicata, Collegij Nauarrici apud Lutetiā, extant duo Antiqua MSS. officia propria in ſolemnitate ſancti Regis decantanda: quorum primum incipit, *Francorum Rex magnificus*: pro primis Veſperis. Alterum verò, ſic. *Ludouicus decus regnantium*, &c. Ioannes Morellus, tres Hymnos in honorem ipſius cecinit. Guibertus, ſeu Wibertus, Tornacenſis, dicitur ſcripſiſſe Hodoeporicon primæ profectionis S. Ludouici Reg. ad partes Tranſmarinas; Teſte Couſino, lib. 4. Hiſtor. Tornacenſ. cap. 8. & 11. Denique Georgius Stephanus Rouſſeletus, opus integrum, quod intitulauit: *Lilium Sacrum*: omnium geſtorum ac virtutum, Encomiorumque S. Ludouici veluti præconium complectens, in lucem dedit. Robilliartus edidit Gallicè documenta S. Ludouic. ad filium ſuum Philippum an. 1612. Iacobus Rinaldus an. 1643. Diuione protulit Lilia, ſiue Florus Galliæ Sanctæ, vbi part. 2. cap. 1. præter ipſius S. Regis geſta commemorat, & notis illuſtrat. Odoricus tō. 14. annal. Eccleſ. ann. 1297. §. 58. & ſeq. Thielmans tom. 2. Vitæ SS. Seraphic. Ordin. Petrus Thomas Saracenus. part. 2. Menologij Carmelit. §. 13.

§. 51. Præterea agunt de ipſo ſancto Rege Ludouico, Bromiardus in Summa Prædicant. part. 1. cap. 3. §. 10. cap. 23. §. 16. A. item cap. 12, §. 4. D. & cap. 13. §. 33. I. ac capit. 3. §. 37. E. Haithonus Armenus libro de Tartaris, cap. 52. & 54. Heroldus libro tertio Continuat. Belli ſacri, cap. 17. in fin. & lib. 4. cap. 1. & ſeq. Wernerus in Faſciculo Temporum, ad annum 1234. 1254. & 1284. Pepinus in Poſtilla ſuper 7. Pſalmos Pœnitentiales lection. 96. in med. item ſuper *Confiteor* tract. 2. part. 2. cap. 3. circa finem, ac in Roſario aureo myſtico, ſermon. 16. poſt medium. Diſcipuli in Promptuario Exemplorum littera E. Exempl, 7. item ſermone de tempore 31. poſt init. & 123. B. ac ſermon. de Sanctis, 29. in fine. Barletta, Concion. feriæ 2. hebdomad. Quadrageſim. antè & poſt medium. Item Feria 2. in Paſſione Domini verſus fin. Diez tom. 3. Concion. in feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, ſermon. 2. §. 12. ante medium. Bartholdus Pontanus, Tom. 2. Bibliothec. Concion. feria 5. poſt Dominicam Palmarum. Franciſcus Coſterus, Concion. in Dominica Septuageſimæ §. 3. Sanctus Antonin. part. 3. hiſtor. titul. 19. cap. 3. §. 6. cap. 4. §. 7. cap. 5. §. 3. cap. 8. §. 21. cap. 9. & 13. item titul. 20. cap. 1. §. 12. B. Cantipratanus libr. 1. Apum cap. 3. §. 6. item lib. 2. cap. 10. §. 23. cap. 9. §. 40. cap. 54. §. 14. cap. 57. §. 63. 64. & 65. Coluenerius ibid. in annotationib. Martyrologium Romanum, hac die. Baronius ibidem in notis. Molanus eadem die, in Additionibus & Annotationibus ad Vſuardum. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Lutetia*. Bachotus in Faſtis Chriſtianis, hac die. Chronica Normaniæ, ann. 1219. & ſeq. Chronicon Cadomenſ. ad an. 1226. &c. Mutius lib. 2. chronic. Germaniæ, circa ann. 1240. Schedel in Regiſtro mundi, ætate 6. Marulus lib. 2. Exemplor, cap. 20. Sabellicus ibid. cap. 10. & Ænead. 9. lib. 6. & 7. Rocquezius in Speculo æternitatis, ætate 6. fol. 99. Philippus Bergomas in Supplemento chronicar. lib. 13. ad ann. 1230. Rodericus Sanctius part. 4. hiſtor. Hiſpaniæ capit. 2. 4. & 25. Alphonſus à Carthagena in Anacephaleoſ. Reg. Hiſpan. cap. 80. & 84. Carion in chronico, Monarch. 4. ætat. 3. ad ann. 1227. 1250. 1258. 1261. & 1270. Trithemius, Fernandus Bez, Ferentilli, Tillius, & alij, de Regib. Francor. Texera in Genealog. Henrici IV. Regis Francor. Cœnalis de Re Gallica, in Epiſtola Dedicatoria ad Henricum II. Galliæ Reg. Langius in chronico Citizenſ. ad ann. 1249. Additio ad Lambertum Scafnaburgenſ. ſub ann. 1270. Sifridus in Epitom. hiſtor. ad ann. 1245. 1259. &c. Bodinus lib. 6. Reipublic. cap. 2. Creſpetus tom. 2. Horti amœni part. 3. Diſcurſ. 8. paragraph. 6. & part. 4. Diſcurſ. 10. parag. 7. Verdierus in Proſopograph. ad an. 1226. & ſeq. Munſterus lib. 3. Geograph. titul. de Francor. origine ac ſucceſſu. Nauclerus in Chronico generation. 41. 42. & 43. Vignierus in Bibliotheca hiſtorial. ad annum 1226. &c. Laziardus lib. 5. epitom. hiſtor. vniuerſal. capite 232. 234. & 235. Ioannes Leſleus lib. 6. de Rebus geſtis Scotorum in Alexandro II. & III. Regib. Dormont. ibid. Polydorus lib. 1. hiſtor. Anglor. in Ioanne I. Reg. Boſius de Signis Eccleſ. tom. 1. lib. 8. cap. 6. & lib. 11. cap. 11. Guido Papa, in Deciſionib. quæſtion. 552. Nauarrus Commentar. in Rubric. de Iudiciis §. 60. Remundus Ruffus libro de Pont. Max. contra Molineum pag. 479. Bellarminus tom. 7. lib. 1. de Æterna felicitate Sanctorum cap. 8. & lib. 2. cap. 5. item lib. 2. de Gemitu Columbæ capit. 7. Hieronymus de Villa-Vitis, in Orationali SS. hac die. Mantuanus de ſacris diebus. Myræus in Faſtis Belgic. ead. die. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Brautius in Martyrolog. Poëtico. Haræus Tom. 1. Annal. Brabantin. ad ann. 1226. & ſeq. Walſingham in Ypodigmate Neuſtriæ ad ann. 1298. Garimbertus part. 1. Factor. memorabil. Illuſtr. viror. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. Benedictus Coronatus cap. 19. vitæ S. Elzearij. Mombritius Tom. 2. vit. ſanctor. Friſonus lib. 2. Galliæ Purpurat. pag. 201. 211. 213. 216. 217. 227. 228. 229. & alibi paſſim. Victonus Tract. de Antiquo ac moderno vſu Canoniſation. SS. cap. 28. ex Luca Caſtellino. Salazar. lib. 6. chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 16. Balinghen in Calendario Virg. Mariæ 11. & 25. Auguſt. Riuiera lib. 1. Tabul. pictar. 4. myſtic. Amor, ſacror. cap. 22. 30. 35. 50. & 86. item lib. 2, cap. 5. & 6. Sauaro, lib. de ſanctitate Clodouei 1. Reg. Francor. Item Tract. contra Duella. Hoüel cap. 15. Memorial. ac Diſquiſition. deuotionis, pietatis, & charitatis Reginarum Franc. Franciſcus de Sales part. 1. Introductionis ad vitam deuotam,

Digitized by Google

cap. 3. & 4. item part. 2. cap. 17. & part. 3. cap. 1. 15. 25. 27. 30. 32. 38. item part. 4. cap. 11. & part. 5. cap. 5. 15. & 17. item tract. de Amore Dei lib. 7. cap. 9. lib. 8. cap. 11. & lib. 9. cap. 13. Quercetanus in hiſtoria Angliæ, ſub Ioann. 1. Reg. & tom. 2. vitarum Pontific. Roman. in Gregor. IX. &c. Speculum Spiritualium part. 7. de Amore Dei. Nigronus in Commentar. ad 8. Regulam commun. ſocietatis Ieſu, paragraph. 25. & Regul. 29. paragr. 9. Vmbertus in notis ad cap. 23. Regul. Auguſtinian. cap. 31. & 33. Elzearius lib. 1. ſacri montis Olíueti cap. 13. & lib. 3. cap. 11. Gonzaga part. 1. origin. ſeraphic. religion. in almo Conuentu Pariſienſi, & part. 3. in Conuentibus 13. & 26. prouinciæ Franciæ: & in Monaſteriis 2. & 8. eiuſd. prouinc. item in Conuentibus 1. 3. & 11. prouinciæ Franciæ Pariſienſ. & in Monaſteriis 2. 13. 23. 24. & 32. eiuſdem prouinc. Corrozetus in Antiquitat. Pariſienſ. tum in Theſauro hiſtor. Franc. lib. 1. titul. 1. 19. 20. 21. & 29. Cornelius à Lapide Commentar. in Ieremiam, cap. 22. verſ. 13. Poireus, de triplici Corona S. Virginis Mariæ tract. 3. cap. 7. paragr. 5. numer. 3. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1245. §. 1. 1247. parag. 22. 1249. parag. 6. & 1250. paragr. 13. item tom. 2. ad annum 1252. parag. 1. & ſeq. 1254. paragraph. 23. &c. 1260. paragr. 49. & 60. 1261. paragr. 6. 1264. parag. 9. 1265. parag. 1. 1269. parag. 2. 1270 parag. 1. 2. & ſeq. Hocſemius de geſtis Pontific. Leodienſ. cap. 2. in Henrico Gueldrenſ. LXIX. Epiſcopo cap. 6. & 7. Chapeauillus ibid. tom. 2. hiſtor. Leodienſ. in annotationibus. Bucherus in chronolog. ibid. ad ann. 1226. Dargentræus lib. 4. hiſtor. Britanniæ Armoricæ cap. 155. &c. Meyerus lib. 8. hiſt. Flandr. Petrus ab Oudegherſto ibid. Buzelinus lib. 6. Annal. Gallo-Flandriæ. Beyerlinck tom. 2. operis Chronograph. ad ann. 1226. Matthæus Turpinus lib. 1. hiſtor. Neapol. & Sicil. cap. 4. Paradinus in Affinitatib. Regum, ac Principum Galliæ. Georgius Fabricius lib. 2. Rerum memorab. Saxoniæ vniuerſæ ad ann. 1248. & 1249. Louuetus lib. 1. Antiquitat. Beluacenſ. cap. 19. §. 12. Nicolaus Doglioni, in Compendio vniuerſal. hiſtor. ad ann. 1243. 1250. & 1268. Catelus in Memoriali hiſtor. Linguæ docciæ lib. 4. pag. 684. &c. Hilarion Coſtæus in Elogijs Reg. Franc. Vaſſeurus 2. part. Annal. Eccleſ. Nouiodunenſ. capit. 92. & 93. Præſes Barrenſis, in Formulario Elector. libro 1. cap. 14. & lib. 2. cap. 8. Peyra, in ſua Chronologia, ſæcul. 55. Stephanus Cyprius, in hiſtor. Regni Cypri cap. 21. Ludouicus Lopez in Tabulis chronolog. vniuerſæ Hiſpan. ad ann. 1270. Fodereruus in Deſcriptione hiſt. prouinciæ Burgundiæ, ſeu ſancti Bonauenturæ pag. 99. & ſeq. item pag. 533. Dadræus in chronologia hiſtor. Archiepiſcop. Rothomagenſ. ſub Petro de *Collumiers* 55. & aliis. Petrus Dauytius, & Franciſcus Ranchinus tom. 2. Deſcription. general. Europæ, in Regno Franc. vbi de genealog. Reg. Gall. pag. 153. & 154. Arnulphus lib. 2. Comitior. Generalium cælo conuocat. cap. 4.

§. 52. Porro hunc S. Regem Ludouicum fuiſſe ex Tertio Ordine Sancti Franciſci, atteſtantur omnia antiqua Religionis ſeraphicæ monimenta: atque ab immemorabili tempore, tanquam Diui Franciſci ſectatorem, tres Ordines ab eodem inſtituti Sanctum Regem peculiari ritu & feſtiuitate concelebrāt. Paulus item III. in Diplomate, *Cùm à nobis petitur*, dato anno 1547. Pridie Kalend. Martij, eundem inter ſanctos Tertij Ordinis Minor. enumerat, atque vt pluribus gaudeat indultis, in eius feſtiuitate Fratres pœnitentes, concedit. His adſtipulatur grauium Authorum ſententia, qua hæc omnia confirmantur. Ita Beatus Bernardinus de Buſtis part. 2. Roſarij ſermon. per Quadrageſimam concion. 27. part. 2. Firmamentum trium Ordinum Minorum part. 1. vbi de illuſtribus viris ac Fœminis trium Ordinum. Marianus lib. 2. capit. 22. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. chronic. Minor. lib. 9. cap. 25. Rebolledo ibidem in fin. & part. 2. lib. 1. cap. 69. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. vbi de Tertio Ordine A. de Sillis in cap. 1. Regul. Tertiariorum. Miranda in eandem Regulam cap. 19. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis S. Franciſci. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Ludouici Reg. Francorum. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Ordin. in ſanctis huiuſce inſtituti. Sylueſter Marulus lib. 4. hiſtoriæ ſacræ D. Franciſc. Gabriel à Treio S. R. E. Cardinalis, epiſt. de opuſc. S. Franciſc. ſub fin. Ignatius le Gault, ſerm. 1. de Sancto Ludouico Rege §. 10. & ſer. 2. §. 10. Brulius lib 12. Antiquit. Pariſ. pag. 525. Seuertius lib. 1. Anti-Martyrolog. hæreticorum cap. 4. ſect. 4. §. 1. num. 7. generalitat. Ioannes de Torres in Practicis exhortationibus ſuper Regulam Tertiariorum, in Sanctis Canonizatis huiuſce inſtituti. Salazar. lib. 9. chronic. prouinc. Caſtellæ cap. 16. Renatus Benedictus Coronatus capit. 19. vitæ S. Elzearij. Sauſſayus, in Martyrolog. Gallican. ad 4. Octob. Corbinus ſup. lib. 2. pag. 30. & lib. 7. pag. 154. Wadinghus tom. 2. opuſculor. D. Franciſci, annotation. 19. & 21. in Regulam Tertiariorum. item tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1254. paragr. 28. vbi validiſſimis rationibus id latè comprobat: quibus facilè Ioannes Marquezius de origine Eremitar. Auguſtin. cap. 25. parag. 4. refellitur, qui perperā illud denegare videbatur.

Ob crebra autem miracula ab eo edita poſt mortem, & anteactam vitæ ſanctitatem: in catalogum Sanctorum relatus eſt à Bonifacio VIII. Papa anno 1297. §. 53. In cuius rei ſolemnitate ipſe Summus Pontifex duos ſermones habuit: primum apud palatium ſuum in Vrbe-Veteri, die Martis ante Feſtum B. Laurentij Mart. alterum in Eccleſia Fratrum Minorum, in craſtino eiuſdem Sancti Laurentij præfatæ vrbis: quos Claudius Menardus excerpſit MS. ex Bibliotheca Abbatiæ San-Victor. Pariſienſ. & prælo cudendas dedit, vnà cum Bulla Canonizationis ipſius Sancti Ludouici Regis ann. 1617. quæ incipit, *Gloria, laus, & honor*, ſub Datum apud Vrbem-Veterem, tertio Idus Auguſti, Pontificatus anno tertio. Extat in MS. Codice Abbatiæ San-Victor. Pariſienſ. ſub P. xiii. Qua de re Ionuillæus, ſupra. Clicthouæus, Pepinus, & alij, ſerm. de Sancto Ludouico Reg. Laſſereus, Surius, Villegas, &c. in vita ipſius. Firmamentum trium ordinum Minorum tract. 1. in memoriali Ordinis, ſub 15. Generali Miniſtro. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, vigeſimo quinto Auguſti tom. 1. Hilarion Coſteus ſupra pag. 234. Nicolaus Gillius, Tillius anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo. Vveſtmonaſterienſis eod. anno. Petrus Matthæus lib. 4. Galterius, Gaguinus, Nangius, Æmylius, Maſſonus, Belforeſtius, Charronus, Dupleix, &c. in Ludouico IX. & Philippo IV. pulchro Reg. Franc. Baronius ſup. Laziardus cap. 229. & 247. ſup. Rocquezius, Corrozetus, & alij ſupra. Chronica ſancti Dionyſij ad annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum octauum. Menardus in obſeruation. ad Ionuillæum pag. 369. Sedulius in commentar. ad vitam Sancti Ludouici. Hallucinantur itaque Platina, in Bonifacio VIII. Pap. Blondus libr. 7. decad. 6. Æneas Syluius lib. 19. abbreuiation. Hiſtoriar. Blondi, & alij, qui loco præfati Sancti Regis, volunt Diuum Ludouicum

Epiſcopum

Digitized by Google

Epiſcopum Toloſanum, tunc fuiſſe canonizatum ab eo Summo Pontifice: toto enim cœlo aberrant, tum ex prædictis, tum ex iis, quæ ſuperius decimonono Auguſti retulimus: quæ omnia fuſiori ſtylo narrabimus tom. 1. de Rebus Neuſtriacis, vbi de Guillelmo LIX. Rothomagenſi Archiepiſcopo.

§. 55. Tunc ſacrum corpus eius eleuatum eſt ſolemniter à terra: teſte Ionuillæo, & Gillio in Philippo Pulchro anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, & in capſa decentiore, quatuor columnis æreis ſubnixa, ſublimi in loco eſt repoſitum: vti placet Clictouæo ſup. Cùm autem idem Rex Philippus Pulcher, cuperet illud ſacrum corpus Lutetiam aſportare, & in Capella Sancta Pariſienſi reponere: piis illius votis annuens Bonifacius Papa, plures diuerſaſque Indulgentias, omnibus, qui eam Capellam, hac die tranſlationis corporis Sancti Ludouici, & per octauam ſingulis annis viſitarent, elargitus eſt. Bulla incipit: *Claroſupernorum* ſub Datum Romæ, apud Sanctum Petrum quarto Kalendas Iulij, Pontificatus noſtri anno quarto. Ea propter ſcripſit idem Summus Pontifex ad Abbatem & Monachos Sancti Dionyſij, vt ad requiſitionem præfati Regis, Sanctum corpus integrum (ſolo brachio ſeu tibia illius retenta dũtaxat) ſine difficultate conſignent. Bulla incipit: *Illius deuotionis affectum* ſub Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Nonis Iulij, Pontificatus noſtri anno quarto. Extat apud Claudium Menardum ſup. pag. 369.

§. 56. Nunc caput Sancti Ludouici aſſeruatur in prædicta Sancta Capellà Pariſienſi: ita ſcribunt Molanus ſub vigeſimo quinto Auguſti. Corrozetus ſup. libro primo, tit. 1. in eo Reg. Ludouico IX. Charronus ſup. Altera verò pars capitis extat apud Piſſiacum, in Abbatia Monialium Ordinis Prædicatorum, Sancto Ludouico Regi dicata, per dictum Regem Philippum Pulchrum. Reliquum autem corporis Sancti Ludouici honorificentiſſimè nunc vſque continetur intra thecam argenteam deauratam, & eleganti ac pretioſo artificio elaboratam: apud Eccleſiam Abbatialem Sancti Dionyſij, ſuper maius altare. Qua de re videatur Doubletus libro primo hiſtor. Abbat. Sancti Dionyſij capite trigeſimo octauo, & lib. quarto, capite vndecimo: & Coſteus ſup. pag. 245. Pars brachij eius habetur Mirandulæ, in Conuen. S. Franciſci qui eſt 16. Prouinc. Bononienſ. apud Gonzagam parte ſecunda ſupra: Item aliquot oſſa reconduntur in Conuentu Sancti Sebaſtiani apud Sanctum Martinum, qui eſt quadrageſimus Prouinciæ Diui Antonij, ex Gonzaga ſupra. Pileus Sancti Ludouici Bajocis extat, in Conuentu Minor. [iuxta Gonzagam part. 3. ſupra] qui eſt 21. Prouinciæ Franciæ. Altera ex coſtis eiuſdem Sancti Regis oſtenditur, in Monaſterio illius nomini Bellouaci dicato, quod eſt decimum tertium Prouinciæ Franciæ. Pariſ. ex Gonzag. ibid. ſup. Vidi apud Monaſterium *de Lilio*, iuxta Melodunum, Ciſtercienſ. Ordinis, aliquot Sancti Ludouici oſſa reuerenter aſſeruari vnà cum diſciplina eius, ac media parte cilicij: inferiorem verò partem huiuſce cilicij vidi piè ſeruatam Rothomagi apud Beguinas Moniales. Fauinus ſcribit, in Hiſpania Reliquias eiuſdem S. Regis Religioſè aſſeruari; quarum contactu ſcrophuli ſanitate donantur. Enſis autem quo S. Rex vſus fuerat in Oriente aduerſus Barbaros, penes remanſerat Equites Hieroſolymitanos, indeque Rhodenſes ac Melitenſes, donec Illuſtriſſimus D. D. *à Valletta*, Gallus, Magnus illius Ordinis Magiſter eum dono dedit Proregi Siciliæ. ann. 1559. Teſte Boyſſato part. 2. Hiſtor. eiuſmodi Equit. lib. 5. Alter verò adhuc proſtat aſſeruatus Dionyſiopoli in Theſauro Regiæ Abbatiæ.


Quamuis autem, ſtatim poſt Sancti Ludouici apotheoſim, nomen eius ita venerabile extiterit, vt à §. 57.
Sede Apoſtolic. mox relatum ſit intra Martyrologium, ac Breuiarium Romanum, quod nulli alteri ſancto Regi, aut Principi Chriſtiano ſæculari conceſſum fuerat: attamen Feſtum eius non ſic ſolemniter agebatur, vſquequo Ludouicus, XIII. cognomento Iuſtus, Galliarum Rex Chriſtianiſſimus, veræque pietatis & auitæ Religionis hæres, ſceptra Francica cœlitùs tenuit; qui illuſtriſſimo Dionyſio à *Marquemondo*, Lugdunenſi Archiepiſcopo [poſtea Cardinali S. R. E.] mandatum dedit, vt à Summo Pontifice Paulo V. Regiæ ſuæ Majeſtatis Patrino, obtineret licentiam, huiuſmodi Feſtum ritu celebriori, ac officio duplici, peragendi: quod ei Chriſti Vicarius benignè indulſit, die 5. Iulij ann. 1618. quo tempore Romæ præſens aderam. Indéque ad inſtantiam eiuſdem piiſſimi Regis idem Feſtum, ex præcepto Eccleſiaſtico, iuſſum eſt celebrari omnibus Gallis, per cunctos totius Regni præſules; laudante, & approbante Gregorio. XV. Papa, qui inſuper ſanciuit feſtum Sancti Ludouici Regis, extra Galliam, vbique terrarum coli ritu ſemiduplici. Ita P. Matthæus lib. 4. ſup. pag. 485. & 486. Galterius Sæcul. 13. in Ludouico. 9. & Sæcul. 17. in Paulo V. Pap. & in Euentib. memorabilibus. Sauſſaius, in Martyrolog. Gallicano, hac die. Hilarion Coſteus, in Iconib. & Elogiis Reg. Francor. pag. 245.

Vnum haud libenter poſſum pertranſire intactum: §. 58.
nimirum, Monetam, quam ipſe D. Ludouicus Rex poſt reuerſionem ſuam à prima expeditione Tranſmarina, cudere fecit in Gallia. In cuius parte prima *Crux* inciſa erat, cum nomine *Ludouici* per orbem; in altera verò neruus, & compedes, ac manicæ ſculptæ cernebantur, quibus in carcere detentus fuerat à Sarracenis cum his litteris circularib. *Ciuis Turonus*: vt memoria tantæ preſſuræ, vel accenderetur Chriſti amor, pro quo hæc dignatus eſt pati: vel ſumeretur vindicta à ſe, aut poſteris, de huiuſmodi Barbaris, talia Chriſtianis inferentibus: vti referunt Villanæus lib. 6. Hiſtor. Florentin. cap. 37. & Menardus ſup. in Obſeruationibus ad Ionuillæum pag. 338. vbi quoſdam Denarios ſimilis monetæ repræſentat. Dupleix tom. 2. Hiſt. Franc. in Ludouico IX. ad ann. 1250. Balthazar de Viaz in Syluis Regijs, vbi de Triumpho fidei. Appendic. 20. Sanè D. Paulus vincula, carceres, & quæuis grauia paſſus, gratanter omnia pro Chriſto ſufferebat: cuius imitator ad amuſſim factus S. Ludouicus Rex, ſimilia pati ab infidelibus haud dedignabatur: quòd Iacobus Bidermanus lib. 3. Epigrammat. 93. non obſcurè accinit.

Inter Idumeæ *Ludouicus* damna, potitas
Vt *Cruce* barbaricas audiit eſſe manus:
Liligeri abiiciens inhonora cacumina *ſerti*,
Et *trabeam*, & *Tyrio* vellera pota cado;
Quid *Paſtana* iuuent mea me *violaria*? dixit.
Quid mea *gemmato* nobilis *Aula* tholo?
In miſeris ſquallet ſi *Crux* mea ſordibus? inter
Eoas vertex dum meus ardet opes?
I nitor; î *Regum* decus, î graue dedecus *Aurum*;
Nunc alio cultu *Regia veſtis* eget.
Ite Palatini *laquearia* gemmea tecti,
Tecta *crucem* capta *Sardonchata* decent.
Mutentur *gemma* vt vinclis, & *vincula* gemmis,
Detur *Gemma* cruci; ſed mihi *Vincla* crucis.

Digitized by Google

§. 59. Addit autem Menardus ſup. pag. 339. adhuc ſupereſſe eorum Denariorum nonnullos; qui ab hominibus illius temporis ſeruabantur olim, ferebanturque ſuperſtitioſè tanquam antidota contra febrim: id quod nullo alio in loco ſe legiſſe profitetur. Miror ſanè talem virum ſic fuiſſe deluſum, & mente captum, vt ſuperſtitionis id arguerit, quia nullibi legerat ſcriptum; cùm tamen cuiuis oculos habenti pateat ad plenum. Itaque religioſè, piè, & ſanctè, priſci illi homines venerabantur huiuſmodi denarios, quos ſanctus Rex cudi iuſſerat, in memoriam eorum, quæ pro Chriſti fide tuenda & propaganda libenter ſuſtinuerat, in quibus & gloriabatur. Monetæ huius denarij ſunt in duplici differentia: non enim vnius tantum figuræ formam prætulere: ſed quidam ſunt paruç, alij maioris notæ. Menardus ipſe nonnullos dedit: nos alios quoſdam proferimus, quos à D. Ludouico *Dault*, Melodunenſi Iuriſconſulto, & in præſidiali ſede eiuſdem vrbis Patrono & Aduocato integerrimo, viro litteris apprimè exculto gratanter accepimus.



§. 60. Accidit autem, vt dum ſemel Pariſiis moram faciens, in horto Conuentus noſtri Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis Deiparæ, ad ſuburbium San-Martinianum, perambularem, menteque reuoluerem huiuſmodi nummorum icones: ſic apud me ratiocinabar. Volo, tales nummos cautè ſeruare, vt dùm geſta Sancti Ludouici Regis pangere tempus aderit, & prælo dare, hos etiam cudere haud pigebit. O me fœlicem, fortunatumque Religioſum! ſi aliquem ex his denariis mihi contingeret hoc in horto reperire! Cur non Lutetiæ, ſicut & Meloduni id euenire minimè valebit? Mira res! vix è loco, vbi ſtans, gradum fixeram, pedem amoueram, quando oculis in terram defixis, offendi in vnum ex his denariis, adhuc lutoſum, & rubigine penè confectum; quem ſtatim ſumma cum animi lætitia colligens, & accuratè abſtergens, elinguis factus ſum, præ ſtupore, in eo quod cœlitùs, vt credo, mihi obtigerat. Meo itaque potitus deſiderio, hos nummos nunc vſque ſolerter ac piè ſeruandos dignum duxi, nec ſpes inanis aut vacua. Ego namque vim illorum aduerſum febrim continuam, qua diro modo, per 22. dies cruciabar, expertus ſum, ann. 1631. in noſtro Conuentu Melodunenſi; à qua tandem, ope diuina, & meritis Beatæ Virginis Deiparæ, ac Sancti Ludouici Regis (cuius nummum piè geſtebam) liberatus ſum, vti latius deſcripſi in libro; *De Pietate Francica* erga ſanctiſſimam Virginem Mariam Deiparam, Dominam noſtram *De Lætitia* in Picardia, Lutetiæ ann. 1637. Deſinat igitur Menardus, ſic impunè loqui: vtque excuſatio vlla ſibi ſuffragetur, legat Boſium de ſignis Eccleſiæ, lib. 15. ſigno 68. cap. 12. Sedulium in Commentario ad vitam S. Ludouici Reg. verſ. fin. & Wadinghum Tom. 2. Annal. Minorum. ad ann. 1270. §. 14. & certò certius inueniet nummos præfati Sancti Regis, veluti quædam amuleta diuina, mirificè valere aduerſus nonnullos morbos.

Beati Ludouici Sotelli, & Socior. Martyrum. [b]] Ex §. 61.
Regio ſanguine Hiſpali natus: prouectiori ætate ſua, ad ſtrictioris obſeruantiæ Reformatos accedens, continuo ardebat amore ſalutis animarum. Tandemque opportunitate reperta, cum aliquot Franciſcanæ ſuæ familiæ Fratribus, ſub anno 1599. nauigio ſe dedit, & traiiciens per Inſulas Philippinas, exteros Iappones tanta affabilitate pertractauit, vt eorum beneuolentiam omninò ſibi conciliauerit. Itaque in Iapponem cum eis adueniens, quatuor menſium ſpatio, linguam eam egregiè apprehendit: indeque perrexit anterius in vaſtiſſimum Regnum Voxuanum, non ſine præſentium diſcriminum toleratione. Vbi ad Regem admiſſus fuit, adeò vernacula patriæ lingua dilertè eloquebatur; vt ſtupenti Regi, & primoribus ſuis, longiores ſermones texeret de fide Chriſtiana, Mundi principio, Animæ immortalitate, &c. Animos verò in tantum euicit, & Regis & plebis vt modico temporis interuallo, ædes conſtruendi licentiam tulerit, & quatuor Conuentus, Meaci, Fuximi, Voſanæ, & Sacai, exquiſita conſtruxerit. Illicque conciones habebantur ad populum, & Iuuentus continua Catecheſi excitabatur, & mirus animarum fructus in cauſam Chriſti ferebatur. Idolorum cultores, & Bonzij Pſeudo-Sacerdotes confundebantur, ſuperſtitiones horrendæ è medio tollebantur, atque conſuetudines crudeliſſimæ prorſus eliminatæ, & nonnulla Deorum delubra diruta; necnon Principes, Optimates, ac Nobiles conuerſi ad Chriſtum.

Interim B. Pater Ludouicus ab Imperatore Iappo- §. 62.
num, Legationis honore ad Catholicum Regem Hiſpaniæ expeditur: & ab Idate Maſſamune in Imperio Iapponico, Rege Voxuano, Romam, ad Summum Pontificem Paulum V. deſtinatur, apparatu Regio: nimirùm, nobiliſſimo Duce Regni ſui Faxecura Rocoyemone, cum centum quinquaginta ſelectiſſimis Iapponibus, ann. 1614. Redux in Iapponem Beatus Ludouicus, perſecutiones haud omninò euaſit: & præteritam lætitiam, noua Chriſtianorum afflictio excepit, in Yendo, Regni de Quanto præcipua ciuitate, Fuximo, propè Meacum; item in Regno de Toſa, &c. Sæpe grauia paſſi, ac indè eiecti Fratres Minores: ad vltimum, duo Sacerdotes ex illis, Omurç capti ſunt, ipſe nempe B. P. Ludouicus *Sotellus*, Commiſſarius: & Ludouicus *Saſſandra*, Iapponius: atque Ludouicus etiam Iapponius, *Tertiarius*: qui indè Facum adducti, pro Chriſto, igne cremati ſunt, hac die ann. 1624. Qua de re Marianus lib. 4. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 32. &c. vſque in fin. Bzouius tom. 17. Annal. Eccleſ. ad ann. 1471. §. 14. vbi de Paulo V. Papa cap. 25. Rapinæus in Hiſtor. general. Origin. Recollector. decad. 11. part. 2. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 17. in ſanctis & illuſtrib. viris. Solierus tom. 2. Hiſtor. Eccleſ. Iappon. libr. 15. cap. 10. ann. 1605. lib. 17. cap. 11. & 12. §. 9. ann. 1614. cap. 16. §. 137. ann. 1615. cap. 17. §. 139. ann. 1616. lib. 20. cap. 26. §. 172. ann. 1624.

Beati Sancti, Confeſſoris. [c]] Iacet in Monte Com- §. 63.
patrum, Prouinciæ Romanæ: cuius meminit Piſanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor.

Minor. eiuſdem Prouinciæ ſanctitat. illuſtr. & fruct. 11. part. 2. in Prouincia Bononienſi, vbi de Parma. Marianus lib. 2. cap. 13. Bernardus à Beſſa, & Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1241. §. 15.

§ 64. *Beati Gerardi, Confeſſoris.* [d] Socius fuit Diui Patris Franciſci, ex Mutina oriundus, ex familia nobiliſſima *Rangonorum* progenitus: Concionator eximius extitit, cuius anima, ob eius miracula, præclaras virtutes, ſingularemque ſanctitatem, inter cœlites, ab omnibus beati exiſtimatur. Memoratur à Piſano ſupra fruct. 8. part. 2. in Prouincia Bononienſ. & fruct. 11. ibid. item lib. 3. fruct. 10. part. 2. vbi mirabilis ipſius conuerſio enarratur, quam etiam commemorant Toſſinianus libr. 1. Hiſtor. Seraphic. & Wadinghus ſup. ad ann. 1233. §. 29. & ann. 1244. §. 18. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 2. in Conuentu 20. Prouinciæ Bononienſ. Picquetus in Catalog. viror. Illuſtr. Franciſcan. Sigonius de Regno Italiæ. lib. 17. ann. 1233. Panſa, in vita Innocentij. 4. Pap. ad ann. 1251. Corius in Hiſtor. Mediolanenſ. part. 2.

§. 65. *Beati Martini, Confeſſoris.* [e] Inſigni Religione præditus erat, cuius mortem eximiæ virtutes illuſtrat, adornantque miracula non pauca: nam & mortuos ſuſcitauit. & plura ſigna in fauorem fidelium edidit. Obiit Toleti ann. 1364. & in Conuentu Sancti Franciſci ſepultus eſt, ſed altera manus eius aſſeruatur in ſacrario Conuentus Sancti Ioannis Regum Toleti. Vide Gonzagam 1. part. ſup. item part. 3. in Conuen. 1. Prouinciæ Caſtellæ. Marcum Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minorum. lib. 5. cap. 55. Marietam lib. 22. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. in Conymbr. vrbe & libr. 17. cap. 10. Picquetum ſup. Salazar. lib. 2. Chronicor. Prouinciæ Caſtellæ, cap. 20. & lib. 8. cap. 9. Piſa. in Hiſtor. Toletana. lib. 4. cap. 24. & lib. 5. cap. 36.

§66. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [f] *Numantinus*, vulgò à *Soria* cognominatur. Erat tunc Conuentus Sanctæ Barbaræ Chauli Guardianus; quando bellum agebatur inter Luſitanos & Gentiles Indos huiuſce Regionis. Qui dùm fidelium cauſas cum maximis lachrymis Deo inſtantiùs commendaret, vocem ſibi dicentem audiuit: *Vigilate, præliamini, & vincetis.* Qui poſtmodum eiſdem verbis, dùm inter primos concertantes atque confligentes, Chriſtianum militem confortaturus verſaretur, opportunè vſus, & amicis animum corque addidit, & inimicis non minimum timorem incuſſit: qui tandem in fugam ſunt conuerſi. Obiit maxima ſanctitate præditus. Florebat ann. 1550. Agunt de eo Gonzaga 4. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 6. Prouinc. Sancti Thomæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 71.

Beati Petri à Fonte, Confeſſor. [g] Orationis prærogatiua, cæteriſque virtutibus olim extitit inſignis: cuius corpus tumulatum eſt in Conuentu S. Franciſci Abulenſi, qui eſt 15. Prouinc. Conception. Ita Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzus ſup. libr. 4. cap. 42. ad ann. 1565. §. 67.

Beata Franciſca, Virginis. [h] Peruſina erat; & in virtutum genere perfecta ſanctimonialis: in omni loco, omnique tempore ſemper orabat, nec exercitium aliquod, vel tumultus animam ſuam à dilecto Chriſto ſeparabat: à quo multis reficiebatur conſolationibus, & diuinis reuelationibus dignabatur. Tempus mortis ſuæ cùm ab Angelo didiciſſet, ſancto fine quieuit ann. 1468. Sepulta in Monaſterio S. Luciæ Fulginij, quod eſt 7. Prouinciæ S. Franciſci. Ita Iacobillus de SS. Fulginatib. ſub. 22. Iulij. & Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1468. §. 12. §. 68.

B. Catharina Virg. [i] Dilecta extitit diſcipula B. Philippæ à *Medicea*, (De qua inferius ad 6. Decemb.) Florentiæ, in Monaſterio de *Monticellis*, cui & morienti, ann. 1488. piè adfuit: hincque die ſequenti, ad feretrum defunctæ orans, pro ſanitate impetranda, ſenſit ſibi quinque fiſtularum loca (quibus diuexabatur) contingi, & confeſtim ſanari. Eo autem beneficio adeò obſtricta, immutata eſt, vt deinceps nudis pedibus incederet, ſuper aſſeres, vel ſarmenta dormiret, orationibus ſanctiſque exercitationibus aſſiduè vacaret: Mariano, Vvadingho, & alijs idipſum atteſtantibus in geſtis præfatæ B. Philippæ. §. 69.

SEPTIMO KALENDAS SEPTEMBRIS.

OCtaua Sancti [a] Ludouici Epiſcopi Toloſani. Mirabelli in territorio Pictauienſi, Beatorum [b] Martyrum Nicolai Clementelli, & Ioannis Torignei: quorum iſte, innumeris vulneribus pro fide orthodoxa ab hæreticis occiſus eſt: ille verò extra mœnia oppidi factus, atque ex arbore ſuſpenſus, ab eiſdem ferreis globulis tranſuerberatur. In Tuſcia, apud oppidum Sancti Angeli de Vena, Beati [c] Liberati, Confeſſoris: qui nobili genere ortus, paupertate, patientia, & miraculorum gloria maximè claruit. In Prouincia Sancti Angeli, Beati [d] Ruffini Ferezani, Confeſſoris: qui oratione & rerum cœleſtium contemplatione eluxit. In Valle Aſpera ad Teſſam in Apulia, Beati [e] Incogniti Tornaretenſis, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Fulginij in Vmbria, Beati [f] Franciſci Brixienſis, Confeſſoris: miræ charitatis & ſanctitatis viri, qui humilitate, oratione, ſummaque paupertate, ac zelo ſalutis animarum, ſupra modum floruit. Camari in Sicilia, Beati [g] Ioannis Camarini, Confeſſoris: Religione ac pietate inſignis. Alanquerii in territorio Vlyſſiponenſi, Beatæ [h] Achatiæ à Paſſione, Virginis: humilitate & charitate celebris.

Digitized by Google

AVGVSTI XXVI.

§. 1. Octaua Sancti Ludouici, Epiſcopi [a]] Solemniter agitur in toto Ordine Seraphico: vt patet ex antiquo ac nouo Miſſali, & Breuiario Fratrum Minorum, idque authoritate Apoſtolica: quare Ioannes XXII. & Sixtus IV. non ſolum dederunt Indulgentias ſæcularibus viſitantibus Eccleſias Fratrum Minor. in die feſto Sancti Ludouici Epiſcopi Toloſani: ſed & ipſe Ioannes XXII. Papa eaſdem conceſſit per octauam feſti illius. Vide Alphonſum de Caſarubea, in Compendio priuilegior. Fratrum Minor. verbo *Indulgentia quoad ſæculares, primo.* §. 12. & 15. Aduerte autem, quod Robertus, vtriuſque Siciliæ Rex, præfati Sancti Ludouici Epiſcopi frater, compoſuit officium in honorem ipſius ab eodem Sixto IV. Papa approbatum, & Fratribus Minor. conceſſum: quod quidem aliquandiu viguit: ſed poſt Concilium Tridentinum ſublatum. Illius meminerunt idem Alphonſus ſup. verbo *Feſtiuitas.* Marcus Vlyſſipon. 2. part. Chron. Minorum lib. 8. cap. 49. Vvadinghus tó. 3. ad ann. 1343. §. 7. Specul. FF. Minor. tract. 3. in Ordinationib. circa Officium Diuinum eodem ann.

§. 2. *Beatorum Nicolai, &c. Martyrum.* [b]] Tanta fuit hæreticorum immanitas & odium in Religionem Catholicam; vt infinitis propè tormentis atque preſſuris excruciatos Fratres noſtros interfecerint. Inter quos duo in primis Religioſi Sacerdotes, BB. Nicolaus *Clementellus*, & Ioannes *Torigneus*: qui mortem ſuſtinere potius, quàm ſacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramentum abiurare elegerunt, ſicque tandem crudeliter enecati illuſtre fidei teſtimonium Chriſto Domino dederunt: ann. 1568. ſeu 1573. iuxta alios. Agunt de eis Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in ſacris Martyribus huiuſce Ordinis, ſuo æuo, diuerſis in partibus Franciæ, ob Chriſti fidem paſſis. item part. 3. in Conuentu Mirabellenſi, qui eſt 1. Prouinc. Turoniæ Pictauienſis. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libr. 7. cap. 6. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libr. 12. cap. 22. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1388. §. 9. Grauina, in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 3. *Beati Liberati, Confeſſoris.* [c]] Comes erat loci illius, qui ſuo nomine nunc, *Sanctus Liberatus* dicitur, antequam Frater Minor fieret. Qui nimiam cernens viuendi relaxationem in Ordine Seraphico: zelo ſtrictioris ac purioris Regularis obſeruantiæ ductus, ex conſilio proborum, ſanctorumque Patrum, decreuit Summi Pontificis S. Cœleſtini V. adire præſentiam. Quare aſſumpto B. Petro à *Macerata* pro ſocio, Curiam Romanam perrexit: obtinuitque à Papa Diploma Pontificium, quo, ſibi, & ſequacibus, dabatur facultas, authoritate Apoſtolica, Refformationi operam nauandi, atque Regulam ad amuſſim obſeruandi, &c. nonobſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus. Sicque Superior inſtitutus à Sede Apoſtolica, haud paruum incrementum fecit, præcipuè in Marchia Anconitana; vbi diutiùs manſit, non ſine admirabili prorſus vitæ exemplo. Obiit ann. 1307. Illius meminit Marc. Vlyſſiponenſis ſup. part. 2. lib. 5. cap. 27. & lib. 7. cap. 34. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. ſub 4. Generali. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minorum ad ann. 1294. §. 9. & tom. 3. ann. 1301. §. 1. 1302. §. 8. & 1307. §. 2. item tom. 4. ad ann. 1374. §. 24.

§. 4. Tanta autem fama ſanctitatis luxit: vt nomini ſuo ſacratus ſit Conuentus Sancti Liberati, apud *Sanctum Liberatum*: quinque milliaribus diſtans ab oppido ſancti *Geneſii*, tribus vero ab oppido *Sarnano*, in Picœno, in quadam ſolitudine ſitum habens. Lubens hîc referam, quæ Illuſtriſſimus Gonzaga annotauit de eo. *Qua etiam de cauſa* (inquit) *contemplatiuæ agendæ vitæ maximè fauet, plurimoſque Patres vita atq; virtutibus inſignes nobis peperit: inter quos fuit B. P. Liberatus profeſſione Clarenus, à quo adiacens regio nomen vſurpauit. B. hic Pater clariſſimis ortus natalibus, miraculis claruit: diciturque tum à Fratribus, tum quoque à circumuicinis ſæcularibus, in huius ſacra domus Eccleſia ſepultus, à quibus & ſepulturæ locus oſtenditur: mordicùſque affirmatur ſanctitatis titulum ſibi à Summo quodam Pontifice, viuæ vocis oraculo collatum fuiſſe, & ab eo tempore tum Conuentum, tum quoque proximum ſibi territorium nomine S. Liberati inſignita euaſiſſe. Volunt iſti quòd Summus ille Pontifex viſis eius miraculis, dixerit: Hic venerabilis Pater, non tantum B. ſed & S. optimo iure appellandus venit. Sed quis iſte Pontifex fuerit, ignoratur omninò. Qua etiam de cauſa, nihil certi hac de re affirmare auſim.* Hæc ille in præfato Conuentu, qui eſt 25. Prouinc. Marchiæ. Porro agitur de eo feſtum vnà cum BB. *Humili* & *Pacifico* ſup. ad 7. Auguſti §. 6. ex Vvadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1234. §. 9.

Beati Ruffini Ferezani, Confeſſoris. [d]] Laicus fuit profeſſione, qui orationi ac contemplationi ita ferventer addictus erat; quòd inter orandum ingens globus igneus ſuper caput eius viſus ſit, à circumſtantibus in Eccleſia. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 4. cap. 32. ad ann. 1463. & Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 32. ex Mariano lib. 5. cap. 33. §. 5.

Beati Incogniti Tornaretenſis, Confeſſoris. [e]] Illius mentionem facit Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu Sanctæ Mariæ de Valle Aſpera, ad Teſſam: qui eſt 4. Prouinciæ Sancti Angeli: his verbis. *Iacet quoque hoc in ipſo loco, Sanctus quidam Frater, profeſſione Laicus, ac patria Tornaretenſis; cuius tamen proprium nomen ignoratur. Hic cùm tempore maximæ cuiuſdam peſtis, ad Conuentus, ſarcinarumque cuſtodiam, à cæteris Fratribus ſolus relictus eſſet: ab ipſis poſtmodum, ea lue ceſſante, redeuntibus, genibus complicatis, erecta ceruice, extenſiſque in altum manibus, non ſecus ac ſi oraret, atque exanimis in medio dormitorio inuentus eſt.* Florebat ſub ann. 1460. Vvadinghus tom 5. ſup. ad ann. 1430. §. 41. §. 6.

Beati Franciſci Brixienſ. Confeſſoris. [f]] Brixiæ §. 7. naſcitur anno 1460. adoleſcens autem Religionem Sancti Franciſci intrauit, & apud Patres Obſeruantes, in multa ſanctitate & exemplo vixit: quippe qui totis præcordiis niteretur Seraphicum Patrem Sanctũ Franciſcum imitari, cuius nomen portabat, & Regulam profitebatur. Deuotiſſimus itaque extitit, & inſigni pietate præditus. Cuius ad proximos, fideique domeſticos, tanta fuit charitas; vt ſi alicuius minus verè pœnitentis ſacram Confeſſionem ſibi aliquando excipere contigiſſet, ita lachrymis obruebatur, vt ipſum ad perfectam pœnitentiam, iuſtamque erratorum cõpunctionem adigeret. Cùmque à quodam ſibi familiari Fratre ſemel importuniùs, quid ipſe aliorum peccata, atq; impœnitentiam curaret? quare de cauſa tantopere fleret? inte: rogaretur, reſpondit. Cuiuſque viri fidelis eſſe in Deum Optimum Maximum offenſiones & piacula

Digitized by Google

& piacula commiſſa deflere: ſed & vnicuique, maximè vero Minoritæ, qui peccata populi comederet, de proximo ſuo mandatum eſſe. Agebat ſemel Cæſienſis Eremitorij Guardianatum, magnaque fames conuicinos populos inuaſerat ann. 1493. quapropter pauperum multitudo aliquid panis acceptura, ipſum moroſiùs premebat, vrgebatque: ipſe verò nil magis exterritus, inuicto pectore, quicquid ad manus habere poterat, illis liberaliſſimè erogabat. Cúmque die quadam nihil panis Fratribus ad reficienda corpora penitùs reliquiſſet, ſed quantum ex mendicatione acquiſierant, id totum pauperibus diſtribuiſſet; ad orationem illicò confugit, tantumque panis cœlitùs immiſſi ab omnium largitore, ſuis precibus impetrauit: vt ſibi, Fratribus, ac etiam confluentibus egenis, longè ſufficerit. A quo etiam tempore, maximam ſanctitatis opinionem ſibi acquiſiuit. De reliquis eius virtutibus, profundiſſima ſcilicet humilitate, feruentiſſima oratione, ſummaque paupertate, quibus vbertim enituit, non eſt quòd impræſentiarum agam: cùm ex prædictis facilè coniectari queant, valeantque. Beatæ vitæ finem ſortitus eſt ann. 1523. hac die, ſepultus in Conuentu Sancti Bartholomæi, propè Fulgineum. Sic Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 9. Prouinciæ Sancti Franciſci. Barezzus ſup. libr. 1. cap. 53. Iacobillus de Sanctis Fulginatib. hac die, ex Toſſiniano, Cimarello, & aliis. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad 1406. §. 103.

§. 8. *Beati Ioannis Camerini, Confeſſoris.* [g] Laicus etiam extitit: atque in oratione perſeuerantiſſimus, cui inuidens dæmon, plures tetendit inſidias: ſemelque Deo permittente, in aſſumpta ferociſſimi tauri forma, cornu ad inteſtinorum vſque effuſionem lethaliter in ventrem infixit: quæ tamen glorioſæ Virginis imago, coram qua ille orabat, immotuſque licet grauiſſimè ictus permanſit, à propria ſede deſcendens, ſibi reſtituit, vulnuſque curauit. Claruit circa ann. 1560. obiitque in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu Camari: qui eſt 6. Prouinciæ Siciliæ. Hæc ex Gonzaga ibid. part. 2. ſup. & Barezzo ſup. lib. 4. cap. 26. ad ann. 1562. Vvadinghus ſup. ann. 1428. §. 7.

§. 9. *Beata Achatia à Paſſione, Virginis.* [h] Hæc ſponſa Chriſti humillima fuit, paupertatis amantiſſima, charitate flagrans, contemplationi admodum dedita; ac tandem omni virtute prædita. Fidelium animas commendatiſſimas habuit, dùm viueret, proque eis perpetuò Dominum exorabat; quare cùm ad cœmeterium tumulanda deferretur, auditum fuit à ſororibus murmur, tanquam perſoluentium deffunctorum officium. Viuebat ann. 1565. moritur autem in Monaſterio Conceptionis B. Virginis Marię, quod eſt 4. Prouinciæ Portugalliæ. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezo ſup. lib. 4. cap. 39. & Valerio de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 40.

SEXTO KALENDAS SEPTEMBRIS.

Thenis in Brabantia, Beati [a] Thomæ à Beringhen, Martyris: quem Geuzij hæretici, in puteo, capite deorſum verſo, demerſerunt. In Gallia, Beati [b] Ioannis Muronis, Confeſſoris: eximiæ doctrinę & ſanctitatis viri. In Anglia, Beati [c] Guillelmi Holmi, Confeſſoris: pietate & dono curationum celebris. Vrbini, Beati [d] Iacobi Mediolani Confeſſoris, Spiritu Prophetico, & miraculis ſpectabilis. Florentiæ Beati [e] Franciſci, Confeſſoris, cognomento peccatoris, magnæ ſanctitatis fama celebris. Apud San-Georgij oppidum in Inſubria, Beatorum [f] Candidi & Raneri, & Ioſephi ab Hipporedia, Confeſſorum. Apud Ruthenos in Gallia, Beati [g] Gabrielis ab Aue Maria, Confeſſoris: qui vltimus Vicarius Generalis, & primus Commiſſarius generalis totius familiæ Obſeruantinæ Ciſmontanæ electus ſingulari Religione, ac multarum prærogatiua virtutum pollens, ſancto fine quieuit. Marchenę in territorio Hiſpalenſi, Beati [h] Petri à Turribus, Confeſſoris: vitæ integritate, animi candore, ſanctiſque moribus adornati. Populæ de Angelis, in India Occidentali, Beati [i] Ioannis de Beiari, Confeſſoris: qui humilitate, pietate, ac zelo altiſſimæ paupertatis clarus, in cœlum conſcendit. In Canaria, apud Fortis-venturæ Inſulæ Conuentum, Beati [k] Ludouici Lucenſis, Confeſſoris: vita exemplari & meritis ingentibus conſpicui. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [l] Franciſci Dahyj, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, multos in Chriſto lucratus eſt, & ſanctiſſimè in Domino obdormiuit. Bellalcazari, In Territorio Cordubenſi, Beatæ Mariæ [m] à Sancto Antonio Virginis, quæ dono orationis extaticæ & lachrymarum, exornata, cum Chriſto conſolatur in gloria.

AVGVSTI XXVII.

§. 1. *Beati Thomæ à Beringhen, Martyr.* [a] Sacerdos erat, columbina ſimplicitate præditus; cùm autem ann. 1591. Geuzij hæretici Thenas, oppidum Brabantiæ diriperent, Conuentum fratrum inuoluerunt, & hic cum aliis captus fuit, quem deorſum capite merſum in puteo, ſtatuminibus, quibus lupuli maritantur, ſubmergentes, interemerunt. Hæc ex Sedulio in Hiſtor. Seraph. ſub fin. vbi de Corollariis Fratrum Minor. Prouinciæ German. Inferior. è Geuziis interfectorum, Corollario 9. & Raiſſa in Auctario ad Na-

Digitized by Google

tales Sanctor. Belgij Molani, ſub 27. die huius menſis. Boenerus in Hiſtor. Deleneation. Martyr. Franciſcan. German. inferior. Aliorum rurſus hæreticorum itidem fratres noſtri, furorem vltra modum perſenſerunt; ann. 1635. die nona Iunij, quando poſt aliquarum horarum ſpatium, poſita obſidione, potiti ſunt eodem Thenenſi oppido. In eo namque omnia ferro, igneque vaſtantes, nulli Ordini, ſtatui; nulli ſexui, vel ætati parcentes, inter alia crudelitatis facinora, diuerſos Fratres Minores illic commorantes, feraliter ſauciarunt: reliquoſque gladijs trucidaſſent, ni præfectorum Francorum tutela, & vigilantia militum Gallorum piè ſtrenueque obſtitiſſet: quibus protegentibus, tam Cœnobium Fratrum Minor. quàm Monaſterium Virginum Annuntiatarum, ſeruata ſunt integra: Illæſaque euaſit illarum pudicitia: quantumuis Batauí ac Friſij, hæretici, in huiuſmodi Deo ſacratas virgines pro viribus inſanirent. Quæ eo lubens refero, ex ipſis teſtibus oculatis fide digniſſimis, ipſo tempore, quo contigerant: quorum acta, ad me tranſmiſſa per R. P. Adrianum Huberti, Guardianum Fratrum Minor. Trudonopolitan. In terra Leodienſi, ann. 1642. Seruantur in Archiuo Conuentus noſtri Annuntiationis Recollector. Pariſ. ad ſuburbium San-Martinianum.

§. 2. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [b] Vir extitit deuotione ſanctitatis, & ſcientia illuſtris: cuius meminit Firmament. trium Ordinum Minorum part. 1. in Memoriali eiuſdem Ordinis ſub. 30. Generali Miniſtro, ad ann. 1422. Sicque alius eſt à Beato Ioanne *Minio* de *Muro*, eiuſdem Ordinis Generali Præfecto, qui ob eius doctrinam & vitæ ſanctitatem, Cardinalis S. R. E. creatus eſt à Bonifacio VIII. Pap.

§. 3. *Beati Guillelmi Holmi, Confeſſ.* [c] Floruit in Anglia ann. 1416. ex familia Regularis Obſeruantiæ, à virtutis, pietatis, & bonarum litterarum ſtudijs, ſed imprimis Chriſtianæ pietatis nomine, quamplurimùm commendatus: vt non ſolùm ægris hominum animabus, ſed etiam infirmis corporibus mederi ſalubriter poſſet, exemplo. SS. Coſmæ & Damiani. Priuato ſtudio rei medicinæ operam dedit, exitu per quàm fœlici. Hauſerat quippe medicinæ peritiam ſingularem, tum ex naturalium rerum cognitione quam in Philoſophia optimè apprehenderat: tum maximè ex dono curationis, cœlitùs ſibi elargito. Agunt de eo, Pitſeus, de Scriptoribus Anglis. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1416. §. 10.

§. 4. *Beati Iacobi Mediolanenſ. Confeſſ.* [d] A ſæculo conuerſus fuit per S. Bernardinum; in Religione, & Prouincia Marchiæ, cui adſcriptus eſt, ad eam peruenit perfectionem, breui licet tempore ſuperuixerit, vt Spiritu Prophetico, & miraculis claruerit. Tantæ fuit apud ducem Mediolanenſ. (cui ſummè charus, & à conſilijs erat) opinionis & authoritatis: vt in rebus arduis, eius iudicium, reliquorum aſſiſtentium ſententiæ præferret. Sepultus eſt in Eccleſia S. Donati, propè Vrbinum in capſa lignea; poſt annos 70. exhumatum corpus, iuuentum eſt ita recens, & incorruptum, ac ſi paulò ante conderetur. Ita Marianus lib. 4. cap. 14. Chronica antiqua Ordin. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1425. §. 13. & 1437. §. 35.

§. 5. *Beati Franciſci, Confeſſoris* [e] B. Thomas à Florentia, ſeu Scarlino, fratrem habuit germanum, hunc videlicet B. Franciſcum *Franciſci*, tertij Ordinis profeſſorē; qui in paternis ędibus Florentię, in ingreſſu pontis Rubacontis, propè Eccleſiam S. Georgij in platæa Morzana, vitam duxit ſanctiſſimam. Diffuſa eius fama, multi ei adhæſerūt, quos in prędicta domo, piis imbueba diſciplinis. Neque *alio nomine audiebat in populo*, quàm *fratris Peccatoris*: quo propter humilitatem ipſe delegit appellari, teſte Vvadingho. ſup. tom. 5. ad ann. 1414. §. 12. 1451. §. 6. 1441. §. 72. & 1447. §. 40.

BB. Candidi & Ioſephi Confeſſ. [f] Prior, patria Vercellenſis erat, qui Maioratus dignitate Eccleſiæ Vercellarum contempta, Seraphicam Minorum Religionem intrauit, & in ſacello S. Bernardini, Conuentus S. Mariæ de Gratiis oppidi S. Georgij (qui eſt 25. Prouinciæ Mediolanenſ.) tumulatus multis fulget miraculis. Alter verò, quieſcit in cœmeterio fratrum eiuſdem Cōuentus, propè quandam columnam, in qua illius imago depicta eſt. In vita, & morte multis claruit miraculis. Qua de re Cimarella 4. part. Chronicorum Minor. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1401. §. 6. ex monimentis. M. SS. §. 6.

Beati Gabrielis ab Aue Maria, Confeſſoris. [g] Non omnium eadem eſt ſententia circa huius Sancti Patris nomen. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. vocat eum ſimpliciter, *Gilbertum.* Ioannes Baptiſta *Molez*, in Memorial. Prouinc. Sancti Gabrielis. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. decad. 4. part. 1. §. 8. Barezzus 4. part. Chronic. Minorum libr. 1. cap. 6. Daça ibid. lib. 1. cap. 29. Poſſeuinus in Apparatu ſacro, poſt Gonzagam part. 1. ſup. vbi de ſubmiſſione Vicariorum generalium, in Capitulo generali Romæ celebrato ann. 1517. ſub Leone X. Papa, *Gilbertum Nicolai* appellant. At rectius nominatur *Nicolaus Gilberti*, vt conſtat ex Marco Vlyſſiponenſi 3. part. Chronicorum lib. 8. cap. 37. & 39. nec id reiicitur à præfatis Rapinæo, & Barezzo, atque Gonzaga: immò verò ipſe illuſtriſſimus Antiſtes, ſic ſemper nominare conſueuit 3. part. in Prouinc. Caſtellæ, & ſancti Gabrielis, atque Monaſterio 1. Prouinciæ. Turoniæ Pictauienſ. vbi ſic ait. *Vocabatur ſiquidem prius Frater Nicolaus Gilberti, poſt modum verò Frater Gabriel ab Aue Maria appellatus euaſit*; cui & cōſentit Barezzus ſup. cap. 12. & 59. Hilarion à Coſta in Hiſt. Catholic lib. 1. pag. 103. in vita ipſius B. Nicolai *Gilberti*: nunc *Gabrielis* dicti; vt infra patebit. §. 7.

Hic igitur in Aruernia natus ann. 1463. Rupellę poſtea Minor euaſit, ſed cùm Guardianatus officio fungeretur apud Ambaſiam, & præclaris virtutibus fulgeret, delectus eſt Confeſſarius ſereniſſimæ Reginæ, Beatæ Ioannæ, vxoris Ludouici XII. Regis Franciæ. At eo matrimonio, authoritate Apoſtolica diſſoluto, ipſa B. Regina pietati ac Religioni omninò intenta, decreuit apud Bituricas Monaſterium extruere, illudque ſufficienti Prouentu dotare, adhibito conſilio ipſius Beati Nicolai *Gilberti*; qui iuxta eius petitionem, Regulam futuræ Religionis, Annuntiationis videlicet Beatæ Mariæ, ſeu Decem-Beneplacitorum, aut Virtutum eiuſdem Dei-paræ, fœliciter compoſuit, & Romam adiens, approbationē obtinuit ab Alexandro VI. Papa: (prout 4. Februarij §. 5. latius deſcripſimus,) ſibique proprium nomen ab eodem Summo Pontifice inditum, acquiſiuit; & deinceps, *Gabriel ab Aue Maria*, nuncupatus eſt. In Galliam reuerſus, præſens fuit, cùm hæc ipſa B. Ioanna Regina, huiuſce noui Inſtituti profeſſionem ſolemni ritu emiſit ann. 1502. Licet autem vir eſſet magnæ eruditionis, & in Theologia tam morali quàm Scholaſtica, conſummatus; tamen ob eius ſummam humilitatem noluit ad gradum Doctoratus promoueri. Sæpe etiam Epiſcopatus honorem recuſauit. Poſtea verò, Rapiſtani, electus eſt Vicarius generalis vniuerſæ familiæ Ciſmontanæ Obſeruantinæ, ann. 1511. quam 3. annis guber- §. 8.

nauit

nauit. Rurſuſque idem munus aſſumptus Rothomagi, ann. 1516. quod fideliter exercuit, vſque ad vnionem generalem totius Ordinis Seraphici factam Romæ, ann. 1517. ſub Leone X. Papa: & tunc Commiſſarius generalis primus creatus eſt pro hac familia Ciſmontana, cùm Generalis Miniſter eſſet electus ex alia Vltramontana.

§. 9. Hac noua fretus authoritate, & aſſenſu Generalis Miniſtri: perrexit in Hiſpaniam, vbi habita Generali congregatione Toleti, ann. 1519. Cuſtodiam *Extremaduræ*, ſiue Sancti *Euangelij*, Patrum Diſcalceatorum, erexit in Prouinciam, ſub nomine Sancti Archangeli *Gabrielis*. Tandem poſt celebria in Ordine acta ad Dei laudem, Eccleſiæ, & Ordinis ædificationem; poſt Conuentuum in partibus diuerſis conſtructionem; & noſtræ Religionis propagationem; Prouincialis Prouinciæ Aquitaniæ Toloſanæ, Obſeruantis tamen, exiſtens, plenus dierum, bonorum operum, Ruthenæ in pace quieuit, ann. 1532. De eo item agunt Miræus, Gazetus, & alij, qui geſta Beatæ Ioannę Reginæ Franciæ, præfatæ recenſere aggreſſi ſunt. Item Nicolaus Oianus in vita eius, quam præfixit initio opuſculi de *Decem Plagis paupertatis Franciſcan.* ab ipſo B. Gabriele editi. Item Vvillotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera G. Marianus libr. 1. cap. 19. Chronic. Obſeruant. Refformat. Coſteus in Elogiis Illuſtr. mulier. pag. 175. in Carolotta Albreta. Balinghen in Calendario Virg. Mariæ 1532. hac die. R. P. Ioannes Franciſcus *Blancona*. Minor Obſeruantinus, librum Gallico idiomate edidit Toloſæ ann. 1627. De vita admirabili eiuſdem B. Gabrielis; vbi copioſè perſtringit facta illius præclariora: quæ ann. 1644. in compendium redegit Illuſtriſſimus D. Ludouicus *Dony Datticby*. Regienſis Epiſcopus in Addition. ad vitam B. Ioannæ Regin. Franciæ de qua 4. Februar. ſup. Thielmanſ. Tom. 1. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Miræus in Scriptorib. Eccleſ. ſæcul. 16. cap. 39.

§. 10. *Beati Petri à Turribus, Confeſſoris.* [h] De huius ſerui Dei integritate, candore, atque ſanctitate, id teſtatum relinquitur; quòd, celantibus eius obitum ipſis Fratribus, pueri, iuuenes, atque ſenes Marchenæ oppidi, confeſtim vbique locorum curſitarint, dicentes: Mortuus eſt vir Sanctus Frater Petrus; iam è viuis exceſſit ille Deo charus Pater de *Turribus*: ac tandem vniuerſo populo, ad eius exequias conuolante, vix ſepulturæ mandare potuerit: contendentibus quidem aliis, vt vel habitus, vel crinium aliquid habere poſſent: aliis verò, vt vel eius manus, aut pedes deoſcularentur. Claruit ann. 1540. Illius meminere Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu S. Eulaliæ Marchenæ, qui eſt 7. Prouinciæ Bæticæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 48. ad ann. 1546. Grauina in *voce Turturis* part. 1. cap. 24. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1428. §. 10.

Beati Ioannis de Beiari, Confeſſoris. [i] Prouinciæ Carthaginenſis erat alumnus, quando cum Beato Iacobo Teſtera, ex Hiſpania in Indiam ſoluit, ſub ann. 1542. adeòquè B. Ioſephum, Saluatoris Chriſti nutritium, coluit, & ſuis concionibus extulit: vt in cauſa extiterit, quatenus vniuerſa illa noua Hiſpania eum ſibi in peculiarem patronum ſumpſerit. Fuit præterea humillimus, pientiſſimus, ac ſui ſtatus ſupra modum obſeruans, præcipuuſque Euangelicæ paupertatis cultor, inſuper & alterius cuiuſuis virtutis amantiſſimus, ac ſenſitiuo appetitui tantoperè dominatus extitit; vt nec aduerſitatibus fractus ſit, nec proſperis aliquando ſucceſſibus ſibi efferri contigerit. Demùm meritis & annis cumulatus, maxima cum tranquillitate, animam exhalauit: ſepultuſque eſt in Conuentu Sancti Franciſci Populæ de Angelis, qui eſt 38. Prouinciæ Sancti Euangelij. Ita habent Gonzaga ibid. part. 4. ſup. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 22. ad ann. 1560. Rapinæus ſup. decad. 7. part. 3. pag. 364. Marianus lib. 2. cap. 40. Chronic. Reformat. Daça part. 4. Chron. Minor. lib. 4. cap. 30. Grauina ſup. §. 11.

Beati Ludouici Lucenſis, Confeſſoris. k] Hiſpanus fuit natione, vita & virtutibus ſpectabilis; apud Conuentum Sancti Bonauenturæ Inſulæ Fortis-Venturę, vbi ſanctiſſimè obiit. Floruit ann. 1570. Memoratur à Gonzaga part. 4. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 1. ac 2. Prouinciæ Canarienſ. Barezzo ſup. libr. 5. cap. 24. Vvadingho. tom. 5. an. 1441. §. 63. & tom. 7. ad ann. 1480. §. 28. §. 12.

Beati Franciſci Dabyi, Confeſſoris. [l] Vir fuit doctiſſimus: & concionator feruentiſſimus: tum aduerſus hæreticos, tum contra mores deprauatos. Sicque auditores demulcebat, vt multos conuerterit ad pœnitentiam. Obiit ann. 1572. Lutetiæ moriens, vt Sanctus à populo veneratus eſt, qui illius pedes & manus deoſculabatur, & habitus particulas, pro Reliquiis, pia quadam deuotione, exciſas, reuerenter aſſeruabat. Vide Foderetum in deſcriptione Prouinciæ Burgundiæ, vbi de Conuentu Turonenſi: cuius erat alumnus: & Picquetum ibidem. Vvadinghum tom. 6. ſup. ad ann. 1452. §. 44. §. 13.

Beata Maria, Virg. [m] Tanto ſpiritus feruore Paſſionem meditabatur Dominicam, vt per horas, imò & totam per noctem, brachijs in modum crucis extenſis, ſtaret in oratione: deinde rapta in extaſim, ſubleuabatur in altum, quaſi in cælum conſcendens per aërem. Dono etiam lachrymarum fruens, facie tota aduſta erat, ex profluuijs lacrymarum ab oculis vbertim defluentium: vti teſtatur Daça, part. 4. Chronicô. Minorum lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575. quo vixit apud Bellalcazaris Monaſterium quod eſt 1. Prouinciæ Angelorum, vbi requieſcit. §. 14.

Digitized by Google

QVINTO KALENDAS SEPTEMBRIS.

IN India Orientali, Beatorum [a] Martyrum Ioannis Eluaſij, & Sixti; qui cùm Goam pergerent, à Maluaribus Indis ſupra mare capti, & pro Chriſto necati, victores ad aſtra migrarunt. In Monte Caſali propè Biturgiam in Vmbria, Beatorum [b] trium Confeſſorum: qui ex inſignibus latronibus ad pœnitentiam per Seraphicum Patrem Sanctum Franciſcum adducti, & habitu ſuæ Religionis induti, inſignes vitæ ſanctitate euaſerunt. Apud Montem-Ferrandum, in territorio Claromontenſi, Beati [c] Sabbatiani, Confeſſoris, eiuſdem Seraphici Patris diſcipuli: eximiæ ſanctitatis viri. Peruſiæ, Beati [d] Venturæ, Confeſſoris, paupertate & charitate fulgidi: cuius ſanctitatis præconium miraculorum gloria declarat. Luceriæ Sarracenorum, Beati [e] Angeli à Speculo, Confeſſoris: pietate & contemplatione rerum cœleſtium illuſtris. Meſſapiæ in Calabria, Beati [f] Iacobi Melphictani, Confeſſoris: qui doctrina & eloquentia plenus, verbo prædicationis cunctis profuit ad ſalutem; tum humilitate, qua etiam Epiſcopalem recuſauit dignitatem, patientia, & virtutibus aliis refertus, ſancto fine quieuit. Abulæ in Hiſpania, Beati [g] Alphonſi à Palentia, Confeſſoris: virtute abſtinentiæ, pœnitentiæ, ſilentij, & paupertatis inſignis. Beluiſij, in territorio Placentino Hiſpanico, Beatæ [h] Iſabellæ à Sancto Franciſco; Virginis: quæ miris decorata virtutibus, ad cœleſtia gaudia fœliciter perrexit.

AVGVSTI XXVIII.

§. 1. *Beatorum Ioannis, Eluaſii, & ſoc. Martyr.* [a]] Prior, Cochinici erat Guardianus, alter verò Sacerdos; qui cùm Cuſtodialibus Comitiis Goæ interfuturi, naui criſpantes Oceani vndas findunt, à Maluaribus (quibus Chriſtiana fides odioſiſſima eſt) capti, in mari opprimuntur. Hæc ex Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. in ſacris Martyribus huiuſce Ordinis, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, apud Indos Orientales. item part. 4. in fin. Prouinciæ S. Thomæ. Barezzo parte quarta Chronicor. Minor. libr. 3. cap. 71. ad ann. circiter 1560. Daça ibid. lib. 1. cap. 57. Picqueto in catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Boſio tom. 1. lib. 12. cap. 22. Toſſiniano libr. 2. in fin. vbi de India: Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 2. *Beatorum trium Latronum.* [b]] Diuerſi ſunt ab iis, quorum meminimus ad 7. Nouembr. infra, licet ab eodem Patre Franciſco, mediante Beato Angelo de *Burgo*, fuerint ad Chriſtum reducti. Horum conuerſio latè deſcripta eſt à Beato Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 11. part. 2. in Fratribus Minoribus ſanctitate illuſtribus Prouinciæ S. Franciſci: vbi narrans eorum acceſſum ad Seraphicum Patrem Diuum Franciſcum. *Venerunt* (inquit) *feſtinanter ad Beatum Franciſcum, dicentes: Pater, nos propter multa, & peſſima ſcelera noſtra, non confidimus poſſe Dei miſericordiam inuenire: ſed ſi tu confidis, quòd Deus nos ad ſuam miſericordiam recipiet, ecce parati ſumus tecum pœnitentiam agere, & in omnibus quæ præceperis obedire. Quos Beatus Franciſcus, benignè & charitatiuè recipiens, exemplis eos multiplicibus exhortando, certos eos de inueniendo Dei miſericordiam reddidit. Inſuper ſe illis acquiſiturum à Domino ipſam miſericordiam, & gratiam repromiſit: inſtruens illos & oſtendens, quomodo diuina miſericordia immenſurabilis magnitudo, cuncta peccata noſtra, etſi infinita eſſent, præcellit: & quomodo teſtante Euangelio, & Apoſtolo Paulo, Chriſtus benedictus in hunc mundum pro peccatoribus venit redimendis, propter quæ tam ſalubria hortamenta, tres prædicti Latrones abrenuntiauerunt mundo: & recepti à Sancto Patre, ſibi tam habitu, quàm animo adhæſerunt. Duo autem ipſorum paruo tempore viuentes, poſt laudabilem mutationem de præſenti ſæculo (Domino ipſos vocante) migrauerunt. Tertius verò ſuperſtes conſiderans multa & magna peccata, quæ fecerat: tali ſe pœnitentiæ ſubegit, quòd per 15. annos (exceptis communibus Quadrageſimis, quas ſicut alij faciebat) continuò ter in ſeptimana, panem tantum & aquam comedebat: & contentus tantum vna tunicula incedebat diſcalceatus cõtinuè: & poſt matutinum nunquam dormiebat.* Eadem refert Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chronicorum Minorum libro primo, capite octogeſimo ſexto & octogeſimo ſeptimo. Wadinghus tom. 1. Annalium Minorum ad annum 1213. §. 28. & tom. 2. ann. 1270. §. 23. quo obiit: poſt Piſanum ſup. fruct. 9. part. 2. Notabili 9. in fine. Elzearium lib. 2. cap. 8. ſacri mont. Oliuet. Marianum libr. 2. cap. 17.

Beati Sabbatiani, Confeſſoris. [c]] Huius ſacro funere religioſiſſimè honeſtatur Eccleſia Fratrum Minorum Conuent. Montis-Ferrandi (qui eſt 19. Prouinciæ Sancti Bonauenturæ.) Vti atteſtantur Gonzaga tertia parte ſupra. Picquetus & Foderetus in huiuſmodi prouinciæ ac Conuentus deſcriptione: tum in eo qui eſt ſecundus. Wadinghus tom. 1. ſupra ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum nonum, §. vigeſimo octauo. §. 3.

Beati Venturæ, Confeſſ. [d]] Memoratur à Beato Bartholomæo Piſano ſup. *In dicto loco Peruſii* (inquit) *iacet Beatus Frater Ventura, Laicus, paupertatis amator, charitate plenus, (quippè qui Fratres forenſes recipiebat) & ſanctitate præclarus; qui iſtis temporibus decedens, nunc coruſcat miraculis.* Quibus verbis perſpicuè cernitur ſuo æuo vixiſſe. Illius adhuc meminit ibidem fruct. 11. part. 2. item & Gonzaga 1. part. ſup. in Beatis viris huiuſce ordinis. Wadinghus tom. 2. annal. §. 4.

nal. Minor. ad ann. milleſimum ducenteſimum quinquageſimum quartum, §. quadrageſimo ſeptimo, tom. 4. ad annum milleſimum trecenteſimum ſeptuageſimum octauum, §. duodecimo. & tom. 5. ann. 1421. §. 4. Picquetus ſupra. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Peruſina.

§. 5. *Beati Angeli, Confeſſoris.* [e]] Laicus erat profeſſione, ac hortulanus, contemplationi admodum deditus. Florebat ann. 1460. cuius corpus conditum iacet Luceriæ Sarracenorum. Mentionem de eo facit Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 4. cap. 32. ad ann. 1461. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 31. à quo & Angeluccius *D'elle Peſche*, vocatur. Ex Mariano lib. 5. cap. 33.

§. 6. *Beati Iacobi, Confeſſoris.* [f]] Apulus fuit natione, & inter Patres Obſeruantes ſua tempeſtate, doctrina, & virtute celeberrimus: indeque ſæpè Prouincialis munus in ſua prouincia magna cum prudentiæ laude adminiſtrauit. Dùm itaque Melphicti Guardianus eſſet, & quandoque Capucinos hoſpitio excepiſſet, cum his de Regulari Obſeruantia tractatum habuit: quorum colloquiis inflammatus, cum ſuo Prouinciali Miniſtro, de prouinciæ reformatione egit, atque in proximo Capitulo Prouinciali Reformationis articulos propoſuit: qui cùm ſegniter acceptarentur, Prouincia Apuliæ relicta, ad Neapolitanam ſe confert, in qua, Reformatione fruſtra tentata, ad Capucinos migrare cogitat: quamobrem abſoluto Quadrageſimalium Sermonum curſu, cum ſocio, ac nonnullis aliis ſacræ Theologiæ candidatis, ann. 1536. ad ipſos patres lætus conuolauit. In noua hac ad Capucinos, vocatione, tam præclarum Regularis Obſeruantiæ ac prudentiæ ſpecimen dedit; vt plurimùm apud omnes nominis, atque authoritatis adeptus fuerit, nihilque graue in Neapolitana Prouincia, abſque illius conſilio fieret. Euangelicum prædicationis munus, quo iam antea egregiè præcellebat, tam ardenter, atque Apoſtolico ſpiritu proſequutus eſt, vt Forliuium à Franciſco Æſino Generali, miſſus, vrbem ab hæreſi expurgauerit: indè Ferrariam profectus, hæreticorum opera, illi hoſpitium, & prædicatio denegatur. At re maturius deliberata, & aduerſariorum detecta perfidia, benignè auditur, ac ea in vrbe maximo cum animarum fructu concionatur. Epidaurum poſtea veniens, tantá ſibi apud eam rempublicam, ſua prædicatione, gratiam conciliauit, vt eum ſibi Epiſcopum à Pontifice poſtulauerint, ſed eo conſtanter id recuſante liber dimiſſus eſt. Mirum autem planè erat, quàm liberè, ac ſeuerè vir Dei, ipſa quoque potentium vitia increparet, & quæ hanc ob cauſam, patienter ſufferebat. Neapolim reuerſus, Hydruntinæ Prouinciæ Proregem cùm arguiſſet, ipſiuſque in ſe odium concitaſſet, exilio mulctatur, & Meſſapiam proficiſcitur: vbi poſt biennium, annoſus, probatus, meritis ac virtutibus clarus Deo ſpiritum reddidit anno 1561. Tanta autem fuit illius ſanctimoniæ fama; vt Meſſapiæ publicè illi ſtatua erecta fuerit, & quarto poſt ipſius obitum anno, cùm eius corpus fuiſſet exhumatum, integrum ac incorruptum apparuit, ſuauiſſimo odore flagrans. Nonnulla etiam edidit opuſcula: quorum meminit Bouerius. tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1561. ex Petracio Salodienſi, & MS. Prouinciæ Hydruntinæ.

Beati Alphonſi, Confeſſoris. [g]] Vir extitit miræ pœnitentiæ: cingulo ferreo, & tunica, ſeu paludamento item ferreo, vtebatur ad carnem, ſolo habitu, ipſoque paupere ſuperindutus. Femoralia autem ſic gerebat rudia & aſpera; vt ferri naturæ æquari viderentur, & cilicij rigiditatem ſuperare. Diſcalceatus ſemper incedebat, crebris diſciplinis & ieiuniis corpus edomabat, ſeptem quippe Seraphici Patris S. Franciſci Quadrageſimas inuiolabiliter ſeruabat, ſeu, vt verius fateamur, iugiter ieiunabat: eo quòd pane & aqua contentus, cætera reſpueret gulæ irritamenta; iſque tenuis victus ſic parſimoniæ plenus erat, vt comeſtionis ceremonia magis, quàm refectionis cenſeretur. Super cuſtodia cordis, oris, & aliorum ſenſuum maximè inuigilabat; præſentiam diuinam in omni loco ſibi conciliians. Silentium ſummè obſeruabat: quod ſi ad loquendum quandoque cogeretur; in hæc verba prorumpebat: *Moriendum nobis eſt:* vel, *Surſum corda*, aut *Sancti ſimus.* Exindè magna exoriebatur eius ſolitudo, quæ intantum excreuit, vt ſiue prælatus cùm eſſet, ſiue particularis Religioſus, nuſquam cellã egreſſus ſit, niſi pro officio diuino decantando, vel pro obedientia complenda: & quamuis patriam, progenitores, parentes, & amicos haberet ſibi propinquos, licentiam tamen eos inuiſendi nuſquam petiit, per ſpatium 32. annorum, quibus Religionem ſeraphicam incoluit. Floruit an. 1600. & ſancto fine quieuit apud Conuentum Sancti Antonij Abulæ, qui eſt 23. Prouinciæ S. Ioſephi. Ita Ioannes à S. Maria part. 2. Chronic. eiuſdem Prouinc. libro 4. cap. 34. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1447. §. 74. §. 7.

Beata Iſabella, Virginis. [h]] Magna hæc virgo pollebat humilitate & abſtinentia: tantoque patiendi deſiderio tenebatur, vt loco tunicæ, ſaga è latis palmarum contexta, vteretur, cuius aſperitate, veluti ſcalpro ſauciata, carnem ad cariem inducebat: cibum cinere aſpergebat, antequam ſumeret; feruebat ad orationem, in qua multis conſolabatur cœleſtibus blanditiis ac reuelationibus, & apparitionibus: obiit ſanctiſſimè apud Monaſterium Beluiſianum, quod eſt 6. Prouinciæ Angelorum. Sic Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50. ad ann. circiter 1600. quo claruit. §. 8.

Digitized by Google

QVARTO KALENDAS SEPTEMBRIS.

VAlentiæ in Hiſpania, Beatorum [a] Ioannis & Petri, Martyrum: qui ob Chriſti liberam prædicationem, & Mahumeticæ legis publicam damnationem, variis, iiſque maximis tormentis excruciati, ab Azoto Maurorum Rege iuſſi ſunt capite plecti. Pinciis in Territorio Placentino, Beati [b] Hieronymi Oliuarij, Confeſſoris: doctrina, & vitæ integritate conſpicui. Apud Moticam Siciliæ oppidum in Territorio Syracuſano, Beati [c] Didaci à Motica, Confeſſoris. Toleti Beatæ [d] Mariæ Gonſaluæ, Virginis, Tertiariæ; quæ genere, oratione, pœnitentia, aliiſque præcipuis virtutibus illuſtris ſancto fine quieuit.

AVGVSTI XXIX.

§. 1. BEatorum Ioannis & Petri, Martyrum. [a]] Cùm BB. Patres, Frater Ioannes Sacerdos, atque Frater Petrus Laicus profeſſus, in Hiſpaniam ablegati, Valentiam, Chriſti fidem Mauris eius accolis prædicaturi, iuxta datum ſibi à Seraphico Patre Sancto Franciſco mandatum, tenderent anno 1220. Turolium Aragoniæ vrbem, applicuere; ibique cernentes populum ſibi ſupra modum affectum, extructis duabus ex vili materia cellulis, iuxta ædiculam Beato Bartholomæo Apoſtolo ſacram, pedem ibidem ad tempus fixere: exindéque prædicationibus & orationibus ſuæ odorem ſanctitatis diffuderunt. Qui tamen poſt elapſum decennium, Valentiam, muneri ſibi iniuncto ſatisfacturi appulſi; vrbem animi conſtantia, magnoque fidei zelo, ac Martyrij deſiderio inflammati; ingrediuntur ad prædicandum verbum Dei. Qui cùm in Mahumeticam legem publicè inuecti eſſent, illamque prælato ſibi ſacro Euangelio damnaſſent, ab Azoto, ſiue (vt alij volunt) Zeitabuzeit, Valentiæ Rege, comprehenſi, opprobriis atque iniuriis primò ſunt vexati, & carceri mancipati. Cùmque nec minis terreri, nec promiſſionibus flecti poſſent ad Chriſti fidem abnegandam: in publica platea illos decollari mandauit, anno 1231. 29. Auguſti. Quorum reliquiæ, demptis capitibus, à Chriſtianis honorificè ibidem ſepultæ; poſtea ad vrbem Turolium per Iacobum I. Arragoniæ Regem tranſlatæ fuerunt, anno 1238. vbi cœperunt multis clareſcere miraculis.

§. 2. Imo verò, & ipſe Rex Azotus, facti pœnitens, ex maximo Chriſtianorum perſecutore, Chriſti fidem amplexatus, baptizatus eſt: Regno abrenuntiauit & ſæculo, necnon Palatium Regale, vbi præfati Martyres ſententiam mortis exceperant, libentiſſimè obtulit Fratribus: vt ex eo, & in eo, fieret cœnobium Minoriticum: anno 1238. quod & factum eſt. Hæc ſume ex B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratribus Minoribus, ſanctitate illuſtribus in Prouinc. Arragoniæ. Codice MS. Bibliothec. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. S. Antonin. part 3. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. §. 14. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraph. ann. 1231. & lib. 2. ſub F. Helya Miniſtro generali. Marco Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 36. 37. 38. & 39. Gonzaga part. 3. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu 10. Prouinc. Arragon. & in Conuentu 1. ac 2. Prouinc. Valentiæ. Picqueto in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Elzeario lib. 2. ſacri mont. Oliuet. cap. 11. Ximenio lib. 1. de Recta gubernandi ratione. Beuter. 1 part. Hiſtor. Valentin. lib. 1. cap. 36. & lib. 2. cap. 22. Marieta lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 24. 25. 26. & 27. Vvadingho tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1216. parag. 2. 1220. parag. 68. 1231. parag. 47. 1238. parag. 5. & 1239. parag. 16. 17. 18. Sedulio Commentar. ad vitam S. Franciſci cap. 3. parag. 8. Ferrario in Catalog. SS. hac die. Salazar. lib. 2. chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 12. Thielmanſ. tom. 1. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beati Hieronymi, Confeſſoris. [b]] Vir ſane doctiſſimus & omni virtutum genere ornatus: ad cuius funus, quod contigit ann. 1580. hac die, vniuerſum Pincianum oppidum, ob eius ſanctitatem accurrit: illéque fœliciſſimum ſe exiſtimauit, qui vel tantillum habitus, aut chordæ ipſius habere potuit. Ità Gonzaga ſup. part. 3. in Conuentu 1. Prouinc. Conception. Barezzus 4. part. chron. Minor. lib. 7. cap. 37. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1248. §. 24. §. 3.

Beati Didaci, Confeſſoris, [c]] Floruit hic B. Frater Laicus columbina ſimplicitate, qui & propheticè multa, atque inter hæc ſui obitus diem, prænuntiauit, migrauit in cœlum ann. 1630. iuxta Wadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1478. §. 75. §. 4.

Beatæ Mariæ Gonſaluæ, Virginis. [d]] De ea agunt Gonzag. 3. part. ſup. vbi de Monaſterio S. Antonij Paduani Toleti, quod eſt 20. Prouinc. Caſtellæ: & Barezzus ſup. lib. 1. cap. 23. Valerius de SS. Fœmin. Ord. Minor. lib. 4. cap. 3. Salazar. lib. 7. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 18. & 19. Valedictura igitur huius mundi illecebris, eiuſque inanibus pompis, deuota hæc, piaq; adoleſcentula, B. Maria Gonſalua à Fonte, quibuſdam ſibi amiciſſimis fœminis, eodemque ingenio, quo & illa, præditis ſuggeſſit: vt vulgari curioſoque habitu relicto, vnà ſecum, & honeſto quodam indumenti genere, & frugali menſa vti vellent. Tum demùm puella veſte induta, in honeſtam quandam domum, ſimul cum illis ſe recipiens; ad tempus ibidem quàm honeſtiſſimè cum eiſdem commorata eſt. Sed omnibus illis arctiorem perfectioremque viuendi modum ſimul anhelantibus, ſuaſit R. P. F. Franciſcus Angelorum; (qui tunc huius Prouinciæ Vicarium agebat Prouincialem, ac poſtmodum in totius Minoritici Inſtituti Miniſtrum generalem euectus fuit) vt ad habitum atque tertium D. P. Franciſci Ordinem tranſirent, quod & illæ fecerunt, ac per integrum decennium eodem in loco commoratæ ſunt. Quo tamen elapſo, præfata B. Maria, ad emptam, (ex facta ſibi à R. P. F. Franciſco Ximenio Toletano Archiepiſcopo, poteſtate) domum (quæ prædictæ ciuitatis Toletanæ vallo circumſcribitur, & ad quendam Ferdinandum ab *Aualos* attinebat, parochięque S. Thomæ vicina eſt) ann. 1514. vnà cum ſibi adhærentibus ſororibus ſe tranſtulit. §. 5.

Digitized by Google

tranſtulit. Quam denique in iuſtum Monaſterium, ſub inuocatione S. Antonij Paduani, ſubminiſtrante interim, quæ neceſſaria fuerant, illuſtri Domina Catharina de *Fonte*, eius Matertera, promouit. Vbi in primo deuotionis feruore perſeuerans; pœnitentia, oratione, aliarumque exercitio virtutum conſpicua; ſanctiſſimè obdormiuit in Domino: ibique ſepulta iacet.

TERTIO KALENDAS SEPTEMBRIS.

APud San-Sebaſtiani oppidum in Gomera Canariæ Inſula, Beatorum [a] Martyrum Didaci Mugnoſij, Gumielis, & Antonij à Sancta Maria: qui ab hæreticis graſſatoribus capti, ob Catholicæ Religionis confeſſionem, crudeli mortis genere ſunt interempti. Bergeraci in Aquitania, Beati [b] Petri Toelati, Martyris: qui à Caluiniſtis hæreticis tentus, illorum ſæuitiam ſuperauit, & pro Romanæ Eccleſiæ defenſione certauit vſque ad mortem. Populæ de Angelis, in India Occidentali, Beati [c] Martini à Sarmiento, Tlaxcallanorum ſecundi Epiſcopi: qui humilitate, continentia, & charitate, præclarus ſollicitudine paſtorali, atque zelo ſalutis animarum admodùm refulſit. Villæ-Franchæ in Territorio Lugdunenſi, Beatorum [d] trium Seraphici Patris Sancti Franciſci ſociorum: qui ſingulari vitæ ſanctimonia illuſtres extitere. Columbarij in Tuſcia, Beati [e] Nicolucij Senenſis, Tertiarij, miraculis clari. Agrigenti in Sicilia, Beati [f] Cherubini à ſancta Lucia, Confeſſoris: qui abſtinentia, pœnitentia, & cœleſti contemplatione inſignis, virginitatem perpetuò coluit, & nunc vſque miraculorum gloria emicat. Conchæ in Caſtella Beati [g] Martini de Carraſcoſa, Confeſſoris: qui charitate, & pœnitentiæ exercitiis præſtans, ſpiritu quoque prophetico, ac miraculis claruit. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [h] Domicillæ de Falconinis, Virginis.

AVGVSTI XXX.

§. 1. *BEatorum Didaci Mugnoſii, &c. Martyrum.* [a]] Horum illuſtre Martyrium accidit ann. 1572. cũ aliquot hæretici Inſulæ Gomeræ (quæ vna eſt ex Fortunatis Canarienſ.) oris cum inſtructa claſſe appulſi, Sancti Sebaſtiani oppidum expugnarunt. Tunc enim illi ſceleſti viri, Conuentum ingreſſi, in Chriſti atque Sanctorum imagines inſolenti quadam procacitate debacchati ſunt: quos B. Didacus *Mugnoſius*, qui ad domus cuſtodiam remanſerat, grauiter corripuit. Quamobrem illi ſupra modum exaſperati, conuerſis in eum catapultis, ſphærulis tranſuerberarunt. Ad huius rei tumultum egreſſus B. Gumiel, in huiuſmodi ſanguinarios hæreticos acrius inuehi cœpit: idque in cauſa extitit, vt apprehenſum eum, plurimis diriſque vulneribus affecerint, & occiderint. B. verò Antonius à *Sancta Maria*, ex Icode magnæ Canariæ oppido oriundus, atque præfati Conuentus Guardianus, recordatus, quòd Auguſtiſſima Euchariſtia remanſiſſet in ſacrario, Conuentum ſibi repetendum fore cenſuit, ne forte ſanctum canibus daretur: ingreſſus itaque eius Eccleſiam, ſumptum ſingulari cum deuotione Dominicum corpus, maximis cum lachrymis ori admouit, deglutiuitque. Quod vt ſathanæ miniſtri conſpexerunt, eum comprehendentes, ad prætoriam nauem deduxerunt. Cùmque nec eorum minis, nec blandimentis vel pollicitationibus, quibus eius conſtantiam ſupra modum tentarunt, acquieſcere vellet: imò potius producto ex manica ligneo Crucifixo, eos ad reſipiſcentiam, atque tanti commiſſi criminis pœnitentiam viriliter, conſtantiſſiméque hortaretur; ab iis, opprobriis primùm ſaturatus, colaphis poſtmodum cæſus, diris vulneribus ictus, globulis ferreis tranſuerberatur, atque in mare proiicitur. Ita ſcribunt Gonzaga 4. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu S. Franciſci Gomeræ, qui eſt 8. Prouinc. Canarienſ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 33. & 39. Daça ibid. lib. 3. cap. 49.

Beati Petri Toelati, Martyris. [b]] Religioſiſſimus hic Pater Sacerdos erat: quem hæretici crudeliſſimè ob Romanæ Eccleſiæ defenſionem necarunt. Vir erat magni ingenij, & vitæ ſanctitate floruit. Agunt de eo Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Bergeracenſi, qui eſt 36. Prouinc. Aquitaniæ recentioris. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 33. ad ann. 1179. Grauina in *voce Turturis*, art. 2. cap. 24. Daça ſup. cap. 58. Wading. tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1290. §. 26. Puteanus de Epiſcopis Petragoricenſ. in Franciſco à *Bourdilla*, pag. 213. quem paſſum ſcribit ann. 1580. eumdemque paulò anteà aſſeruit Martyrium ſubiiſſe, ann. 1570. Petragoricis, pag. 194. in Petro *Forniero* Epiſcopo: niſi eſſent duo omninò diuerſi. §. 2.

Beati Martini à Sarmiento Epiſc. [c]] Duxit originem præſtantiſſimus hic Antiſtes ex *Hoia de Caſtro*, Diœceſis S. Dominici oppido: ingenuoſque habuit parentes, à quibus cum in omni pietate ac Dei timore educatus eſſet, adhuc puerulus, Eccleſias ſedulò frequentans, ſacrificio Miſſæ, ac concionibus intentus aderat, & quicquid ex eis retuliſſet, id vterinæ ſorori, ac cæteris familiaribus, conſcenſa ſede, domi proponebat: à præfata interim ſorore petens, idque præſago ſpiritu, vt ſibi futuro, ſuo tempore, Epiſcopo manum deoſcularetur. Adultus Franciſcanum habitum in Burgenſi Prouincia induit, litteriſque tum Philoſophicis, tum Theologicis in ea Prouincia, ac Valiſoleti operam dedit. §. 3.

Poſtea cum B. Ioanne de *Gaona*, eius prælectore, plurimiſque aliis Religioſis, Sacerdotio initiatus, ac officio prædicator factus: ad Indiæ Occidentalis par- §. 4.

tes ann. 1538. ſe contulit. Cúmque ingenio ac prudentia polleret, à Patribus Prouinciæ S. Euangelij cum B. Iacobo *Teſtera*, eius Cuſtode, quatenus Miniſtri Prouincialis vices ſuppleret, ad Generale Capitulum Mantuæ ſub ann. 1541. celebrandum miſſus eſt. Itaque cùm præfatus B. Iacobus iam ſenio confectus, ob eius maturitatem à Generali Miniſtro, in Generalem nouæ Hiſpaniæ Commiſſarium, per integrum ſexennium electus eſſet, ſibique B. Martinus, caſu, quo eius temporis curriculo è viuis decederet, ſubrogatus fuiſſet: ſuperueniente præmemorati B. Iacobi morte, ſibi in officio ſucceſſit, atque per integrum quinquennium Commiſſariatus Generalis munere iſtis in partibus, maxima cum omnium admiratione functus extitit, atque paulò poſt Tlaxcallanorum Epiſcopus, à Carolo V. Imperat. ſufficitur. Quod vt ille primùm reſciuit, nullo pacto, id vt acceptaret, compelli potuit, quouſque ſibi per B. Toribium Motoliniam, Prouincialem iſtius tunc Prouinciæ Vicarium, ex obedientia, iniunctum eſt.

§. 5. Aſſumptus verò ad Epiſcopalem dignitatem, nihil de priſco rigore, aut ſolita humilitate, remiſit: imò potius vili contentus tegmine, pedeſque incedens, haud dedignatus eſt ſacros Canones ſub B. Ioanne *Fuchero* eorum prælectore addiſcere, vel humilioribus charitatis operibus vacare. Preterea pauperibus, miſeris, pupillis atque afflictis ex animo compatiens; quæ erant ſui muneris adeò diligenter, ac vigilanter præſtitit, vt nihil in eo deſiderari potuerit. Quamobrem tum Indis, tum quoque Hiſpanis gratiſſimus extitit. Frugali refectione contentus, vnico tantum Fratre in ſocium aſſumpto, commiſſum ſibi gregem luſtrare, ſibique Sacramenta de Epiſcopali more miniſtrare conſueuerat. Denique hic vigilantiſſimus Præſul, contracto ex quadam defatigatione morbo (miniſtrauerat ſiquidem innumeris ferè Indis per tres continuos dies, abſque vlla reſpiratione, Confirmationis Sacramentum) in Conuentum S. Franciſci Populæ de Angelis, ſe recepit, atque Sacramentis munitus, animam cælo reddidit. Eius mortem omnes Hiſpani & Indi maximis lamentationibus, lachrymiſque ſunt proſequuti, maximum ſuæ ſanctitatis teſtimonium reddentes: nec abs re ſanè, cùm nihil eo continentius, nihil humanius & affabilius, nil denique humilius extiterit. Illius meminerunt Gonzaga 1. part. ſup. vbi de Epiſc. Ordin. Minor. item part. 4. in præfato conuentu, qui eſt 38. Prouinc. S. Euang. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 18. ad ann. 1560. Platus de Bono ſtat. Relig. lib. 2. cap. 29. Rapinæus in hiſt. General. Orig. Recollect. Decad. 7. part. 1. paragr. 4. Marianus lib. 2. cap. 32. Chronic. Reformat. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 48.

§. 6. *BB. Trium Socior. D. Franciſc.* [d]] Cùm inclytus Bello-Iulienſis ac Montis-Ferrandi Comes, Guichardus, è Conſtantinopolitana Legatione, Philippo II. Rege Francorum, Auguſto, Imperante, circa ann. 1209. rediiſſet, & quoſdam Fratres ex Aſſiſio, à Seraphico Patre D. Franciſco obtentos, ſecum adduxiſſet, Polliaci Conuentum illis extruxit: qui tamen poſt aliquot annos, renouatus, & in alium locum tranſlatus eſt. In quo nouo ædificio tumulati ſunt prædicti ſancti Patres: de quibus ita Gonzaga 3. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. S. Bonauenturæ, ſcribit: *Inter huius loci chorum atque Eccleſiæ nauim, ſepulti ſunt religioſiſſimi duo Patres, Seraphico Patri Franciſco coæui, ſummaque pietate, deuotione, atque ſanctitate prediti.* Tres autem fuiſſe alij non immeritò affirmant. Picquetus in Notis ad Cuſtodiam Lugdunenſem, contra Foderetum, in Deſcriptione ipſius Conuentus. Item in eadem Cuſtodia, vbi de eiuſmodi Conuentus ſtructura Polliaci non longè à Villa-Francha oppido: vnde nomen ſumpſit. *Subtus autem* (inquit) *nouiſſimum diem præſtolari dicuntur tres ſumma pietate & Religione conſpicui Patres D. Franciſco coæui. Quod cùm ita ſit, neceſſe eſt, vel horum Reliquias ex antiquiori cœnobiolo, in hunc locum tranſlatas fuiſſe: aut in annos plurimos, huius Inſtituti fundatori ſuperuixiſſe.* Vide Foderetum in Deſcriptione huiuſce Conuentus: & Wadinghum in Addition. ad tom. 1. Annal. Minor. ſub ann. 1217. §. 8.

B. Nicolucij Senenſis, Confeſſ. [e]] Vir fuit integerrimus, vitæ ſanctitate, & fama miraculorum coruſcans. §. 7.
Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Min. lib. 9. cap. 25. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali ſer. 27. part. 2. Marulo lib. 4. Hiſtor. Sacrar. Relig. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. Viris Tertij Ordinis Minor. Vvadingho tom. 2. Annal. Minor. ann. 1289. paragr. 39. & 1290. §. 15. Item in Additionib. tom. 2. §. 95. qui ab eo vocatur B. Nicolaus de *Syluanis*. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. & Syluano Razzio. In SS. Ethruſcis: Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinciæ Caſtellæ cap. 30. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beati Cherubini, Confeſſ. [f]] Nobilibus & opulentis parentibus naſcitur apud *Sanctam Luciam*, Siciliæ §. 8.
pagum, vnde & cognomen accepit. Ab initio, puer bonæ indolis extitit, abſtinentiæ deditus, tantaque humilitate adornatus, vt etiam domus paternæ ſeruorum pedes nonnumquam ablueret atque lauaret. Vnde viginti annos natus, Ordinem Minorum intrauit, ibique haud diu permanſit. Quin vitæ perfectioris deſiderio flagrans, ad Patres Reformatos eiuſdem Prouinciæ Siciliæ tranſierit: inter quos tot virtutis ac ſanctitatis indicia præſtitit, vt & Guardianus Conuentus S. Nicolai Agrigenti, qui eſt 4. Prouinciæ Siciliæ, inſtitutus ſit, & prioribus Patribus ipſius Reformationis authoribus atque fautoribus præcipuis connumeratus. Fuit ſiquidem paupertati & pœnitentiæ valdè addictus, & ſuæ profeſſionis ac Regulæ ingens æmulator. Cibus eius ordinarius ac potus, panis & aqua, præterquam in Natali, & Paſchate Domini. Cilicij aſperitate, & ferreis diſciplinis corpus iugiter affligebat: ſomni parciſſimus erat, nec quietem, niſi ſuper aſſeres, capiebat. Orationi ferè continuæ operam dabat, idque pium opus ſemper genuflexus explebat. Laborioſa, vilioraque domus munia, ſumma cupiditate exquirebat: ſanctum Miſſæ ſacrificium magna cum deuotione & lachrymis peragebat: verba otioſa omninò exhorrebat. Sanctè obiit plenus bonis operibus, & miraculis ante & poſt mortem clarus; die Dominica 30. Auguſti, ann. 1587. ſepultus in præfato Conuentu. Nunc verò proceſſus fiunt in Curia Romana, authoritate Apoſtolica, pro eius Canonizatione: vti conſtat ex libello Neapoli. ann. 1626. confecto, apud Typographiam Ioan. Dominici Roncalioli. Memoratur à Bonifacio de Bonibellis in Chronica Reformat. Prouinciæ Roman. Barezzo ſup. lib. 8. cap. 57. Daçà libro quarto ſup. cap. 13. & Grauina, ſup.

Beati Martini, Confeſſ. [g]] Laicus erat, Prouinciæ §. 9.
Carthag. alumnus, vir incomparabilis virtutis, & charitate, obedientia ac ſilentio inſignis: ieiuniis, diſciplinisque corpus affligebat, orationi iugiter intendebat, paupertatem ſummè adamabat: ſomni parcitas in eo ſic eluxit, vt ad id camera, aut lecto, haud illi

Digitized by Google

illi opus eſſet: ſpiritu etiam prophetico claruit. In vita, & miraculis poſt mortem, quæ hac die accidit, ann. 1603. Sepultus in Conuentu ſancti Franciſci Conchæ Valeriæ, qui eſt 3. præfatæ Prouinc. Teſte Daça 4. part. Chronic. FF. Minor. lib. 4. cap. 51.

§. 10. *B. Domicilla de Falconinis.*[h]] Floruit ſanctitate apud Monaſterium Clariſſarum Volaterræ: quod eſt 1. Prouinc. Tuſciæ: prout ibid. ſcribit Gonzaga part. 2. ſup. cui conſentit Barezzus, ſup. lib. 4. cap. 30. ad ann. 1562.

PRIDIE KALENDAS SEPTEMBRIS.

CHolletti in territorio Maleacenſi, Beatorum a Duorum Fratrum Martyrum: qui in perſecutione Caluiniſtarum hæreticorum paſſi ſunt. Apud ſanctum Milianum, Aquitanorum oppidum: paſſio Beati b Mathurini de Pulchro Viſu, qui gladiis hæreticorum tranſverberatus, martyrium compleuit. Aretij in Tuſcia, Beati[c] Benedicti Aretini, Confeſſoris: qui Prouinciæ Antiochenæ in Syria primus Prouincialis ab eodem Patre ſancto Franciſco inſtitutus, vitæ ſanctitate extitit inſignis. Tlamanalci, in India Occidentali, Beati d Martini à Valentia, Confeſſoris: qui verbo prædicationis, & ſummis virtutibus clarus, Legatus Apoſtolicus in Indiam Occidentalem traiecit: vbi tantoperè in Euangelio diſſeminando laborauit, vt Indorum Apoſtolus iure vocatus ſit, & dono prophetiæ atque miraculorum glorioſus extiterit. Apud Longum-Campum, in Territorio Pariſienſi, Beatæ[e] Eliſabethæ, Virginis, ſororis ſancti Ludouici Galliarum Regis: quæ ſpretis huius mundi oblectamentis, Chriſto ſponſo in humilitate & paupertate inſeruire maluit: à quo crebris miraculis ante & poſt obitum, mirificata eſt in terris.

AVGVSTI XXXI.

§. 1. BEatorum Duorum Martyr.[a]] Horum inſigne ſcribit Elogium Gonzaga, 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu Cholleti, qui eſt 6. Prouinc. Turoniæ Pictauienſ. his verbis: *In ſuperioribus verò ſeditionibus Galliæ, anno Domini* 1562. *demolitus fuit hic Conuentus ab hæreticis: vbi etiam duo noſtri Fratres magna fide, & incredibili conſtantia, pro confeſſione Chriſtiana, Apoſtolica, & Romana Religionis crudeliſſimum, ſed tamen glorioſiſſimum finem ſuſtinuerunt.* Wadinghus tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1406. §. 101.

§. 2. *Beati Mathurini de Pulchro-Viſu, Martyr.*[b]] Religione inſignis erat & virtute: quando hæretici, ann. 1580. eum iam ſenio confectum, præ Conuentus S. Miliani foribus, diro mucrone confoderunt, atque ad animæ vſque exhalationem tranſverberarunt. Ita Gonzaga part. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 14. Prouinc. Aquitan. Recentioris. Wadingh. tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 129:. §. 63. Daça 4. part. Chron. Minor lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567. qui eum perperam vocat *Mauritium.* Grauina in *voce Turturis,* part. 2. cap. 24.

§. 3. *Beati Benedicti, Confeſſ.*[c]] Honeſtis piiſque parentibus natus Aretij in Tuſcia, à teneris annis ſtudioſè vixit, per omneſque ſanctitatis gradus inceſſit. Hinc S. Franciſci imitator aſſiduus factus, ab eo Ordinis habitum ſumpſit, ann. 1211. & ad magnam vitæ perfectionem ſtrenuè ſe accinxit. In Comitiis Generalibus apud Aſſiſium celebratis ann. 1216. hunc ſibi familiarem & gratum inſtituit D. Franciſcus Marchiæ Anconitanæ Miniſtrum Prouincialem. Vir etenim ſanctus erat, in regimine prudens, in moribus grauis, & in ſubeundis quibuſcumque laboribus, vel in Eccleſiæ, vel in ſui ſodalitij obſequium, animi conſtantis. Quapropter idem Seraphicus Pater, ipſum poſt ſanctiſſimè gubernatam illam prouinciam, ablegauit cum aliis Fratribus, ad Græcos, Antiochenos, cæteraſque deficientes Romaniæ nationes ann. 1219. In Græciam autem ſtatim nauigauit B. Benedictus, depoſito Miniſteriatu Præfatæ Prouinc. Marchiæ, quem eo vſque laudabiliter geſſerat. Eò appulſus, perquàm benignè & humaniter receptus eſt à Petro, Gallo, Altiſſiodorenſi Comite, tunc Orientis Imperatore: quo fauente & auxiliante plura accepit, & ædificauit ſuis conſodalibus habitacula: Religionemque ita dilatauit, vt breui ampla coaluerit Prouincia Fratrũ dicta Romaniæ. Miros fecit ibidem Seraphicus Ordo progreſſus, & vir ſanctus cum ſociis rei ſpiritualis prouentus: doctrinam eorum & vitam Domino confirmante, ſequentibus ſignis non paucis, præcipuè verò in conuertendis, & adducendis Græcis ad vnitatem fidei cum Eccleſia Romana, cui rei multùm inſudabat ann. 1233.

Interim, Ioannes Brennus, Gallus, Comes Viennenſis, Rex eo tempore Hieroſolymor. ac Conſtantinopolitani Rector Imperij, pro Balduino II. genero ſuo, Imperatore (quem in Galliam miſerat ad S. Ludouicum Regem, pro auxilio petendo, contra Græcos ſibi inſultantes ann. 1237.) poſt aliquot annis rectum Imperium, diem terminauit vltimum: (factus prius Minorita, per manus ipſius B. Benedicti) ann. 1238. vti conſtat ex eo M. S. Archiepiſcopi Senonenſ. de Suſceptione Coronæ Spineæ Chriſti, quod dedimus ſup. ad 25. Auguſti. Porrò mirabilem huius Imperatoris pietatem in tali Seraphici Ordin. habitus ſumptione, referunt Iornandes in Chron. M. S. part. 3. cap. 232. Platus de Bono ſtat. Relig. lib. 2. cap. 26. Bzouius in Annal. ad ann. 1238. Piſanus lib. 1. Cõformit. fruct. 4. part. 2. fruct. 8 part. 2. in Imperator. Franciſc. fruct. 11. part. 2. & lib. 2. fruct. 6. part. 2. Marcus Vlyſſip. part. 1. Chronic Minor. lib. 2. cap. 75. Toſſinian. lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvading. tom. §. 4.

Digitized by Google

1. ſup. ad ann. 1211. §. 16. 1240. §. 5. item tom. 2. ad ann. 1259. §. 10. ex Mariano & antiquis Chron. Ord. Minor. Algezira in Arbore Epilog. totius Ordin. Franciſcan.

§. 5. In Occidentem poſtea reuerſus mira operatus eſt. Eius precibus, ab imminenti & certo naufragio liberatos, ſocium & duos D. Baſilij Monachos, in quodam prope Antiochiam Aluco nauigantes, comperimus. Spiritu etiam prophetico claruiſſe, & multa prædixiſſe occulta, præcipuè, F. Thomæ Papienſi, Tuſciæ poſtea Miniſtro Prouinciali, cuius in re ardua peragenda, dubias cogitationes penetrauit & diſſoluit, teſtatum eſt. Dùm Aretij maneret, teſtimonium authenticum, multis præſentibus Fratribus, ſub fide Notarij præbuit, ann. 1277. pro confirmatione indulgentiæ Portiunculæ. Danielis Prophetæ digitum miraculoſè acceptum in ciuitate Babyloniæ, in ſuam patriam reportauit: cuius virtute Deus multa operatus eſt miracula. Tandem pridie Calend. Septembris feria 6. anni 1280. ſanctiſſimè in Domino obdormiuit. Tumulatus eſt Aretij in æde S. Franciſci, in Sacello à familia *Sinigardorum* in eius honorem ædificata: caput verò cuſtoditur apud ſacrarium, in eleganti capſula. Agunt de eo Marianus lib. 1. cap. 7. 12. 15. & lib. 3. cap. 2. Bernardus à Beſſa in Chronic. M. S. Piſanus ſup. lib. 1. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Tuſciæ. De Buſtis in Roſario Virg. ſerm. 10. part. 1. in fin. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 6. cap. 55. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Algezira & Wadinghus ſup. tom. 1. ad annum 1216. §. 3. 1219. §. 32. 33. 1232. §. 42. 1233. §. 12. Item tom. 2. ad annum 1277. §. 19. & 1280. §. 2. ac in Addition. ad 2. tom. §. 8. quibus refutantur Toſſinianus & Bzouius ſup. ſcribentes hunc obiiſſe ann. 1224. Saluator Vitalis in Chronica Seraphic. Mont. Aluernæ. fol. 56. liquet etenim clariſſimè contrarium ex præfatis.

§. 6. *Beati Martini, Confeſſoris. d.*] De hoc ſanctiſſimo viro Dei, Indiarum Apoſtolo, id mihi liceat aſſumere, teſtarique: quòd præ nimia dicendi copia, inops & elinguis effectus ſim. Vitam eius admirandam, egregia facta, præclaraſque virtutes, ac miracula copioſè deſcripſerunt B. Franciſcus Ximenius, amantiſſimus eius ſocius, annis à fœlici illius obitu tribus. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 9. capite 53. Gonzaga 4. part. ſup. in Conuentu 10. Prouinc. ſancti Euangelij. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 36. vſque 50. Hilarion à Coſta lib. 1. hiſtor. Catholic. pag. 109. &c. Rapinæus Hiſtor. vniuerſal. Origin. Recollector. Decad. 4. part. 1. §. 7. & Decad. 5. part. 1. & 2. Agunt de eo Surius in Commentar. rerum ſui tempor. ad annum 1524. & 1558. Boſius de Signis Eccleſ. tom. 1. capite 3. lib. 4. & lib. 5. cap. 2. item lib. 6. cap. 5. §. 3. & lib. 12. capite 21. Couſinus lib. 1. hiſtor. Tornacenſ. cap. 2. ſæcul. 14. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 16. in SS. viris, ex Coccio, de Signis Eccleſ. art. 11. Franciſcus Lopez de Gomara lib. 2. hiſtor. General. Indiar. Occidental. cap. 95. Cornelius Wytfiet, & Antonius Maginus lib. 2. eiuſdem hiſtor. Elzearius lib. ſecundo, ſacri Mont. Oliuet. cap. 9. & lib 3. cap. 4. Marianus lib. 1. à cap. 21. vſque 36. Thomas à Ieſu in Theſauro ſapientiæ lib. 2. cap. 6. Toſſinianus lib. 2. vbi de India. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 2. 4. 5. & ſeq. Marieta lib. 17. hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 11. & 12. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Wadingh. tom. 2. ſup. ad ann. 1257. §. 23. Algezira ſup. & alij inferius citandi. Cæterùm B. Martinus, cùm adhuc eſſet Nouitius, dicitur diligentiſſimè librum Conformitatum S. Franciſci legiſſe, quo ſic inflammabatur ad amorem virtutis, & ſtudium pietatis: vt ad ſummam perfectionem tandem perueneril. Teſte Gonzaga ſup. & Mariano cap. 23. ac Daça cap. 5. ſupra.

Vocatur autem Apoſtolus Indiarum primus: non quòd primus ex Franciſcanis Indiam, ſeu Americam ingreſſus ſit: ſed quia primus à Sede Apoſtolica, hac in miſſione fuerit Legatus Apoſtolicus inſtitutus: primuſque ibi pedem perpetuò fixerit: & innumerabili ac totali Indorum conuerſioni initium dederit: quorum infinitam propè multitudinem ipſe Chriſto Ieſu peperit. Nam primi Religioſi, qui Americam, ſeu Indiam, tum Orientalem, tum Occidentalem, ſunt ingreſſi, fuere Franciſcani, poſtea Dominicani, deindè alij, & vltimi omnium Ieſuitæ: quod ita certiſſimum eſt, vt id probare, aërem verberare putarem: niſi quorumdam inſcitia, ne dicam malitia, id moliretur obfuſcare. Sed *fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Prouerb. 1. verſ. 17. Reuoluantur, ſcrutenturque, quotquot voluerint, antiquorum, proborumque authorum, ac ſcriptorum volumina: ea enim veritas in propatulo eſt: omnes hiſtorici fide digni, tum indigenæ, tum exteri fatentur, teſtanturque opus conuerſionis Indiarum inchoatum fuiſſe à Fratribus Minoritis: & quicquid indè emanatum eſt, gloriæ Franciſcani Ordinis haud immeritò adſcribendum: quippe, qui præ aliis, & primi quàm alij, ſtrenuè atque indefeſſè, inuictoque animo, & profuſione ſui ſanguinis, vineam Domini in nouo orbe excoluerunt. Veniamus ad ſingula: & ab India Occidentali incipiamus, quæ prima nobis occurrit. §. 7.

Cùm Chriſtophorus *Columbus*, Genuenſis ad alterius incogniti Orbis explorationem aſpiraret: aliquot Principes ad capiendam huiuſmodi Prouinciam, ſibique fauendum hortatus eſt. Paſſus tamen ab eis repulſam, quòd delirus, mentiſque minùs compos haberetur, ad Catholicos Hiſpaniæ Reges, Ferdinandum V. atque Eliſabetham eius vxorem, conuolauit: à quibus tandem, vt primùm, quid in mente haberet, detexit, humaniſſimè exceptus, & benè ſperare iuſſus eſt. Fuere tamen interim illi maximo adiumento, commendatitiæ litteræ, ſibi à Fratre Ioanne *Piretio*, Franciſcano, atque Bæticæ prouinciæ alumno, ad R. P. Ferdinandum à *Talabrica*, eiuſdem Ordinis profeſſum, eorumdemque Regum Confeſſarium datæ. Is igitur Chriſtophorus primam expeditionem cœpit, an. 1492. quæ illi feliciſſima contigit. Nam infra aliquantuli temporis ſpatium, poſt plurimos in Oceano mari, ſuperatos labores, ad nouam quandam Inſulam, nomine *Haiti*, peruenit, cepit, ac *Hiſpaniolam* Inſulam in poſterum appellatam voluit. Deindè reuerſus, petit ab eodem Rege Ferdinando nouum militem, naues, & Sacerdotes, ac Concionatores: qui quidem Rex ea omnia ſuppeditare decreuit, & ab Alexandro VI. Papa Breue Apoſtolicum obtinuit: quo poſſet illic probos viros, ac Deum timentes, & doctos, ad prædicandum iis gentibus Euangelium Chriſti mittere. Bulla incipit, *Inter cætera diuinæ Maieſtatis, &c.* ſub Datum Romæ apud S. Petrum, ann. 1493. 4. Nonas Maij Pontificatus an. 1. §. 8.

Hac authoritate fretus, præfatus *Columbus* ſecundam §. 9.
eodem anno aggreſſus eſt expeditionem; ſecum ducens prædictum Patrem Ioannem *Piretium*, cum quibuſdam aliis eiuſdem Ordinis Minor. alumnis. Potitus autem tota Inſula *Hiſpaniola* Columbus: condidit

Digitized by Google

condidit in ea nouam ciuitatem, quam D. *Dominico* ſacrauit: eo quod Pater ipſius *Dominicus* diceretur. Ad hanc poſtmodum ciuitatem, cum ipſe Pater Ioannes *Piretius* appuliſſet, ſtraminaceum tuguriolum ſibi ædificari iuſſit, in quo altari extructo, primus ſacrum Miſſæ ſacrificium celebrauit, in eoque Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruandum curauit: qui locus paulò poſt, opera ac beneficio prædicti nobiliſſimi viri *Columbi*, in Conuentum amplum euaſit, ſub nomine ſancti Franciſci: eſtque primus Prouinciæ ſanctæ Crucis, in India Occidentali. Primus autem Epiſcopus huiuſmodi Hiſpaniolæ, ſiue ſancti Dominici, electus eſt ſub ann. 1504. F. Garſias *de Padilla*, Minorita: cui antequam transfretaret, in Hiſpania defuncto, ſubſtitutus eſt Alexander Geraldinus, ſub ann. 1506. Hæc ex Chriſtophoro à Capite Fontium, Totius Ordinis Minorum Miniſtro Generali: poſtea Archiepiſcopo Cæſarienſi in Epiſtola dedicatoria ad Compend. priuileg. Fratrum Minorum. Gonzaga quarta parte Origin. Seraphic. Relig. in Præfato Conuentu. Villoto Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera. *Alphonſus de Molina.* Rapinæo Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 5. parte prima, parag. 2. Ignatio le Gault, de Sanctitate Eccleſ. Roman. capite 2. paragr. 2. Item homil. 35. in feſto D. Franciſci, paragr. 7. Mariano lib. 1. cap. 21. Daça ſup. lib. 2. capite 3. Syluestro Lauallenſi lib. 3. de Iuſtis Magnitud. Eccleſ. Roman. lib. 3. cap. 12. parag. 4. Sedulio Comment. ad vitam D. Franciſci, capite 3. parag. 8. poſt medium. Hi omnes Noſtrates ſunt, ſed addamus etiam exterorum teſtimonium: ipſi etenim eadem confirmant. *Nihil præclarius* (inquit Hieronymus Platus, lib. 2. de Bono ſtat. Religioſ. cap. 30.) *aut glorioſius, quàm totius noui Orbis conuerſio; quæ quantacumque eſt, tota eſt Religioſorum Ipſi enim primi Euangelium in oras illas intulerunt, ipſi fidem plantauerunt, ipſi deinde rigarunt, ijdemque adhuc excolere, & propagare non deſiſtunt. Primos omnium, qui tantam hanc prouinciam aggreſſi ſunt* Franciſcanos *fuiſſe legimus: atque eoſdem etiam in ijs regionibus inueniendis, cùm antea ne de nomine quidem auditæ eſſent, magnoperè contuliſſe. Cùm enim Chriſtophorus Columbus de ea nauigatione inſtituenda apud Ferdinandum Hiſpaniæ Regem ageret, nec ei, vt in re tam noua atque incerta, multum fidei adhiberetur: Patres duo Franciſcani valde eum iuuiſſe dicuntur: tum ipſum animando, tum etiam Regem impellendo, vt eam occaſionem omninò tentaret. Itaque cùm impetrata Claſſe Columbus Mexicana Regna fæliciter aperuiſſet, atque in Hiſpaniam tam lætæ rei nuntius reuertiſſet, ſtatim aliquot eius familiæ Patres in ea loca nauigarunt, anno circiter à Chriſto nato* 1493. Eadem ſcribunt Franciſcus Lopetius lib. 1. hiſtor. General. Indiar. Occidental. capite 14. & 15. 34. 35. item lib. 2. cap. 95. Author libri, *Status, Imperia, & Principatus mundi*: vbi de nouo Orbe. Fabrinus de Iubilæo cap. 8. Mendoça part. 2. hiſtor. Chinæ lib. 3. capite 2. 5. 7. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1493. §. 22. Aluarus Gometius. lib 6. de Rebus geſtis Beati Franciſci Ximenij, Minorit. Archiepiſcop. Toletani, ante medium. Corbinus lib. 8. Sanctæ Franciadis, pag. 169. Coſtæus ſupra. Nicolaus à Ieſu-Maria. In Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis. Propoſition. 59. pag. 118. & ſeq. Antonius Verdierius lib. 4. Variar. Lection. cap. 30. Hiſtoria Generalis Indiarum, 1. part. fol. 25. Ouetenſis in ſua hiſt. Indiar. lib. 2. cap. 5. Herrera in hiſt. Indiar. Occident. Decad. 1. lib. 1. cap. 8. qui quidem addit Decad. 2. lib. 2. cap. 6. vnà cum Daça ſup. cap. 4. & 50. ann. 1502. in has Occiduas Indias traieciſſe quamplures noſtri Ordinis Fratres, ſub Duce ac Cuſtode R. P. Alphonſo à *Spina*, & in Hiſpaniolam Inſulam primò deſcendiſſe: Non ſolùm autem illuc adiiſſe Hiſpanos Franciſcanos: ſed etiam ex aliis Chriſtiani Orbis partibus, maximè ex Gallia, ad ipſas appuliſſe oras. Nam ex ſola *Veromandua*, ſeu *Picardia*, Galliæ prouincia, quatuordecim Fratres Minores, eoſque Doctiſſimos ac Sanctos, tunc temporis huiuſmodi miſſioni operam dediſſe, & cum præfatis in Indiam transmeaſſe ijdem ingenuè fatentur: quod & nos etiam nuper obſeruatione dignum duximus, in libro à nobis edito, Pariſiis ann. 1657. cui titulus præfigitur Gallicus: *Pietas Francica erga ſanctiſſimam Virginem Mariam, Deiparam, &c.* cap. 1. pag. 8.

Secunda miſſio ad Occiduos Indos euenit ann. 1520. 1521. 1522. & 1523. Etenim ingreſſis Hiſpanis, ſub ann. 1520. Regnum Mexicanum, eiuſque potentiſſimo Regi Monteſumæ bellum inferentibus: miſit is Legatos ad Sihuangam, Mechioacani & Xaliſci belicoſiſſimum Regem, cum quo perpetuum ſibi intercedebat bellum, rogans; vt intermiſſis ad tempus antiquis contentionibus, aliquot ad ſe milites, qui Hiſpanis ſibi minaciter imminentibus fortiùs reſiſterent, mittere vellet. Quo renuente, immò & Legatis contra ius gentium ab eo occiſis, Mexicum cum toto adiacente Regno, & ipſum Regem Monteſumam Hiſpani cœperunt: atque ſub poteſtate Caroli V. Imperat. Hiſpaniarum Regis redegerunt. Hac autem in expeditione bellica, adfuere Fratres Minores, qui omnium Religioſorum primi eas Regiones ingreſſi ſunt: vbi tanta ſtrenuitate in conuerſione Indorum laborauerunt, & res illis pro voto ita feliciter ſucceſſit: vt aliis operariis neceſſariò eguerint illuc quamprimùm mittendis. Ita ſcribunt Barezzus ſup. lib. 1. cap. 31. Rapinæus ſup. & Gonzaga ſup. in Prouinc. SS. Petri & Pauli. Fabrinus atque Sedulius ſup. & Marianus, ac Daça, ſup. cap. 4. §. 10.

R. Pater Franciſcus *de Angelis*, expleto triennio ſui Prouincialatus, in Prouincia Angelorum, an. 1520. §. 11. cuius fuerat primus Miniſter Prouincialis: ſummo affectu decreuit in Indiam Occidentalem proficiſci, vnà cum R. P. Ioanne *Clapione*, cuius rei gratia, Summum Pontificem Leonem X. conſuluit. Qui piis votis eorum annuens, ampliſſimam poteſtatem illis, & ſequacibus contulit, per ſuum Diploma Apoſtolicum, quod incipit: *Aliàs fœlicis Recordationis. Nicolaus IV. Ioannes XXII. Vrbanus V. & Eugenius IV. & alij Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, debita meditatione conſiderantes, quòd veſtri Ordinis munda Religio, à Chriſto Domino, exemplis, ac verbis Apoſtolicis fuit tradita, ac Beato Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata fuerit: ac quòd nonnullos eiuſdem Ordinis profeſſores, pro fidei propagatione ad infidelium partes, &c.* ſub Datum Romæ apud ſanctum Petrum, die 25. Aprilis ann. 1521. Pontificatus noſtri anno nono. In Indiam tamen ipſe R. P. Franciſcus minimè traiecit. Cùm enim Generale totius Ordinis noſtri Capitulum Burgis, in Hiſpania ſub ann. 1523. celebrandum pro foribus eſſet, voluit ei intereſſe, quatenus ex futuri Generalis Miniſtri facultate, Fratrum ſibi gratorum delectum habere poſſet. Dúmque Comitiis adeſt, omnium Patrum ſuffragio in Generalem Miniſtrum, præter eius ſpem, eligitur, ſicque cœptis deſiſtere cogitur: quin & ann. 1527. à Clemente VII. Papa, Preſbyter Cardinalis Tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem, eſt creatus, ac totius Ordinis Protector,

Digitized by Google

moritur ann. 1540. Gonzaga ſup. in Prouinc. ſancti Euangel. Rapinæus, Daça ſupra libro 2. capite 2.

§. 12. Interim à Carolo V. miſſi ſunt in Indiam, vnà cum Ferdinando Corteſio, ann. 1522. tres noſtri inſtituti Belgæ natione: qui illic appulere ann. 1523. quibus nomina fuere. B. Ioannes *Tectus*, B. Ioannes de *Aora*, Sacerdotes, & B. Petrus à *Gandano*, Laicus: vitæ ſanctitate inſignes, quorum memoria ſuis in locis agitatur: quippe qui virtutibus admirandis claruerint, & in procuranda Indorum ſalute ita laborauerint: vt eorum plura millia ad Chriſtum Deum conuerterint. Agunt de eis Gonzaga, Sedulius, Marianus, Rapinæus, ſup. Grauina in *voce Turturis.* part. 1. cap. 6. Vide 29. Iunij & 18. Iulij. ſup.

§. 13. At quarta miſſio, præcipua extitit: quæ vt fœliciores progreſſus haberet, Carolus V. Imperator omnimodam petiit, impetrauitque à Sede Apoſtolica licentiam, illuc mittendi, quos in via Domini probatiſſimos cerneret: cum poteſtate ampliſſima circa animarum ſalutem, & Sacramentorum debitam adminiſtrationem. Hæc bulla data eſt ab Adriano VI. Papa, cuius initium tale legitur. *Exponi nobis feciſti, &c. quatenus ex omnibus Religionibus Fratrum Mendicantium, præſertim Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ, &c. Tenore præſentium volumus, vt omnes Ordinum Mendicantium, præſertim Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ, à ſuis Prælatis nominati, &c. ſed ne forte numerus Fratrũ Minorũ ſit tantus, &c.* ſub Datum Cæſar-Auguſtæ, die 10. Maij 1522. Pontif. ann. 1. Cùm igitur Cæſar id Diploma obtinuiſſet præcipuè pro Franciſcanis: ea propter ipſos ſingulariter ablegauit in eam expeditionem. Hi autem qui ſelecti ſunt ad id opus perficiendum, fuerunt duodecim; quorum anteſignanus erat B. Martinus de *Valentia*, vir eximia ſanctitate conſpicuus, quique Miniſter Prouincialis erat Prouinciæ ſancti Gabrielis: aliorum verò nomina ſunt Beatorum Martinus à *Corunnia*, Franciſcus à *Soto*, Antonius *Ciuitatenſis*, Toribius *Motolinia*, Ioannes de *Ribas*, Garſias de *Ciſneros*, Ioannes *Suarez*, Ludouicus à *Fuenſalida*, Franciſcus *Ximenes*, Sacerdotes: Ioannes de *Palos*, Andræas *Cordubenſis*, Laici: omnes eiuſdem Prouinciæ ſancti Gabrielis Reſformatorum alumni, & ingenti vitæ ſanctitate præditi, vti ſuis in locis annotatum eſt.

§. 14. Hi igitur accepta benedictione R. P. Franciſci ab *Angelis*, Generalis Miniſtri: mare aſcenderunt, in feſto Conuerſionis D. Pauli Apoſtoli, 25. Ianuarij: qui vt ſua prædicatione mundum vniuerſum docuerat: ita ipſi, ſub eiuſdem patrocinio totam Americam pergerent conuerſuri, ann. 1524. Mexico fœliciter appulerunt, & pridiè huius diei, qua ſanctiſſimæ Pentecoſtes Vigiliam colimus, celebrato ſtatim Capitulo, ipſum B. Martinum de *Valentia*, electum iam in Hiſpania, Cuſtodem rurſus elegerunt, confirmaruntque. Tunc cœperunt maximas, latiſſimaſque perluſtrare Regiones Indiarum: cũ ſtupendo & admirabili prorſus euentu. Tantus enim fuit eorum progreſſus, taliſque animarum fructus: vt tota ferè India videretur conuerti ad Chriſtum. Non enim centum aut mille ſacri vnda Baptiſmatis regenerarunt; ſed per centena millia, Chriſto auſpicante, ad fidem amplectendam accurrerunt. Dúmque impia factione Martini *Lutheri*, Europa innumeris ſcatet hæreſibus: tota America, alterius Martini à *Valentia*, opera, fidei pietatique Chriſtianæ colla ſubmittit. Martinus *Lutherus*, Monachus Auguſtinianus: Chriſti Vicarium contemnẽs, à priſca fide Catholica deficit: errori, ventri, & ſuperbiæ intendit: populos ad Atheiſmum deducit: Hæreſiarcham ſe conſtituit, omnibus vitiis indulget: peſſimè viuit, ac miſerrimè moritur. Martinus autem *Valentinus*, Religioſus Franciſcanus, Diſcalceatus, ſummi obedientiam Pontificis veneratus, Legati Apoſtolici munere fungens, idola diruit; fidem Chriſtianam diſſeminat: Religionem Catholicam longè latèque propagare ſatagit: veritati Euangelicæ annuntiandæ, vitæ auſteritati, & eximiæ humilitati vacat: nationes ampliſſimas ad Deum verum eiuſque vnicum filium Ieſum Chriſtum adducit: Indiarum Apoſtolum ſe præbet: virtutibus admirandis nitet: ſanctiſſimam vitam egit, ac miraculis glorioſus fœliciter migrauit ad aſtra, an. 1534. Ita Marcus Vliſſiponenſ. Gonzaga, Barezzus, ſup. lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 59. Rapinæus ſup. §. 8. 9. & 10. Ignatius le Gault, ſup. Item in Epiſtol. Dedicator. pro part. Hiemali ſuar. homiliar. Syluester Lauallenſis, ſup. Surius in Commentar. rerum ſui tempor. ſub an. 1558. Florimundus Ræmũdus, de Ortu, progreſſu, & interitu hæreſ. lib. 1. capite 4. §. 5. Chriſtophorus à Capite Fontium, ſup. Dũ Preau, De ſtatu, & ſucceſſu Eccleſiæ. Sedulius, Marietta, ſup. & Marianus, ac Toſſinianus. Daça cap. 4. 12. & Ioannes de Reyroles In Zachariam. cap. 1. verſ. 11. ſect. 1. quæſt. 2. paragr. ſecundo.

Quot verò fructus, circa Indorum ſalutem, ediderit B. ipſe Martinus à *Valentia*, cum ſociis; id deſume ex littera eiuſdem B. Patris, quã ſcripſit ann. §. 15.
1531. (cùm ſecundò Cuſtos ſancti Euangelij cuſtodiæ eſſet) ad Reuerendiſſ. Patrẽ Matthiam *Vveiſſen*, Ord. Minor. Generalem Commiſſarium Vltramontanum, ſub hac verborum ſerie: *Reuerendiſſime, & digniſſime Pater, Frater Martinus de Valentia, Cuſtodia ſancti Euangelij Cuſtos, ac cæteri Fratres Ordinis Minor. Regularis Obſeruantiæ, in noua nunc Hiſpania exiſtentes filij & ſubditi Reuerendiſſimæ Paternitatis veſtræ, fidelem ei obedientiam præſtamus, eiuſque manus oſculamur. Nos quidem in vltimis verſamur Orbis partibus, in India in Aſia Minori: vbi Chriſti Euangelium à filiis primùm veſtris annuntiatum eſt, & in aridis virgultis prodire fidem cœpit. Saluatoris enim gratia inebrians torrentes vino amoris ſui, hoc eſt, Euangelij, concionatores, in ſtillicidijs verborum ſuorum, plantas ſuas multiplicauit, vt enim verum dicamus, nec hyperbolo vtamur, pluſquam decies centum millia Indorum à filijs veſtris, baptizati ſunt. Vnus enim quiſque illorum, duodecim verò præſertim, qui mecum ſimul à Reuerendiſſimo Domino, Cardinali ſanctæ Crucis, & Patre noſtro, Fratre Franciſco de Angelis, Miniſtro tunc Generali, miſſi ſunt, pluſquam centum millia baptizarunt. Quiquidem omnes præter vnum me, Indorum idioma, vel vt verius dicã, diuerſiſſima eorum idiomata didicere: iiſque & concionantur, & myſteria fidei noſtræ innumerabilibus gentibus enarrant. Inter ipſos Indos nobiliorum & ditiorum liberi, magnam nobis ſpiritualis ipſorum ſalutis ſpem præbent. Hi enim à Religioſis noſtris, in vita & ſanctitate morum, nutriuntur noſtris in Conuentibus: viginti enim iam habemus conſtructos, conſtruunturque in dies alij, ſingulari in eiuſmodi opera Indorum propenſione. In domibus, quas ipſi iuxta Conuentus noſtros fabricant: in nonnullis quidem quingentos, in alijs non multò pauciores habemus, qui iam ſunt, Chriſtiana doctrina inſtructi, &c. ex noſtro Conuentu Tlalmanalco, iuxta magnam Mexici ciuitatem, 12. Iunij, anno 1531.*

Anno eodem, ſcilicet 1531. vir ſanctus, Frater §. 16.
Ioannes

Ioannes à *Zumaraga*: eiuſdem Ordinis Minor. alumnus: primuſque Mexicanus Archiepiſcopus, ea de re ſcripſit ad Reuerendiſſ. Miniſtrum Generalem electum, cæteroſque Patres vocales, Franciſcani Inſtituti, Regularis obſeruantiæ, in ciuitate Toloſana Regni Galliæ ſub feſto Pentecoſtes congregatos: hiſce verbis. *Reuerendi admodum Patres, ſcitote nos magnis laboribus detineri in conuerſione Infidelium, quorum Dei gratia, Religioſorum D. Franciſci Regularis Obſeruantia manibus, pluſquam decies centum millia baptizata ſunt; quingenta Idolorum templa ſolo aquata: pluſquam viginti millia Dæmoniacorum ſimulachrorum, ab his antea culta, confracta, & concremata: pleriſque in locis fabricatæ Eccleſiæ, atque Oratoria erecta: Dominicæ crucis vexilla iam ab Indis culta. Quodque admiratione cumprimis dignum eſt, cum in hac olim Mexicana vrbe ſolerent, Idolis ſuis pluſquam viginti millia cordium puerorum, puellularumque, quotannis in ſacrificiis offerre: nunc humana corda illa vniuerſa, non iam Dæmoni, ſed Altiſſimo Deo, innumerabilibus laudis ſacrificiis, Religioſorum noſtrorum doctrina & miniſterio offeruntur, &c.* Datum Mexici 12. Menſ. Iunij, anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo: harum litterarum meminerunt Gonzaga, ſup. in 1. & 12. Conuent. Prouinc. ſancti Euangelij. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 8. & 49. Rapinæus ſup. parag 9. & Sedulius. Eademque confirmant Chriſtophorus à Capite Fontium: Ignatius le Gault, ſupra. & homilia Dominicæ 6. poſt Epiphan. paragraph. octauo. Syluester Lauallenſ. ſupra. Guido Fabricius. Borderianus, in Epiſtola Dedicatoria ad Regem Poloniæ, & Galliæ Henricum III. initio Teſtamenti noui trilinguis à ſe editi.

§. 17. Vt autem id portentum omnibus credibile fiat: legantur exteri Authores: & indè vel inuiti veritatem apertis oculis intueantur, qui nobis haud libenter detrectant annuere. *Anno ſalutis* 1524. (inquit Surius) *venit in ciuitatem Mexicanam F. Martinus Valentinus cum duodecim Monachis, tanquam Papæ Nuntius, à Carolo Cæſare illuc cum auctoritate eiuſdem Pontificis miſſus; eodemque anno prædicauit ille in noui Orbis terra continente Euangelium Chriſti, & magnos illic progreſſus, magnaque incrementa, fides Chriſti accepit: & ea ipſa fides, quam Germani & plerique alij Europæi, à Martino Luthero, & alijs ſectariis malè perſuaſi, vt Papiſticam reijciant. Baptizabantur illic multa hominum millia: & cum antea plures ſimul vxores habuiſſent, dubitareturque quam ex omnibus retinere deberent: eodem anno Mexicana habita eſt Synodus ſolemnis, cui tanquam Papæ Vicarius præſedit Martinus Valentinus, in qua tandem diffinitum eſt: quòd qui fidem Chriſtianam cum omnibus Romana & Catholica ritibus complecterentur, ex omnibus vxoribus vnam tantum quam vellent, ducerent ritu Chriſtiano. Idola omnia ex Templis exturbabantur: Crux Chriſti, & ſanctiſſima Mariæ Virginis imago, in Templis reponebatur: Euchariſtia populis oſtendebatur: Miſſæ Sacrificium à Martino, & Collegis duodecim pateſiebat. Euangelium Catholico more piè & purè annuntiabatur. Indè verò paucis annis tot baptizabantur in ea noui Orbis plaga: vt alij ſepties dena centena millia, alij quater decies dena centena hominum millia, in ſolo illo Mexicano Regno baptizata retulerint. Magna etenim in eo noui Orbis eſt hominum copia: adeò vt in Inſula ſani Dominici, quindecies centena hominum millia fuiſſe reperiantur: & quandóque in proceſſione, centum millia hominum Chriſtiano more ceciderint virgis.*

Et, ô Diuinam prouidentiam! ô terribilem Deum in conſiliis ſuper filios hominum! ſeptimo anno poſt natum in Germania dogma Lutheranum: in nouo Orbe Martinus Valentinus, vita ſanctitate & miraculorum operibus inclaruit, & cæcis Gentibus Euangelij lucem ſinceram, quam Germania Martino Luthero, Apoſtata, infami duce, faſtidiuit, inuexit. Qua de re Catholici quidam hos verſus ſcripſere. §. 18.

Inuito potuit Romano Præſule Luther
Sacramenta Dei vellere, non premere.
Septem poſt annos validus Martinus in Orbe
Illa tuo repetit, maxime Carle, nouo.
Iſte duodenis ſociatus Fratribus, ipſum
Prototypum ſequitur legis Euangelicæ.
Hunc ſequitur (quemnam ſequitur Germania?)
Cæſar.

Et certum eſt, omnes Indos, & noui Orbis Carolini incolas, & accolas, fieri quotidie magis ac magis Chriſtianos. In Archiuis Caroli Cæſaris lectum eſt, vnum quemdam Sacerdotem ſepties centena hominum millia baptizaſſe: alium ter centum millia: alium centum millia: alios plures: alios pauciores. Eadem atteſtantur Ioſephus à Coſta in Hiſtor. Naturali ac Moral. Indiar. Oriental. & Occidental. Sedulius ſup. & Daça cap. 11.

Quid plura? nam exinde Fratres noſtri Franciſcani, velut apum examina ſeſe effundentes, Regna Mechioacanicum, & Xaliſcorum, Cibolam, Zacatecas, Gaſtecam, ſeu Panuçum, Floridæ conterminum: Chichimecas, Culiacanum, Iucatan, Perüanum Regnũ, Panama, Tucuman, Quito, Popaianum, Guatemala, Nicaragua, Coſtaricum, Chile, & alias ampliſſimas totius Indiæ Occidentalis, atque Americæ Regiones, & prouincias perluſtrarunt: Sinſicham, Mechicanorum & Xaliſcorum Monarcham, ſacri fonte Baptiſmatis ablutum, *Franciſcum* appellarunt: Reges Principes, Nobiles, & Commune vulgus Chriſto conſecrarunt: Templa, & Eccleſias extruxerunt: ad inſigniores Archiepiſcopatus & Epiſcopatus euecti ſunt: Parochorum officio fere vbique functi ſunt: & Confirmationis Sacramentum, vbi haud eſſent Epiſcopi conferebant: authoritate Apoſtolica ſibi collata à Leone X. Adriano VI. Pio V. &c. ſummis Pontificibus: Complures etiam prouincias erexerunt; quarum vna 70. Conuentus continebat. Hæc, & his ſimimilia operabantur: vt conſtat, tum ex Gonzaga, & aliis ſupra citatis authoribus: tum, ex iis, qui Indicas hiſtorias deſcripſere & hoc antequam Ieſuitæ pedem inibi fixerint: nam, teſte Hieronymo Plato lib. 2. de Bono ſtatus Relig. cap. 30. Mare in Indiam Occidentalem minimè traiecerunt, niſi ſub Philippo II. Rege Hiſpaniarum, qui Patri Carolo V. Imperat. ſucceſſit ann. 1555. vt diſertè notat Florimundus ſup. libro 5. cap. 5. §. 19.

Imò, qui Virginiam, Floridam, & Canadam, primò conſpexerint, ſeu incoluerint, aut explorauerint, fuerunt è noſtris Gallis Refformatis, prouinciæ ſancti Dionyſij ab anno Chriſti 1600. vſque nunc tẽporis: quo ſæculo plures Recollecti, Sacerdotes, Prædicatores & Laici illic profecti, Hurones, Irocos, Canadenſes, Coronatos, &c. populos peragrarunt: Dehinc domum ac Eccleſiam in loco Quebecenſi, ad oram fluminis ſancti Laurentij, extruentes; Deo inibi famulati ſunt, in conuerſione circumuicinorum popu- §. 20.

lorum: & in adminiſtratione Sacramentorum Gallis mercatoribus ibidem degentibus. Quando verò Ieſuitæ illuc appulerunt ann. Chriſti 1627. apud nos diuerſati ſunt: quos Fratres noſtri benignè ac charitatiuè, receperunt, ſecumque detinuerunt, quo vſque ſibi aliò hoſpitium fabricarunt. Dominus *de Champlain*, vir Clariſſimus; de *Canada*, ſiue *Noua Francia*, ſcripſit: ſimiliter & Theuetus tom. 1. Coſmograph. ſuæ, ac Iacobus Charron. cap. 148. 149. 150. 151. 152. Hiſtor. General. Galliæ. Ex noſtris verò Recollectis Venerabilis Pater Ioſeph *Carron*, Sacerdos & Concionator, in *Querimonia* nouæ Franciæ Canadienſis ad Franciam eius Germanam, ann. 1627. & F. Gabriel *Sagard*, Laicus, in ſua Magna peregrinatione apud Hurones, ann. 1632. & 1636. Itemque R. P. Claudius *Foullon* Capucinus Abbauillæus.

§ 21. Quantum verò attinet ad Indiam Orientalem: initium illius conuerſionis ad Chriſtum ſpectat, poſt Deum, ad Fratres Minores. Omnes enim fatentur Franciſcanos primos fuiſſe, qui huic operi operam dederint, deindè alios Religioſos: poſtremo Ieſuitas. Vide Daçam quarta parte ſup. libro primo cap. 43. Conſtat quatuor ex noſtris Franciſcanis, ob fidei Chriſtianæ prædicationem glorioſo martyrio occubuiſſe, ann. 1321. ſeu 1322. apud Tamnam Indiæ Orientalis Vrbem: quorum memoria apud aliquos huius patriæ Mauros, atque etiam Gentiles, adhuc extat ſignis admirandis glorioſa: qua de re, conſule Gonzagam 4. part. ſup. in Conuentu 10. Prouinc. ſancti Thomæ: nos enim de eis fuſius egimus 13. Aprilis ſupra.

§. 22. Demùm ann. 1500. cùm Sereniſſimus Emanuel, Portugalliæ Rex, inſtructam ex 13. nauibus claſſem, ſub Illuſtriſſimo ac ſtrenuo Duce, Petro Aluarez *Cabral*, ad Indos ſecundò paraſſet: octo Fratres Minores, viros vtique graues, doctos ac pios, Prouinciæque Portugalliæ alumnos, in ea tranſmiſit: quatenus ipſos Orientales Indos, poſtpoſito quocumque vitæ diſcrimine, ſuis prædicationibus atque exhortationibus Chriſto lucrifacerent. Quorum anteſignanus extitit R. P. Henricus à *Conymbria*: qui cùm ſolus, aliis ſeptem ſociis diuerſimodè ab illis Barbaris oppreſſis, atque illuſtri martyrio coronatis, ex tam famoſo certamine ſuperfuiſſet; plurimis exantlatis laboribus, cuſtodiam ſancti Thomæ erigere, atque plantare cœpit: quæ adeò excreuit, vt plurimis Prouinciis æquiparari, immò potius præferri optimè iure poſſit. Poſt verò fœlicem illam expeditionem in Luſitaniam reuerſus, eidem Regi Emanueli à ſacris confeſſionibus, ac tandem Cæptanus Epiſcopus: necnon & primus hæreticæ prauitatis Inquiſitor apud Luſitanos, fuit. Tres autem ex præfatis Fratribus pro Chriſto interierunt apud Calicutum, vbi prædicta claſſis peruenerat, de quibus 17. Decembris. Reliqui verò Cochinum perrexerunt, vt Regem Cochinenſem, eiuſque populum ad fidem conuerterent: quo in opere multa grauia paſſi ſunt pro Chriſto. Hæc ex Chriſtophoro à Capite Fontium. Gonzag. ſup. part. 3. in Prouinc. Portugalliæ. Item part. 4. in Prouinc. ſancti Thomæ. Willeto, Barezzo lib. 1. cap. 13. Sylueſtro Lauallenſi, Ignatio le Gault, Rapinæo, & Sedulio ſup. Oſorio lib. 2. Hiſtor. Portugall. paragr. 10. 19. & 26. Daça ſup. cap. 44. 45. Grauina & Couſino. ſup. Arnoldo. Mermannio in theſauro conuerſionis Gentium totius orbis pag. 141.

§. 23. Quibus autem exterorum magis arriſerit opinio: teſtimonium eorumdem afferemus in medium: ne in propria cauſa Iudices, aut ſoli teſtes videamur. Hieronymus Oſorius, Epiſcopus Algarbienſis nuper à nobis citatus lib. 2. de rebus Emanuelis Luſitan. Reg. ita ſcribit, *Miſit autem in hac claſſe quinque Monachos, Religionis opinione præſtantes, ex his qui Franciſci viri ſanctiſſimi mores & inſtituta ſequuntur.* Quinque autem ſolummodò numerat ea in expeditione Franciſcanos; quia tribus prioribus martyrio coronatis apud Calicutum, opera Samorini Regis; totidem nimirum hi quinque, remanſerant, qui exinde ſoluentes, vnà cum claſſis Præfecto, Petro Aluarez *Cabral*, Cochinum petierunt: nam eos fuiſſe numero octo teſtantur, & Platus, ſup. Boſius de Signis Eccleſ. Dei, tom. 1. lib. 4. cap. 2. Horatius Turſelinus lib. 2. cap. 1. vitæ ſancti Franciſci Xauerij. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 16. in Euentibus Memorabil. ex Iarrico lib. 1. Hiſtor. Ind. Oriental. part. 2. cap. 23 Spondanus ad ann. 1500. Status, Imperia & Principatus mundi, vbi de Goa. Maffeius lib. 2. hiſt. Indic. ſub init. Bzouius ad ann. 1500. §. 18. Barroſ. Decad. 1. lib. 5. cap. 1. Simplicianus tom. 1. part. vltim. Hiſtor. Ordin. Auguſtinian. De progreſſu Eccleſiæ in Oriente, per Auguſtinianos pag. 14. Nicolaus à Ieſu-Maria ſup.

Præterea ann. 1502. idem Portugalliæ Rex Emanuel, aliam Claſſem 13. nauibus extructam ſub Vaſco à Gama in Indiam tranſmiſit: qui fœliciſſimo itinere, ſecundiſque ventis Cochinum peruenit, atque poſt aliquot dies aduentantes ad ſe quoſdam Chriſtianorum Orientalium Legatos humaniſſimè atque honorificentiſſimè excepit: qui ſe iactabant, fidem ab Apoſtolo Thoma traditam adhuc conſeruaſſe, licet aliquot errores ſanæ doctrinæ Apoſtolicæ poſtea admiſcuerint; à quibus tamen per Dei gratiam, fratrum noſtrorum opera, & fideli prædicatione, reuocati ſunt. Nam audita eorum Legatione, mutuam, arctiſſimamque ſecum contraxere amicitiam: & ſæpius Fratres Minores ad eos diuertebant. Gonzaga part. 4. in Prouinc. S. Thomæ. Barezzus lib. 1. cap. 14. Rapinæus paragr. 4. ſup. & Daça ſup. cap. 46. ex Oſorio ſup. & hiſtor. Orientis part. 1. lib. 1. cap. 13. & aliis. §. 24.

Porrò idem Rex Luſitanus adiecit, an. 1505. præcedentibus aliam Claſſem, multò maiorem, multóque inſtructiorem; cui illuſtrem Franciſcum ab Almeida (quem & Indiæ Proregem creauit) præfecit & aliquot Franciſcanos Fratres ſecum deducere voluit: qui Prorex ita ſtrenuè munus ſuum exequutus eſt, vt antequam in Indiam peruenerit, Moſambicum littus atque Melindem, eorumque Reges, Luſitano ſubiugarit Imperio. In qua quidem deditione, non parum Fratrum Minorum quos ſecum habebat, virtus enituit: cùm alius militum vulnera alligauerit, alius acceleratam morientium confeſſionem exceperit, alius militem ad pugnam cohortatus ſit, & alius cruces, Chriſtianaque vexilla fœliciſſimè erexerit. Tum Proregi Canonori agenti quidam Frater Minor, *Ludouicus* nomine, cum Legatione Regis Narzingæ obuenit: qui perhumaniter exceptus, auditus, & donis cumulatus, reuerſus eſt ad præfatum Narzingę Regem. Gonzaga, Barezzus cap. 15. Rapinæus §. 5. Maffeius lib. 3. ſup. & Daça ſup. cap. 45. ex hiſtoria Orientis 1. part. lib. 1. cap. 17. §. 25.

Anno interim 1510. Alphonſus Albuquerchius nouus Indiæ Prorex Goam famoſam Indorum ciuitatem viriliter expugnauit, Regiſque Emanuelis ditioni ſubdidit, atque Franciſcanis Fratribus, qui ea in expugnatione diligentiſſimam operam pro ſuo munere nauarunt, locum ad vnius Conuentus ædificationem §. 26.

nem propè Maurorum delubrum, aſſignauit: quem Rex præfatus, iuxta eius, qui Eboræ in Luſitania conſtructus eſt, formam ædificari voluit. Ex hoc itaque Conuentu tanquam ex quodam ſeminario egreſſi Religioſiſſimi ac zelantiſſimi Fratres, alij claſſi congregabantur: alij Xenodochiis præerant, infirmiſque aderant: alij Barbaris illis nationibus atque Gentilibus, verbum Dei proponebant, prædicabant, atque conuerſos ſacro regenerationis lauacro purificabant: alij vero factoriis (ſic enim domus, in quibus aromata in Portugalliam deferenda conſeruantur, appellitari conſueuerunt) aſſiſtebant: vt Luſitanis Canori, Cranganori, Cochimi, Coilani, atque Goæ, agentibus, Sacramenta miniſtrarent. Et, vt paucis multa perſtringam, quicquid in India Orientali per 40. continuos annos laboris fuit, ſiue in infirmis curandis, ſiue in Infidelibus conuertendis, ſiue in Catechumenis inſtruendis, ſiue in conuerſis in officio continendis, ſiue in Sacramentis miniſtrandis, ſiue etiam in aliis operibus charitatis exercendis: Id totum ex Franciſcanorum humeris pependit. Extat ab hac & alia domus Franciſcana, quæ noſtris Patribus Recollectis inſeruit, aliquantulum à Goa ciuitate, in ipſa fluuij margine erecta. Qua de re, vide Gonzagam, Barezzum, Rapinæum, Daçam cap. 47. Ignatium le Gault, Maffeium lib. 8. & alios ſupra.

§. 27. Itaque haud mirum eſt, ſi noſtri Franciſcani, tot Reges, ac Principes Chriſto lucrifecerint: ſi tot Regnis, Nationibus, ac Prouinciis lumen fidei annuntiarint, ſi tantos denique populos & gentes ſacri fontè baptiſmatis abluerint, nam primi omnium ibidem Chriſtum prædicarunt. Fana idolorum deſtruxerunt: cruces, altaria & templa vero Deo dicarunt: Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & frequentiùs Parœchias rexerunt, atque Paſtorali officio ſtrenuè functi ſunt. Inde enim emerſit tanta concionatorum eximiorum copia, taliſque Martyrum Franciſcanorum multitudo: vt de Eccleſia Indica, poſſit verificari, quod dè vniuerſali effatus eſt Tertullianus, in Apologetico. *Sanguine Martyrum fundata eſt Eccleſia, ſanguine creuit.* Hinc meritò illuſtriſſimus Chriſtophorus à Capite Fontium, Cæſarienſis Archiepiſcopus (qui & Generalis totius Seraphici Ordinis nonnumquam extitit) de Franciſcanis ea omnia ſincera mente reuoluens, aiebat. *In Indias etenim etiam Orientales, quæ hodie Regi Portugalliæ parent, primi & ipſi prædicandæ fidei cauſa, longiſſima & periculoſiſſima nauigatione traiecere: vbi multis ad fidem conuerſis populis, ædificatiſque Eccleſiis & Monaſteriis quamplurimis: multa Regna, oppida, Prouincias, & vrbes, Chriſti imperio ſubiugarunt. Idque antequam ſodalium nominis Ieſu inſtituta Religio foret: quibus ſi primam illarum gentium conuerſionem quiſquam attribuere vellet: ſumma noſtros, alioſque Mendicantes Religioſos iniuria, debitam illis ſuffurando laudem, affecerit. Iam enim per quadraginta adminus annos, antequam quiſquam illuc perueniſſet Ieſuita; gentes illas Chriſto noſtri, verbi Dei falce metebant, &c.* Cui & Hieronymus Platus, licet Ieſuita, libentiſſimè annuit: teſtificans ſuos alumnos Ieſuitas, omnium vltimos aduenisse in has plagas Orientales. Nam poſtquam narrauit primam miſſionem Fratrum Minorum ad Occiduas Indias, ann. 1493. confeſtim ſubijcit de eiſdem Franciſcanis. *Atque eodem penè tempore ad Orientalem Indiam Emmanuelis Luſitani Regis auſpiciis à Vaſco Gama, patefactam, ann. 1500. miſſi ſunt Euangelij cauſa, ex eadem familia, viri octo, tum doctrina, tum pietate præſtantes. Ab his initiis hic Ordo per eas Regiones diffuſus, multiplicatis breui tempore domiciliis, tredecim, vt ipſi vocant prouincias inſtituere: in quibus magnam Chriſtianæ rei operam nauarunt, & adhuc nauant. Ad eoſdem labores paulò poſt, ideſt, anno Domini 1505. nauigauere etiam Dominicani, qui item multa illic præclarè geſſere: deinde Auguſtiniani: poſtremo loco Societas Ieſu, quæ in Orientalem Indiam Ioannis Luſitani Regis rogatu, per Franciſcum Xauerium introducta eſt, ann. 1541.*

§. 28. Hæ autem Prouinciæ Fratrum Minorum ita excreuerunt, vt ad 12. peruenerint, Conuentus quingentos, & ſupra continentes, vltra complura Collegia, pro inſtruenda Indica iuuentute. Fabulantur, totoque cœlo errant, qui putant Ieſuitas primùm Collegia illic aperuiſſe, gratis quidem id dicitur, & nonnullis placet: ſed quàm alienum hoc ſit à veritate hiſtorica, ex ſubſequentibus patebit: nec gratis refellere, quiſquis iudex ſit, optamus. Sanctus Franciſcus Xauerius, ex Luſitania ſoluit, in Indiam Orientalem, ann. 1541. Tunc Goanus Epiſcopus erat B. Ioannes *Albuquerkius*, vir inſigni ſanctitate præditus, ex noſtris Recollectis prouinciæ Pietatis aſſumptus, de quo ſup. 16. Iunij. Immò, ſi Horatio Turſelino ſup. credimus, nulli adhuc in tota India Religioſi aderant, præter Franciſcanos: inter quos maximè tunc eluxit virtus F. Iacobi *Borbani*, Minoritæ, in conuerſione Indorum haud ſegniter laborantis. Illuc igitur adueniens ſanctus Franciſcus Xauerius præfatum inuiſit Beatum *Ioannem* Goanum Epiſcopum, ab eoque benedictionem accepit: inde Cochinum pergens apud Franciſcanos diuertit: à quibus benignè & comiter eſt exceptus: ex Turſelino ſup. & cap. 2. 3. 4. 5. 10. & lib. 3. cap. 17. Petro Ribadeneira in vita eiuſdem D. Franciſci Xauerij. Galterio ſæcul. 16. & Iarrico tom. 3. hiſtor. Ind. Oriental. lib. 6. cap. 7.

§. 29. Cùm itaque fratres noſtri cernerent Patres Ieſuitas ex peculiari inſtituto iuuentutis intendere profectui, partem Collegiorum, quæ per annos 50. tunc vſque laudabiliter tenuerant, ipſis Ieſuitis liberè reſignarũt: vt ad excellentiora munia, his relictis, pergerent obeunda, nempè diſſeminationem Euangelij, prædicationem Verbi Diuini, conuerſionem animarum, adminiſtrationem Sacramentorum, &c. quę Religio Seraphica tanquam proprium finem amplectitur: charitatem proximi, litteris addiſcendis præferens, veluti quid poſterius ac ſecundarium, ſeu minus principale. Scio hoc beneficentiæ ſignum Seraphici Ordinis erga Ieſuitas, à modernis actibus impreſſis D. Franciſci Xauerij, fuiſſe expunctum: quod tamen in prioribus exemplaribus legebatur ad plenum; vnde, haud ſine cauſa, hac de re, maximè conqueritur R. P. Ignatius le Gault, tract. de ſanctitate Eccleſ. Roman. pag. 175. ſup. partem verò alteram horum Collegiorum retinuerunt nunc vſque Fratres noſtri: cuius meminerunt Gonzaga, Rapinæus, & idem Ignatius ſup. Nicolaus Albaſpina in Notis ad 1. Capitulum Regulæ noſtræ Minorit. Sedulius ſup.

§. 30. Exinde Fratres noſtri ad alia Regna properarunt, nempe Zeilamum ann. 1540. Braſilienſe, Chineſe, Sinenſe: ad Inſulas quoque Salomonis, vel Philippinas, vbi Franciſcani Recollecti primò lucem Euangelij diffuderunt. Prouinciam ſancti Gregorij, ſub Gregorio XIII. Papa condiderunt, & pluribus Cuſtodiis initiũ dederunt: quod intuenti præfatos Authores perſpicuè patebit. Regnum Iapponiorum eximit Platus, & alij eiuſdem inſtituti ſequaces: qui volunt Ieſuitas primos direxiſſe greſſus in illud: quod ita ſibi vendicare pio

Digitized by Google

animo ſtuduerunt, vt ſoli eo in regno laborarent in Euangelio diſſeminando, per Breue Apoſtolicum Gregorij XIII. Papæ. Verùm id accuratius perpendens Sixtus V. Pontifex maximus, eam ſuſtulit ſingularitatem, Generalem licentiam Fratribus Minoribus, authoritate Apoſtolica, denuò innouans ac confirmans, videlicet, prædicandi per omnes Indias Occidentales & Orientales: nonobſtante dicta Gregorij XIII. conſtitutione. Quapropter, hac fretus poteſtate B. Petrus *Baptiſta*, cum quinque aliis Recollectis, & 17. Fratribus Tertiariis id Regnum ingreſſi, ann. 1593. martyrium poſtea pro Chriſto ſubiere, ann. 1597. non procul à ciuitate Nangazachio, de quibus 5. Februarij egimus: quos meritò Iapponij protomartyres vocamus. Nam primi omnium crudelia paſſi, mortis ſententiam exceperunt. Tres verò Ieſuitæ, poſteriores fuere. Ab eo tempore, Franciſcani noſtri Recollecti Chriſtianiſmum in Iapponio auxerunt mirum in modum: Reges, Principes, Nobiles, atque populos innumeros ad Chriſtum conuertentes: qua de re, vide ſup. ad 5. Februar. Hæc ex Gonzaga par. 4. ſup. Mendoſa, part. 2. Hiſtor. Chinenſ. lib. 3. cap. 5. 7. 9. 10. 12. 14. 20. 21. 22. 24. 25. 26. & Salazare lib. 3. cap. 15. Chron. Prouinc. Caſtellæ. In quorum omnium laudem quidam Author pius hæc cecinit.

Vos, ô qui primùm extremos properaſtis ad Indos,
Vt noſſent verum pectora cæca Deum.
Quàm bene pro tali veſtrum pietate cruorem
Fudiſtis? maior ſe feret inde ſeges,
Ne quicquam ferro proſcinderet arua colonus,
Semine ni grauidos ſpargeret imber agros.
Cernitis, vt magno creſcat iam fœnore meſſis:
Et veſtra vberior ſit labor ille nece.

§. 31. *Beata Iſabella, Virginis.* f] Illuſtribus piiſque parentibus nata eſt, videlicet Ludouico VIII. Galliarum Rege Chriſtianiſſimo, & Blancha Caſtellæ Regina, ann. 1220. Quæ tantoperè Chriſti amore ſuccenſa extitit, vt ab infantia Chriſto virginitatem ſuam deuouerit: & extructo Monaſterio *Longi-Campi*, ſub auſpiciis S. Ludouici Regis, fratris ſui, inibi vitam ſanctiſſimam duxerit: vſque ad ann. 1269. quo obiit. Propter frequentiam miraculorum eius, *Beata* declarata eſt à Leone Papa X. qui & Adriano *Boyſſio*, Gallo, Tituli ſanctę Sabinæ Cardinali, in Gallia Legato Apoſtolico, iniunxit, vt de hac B. Virgine Officium componeret, decantandum in die feſto ipſius, vti patet ex Bulla Pontificia, ſub Datum Romæ apud S. Petrũ, ann. 1520. die 11. Ianuar. Pontificatus ſui anno 8. Quamuis autem ſpiritum Deo reddiderit die 23. Februarij: in hanc tamen diem tranſlata eſt eius ſolemnitas: tum ratione Quadrageſimæ, quæ ſæpè eo tempore adueniens, impediret illius octauam: tum ob commodiorem opportunitatem de ea, menſe Auguſto, feſtum agendi, vnà cum fratris ſui ſancti Ludouici Regis ſolemnitate.

§. 32. Contendit Brulius, lib. 3. Antiquit. Pariſ. pag. 1257. haud verum eſſe ipſam B. Iſabellam, habitum Religioſum induiſſe, minuſque profeſſionem emiſiſſe, ſed ſolùm vltima ſua voluntate demandaſſe, corpus ſuum veſtitum habitu Monaſtico ibidem ſepeliri: quod quidem abſque ratione aſſeritur, nimiſque audacter dicitur: cùm Antiquiores Authores, & vetuſta Ordinis Minor. monimenta, virique grauiſſimi, contrarium planè conſtanterque enuntient; Nangius in Chronic. ad ann. 1259. Iornandez, Marianus, & alij omnes, infra. Quæ quidem veritas apertè cernitur in præfato Reſcripto ſummi Pontificis Leonis X. pro Inquiſitione vitæ & miraculorum, ac Beatificatione ipſius D. Eliſabeth; cuius initium tale eſt.

Leo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Adriano S. Sabinæ Presbytero Cardinali, in regno Franciæ, noſtro & Apoſtolicæ Sedis Legato de Latere, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. §. 33.

PIis omnium, præſertim deuoti feminei ſexus, perſonarum, ſub ſuaui Religionis iugo, Altiſſimo famulantium, Votis, illis præſertim, per quæ Propheta docente, in ſuis ſanctis Deus laudari valeat, ac Diuini cultus, cum perſonarum earumdem ſpirituali conſolatione, augmentũ ſuſcipiat, libenter annuimus: & ad id noſtræ ſollicitudinis partes impartimur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Dilectarum in Chriſto filiarum, Abbatiſſæ modernæ, & Conuentus Monaſterij Monialium de Longo-Campo, Ordinis S. Claræ, Pariſienſis Diœceſis, petitio continebat; quòd cùm in Eccleſia dicti Monaſterij, Beatæ Eliſabeth, glorioſiſſimi S. Ludouici quondam Regis Franciæ ſororis (quæ etiam, dùm in humanis ageret, tanquam æternæ beatitudinis amatrix, & prepulſato fragilis viri thoro, ac abiectis mundanis illecebris, ipſi Altiſſimo vota ſua, in pacis amœnitudine, exſoluere cupiens, Monaſterium ingreſſa, & ordinem huiuſmodi expreſſè profeſſa, ſub Religionis iugo inibi famulatum præſtare, & vitam ſanctimonialium ducere, quo ad vniuerſæ carnis viam, prout Altiſſimo placuit, ingrederetur, indefeſſè non deſiuit) corpus reconditum honorificè exiſtat: & eiuſdem B. Elizabeth, poſt cuius ab hac luce tranſitum, Voce è cælo, vt piè creditur, emiſſa, & cæt. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1520. tertio idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno octauo.

A. COLOTIVS.

Eadem continentur in litteris prædicti Eminentiſſimi Cardinalis, quibus teſtatur ſe per omnia iuſſis & ordinationibus Summi Pontif. obtemperaſſe: his verbis factum enarrans. *Adrianus, miſeratione diuina, S. Sabinæ S. R. E. Presbyter Cardinalis de Boyſſi, vulgariter nuncupatus, Albienſis Epiſcopus, ac Abbas Commendatarius inclytorum Monaſteriorum, Beatæ Mariæ Burgidolenſium, & ſanctiſſimæ Trinitatis Fiſcannenſis, Ordinis ſancti Benedicti, Diœceſis Bituricenſis & Rothomagenſis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentium, in hac parte à Sede Apoſtolica delegatus. Notum facimus omnibus, quibus intereſt, aut intereſſe poterit, quod die 27. menſis Septembris anno Domini 1521. in Caſtro de Vatan, eiuſdem Diœceſis Bituricenſis, pro parte Procuratoris modernæ Abbatiſſæ, & Conuentus Monialiũ de Longo-Campo Ordinis S. Claræ,*

Digitized by Google

Cldra, Diœceſis Pariſienſis, fuit nobis præſentatum, & exhibitum Reſcriptum Apoſtolicum, inſtantibus Abbatiſſa, Conuentu, præfatis, impetratum, tenoris ſubſequentis. Leo, Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, &c. vt ſup. quo recitato, & narratione rerum à ſe eo in negotio geſtarum expoſita: vocatur inibi ipſa B. Eliſabeth, prædicti Monaſterij Monialis.

§. 34. Iterum, ann. 1636. ad Sedem Apoſtolicam pia ſupplicatio delata eſt ab Abbatiſſa, & Conuentu Monialium eiuſdem Monaſterij: qua humiliter ac inſtanter poſtulatur facultas, *Eiſdem, vt ſepulchrum ipſum Beatæ Eliſabeth, loco amouere, & de incommodo & indecenti ſitu, in aptiorem & honeſtiorem tranſponere: cineres verò & oſſa eiuſdem B. Virginis, illic, vbi melius viſum fuerit, congrua cum reuerentia reponere, &c.* Harum piis benignè annuens votis Summus Pontifex Vrbanus VIII. rem totam committit Ordinario loci, per Breue Apoſtolicum, ſub Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem 10. Calend. Septemb. Pontificatus ſui anno 14. Eo itaque recepto diplomate, ſupplicatio ab iiſdem facta eſt illuſtriſſimo Pariſienſi Archiepiſcopo, qui partibus auditis, ſuos deputat Commiſſarios DD. *De Contes.* Cancellarium Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis, & *Du Sauſſay*, vtriuſque iuris Doctorem, Eccleſiæ Parœchialis SS. Lupi & Ægidij in eadem Vrbe Paſtorem, necnon Protonotarium Apoſtolicum; vna cum Promotore & Secretario Archiepiſcopatus, ſub Datum Pariſiis, die 30. Ianuarij anno 1637.

Signatum, BALDVINVS.

§. 35. Hac igitur Metropolitani authoritate ſuffulti, ad præfatum Monaſterium de Longo-Campo ſe conferunt, omnia per ordinem accuratè ſcrutantur, munuſque ſibi commiſſum debitè exequuntur, feria 3. Aprilis 7. anno 1637. vti conſtat ex eorum proceſſu verbali ſuper his confecto. Tum, re delata ad Archiepiſcopum, decernit ipſe illic profectionem, eoſdemque Commiſſarios fore præſentes iubet, ad aperturam ſepulchri, & Tranſlationem Reliquiarum, omniaque parari mandat per ſuas litteras 22. Maij eiuſdem anni. Quæ omnia completa ſunt die Iouis 4. Iunij, menſis ſequentis, præſente ipſo Reuerendiſſimo Archipræſule, vna cum DD. *Sauſſayo* præfato, Nicolao *Rouſſeau* Protonotario Apoſtolico, & Promotore generali, &c. Adſtantibus Abbatiſſa, cum totius Conuentus Monialibus: & RR. PP. Confeſſariis, aliiſque Religioſis viris, prout plenius continetur in inſtrumento publico, ea de re, conſcripto, ſignato, atque ſigillato. Hæc autem gratanter inſpexi ac legi, apud præfatum D. *Sauſſayum*, teſtem oculatum, & totius rei geſtæ, necnon Bullarum ac litterarum iſtius negotij Depoſitarium: virum vtique litteris & pietate, ac ſolertia exultum; quem ſperamus propè diem ea omnia fuſiori quidem ſtylo, ſed non minore eloquentia editurum in lucem; in ſuis Commentariis Apodicticis, qui Martyrologium Gallicanum à ſe iam confectum ann. 1637. vndequaque dilucidabunt ac fulcient.

§. 36. Soror Agnes de *Haricuria*, Neuſtria, Virgo illuſtriſſima, Abbatiſſa 3. præfati Monaſterij Longi Campi Ordinis Sanctæ Claræ Vrbaniſt. necnon domeſtica & familiaris ipſius B. Iſabellæ Virg. Legendam paruam M. S. de vita ac miraculis B. Iſabellæ compoſuit: quæ adhuc extat in eadem Abbatia. Hanc, fuſiori ſtylo, Vir Clariſſimus Sebaſtianus Roliardus I. S. Melodunenſis, & in ſuprema Curia Franciæ Aduocatus, prælo cudendam dedit Pariſiis. Agunt de B. Iſabella virg. quamplurimi Authores, veluti Ionuilleus cap. 85. vit. S. Ludouic. Reg. Franc. at edition. recentior. pag. 261. Iornandes cap. 234. hiſtor. vniuerſal. part. 9. ad ann. 1259. Tillius in ſuis Memoral. Titul. de Bellis, & Tractat. inter D. Ludouicum Reg. & Anglos. Bzouius tom. 13. Annal. Baronij ad ann. 1230. numer. 2. & 1241. numer. 18. & tom. 14. ann. 1317. §. 24. Cantipratanus lib. 2. Apum. cap. 29. in fin. Coluenerius ibid. in notis. Regium M. S. Borboniad. cap. 35. vitę S. Ludouici Reg. Matthæus Pariſ. de Geſtis Anglor. ſub Henrico III. ad ann. 1251. Nangius, Nicolaus Gillius, Hallianus, Belforeſtius, Æmilius, Charronus, Dupleix, &c. In Ludouico VIII. & IX. Regibus Franc. Laſſeræus in vita S. Ludouici Reg. Renatus Benedictus, ibid. Gonzaga part. 3. Orig. Seraph. Relig. in Monaſterio humilitatis Virginis, Longi-Campi, quod eſt 8. Prouincię Franciæ. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. in 2. Ordin. Minor. Marianus lib. 2. cap. 20. Victonus. tract. de Antiquo ac moderno vſu Canoniſation. SS. cap. 28. ex Luca Caſtellino. Myræus in Elogijs Iſabellar. San Marthani lib. 6 Hiſtor. Genealog. Domus Franc. Sauſſayus In Martyrolog. Gallican. hac die & 11. Decemb. Iacobus Rinaldus in Lilijs. part. 2. cap. pag. 307. vbi præclara illius geſta complectitur, eaque notis illuſtrat: ſed mendosè illic addit Conradum Friderici Ænobarbi Imperatoris filium reſpuiſſe in coniugium: cùm ille Conrardus eſſet Friderici 2. filius Waſſeburgius lib. 5. Antiquitat. Gall. Belgic. in Ioan. Epiſcopo 53. Virdunenſ. fol. 355. Platus de Bono ſtatus Religioſ. cap. 27. Thielmanſ. tom. 1. & 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Iaulnayus de vita & miraculis S. Reguli Syluanectenſis Epiſcopi ſub. 54. Epiſcopo. pag. 118. Itemque ſub Epiſcopo 56. pag. 124. & 125. ac ſub Epiſcopo. 78. pag. 165. Wadinghus ad ann. 1252. §. 1. tom. 2. Annal. Minor. item ad ann. 1254. §. 33. & 34. & in Regeſto Pontificio, ſub Vrbano IV. Bulla 7. vbi vocatur, *Præcipua imitatrix honeſtatis & ſanctimoniæ.* Item ad ann. 1260. §. 60. & 1263. §. 23. P. Matthæus lib. 1. hiſtor. S. Ludouici Reg. pag. 63. & 70. item lib. 3. pag. 265. Hyppolitus Raulinus, in Panegyrico Antiquitat. ac nobilitat. Florum Lilior. cap. 12. §. 11. Hilarion à Coſta lib. 1. hiſt. Cathol. in vita Leonis X. Pap. pag. 84. Poireus tract. 1. de triplici Corona B. Virg. Mar. cap. 12. §. 47. Elzearius lib. 2. Montis Oliueti cap. 5. Firmament. trium Ordin. Minor. tract. 1. ſub General. Miniſtro 14. & part. 2. ſub initio. Salazar lib. 5. Chronic. Prouinciæ Caſtellæ cap. 20. Ioannes Bachotus in Faſtis Chriſtianis, ſub 31. Auguſti, cui dat hoc Elogium.

Ædita Regali Francorum ſtirpe (quis auſit
O magnum verbum dicere?) parua fuit.

Alludit enim ad inſignem eius humilitatem: quæ (more ſolis, qui meridiana luce altiſſimus, vmbras minores emittit) ſic claruit in Monaſterio præfato Longi-Campi, de Humilitate B. Mariæ dicto. Item die 19. Nouemb. vbi de S. Eliſabetha Hungara. Vitalis de Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. S. Franciſci. Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 13. vbi de Sanctis & Illuſtribus Viris. Itē in Euentib. memorabilib. qui tamen hallucinatur, dum ſcribit illam ſpretis mundi illecebris, Religioni Monaſticæ nomen dediſſe, vnà cum B. *Ioanna*, Regis Nauarræ filia: quà de re ſuperius ad 3. Iulij, vbi de ea B. *Ioanna*. §. 37.

Digitized by Google

§. 38. Huic autem Monaſterio Alexander IV. Regulam dedit, ann. 1259. quam Vrbanus IV. confirmauit, ann. 1263. porrò huiuſce Archimonaſterij odor ſanctitatis, ſic vbique peruolauit: vt ſub ipſius Regula, plura Aquitaniæ Monaſteria ann. 1259. viuere ſummè exoptauerint: idem egerunt Monaſterium Sanctæ Catharinæ iuxta Pruuinum, in Brya, ann. 1264. & Guiſchiæ propè Bleſenſe oppidum ad Ligerim, &c. Item Londinenſe, & Vvaterbechenſe, Elienſis Diœceſis, in Anglia, ann. 1295. teſte Vvadingho tom. 2. ſup. Ex quibus omnibus duo refelluntur in Arnoldo *Vvione*, lib. 4. Ligni vitæ cap. 29. Primum. Hanc B. Iſabellam faciens Benedictinam Monialem profeſſam: ſecundum eamdem minimè fuiſſe ſanctitatis titulo exornatam aſſerens: hæc enim duo planè reijciunt, confutant, ac denegant omnes præfati ſcriptores.

SEPTEMBER.

SEPTEMBER.

Kalendis Septembris.

MONTIS-GVISCARDI, in Occitana Prouincia, Natalis Beati [a] Antonij cognomento Abbatis; qui cùm eſſet Guardianus Conuentus Montis-Guiſcardi, ab hæreticis interceptus, egregio Martyrio, pro conſtanti Catholicæ fidei defenſione, coronatur. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [b] Venantij, Confeſſoris, miræ charitatis, pietatis & ſanctitatis viri: qui vna cum vigintiquinque Fratribus è Conuentu Pariſienſi in cœlum tranſlatus, viſus eſt inter Seraphinos collocari. Bibliæ, in Corſica Inſula, Beati [c] Martini à Roccha, Confeſſoris: ad cuius ſepulchrum Dæmones horreſcunt & fugantur. Caneæ in Creta Inſula, Beati [d] Ignatij Apirenſis, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, multos ad Chriſtum adduxit, & poſt obitum miraculis claruit. Alcarazij in territorio Toletano, Beatæ [e] Catharinæ Aluarez, Virginis.

SEPTEMBRIS PRIMA DIES.

§. 1. *Beati Antonij, &c.* [a]] Hoc oppidum Montis-Guiſcardi extat in Septimania, ſeu regione Occitana, quinque ferè leucis diſtãs ab vrbe Tholoſa, in cuius Diœceſi adeſt illud oppidum: iuxta quod conſpicitur ipſe Conuentus Fratrum Minorum denuò reædificatus, provt vidi anno Chriſti 1615. Agit autem de B. Antonio Martyre Illuſtriſſimus Gonzaga, de Origine Seraphic. Relig. part. 3. vbi de præfato Conuentu, qui eſt 32. Prouinciæ Aquitaniæ Antiquioris. *Cùm enim* (inquit) *ſuperioribus diebus venerabilis Pater Antonius Abbas, loci Guardianus, ſubditorum ſibi rebus prudenter conſulturus, proximius oppidum peteret, ab hæreticis interceptus, illuſtre ſub eorum manibus martyrium pro fide Chriſti, atque Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ atque Romanæ confeſſione, & teſtificatione conſtantiſſimè pertulit.* Eadem refert Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 15. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Paſſus eſt autem ann. 1568.

§. 2. *Beati Venantij, Confeſſ.* [b]] Iſte B. Venantius erat Frater Laicus, magnæ virtutis & ſanctitatis vir: cuius officium erat in Conuentu Pariſienſi, veſtes habituſque aliorum Religioſorum conſuere ac reſarcire: & quamuis eſſet omnium Fratrum vltimus, meruit tamen ob ingentia merita in cœlis præ omnibus ſublimari. Horum meminit S. Antoninus 3. part. Hiſtor. Titul. 24. cap. 9. §. 8. vbi agens de Reuerendiſſimo Patre Bona-Gratia 10. Miniſtro Generali totius Ordin. Minor. ſic addit: *Hic Generalis aliquando narrauit, quòd tempore, quo Pariſius in choro Fratrum, fuerunt triginta cellæ aſſignatæ, regente tunc Ordinem Minorum Fratre Bonauentura; quædam mulier magnæ ſanctitatis, vidit orans, triginta Fratres mortuos Pariſius. Hæc autem mulier diſtabat à Pariſius per decem & ſeptem leucas. Ex illo autem prædicto numero, vidit quinque ad Purgatorium deferri, viginti quinque euolare ad gloriam: quorum vltimum vidit collocari in Ordine Seraphin: & ille talis vltimus fuit & reuelatus, quòd erat quidam conuerſus, nomine Venantius, vir miræ charitatis; non enim ſecundum gradum, vel ſcientiam, ſed ſecundum latitudinem charitatis, præmium menſuratur.* Hæc ille, quem ſequitur Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronic. Minor. lib. 4. capite 25. §. 1. Gonzaga part. 1. ſup. vbi de BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinian. lib. 1. Hiſtor. Seraph. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Alexius de Salo, In Methodo amandi, & ſeruiendi Virg. Deiparæ. cap. 14. Ex quibus apparet B. Venantium, & alios præfatos BB. Fratres floruiſſe circa annum Chriſti 1260. nam S. Bonauentura fuit electus Generalis ann. 1256. rexitque Ordinem multo tempore, nempe vſquequo ad Cardinalatum aſſumptus eſt: qua de re vide ſup. ad diem 14. Iulij.

Beati Martini à Roccha, Confeſſ. [c]] Florebat ann. §. 3.
1565. cuius meminit Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 13. poſt Gonzagam part. 2. ſup. in Conuentu Biblienſi, qui eſt 4. Prouinciæ. Corſicæ. *In cuius tamen Eccleſia* (inquit) *B. cuiuſdam Patris Martini oſſa tumulata iacent. Is ſiquidem B. Pater, fidelibus à malignis ſpiritibus diuexatis, præcipuè verò ab*

Digitized by Google

anno Domini 1568. *opportunè adeſt: nam & Ioannem quendam Capacinum, patria Corſum, & Cortincam Ioannis Baincij uxorem, & Raphaelem Bradum: equidem à Dæmonibus miſerrimè afflictos, atque ad eius ſepulchrum adductos, ſpiritibus huiuſmodi nequiſſimis procul profligatis, ſuaſque Tartareas ſedes repetere compulſis, liberauit. Quapropter Corſi quotquot habent Dæmoniacos hunc locum petere compellunt.*

§. 4. *B. Ignatij, Confeſſ.* [d]] Sacerdos erat ac Concionator egregius, qui à Mario Capucinorum Generali, in Cretam, quæ Candia hodiè nuncupatur, ſub Commiſſarij Generalis titulo miſſus, vt ea in Inſula Religionem propagaret: illuſtria ibi clarioris virtutis ac ſanctimoniæ teſtimonia præbuit; vir quidem ingenio admirabilis fuit; Græcam atque Hebraicam linguam optimè callebat. Qui cùm & diuini verbi prædicatione, ac cœleſtis vitæ inſtitutione totam ferè Inſulam ad pietatem perduxiſſet, atque inde *Cretenſis Apoſtoli* ſibi apud eos populos nomen comparaſſet: Caneæ mortale corpus depoſuit, circa ann. 1570. poſt obitum verò, tot cœpit coruſcare miraculis; vt ob eorum numerum & magnitudinem, maximamque populi venerationem, plures lampades ante ipſius ſepulchrum accenſæ ſint & appenſæ. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucin. ad ann. Chriſti 1569. §. 52. & 53. ex M. S. Prouinciæ Marchiæ.

B. Catharina Aluarez, Virg. [e]] Summa humilitate, charitate, & oratione prædita: obijt Alcarazij in Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ, quod eſt 8. Prouinc. Carthaginenſ. iuxta Gonzagam ibid. part. 3. ſup. & Vvadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1486. §. 34. §. 5.

QVARTO NONAS SEPTEMBRIS.

Beuaniæ, in territorio Fulginenſi, paſſio Beatorum [a] Iacobi & Philippi, Martyrum. Magduni in territorio Aurelianenſi, Beati [b] Ioannis, Teudriqui, Martyris: qui in perſecutione Hæreticorum Caluiniſtarum, plurimis exquiſitiſque pœnarum generibus afflictus, demùm crudeliſſima morte, illuſtris martyrij curſum confecit. In Italia, Beati [c] Alberti Piſani, Confeſſoris: pietate, doctrina, & zelo Regularis Obſeruantiæ conſpicui: qui ob ingentem vitæ perfectionem, Prouincialatus munere functus eſt in Anglia, Germania, & Hiſpania; ac tandem totius Ordinis Seraphici Generalis electus, breui poſt tempore ad beata præmia migrauit. Fabriani in Picœno, Beati [d] Maximi Zanzalini, Confeſſoris: vita & eruditione inſignis. In ciuitate Pactenſi [e] apud Siciliam, Beati [e] Antonij de Ceriatana, Confeſſoris; vitæ mirabilis, & Dæmonibus formidabilis. In Mexico, Beati [f] Ioannis Oſorij, Confeſſoris: qui generis nobilitate, humilitate, atque oratione pollens, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino. Conchæ in Territorio Giennenſi, [g] Beatę Mentiæ Veles de Cœlis, Virginis.

SEPTEMBRIS II.

§. 1. *Beatorum Iacobi & Philippi, Martyrum.* [a]] Scribunt de eis Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronicorum. Minor. lib. 9. cap. 33. §. 3. ad annum 1377. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. eodem anno §. 1. & 2. & 1390. §. 5. Iacobillus de SS. Fulginatib. hac die, in vita eorum, ex Actis M. S. B. Iacobi à Beuagno, Dominicani. Nam cùm tyrannidem Trincij de *Trincis*, magna conſtantia deteſtarentur, & Beuaniæ in publico foro, modò populum ad tollerandam à Deo fortaſſis immiſſam pro peccatis vindictam, piè hortarentur: modò tyranno crudelitatem, & innocentum iniuſtam oppreſſionem audacter obijcerent: à ſatellitibus, verberibus opprobriiſque defectos, Tyranni iuſſu, alij occiderunt ſub veſperam huiuſce diei, ann. 1377. quorum corpora ignominiosè ad aliorum terrorem proiecta, decreuerunt die ſequenti proijci in prolabentem fluuium Topini. Ille verò, in cuius conſpectu pretioſa eſt mors ſeruorum ſuorum, noluit ſine honore in aquis ſepeliri: verùm mirabiliter naturæ immutato ordine, contra impetuoſum curſum fluminis aſcendere fecit arcam, in qua iam à piis viris condita erant eorum corpora, vſque ad Pontem à ſancto Magno nuncupatum, ſine velis, vel ramis, aut ductore aliquo. Quod miraculum cernentes viri non pauci, Arcam ad littus traxerunt; detractoque operculo, viderunt ſacra corpora religioſè compoſita, recenti vulnere hiantia, & ſuauiſſimum odorem ſpirantia; quibus ſignis iudicarunt, pios viros propter iuſtitiam occubuiſſe. Re delata ad Fulginates, Clerus obuiam proceſſit, & funebri pompa, ea in vrbem, mox ad Eccleſiam Cathedralem S. Feliciani deduxit. Sed præ foribus oportuit hærere: nulla enim vi, arte vel induſtria Templo huic potuerunt inferri. Interim inſolito tinnitu, nullo trahente, reſonant campanæ ædis Franciſcanæ: quibus miraculis non immeritò crediderunt omnes ſatis perſuaſum iri, his Martyribus deberi ſepulchrum apud ſui inſtituti conſodales. Illuc proindè directa totius populi & Cleri ſupplicatione, magno honore in ſacello ad dexteram Altaris præcipui, nobili tumulo condita ſunt: vbi in hunc diem fidelium patent venerationi. Paulò poſt, vltus eſt Dominus ſanguinem ſeruorum ſuorum: periit enim miſerabiliter *Trincius* è feneſtra præcipitatus, & carnificinæ authores, qui gladio percuſſerunt, gladio perierunt.

B. Ioan. Martyr. [b]] Hic cùm eſſet prædicator eximius, & ſæpè in oppido Magduno concionaretur: ab hæreticis tandem comprehenſus, & atrocibus excruciatus tormentis, pro fide ac Religione Catholica, Martyrij coronam, conſtantiſſimo animo excepit, circa ann. 1572. Memoratur à Gonzaga part. 3. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu Magdunenſ. qui eſt 13. Prouinc. §. 2.

Digitized by Google

13. Prouinc. Turon Pictauienſ. V vadingho tom. 6. ſup. ad ann. 1459. §. 60.

§. 3. *B. Alberti, Confeſſoris.* [c]] Dùm Seraphicus Pater S. Franciſcus ſemel atque iterum Piſis prædicaret, plures ſuæ adſcripſit militiæ, ſed præ cæteris notiores B. *Agnellum*, ſeu *Angelum* Piſanum (de quo ſup. 13. Martij) & *Albertum* etiam Piſanum, ann. 1211. quos idem D. Franciſcus poſtea ablegauit in Galliam, ann. 1216. indéque in Angliam; vbi B. ipſe Angelus, primus Prouincialis Miniſter factus, ſucceſſorem habuit in eodem munere hunc B. Albertum, ſocium prius amantiſſimum, ann. 1219. Hinc euocatus in Germaniam ab eodem Patre D. Franciſco, ſuffectus eſt B. *Cæſario* Spirenſi (de eo 1. April.) in Miniſtrum Prouincialem Teutoniæ, ann. 1223. à quo tamen abſolutus ann. 1227. tandem Hiſpaniæ Prouincialis electus eſt: & ad totius Ordinis Generalatum aſſumptus ann. 1239. & à Pont. Max. Greg. IX. confirmatus, in Capitulo Generali Romæ celebrato. Vir fuit verè probus, & vndequaque perfectus, magni zeli & virtutis ad res magnas obeundas à natura factus; ſed intra paucos menſes conſummatus in breui, expleuit tempora multa, diem vltimum claudens eodem anno menſe Septemb. circa feſtum Natiuit. Virg. Mariæ, cuius mortem non ſolùm planxit vniuerſus Ordo, ſed & ipſe Pontifex, qui hominem valde dilexit. Agunt de eo S. Antonin. 3. part. hiſtor. Titul. 24. cap. 7. §. 1. & cap. 9. §. 2. Peregrinus Bononienſ. in Excerptis Ordin. Minor. M. S. Marianus lib. 1. cap. 7. §. 21. cap. 11. 12. 15. Chronic. Saxon. M. S. ad ann. 1223. & 1227. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Franciæ & Angliæ. Item in Generalib. Minoritis. Firmamentum trium Ordin. Minorum tract. 1. in Memoriali Ordinis, & Speculum Fratrum Minor. part. 1. ibid. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronicor. Minorum lib. 6. cap. 31. & part. 2. lib. 1. cap. 6: Gonzaga part. 2. ſup. vbi de Generalib. Ordin. & 3. part. in Prouinc. Saxoniæ S. Crucis: & Argentinenſ. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1211. §. 25. 1216. §. 2. 1219. §. 32. 41. & 42. 1223. §. 23. 1227. §. 4. 1239. §. 7. & 8. Volaterran. lib. 21. Antropolog. & Miræus in ſcriptoribus. Eccleſ. cap. 402. volens eum ſcripſiſſe, inter alia, *Chronicon* ab orbe condito vſque ad ann. 1256. quod Helmſtadij ann. 1587 cum ſcholijs hæreticis eſt editum.

§. 4. Succeſſorem fuiſſe B. Ioanni Parenti in Prouincialatu Hiſpano, aſſerit V vadinghus ad ann. 1211. §. 25. & 1239. §. 7. quod nos omninò negamus. Nam. B. Ioannes de *Plano* Carpini ſuffectus eſt huiuſmodi B. Ioan. Parenti, non B. Albertus, vt & ipſemet V vadinghus fatetur, ad ann. 1230. §. 16. ex Chronico Saxon. M. S. Circa tempus & modum electionis B. Alberti in Generalem: errat etiam Toſſinianus, ſcribens eum ann. 1236. abſentem Angliæ Prouincialem electum fuiſſe: quem tamen antiquiores authores volunt adfuiſſe ann. 1239. pro ſui officij ratione in iis Comitiis Generalibus, vbi & primam Miſſam cantauit. Vide V vadinghum ad ann. 1239. parag. 7. Rexit Ordinem tribus menſibus, & paulò plus, nempe, à 15. die menſis Maij, vſque ad initium menſ. Septembris: vt proindè reijciendi ſint, qui illi 4. aut 6. menſes, & amplius tribuant. Poſtremò hic B. Albertus longè alter eſt ab alio Alberto, Germano, Stadenſi prius Benedictino Abbate, deindè Minorita, & hiſtorico: quos tamen V villotus in Athenis Orthodoxis Franciſcan. & Poſſeuinus in ſuo Apparatu, perperam confundunt: provt rectè annotauit V vadinghus ſup. ad ann. 1219. parag. 32. & 1240 §. 4.

B. Maximi, Confeſſ. [d]] Memoratur à Chronico Fabrianenſi M. S. ad ann. 1268. & Wadingho tom. 2. §. 5. ſup. eodem anno. parag. 3. inter præcipuos illos pios viros; qui Fabriani doctrina & ſanctitate claruerunt: quippe, qui vltra ſanctam vitam, in liberalibus artibus, ſacra Theologia, & Iure Canonico optimè verſatus eſſet.

B. Antonij, Confeſſ. [e]] Fuit admirabilis Iſte B. Frater Laicus, & tantæ ſuper malignos ſpiritus poteſtatis, §. 6. vt viuentis præſentiam ferre, neque ad defuncti ſepulchrum ferri, ſuſtinerent. Teſte Caetano in Idæa operis Siculi, & V vadingho tom. 7. ſup. ad ann. 1478. §. 75.

B. Ioan. Oſorij Confeſſ. [f]] De hoc nobiliſſimo, atque ſanctiſſimo Laico Religioſo, ſcribunt Gonzaga part. §. 7. 4. ſup. in Conuentu Mexicano (qui eſt 1. Prouinciæ S. Euangelij) quo vitam finiuit ann. 1581. cùm habitum Ordin. Franciſcan. induiſſet ann. 1542. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 42. Marianus lib. 2. cap. 37. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat.

B. Mentiæ, Virg. [g]] A varijs periculis mirabiliter §. 8. eſt erepta, tum demum, in eius morte, auditi ſunt cōcentus Angelici, & cœnobij campana, nullo mouente perſonuit. Ita Wadinghus tom 5. ſup. ad ann. 1450 §. 42.

TERTIO NONAS SEPTEMBRIS.

VIriæ in Neuſtria, Diœceſis Baiocenſis, Beatorum [a] Martyrum Iuliani Maigneſij, Ioannis Bunij, Guillelmi Montani, Ioannis item Merenſis, Diaconi: qui poſt ludibria, aliaque ab hæreticis perpeſſi ſupplicia, illuſtre martyrium pro defenſione Sedis Apoſtolicæ ſubiere. Maſuracæ, in Calabria, Beati [b] Petri à Belcaſtro, Confeſſoris: eximiæ ſimplicitatis, humilitatis, atque ſanctitatis viri. In monte Arenarum, Diœceſis Abulenſis, Beati [c] Ioannis de Ieſu, Confeſſoris: qui humilitate, abſtinentia necnon ſilentio atque patientia adornatus, cum Domino virtutum, viuit in gloria. In Hiſpania apud Monaſterium Ciuitatenſe, Beatę [d] Hadabonæ, Virginis: quæ charitate, oratione, omnique genere virtutum clara, miraculis continuis elucet.

Digitized by Google

SEPTEMBRIS III.

§. 1. BEatorum *Iuliani, Maigneſii, &c. Martyrum.* [a]] Nobilis fuit Sacerdos B. Iulianus *Maigneſius*, qui ab Hugnoſticis hæreticis Viriæ comprehenſus, ac plurimis primùm iniuriis, grauiſſimiſque tormentis exagitatus, ſuffocatus tandem, in Domino obdormiuit. B. verò Ioannes *Bunius*, Sacerdos & Concionator eximius, eorumdem hæreticorum gladiis confoſſus, diem clauſit extremum. B. Guillelmus *Montanus*, ſiue de *Monte Magno*, inſignis prædicator, ab ipſiſmet Caluiniſtis captus, atque naribus, auriculiſque truncatus, poſtremò repetitis bellicorum tormentorum ictibus confoſſus, & laqueo ſuſpenſus, animam exhalauit. At B. Ioannes à *Meer*, ſeu *Merenſis*, Diaconus: ſub eorumdem manibus perfidorum, poſt plurima perpeſſa ludibria, manibus, maxillis, naribus ſibi præciſis, in rapidum flumen proiectus, ibidem tormentorum glandibus confoſſus, vitam glorioſè finiuit. Horum illuſtre Martyrium commemorant Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronicorum Minorum lib. 9. capite 59. Fauſtinus Taſſo, in Hiſtor. ſui temporis. Thomas Bouchierius in Hiſtor. Eccleſ. Martyrum Obſeruantinorum Fratrum Minorum. Barezzus 4. part. Chronicorum Minorum lib. 5. cap. 14. ann. 1568. die 13. Septembris. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de huiuſce Ordinis Martyribus ſui æui tempore pro Chriſto paſſis ann. 1563. At 3. part. eiuſdem operis in Conuentu S. Michaëlis Archangeli Viriæ, qui eſt 19. Prouinciæ Franciæ Pariſienſis, ſub ann. 1568. illorum agonem reponit, die 3. Septembr Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Aurelian. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Daça 4. part. Chronicorum Minorum lib. 3. cap. 51. & 58. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1491. §. 77.

§. 2. *B. Petri à Belcaſtro, Confeſſ.* [b]] Vixit ann. 1520. Eius ſacrum corpus iacet Meſuracæ, in Eccleſia Conuentus S. Mariæ de Gratiis, quod poſt multos annos ab eius tranſitu, incorruptum inuentum eſt: & hanc ob cauſam alio in loco honorificentius reconditum, vbi deuotè colitur. Memoratur à Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 5. Prouinc. Calabriæ. Barezzo item ſup. lib. 1. cap. 40. aiuntque hunc B. profeſſione fuiſſe Laicum. Wadingho tom. 5. ſup. ann. 1429. §. 10.

§. 3. *B. Ioannis, Confeſſoris.* [c]] Ex Abula vrbe oriundus, nobili genere natus eſt, necnon Sanctæ Matris Tereſiæ de Ieſu ſobrinus. Ab ineunte ætate, pietati & litteris, virtutique operam dedit; tantumque in eis profecit, vt omnes ſibi coætaneos iuuenes longè ſuperaret. Sexdecim annorum factus, habitum Seraphici Ordinis, in Conuentu Sanctæ Andrææ de Monte Arenenſi, (qui eſt 6. Prouinciæ Sancti Ioſephi Diſcalceator.) ſumpſit: vbi ſuæ virtutis multa præſtitit indicia. Nam humilitate ſic emicuit, vt & vilioribus officiis ſe indignum iudicaret; ſilentium ſummè excolebat, miræ abſtinentiæ erat; quippe qui abſque carne, & piſce, frequentiùs panem tantum & aquam, cum aliquo iuſculo, pro refectione ſumeret. Ieiunia Eccleſiaſtica & Regularia exactiſſimè, multoque cum rigore, ſeruabat: ſed in die Paraſceues, & Sabbato Sancto, nil ferè comedebat. Ponè ſequebantur vigiliæ continuæ, & diſciplinæ omninò cruentæ. Solitudinem ſic adamabat, vt non niſi ex obedientia, Eccleſiam, cellam, vel chorum egredi viſus ſit. Parùm cum fratribus, minuſque cum ſæcularibus, pertractabat. Ambulabat iugiter veluti abſorptus & eleuatus in orationem ad Deum: vitam ducens propè Angelicam. Sæpius, brachiis in modum crucis extenſis, preces effundebat, necnon niſi genuflexus orationi vacabat. Paralyſi detentus, patientia eius inſigniter eluxit: qui tandem cunctis Sacramentis ſingulari cum deuotione ſuſceptis, obdormiuit in Domino. Vide Ioannem à Sancta Maria, part. 2. Chronicorum Prouinciæ Sancti Ioſeph. lib. 4. cap. 6. ad ann. 1595.

§. 4. *Beata Hadabona, Virginis.* [d]] De ea Gonzaga part. 3. ſup. in Monaſterio Sanctæ Claræ vrbis Ciuitatenſis, Hiſpanicè, *Ciudad Rodrigo*, quod eſt 1 Prouinc. Sancti Michaëlis: hæc ſcribit, *In medio Eccleſiæ choro admirandæ ſanctitatis Religioſa, ſoror Hadabona, cui & lapidea imago ibidem erecta eſt, ſepulta quieſcit. Hæc tantoperè, dùm viueret, in omni virtute, præcipuè verò in charitate atque oratione profecit, vt ſtatim poſt mortem, miraculis clarere meruerit. Quamobrem & Monialibus & Sæcularibus commendatiſſima eſt: & tum iſti, tum quoque illa, hauſta ex eius ſepulchro terra ad pellendam febrem quatriduanam vtiliter, atque pro voto vtuntur.* Eadem referunt Barezzus ſup. lib. 2. capite 13. ſub annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum. Wadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1240. paragraph. 28. & Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. libro quarto, capite decimo ſexto.

PRIDIE NONAS SEPTEMBRIS.

GErtrudi-Bergæ apud Batauos, Beati [a] Guillelmi Goudani, Martyris: qui in perſecutione Geuziorum hæreticorum tentus, primùm colaphis & pugnis cæditur, deindè ludibrio, & opprobriis laceſſitus, detruditur in tenebricoſum putidumque carcerem; ad vltimùm indè extractus, ſuſpendio necatur. In Gallicia, Beati [b] Petri de Almanco, Confeſſoris: qui virtutis ac profeſſionis ſuæ extitit amator integerrimus, & vnus fuit ex primariis fundatoribus Regularis Obſeruantiæ in Luſitania. Aquilæ in Veſtinis, Beati [c] Maſchij, Aquilani, Confeſſoris: qui mira ſimplicitate & oratione extatica fulgens, innumeris etiam miraculis enituit. Viterbij, Sanctæ [d] Roſæ Virginis, Tertiariæ: quæ humilitatis & pietatis operibus vacans, Spiritu Prophetico, ſigniſque admirandis emicuit.

Digitized by Google

SEPTEMBRIS IV.

§. 1. BEati Guillelmi Goudani, Martyris.[a]] Fopponis filius erat, à patria autem *Goudanus*, *Gandanus*, ſiue *Gandauus* cognominatur. Hic prodijt ex Conuentu Louanienſi fortis athleta Chriſti; qui tametſi Louanij profeſſus non fuerit, tamen illuc ſtudiorum cauſa miſſus, pietatis ſemina in bona ſui pectoris terra ſuſcepit; quæ ſuo tempore, anno videlicet 1572. ſub Geuziorum hæreticorum perſecutionis rabie, glorioſum martyrij fructum pullularunt. Nam Gertrude-Berga, Hollandiæ oppido, ab ipſis hæreticis capto, ſub finem Auguſti, eiuſdem anni 1572. comprehenſus eſt ipſe B. Guilleimus: qui alapis & pugnis in faciẽ cæſus, ac opprobriis & ludibrio vexatus in teterrimum, fœtidumque carcerem conijcitur, quo in certamine in quintum vſque diem, (qua de morte triumphum egit) ita continuis precibus, piiſque colloquiis (quæ cum ſuo quodam B. Ioanne *Volgelſangio*, Tretiario, concaptiuo miſcebat) die noctuque ita ſpiritum roborare ſatagebat, vt voti compos factus, nullo priſcorum martyrum cenſendus ſit inferior, quemadmodum paſſionem eius legenti (quam breuitati ſtudens omitto) facile liquet. Vinciendas manus libentiſſimè protulit, quas lictor impius ita ſtrictè funibus alligauit, vt ex omni parte ſanguis difflueret. Ductus ad ſupplicium ſcalamque cum aſcendiſſet, dixit: *Domine, dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt.* Horaque ſui tranſitus imminente ſæpè ea verba eructauit: *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.* Sicque pietate, fide, eruditione, ac conſtantia, patientiaque clarus, ſuum ſuſpendio compleuit ſeptuagenarius martyrium, die 4. Septembris, feria ſexta: in hoc etiam ſuo Redemptori conformis. Hiſtoriam ſcripſerunt complures; Illiuſque alij fuerunt memores: nempe Guillelmus Eſthius lib. 4. Arnoldus Swanius, cap. 29. Gonzaga 3. part. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu Louanienſ. qui eſt 1. Prouinciæ Germaniæ Inferior. Item part. 1. in ſacris Martyrib. eiuſdem Ordinis, in eadem Prouincia apud Belgas, & Raiſſa in Auctario ad Natales Sanctor. Belgij, hac die, ex 2. Decadis lib. 4. Petri Opmeeri. Daça 4. part. Chronic. Minorum libro tertio, capite 70. Henricus Sedulius in hiſtor. Seraph. ſub fin. Fauſtinus Taſſo, hiſt. ſui temporis. Thomas Bouchierius Eccleſ. hiſt. Martyr. Franciſcan. Obſeruant. Barezzus 4. part. Chronic. Minorum lib. 7. cap. 1. 2. 3. & 4. Hilarion à Coſta lib. 2. hiſtor. Cathol. pag. 366. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Boſius tom. 1. lib. 12. cap. 22. Toſſinianus lib. 2. hiſt. Seraph. Fernandus lib. hiſtor. Eccleſ. 3. cap. 40 Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Boenerus, in Hiſtor. Delineation. Martyr. Franciſcan. German. Inferior.

§. 2. *B. Petri de Almanco, Confeſſ.*[b]] Aduertendum eſt anno Domini 1392. orto ſchiſmate in Romana Eccleſia, & bellis ingruentibus inter Caſtellæ atque Portugalliæ Reges, aliquot Gallæcos atque Caſtellanos Patres Luſitaniam veniſſe: hac nacta occaſione, ad reformandum Ordinis Franciſcani ſtatum, exædificandaſque aliquot ædes Obſeruantiæ. Qui proindè meritò dici potuerunt Fundatores ſtrenui, atque propagatores primarij Regularis Obſeruantiæ in Portugallia extitere. Inter quos locum haud infimum obtinuit hic B. Petrus *Almancus*, ſeu de *Almanco*, profeſſione Laicus: cuius opera, extructi ſunt Conuentus S. Franciſci de *Orgens*, non longè ab vrbe Viſontio: & Conuentus Sancti Antonij à *Caſtanheira*, Diœceſis Vlyſſiponenſis. Atque iam ſenex & prouectæ ætatis, in Gallæciam, vndè oriundus erat, cum licentia Superiorum reuerſus eſt: ibique ſanctò fine quieuit. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 23. & 24. Gonzaga ſup. part. 1. vbi de Origine Regularis Obſeruantiæ in Portugallia. Item part. 3. in Prouincia Sancti Antonij Portugall. & in Conuent. 5. & 7. eiuſdem Prouinc. Toſſinianus lib. 2. hiſt. Seraph. Wadinghus tom. 4. Annalium Minorum ad ann. 1392. §. 6. & 22. Item tom. 5. ann. 1410. §. 22.

§. 3. *B. Maſchij Aquilani, Confeſſ.*[c]] Hic etiam Laicus erat profeſſus, qui vir humillimus, ſumméque ſimpliciſſimus, atque adeò in oratione, Diuinorumque myſteriorum contemplatione aſſiduus, feruenſque fuit, vt ſæpius à terra eleuatus, aërique tantū innixus, à fratribus viſus ſit: quamobrem Deo gratiſſimus extitit, prout & rei euentus comprobauit. Nam vix ſanctiſſima illa anima eius corpus deſeruerat, quando innumeris miraculis, in miſerorum ſolatium, coram frequentiſſimo cœtu, qui ad eius funeralia conuenerat, coruſcare cœpit: ſepultuſque eſt Aquilæ in Conuentu Sancti Iuliani, qui eſt 2. Prouinciæ Sancti Bernardini. Memoratur à Gonzaga ibid part. 3. ſup. & Barezzo ſup. lib. 1. cap. 50. ſub. ann. 1526. *Melchiorem* illum appellante: ſed malè: vt patet ex libello de vita illius à Beato Bernardino de *Foſſa* conſcripto; & Mariano lib. 5. cap. 33. Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 8. cap. 44. ann. 1517. Wadingho. tom. 5. ſup. ad ann. 1415. §. 26. & tom. 6. ad ann. 1460. §. 21. à quo nominatur *Thomas*, ſiue *Thomaſius*, alijs corruptè *Maſſius*, vel *Maſchius*, & *Aprutinus*.

§. 4. *B. Roſæ, Virg.*[d]] Virtutibus & miraculis præclara euaſit per Italiam, præcipuè in Tuſcia, huius Virginis Tertiariæ memoria. Plures de ea extant Legendæ M. SS. & excuſæ, ſed incertis authoribus. Vltimam ſcripſit Hieronymus Victorius, Canonicus Viterbienſ. qui ait mortuam eſſe menſe Aprili: ſed aguntur de ea ſolemnia, & canitur Miſſa propria Viterbij 4. Septemb. quo die à primo ſepulchro celebriter tranſlata eſt ab Alexandro IV. ad ædem ſanctimonialium Damianitarum, quæ ea de re Eccleſia S. Roſæ cognominatur. Agunt de ea, Septembr. 4. Martyrolog. Rom. Baronius ibid. in Annotat. Martyrologium Ordin. Præd. Philippus Ferrarius in Catalog. SS. & in Topographia Martyrologij Romani verb. *Viterbium*. Godonus In Chronic. SS. Deiparæ ſæcul. 12. ad ann. 1252. Balinghen. In Calendar. Virg. Mariæ hac die: & Brautius, in Martyrolog. poëtico. Cornelius à lapide Comment. in acta Apoſtol. cap. 12. & 13. Odoricus tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1252. §. 7. Thielmanſ. tom. 1. & 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Toſſinianus lib. 1. ſup. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. Fœminis Tertiariis Franciſcan. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 9. cap. 25. & part. 2. lib. 2. cap. 15. qui vult ipſam obijſſe circa ann. 1261. Bzouius tom. 13. Annalium ann. 1254. Baronius verò perueniſſe vſque ad tempora Alexandri Pap. IV. At conſtat mortuam eſſe ann. 1251. vel 1252. tempore Innocentij IV. quod latè probat Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1252. §. 6. & ſeq. ex litteris Pontificiis, incipiunt, *Sicut in Sanctis ſuis*, ſub Datum Peruſij 7. Calend. Decemb. ann. 10. eiuſdem Innocentij IV. ann. 1252. pro miraculorum eius

Digitized by Google

proceſſu efformando: quarum etiam meminit Ciacconius in eod. Pap. Eadem fecere poſtea ipſe Alexander IV. & Calixtus III. Algezira de ea, in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Salazar. lib. 6. Chronicorum Prouinciæ Caſtellæ cap. 21. Vuadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1236. §. 19. Syluerius Razzi in vitis SS. Ethruſcor. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. ex Bulla Pauli III. Pap. Marulus lib. 4. hiſtor. ſacrar. Relig. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationib. ſup. Regul. Tertiarior, fol. 38. De Buſtis 2. part. Roſarij Quadrageſimal. ſerm. 27. part. 2. Valerius De SS. Fœminis Ordinis Minorum lib. 2. cap. 10. qui (vti nonnulli alij) eam vocat *Claram*. Carolus 8. Galliarum Rex Chriſtianiſſimus, in reditu ſuo ab expeditione Neapolitana, Viterbium adiens, in die Pentecoſtes, viſitauit corpus ipſius S. Roſæ Virg. Vide Additiones ad Monſtreletum volumin. 3. ad ann. 1495. fol. 225.

NONIS SEPTEMBRIS.

TVrringæ in Perſide, Beati [a] Gentilis à Matelica, Martyris: qui pro Chriſto à Sarracenis occiſus eſt. Sanſeuerini in Picœno, Beati [b] Peregrini à Falerono, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli; qui cùm genere & eruditione fulgeret, per humilitatem, ac pietatem, ſummumque Dei amorem, viam ſibi parauit ad cœleſtia. Fabriani, in Marchia Anconitana, Beati [c] Raynerij, Confeſſoris, miraculis clari. In Latio, Beati [d] Nicolai de Canino, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. In Hybernia, Beati [e] Ioannis à Gautfordio, Confeſſoris. Medamæ in Calabria, Beati [f] Pauli Sinopolitani, Confeſſoris, Sancti Bernardini Senenſis ſocij: qui oratione, zeloque Regularis diſciplinæ flagrans, Prophetiæ dono, & miraculorum gloria admodum enituit. Carnoti in Gallia, Beati [g] Petri Morſelini, Confeſſoris: pietate, vitæque ſanctitate conſpicui. In Mexico, Beati [h] Franciſci de Ledeſma, Confeſſoris: qui totius virtutis ac perfectionis ſpecimen factus, multis, quos in Religione educandos ſuſceperat, profuit ad ſalutem. Romæ, Beatæ [i] Margaritæ Sulmonenſis, Virginis Abbatiſſæ: [k] Quæ Monaſtica obſeruantia floruit, & pluribus donis, ac cœleſtibus imbuta gratijs, vſque ad ſupremum orationis, contemplationiſque apicem peruenit.

SEPTEMBRIS V.

§. 1. BEati Gentilis, Martyris.* [a]] Picœns erat natione, ex *Matelica* oriundus qui zelo fidei accenſus traiecit in Ægyptum: cúmque linguam Arabicam omninò neſciret, nec eam addiſcere valeret, cœlitùs ſibi infuſa eſt, ita vt deinceps illam perfectè calluerit. Itaque cœpit in Euangelij diſſeminatione ſtrenuè laborare, & conuerſioni infidelium totis viribus intendere: cúmque Sarraceni multos ex ſuis cernerent, illius opera fieri Chriſtianos, B. Gentilem pluribus tormentis affectum occiderunt, ann. 1340. apud Turringam in Perſide ciuitatem. Cuius corpus illuſtriſſimus Marcus *Cornarius*, poſtea Venetorum Dux, ſecum deferens, Venetias attulit, fratribuſque Minoribus dono dedit. Miraculis in vita & poſt obitum claruiſſe conſtat. Agunt de eo, Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. D. Antonij ſanctit. illuſtrib. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronicorum Minorum lib. 8. cap. 44. §. 3. Toſſinianus lib. hiſtor. Seraph. Relig. Cornelius à Lapide, Comment. in Acta Apoſtol. cap. 2. verſ. 4. Platus de Bono ſtat. Relig. lib. 2. cap. 30. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſc. Ignatius le Gault, de ſanctitate Rom. Eccleſ. cap. 2. ſect. 2. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Wadinghus tom. 1. Annal. Minorum ad ann. 1225. parag. 24. & tom. 3. ad ann. 1340. §. 16. Salazar. lib. 2. Chronic. Prouinciæ Caſtellæ cap. 12. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1332. §. 14. Nicolaus à Ieſu-Maria, in Apologia perfectionis vitæ ſpiritual. propoſition. 59. pag. 118.

B. Peregrini à Falerono, Confeſſ. [b]] Quomodo vocatus fuerit ad Ordinem Seraphicum à Sancto Franciſco, habes ſup. Februar. 7. qui licet nobilis ac litteratiſſimus eſſet, & in vtroque iure perfectiſſimus, viam tamen humilitatis & ſimplicitatis obſecutus, iuxta præfati Patris D. Franciſci vaticinium, Laicorum fratrum numero aggregari voluit: vndè breui tempore ad maximam virtutum perfectionem perueniens, gratia compunctionis, & amoris Dei mirè in eo relucebat. Itaque Chriſti amore totus ſuccenſus, & martyrij deſiderio flagrans, Hieroſolymam perrexit, loca ſancta illic viſitaturus, pro ſua pietate ac deuotione: qua peregrinatione expleta redijt Italiam. Demùm virtutibus plenus, ad Chriſtum, quem ſemper toto corde dilexit, lætus greſſus direxit; obijtque, ante & poſt obitum clarus miraculis. Scribunt de eo Piſanus ſup. in Prouinc. Marchiæ. Item fruct. 10. part. 2. & lib. 2. fruct. 6. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. ſup. lib. 1. cap. 114. & lib. 6. cap. 55. Toſſinianus, & Gonzaga ſup. Vvillotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. verb. *Peregrinus*. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1220. §. 7. & 1233. §. 44. qui ſcribit in Addition. 26. corpus eius ſub altare S. Ludouici requieſcere: cuius dens appoſitus alijs malè habentibus, dolorem omnem frequenter expellit. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 19. Picquetus ſup. ait iacere Bononiæ, ſed mendosè. §. 2.

B. Raynerij,

§. 3. *B. Raynerij, Confeſſ.* [c]] Patria Fabrianenſis erat, plebanus Eccleſiæ ciuitatis, cui Seraphicus Pater D. Franciſcus fuit pluries confeſſus, à quo & præmonitus eſt huius mox ſuſcipiendi Inſtituti, ſicque factus Frater Minor: per triginta annos ſanctam & laudabilem vitam duxit in Ordine, multis à Domino clarificatus miraculis, moritur ann. 1268. apud Fabrianum. Vide Wadinghum ſup. tom. 1. ann. 1215. parag. 22. & tom. 2. ann. 1263. parag. 21. ac 1268. parag. 3. poſt B. Franciſcum Fabrian. in Chronic. Marchiæ M. S. & Toſſinianum lib. 2. in Cuſtodia Æſina.

§. 4. *Beati Nicolai de Canino, Confeſſoris.* [d]] Hic Eremi Ciuitellæ nonnumquam extitit incola; interfuitque exequiis B. Margaritæ Columnæ, ann. 1284. (de qua 30. Decemb.) qui cùm in funere ipſius Virginis ſacrificium offerret, apparuit illi glorioſa. Memoratur à Wadingho tomo ſecundo, ſup. paragraph. 11. anno 1284.

§. 5. *B. Ioannis à Gantfordio, Confeſſ.* [e]] Famoſus fuit vitæ ſanctitate fratribuſque diem mortis ſuæ longè ante prædixit. Illius meminere B. Ioannes Piſanus lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. Hyberniæ. Gonzaga, Picquetus, ſup. ſed rectius nominatur *Nicolaus* ab eodem Piſano ſup. lib. 1. fruct. 11. in eadem Prouinc. & Vvadingho tom. 1. ſup. ann. 1240. parag. 25. à quo *Vvaterfordienſis* dicitur

§. 6. *B. Pauli Sinopolitani, Confeſſ.* [f]] Duxit originem hic B. Pater Paulus ex Calabriæ oppido *Sinopoli*, ardentiſſimus extitit zelator Regularis Obſeruantiæ: ita vt viuens, nitidiſſimum totius ſanctitatis, virtutis, ac perfectionis, ſpeculum fuerit, non ſolum fratribus, verum etiam ſæcularibus: ob cuius præclarè geſta, à cunctis ſummè diligebatur, honorabaturque, vt pote, qui fama rerum mirandarum à ſe editarum piè detinerentur. Diligens erat in iis quę ad Deum ſpectabant orationi inſtabat, deuotione præcipua ferebatur in S. Virginem Deiparam. Cúmque ob eius candidiſſimos mores, integerrimamque vitam S. Bernardino Senenſi, Generali tunc totius Familiæ Franciſcanæ Obſeruantiæ Vltramontanæ Vicario, gratiſſimus ſocius eſſet: ad hanc Calabriæ plagam, Prouincialis Vicarius (vt oblatos ſibi Conuentus, ex Apoſtolica ſibi facta facultate, acceptaret, aliosque de nouo erigeret, atque eorum Fratribus præeſſet) conſultiſſimè ab eodem deſtinatus fuit. Cuius authoritate fretus, operam dedit, vt Rhegij, Seminariæ, Terræ nouæ, Medamæ, &c. Conuentus extruerentur, fratreſque inibi Deo famularentur.

§. 7. Spiritu prophetico plenus, quàm plurima futura prædixit. Dùm ſacras Catanzarij (quæ Epiſcopalis Calabriæ ciuitas eſt, Mari Adriatico imminens) ad populum conciones haberet, glorioſa Dei Genitrix Virgo, Catanzarenſi cuidam, pioque ciui apparuit, atque præcepit, vt antiquum Sacellum, è regione Caſtri ædificatum in Minoriticum Conuentum ſibi ſacrandum, ex propriis facultatibus erigeret. Cui tamen iniunctum munus fideliſſimè exequenti, in faciem reſtitit is, qui tunc Catanzarenſibus principabatur, in quiens; non Monaſterium, ſed aggerem potius, atque munitionem erigi, quo & eius caſtrum, atque contiguum Palatium aliquando tandem expugnarentur: ideoque, nullo pacto paſſurum, vt huiuſmodi ædificium promoueretur. Quem tamen conueniens pręfatus Pater Paulus, intrepidè acerriméque reprehendit, atque tum de miſera eius expulſione, tum quoque de huiuſmodi Caſtri, atque Palatij, quibus maximè timuiſſet, euerſione: Catanzarenſium opera, proximè inſtantibus, prophetico ſpiritu afflatus, certiorem reddidit. Inſuper & adiecit, vtriuſque ædificij ruinas, quandoquidem ſacroſanctæ Virginis mandato reſtitiſſet, plurimis Eccleſiis de nouo erigendis, præcipuè verò Minoriticæ, quam imprudenter impedire conatus eſſet, materiam miniſtraturas. Quod omninò iuxta tanti Patris prædictionem, euenit. Nam Catanzarenſibus ad ſeditionem rebellionemque ob eius tyrannidem conuerſis, & ipſe miſerrimè pulſus, Dominioque priuatus: & vtrumque ædificium ſolo æquatum eſt, & ex eorum ruinis, conſenſu Sixti IV. Pont. Max. accedente, aliquot Eccleſiæ erectæ fuerunt, inter quas tamen principem locum obtinuit Conuentus Franciſcan. S. Mariæ de Gratiis, ann. 1480.

Poſt has temporum viciſſitudines, diu ſuperſtes fuit hic B. Vir: obijtque Medamæ apud Conuentum Minor. S. Mariæ de Gratiis: vbi venerabile eius corpus ibidem honorificè ſepultum, innumeris coruſcat miraculis, magnaque ab illis populis habetur in veneratione quibus varia eius precibus impenduntur à Deo beneficia. De eo agunt Gonzaga 2. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuent. præfatis: qui ſunt 1. 4. 8. 14. 19. 20. Prouinciæ. Septem Martyr. Ord. Minor. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1 cap. 18, vbi ait exceſſiſſe è viuis ann. 1504. quòd ſi ita eſt, valdè ſenex mortuus eſt: quia S. Bernardinus (cuius erat ſocius) electus fuit Commiſſarius, ſeu Vicarius Generalis Obſeruant. Vltramontan. ann. 1436. illamque familiam rexit ſex annis, nempe, vſque ad ann. 1443. Elzearius lib. 3. cap. 6. Sacri Mont. Oliuet. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 31. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1435. §. 18. 1444. §. 46. & 64. §. 8.

§. 9. *B. Petri Morſelini, Confeſſ.* [g]) Conuentus Pruuinenſis fuit alumnus, ſed ſancto fine quieuit apud Carnotenſem Conuentum: cuius ſagaci œconomia prima fundamenta ab eo poſita ſunt poſt ann. 1568. Illius meminere Gonzaga 3. part. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 15. Prouinciæ Franciæ. Barezzus 4. part. ſup. lib. 5. cap. 13. ad ann. 1568. Vvadinghus in Additionib. ad tom. 1. Annalium Minorum ſub ann. 1226. parag. 21.

§. 10. *B. Franciſci de Ledeſma Confeſſ.* [h]) Hic ex ſancti Gabrielis Prouincia profectus eſt in Indiam Occidentalem: vir perfectus & ſuæ Regulæ obſeruantiſſimus. In initio ſtatim Nouitiorum Magiſter apud Mexicanum Conuentum inſtitutus, inſignes ſanctoſque diſcipulos extulit ſuis virtutum exemplis, & vitæ auſteritate. Paucos autem annos omninò ſuperſtes fuit; deque eo illud efferri poteſt. *Grata erat eius anima Deo, propterea ipſum ſuſtulit de medio iniquitatum.* Obijt ann. 1580. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in Conuentu Mexicano, qui eſt 1. Prouinc S. Euangelij. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 39. Marianus lib. 2. cap. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeru. Refformat.

§. 11. *Beata Margarita Sulmonenſ.* [i]] Hæc illuſtris virgo, ex Sulmone, Pelignorum ciuitate, apud Brutios oriunda: naſcitur Anno 1395. Patre Franciſco Filiolo, matre Gemma; quæ S. Claræ Inſtitutum poſtea profeſſa, ſimul cum filia, ſanctiſſima euaſit: cuius meminimus ſup. ad 24. April. A teneris annis Deo dicata, educanda traditur, B. Alexandrinæ Clariſſæ, conſanguineæ, (de qua ſup. 3. April.) in Monaſterio S. Claræ Sulmonenſi; vbi abſque longa pręmeditatione habitum ſuſcepit. Tanta pietate, & virtute annos tranſegit puellares: vt reliquis puellis eſſet exemplo, omnibus ſororibus admirationi, præſertim in meditandis ijs, quæ pro nobis Chriſtus paſſus eſt. Vberes in oratione fundebat lacrymas, quæ ſuper manus cadentes, rigida hyeme, in frigida illa regione con-

Digitized by Google

gelatæ, dùm virguncula immobilis in oratione longo tempore perſiſteret, totidem vniones aut gemmæ videbantur. Tredecim ſic vixit annis, donec exorta magna ſeditione in vrbe, exulare oportuit, cum matre, prædicta B. Alexandrina, alijſque conſanguineis: quæ poſt aliqualem moram in vrbe Aquilana, Dei monitu perrexerunt Fulgineum, in valle Spoletana. Vbi Anno 1425. conſtructo ex communibus facultatibus Monaſteriolo, S. Luciæ dicato, ſub habitu, ac ſecunda Regula D. Virg. Claræ, (quam Vrbaniſtam vocant) ſanctiſſimè vixit, eique vt prima Abbatiſſa laudabiliter præfuit: quod à pietate, & virtute inhabitantium, celeberrimum euaſit. Ex eo quippe prodiere virgines, à quibus, tum Peruſiæ, Monaſterium S. Mariæ Montiſlucis (quod eſt 1. Prouinciæ Sancti Franciſci) ann. 1449. tum Romæ, Monaſterium SS. Coſmæ & Damiani (quod eſt 1. Prouinc. Romanæ) ann. 1451. reformatum eſt: quibus omnibus illuſtrior redditur ipſa B. Margarita. Sanè varijs donis, & gratijs à Chriſto ſponſo decorata, ſæpe extaticos patiebatur raptus. Tandem iugiter orationi intenta, ac rerum cœleſtium contemplationi vacans, cùm diu in ſumma virtutum laude ſe exercuiſſet, vitæ ſanctitate conſpicua, fœlix in cœlum eucurrit ad ſponſum, ann. 1452. hac die. Eius ſacrum corpus Romæ iacet, vti conſpicitur ex Vlyſſiponenſi part. 3. ſup. lib. 1. cap. 40. & lib. 3. cap. 33. Toſſiniano. lib. 1. ſup. In BB. Fœminis Ordin. Minor. Valerio, ibid. lib. 2. cap. 32. Gonſaga, part. 1. ſup. In Monaſterijs præfatis. Iacobillus de SS. Fulginatib. hac die. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1395. §. 1. & tom. 5. ad ann. 1425. §. 23. 24. & 25. ann. 1449. §. 50. & 51. Thielmanſ. tom. 2. vitar SS. Seraphic. Ordin.

OCTAVO IDVS SEPTEMBRIS.

BEttonij in Vmbria, Beati [a] Ioannis de Laudibus, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli: qui vita & ſignis admirandis eluxit. Suffiani in Picœno, Beati [b] Incogniti, Confeſſoris: qui ſilentio ac ſolitudine, rerumque cœleſtium contemplatione emicuit. Anconæ, Beati [c] Simonis, Confeſſoris. In Hetruria, Beati [d] Minnij Altimanni, Confeſſoris: qui ſingulari vitæ perfectione pollens, Prouinciæ Tuſciæ Miniſter Prouincialis præfuit. Florentiæ, Beati [e] Benedicti Florentini, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Warſſauiæ, in Polonia, Beati [f] Ludouici de VarKa, Confeſſoris: qui verbo prædicationis & miraculis claruit. Apud Matozinhos, oppidum Luſitaniæ, in territorio Portuenſi, Beati [g] Ioannis de Pouoa, Confeſſoris: qui ob eximiam vitæ eius ſanctimoniam, pluries ad Prouinciam Portugalliæ regendam aſſumptus eſt. Agelli, in Calabria, Beati [h] Martini Bertranni à Biſſignano, Confeſſoris, qui humilitate ac pietate fulgens: miraculis extitit etiam glorioſus. Apud Caſtullonenſem Saltum, in Hiſpania, Beati [i] Andrææ; Confeſſoris: genere, patientia & charitate illuſtris. In Apulia, propè San-Bonum oppidum, Beati [k] Franciſci de Oratino, Confeſſoris; virtute abſtinentię inſignis. Traiecti ad Moſam, in Brabantia, Beati [l] Iacobi Diſtemenſis, Confeſſoris; multarum prærogatiua virtutum conſpicui. Auenione, Beatæ [m] Franciſcæ à Claromonte, Virginis & Abbatiſſæ: quæ inclyta exorta proſapia, vita ſanctiſſima refulſit.

SEPTEMBRIS VI.

§. 1. BEati Ioannis, Confeſſ. [a]] Oriundus erat è Caſtro S. Geminiani in Tuſcia: qui viuens meruit Seraphici Patris S Franciſci laterale vulnus tangere. Virtute abſtinentiæ admodùm elucebat, & tamen fortis robore, alios coætaneos longè ſuperabat viros: itaque, inter alias conditiones, quas idem Seraphicus Pater ſummè cupiebat, vt quis Frater Minor verè cenſendus foret, hanc etiam requirebat, videlicet, fortitudinem corporalem & ſpiritualem huius B. viri Ioannis de *Laudibus*. Vittonij, ſeu Vectonij, vel Betonij, in Vmbria glorioſè quieſcit: in vita & poſt mortem ſignis præclarus. Ita B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. ſanctitate illuſtrib. Prouinc. S. Franciſci. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ part. 1. Chronic. Minor. lib 2. cap. 51. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. in BB. viris eiuſdem Ordin. Wadinghus tom. 2. Annalium Minorum ad ann. 1266. §. 19. tom. 1. ann. 1211. §. 1. & 1224. §. 23. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. ex Bernardo à Beſſa in Chronic. M. S.

Beati Incogniti, Confeſſ. [b]] Mira de eo narrat ipſe §. 2.
Piſanus ſup. in Prouinc. Marchiæ: dicens, *In loco primo Suffiani (ſed nunc tranſlatus eſt ad locum Brufortij, Cuſtodiæ Firmanæ) iacet quidam Frater ſanctiſſimus, cuius nomen non reperi: tam mirandæ ſanctitatis & gratiæ, vt totus videretur Diuinus, & ſæpè ad Deum rapiebatur. Hic cùm à ſua redibat contemplatione, veniebat cum tanta mentis lætitia, quòd homo, vel potius Angelus, alterius ſæculi videbatur: nam tunc facies eius, ex Diuinæ allocutionis conſortio mirabiliter reſplendebat: ita quod admirationem & ſtuporem adſpicientibus ingerebat. Hic ſemper ſolitarius manebat, & rariſſimè loquebatur. Quando vero de aliquo interrogabatur, reſpondebat ac ſi eſſet Angelus: & erat gratioſus omnibus, & ſermo eius ſemper erat diuino ſale conditus. Hic non diebus, neque noctibus*

ab

ab oratione, & diuina contemplatione ceſſabat: nec à meditationibus ſempiterni luminis Chriſti inuictum animum relaxabat. Vndè Fratres propter diuinam gratiam, quæ in eo fulgebat, quaſi alterum Moyſem, chariſſimo venerabantur affectu; & in tam laudabili ſtudio perſeuerans, ad finem vitæ deuenit. Et in vltima die vitæ, cum fratribus loquens & gaudens, cum magna lætitia & cordis iubilo perrexit ad Dominum Ieſum Chriſtum. Suſſiani conditus fuit, & hinc tranſlatus fuit ad locum Burfortij. Hæc ille, ita & Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 2. cap. 23. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1234. parag. 10.

§. 3. *B. Simonis, Confeſſ.* [c]] Huius meminit Wadinghus ſup. ad ann. 1289. parag. 17. & 45. (poſt Toſſinianum lib. 2. in Cuſtodia Anconitana) item tom. 3. ad ann. 1323. parag. 44.

§. 4. *B. Minnij Altimanni, Confeſſ.* [d]] Nouitiatum egit Senis in Tuſcia, vna cum B. Guidone à *Bolſena*, (de quo April. 21.) quibus inter ſe de Deo colloquentibus, apparuit Chriſtus Ieſus, in forma elegantiſſimi pueri. Profeſſione autem facta, & de virtute in virtutem proficiens, Miniſter Prouinciæ Tuſciæ eſt delectus. Memoratur à Wadingho ſup. tom. 2. ad ann. 1290. parag 15. poſt Piſanum ſup. in Prouinc. Tuſciæ, & Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 7. cap. 34. parag. 1.

§. 5. *B. Benedicti, Confeſſ.* [e]] Iſte B. Thomæ de *Scarlino*, ingenuus diſcipulus atque ſectator fuit. Sacerdos erat, & ſanctiſſimam egit vitam apud Conuentum Saluatoris Florentiæ; vbi corpus eius condigno honore requieſcit. Hæc ex Gonzaga part. 2. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 9. Prouinc. Tuſciæ. Vvadingho tom. 5. ſup. 1447. §. 29. & 1449. §. 16. Item tom. 7. ad ann. 1482. §. 72. quo obijt. ex Mariano. lib. 5. cap. 47.

§. 6. *B. Ludouici, Confeſſ.* [f]] Inter reliquos præſtantiſſimos Patres, qui pro cœlo terrena in Conuentu S. Annæ Varſſauienſi commutarunt, longè emicuit B. Ludouicus de *Varka*, diſertiſſimus prædicator, omnique ſanctitate conſpicuus: qui in ſuæ inculpatæ vitæ teſtimonium, ſtatim à deceſſu pellificem quemdam miſerum (qui proprium guttur deſperationis barathro immerſus, veru, vt animam Sathanæ traderet, transfixerat, atque ad cor reuerſus, ſe ex intimo animi affectu, tanti Patris precibus commendaret) iam animam agentem, atque ad eius ſepulchrum allatum, ex tempore curauit, & è mortis manibus eripuit. Et honeſtam matronam grauiſſima pedum infirmitate correptam, cùm primùm illa viſitando eius ſepulchro votum emiſiſſet à tanta afflictione liberauit. Plura quoque miracula edidit B. hic Pater, quorum inſignia eius tumulum aliquando exornarunt. Ita Gonzaga ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Poloniæ, & Daça 4. part. Chronic. Minorum lib. 1. cap. 31. ad ann. 1517. Wadinghus tom. 6. ſup. ann. 1454. §. 76. & 1470. §. 4. item tom. 7. ad ann. 1482. §. 68.

§. 7 *B. Ioannis, Confeſſ.* [g]] Vir fuit ſummæ ac miræ ſanctitatis: qui ob vitæ candorem atque prudentiam, qua pollebat, ſeptimò in Prouinciæ Portugalliæ Miniſtrum electus fuit: nouieſque ad diuerſa Generalia Capitula pedes perrexit. Reformationem autem in Luſitania ita iuuit, vt anno 1486. dùm Vicarium ageret Prouincialem, quoſdam Conuentus dederit ad eam promouendam, quibus Patres Reſſormati fouerentur. Moriens itaque ann. 1506. maximum deſiderium optimamque famam reliquit: in Conuentu Conceptionis B. Mariæ *Matozinhos* oppidi (qui eſt 13. Prouinciæ Portugalliæ) ſepultus. Agunt de eo Gonzaga part. 3. ſup. in eo Conuentu: & in Prouinc. S. Antonij Portugalliæ. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. Rapinæus Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 1. part. 1. parag. 7. & Decad. 8. part. 1. parag. 12. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1392. parag. 19. & 22. item tom. 5.

B. Martini, Confeſſ. [h]] Viam vniuerſæ carnis in- §. 8.
greſſus eſt ann. 1520. conditus apud Conuentum S. Franciſci propè Agellum. Humillimus quidem ac deuotiſſimus erat hic B. Pater, profeſſione laicus: vnde haud mirum eſt, ſi ad vnicum crucis ſignum, necnon ad aquæ benedictæ aſperſionem, quàm plurimos à ſpiritibus immundis, diuerſiſque languoribus liberauerit: atque primogeniti Comitum Agellanorum mortem, licet longiùs euentam, in ſpiritu viderit. Scribunt de eo Gonzaga part. 2. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 4. Prouinciæ Calabriæ. Barezzus part. 44. Chronic. Minorum. lib. 1. cap. 40. Elzearius lib. 3. cap. 6. Sacri Mont. Oliuet. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1450. §. 25.

B. Andreæ, Confeſſ. [i]] Huius Elogium perſtringit §. 9.
Gonzaga, dicens: *Sepultus ſiquidem iacet in huius Monaſterij Eccleſia maxima ſanctitatis F. Andreas, Profeſſione Laicus, atque Caroli V. Germanorum Imperatoris, olim Pincerna. Hic claris ortus natalibus, atque virtutibus multò illuſtrior, ab ingreſſu Religionis ad vltimum vſque vitæ halitum, in pane tantum & aqua, niſi grauiſſima infirmitate correptus, ieiunauit. Præterea laborum patientiſſimus extitit, atque charitatem cum cæteris tamen virtutibus coniunctam, mirum in modum excoluit. Quamobrem & certum ſui obitus diem, & ſacræ huius domus incendium ſecundò à Dæmonibus excitatum prænoſſe meruit: & cum maxima ſanctitatis opinione ex hac vita diſceſſit. Eius interim caput theca reconditum, tum apud Fratres, tum quoque apud ſæculares, in maxima veneratione habetur.* Hæc ille part. 3. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Angelis, qui eſt 1. Prouinc. Angelorum: quem ſequuntur Barezzus ſup. lib. 3. capite 58. Rapinæus in hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 1. part. 1. parag. 6. Marianus lib. 1. cap. 2. Chron. Reſſormat. Daça ſup. lib. 3. cap. 23. Vvadinghus tom. 7. ad ann. 1488. §. 31.

B. Franciſci, Confeſſ. [l]] Laicus etiam erat profeſſio- §. 10.
ne, vir abſtinentiſſimus & orationi deditus: qui ob eius ſingulares virtutes, vitæque candorem, in maxima fuit apud omnes, dùm viueret, æſtimatione: quæ nunc vſque etiam admodum viget. Obijt in Conuentu Sancti Antonij propè Pagum Sancti Boni, qui eſt 20. Prouinciæ S. Angeli. Ita Gonzaga 2. part. ſup. in hoc Conuentu, & Vvadinghus Tom. 7. ſup. ad ann. 1550. §. 27.

Beati Iacobi, Confeſſ. [m]] Laicus erat, ſibi quidem §. 11.
auſterus: ſed aliis indulgentiſſimus; qui à primæua ætate vſque in decrepitam, inter aduerſa & proſpera Deo fidelis, ſuæ profeſſionis zelator feruidus, ac SS. Patrum imitator præcipuus extitit. Numquam otioſus, ſed orans ſemper vel laborans, ſomnique parciſſimus; Dominicæ Paſſionis meditatione mundum calcabat, vincebat atque Dæmonia. Tandem laborioſæ peregrinationis curſum fœliciter conſummauit in Conuentu Traiectenſi ad Moſam, tertiò, hæreticorum rabie, à ſuo Louanienſi Conuentu profligatus. Memoratur à Gonzaga in eo Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinciæ Germaniæ Inferior. parte 3. ſup. Grauina in *voce Turturis*, parte 2. cap. 24.

Beatæ Franciſcæ, virg. [n]] Monaſterij Albigenſis §. 12.
fuit alumna, virtutibuſque præclara, ac Monialis ſanctiſſima, ſoror Illuſtriſſimi Franciſci Cardinalis de Claromonte; qui cùm Legatus eſſet Auinionenſis, &

Monaſterium Clariſſarum inibi extructum, à rigida ſui ſtatus diſciplina declinare cerneret, ſanctiſſimam ſororem Albia Auinionem euocans, eam huic loco in Abbatiſſam præfecit: ſicque illius pietate, & Fratris auxilio ad plenum fuit reformatum Monaſterium. Itaque moriens, eo in loco, corpus eius honorificè à ſororibus aſſeruatur. Teſte Gonzaga part. 3. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 2. Prouinc. S. Ludouici. Vvadingho tom. 2. ſup. ad ann. 1290. parag. 33.

SEPTIMO IDVS SEPTEMBRIS.

IN territorio Tridentino, Beati [a] Fredebaldi, Confeſſoris. Arelate in Gallia, Beati [b] Bertrandi à Bollega, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis ac perfectionis viri. Lieuani, in territorio Palentino, Beati [c] Ioannis à Rupe, Confeſſoris. Feſſulis in Tuſcia, Beati [d] Caroli à Monte Granello, Confeſſoris, qui generis nobilitate & virtutibus illuſtris: tertium Ordinem Minorum amplexatus: ſancto fine quieuit. Moroni in Apulia, Beati [e] Modeſti de Ciuitate, Confeſſoris. Palci propè Pratum in Tuſcia, Beati [f] Bernardi Echeſij, Confeſſoris: pietate & oratione ſpectabilis. Apud Montem-Cœlium, in territorio Coriano, Beati [g] Ioannis à Spinoſa, Confeſſoris: qui expleto Prouinciali Miniſterio, vita & Religione inſignis, ad aſtra migrauit. Florentiæ, Beati [h] Ægidij Florentini, Confeſſoris: virtute, orationis & obedientiæ admirandi. Cherij, in Pedemontano Principatu, Beati [i] Alexandri, Mediolanenſis, Confeſſoris. Sangri, in territorio Triuentino, Beati [k] Franciſci à Ripa, Confeſſoris: qui in iuuenili ætate tanta vitæ integritate pollebat: vt moriens adhuc adoleſcens, obuios ſibi Angelos habuerit pro comitatu in cœlum. In territorio Larinenſi, propè oppidum Sancti Martini, Beati [l] Angeli de Slauis, Confeſſoris: humilitate atque paupertate celebris. Tiferni, Beati [m] Pauli Aſſiſiatis, Confeſſoris: ſummæ Religionis ac ſimplicitatis viri. Scapetiani, in territorio Senogallienſi, Beati [n] Bonauenturæ Rhegienſis, Confeſſoris: vita & miraculis conſpicui, Ambiani, Beatæ [o] Mariæ à Borbonio, Virginis: quæ Regio ſanguine clara, vitæ ſanctitate emicuit. Vallis Arragi in Hiſpania, Beatæ [p] Aldonzæ Pantoxiæ, Virginis: quæ Tertiariarum Abbatiſſa exiſtens, ſancto fine quieuit.

SEPTEMBRIS VII.

§. 1. BEati Fredebaldi, Confeſſ. [a]] Mentionem illius facit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Min. lib. 1. cap. 17. ad ann. 1245. ex Chronic. antiqu. quem vocat Religioſum ingentis perfectionis, ſigniſque admirandis conſpicuum. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1224. parag. 45. & 1249. parag. 9.

§. 2. *B. Bertrandi, Confeſſ.* [b]] Bernardus, ſeu Bertrandus, à *Bologna*, ſed melius à *Bollega*, vel Bollena dicitur, floruit ann 1370. vir magna ſanctitate atque perfectione præditus: obijt Arelate, in Phocenſi Prouincia, ſepultus in Antiquo Arelatenſi Conuentu, extra Rhodanum. Sic B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Frat. Minor. ſanctit. illuſtribus Prouinciæ. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 31. parag. 2. Toſſinianus lib. 1. Hiſt. Seraph. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 3. in præfato Conuentu, qui eſt 6. eiuſdem Prouinciæ Phocenſ, nunc S. Ludouici. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Saxius in Pontificio Arelatenſi §. 83. ad ann. 1225. ſub Hugone Boardyo Archiepiſcop. Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1306. parag. 1. tom. 4. ad ann. 1400. parag. 38. Eundem putat cum alio, cuius meminimus ſup. 30. Ianuarij, ſed perperam.

B. Ioannis à Rupe, Confeſſ. [c]] Memoratur à Gonzaga, his verbis. *Sedente Ioanne XXII. Pont. Max. Sarracenus quidam abiurato Mahumetiſmo, Romam petijt. Vbi & ſacro regenerationis lauacro initiatus, atque in fide ſatis inſtructus fuit. Cúmque familiaritate cuiuſdam fratris Aluari Minorita atque Pœnitentiarij inibi vſus eſſet, id ab eo conſilij retulit, vt videlicet in Hiſpaniam rediret, atque Eccleſiam in editiori aſperiorique Montis Lieuani, Palentina Diœceſis, parte ædificaret. Cuius denique ille, (qui & Ioannes de Rupe, vulgò d'ella Penna, vocari voluit) ſanis conſilijs acquieſcens: vt primùm ad præfixum ſibi locum peruenit, hoc ibi Monaſterium, ſub titulo Corporis Chriſti, conſtruendum curauit: atque Minoritico indutus habitu, quod ſibi reliquum vitæ fuit, id in proximiori quodam ſpecu ſanctiſſimè tranſegit.* Hæc ille, in eo Conuentu, qui eſt 12. Prouinciæ Conception. part. 3. ſup. Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1320. parag. 8. §. 3.

B. Caroli à Monte-Granello, Confeſſoris. [d]] Comes erat in Romandiola: qui aſſumpto Tertiariorum habitu, vnà cum Beato Galterio, *Marſo*; Feſulas perrexerunt, illicque apud heremitorium Sanctæ Mariæ à Sancto Sepulchro, ſanctiſſimam vitam duxerunt. Venetiis obiit an. 1419. cuius ſacrum caput Feſulas poſtea delatum eſt. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. libr. 1. cap. 25. Polydorum Virgilium libr. 7. de Inuent. §. 4.

Digitized by Google

Inuent. rerum cap. 3. Algeziram in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Wadinghum tom. 1. ſup. ad ann. 1242. §. 21. ex Mariano lib. 2. cap. 23. tom. 6. ad ann. 1460. §. 43. tom. 5. ann. 1405. §. 18. Sabellicus Ænead. 7. lib. 9. & Thielmanſ. 2. tom. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Supplementum Chronic. lib. 14. ad ann. 1407. à quo vocatur, *Redus*, Montis-Granelli Comes. Paulum Moriſium lib. 1. Orig. Religion. cap. 43. & 49. Salazarem lib. 6. cap. 29. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. Gononum lib. 6. Vitar. Patrum Occident. in vita illius, quem dicit mortuum 7. Septemb. ann. 1417.

§. 5. *B. Modeſti, Confeſſ.* [e]] Illius meminit Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu S. Nazarij Moroni, qui eſt 2. Prouinc. S. Angeli; viuebat ann. 1430. Wadinghus tom. 5. ſup. ann 1415. §. 27.

§. 6. *B. Bernardi, Confeſſ.* [f]] Patria Pratenſis extitit, qui vocationi ſuæ correſpondens, maximam apud Deum & homines laudem adeptus eſt; deuotioni iugiter intendebat, ac D. Euſtachij martyris diligentiſſimus cultor cùm eſſet, ab eo ſæpius viſitari meruit. Sanctiſſimè Palci obiit, illicque ſepultus eſt. Vide Gonzagam 2. part. ſupra in Conuentu 20. Prouinciæ Tuſciæ florebat ann. 1440. Wadinghum tom. 5. ſup. ann. 1439. §. 65.

§. 7. *Beati Ioannis, Confeſſ.* [g]] Inter quamplurimos Patres ac Fratres vita & Religione inſignes, in Conuentu S. Mariæ de Luce Montecælij (qui eſt 2. Prouinc. S. Gabrielis) vita functos, longè emicuit hic B. Ioannes à *Spinoſa*, qui poſt completum huiuſce Prouinciæ Miniſteriatum, non abſque ſanctitatis opinione obdormiuit in Domino. Hæc ex Gonzaga 3. part. ſup. in hoc Conuentu. Wadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1214. §. 22.

§. 8. *Beati Ægidij, Confeſſ.* [h]] Florentinus erat natione, Laïcus autem profeſſione; qui cùm Conuentus S. Mariæ de *Fonte Caſtello* propè montem Politianum in Tuſcia Obſeruantiæ Regulari adiudicaretur ann. 1445. illique populo eſſet acceptiſſimus, eum maiori ex parte promouit. Permiſit autem Deus ipſum tentari, non ad interitum, ſed ad probationem, & emendationem. Dùm enim hic deuotiſſimus Frater, inſtanti ſolemni quadam feſtiuitate, à Patre Guardiano, Conuentus S. Chriſtophori Caſtilionis Aretini, de mundana vii, qua ſyluula petitur, tertiò præmonitus eſſet, atque ſpreto præcepto, ad conſuetam orationem, ſe Deo rem multò gratiorem facturum exiſtimans conuertiſſet: poſt abſolutas in choro Matutinas, à Dæmone humana ſpecie induto, per ſcapulas in altum quaſi præcipitandus aſſumitur; quo tamen miſerè, fortiúſque clamante, atque auxilium contra malignum hoſtem petente, accurrit F. Matthæus à *Sancto Ioanne*, qui orationi quoque intentus non longè aberat, & arrepta confratris tibia eum remorari conatur: atque ſubridens Dæmon vtrumque faciliùs ad ſe trahebat. Quibus tamen in huiuſcemodi anguſtiis conſtitutis adfuit V. P. Guardianus, qui nondum à choro diſceſſerat, illiſque luſtrali aqua aſperſis, Diabolo, per ſanctam obedientiam, vt ſibi ſuos fratres atque ſubditos ex tempore reſtitueret, præcepit. Quo facto, ipſis fortiter ad terram dimiſſis, euanuit. Itaque Frater Ægidius, qui ex illa ruina, atque concepto timore, grauem contraxit infirmitatem: quanto gratior Deo ſit obedientia quàm ſacrificium, ſuo malo didicit. Quapropter ſe deinceps in illa maximè exercens: tantopere in huiuſmodi virtute profecit, vt viuenti ſibi vix ſimilis inueniri potuerit: & moriens in Conuentu S. Saluatoris Florentiæ, maximam de ſua ſanctitate opinionem reliquerit. Teſte Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu 16. & 27. Prouinc. Tuſciæ. Wadingho tom. 5. ſup. ann. 1427. paragr. 22. 1445. parag. 26. tom. 7. ad ann. 1484. §. 38.

Beati Alexandri, Confeſſ. [i]] Apud Cherium Pedemontanum oppidum, intra Eccleſiam Conuentus S. Georgij, requieſcit elegantiſſimè huius Beati Patris corpus: quod cùm quidam latrunculi ſuffurari vellent, in paralyſim inciderunt. Scribit de eo Gonzaga ſupra in eo Conuentu, qui eſt 31. Prouinciæ Genuenſ. §. 9.

Beati Franciſci, Confeſſ. [k]] Clericus erat, necdum ſacris initiatus: quando huic lachrymarum valli vltimum vale dixit iſte optimæ indolis adoleſcens: qui in anteactæ vitæ teſtimonium, obuios ſibi Angelos, qui ſe in tabernacula cæleſtia deducerent, in ipſo tranſitu habuit: quorum fulgore cellula, cum omnium circumſtantium admiratione, mirum in modum reſplenduit. De eo agit Gonzaga ſup. in Conuentu S. Mariæ Magdalenæ Sangrenſ. qui eſt 22. Prouinc. S. Angeli, claruit ann. 1495. §. 10.

Beati Angeli, Confeſſ. [l]] Vir fuit humillimus ac ſanctæ paupertatis amantiſſimus, profeſſione Laïcus: obiit in Conuentu S. Mariæ de Ieſu, propè oppidum S. Martini. Eius meminit Gonzaga ibid. in eodem Conuentu 18. Præfatæ Prouinc. Wading. tom. 7. ſup. ann. 1490. §. 23. §. 11.

B. Pauli, Confeſſ. [m]] Laïcus erat, ſimplex, deuotus, ſui ſtatus zelantiſſimus, & ſummæ Religionis vir: cui etiam mortis horam clementiſſimus Deus reuelare voluit. Nam cùm infirmus lectulo decumberet, infirmariuſque caſu abeſſet, ſurrexit ex tempore, fratrumque dormitorium petens, inuentum infirmarium, qui Frater Maſſæus dicebatur, rogauit, vt ſe comitaretur, quòd ſibi emigrandum foret protinus ab hac vita. Quibus ſimul valetudinarium accedentibus, lectulumque ingreſſus, animam ſuo Creatori commendare cœpit, illamque non ita poſt multùm temporis ſibi reddidit. Hæc Gonzaga ſup. in Conuentu S. Crucis bonæ quietis, qui eſt 11. Prouinc. S. Franciſci. Toſſinianus lib. 2. in Prouinc. S. Franciſci. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1402. parag. 13. ac tom. 7. ann. 1499. parag. 5. §. 12.

Beati Bonauenturæ, Confeſſ. [n]] Cùm in Minor. Conuentualium cœtu ſacris initiatus, prima virtutum ſemina feciſſet: ad Capucinos tranſlatus, ea tam ſollicitè excoluit, vt ad perfectum cœleſtis vitæ ac diſciplinæ fructum prouocauerit. Procuratoris Generalis in Curia Romana exercuit officium, & Prouincialis in Picœno ſæpè extitit, clarus miraculis obiit. ann. 1572. Teſte Bouerio tom. 1. Annal. Capucinorum ad annum 1572. paragraph. 5. &c. ex MS. Prouinciæ Marchiæ. §. 13.

B. Maria à Borbonio. [o]] Memoratur à Gonzaga, his verbis, vbi de Monaſterio agit Ambianenſi, quod eſt 12. Prouinc. Franc. part. 3. *Inter inſigniores* (inquit) *reformatiſſimi huius Monaſterij Sorores, piè & ſanctè, ſupra id quod dici poteſt, vixit Sereniſſimi Iacobi Regni Siciliæ Regis filia, nempe ſoror Maria à Borbonio, quæ B. Coleta nedum contemporanea, verùm etiam Angelicæ eius conuerſationis pia extitit æmulatrix.* Quo in loco aduertendum eſt, cur dicatur filia Iacobi, Regis Siciliæ, & nominetur Maria à *Borbonio*: hoc enim repugnat communi maiorum conſuetudini, qua liberi patris ſortiuntur agnomen, niſi matris retinuerit cognomen: eo quòd domus Regia Franciæ, (à qua *Borbonia* proles ducit originem, nuncque fœliciter regnat in Gallia) Dignitate alias §. 14.

Digitized by Google

omnes, quantumuis inſignes & inclytas, ſuperemineat familias. Wadinghus tom. 5. ſupra 1445. paragr. 37.

§. 15. *B. Aldonzæ, Virg.* [p]] Cùm Monialibus Conuentus S. Spiritus Vallis Arragi, ann. 1566. hinc ad vrbem Ciuitatenſem emigrandum eſſet, quæ tunc huius loci agebat Abbatiſſam, B. Aldonza *Pantoxia*, vulgò *Pantoia*, quòd maxima in hanc ſacram ædem deuotione ferreretur, cùm adhuc optimè valeret, Deo obnixè ſupplicauit, ne ſe alio in loco mori, ſepelirique permitteret. Et ecce ipſomet receſſus die ex temporaneo morbo correpta, atque neceſſariis Sacramentis munita, ad ſponſum, iuxta votum, cunctis ſororibus id ſummè admirantibus, euolauit. Eius corpus poſt elapſum ſexennium, dùm fortuitò exhauſta terra detegeretur, integrum omninò, incorruptum, atque ſuauiſſimè redolens apparuit. Quamobrem in magna veneratione, tum à fratribus, tum quoque à ſæcularibus, habetur: ab omnibuſque fœlix & ſancta prædicatur. Vide Gonzagam parte 3. ſup. in Conuentu 20. Prouinciæ S. Gabrielis. Blaſium Laghinam in ſuo Memoriali, & Marianum lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. capite vigeſimo ſecundo. Thielmanſ. tom. ſecundo. Vitarum Sanctorum Seraphic. Ordin.

SEXTO IDVS SEPTEMBRIS.

PAſſio Beati [a] Pacifici Spoletani, Martyris, ob Chriſti fidem, à Sarracenis occiſi. Leyde Batauorum, Beati [b] Cornelij Muſſij, Martyris. In Florida, Natalis Beatorum [c] Martyrum, Michaëlis ab Occania, Petri de Corpa, Petri à Velaſco, Blaſij Roderici, & Antonij; qui ob Chriſtianam Religionem, ab Apoſtatis Indis, telis ſunt confixi. Nuſſiæ, in Territorio Colonienſi, Beati [d] Electi, Confeſſoris: ſignis admirandis glorioſi. Carcaſſonæ in Gallia, Beati [e] Barralis, Confeſſoris: dono curationum, & fama ſanctitatis celeberrimi. Lugduni, Beati [f] Ioannis Tiſſerani, Confeſſoris: qui vita, doctrina, & verbo prædicationis præclarus, Ordinem mulierum Pœnitentium inſtituit. Maioricæ in Hiſpania, Beati [g] Garſię Badæ, Confeſſoris: qui orationi atque ſpiritualibus exercitiis mancipatus, diem mortis ſuæ cognouit & horam. Salmanticæ, Beati [h] Petri à Carrione, Confeſſoris: qui virginitate pollens, viam mandatorum Dei, & perfectionis ſemitam feſtino greſſu cucurrit. Piſauri in Picœno, Beatæ [i] Seraphinæ à Columna, Viduæ: quæ illuſtriſſima nata proſapia, habitum Religionis induit, & facta Abbatiſſa ſanctiſſimè vixit, ac obiit.

SEPTEMBRIS VIII.

§. 1. *BEati Pacifici, Martyr.* [a]] Hic glorioſus Chriſti Athleta, oriundus erat ex Spoletana vrbe: qui & ſub ann. 1402. Sacrum ſubiit Martyrium inter Sarracenos, loco tamen incerto. Eius memoria conſeruatur in prædicta vrbe, præſertim in Conuentu noſtro ſancti Pauli, extra muros: Teſte Vadingho tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1401. §. 11.

§. 2. *Beati Cornelij Muſſij, Martyr.* [b]] Confeſſarius erat Religioſarum Monaſterij S. Agathæ Delphenſis oppidi Hollandiæ, vitæ ſanctitate conſpicuus, & litteris ac Poëſi pollens: ſeptuagenarioque maior. Hic in via ab hęreticis interceptus, Leydam perductus eſt: vbi pugnis & conuitiis impetitur, indè pedum articulis contuſis, membra virilia præſciduntur: tandem in publicum ſupplicium productus, ſuſpendio necatur, ann. 1572. Scribunt de eo, præfati Authores, ſup. Sauſſayus in Martyrolog. Gallicano. Item Cornelius à Lapide, Commentar. in Iſayam cap. 53. verſ. 7. in Daniel. cap. 11. verſ. 35. & in Acta Apoſtol. cap. 10. verſ. 1. ex Boſio de Signis Eccleſ. lib. 1. cap. 1. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. In eius honorem hi leguntur verſus apud Theatrum crudelitatum Hæreticorum, pag. 65.

Nec tua te pietas, nec Apollinis Infula texit,
Muſarum, Muſi, decus: ingeniique per omnem
Immortalis honos celebrem te reddidit Orbem.
Nunc maior laus orta tibi, manet altera cælo
Laurea, quam feritas Batauaque iniuria gentis,
Et multo peperit ſudatum vulnere letum.

Alia carmina, in eius memoriam cernuntur apud Poſſeuinum. In Appendice ad Apparatum ſacrum. Haræus tom. 3. Annal. Brabantin. ad ann. 1572. ex Eſtio. lib. 4. cap. 12. & ſeq. Rayſſa ſup. 10. Decemb. Myræus in Faſtis Belgic. 8. Septemb. & 10. Decemb. Gazetus in Hiſtoria Eccleſ. Belgij in ſanctis Diœceſ. Harlemienſ. Opmeerus Decad 1. lib. 7. Martyr. Holland. Bouchierus in Hiſtor. Eccleſiaſtic. Martyr. Obſeruantinor. Franciſcanor. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 10. Ardinghellus in Appendice *Congeminatæ vocis Turturis*: oſtenſione 4. pag. 23.

Beatorum Michaëlis, &c. Martyr. [c]] Primus Concionator erat, Prouinciæ Caſtellæ alumnus, alij duo, in eadem Prouincia Sacerdotes: duo verò vltimi ex Prouincia ſancti Gabrielis aduenerant, quorum prior Sacerdos, alter verò Laïcus reperitur: qui cùm per duos annos integros, apud Gualam, aliaſque §. 3.

que Floridæ regiones, verbum Dei annuntiaſſent, ab ipſis Indis à fide deficientibus, & Apoſtatis, è domo violenter extracti, & ſagittis confoſſi, crudeliter necati ſunt, die Iouis, circa mediam noctem, in feſto Natiuitatis Virginis Deiparæ, ann. 1597. Sic Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 53. Salazar. lib. 2. cap. 4. & 22. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, à quo vocatur B. Michael de *Agno*. De aliis autem Martyribus Franciſcanis apud Floridam, vide ſup. 12. Maij §. 2. Verùm his audaciores effecti Fratres noſtri, tanta animi contentione, tantoque fidei zelo exarſerunt, vt ſtrenuè in ea noua chriſtianitate excolenda opus proſequuti ſint: parati ſanguinem ſuum profundere, & alia citius quæuis grauia pati, quàm ab incœptis pedem remouere. Laboribus eorum benedixit Dominus, ac breui, compluribus illic extructis domiciliis Cuſtodia noua compacta eſt: quæ tandem excreuit in Prouinciam, authoritate Capituli generalis Romæ celebrati, ann. 1612. vti conſtat ex Tabula Capitulari, in hunc modum: *Cuſtodia Floridæ erigitur in Prouinciam, ſub titulo Sanctæ Helenæ; cuius imaginem habeat, pro ſigillo, & Hiſpaniæ nouæ Prouinciis annumeretur.*

§. 4. *B. Electi, Confeſſ.* [d] *Nuſſiæ*, aliis *Miſſiæ* requieſcit, qui tantæ fuit virtutis, vt tactu manuum ſanaret infirmos, prout atteſtantur B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Confirmitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus Prouinc. Colonienſ. ſanctitate illuſtrib. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus ſup. Toſſinianus lib 2. in Prouinc. Colonienſi.

§. 5. *B. Barralis, Confeſſ.* [e] Iacet hic in Conuentu S. Claræ Carcaſſonenſ. fama ſanctitate celeberrimus: de quo id refert Gonzaga ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 8. Prouinc. S. Ludouici. *Fuit igitur hic Conuentus vnus ex præcipuis Prouinciæ Narbonenſ. Titulo S. Franciſci inſignitus, multúmque celebris tumulo B. Barralis: in quo aſſiduò conferuntur & elargiuntur dona ſanitatum: quamuis non ſit relatus in numerum Sanctorum decreto Summi Pontificis:* eadem habet Barezzus ſup. lib. 3. cap. 22. ſub ann. 1540. vocatur à Mariano lib. 3. cap. 4. *Raymundus Barraui*, quem ſequitur Vvading. tom. 2. ſup. ad ann. 1286. §. 7. ex Chronic. Antiq. Ordin.

§. 6. *B. Ioannis Tiſſerandi, Confeſſ.* [f] Conſtat hunc fuiſſe vita & virtutibus inſignem; Prædicatorem celeberrimum: Doctoremque eximium in Alma Pariſienſi Vniuerſitate. Qui potens verbo & opere, copioſum fructum exindè retulit animarum. Compoſuit etiam Officium Sanctorum quinque Fratrum Martyrum, Berardi, Petri, & ſocior. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap. 29. Firmamentum trium Ordinum, tract. 1. in Memoriali Ordin. Minor. ſub Miniſtro Generali 37. Gonzag. 1. part. ſup. in Scriptor. Eccleſ. Ord. Minor. Vvillotum Athenarum Orthodoxarum Franciſcan. littera *Ioannes Tiſſerandus*, &c. ſup. ad 16. Ianuarij. Poſſeuinum in Apparatu ſacro.

§. 7. Eius tempore, ſub ann. 1494. ſeu 1495. dùm quaſi tuba cœleſtis ſuam exaltaret vocem, tantum ſuis ſacris concionibus inualuit, vt flagitioſos quoſuis, & mulieres libidini proſtitutas, conuerterit ad pœnitentiam: vndè Lutetiæ Pariſiorum Ordinem Pœnitentium mulierum ex publicè peccatoribus inſtituit. Ita enim teſtantur Volaterranus lib. 21. Antropolog. Picquetus & Foderetus in Deſcriptione Prouinc. Burgundiæ pag. 181. & vbi de Conuentu Obſeruantiæ ſecus Lugdunum (qui eſt 6. eiuſdem Prouinc.) in quo ipſe B. Ioannes requieſcit. Genebrardus lib. 4. Chronic. in Alexandro VI. Galterius in tabula Chronolog. ſæcul. 15. Dionyſius Syueſter, in Carolo VIII. Reg. Franc. ad ann. 1493. Additiones ad Monſtreletum, Volumin. 3. ad ann. 1494. fol. 212. & ad ann. 1495. fol. 234. quo vult obiiſſe hac die. Chronica ſcandaloſa ad ann. 1478. Vvadinghus tom. 6. ſup. ann. 1468. §. 16. & tom. 7. 1494. §. 4. Spondanus ad ann. 1494. Brulius lib. 3. Antiq. Pariſ. pag. 847. Charron. cap. 144. & 145. Hiſtor. Vniuerſal. Gall. ſeu Franc. in Ludouico XI. Reg. Carion, in Chronic. ann. 1493. Robertus Rocquez in Speculo æternitatis; ætat. 6. fol. 105. pag. 2. ann. 1495. Robertus Cœnalis, Abrincenſis Epiſcopus, de Tuendo ſacro cœlibatu tom. 2. ante med. *Ordo* (inquit) *Pœnitentium fœminarum anno Domini 1490. exoritur, authore Fratre Ioanne Textore* (*Gallicè*, Tiſſerant) *Minorita; primumque huius Ordinis Cœnobium erigitur apud Lutetiam Pariſiorum. Pridem hoc inſtitutum ætate B. Ludouici ſedem tenuit, in cœnobio D. Antonij Campenſis, propè muros Pariſienſes. Verùm labentibus annis, illic ſucceſſit Conuentus Virginum, qui hodie extat ſub Ciſtertienſium Regula degentium.* Sed pace tanti viri dixerim, nimius error ibi deprehenditur: nam quantum ad Monaſterium præfatum ſancti Antonij, nuſquam fuit extructum pro iis Pœnitentibus Fœminis, ſed pro virginibus puellis: qua de re videatur Brulius in Antiquitat. Pariſienſ. lib. 2. pag. 1240.

Tempore etenim D. Ludouici nullum adhuc habebant domicilium hæ mulieres: quapropter pius ſanctuſque Rex illis ſufficienter prouidit, non in Monaſterio S. Antonij Campenſi, ſed alibi, vt conſtat ex teſte oculato, Gaufrido de *Belloloco*, cap. 18. vitæ S. Ludouic. Reg. *Præterea miſerandarum mulierum, quæ propter victus penuriam, erant publicè expoſitæ ad peccatum, vel ad exponendum paratæ: quæ tantum panem & aquam ab ipſo petebant, vt ſic à peccato cauerent, in domo filiarum Dei Pariſius, magnam multitudinem congregauit: & eiſdem pro ſuſtentatione annuatim quatuor centum libras Pariſ. aſſignauit.* Earumdem meminit in ſuo Teſtamento idem Rex Sanctus. *Item, Legamus filiabus Dei, & mulieribus Pœnitentibus Pariſ. centum libras.* Extat apud Menardum in Obſeruat. ad vitam D. Ludouici Reg. per Ionuillæum pag. 362. Poſtea, hæ Pœnitentes ſeparatæ fuerunt, & vnà cum aliis mulieribus initium dederunt nouo Ordini, tempore prædicti B. Ioannis Tiſſerandi. Qua de re, hoc carmen cecinit Franciſcus Modius lib. *Cleri totius Romani Eccleſiæ ſubiecti ordo & habitus.* §. 8.

Pœnitet ô ſi quid miſeris modò creditur, ipſum vt
Velatum hoc clamat, quà licet vſque caput;
Pœnitet anteactæ quocumque in crimine vitæ,
Vita iamque iuuat nos meliore frui.
Nec quia veſtitus quauis eſt candidus, & nos
Integra pura virginitate ſumus:
Sed notat hic habitus munditias crimine ab omni
Olim iam meritis nos fore, Chriſte, tuis.

B. Garſiæ Badæ, Confeſſ. [g] Frater fuit vterinus, illuſtriſſimi Didaci *Badæ*, Minoritæ, Miniſtri Prouincialis Prouinciæ S. Iacobi, poſtea ad Epiſcopales Badeiocianæ, Palentinæ, & nouæ Carthaginis, Eccleſiarum dignitates euecti. Hic Igitur B. Garſias *Bada*, §. 9.

vitam duxit in orationibus & ſpiritualibus exercitiis conſumatam: quo mortuo, ſepultus eſt in quodam laterali Eccleſiæ Conuentus S. Franciſci Maioricæ Sacello: cuius inculpatæ vitæ, quod ſequitur carmen, eius ſepulchro inciſum, laudabile reddit omnibus illud legentibus teſtimonium.

Is qui iacet, mortis diem nouit & horam.

Floruit ann. 1530. Agunt de eo Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in eo Conuentu, qui eſt 9. Prouinc. prædictæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 26. ſub ann. 1532. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1257. parag. 23.

§. 10. *Beati Petri Confeſſ.*[g]] Cùm hic Virginalem puritatem omnino coleret, eam ſepiuit humilitate, paupertate & abſtinentia. Corpus namque frequentibus & extraordinariis ieiuniis, cilicio, & pœnitentiis edomabat. Omnia ciborum eius fercula, cunctæque delitiæ conſtabant ex pane & aqua, cum aliquibus herbis, non tamen vſque ad famis & ſitis extinctionem. Vigiliis & diſciplinis carnem ſpiritui ſubiiciebat: ſomno parum indulgebat, idque ſuper aſſeres recubans, vel in nuda humo. Senſuum cuſtodia & corporis compoſitione, admodum exornatus erat. Deuotiſſimus fuit ſuo Angelo Cuſtodi, quem ſingulari veneratione proſequebatur: & cuius familiaritate ſæpe iucundabatur. Hac die purum emiſit ſpiritum. Sepultus in Conuentu S. Ioſephi Salmanticæ. Vti ſcribit Ioannes à S. Maria part. 2. chron. Prouinc. S. Ioſephi lib. 4. cap. 21. ad ann. 1600. quo vixit.

§. 11. *B. Seraphina à Columna, Vidua, Abbatiſſa.*[h]] Ex nobiliſſima *Columna* familia originem trahens, cuidam Alexandro Piſauri olim Domino temporali nupta fuit. Cuius infamem, liberioremque vitam dùm illa grauius carperet, eius odium incurrit; atque poſt plurima vitæ propriæ ſuperata diſcrimina, ſacrum Monaſterium Corporis Domini Piſauri ingredi ab eodem compulſa eſt. In quo cùm aliquandiu, in habitu ſæculari, honeſtiſſimo tamen, conuerſata fuiſſet, Religionis tandem habitum induens, in eo per 18. annos continuos ſanctiſſimè vixit: & Abbatiſſa facta, haud minori prudentia domum rexit. Quamobrem ex hac vita migrans, maximum ſui deſiderium, maximamque ſanctitatis opinionem cæteris ſororibus reliquit. Eius ſimul atque B. Sororis *Fœlicis* corpus, ex Sacriſtia & bina Mauſolæa ex marmore in arcum, ad vtrumque chori latus, affabrè ædificata, propriiſque ſumptibus abſoluta, transferri curarunt illuſtriſſimi Guidobaldus, eiuſque legitima vxor Victoria *Farneſia*, Vrbini pientiſſimi Duces. Obiit ann. 1478. Scribunt de ea Marcus Vlyſſiponenſ. quarta parte Chronic. Minor. lib. 6. cap. 39. ſub ann. 1483. Gonzaga parte 2. ſup. in præfato Monaſt. quod eſt 13. Prouinc. Marchiæ. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Iacobillus de SS. Fulginatib. ſub vigeſima-ſecunda 22. Iulij. Ferrarius in ſuo Martyrologio, 8. Septemb. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1412. parag. 6. 1444. parag. 59. tom. 7. ann. 1478. parag. 57. & ſeq. Marianus lib. 5. cap. 43. Cimarellus part. 4. lib. 1. cap. 16. Thielmanſ. tom. 2. Vitarum SS. Seraphici Ordinis.

QVINTO IDVS SEPTEMBRIS.

Engoliſmæ, in Gallia, Beatorum [a] Martyrum Michaelis Greleti, Petri Bonelli, Ioannis Virolanti, alterius item Ioannis Aprilis: qui ab hæreticis comprehenſi, ſui ſanguinis effuſione, illuſtre fidei teſtimonium Ieſu Chriſto Domino dederunt. Quorum primus, cùm eſſet Guardianus Conuentus Engoliſmenſis, & alter ſacræ Theologiæ Doctor: Suſpendio necati ſunt. Alij verò duo, Lectores, eximijque Concionatores erant, & priori quidem virilia præciduntur: poſteriori autem octuagenario, bipenne ceruices comminuuntur. Pennæ Aprutiorum, Beatorum Confeſſorum [b] Iacobi & Petri, qui magna pietatis & virtutis laude floruerunt. Apud Laſram oppidum, Diœceſis in Caſtella, Beati [c] Ioannis de Guinaldo, Confeſſoris: eximiæ perfectionis & orationis viri. Octoduri, in Caſtella-veteri, Beatæ [d] Mariæ à Turribus, Virginis: quæ per annos 42. Abbatiſſa exiſtens, tanta claruit ſanctitate, vt ad ſolum chordæ eius (qua præcingebatur) contactum, Dæmoniaci liberarentur.

SEPTEMBRIS IX.

§. 1. *Beatorum Michaelis Greletti, & ſociorum Martyr.*[a]] Circa ann. Chriſti 1568. vrbe Engoliſmenſi ab hoſtibus & perduellionis reis capta, Venerandus P. Michael *Grelet*, ſeu *Grillet*, Xantonenſis Cuſtos, Guardianuſque Engoliſmenſis (cuius memoria in benedictione eſt) ac Domini à Rupefolcadio, Maioris-Monaſterij Abbatis Concionator & Confeſſarius, ad furcas damnatus fuit. Qui cùm ad ſupplicij locum duceretur, Gaſparo à *Collignyio*, Franciæ Admiralio, prædixit, quòd inſtar Iezabelis è feneſtra deijciendus, ſicque mortem oppetiturus eſſet. Atque ita ei accidit circa ann. 1573. menſis Auguſti 24. Lutetiæ Pariſiorum. Is enim adhuc palpitans, mortique vicinus per feneſtras deiectus eſt, eiuſque cadauer per vrbis compita & angiportus tractum à pueris, omnique ludibrio expoſitum, iuſtas Deo æquiſſimo ſcelerum ac impietatis vindici dedit pœnas, prout ſibi viuo à præfato Patre, ac glorioſiſſimo Chriſti martyre fuerat prænuntiatum, nec ſine prophetico ſpiritu in ſcala, ſiue gradibus ſupplicij ingenuè prædictum. Alter, Petrus *Bonneau* vocatus, ciuitatis Engoliſmæ prædicator ordinarius, ſacræ

Digitized by Google

ſacræ Theologiæ eruditiſſimus Doctor: in facultate Pictauienſi (qua in vrbe Ordinem profeſſus fuerat:) morti ſimiliter adiudicatus, paulò antequam è carcere educeretur, mortis ſuæ præſcius, iis qui ſecum clauſi detinebantur, prædixit fore, qui ſe perderent iam iam venturos. Quo adhuc loquente, adſunt illi Sathanici Miniſtri, qui eum ingenti impietate, ac in fidem Catholicam odio ducti, ad ſupplicium atque mortem quærunt. Et ſanctiſſimus Pater, qui diu podagrâ laborauerat, ac ſi nullum præſentiret dolorem, ingenti animi lætitia affectus, ad furcas rapitur, ſuis pedibus iter ingreſſus, ſicque hanc miſeram vitã glorioſa morte commutauit in æternam beatamque. Cuius corpus poſt duorum ferè annorum ſpatium ita repertum eſt incorruptum, ac integrum (cruribus tamen fractis) perinde ac ſi recens humi traditum, & terræ commendatum fuiſſet. Atque è loco patibuli, in quo ingloriosè iacuerat, in Capitulo Conuentus præfatæ vrbis, magna Cleri ac populi frequentia repoſitum eſt.

§. 2. Alij duo probi Patres eiuſdem loci, nempe F. Ioannes *Virolant*, ſeu *Hirolean*, tunc Lector, ac eximius Concionator, neci ab hæreticis traditus eſt, genitalibus abſciſſis: poſterior verò F. Ioannes *Aprilis*, Octogenarius, qui diu ſanè Lector ibid. fuerat, & Concionator egregius: obiit, ceruicibus haſtis comminutis. Horum glorioſam paſſionem deſcribunt Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de Martyrib. eiuſdem Ordinis, in Gallia, ſuo æuo, ob fidem Chriſti paſſis: item part. 3. in prædicto Conuentu, qui eſt 29. Prouinc. Turoniæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 15. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Seuertius lib. 8. Antimartyrolog. hæreticor. cap. 6. ſect. 1. Elzearius lib. 3. facri Mont. Oliuet. cap. 6. Cornelius à Lapide, Commentar. in Iſayam cap. 53. verſ. 7. ex Boſio lib. 11. De Signis Eccleſ. cap. 1. num. 6. ann. 1562. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. & Theatrum Crudelitatum Hæreticorum, pag. 32. & 33. vbi hi verſus cernuntur ad ipſos Martyres BB.

Fœlices animæ, quorum per funera Chriſti
Creſcit Euangelium! veſter pro ſemine ſacro
Eſt cruor, ille piis inoleſcit mentibus vltrò,
Vt quantò magis innocui profunditur vſquam
Sanguinis: hoc vernat magis, augeſcitq; premẽdo
Sancta fides, vireſque nouas calcata reſumit.

Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1282. §. 22. Thomas Bouchierius, in hiſtor. Eccleſ. Martyr. Fratr. Obſeruant. Hilarion. à Coſta lib. 2. hiſt. Cathol. pag. 361. Franciſcus à Cruce-magna, in ſua Bibliotheca.

BB. Iacobi & Petri, Confeſſ. [b] Prior Clericus, adoleſcens, moribus & maturo ingenio ſenex, tum etiam ſpiritu prophetico inſignitus. Alter verò, Laicus, laboris patientiſſimus, in oratione aſſiduus; frequenter extaticus, à terra ſubleuebatur. Obierunt in Conuentu Pennæ, qui eſt 4. Prouinc. S. Bernardini. Ita Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1420. §. 15. §. 3.

Ioannis de Guinaldo, Confeſſ. [c]] Profeſſione Laicus erat, ſed plurima virtute maximè ſanctæ orationis exornatus. Deceſſit è vita in Conuentu, ad quintum lapidem à Lafra oppido, ſito, qui eſt 7. Prouinciæ S. Gabriel, cuius meminit idem Vvadinghus ibidem ad ann. 1447. parag. 73. ex monimentis MSS. §. 4.

B. Mariæ à Turribus, Virg. d) *Marina* etiam nonnumquam vocatur, Monaſt. S. Claræ Salmanticenſis fuit alumna: indeq; extracta, 40. annis continuis ſtrenuam in Octoburenſi Clariſſarum Monaſterio Abbatiſſam egit: adeoque Dæmonibus, ob eius ſanctitatem, formidabilis fuit, vt illorum plures ad contactum eius chordæ, qua præcingebatur, à poſſeſſis exierint. Floruit ann. 1515. ſepultaque iacet in Sacello Cœnobij S. Claræ Taurinæ vrbis, iuxta Gonzagam parte 3. ſup. in 1. & 3. Monaſteriis Prouinciæ S. Iacobi. At Barezzus lib. 2. ſup. cap. 14. ponit illius ſacrum corpus Salmanticæ humatum eſſe, ſic & Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 17. & Vvading. tom. 1. ſup. ad ann. 1238. parag. 19. §. 5.

QVARTO IDVS SEPTEMBRIS.

IN Canaria, apud Fortem-Venturam Inſulam, Beatorum [a] quinque Fratrum Martyrum: qui comprehenſi à Gentilibus, poſt ludibria atque improperia pro Chriſto perpeſſa, ex editiſſimo loco in mare præcipites dantur. In territorio Antiſiodorenſi, natalis Beati [b] Stephani Maugiſij, Martyris: qui ob fidem Catholicam ab hæreticis captus, & occiſus, atque in flumen proiectus, tranſiit ad gloriam. Nangazachi, in Iapponio, paſſio Beatorum [c] Martyrum, Richardi, Petri, Vincentij, Leonis & Lucij; qui diuerſis exquiſitiſque pœnis ac ſuppliciis crudeliter vexati, coronas à Domino, inclyto agone, meruerunt. Burgis in Hiſpania, Beatorum [d] quatuor Fratrum Confeſſorum, Seraphici Patris S. Franciſci Diſcipulorum: qui primi in ea Prouincia, Ordinis Minorum fundamenta iecere. Gratianopoli, in Gallia, Beati [e] Michaelis Danielis, Confeſſoris: qui primus Cuſtos extitit Cuſtodiæ S. Antonij, nunc Prouinciæ Sancti Franciſci, Recollectorum, & clarus meritis, ſanctiſſimè in Domino obdormiuit. In Vmbria, Beati [f] Alexandri à Peruſio, Confeſſoris, Tertiarij: vita & virtutibus conſpicui. Venetiis, Beatæ [g] Beatricis à Rayneriis: genere, & gratia miraculorum inſignis.

Digitized by Google

SEPTEMBRIS X.

§. 1. *Beatorum quinque Fratrum Martyrum.*[a]] Horum glorioſam recenſet paſſionem Gonzaga part. 4. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu S. Bonauenturæ Inſulæ Fortis-Venturæ, qui eſt 1. Prouinc. Canarienſ. *Ex hoc etiam Conuentu* (inquit) *prodierunt quinque illi Franciſcani Martyres, in quorum glorioſo agone Fortunatæ Inſulæ maximè gloriantur. Hi, quòd dum præfatus Didacus à Ferreria, magnam Canariam fortius oppugnat, atque hoſtium impetum minimè ferens, receptui canit, truculentiſſimis efferatiſque Paganis admixti, Catholicam eis fidem intrepidè, atque cum maximo ſpiritus feruore, Canarica lingua, quam apprimè addidiſcerant, prædicare contenderent, ab huiuſmodi Barbaris comprehenſi; poſt plurima ludibria atque improperia perpeſſa, ex editiſſimo loco, qui Caſtellani ſaltus, impræſentiarum dicitur, in mare præcipitantur.* Eadem habet Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 17. ſub ann. 1560. At præfata eueniſſe ann. 1460. planè coniicitur ex Gonzaga ſup. Vvadingho tom. 5. ſup. ann. 1441. parag. 63.

§. 2. *B. Stephani Mart.*[b]] Trucidatus eſt impiis hæreticorum manibus, hic V. Pater, Conuentus Antiſſiodorenſis alumnus. Nam, dùm Verziacum Concionandi gratia proficiſceretur, captus ab hæreticis de Colingiis ſuper Yonam, præmiſſa fideli confeſſione, necatus eſt; & in flumen proiectus, ann. 1568. Ita monimenta M. SS. præfati Conuentus, qui eſt 2. Prouinciæ Franciæ. Vvadinghus in Addition. ad tom. 2. Annal. Minor. parag. 6. Quo item ann. (vt ipſe addit) ab iiſdem Sathanæ miniſtris occiduntur FF. Gregorius *Bourniſſet*, & Mathæus *Mathai*, nouellus ſacerdos, eiuſdem domus alumni.

§. 3. *Beatorum Richardi & ſoc.*[c]] Belga erat natione, Conuentus Nigellæ (qui eſt 6. Prouinciæ Flandriæ) alumnus: nonnullis de *S. Ana*, cognominatus. Porrò in Iapponium traiiciens, magnum inibi animarum numerum Chriſto lucratus eſt: talem tantumque Deus FF. Minorum Diſcalceatorum, atque Recollectorum laborem ſic benedixit: vt ad ſexcenta millia, noua ea Chriſtianitas increuerit: prout teſtatur ipſemet in Epiſtola ſua ad Hiſpanos, & Belgas, ſub datum ann. 1614. die 2. Maij. Quibus tamen tribulationes haud defuere. Vidimus ſuperius ad 5. Februarij ann. 1597. ſex ex noſtris Patribus, cum decem & octo Tertiariis, Nangazachi, Martyrium ſubiiſſe: attamen, non omnino potuit Franciſcanus feruor minui aut extingui, imò potius augeri viſus eſt & confortari. Semper enim apud Nangazachium demorati vſque in præſens noſtrates conſpiciuntur. Anno 1611. palam cernuntur à Soliero tom. 2. Hiſtor. Eccleſ. Iappon. lib. 17. cap. 4. item lib. 18. cap. 11. parag. 119. ann. 1620. poſtea captiui in vincula coniiciuntur ann. 1621. lib. 19. cap. 1. parag. 4. vndè educti Omuram mittuntur; cap. 2. parag. 8. &c. cap. 3. parag. 22. nouiſſimè autem BB. Patres Richardus à *S. Anna*, de quo agimus; Petrus *Abulenſis*, Prouinciæ S. Ioſephi, & Vincentius à S. *Ioſepho* eiuſdem Prouinciæ, quorum fuerunt inſeparabiles comites, Leo & Lucius de *Freitas*, Iapponenſes, Tertiarij; in eadem ciuitate Nangazachio, ann. 1622 hac die, lento igne, horrendo tormenti genere torti, ac denique combuſti fuerunt. Vide Rapinæum, Hiſtor. general. origin. Recollector. Decad. 11. part. 2. parag. 2. 8. & 9. Solierum ſup. lib. 19. cap. 15. Agitur nunc de eorum canonizatione, ad quorum proceſſus conficiendos litteræ petuntur Apoſtolicæ: vt patet ex Libello Neapoli edito, ann. 1626. apud Ioann. Dominici Roncalioli Typographiam; & Rapinæo ſup. part. 1. præfat. parag. 4.

§. 4. *Beatorum quatuor D. Franciſci ſociorum.*[d]] Vnus illorum nomine *Marcus* tumulatus eſt in ſacello D. Franciſci, Conuentus Burgenſis: in alia verò Capella Sancti Michaelis Archangeli eiuſdem loci, tria aliorum corpora humata iacent: quæ ann. 1569. dùm fortè ipſa ædicula reædificaretur, integra omnino, carnibus tamen conſumptis, vno & in eodem loco apparuerunt, & ab vniuerſa ferè ciuitate viſa ſunt, qua de cauſa is locus in magna eſt apud Burgenſes veneratione. Vide Gonzagam ſup. part. 3. in Conuentu 1. Prouinc. Burgenſis. & Vvadinghum tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. parag. 61. Marietam lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 9.

§. 5. *Beati Michaelis Danielis, Confeſſ.*[e]] Primus Cuſtos fuit Cuſtodiæ S. Antonij Delphinatus Recollector. in Gallia, quam verbo, tum exemplo ſanctiſſime rexit; ſed & in vita ſpirituali exercitatiſſimus, multos, pro maiori Dei gloria erudiuit. Obiit in Conuentu Gratianopolitano FF. Minorum Recollector. die 10. Septemb. ann. 1610. Agunt de eo Hilarion. à Coſta lib. 3. Hiſt. Catholic. pag. 690. Galterius in Tabula Chronographica ſæcul. 17. in ſanctis & illuſtribus viris. Sauſſayus in Supplemento ad Martyrolog. Gallicanum hac die. Hæc autem Cuſtodia poſtmodum erecta eſt in prouinciam, ſub titulo Sancti Franciſci in Gallia, de ordine & auctoritate Pauli V. Summi Pontificis, à Reuerendiſſimo Patre Benigno à *Genua*, totius Ordinis Miniſtro Generali, die 22. Ianuarij ann. 1620.

§. 6. *Beati Alexandri à Peruſio, Confeſſ.*[f]] Ex tertio Ordine Minor. fuit vir inſigni pietate præditus. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi 1. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 25. Gonzaga ſup. 1. part. in BB. viris huiuſce 3. Ordin. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Vvadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1242. parag. 21. ex Mariano lib. 2. cap. 23. à quo Magiſter ſacræ Theologiæ dicitur. Marulo lib. 4. Hiſtor. ſacrar. relig. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. Ioanne de Torres, in practicis exhortationib. ſuper Regul. Tertiar. fol. 57. pag. 1. poſt B. Bernardinum de Buſtis part. 2. Roſarij Quadrageſimal. ſerm. 27. part. 2. & Firmamento trium Ordinum part. 2. ſub initium. & Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 50.

§. 7. *Beatæ Beatricis à Rayneriis.*[g]] Dum Euboea, Ægei maris (vulgo Nigropons) Inſula, ab immaniſſimis Turcis expugnaretur, nobiliſſimæ duæ fœminæ eius incolæ, (quarum alteri Polixena *Premarina*, alteri verò Beatrix à *Rayneriis*, nomen erat) ſe Deo, ad Religionis ingreſſum, ſi eam calamitatem euadentes, & Chriſtianorum plagas incolumes traiicere poſſent, ex voto obligarunt. Ereptæ itaque à tanta rabie, atque Venetiis remigio mirabiliter applicitæ, quod piè vouerant religiosè exequi curarunt: fundationi Monaſterij Sepulchri, Clariſſarum initium dantes. Vbi ipſa præfata B. Beatrix Soror, miraculis omnino claruit. Scribunt de ea Gonzag. ſup. part. 2. in Monaſt. 13. Prouinc. S. Antonij. & Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1499. parag. 38.

TERTIO

Digitized by Google

TERTIO IDVS SEPTEMBRIS.

IN Zeilamica Indiæ Orientalis Inſula, Beatorum [a] Fratrum duorum Martyrum: qui pro fidei Chriſtianæ conſtantia, telis Gentilium confoſſi ſunt. In Luſitania, Beati [b] Marci Vlyſſiponenſis, Epiſcopi Portuenſis: eruditione, pietate, & vitæ ſanctitate ſpectabilis. Caſtro-Rodulphi in territorio Bituricenſi, Beati [c] Bonocontri, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli: miraculis clari. In Latio, Beati [d] Ioannis Guadalupenſis, Confeſſoris: qui Auctor Fratrum Diſcalceatorum de Caputio, & fundator Prouinciæ Sancti Gabrielis exiſtens: admirandis virtutibus, & ingenti ſpiritus feruore emicuit, atque ſancto fine quieuit. Hiſtonij, in Apulia, Beati [e] Sebaſtiani à Celenta, Confeſſoris: humilitate, deuotione, & ſignis illuſtris. Pennarandæ in territorio Salamantino, Beati [f] Didaci à Sazedo, Confeſſoris: ſummæ ſimplicitatis, & ſanctimoniæ viri. Mediolani, Beatæ [g] Dorothææ Liſſoniæ, Virginis, quam miraculorum gloria poſt mortem exornat.

SEPTEMBRIS XI.

§. 1. B*Eatorum Duorum Fratrum Martyrum.* [a]] Illorum meminit duobus in locis illuſtriſſimus Antiſtes, Gonzaga, videlicet parte prima Origin. Seraph. Religion. vbi de ſacris Martyribus Ordinis Minorum, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis apud Indos Orientales: hiſce verbis. *Beati duo Patres, quorum nomina ignorantur, in Zeilamica Inſula, à Gentilibus, ob fidei cauſam occiſi ſunt.* Item parte quarta ſub fin. Prouinciæ Sancti Thomæ. *In Inſula etiam Zeilamica, duo ex noſtris Fratribus, dùm Chriſtianos milites à gentilibus in quodam caſtro obſeſſos, ad pugnam inſtantiſſimè adhortarentur, inimicorum telis icti occubuere.* Circa 1560. ſic & Daça 4. parte Chronic. Minor. libro primo cap. 67. quæ refert cap. 51. & 57. ex Gonzaga ſub initium Præfatæ Prouinciæ, & aliis; quomodo Reuerendus Pater Ioannes de *Villa Comitis* cum ſociis Franciſcanis: primus omnium luce Euangelij illud Zeilamum Regnum, anno 1540. colluſtrauerit.

§. 2. *Beati Marci Vlyſſiponenſis.* [b]] Cùm iuſſu R. P. Andrææ *Inſulani*, totius Ordinis Minorum Generalis, Hiſpanias, Galliam, & Germaniam luſtraſſet; Chronica Religionis, lingua Hiſpana, attrita, in tria volumina digeſſit ann. circiter 1570. Incredibili autem ſtudio animarum flagrans; crebras ad populum habuit conciones. Edidit præterea Latino ſermone aliquot libros doctis & litteratis hominibus aptiſſimos; nonnullos quoque Luſitanico, ad imbuendos animos religione, & charitate Dei accommodatiſſimos. Fuitque Prouinciæ S. Antonij Portugalliæ ſecundus Prouincialis ann. 1573. Indéque à Gregorio XIII. Epiſcopus Portuenſis creatur. ann. 1581. denique vt ſanctè vixerat, ſanctè etiam mortuus eſt. Ita Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu 8. 9. & 13. prædictæ Prouinc. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan littera M. Rapinæus in Hiſtor. general. Origin. Recollector. Decad. 8. parte 1. §. 13. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. in Epiſcopis huiuſce Ordinis. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Wadingh. tom. 5 ſup. ann. 1408. §. 6. & tom. 8. ad ann. 1588. quo obiit.

§. 3. *Beati Bonocontri, Confeſſoris.* [c]] Hunc Diui Patris Franciſci ſocium ſecum adduxerat ex Italia illuſtris Guillelmus de *Caluiniaco*, oppidi Caſtri-Rodulphi, in finibus Archiepiſcopatus Bituricenſis verſus meridiem, Dominus, ad extruendum Conuentum Minoriticum in ſuo fundo. Igitur ipſe Beatus Bonocontrus, vir omni virtute conſpicuus, veluti lapis primarius extitit huiuſce domus; & in vita, & poſt mortem claruit miraculis: cuius corpus conditum iacet honorificè in Eccleſiæ naui, verſus vrbem ann. 1230. prout teſtatur Gonzaga ſupra in Præfato Conuentu, (qui eſt tertius Prouinciæ Turoniæ Pictanienſ.) ex Antiquis Monimentis eiuſdem loci. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1388. paragapho 10.

§. 4. *Beati Ioannis Guadalupenſ. Confeſſoris.* [d]] Prouinciæ Sancti Iacobi fuit alumnus; à qua ſtrictioris obſeruantiæ ſtudio, tranſiit in eam, quæ nunc eſt, prouinciam, tunc vero, Cuſtodiam Angelorum: illicque ſub cœleſti diſciplina Beati Patris Ioannis à *Populo*, educatus, ſpiritum deuotionis, perfectionis, & feruoris adeò ſuxit, vt propterea ab eo ſit Guardianus inſtitutus Conuentus ſancti Dominici Xarandiliæ. Poſtea verò aſperiorem quandam vitam, arctioremque vitæ rationem anhelans, Romam petiit; vbi Apoſtolicas litteras, quibus pauperculos humileſque aliquot Conuentus, in Hiſpania ſibi erigere liceret, ab Alexandro ſexto Papa impetrauit. Quarum etiam litterarum tenore voluit idem Summus Pontifex, vt quotquot Franciſcani Fratres, cuiuſcumque eſſent prouinciæ, ad huiuſmodi domos tranſire vellent, id liberè, atque licentia etiam à Superioribus minimè obtenta, facere poſſent: vtque Cuſtodia per Beatum Ioannem Guadalupenſ. de nouo erigenda, Generali totius Ordinis Miniſtro immediatè ſubiecta eſſet. Cùm igitur præmemorato Beato Ioanni Guadalupenſi, Religioſi Patres Beati Petrus *Melgarius*, Angelus *Pincianus* Michael *Cordubenſis*, & Ioannes ab *Aquila*, Prouinciæ S. Iacobi, Regularis Obſeruantiæ alumni, atque aliquot alij Fratres adhæſiſſent: ipſo die Annuntiationis Deiparæ Virginis anno milleſimo quingenteſimo, primus, fundamentaliſque Conuentus glorioſæ Virginis Mariæ, (qui & totius Cuſtodiæ baſis ad tempus extitit,) lapis de Religioſo more, ac de omnium ciuium ſententia, prope Scalabiam, vel (vt alij volunt) Caſtrum Iulij (vulgò *Trugillo*) iactus extitit. Cui cùm nonnulli alij eſſent adiuncti, omnes ſimul Cuſtodiæ San-

cti Euangelij titulo, ex Alexandri VI. Papæ conceſſione, eidem Beato Ioanni Guadalupenſi facta, cohoneſtati fuere.

§. 5. Tunc cœpit quamplurimis agitari moleſtiis: quis enim poſſet grauia, quæ paſſus eſt pro Reſſormatione introducenda, recenſere? Ter namque ex Hiſpania Romam venit: & toties à Sede Apoſtolica benignè receptus & auditus, quoties iracundi ſibi aduerſari niſi fuerant. Quia verò ſuæ nouæ Cuſtodiæ ſancti Euangelij titulum dederat, eo quòd perfectionem Euangelicam ad amuſſim ſeruare decreuerat: illius alumni nuncupati ſunt *Fratres de Sancto Euangelio:* à nuditate pedum, quia nudis pedibus, abſque ſotulis, caligis, ſandaliis, ſeu alia quauis re incederent: *Fratres Diſcalceati* denominabantur. A Caputio autem quadrato, parumper acuto, ad inſtar Diui Patris Franciſci, vocati ſunt *Fratres de Caputio*, vel *Capucini*. Quæ tamen cognomina ablata ſunt per Leonem X. Papam, in vnione totius Ordinis Seraphici, tempore Capituli generalis Romæ celebrati, anno milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo: niſi quod moderni Capucini triginta annis poſt ipſum Beatum Ioannem Guadalupenſ. (nimirum ab anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, vſque ad annum milleſimum quingenteſimum vigeſimum quintum.) Caputium reſumentes; illud geſtiunt non ampliùs quadratum, & parumper acuminatum, ſed nimis oblongum, omninò acuminatum, & totum pyramidale: quam ob cauſam Capucinorum nomen vſque modo retinent, à ſingulari illa deferendi Caputij forma.

§. 6. Tandem pergens, Romam, ad Capitulum generale anno milleſimo quingenteſimo ſexto, ſanctiſſimè obiit in Domino: cuius præclara geſta, ſummas virtutes, & eximia opera copioſè deſcribunt. Barezzus quarta parte Chronic. Minor. libro 1. à cap. 1. vſque 12. Ioannes Baptiſta Molez in Memorial. Prouinc. Recollector. Diſcalceat. Sancti Gabrielis. Gonzaga ſupra parte tertia, in Prouinciis Angelorum, Pietatis, & Sancti Gabrielis. Item in Conuentu tertio & &15. vltimæ Prouinc. Rapinæus in Hiſtor. general. Origin. Recollect. part 2. Introductiom. §. 5. & part. 4. item Decad 1. part. 1. §. 5. Decad. 2. part. 1. & 2. Decad. 3. part. 1. §. 1. &c. Speculum Fratrum Minorum tract. 1. in Memoriali Ordin. fol. 79. Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 37. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Marianus lib. 1. cap. 11. 12. 13. & 14. Daça ſup. lib. 2. cap. 5. Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. Sancti Ioſephi lib. 1. cap. 4. Corbinus lib 8. S. Franciad. pag. 169. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1500. §. 35. & 36.

§. 7. *Beati Sebaſtiani à Celenta, Confeſſoris.* [c]] Sacerdos erat, vir vtique humillimus, atque deuotiſſimus; qui adhuc viuens iuuenem ſigno Crucis à grauiſſima, qua vexabatur, infirmitate liberauit; quique moriturus, poſt generalem peccatorum confeſſionem eius, Patri Confeſſario dixit, nullius ſe mortalis criminis, à tempore quo Franciſcanam Religionem erat ingreſſus, conſcium eſſe. Cúmque ſibi ab eodem Confeſſario Dominicam Paſſionem ſecundum Ioannem perlegi rogaſſet, atque ad eum locum: *& inclinato capite emiſit ſpiritum,* deuentum eſſet, animam Deo reddidit, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto. Illius meminit Gonzaga ſupra, parte 2. in Conuentu S. Honofrij Hiſtonij, qui eſt 5. Prouinc. S. Angeli, & Grauina *in voce Turturis* parte ſecunda cap. 24. Wading. tom. 5. ſup. 1440. §. 35.

§. 8. *Beati Didaci à Sazedo, Confeſſoris.* [f]] Conuentus Dominæ noſtræ de Gratia Pennarandani oppidi accola, fuit aliquando hic Beatus Dei ſeruus, natione Cantaber, & profeſſione laicus: cuius ad Deiparam Virginem tanta fuit deuotio, vt ex propriæ carnis ergaſtulo exiturus, eius ſuper benedicta præſentia dignari meruerit. Agunt de eo Gonzaga 3. part. ſupra in Præfato Conuentu, qui eſt 12. Prouinc. S. Ioſephi. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 34 ad ann. 1580. Rapinæus ſup. Decad. 8. part. 1. §. 11. & Ioannes à Sancta Maria lib. 2. ſup. cap. 24.

§. 9. *Beatæ Dorotheæ Liſſoniæ, Virginis.* [g]] E Modoetia oriunda erat, atque inter reliquas probatæ vitæ Moniales, Monaſterij D. Bernardini, Mediolanenſ. (quod eſt 4. Prouinc. Mediolanenſ.) longè emicuit: cuius vita ita Deo grata extitit; vt certam ſui tranſitus horam prænoſſe meruerit: & miraculis poſt mortem claruerit. Memoratur à Gonzaga 2. parte ſupra in eo Monaſterio. Wadingho ſupra ad ann. 1447. paragraph. 92.

PRIDIE IDVS SEPTEMBRIS.

IN Iapponio, Beatorum [a] Martyrum, Apollinarij Franci, & ſociorum eius. Florentiæ, Beati [b] Ioſephi, Confeſſoris: vitę ſanctitate ſpectabilis. Colſani, in Picœno, Beati [c] Franciſci à Calderola, Confeſſoris, ac Concionatoris egregij: qui pietate, ſcientia, ac zelo ſalutis animarum plenus, miraculis etiam frequentatis illuſtrior euaſit. Anticoli in Latio, Beati [d] Franciſci Titelmani, Confeſſoris: qui cùm eximia eruditione polleret, tanta humilitate, charitate ac deuotione nobilitatus eſt: vt his baſibus cæteras, maximaſque virtutes ſuperadiecerit, & multis viuus ac mortuus claruerit ſignis admirandis. Populæ de Angelis in Mexicano Regno, Beati [e] Michaelis à Turre Ionzillo, Confeſſoris. Beluiſij in territorio Placentino Hiſpanico, Beatæ [f] Annæ ab Aſſumptione, Virginis; quæ aſſidua oratione, & Dominicæ Paſſionis memoria emicuit.

Digitized by Google

SEPTEMBRIS XII.

§. 1. BEatorum Apollinarij Franci, & ſociorum Martyrum.] Hic Beatus Apollinarius Francus, Prouinciæ Sancti Iacobi alumnus, Omuræ prius captiuus longo tempore eſt effectus, nempe ab anno 1618. vſque ad ann. 1622. quo Beati certaminis curſum compleuit: vnà cum BB. Paulo de *Sancta Clara*, & Franciſco de *Sancto Bonauentura*, Iapponenſibus, Prouinciæ Sancti Georgij in Philippinis. Quorum meminerunt Solierus tom. 2. Hiſtor. Eccleſ. Iapponenſ. ad ann. 1618. lib. 17. cap. 22. §. 174. & ad ann. 1619. lib. 18. cap. 4. parag. 38. ann. 1622. lib. 19. cap. 15. §. 115. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 17. Rapinæus Hiſtor. general. Origin. Recollect. 1. part. Præfat. §. 4. qui, ex Libello Neapoli edito ann. 1626. apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli, teſtatur nunc agi de eorum canonizatione, ad quorum proceſſus conficiendos litteræ petuntur Apoſtolicæ.

§. 2. *Beati Ioſephi, Confeſſoris.* [b]] Vir fuit mitiſſimus, atque ſanctiſſimus, Florentiæ obiit; cuius corpus poſt multa tempora eſt intactum repertum, cum habitu & chorda, ac ſi eodem die fuiſſet ſepultum. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus libro primo Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Tuſciæ ſanctitate illuſtr. Codex MS. Abbat. Sancti Victor. Pariſ. ibidem. Gonzaga prima parte Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1211. parag. 23. ex Mariano cap. 7. parag. 17. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 3. *Beati Franciſci à Calderona, Confeſſ.* [c]] Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi tertia part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 26. ad ann. 1507. Concionator extitit feruentiſſimus ac deuotiſſimus; qui licet eximia polleret eruditione, humilia tamen ſapiebat, ac pietati conſona, quotidiè ferè concionabatur; pernoctabat in oratione, ſiue Vocali, ſiue Mentali; pœnitentium, magno cum ſalutis animarum profectu, confeſſiones audiebat; in conciliandis litibus peculiarem induſtriam habebat. Denique obdormiens in Domino, clariſſima lux, hora ſui obitus oborta cæteris apparuit: exindéque ingenti populi frequentia ſepultus eſt apud Conuentum Cinguli, ſeu Colſani Diœceſis Camerinenſis, (vt vult Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu 27. Prouinc. Marchiæ) vbi ob frequentia miracula, in maxima veneratione eſt, ſuauiſſimamque quandam fragrantiam ex ſe emittit. Vvadinghus ſup. ad annum 1215. parag. 27.

§. 4. *Beati Franciſci Titelmani, Confeſſoris*, d] Belga erat oppido Haſſelenſi, territorij Leodienſis, originem ducens; priùs Academiæ Philoſophorum apud Louanium moderator illuſtris, ſed poſtea, relicto ſæculo ad inſtitutum Diui Franciſci ſe contulit: in quo diuinis ſcripturis aſſiduè vacans, plurima, eaque doctiſſima, & quæ inſignem ſuauemque ſpirant deuotionis odoré ſyntagmata, in diuinas ſcripturas elaborauit; quorum ſeriem referunt Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 9. cap. 10. & 31. Gonzaga ſup. part. 1. in Scriptor. Eccleſ. Franciſcan. Ordin. & part. 3. in Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinciæ Germaniæ inferior. Vvillotus, in Athenis orthodoxis Franciſcan. verb. *Franciſcus*. Bellarminus tom. ſeptimo de Scriptor. Eccleſ. ad ann. 1500. Sixtus Senenſis lib. 4. ibidem. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Gneſnerus in Bibliotheca. Simlerus in Epitom. eiuſdem. Coccius, Galterius, & alij recentiores. Daça part. 4. Chron. Minor. lib. 2. cap. ſecundo, & lib. 3. cap. 42.

Inter alia autem ſcripſit contra Iacobum Fabrum, Stapulenſem, adhuc viuentem: qui malè ſentiebat de fide, & vt cæcutiens, in diuerſos errores impingebat: vnde Florimundus Ræmundus lib. 7. de Ortû hæreſeon cap. 3. paragraph. 1. & 2. Vocat eum *Luthero-Zuinglium* ann. 1523. Quapropter Fabri opera, in Indice librorum prohibitorum à ſacro Concilio Tridentino; tumque ab Alma Facultate Theologica Pariſ. ab ann. 1544. vſque ad ann. 1556. recenſita ſunt. §. 5.

Idem etiam Beatus vir Dei, calamum ſumpſit aduerſus Deſiderium Roteradamum, adhuc viuentem, eiuſque errores: qui propterea *Semi-Chriſtianus* vocatur à Spondano, in Auctario Chronolog. ad Baronium, ſub ann. 1465. & 1515. Scio Præfatum Florimundum, mitiore ſtylo, in fauorem Eraſmi aliqua attuliſſe: videlicet quòd non omninò ſe ab vnitate Eccleſiæ ſeparauerit: ſed qualis hæc excuſatio? & cuius ponderis ſit, iudicetur. *Qui enim in vno deliquerit* (inquit Sanctus Iacobus Apoſtolus,) *factus eſt omnium reus*. Sicut enim per vnum mortale peccatum, gratia aufertur: ita per vnicam hæreſim, tollitur Eccleſiæ Catholicæ vnitas. Nec ſufficit Chriſtiano, vnum aut alterum fidei articulum credere; ſed neceſſarium eſt illi ad ſalutem, omnes fidei articulos firmiter tenere ac profiteri. Eraſmus autem in multis errauit, nec firmus & ſtabilis fuit in fide Catholica: Apocalypſim reiecit è corpore ſacræ Scripturæ: teſtimonium de Sanctiſſima Trinitate, quod Diuus Ioannes profert, abſtulit ab eius Epiſtola; &c. Trinitarij, Lutherani, & alij hæretici, illum vt patronum atque fautorem præcipuum colunt, vndè apud Germanos tritum erat illud prologium: *Eraſmus innuit: Lutherus irruit: Eraſmus parit oua, Lutherus excludit pullos: Eraſmus dubitat, Lutherus aſſeuerat: Eraſmus Lutheriſat, Lutherus Eraſmiſat.* Quæ omnia fatetur ipſemet Florimundus ſup. libro primo, capite octauo, parag. ſecundo: libro ſecundo, capite octauo, parag. 9. & capite decimo quinto, parag. ſeptimo, ſed latius libro quinto, cap. 1. parag. 2. Quare Eraſmi opera, inter libros prohibitos connumerantur in Indice ſacri Concilij Tridentini; & in præfata cenſura Almæ Facultatis Theologicæ Pariſienſ. quæ refutata ſunt à Franciſco Knayaldo; Henrico Ioanne Standitio, Aſaphenſi Epiſcopo; & Ludouico Carbaiolo, Minoritis. §. 6.

Cùm verò Beatus Franciſcus Titelmanus, vitę ſtrictioris deſiderio teneretur, Italiam petiit, Romamque vrbem inuiſit quo tempore PP. Capucini Capitulum generale agebant: in quorum conſortium admiſſus, paulò poſt lector Theologiæ inſtituitur in Conuentu Mediolanenſi. Verùm ita humiliter id officium recuſauit; vt meritò Patres, eius votis piis annuerint. Nihil enim eo erat humilius, nihil feruentius, nihil operoſius. Puritate ac ſinceritate pollebat, paupertaté ſummè excolebat, mortificationibus & manuũ laboribus iugiter vacabat: orationem maximè frequẽtabat, accediam ſummo perſequebatur odio. Ingenti charitate redundabat, etiam vſque ad infirmos Romæ, apud hoſpitale incurabilium iacentes, quibus ſingulari pietate inſeruiebat. Die 2. Auguſti Roma Aſſiſium ſe contulit, ædemq; ſanctæ Mariæ de Portiuncula deuotè viſitans, indulgentiam plenariam lucratus eſt. Exindè Romam rediit, vbi Aſſumptionis Dei go- §. 7.

Digitized by Google

nitricis Mariæ peracta feſtiuitate, Anticolim eſt profectus. Mox graui morbo oppreſſus, cernens diem vltimum ſibi fore vicinum: cuncta Eccleſiæ Sacramenta, eximia pietate recepit, ſicque fœliciter obdormiuit in Domino ann. 1537. cuius ſanctitas pluribus miraculis ante & poſt mortem à Deo comprobatur. Vltra præfatos Authores, illius meminerunt Reuerendus Pater Ioannes Baptiſta à Peruſio, in Præludio ad vitam Beati Fœlicis à Cantalicio, Capucini. Bouerius tom. 1. annal. Capucinor. ad annum 1537. ex Petracio, Salodienſi, Monteflore, Franciſco à Canobio, & aliis. Corbinus lib. 8. Franciad. pag. 187. & 193. Spondanus ad ann. 1536. Thielmanſ. Tom. 1. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Myræus in Auctario de ſcriptorib. Eccleſ. cap. 550. ſcribens, ſed perperam, vitam finiſſe ann. 1553. vti & ſæcul. 16. cap. 128. Ardinghellus in Appendice *Congeminatæ vocis Turturis*, oſtenſione 4. vbi de PP. Capucinis. Manipulus Fratrum Minorum in cap. 7. Regul. Franciſcan. qui ait illum obiiſſe, dùm Prouincialis Vicarius Capucinorum Prouinciæ Romanæ eſſet, quod latè confirmat idem Bouerius: qui addit ibid. §. 111. Quod feruebat vir præclarus, incredibili charitatis æſtu, ita vt ſeipſum hoſtiam pro Chriſto immolare ſummoperè optaret. Quamobrem id ſecum ſæpè in animo volutabat, quo pacto nonnullis feruentioris ſpiritus ſociis collectis, in infidelium oras, ac præſertim Indicas plagas irrumperet, ſterileſque terras vel diuino fidei ſemine imbueret, vel fuſo cruore irrigaret. Idque facilè aſſecutus eſſet, niſi vitæ ipſius ſtamina, mors immatura abrupiſſet, hac die. Scio Arnoldum à Raiſſa, in Auctario ad natales Sanctorum Belgij, ex vita ipſius Beati Franciſci Gallicè edita Leodii: & Elogiis illuſtrium Belgij ſcriptorum Miræi & in Faſtis ipſius reponere depoſitionis eius diem ad 4. Octobr. quem ſequitur Sauſſayus, in Martyrologio Gallicano: ſed illis minimè aſſentimur, quippè, qui cæteros omninò contrarios ſibi habeant authores.

§. 8. Sanè inuenio Capucinos; à naſcentis ſuæ congregationis exordio, infidelium, tum Occidentalium, tum Orientalium Indorum, aliarumque totius orbis Regionum, conuerſioni admodùm deditos fuiſſe. Nam Turcarum, Perſarumque latiſſimum Imperium peruagarunt. Cyprum, Syriam, Palæſtinam, Ægyptum & Æthiopiam (vbi duo ex illis martyrio ſunt coronati) Iapponium, Canadam, Braſiliumque perluſtrarunt: apud Tampinambatos, Inſulæ Marignianæ in Braſilio habitatores, ſedem fixerunt: Bayæ vrbi ædem extruxerunt ab ann. 1595. cernuntur in Cambaya: in Regno Martauano: in Inſula Sumatra ad Regem Achenenſem, in Regno Gongano, &c. Ita Iarricus 1. part. hiſtor. Indiæ Oriental. in Epiſtola dedicatoria, tum lib. 1. cap. 28. & part. 3. lib. 5. cap. 42. & lib. 6. cap. 31. & 42. Seuertius lib. 7. Antimartyrolog. hæreticor. paragraph. 3. cap. 2. ſect. 1. Franciſcus de Sales de Amore Dei lib. 5. cap. 9. Spondanus ſup. ad ann. 1613. Iuo Pariſienſis in fœlicib. ſucceſſib. pietatis part. 3. cap. 13. Bzouius, tom. 17. Annal. Eccleſ. ad ann. 1471. parag. 14. vbi de Paulo V. Papa art. 25. Corbinus ſup. pag. 157. Anonymus Tract. De nauigatione, ad calcem Hiſtor. de Canariis, per *Bethencourt*, pag. 140. 141. & 191. & copioſius Ignatius-Ioſeph. In Hiſtoria Abba-villæa libr. 1. cap. 58.

Aduerte autem, quòd Cariges populi Braſilij, olim fuere Chriſtiani effecti per quendam Epiſcopum, & Religioſos, vt ferunt, teſte Iarrico 2. part. ſup. lib. 1. cap. 29. & 31. Et certè quidam ex noſtris Franciſcanis ibidem occiſi ſunt ann. 1500. quos rectè ipſe Iarricus cap. 21. Beatos Martyres vocat: agitque iterum de duobus aliis Minoritis cap. 25. ad Braſilium eodem anno euntibus. Extant etiam in Prouincia Parayba Braſilij, Conuentus Fratrum Minorum ibid. cap. 27. Porrò Ieſuitæ illuc haud aduenerunt, niſi fermè poſt annos quinquaginta: eodem Iarrico teſte cap. 23. ex quo perſpicuè colligitur, quantum ipſe hallucinatus fuerit, dum cap. 27. perperam ſcribit, Minoritas illuc non adueniſſe, niſi triginta annis poſt Ieſuitas. Vide ſuperius ea quæ ſcripſimus. ad 31. Auguſt. §. 8. & ſeq. ſed copioſius in Indice materiarum præcipuarum huiuſce operis ad calcem libri. §. 9.

Beati Michaelis, Confeſſoris. e] Prouinciæ Carthaginenſis erat alumnus: qui poſt aſſequutam profundiſſimam humilitatem, paupertati, orationi, atque ardenti charitati coniunctam, in Indiam Occidentalem ad Prouinciam ſancti Euangelij conuolans, Mexicanum idioma quàm citiſſimè didicit; atque, quod ſibi reliquum vitæ fuit, licet aduerſa conflictaretur valetudine, id totum in inſtruendis in fide Indis, ſacriſque eorum confeſſionibus excipiendis, conſumpſit, emenſis interim ea propter plurimis milliariis, aſperrimiſque montibus ſuperatis, vt Chriſto animas lucrifaceret: quare moriens in Conuentu Sancti Franciſci Populæ de Angelis (qui eſt 38. Prouinciæ ſancti Euangelij) maximum ſanctitatis odorem omnibus ſibi notis reliquit. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in hac Prouincia. Barrezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 22. ad ann. 1560. Marianus lib. 2. cap. 40. ſup. Rapinæus in hiſtor. general. originis Recollector. Decad. 7. part. 3. cap. 12. §. 10.

Beatæ Annæ, Virginis. f] Non minùs cognita eſt ſanctitas ac virtus B. huius Religioſæ; erat quippe admodum pauper, charitate plena, & ingenti humilitate adornata. Orationi autem continuæ ſic addicta fuit; vt poſt matutinas, nuſquam è choro diſceſſerit. Paſſioni Dominicæ extitit deuotiſſima; in cuius memoriam, omnibus ſextis feriis ieiunium in pane & aqua ſeruabat. Semel reperta fuit in die Paraſceues, ſuper Crucem ligneam extenſa, & in lachrymas tota penè conuerſa; ſicque diuini amoris, ac Paſſionis Chriſti gladio tranſuerberata, vt videretur mox animam agere, & expirare. Iacet in Monaſterio Sanctæ Claræ Beluiſij, quod eſt 6. Prouinciæ Angelorum: teſte Daça parte quarta Chronic. Minorum lib. 4. cap. 50. ad ann. 1600. quo florebat. §. 11.

IDIBVS

Digitized by Google

IDIBVS SEPTEMBRIS.

VIriæ in Neuſtria, paſſio Beati [a] Petri Goſſeti, venerandæ ſenectutis viri: qui comprehenſus ab hæreticis Caluinianis, cùm in confeſſione Catholicæ veritatis conſtantiſſimè perſiſteret, ad cancellos feneſtræ arcis appenſus, Martyrio coronatur. In Apulia, propè Domum-Calenam Pagum, Beati [b] Iuſti Confeſſoris: vita & miraculis celeberrimi. In Mexico, Beati [c] Antonij Ciuitatenſis, Confeſſoris: qui ingenti ſpiritus feruore, in Indiam traiiciens Occiduam, poſt Guardianatus, Prouincialatuſque expleta munia; poſt Epiſcopales etiam recuſatas dignitates: multis perfunctus laboribus pro Indorum ſalute, clarusque meritis exceſſit è vita. Madriti, Beati [d] Narciſſi-Ioannis, Confeſſoris: qui doctrina, & Euangelicæ paupertatis amore, admodùm enituit. Laudæ, Beatæ [e] Veronicæ, Sommariæ, Virginis.

SEPTEMBRIS XIII.

§. 1. *BEati Petri Goſſeti, Martyris.* a] Virienſis erat, natus in Neuſtria inferiori; qui adoleſcens ſacram Minorum Religionem eſt profeſſus, & in illa optimè inſtructus, necnon Sacerdotij atque Euangelici prædicatoris muniis inſignitus; diu in ea vixit, nempe vſque ad ann. ætatis ſuæ 80. Sacrum Miſſæ ſacrificium complebat, quando ab Hugnoſticis hæreticis captus, variis modis tentata eſt eius in fide Catholica conſtantia: ſed cùm nec verbis, promiſſis, aut minis flecti poſſet, ab illis in Giriaco ex arce ſuſpenditur anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo. Agunt de eo, Fauſtinus Taſſo, hiſtor. ſui temporis. Thomas Bouchierus in Hiſtor. Eccleſiaſt. Martyr. Franciſcan. Obſeruantin. Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. Chron. Minor. lib. 9. cap. 59. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de ſacris Martyribus eiuſdem Ordinis, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis in Gallia. Item part. 3. in Conuentu Sancti Michaelis Archangeli Viriæ, qui eſt 19. Prouinc. Franc. Pariſ. Barezzus 4. parte Chronic. Minor. lib. 5. cap. 14. Daça ibid. lib. 5. cap. 51. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholicæ, in vita Michaelis *Grellet*, & Petri *Bonneau*, Minoritarum Martyrum, pag. 363. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. libro ſeptimo capite tertio ſæcul. 9. & libro duodecimo capite vigeſimo-ſecundo. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſinianus libro ſecundo in Cuſtodia Aurelianenſ. Fernandus libro tertio Hiſtor. Eccleſ. capite decimo-nono. Grauina in *voce Turturis*, parte ſecunda, capite vigeſimo quarto. Vvadinghus tom. ſeptimo, ſupra ad annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum primum, paragrapho 77.

§. 2. *Beati, Iuſti, Confeſſoris.* b] Ex Domo-Calena fuit oriundus, qui tanta vitæ perfectione atque ſanctitate præditus eſt, vt tum in vita, tum poſt obitum, quamplurima per eum Deus operatus ſit miracula. Floruit circa annum milleſimum quingenteſimum vigeſimum. Exceſſit autem è viuis, in Conuentu Sancti Honofrij, propè Calenam, qui eſt primus Prouinciæ Sancti Angeli. Illius ibidem meminit Gonzaga parte ſecunda ſup. & Barezzus ſupra libro primo, capite quinquageſimo primo, ad ann. Chriſti milleſimum quingenteſimum vigeſimum ſextum. Daça ibibem libro primo, ad annum milleſimum qningenteſimum decimum octauum. Vvadinghus tomo quinto Annalium Minorum ad annum milleſimum quadrageſimum decimum quintum, paragraph. 27.

Beati Antonij Ciuitatenſis, Confeſſoris. c.] Memoratur à Gonzaga quarta parte ſupra in Conuentu Mexicano, qui eſt primus Prouinciæ ſancti Euangelij. Daça ſupra capite decimo nono, & vigeſimo-quinto. Barezzo ſupra libro tertio, capite ſeptuageſimo ſecundo. Hic Beatus Pater Antonius Ciuitatenſis, (cui *ciudad Rodrigo*, Hiſpanicè nomen eſt) in ciuitate Mirobriga natus eſt, & numero quartus, inter duodecim illos præſtantiſſimos, ac de Religione Franciſcana optimè meritos religioſos fuit. Venit ex Prouincia Sancti Gabrielis, cuius erat alumnus, fuitque in Prouincia Sancti Euangelij ſecundus Prouincialis, ac multorum Conuentuum Guardianus; vir omnino ſingularis pœnitentiæ & abſtinentiæ. Eius opera ac precibus obtentum eſt à Carolo quinto Imperatore, vt remiſſius ageretur cum Indis & à grauiſſimis tributis ſubleuarentur. Electus eſt in Epiſcopum nouæ Galliciæ, ſed ob eximiam animi demiſſionem, munus id conſtantiſſimè recuſauit. Anno autem Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, inuaſit eum morbus, cúmque ei medicus, Alcazar nomine, extremam horam edidiſſet; ſumma lætitia proſiliens, iucundum id nuntium ſibi eſſe profuturum reſpondit. Sepultus iacet in Conuentu Mexicano: vbi maximo honore, atque ſumma obſeruantia ab omnibus veneratur. De eo ſcribunt Hilarion à Coſta libro primo Hiſtor. Catholic. pagin. 115. Rapinæus Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. quinta part. prima, paragraph. nono, & parte ſecunda, paragraph. tertio. Marianus libro primo cap. 38. Chronicor. Refformat. §. 3.

Beati Narciſſi-Ioannis, Confeſſoris. d] Sacerdos erat, Prouinciæ Cathaloniæ profeſſus, à qua tamen tranſlatus eſt in Prouinciam Sancti Ioſephi: qui cùm doctiſſimus eſſet, adeò in omni virtutum genere profecit, vt omnes ſui temporis longè poſt ſe reliquerit. Obiit ann. milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, ſepultus in Conuentu ſancti Bernardini Madriti. Licet autem in Florida deceſſerit ætate, maximum tamen ſui deſiderium, maximamque ſanctitatis opinionem omnibus dereliquit. A- §. 4.

Digitized by Google

gunt de eo Gonzaga tertia parte ſupra in Præfato Conuentu, qui eſt 9. Prouinciæ Sancti Ioſep. & Barezzus ſupra libro quinto capite vigeſimo primo. Hic eſt, qui à Reuerẽdiſſimo Chriſtophoro à Capite-Fontium totius Ordinis Minorum Generali Miniſtro, Commiſſarius generalis Indiarum Orientalium deſtinatus erat; niſi præmatura eius mors interceſſiſſet. Vide Gonzagam ſupra parte quarta, in Prouincia Sancti Gregorij nouæ Hiſpaniæ Philippinarum. Rapinæum ſupra parte prima, paragraph. duodecimo, & Decad. octaua, parte prima, paragraph. 8.

Grauinam ſupra & Ioannem à Sancta Maria parte prima Chronic. Prouinciæ S. Ioſeph. lib. 2. cap. 20. de eo fuſius agentem.

§. 5. *Beatæ Veronicæ, Virginis.* [c]] Hæc ſanctiſſima Virgo longè emicuit inter alias ſorores Monaſterij Sanctæ Claræ, Randæ (quod eſt 9. Prouinciæ Mediolanenſis.) Ita vt ſæpiùs cum Chriſto ſponſo colloqui meruerit. Vide Gonzagam ſup. part. 2. in hac Prouincia. Wadinghus. tom. 6. ſup. ad ann. 1459. §. 61.

DECIMO-OCTAVO KALENDAS OCTOBRIS.

IN Hybernia, Beati [a] Patricij Hælij, Majonenſis Epiſcopi & Martyris: qui à Summo Pontifice Gregorio XIII. miſſus in eam Inſulam propagandæ Religionis Catholicæ cauſa, ab hæreticis captus eſt, & diuerſis tormentis cruciatus, ad vltimum ſimul cum ſocio Beato Cannacio à Reuercke, laqueo ſuſpenſus, illuſtre martyrium ſubiere. In Scotia, Beati [b] Hieronymi Lindſayj, Confeſſoris: qui generis nobilitate atque doctrina clariſſimus, humilitate, oratione, & abſtinentia excelluit. Coſtenij in Polonia, Beati [c] Bernardini, Confeſſoris: qui caſtitate & Religione ſpectabilis, potentia aduerſus Dæmones plurimùm elucet. Apud Tulantzingum Mexicani territorij in India Occidua oppidum, Beati [d] Ferdinandi Baſſacij, Confeſſoris: qui ſcientia & virtute inſignis, zelo etiam ſalutis animarum Indiæ populorum maximè emicuit. Aillonij in territorio Saguntino, Beatæ [e] Mariæ à Sancto Paulo, Virginis; pietatis & charitatis ad proximos incredibilis.

SEPTEMBRIS XIV.

§. 1. BEatorum *Patritij Hælij, Epiſcopi, & Martyr. &c.* [a]] Vir fuit eximiæ ſanctitatis & doctrinæ; nam ab ipſa adoleſcentia optimis diſciplinis imbutus, in Hiſpaniam ſe contulit, ſeriam litteris operam nauaturus, apud Academiam Complutenſem; vbi ſupra ſuos coætaneos ſummoperè profecit in ſacrarum ſcientiarum ſtudiis. Exinde ann. milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Romam petit, diuinoque ſpiritu afflatus, & zelo animarum actus, cum obedientiæ merito, à Generali totius Ordinis Miniſtro, Chriſtophoro à Capite Fontium, Gallo, in Hyberniam mittitur, Catholicis prædicandi gratia. Sed vt maiorem illic profectum ageret, creatur tunc Majonenſis Epiſcopus à Gregorio decimo-tertio Papa: quippe qui in eo, tum ſingularis prudentiæ atque eruditionis, tum eximij pro fide Catholica zeli, manifeſtiſſima perceperat indicia: vndè magnifica admodùm largitione erga eum vſus, dimiſit, ſeriò gregis ſui curam, & ſalutem illi commendans; qui ineffabili charitatis ardore æſtuans, præſentiſſimis etiam vitæ periculis non abſterritus, Hybernorum ſtudebat ſaluti. Itaque Italia Galliam venit, Lutetiam pertranſiit; & in Britanniam Armoricam ſe conferens, mare traiecit. Cùmque littus Hybernicum applicuiſſet, domum Comitis Deſmoniæ diuertit, vbi ab illius coniuge, eo abſente, perhumanè receptus; poſt triduum vnà cum ſocio ſuo Fratre Connacio, ſeu *Cannocio*, vel *Cannacio Oruairk*, ſeu à *Reuercke*, inclyti Principis Bernardi à *Reuerche* filio, proditur; qui poſt triduum diſceſſit Limirium verſus, vt indè ad copias Catholicas tranſiret.

§. 2. Itaque illic profectus, opera Præfatæ Comitiſſæ, à Prætore loci in vincula coniectus eſt, & ſtatim ad oppidum Malogenſe mittitur, vbi tunc temporis Prorex Inſulæ reſidebat: qui optimis quibuſue viris infenſus, ſupplicia & mortem ſolebat inferre: ibique vnà cum ſocio Fratre, Sacerdote, abſque aliqua iuris forma, Proregis decreto, mortis ſententiam ſubiit. Priùs tamen eſt eius conſtantia, donis, honoribus, ac promiſſis tentata: ſed his omnibus ſpretis ad minas & ſupplicia paratur. Nam Sathanæ miniſtri tenuiora, acutiſſimaque ferramenta digitis illius ſuperponentes, ac mallei ictibus imprimentes, digitos ipſos in partes ſecarunt. Deindè ad patibulum ductus, Litanias cum ſocio decantauit, ab eoque Sacramenti Confeſſionis beneficium capiens, orationi ſe dedit: & demùm vterque ſuſpendio necatus eſt, ann. milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono. At vero Prorex, Diuinæ ſuccumbens vindictæ, lethali morbo ſtatim percuſſus, Waterfordiæ infœliciter obiit: manum Dei agnoſcens, palamque aſſerens, mortem ipſius Epiſcopi, interitus ſui fore cauſam. Corpora autem Martyrum, cùm diu in patibulo cathenis ſuſpenſa permanerent; immutata qualitate, eodem vultu, aſpectuque ſemper apparuerunt, quem iam obitus ſui hora præ ſe ferebant: inſuper, ex iis ſuauiſſimus odor prodibat, ita vt ad rei nouitatem populus omnis vndique conflueret: vnde & eorum veſtimenta pia deuotione ab ipſo populo fruſtatim fuerunt conſciſſa: atque ablata, adeò vt penè nuda remanerent, licet à feris, auibuſq; illæſa

Digitized by Google

illæſa remanſerint, quæ poſtmodú Ioannes Deſmoniæ Comes, maximo cum honore curauit inhumari. Hæc ex Fauſtino Taſſo hiſtor. ſui temporis. Thoma Bouchiero, hiſtor. Eccleſ. Martyr. Obſeruantin. Fratrum. Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. in ſacris Martyrib. huiuſce Ordin. ob Chriſti fidem, ſuo æuo paſſis in Hybernia. Item part. 3. in Prouincia Hyberniæ. Barezzo 4. part. Chronicorum Minorum lib. 7. cap. 22. 23. 24. & 25. Daça ibidem, lib. 3. cap. 72. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Boſio tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 22. Reſcio in Phalariſm. Florimundo Ræmundo de ortu & occaſu hęreſ. lib. 6. cap. vltim. §. 6. Algezira in Arbore Epilogic. totius Ordin. Franciſcan. Elzeario lib. 2. cap. 6. ſacri Mont. Oliuet. Hilarion à Coſta hiſtor. Catholic. lib. 2. pag. 366. Wadingh. tom. 2. Annalium Minorum ad annum 1291. §. 51. & tom. 3. ad ann. 1302. §. 12. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Theatro crudelitat. Hæreticor. pag. octogeſima & octogeſima prima. Henriquez. In Menologio Ciſtertienſi, hac die.

§. 3. *Beati Hieronymi Lindſayi, Confeſſoris.* [b] Nobiliſſimus bonæ indolis iuuenis Beatus Hieronymus *Lindſayus*, Iuris vtriuſque Doctor, atque Comitis de Crafwort legitimus filius; vt primùm B. P. Cornelij à *Zirichzea*, in Scotiam aduentum accepit, ſe ad illum contulit, atque Franciſcano habitu indutus, tantoperè in Seraphica Religione profecit, vt quamplurimis etiam præſtantiſſimis Patribus, humilitatis, orationis, atque abſtinentiæ palmam præripuerit. Eius denique familiaritate atque conſilio vſus Oliphanti Comes, Conuentum Minorum intra oppidi Sancti Ioannis ſepta, ex domeſtico patrimonio, ann. Chriſti 1460. à fundamentis erexit. De eo agunt Gonzaga 3. part. Origin. Seraphicæ Religionis, in præfato Conuentu, qui eſt 3. Prouinc. Scotiæ. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 62. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 59.

§. 4. *Beati Bernardini, Confeſſoris.* [c] Floruit circa ann. 1540. vir vtique caſtiſſimus ac ſummè Religioſus, nec-non Dæmonibus, ob eius ſanctimoniam, omninò formidabilis. Obiit apud Conuentum Aſſumptionis B. Mariæ Coſtenij, in cuius Eccleſia ſacrum ipſius corpus requieſcit: ad cuius ſepulchrum Dæmoniaci liberantur. Memoratur à Gonzaga 1. part. ſupr. in dicto Conuentu, qui eſt 4. Prouinciæ Poloniæ. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 20. Vvadingho tom. 6. ſup. ad ann. 1467. §. 74.

Beati Ferdinandi Baſſacij, Confeſſoris. [d] Vir Religioſiſſimus extitit, natione Gallus, ac Prouinciæ Aquitaniæ alumnus, qui ex Hiſpania cum Beato Patre Antonio *Ciuitatenſi*, ann. 1530. ad Indiæ Occiduæ partes traiiciens; cùm ſingulari quadam doctrina, præſtantique ingenio præditus eſſet, infra breuiſſimi temporis ſpatium Indicum idioma, in quo & varios ſermones, Epiſtolas & Euangelia in Eccleſia per totum annum legi ſolita fœliciſſimè tranſtulit, apprimè didicit. Fuit præterea inſignis hic vir ſui ſtatus obſeruantiſſimus, ac in Euangelicæ prædicationis officio aſſiduus: inſuper & Indos oppidi Quauhtitlanis accolas, apud quos Guardianatus munere functus extitit, primus omnium in Eccleſia concinere docuit. Indorum etiam de nouo ad fidem conuerſorum, ne interim in Idololatriam relaberentur, tantam geſſit curam, tamque ſeuerè eorum exceſſus corripuit, correxitque; vt apud aliquos ſeueritatis notam incurrerit, cùm alioquin mitiſſimus, benigniſſimuſque eſſet. Ex hac vita nihilominus emigrans, ab omnibus ob ſingulares eius dotes, inculpatamque vitam, Deo carus, verèque pius ac beatus habitus eſt. De eo agunt Gonzaga ſup. part. 4. in Conuentu Sancti Ioannis Baptiſtæ Tulantzingi (quo ipſe Beatus Pater obiit) qui eſt 21. Prouinciæ Sancti Euangelij. Barezzus ſup. lib. 5. cap. 23. ad ann. Chriſti 1570. Rapinæus in hiſtor. general. Origin. Recollector. decad. 7. part. 3. pag. 362. & Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Marianus libr. 2. capit. 3. Chronic. Refformat. §. 5.

Beata Maria à Sancto Paulo, Virginis. [e] Claruit ann. 1540. cuius in Deum pietas atque ad proximos charitas incredibiles fuere: ſanctiſſimè obiit in Monaſterio Conceptionis Beatæ Mariæ Aillonij, quod eſt 24. Prouinciæ Conceptionis. Prout teſtatur ibidem Gonzaga part. 3. ſup & Barezzus ſup. libr. 3. cap. 42. ac Valerius de Sanctis Fœminis Ordinis Minorum lib. 4. cap. 36. & 38. §. 6.

Digitized by Google

DECIMOSEPTIMO KALENDAS OCTOBRIS.

LVnelli in Gallia Narbonenſi, Paſſio Beatorum [a] Martyrum; qui ab hæreticis grauiſſimum genus mortis, ob Catholicæ fidei conſtantiam, ſubierunt. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [b] Guillelmi de Militona, Confeſſoris: qui ſingulari eruditione, pietate, atque ſanctitate clarus, migrauit ad Dominum. Vzeciæ, in Gallia, Beati [c] Rogerij, Confeſſoris: qui mira humilitate, patientia, & carnis maceratione pollens, dono etiam prophetiæ, & miraculorum operatione inſignitus eſt. In Nigroponte, Beati [d] Matthæi, Confeſſoris: vitæ perfectione, ſigniſque admirandis celebris. Fulginij, Beati [e] Thomæ, Confeſſoris, Tertiarij: qui crebris miraculis & multiplici prophetiæ ſpiritu refulſit. Apud Campum-Baſſum in Apulia, Beati [f] Ambroſij à Ciuitella, Confeſſoris, & Concionatoris eximij: qui zelo Regularis diſciplinæ, & ſpiritu prophetico admodum eluxit. Chiapalæ in Xaliſcis Indiæ Occiduæ populis, Beati [g] Michaëlis à Bononia, Confeſſoris: qui potens verbo & opere innumeros gentiles, ad Chriſti fidem conuertit. Mediolani, Beatæ [h] Perpetuæ virginis; oratione extatica & diuinis chariſmatibus exornatæ. Biturgiæ in Vmbria Beatæ [i] Euphroſinæ, viduæ, Tertiariæ: quæ humilitate, cõnplatione ac ſpiritu prophetico meruit à Domino exornari.

SEPTEMBRIS XV.

§. 1. BEatorum Martyrum. [a]] Paſſi ſunt ann. Chriſti 1562. Lunelli, (quod eſt oppidum inter Nemauſum, Agathopolim, & Foſſas Marianas ſitum) dùm hæretici Deo, ſanctæ Eccleſiæ, ac Regi Chriſtianiſſimo omnino rebelles, cuncta cædibus & flammis prophanabant. Eorum meminit Gonzaga 3. part. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu Sancti Franciſci Luneli, qui eſt 19. Prouinciæ S. Ludouici.

Beati Guillelmi de Militona, Confeſſoris. [b]] Fuit
§. 2. hic Lector Pariſiis, vir ſuo ſæculo doctiſſimus: ad quem ſe contulit quidam Frater, qui dubitans de realitate Sacramenti Euchariſtiæ, feruenti oratione meruit videre in eleuatione ſacræ hoſtiæ, Dominum Ieſum, inſtar parui-pueri, mirabiliter apparentem. Qua de re vide Beatum Alexandrum Alenſem part. 4. Summæ Theologic. Marcum Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 9. §. 4. Willotum Athenarum orthodoxar. Franciſc. littera G. Wadinghum tom. 2. Annal. Minorum ad ann. Chriſti 1257. §. 7. qui addit ſummam Theologicam præfati B. Alexandri Alenſ. ob Authoris mortem, imperfectam abſoluiſſe, ita hortante Alexandro IV. Papa, & ſcribente ann. 1. ſui Pontificatus ad Franciæ Miniſtrum Prouincialem: vt huic doctiſſimo viro adiudicaret alios, qui in tanto opere ei adlaborarent. Vt perfecit opus à 72. Magiſtris Pariſienſibus commendatum, & ſigillis appoſitis comprobatum; Pontifex etiam ſuo Diplomate confirmauit. Eadem refert Marcus Vlyſſiponenſis libr. 1. ſup. capit. 55. & Malletus cap. 26. Hiſtor. Conuentus S. Iacobi Parienſ. Ordin. Prædicat. Eximium hunc virum ſe vidiſſe teſtatur Beatus Antiſtes, Thomas Cantipratanus, quem eminentis vitæ hominem vocans, dicit: *Vidi & alium eminentis vitæ virum, de Ordine Fratrum Minorum, Fratrem Guilielmum de Militona, qui Magiſter Theologiæ Pariſiis, ſanctiſſimam ac deuotiſſimam vitam duxit. Hic cùm die quadam Pariſiis prædicaret, per horam obmutuit: & verbum vitæ reſumens, omnibus cum vultu ſereno valedixit, & ſic in pace quieuit*; Hæc ille lib. 2. Apum cap. 1. numer. 16. Vnus fuit ex illis ſex Religioſis, quos Diua Iſabella, Virgo, ſoror Sancti Ludouici Regis Franciæ, maximè venerabatur, conſuluitque circa ann. 1256. ſuper conſtructione noui Monaſterij Longi-campi, in Diœceſi Pariſienſi: vti conſtat ex Codice MS. Legend. S. Iſabellæ. & Roulliardo in vita ipſius virgin. cap. 7. qui in hiſtoria Melodunenſi pag. 336. dicendum putat ipſum cognominari *Melodunenſem*; eo quod *Melodunum, Militanum* Caſtrum etiam vocitetur. Extat eius poſtilla MS. ſuper 12. Prophetas In Bibliotheca S. Victor. Pariſ. E. 8. Item ſuper Sapientiam ibid. E. 6.

Beati Rogerij, Confeſſoris. [c]] Gallus erat natione ex §. 3.
prouincia Phocenſi oriundus; concionator feruentiſſimus, ac piiſſimus. Cuſtos extitit in ſua prouincia, & meritis cumulatus, apud Conuentum Vzecienſem, vulgò *Vzez*, propè Alectum in Gallia Narbonenſi, exceſſit è vita: cuius anima viſa eſt ſub ſpecie miri ſplendoris, in cœlum conſcendere, ann. 1287. Porrò vita eius virtutibus ac miraculis plena deſcripta eſt per R. P. Raymundum, Cõfeſſarium ipſius. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. S. Antonin. 3. part. hiſt. titul. 24. cap. 9. §. 9. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. ſup. libr. 4. cap. 43. & ſeq. ex Chronic. antiquis & floſculis Ordinis Minor. Gonzaga ſup. in Prouinc. S. Ludouici, poſt initium. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Marianus libr. 3. cap. 7. Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1287. §. 9. & ſeq. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Cornelius à Lapide Commentar. in Geneſ. cap. 34. verſ. 1. Aluarus Pelagius lib. 2. de Planct. Eccleſ. cap. 92. circa fin. Bzouius tom. 13. ad annum Chriſti 1284. §. 7.

Beati Matthæi, Confeſſoris. [d]] Vir fuit miræ perfe- §. 4.
ctionis & ſanctitatis. In Nigroponte iacet miraculis clarus, prout teſtantur Piſanus ſup. in Prouinc. Romaniæ, & Codex MS. ibid. Gonzaga part. 1. ſupr. in Prouincia. Romaniæ, & Codex MS. ibid. Gonzaga part. 1. ſupr. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinia-

nus

Digitized by Google

nus & Picquetus ſup. Wadinghus tom. 3. ad ann. 1305. §. 5. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 64.

§. 5. *B. Thomæ, Confeſſ. Tert.* [e]) Hic diuite ortus eſt progenie in villa Valmacinaia, ditionis Nucerinæ in Vmbria. Mater re & nomine Bona, dùm infantulum grauida geſtaret in aluo, ab Angelo fœlicis partus, futuræ ſanctitatis, & nominis Thomæ, quo deberet inſigniri, præmonita: ſacrum hoc germen edidit ann. 1309. Ex humilitate autem, vel contemptu, dictus eſt *Thoma-Sucius*. Qui duodecim annorum factus, ſuam Deo obtulit virginitatem; & anno ætatis 24. longa præmiſſa oratione, & parentum obtenta, vel potius extorta licentia, mundo valedixit, & in ſolitudinem receſſit. Hic hærens, & plangens magiſtrum deeſſe virtutis, ab Angelo ſalutatur, iubeturque vt in Gualdi montem aſcendat; vbi Dominus præparauerat optimum præceptorem, F. Petrum Eremitam, virum piiſſimum, admirandæque pœnitentiæ: cuius diſciplinam iuſſit, vt perpetuò ad amuſſim ſectaretur. Ab hoc viam ſalutis æternæ edoctus; & tertij Ordinis Sancti Franciſci ann. 1333. habitu ſuſcepto, annis viginti quatuor conuixit. Mortuo demùm Magiſtro, quingentis à Gualdi oppido paſſibus, cellam ſibi conſtruxit; in qua ſe recluſit, relicta duntaxat feneſtella, per quam pii viri panem miniſtrarent & aquam. Integro triennio hic delituit, bis duntaxat in hebdomada pane paſtus & aqua, nulli hominum præter Confeſſarium locutus: dormiebat pauliſper recto conſiſtens corpore, velut plurimùm innixus muro, nunquam detracta, ſed immutata & illota veſte ſegmentitia; ſub hoc vitæ genere videbatur potius prolixam mortem, quàm vitam præferre humanam, præſertim cùm virtutis & pœnitentiæ hoſtis alias addiderit calamitates, quas ſuperno vicit auxilio. Huic reuelatum eſt, quali gloria fruuntur inter choros Angelorũ Fratres ac Sorores Tertij Ordin. S. Franciſci. Dùm igitur intra huiuſmodi ergaſtulum rebus vacaret cœleſtibus: Tandem apparuit ei Chriſtus, monens vt indè egreſſus, nomen ſuum portaret ad gentes rebelles, & à Sede Apoſtolica apoſtatrices. Voci Dominicæ parens Beatus Thomas, Tuſciam, Vmbriam, Marchiam, Æmyliam, & cæteras Italiæ cœpit peragrare Regiones; quibus in itineribus magnas quidem perpeſſus eſt tribulationes, ſed crebris miraculis & multiplici prophetiæ ſpiritu claruit. Tandem redux in domum, febri corripitur, & finem vitæ propè eſſe præſentiens, deuotè poſtulatis receptiſque Eccleſiæ Sacramentis, aſſiſtentibus Angelis, piè obdormiuit in Domino, hac die, anno Chriſti 1377. ætatis ſuæ 58. ſepultus apud Eremitas Auguſtinianos, fruſtra reclamantibus Minoritis. Poſt annos multos exhumatum ſacrum corpus, omnino integrum & illæſum repertum eſt, & in loculo ſuper altare conditum, die 19. Nouẽbris: quam ob cauſam Fulginij, eo die illius celebratur feſtiuitas, cùm primùm coleretur 17. Kalend. Octob. quo deceſſerat. Vitam eius ſcripſerunt Iuſtus Roſeus Florent. Henricus de Sancto Vrſo, & Ludouicus Iacobillus in SS. Fulginatib. Agunt de eo Sanctus Antonius ſup. titul. 22. cap. 1. §. 6. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. 1. part. lib. 9. cap. 25. & 3. part. libr. 1. cap. 4. Toſſinianus lib. 1. in fin. Gonzaga part. 1. in Beatis viris Tertiariis. Oddo Perusinus in Specul. cap. 9. De Buſtis 2. part. Roſarij Quadrageſimal. ſermon. 27. part. 2. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Ioannes de Torres in Practicis exhortationibus ſuper eandem Regul. Tertiarior. fol. 38. pag. 1. & Iouianus Pontanus in Commentar. Petrus Buoninſegnius lib. 4. hiſtor. Florentin. Wadinghus ſup. tom. 3. ad ann. 1333. §. 21. & tom. 4. ad ann. 1377. §. 4. & ſeq. ac tom. 5. ann. 1405. §. 18. tom. 6. ad ann. 1465. §. 7. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Matulus lib. 4. hiſtor. ſacrar. Religion. Salazar. lib. 6. Chronicon. Prouinc. Caſtellæ cap. 13. Marianus lib. 5. cap. 2.

Beati Ambroſii à Ciuitella, Confeſſoris. [f]] Egregius ſui temporis extitit Eccleſiaſtes, & ſuæ profeſſionis amantiſſimus: qui prophetico ſpiritu afflatus, Veſtianis, ſuæ ciuitatis excidium, atque direptionem, quam ſub Turcica claſſe, ipſo die B. Mariæ Magdalenæ ſacro ann. 1554. paſſa eſt, ſæpè ſæpius, pro ſuggeſtu, multò antè prædixit; & certiſſimum ſui met obitus diem, qui & anno Chriſti 1476. contigit, Fratribus adhuc benè valens, prænuntiauit. Ita Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Gratiis, Campi-baſſi, qui eſt 16. Prouinc. S. Angeli. At quomodo potuit communem eo in Conuentu nanciſci ſepulturam ann. 1476. qui nondum extructus erat ann. 1509. vt ibid. ipſe fatetur. Ideòque Barrezus 4. part. Chronicor. Minor. libr. 3. cap. 60. vult eum obiiſſe ann. 1551. §. 6.

Beati Michaelis à Bononia. [g]] Memoratur à Mariano lib. 1. cap. 36. & lib. 2. cap. 43. Chronic. ſtrictior. obſeruant. Reſformat. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 17. & 33. Rapinæo in Hiſtor. general. Origin. Recollector. decad. 5. part. 1. §. 11. poſt Gonzagam part. 4. ſup. in Conuentu Sancti Franciſci Chiapalæ (qui eſt 38. Prouinc. Sanctorum Petri & Pauli) ita de eo ſcribentem. *Hoc denique Monaſterium ſuo funere commendatiſſimum reddidit, inſignis Pater Frater Michael à Bononia, qui ex Bononienſi Prouincia, vbi Minoriticum induerat habitum, ad iſtas vſque partes penetrans, Mexicanam, Taraſcam, Othomicam, Caſcanitam, atque Icacanicam, Indorum linguas, infra breuiſſimi temporis ſpatium, apprimè didicit: & ſacris ſuis concionibus, innumeros ferè præfatorum idiomatum populos ab Idololatria, ad Catholicam fidem conuertit. Fuit prærerea hic Religioſiſſimus Pater, paupertatis obſeruantiſſimus, Religionis Franciſcanæ zelantiſſimus, omniumque virtutum ſtudioſiſſimus: quamobrem & Indis gratiſſimus, maximaque in venerationefuit; & in præſentiarum vſque ab iiſdem, vt Sanctus, Deo charus, ac verè beatus colitur.* Eadem confirmat Barezzus ſup. lib. 1. cap. 32. & lib. 8. cap. 72. ad ann. 1584. cuius interpres Gallicus ineptè adnotauit in margine, ipſam præfatam Bononiam eſſe in Germania inferiori: cùm tamen illic nulla extet; nam Bononia in finibus Veromanduæ, ſeu Picardiæ, ad mare Oceanum, Gallica eſt, Regique Chriſtianiſſimo paret: ſed nulli Prouinciæ Franciſcanæ dat nomen, quemadmodum ea Bononia, Italiæ ciuitas. §. 7.

B. Perpetuæ, Virg. [h]] Viſa eſt ſæpè in extaſim rapi, & aliquando ab Angelo floribus coronari: qua de re, Vvadinghus Tom. 5. ſup. ad ann. 1448. parag. 43. ex monimentis MSS. Monaſterij *de Vedano*, quod eſt 1. Prouinc. Mediolanenſ. §. 8.

Beatæ Euphroſinæ, viduæ. [i]] Hæc Euphroſina, aliàs Euphraſia, mortuo marito, monaſterium Tertiariarum apud Burgum S. Sepulchri, ingreſſa eſt, vbi tanto ſpiritus feruore, virtuti ac perfectioni operam dedit, vt breui totius vitæ monaſticæ normam ſibi compararit. Obijt circiter ann. 1484. Illius meminerunt Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap. 3. Bzouius tom. 18. Annal. Eccl. ad ann. 1484. parag. 28. Valerianus de SS. Fœmin. Ord. Min. lib. 2. cap. 35. Marianus lib. 5. cap. 43. Vvadinghus Tom. 7. ſup. ad ann. 1484. parag. 39. 40. & 41. Thielmanſ. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. De Sillis ſup. qui tamen eam perperam vocat *Amphraſynam*. §. 9.

DECIMOSEXTO KALENDAS OCTOBRIS.

MArrochij in Africa, Paſſio Beatorum [a] Leonis, Hugonis, Dominici, & aliorum duorum, Martyrum: qui pro confeſſione fidei, cum maxima multitudine fidelium, capite plexi ſunt. Dublinij In Hybernia, Beati [b] Thomæ Geraldini, Martyris. In Gallia, Beati [c] Ioannis-Iuliani, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Aureliaci in Aruernia, Beati [d] Rigaldi, Confeſſoris: miraculis clari. In Gallœcia, Beati [e] Bencaſæ, Confeſſoris: ſignis & virtutibus conſpicui. Mirandulę in Flaminia, Beati [f] Raphaëlis, Confeſſoris: quem miraculorum gloria nunc vſque exornat. Badejocij in territorio Hiſpalenſi, Beati [g] Antonij Argentarij, Confeſſoris: qui ob Chriſti prædicationem, in Aphrica multa paſſus, in pace tandem glorioſus ad cœlos euolauit. Toleti, Beati [h] Alphonſi à Zamorra, Confeſſoris, mira humilitate & patientia inſignis. Albazeti, in territorio Carthaginenſi, Beatæ [i] Mariæ à fonte, Tertiarię: feruidiſſimo pœnitentiæ, & abſtinentiæ zelo plenæ.

SEPTEMBRIS XVI.

§. 1. B*Eatorum Leonis, &c. Martyrum.* [a]] Paſſi ſunt circa annum Chriſti 1232. hac die, vt teſtatur Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chronic. Minor. capit. 39. vbi eorum Martyrium deſcribit: poſt S. Antonin. 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. §. 6. hiſce verbis. *Poſt aliquos annos apud Marrochos, in Eccleſia Sanctæ Mariæ, pro confeſſione fidei Catholicæ, fuerunt alij quinque Fratres Minores, cum maxima multitudine Chriſtianorum vtriuſque ſexus decollati. Poſt quorum paſſionem Sarraceni, in ipſa Eccleſia; vbi illorum corpora iacebant, maximam luminis claritatem videntes, & campanas per ſe ſonantes; & voces Sanctorum Angelorum præconium extollentes, admirati ſunt.* Wadinghus tom. 1. Annal. Minorum ad ann. 1232. § 33. ex Chronic. Antiq. & Mariano lib. 2. cap. 1. vocat eos, Leonem, Hugonem, & Dominicum: cum duobus Anonymis, qui Ioannes & Electus dicuntur à Picqueto.

§. 2. *Beati Thomæ Geraldini, Martyris.* [b]] Indefeſſus prædicator extitit: quando pro fide Catholica Martyrium ſubiit ann. 1617. Cuius cadaueri obtento, & ex carcere extracto, Catholici per tres dies ſolemniter parentarunt, tanta deuotione, & populi concurſu, vt nequiuerint hæretici eiſdem obſiſtere. Agit de eo Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1271. §. 15. & Ioannes Molanus in Martyrib. Hyberniæ numer. 62. ad calcem lib. *Ideæ Togatæ conſtantiæ.*

§. 3. *Beati Ioannis-Iuliani, Confeſſoris.* [c]] Oriundus erat ex Rhegienſi Diœceſi in Gallia: vir admirandæ pietatis, doctrinæ, & ſanctitatis: necnon Diui Elzearij, Tertiarij, Ariani Comitis, Confeſſarius. Mentio eius habetur in antiqua ipſius ſancti Elzearij Legenda, quæ extat in Bibliotheca Regia Lutetiana, auctore M. I. Raphaële, Ordinis Prædicatorum, tum apud Surium, Benedictum Coronatum cap. 10. Vvadinghum tom. 3. ad ann. 1316. §. 11. & alios Diui Elzearij vitæ Auctores. Ipſe eſt qui vnà cum alijs patribus pro zelo Regularis obſeruantiæ, vincula & tribulationes paſſus eſt, ann. 1297. vide ipſum Vvadinghum ſup. tom. 2. ann. 1297. §. 34.

§. 4. *Beati Rigaldi, Confeſſoris.* [d]] Vir ſanctus fuit, & plurium patrator miraculorum. Memoratur à Beato Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus, Prouinciæ Aquitaniæ ſanctitate illuſtrib. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſiniano lib. 2. in Cuſtodia Ruthenenſi. Wadingho tom. 3. ad ann. 1334. parag. 24. ex Mariano lib. 4. cap. 10.

Beati Bencaſæ, Confeſſoris. [e]] Patria Tudertinus §. 5.
erat: vir moribus præclarus, miraque egit ante & poſt obitum. Scribunt de eo Piſanus ſup. in Prouinc. S. Iacobi. Gonzaga ſup. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1214. parag. 8. & 1216. parag. 2. Addition. Prouinc. S. Iacobi in Conuentu Quetenſi. Picquetus ſup.

Beati Raphaëlis, Confeſſoris. [f]] Religioſiſſimus §. 6.
fuit, & Angelica conuerſatione pollens: quique plurimis claruit poſt mortem miraculis. Obiit ann. 1494. Barrezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 51. ſcribit ipſum fuiſſe natione Heluetium: at Gonzaga 1. parte ſup. item part. 2. in Conuentu Mirandulano, (qui eſt 16. Prouinc. Bononienſ.) aſſerit hunc Beatum Patrem Teutonicum eſſe: ibique è vita exceſſiſſe, atque humatum eſſe, cui aſſentit Picquetus ſup. & Vvadinghus tom. 6. ann. 1455. §. 98. & tom. 7. ad ann. 1494. §. 93.

Beati Antonij Argentarij, Confeſſoris. [g]] Ex Legio- §. 7.
ne in Hiſpania duxit originem, Sacerdos, admodùm pius, & ingenio ſingulari præditus: qui vnà cum B. Alexandro Italo, Laico, (de quo 28. Iulij) in Aphricam traiiciens, Euangelij diſſeminandi cauſa, plurima, grauiaque ibidem perpeſſus eſt ſupplicia. Liber demùm dimiſſus, rediit in Hiſpaniam, vbi nouo ſpiritus feruore accenſus, ſtadium virtutis ac perfectionis, ſic miro modo eſt aggreſſus, vt cæteris eſſet in ſtuporem & ſignum. Tandem clarus ſanctitate quieuit in Domino, ſepultuſque apud Conuentum Sancti Gabrielis Badejocij, qui eſt 12. Prouinc. S. Gabrielis. Ita Barezzus ſup. lib. 2. cap. 18. ex Ioanne Baptiſta Molez, in Memorial. Prouinc. S. Gabrielis: ſic Rapinæus in hiſtor. vniuerſal. Orig. Recollector. decad. 7. part. 2. § 2.

Beati Alphonſi à Zamora, Confeſſoris. [h]] Nobilis §. 8.
erat genere, & Sacerdos deuotiſſimus. Huius tanta fuit in laboribus, maximè verò in infirmitatibus perferendis patientia, tantaque humilitas, vt patientiſſimo cuicumque alteri aſſimilari queat. Cùm enim per integrum annum, marcore, hydropiſi, atque aſthmate, grauiſſimè laboraret, nihil vnquam murmuris,

nihilque

nihilque diſplicentiæ, in ipſo animaduerti quiuit, ſed ea omnia lætiſſimo potius, atque animo ſummè ſereno pertulit. Viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt ann. 1578. ob cuius ſingularem ad Deiparam Virginem affectum & deuotionem, illius ſuauiſſima præſentia, paulò ante obitum, dignari meruit. Ad cuius funus vniuerſa Toletana ciuitas, ipſius pedes deoſculatura, cucurrit, properauitque. Hæc ex Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Sancti Ioſephi Toleti, qui eſt 25. Prouinciæ Sancti Ioſephi. Barezzo ſup. libr. 7. cap. 27. Rapinæo ſup. Decad. 8. part. 1. §. 11. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Ioanne à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinciæ Sancti Ioſephi lib. 2. cap. 20.

§. 9. *B. Mariæ à Fonte Tertiar.* [i]) Præclaras eius actiones recitant Blaſius Laghina, in ſuo Memoriali, & Marianus lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 14. Floruit circa ann. 1545. In Monaſterio corporis Chriſti, Villæ-nouæ infantium, in quo nouitiarum magiſtra, & ſuperior multis annis extitit in cœnobio Albazeti: vbi ſanctiſſime obdormiuit in Domino. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin.

DECIMOQVINTO KALENDAS OCTOBRIS.

COmmemoratio [a] Impreſſionis ſacrorum Stigmatum; quibus Seraphicus Pater Sanctus Franciſcus, Ordinis Minorum Inſtitutor, in ſuis manibus, pedibus, & latere, mira Dei gratia, in monte Aluernię in Hethruria, impreſſus eſt. Iaſanapatani, in India Orientali, paſſio Beati [b] Melchioris Vlyſſiponenſis: qui cùm eſſet Prouinciæ Sancti Thomæ Cuſtos, Barbarorum ſagittis, ob fidei prædicationem, confoſſus, Martyrium conſummauit. Nugaroli in Aquitania, Beatorum [c] Martyrum Ioannis à Lana, Conuentus huius oppidi Guardiani, & Ioannis Vanglij Sacerdotis: ab hęreticis occiſorum. Politij in territorio Cæphaludenſi, Beati [d] Gandulphi, Confeſſoris: virtutibus & miraculis glorioſi. In Hethruria, Beati [e] Anonymi, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Peruſiæ, Beati [f] Senſus, Confeſſoris: oratione, humilitate, & vitę auſteritate conſpicui. Tiferni in Vmbria, Beati [g] Iacobi, Confeſſoris: miraculis clari. In Italia, Beati [h] Caroli à Dendano, Confeſſoris, Tertiarij: vita & ſignis admirandis ſpectabilis. Nicoſiæ in Cypro, Beati [i] Henrici Regis, Confeſſoris: qui & propter Chriſtum humilis factus, virginitatem illæſam cuſtodiuit: & crebris miraculis emicuit. Fulginij in Vmbria, Beati [k] Pauli de Trincis, Confeſſoris, genere ac pietate illuſtris: qui Regularis Obſeruantinę Familiæ Promotor extitit præcipuus, & ſpiritu prophetico ac miraculorum gloria fuit adornatus. Barcinone, Beatarum, [l] Agnetis Perandæ, Abbatiſſæ, & Claræ, eius neptis, Virginum.

SEPTEMBRIS XVII.

§. 1. COmmemoratio impreſſionis. [a]] De hac admiranda & inaudita omnibus ſæculis ſacrorum Stigmatum impreſſione, per Chriſtum Dominum in corpore Seraphici Patris Diui Franciſci. Agunt Lucas, Tudenſis Epiſcopus, lib. 2. aduerſ. Albigenſ. cap. 11. D. Bonauentura in magna & parua Legenda Sancti Franciſci. B. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 1. parag. 3. Beatus Bartholomæus Piſanus in opere de Conformitat. S. Franciſci ad Chriſtum: ſed maximè lib. 3. fruct. 3. part. 2. Baptiſta Fulgoſius lib. 8. factor. dictorumque memorabil. cap. 10. M. Marulus Spalatenſ. ibid. lib. 2. cap. 4. Legenda Gregor. IX. de S. Franciſco. Marianus lib. 1. cap. 24. & 25. Chronicon Citizenſe ad ann. 1226. Chronica compendioſa, ſeu compilatio Chronologica, inter hiſtoricos German. ad ann. 1224. Nider lib. 3. Formicarij capit. 11. Coluenerius ibid. in Annotation. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronicorum Minorum lib. 2. cap. 55. &c. Matthęus Pariſius ad an. 1227. Aluarus lib. 2. de Planctu Eccle. cap. 60. ante med. Marianus in Appendice libr. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. capit. 24. Moriſius lib. 1. Orig. Relig. cap. 33. Balinghen. In Calendario Virg. Mariæ hac die. Corbinus lib. 1. Sanctæ Franciad. pag. 3. & lib. 2. pag. 29. item lib. 3, pag. 58. & ſeq. ac lib. 4. pag. 72. & ſeq. item lib. 9. pag. 211. Saluator Vitalis. In Chronica Seraphic. Montis Aluernæ. Brautius in Martyrolog. poëtico. Bzouius ann. 1224. §. 7. Sauſſayus in Martyrolog. Gallican. hac die. Gonzaga part. 2. Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu montis Aluernæ, qui eſt 17. Prouinciæ Tuſciæ. Lyranus part. 2. in 1. Reg. 14. vbi de morali expoſitione. Nauçlerus in Chronico generat. 41. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 9. cap. 8. & tom. 2. lib. 15. cap. 3. Bellarminus concion. in Dominica Sexageſimæ. Franciſcus Coſterus concion. Dominicæ Penteçoſtes §. 10. Franciſc. de Sales tract. de Amore Dei lib. 5. cap. 5. lib. 6. cap. 15. & lib. 7. cap. 10. Sedulius in annotat. ad vitam D. Franciſci cap. 13. Vvadinghus tom. 1. Annalium Minorum. ad ann. 1224. §. 15. & ſeq. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Iuo Capucinus de Fœlicib. ſucceſſib. pietatis part. 1. cap. 18. Baeza tom. 2. Commentar. in Euangel. lib. 12. cap. 8. §. 6. Speculum ſpiritualium part. cap. 2. de Paſſionis Chriſti memoria. Bachotus in Faſtis Chriſtianis ad 4. Octob. Viegas in Apocalypſ. cap. 12. Commentar. 1. ſect. 18. Bernardinus Corius in hiſtor. Mediolanenſ. part.

Digitized by Google

2.pag.195. Metro rem tantam docto depinxerunt carmine, præter alios, ex Minoritis. Franciſcus Maurus, Hiſpellas, lib.12. & 13. Franciad. & Laurentius Maſſorillus, Fulginas lib. ſacror. hymnor. hymno 24. Mantuanus lib. 10. faſt. Benſius lib. 4. carmin. epigrámat. 25. & 26. Petrarcha libr. 2. de vit. ſolitar. tract. 3. capit. 11. Petrus Salazar lib. 1. Chronic. Hiſtoric. Prouinciæ Caſtellæ cap. 19. & 20. Volaterranus libr. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Et vt, vnico dicam verbo, hiſtorici omnes Eccleſiaſtici, tam vetuſti, quam recentiores; aliique ſcriptores, quos ad ſatietatem refert, tranſcriptis etiam eorum verbis, venerabilis & pius Pater Antonius *Daça*, peculiari de hoc argumento libello. Silentio etiam prætermittam, tum expoſitores Regulæ Franciſcan. tum collectores priuilegior. Minorum, ſeu de rebus Seraphicæ Religion. tractantes: tum, vitæ D. Franciſci ſcriptores; vel conciones de eo habentes, quorum quamplurimæ extant de huiuſmodi ſacris Stigmatibus: ſed de his inferius ad 4. Octobris.

§. 2. Hæc eadem atteſtantur varia diuinitùs edita miracula: quorum ſeriem recenſent Sanctus Bonauentura ſup. cap. 13. & 16. Piſanus ſup. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. cap. 58. & lib. 3. cap. 1. 2. &c. item part. 2. lib. 9. cap. 32. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1224. §. 21. 22. & ſeq. & ad ann. 1228. §. 13. 14. &c. Toſſinianus ſup.

§. 3. Teſtes etiam oculati haud nobis deſunt: quos profert idem Seraphicus Doctor S. Bonanentura cap. 13. ſup. *Ipſe verò, licet theſaurum inuentum in agro multa diligentia ſtuderet abſcondere: latêre tamen non potuit, quin aliqui Stigmata manuum viderent & pedum: quamquam manus quaſi ſemper portaret contectas, & pedibus ex tunc incederet calceatis. Viderunt enim, dùm viueret, Fratres plurimi, qui licet eſſent propter ſanctitatem præcipuam, viri per omnia fide digni: tamen id omne dubium amouendum, ſic eſſe, ac ſe vidiſſe, tactis ſacroſanctis, iuramento firmarunt. Viderunt etiam ex familiaritate, quam cum viro ſancto habebant, aliqui Cardinales; laudes ſacrorum Stigmatum Proſis, & Hymnis, & Antiphonis, quas ad ipſius ediderunt honorem, veraciter inſerentes: qui iam verbo quàm ſcripto, perhibuerunt teſtimonium veritati. Summus etiam Pontifex, Dominus Alexander IV. cum populo prædicaret, coram multis Fratribus, & meipſo, affirmauit; ſe, dùm ſanctus viueret, Stigmata illa ſacra ſuis oculis conſpexiſſe. Viderunt in morte pluſquam quinquaginta Fratres, Virgoque Deo deuotiſſima Clara, cum cæteris Sororibus ſuis, & ſæculares innumeri, ex quibus quemadmodum ſuo loco dicetur, quamplurimi & oſculati ſunt, ex deuotionis affectu, & contrectauerunt manibus, ad teſtimonij firmitatem.* Eadem ferè repetit cap. 15. dùm funus & exequias Diui Franciſci enarrat: quę confirmant Piſanus. Marcus Vlyſſiponenſis cap. 57. 72. &c. Wadinghus ad ann. 1224. §. 23. &c. tum ad ann. 1226. §. 40. 41. & ſeq. ſupr. Toſſinianus. Poſt Tudenſem ſup. lib. 3. cap. 14. & 15.

§. 4. Quid autem viſum fuerit Beato Franciſco, quid dicere, quid acclamare voluerit, dùm ſacris illis Stigmatibus inſigniretur, aptè quidem & decenter his fuit expreſſum carminibus,

Omnipotens Diuûm Pater, ac ſator optime rerum,
Seruatorque hominum, cœlum qui numine torques,
Sternis, & vndiſoni maris æquora cōprimis: iras
Ventorum effrænas, atque impia Tartara quaſſas,
Me-ne hodie tantis vltro fulgoribus ornas?
Tanto-n' me genitor duxiſti munere dignum?
His-ne meos radiare iubes inſignibus artus?

Parabolicis & obſcuris verbis expreſſit ſuo Cantico vir Dei amoris modulamine, quos cœleſtis cupido ictus inflixit, & quos viciſſim habuit cum Chriſto acriores, ſed dulciores congreſſus, (habet enim & amor Chriſtianus ſua prælia, ſuas admittit & emittit ſagittas) quibus hinc indè amoris faces incendebantur. §. 5.

D. FRANCISCI CANTICVM.
AB HENRICO CHIFELLIO
Antuerpienſi Latinum factum.

Vſſit ardenti mea corda flamma,
Vſſit ardenti mea corda flamma,
Ignis amoris.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Gratior ſponſi ſpecies nouelli,
Annulum quando dedit Agnus inſons:
Aſt vbi me carcere clauſit arcto
Ilicet ferro feriens acuto,
Rupit impreſſo mea corda telo.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Rupit impreſſo mea corda telo,
Corpus ingenti cecidit ſub ictu:
Lectus è pulchra calamus pharetra,
Viribus miſſus validis, quiete
Pacis excuſſa, tulit arma belli:
Torreor dulci exanimatus æſtu.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Torreor dulci exanimatus æſtu:
Mitte mirari, fuit hic amantis
Impetus teli, quod acuta ferro
Cuſpis oblongo tegit atque lato:
Percutit pectus, pedibuſque centum
Extat infixo grauis haſta ligno.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Inde telorum ſubiere nimbi,
Et procelloſa furis ira pugnæ.
Munior velox rutilante parma;
At magis crebro feriente ferro
Lucido incaſſum tego pectus ære
Me nimis forti lacerante dextra.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Tam potenti ardore vibrabat ictus
Duxerim vt vanum excipere ingruentes.
Fugerim & certæ occubuiſſe morti.
Bella non æqua ratione tentas,
Clamo: at is fortes iterando pugnas,
Mouit inuicta noua bella dextra,
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Saxa plumbato iacit acta miſſu:

Digitized by Google

Saxa quæ pondo grauiora mille,
Sicut æſtiuæ rabies procellæ,
Denſa non vllo numeranda ſenſu
Vndique expoſtum petiere pectus
Irrito nunquam recidente niſu.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Irrito nunquam cecidere niſu,
Miſſa tam doctæ iaculantis arte.
Iamque proſtratos vigor omnis artus
Liquit, & corpus lacerum refracti
Fugerant ſenſus: iacui ſupinus,
Pallida, exanguis, velut vmbra mortis.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Pallui, exanguis velut vmbra mortis:
Non tamen dulci fugiente vita,
Gaudio at cunctos inhibente ſenſus,
Fortis hinc vires reuoco priores,
Et citius veſtigia ſector alma,
Quæ viam celſi reſerant olympi.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Priſtinæ poſtquam rediere vires,
Armor, & Chriſto pia bella porto,
Fertiles eius peragrando campos?
Obuium amplectens auidis lacertis,
Implico nunquam pereunte nexu,
Impetus tanti generoſus vltor.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris.
Vindice at poſtquam pia bella dextra
Ritè confeci, propero citatus
Pacis immotæ ſtabilire leges:
Namque ſinceri meus igne amoris
Ac ferat Chriſtus: placida en quiete
Iam fruor, ſolamine iam perenni
Roborat mitis mea corda Chriſtus.
Vſſit ardenti mea corda flamma
Vſſit ardenti mea corda flamma
Ignis amoris

§. 6. Deſcriptionem hanc poeticam præcipuè referendam iudicat Wadinghus tom.3. opuſcul. S. Franciſci, vnà cum Sancto Bernardino Senenſi tom. 4. Sermon. 4. extra ordinar. prior. edition. ad ineffabiles illos in monte Aluernæ conflictus, quibus amoris pugil D. Franciſcus, ab ipſo amore, quinto ſauciatus vulnere, totus amor euaſit, intus ardens, & exterius ſuum amorem repræſentans. Aliud præterea refert Canticum, quod etiam arbitratur ab eodem Patre Sancto Franciſco, poſt Stigmatum receptionem modulatum fuiſſe: ex eo quòd ſæpius ſe percuſſum meminerit, & clarius ſibi iam oſtia aperta eſſe recenſeat; quod ad vulnerum hiatus retuliſſe videtur. Illius meminit idem S. Bernardinus ſup. ſerm. 16. extraordinar. iterumque ſermon. feriæ 6. Paraſceues. Illud vario carminis genere Latinum reddidit Iacobus Lampugnanus, Italus, è ſocietate Ieſu. Sic autem incipit apud eundem Wadinghum.

Quid vulneratum perdis, ô amans amor?
Mihi cor reuulſum facibus æternis flagrat,
Facibus amoris, &c.

Non poſſum omittere, quin opportunè commemorem, ingens illud prodigium in funere S. Franciſci; quo ex multis mirabilibus haud facile quiſquã dixerit quidquam mirabilius fuiſſe. Corpus illud exangue, adhuc erectum in pedes, integrum, illæſum, apertis ſublatiſque in altum oculis, cœlum aſpicere, vulneribus illis quoque recentem manantibus ſanguinem; conſeruari. Ita viſum à Nicolao V. Pap. ann. 1449. cum quodam Epiſcopo, Gallo, & nonnullis aliis: quã de re extat Epiſtola Franciſci de *Bautio*, Andriæ Ducis, ad Andrienſium Epiſcopum. Idem viderunt Sixtus IV. Pont. Max. Cardinales, Ægidius Carillius, Albornotius, Hiſpanus, & Aſtergius, olim Beneuentanus Archiepiſcopus, Presbyter tituli S. Euſebij, tum Franciſcus Sphortia, Dux Mediolanenſis, & viri quidam Aſſiſiates: tum D. Galeottus à Galeottis de Biſtochio, vir illuſtris ann. 1509. die 18. Decembris. Præterea, inuenio veniſſe Pio V. Pont. Max. in mentem ſacrum hoc videre depoſitum, ſtrictéque mandaſſe Ioanni Pico Camerti, Miniſtro Generali Patrum Conuentualium, vt curaret aperiri Cryptam, in qua continebatur talis theſaurus, ſed fruſtra, quod quidem diuino numine factum eſſe creditum eſt. Vide Toſſinianum lib. 2. Marcum Vlyſſiponenſem part. 1. lib. 2. cap. vltim. ſeu lib. 10. cap. 1. ſup. Sedulium in annotat. ad cap. 15. vitæ Sancti Franciſci. Wadinghum tom. 1. ad ann. 1230. §. 4. Salazar. cap. 28. &c. Couſinum ſup. pag. 59. & 60. §. 7.

Mirabiles prorſus viſiones factæ ſunt hac de re: vt omnibus horum veritas innoteſcat Stigmatum. Sanctum Epiſcopum - Cardinalem, Diuum Bonauenturam, audiamus. *Ad huius ſtupendi miraculi* (inquit) *irrefragibilem firmitatem, non ſolum videntium, & palpantium teſtimonia, per omnem modum credibilia; verum etiam apparitiones mirabiles, & virtutes poſt ipſius obitum coruſcantes, ad omne mentis effugandum nubilum ſuffragantur. Fœlicis namque recordationis, Dominus Gregorius Papa IX.* (*de quo vir ſanctus prophetando prædixerat, quòd ad dignitatem Apoſtolicam eſſet ſublimandus*) *antequam crucis ſigniferum catalogo Sanctorum adſcriberet; Scrupulum quendam dubitationis in corde gerebat, de vulnere laterali. Nocte verò quadam* (*ſicut ipſe fœlix Antiſtes referebat cum lachrymis*) *Beatus ei Franciſcus, quadam faciei prætenſa duritia, in ſomnis apparuit; & hæſitationis cordis ipſius redarguens, eleuauit brachium dexterum, detexit vulnus, phialamque popoſcit ab ipſo, vt ſcaturientem reciperet ſanguinem, qui ex latere deffluebat. Obtulit in viſione Summus Pontifex phialam poſtulatam: quæ vſque ad ſummum, ſanguine profluente de latere, videbatur impleri. Ex tunc ad illud ſacrum miraculum tanta cœpit deuotione affici, & æmulatione feruere: vt nullo modo pati poſſet, quod aliqui præfulgentia illa ſacra ſigna, ſuperbia præſumeret impugnatione fuſcare, quin eum ſeuera increpatione feriret.* Hæc & his ſimilia ſcribit Seraphicus Doctor cap. 16. vit. S. Franciſci: quem ſequuntur Piſanus. Vlyſſiponenſis ſup. libr. 2. cap. 59. Toſſinianus. Vvadinghus ad ann. 1228. §. 3. ſup. §. 8.

Ad hæc, ſingulare hoc Diui Franciſci priuilegium commendant & extollunt Pontificum plurima Diplomata: primum, eſt Gregorij IX. ad vniuerſos fideles per Teutonicam conſtitutos. Incipit, *Confeſſor Domini* §. 9.

Qq

glorioſus: ſub Datum Viterbij, Nonis April. Pontificatus ann. 11. Item ad Fridericum, Epiſcopum Olomucenſem, in Morauia: incipit. *Vſque ad terminos orbis*. Iterum, ad Priores & Prouinciales Ordinis Prædicatorum incipit. *Non minus dolentes*; ſub Datum vt ſup. Agunt de iis Piſanus, & Toſſinianus ſup. Firmamentum Ordinum Minor. tract. 2. part. 2. Speculum Fratrum Minorum tract. 2. Monumenta Ord. eiuſdem tract. 1. Marcus Vlyſſiponenſis lib. 2. ſup. cap. 59. Vvadinghus tom. 1. ſup ad ann. 1237. §. 1. &c. ex Regiſtro Vaticano, & aliis MSS. Rodericus in Bullario Pont. pro Ordine Franciſcan. item tom. 2. quæſt. Regular. quæſt. 69. art. 2. Compendium priuileg. Minor. verb. *Stigmata*. Portellus ibid. in dubiis Regularib.

Secundum eſt Alexandri 4. ad vniuerſos Eccleſiæ Prælatos ann. 1255. incipit, *Benigna operatio*: ſub Datum Anagniæ 4. Kalend. Nouembr. Pontif. ann. 1. item ad vniuerſos Archiepiſcopos & Epiſcopos, per Caſtellæ & Legionis Regna, in Hiſpania, conſtitutos ann. 1259. incipit *Quia longum eſſet*: ſub datum Anagniæ 5. Kalend. Auguſt. Pontif. ann. 5. tandem ad cunctos Chriſti fideles, incipit: *Grande ac ſingulare miraculum*. Ea habent Piſanus. Firmamentum trium Ordinum, Speculum, Monumenta, Compendium priuileg. Dubia Regularia, & Vvadinghus ſup. tom. 2. ad ann. 1255. §. 8. & 9. item ad ann. 1259. §. 1. & 2. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup.

Tertium eſt Nicolai III. ad vniuerſos Chriſti fideles, incipit, *Litteras fœlicis recordationis Greg. Pap. IX. prædeceſſoris noſtri*, &c. Item in ſua declaratione ſeu explicatione Regul. Franciſcan. quæ inſerta eſt corpori Iuris Canonici, inter Extrauagantes communes, in ſexto: ſub titul. de verbor. ſignification. incipit, *Exiit qui ſeminat*. Memoratur à Piſano, Compend. priuil. &c. ſup.

Quartum eſt Nicolai IV. ann. 1291. ad Priorem Prouincialem Fratrum Ordin. Prædicat. Prouinc. Tuſciæ, incipit. *Cùm ad aures noſtras*. Sub Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem 12. Kalend. Decembri Pontificat. ann. 4. Extat apud Vvadinghum ſup. ad ann. 1291. §. 23. & 24. ex Regiſtro Vatic. 596.

Quintum eſt, Benedicti XI. de quo paulò poſt.

Sextum eſt Sixti IV. cuius mentionem habebimus inferius. Mitto alia omnia Pontificia Diplomata; quæ apud quæſtiones Regulares, & Magnum Bullarium præfati Roderici, poterunt non inſulsè legi à curioſis & beneuolis.

§. 10. Denique veritas huiuſce tanti prodigij comprobatur: tum ex vltione contradicentibus & aduerſariis diuinitùs illata, vti videre eſt apud Diuum Bonauenturam cap. 16. Piſanum, Toſſinianum libr. 1. ſup. Legendam Gregorij IX. Marianum lib. 2. cap. 10. Marcum Vlyſſiponenſem ſup. libr. 3. cap. 3. & Vvadinghum tom. primo ſup. ad annum 1228. §. 16. & 1237. §. quinto & ſexto, tum ex reprobatione ac condemnatione contrarium aſſerentium, per Sedem Apoſtolicam; quod conſtat apertè ex prædictis Diplomatibus, quibus tales vocantur, ponentes in cœlum os ſuum præſumptionis ſuæ ſigna protendentes; obnoxia prauitati docentes, in blaſphemiam prorumpentes, veſaniæ ac nequitiæ verba præ ſe ferêtes, ſpiritu temerariç præſumptionis inſanientes, diuini muneris inuidi: Apoſtolici iudicij ſacrilegi impugnatores, &c. qui inſuper ſententia excommunicationis latæ ſententiæ, eaque Pontifici Romano reſeruanda, omniumque priuatione beneficiorum, & aliis cenſuris, mulctantur, niſi reſipiſcant, palinodiamque decantent: vt proindè mira ſit impudentia Philippi *Mornæi*, hæretici, eadem negantis, in ſuo illo *Myſterio iniquitatis* pag. 345. cui breuiter plures inuictos rei teſtes obiicit Leonardus Coquæus, vir doctus, in Antidoto contra progreſſum 50.

An vero Sanctorum aliquis huiuſmodi Stigmatibus ante hac vnquam fuerit nobilitatus? Quidam Frater Thomas *de Auerſa*, Dominicanus; concionem habens apud Tuſciam, in die feſto S. Petri Martyris eiuſdem ordinis, eo ſtudio extulit vulnera huic S. Martyri inflicta, vt Sancti Franciſci Stigmatibus detrahere videretur: atque his, inani quadam diſtinctione, præferre illa quæ præclarus fidei Agonotheta conſtanter pro eiuſdem confeſſione ſuſcepit: quare apud Sedem Apoſtolicam accuſatus, digniſſimas ſuæ temeritatis luit pœnas contentas in Bulla Nicolai IV. Pap. ann. 1291 cuius meminimus ſup. Quoniam verò Stigmata vulgò habere putabatur D. Catharina Senenſ. & alij plerique, atque ideò cum illis ſignis ſæpenumero pingebantur; legimus à Sixto IV. Pont. Max. cautum eſſe grauiter, per tria Diplomata (primum incipit: *Spectat ad Romani Pont.* &c. Sub Datum Romæ, apud S. Petrum 1472. 8. Idus Septembr. Pontificat. ann. 2. Secundum incipit: *Licet, dùm militans*: ſub Datum ibid. ann. 1475. 8. Kalend. Auguſti, Pontificatus ann. 4. Tertium incipit. *Alias per breue*. Sub Datum ibidem 1480. 19. Decemb. Pontificat. ann. 10. quæ extant apud Firmamentum trium Ordinum Minorum part. 2. tract. 2. Sedulium, Compendium priuileg. Dubia Regularia, &c. ſup.) ne quis affirmet ipſam S. Catharinam, non alium aliquem, Stigmata habuiſſe: neque concionetur, neue id ſcribat: & idcirco imagines tales cum Stigmatibus non pingendas, pictas non ferendas, ſed abolendas eſſe; ſub pœna excommunicationis, ipſo facto, incurrenda ſoli Romano Pontifici reſeruata, aliis pœnis & cenſuris illic appoſitis, donec aliud à Sedè Apoſtolica decernatur: prout euenit ſub Clemente VIII. ſi Compendio priuileg. ſup. fides adhibeatur. §. 11.

Sane multi denegant Stigmata vnquam adfuiſſe ipſi §. 12.
ſanctæ Catharinæ: quorum rationes habentur in præfatis Diplomatibus Sixti IV. & apud Robertum de Licio, Epiſcopum Aquinatem, ſermon. de eadem S. Catharina: qui meritò legendus eſt. Partem verò tenentes affirmatiuam, haud abſolutè Stigmata tribuunt huic Sanctæ Virgini: ſed ingenuè fatentur, quòd ſenſerit interdum maximum dolorem in manibus, pedibus, & latere, ac ſi habuiſſet inibi vulnera: ſed tamen non ita impreſſa corporaliter, & viſibiliter, ſicut factum eſt in corpore Diui Franciſci. Quapropter ſine præiudicio ipſius Sancti Franciſci id dictum ſit: quippe cui quoddam ſingulare diuinitùs conceſſum eſſe reperitur, quod nulli inter natos mulierum legitur fuiſſe donatum, nempè, impreſſio ſacrorum Stigmatum Chriſti. Sanctus Antonin. 3. part. ſup. cap. 1. §. 3. Pepinus ſerm. de Sancto Franciſco. Raymundus in vita Sanctæ Catharin. Virgin. Senenſ. apud Surium tom. 2. April. 29. Melchior Canus lib. 5. locor. Theolog. cap. 5. Ludouicus Granatenſ. ſermon. 3. de Sancta Catharin. Senenſ. art. 1. Barletta ibidem poſt medium, & alij eiuſdem Ordinis Dominican. alumni. Idem ſentiendum de illo B. Fratre Anonymo, Minorita: de quo ſup. ad 12. Iulij §. 2. Deque Iijs apud Rayſſam in Auctario ad natales SS. Belgij ſub. 16. Martij.

Verùm,

Digitized by Google

§. 13. Verùm, quo vſque humana excreuerit dementia, perſcrutemur. Appendix ad ſupplementum Chronici Iacobi Bergomatis lib. 17. ſub ann. 1509. hæc recitat. *Bernæ, Monachi quidam Ord. Præd. infæliciter comburuntur: quòd ex quodam Fraterculo, quem nouitium vocant, Diuum quendam ſibi confixiſſe viderentur, ad Franciſcanorum imitationem; eum enim miſeris modis vulnerarant, vt Stigmatibus inſignitus appareret.* Quid autem acciderit Ludouico Granatenſi, eiuſdem Ordinis, cum quadam ſanctimoniali ſimili arte deluſa, omnes noſſe arbitror: cuius tacitè meminit Didacus in vita ipſius Reuerendi Patris Ludouici Grenatenſ. cap. 13. Alia ſimilia exempla adfert Petrus de Salazar ſup. lib. 1. cap. 21. Anno 1220. in Anglia. comcomprehenſus fuit quidam impoſtor, habens in corpore & membris, ſcilicet in latere, manibus & pedibus, quinque vulnera crucifixionis; ſuper quo, in Concilio Oxonienſi, conuictus, & publicè confeſſus iudicio Eccleſiæ, cum ſuis fautoribus eſt punitus. Ita Pariſius de Geſtis Anglor. Vvalſingham Vveſtmonaſterienſis anno 1222. & Bzouius tom. 13. annal. Eccleſ. anno 1221. §. 18. Quid plura? nonnulli inuenti ſunt hoc vltimo ſæculo, qui hoc ſingulare Chriſti priuilegium B. Franciſco cœlitus datum, nituntur obfuſcare, ac prorſus abolere. Exteros alloquar ne, an noſtrates, neſcio. Sed vt vt ſit, iiſdem vtar verbis, quibus Doctor Gentium, priſcos Gallos, nouos Chriſtianos, amantiſſimè arguebat. *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit, non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis Crucifixus*; cap. 9. v. 1. In Cruce enim Chriſtus, clauis, ſpinis, flagellis, lancea, quaſi calamis: ſanguine veluti atramento, deſcriptus & depictus eſt, quaſi victima mactata pro peccatis noſtris, vt ab eis iuſtificaremur: ideſt, depictus eſt, veluti redemptor, iuſtificator, propitiator & ſaluator noſter: hæc tanti fecit idem Apoſtolus vt ita concluſerit Epiſtolam ſuam. *De cætero nemo mihi moleſtus ſit: Ego enim Stigmata Domini Ieſu in corpore meo porto*: cap. 6. verſ. 17. Sic beatus Theodorus Studita, acriter flagellatus à Leone Imperat. Iconoclaſta, poſt verbera exultans, ſcribebat ad Naucrarium: *An non diademæ geſtantium gloria mirabilior Stigmata ferre Chriſti, viuificas eius paſſiones ſeu coronas?* Apud Baronium ad ann. 814. ex Michaele Studita in eius vita. Si igitur Chriſti ſeruus Diuus Franciſcus, ſignis Redemptionis noſtræ inſignitus à Chriſto, ſacra Stigmata deferat? quorſum ei vis impunè illam adimere gloriam? qui hoc conati ſunt: vel reiecti condemnatique fuere à ſede Apoſtolica, vti nuper oſtenſum eſt: vel hæretici extitere, vt Beza, Mornæus, &c. quibus ſtrenuè obuiarunt Cornelius à Lapide Commentar. in Epiſtol. Pauli ad Galat. 6. verſ. 17. Leonardus Coquæus ſup. & alij.

§. 14. Fatetur quidem Modernus quidam Diuum Franciſcum detuliſſe Chriſti Stigmata, Gallicè, *fleſtriſſeures*: ſed qua ratione id ſic tranſtulerit, videat prudens Lector. Scio, multos doctos viros illum iure ex hoc redarguiſſe: cùm prius ipſemet in ſuis Homiliis, concion. de Sancto Franciſco, huic nouæ traductioni contrarius ſit. Nec in hac graui materia iuuat, nonnullos ſciolos, atque grammaticos in medium producere: ſed Theologos, Patres orthodoxos, alioſque viros pios & eruditos conſulere id expoſcebat: inueniſſetque Stigmata dici à Græcis, vulnera, cicatrices, plagas, ſeu notas alicui ferro candenti inuſtas. Vide D. Thomam, Gloſſam ordinariam, &c. in præfatum caput 6. ad Galatas. Apud Latinos verò; id omne, quod plaga ſit, aut vlcus, ex verberibus, & vulneribus acceptum. Itaque in Beato Franciſco dicimus non ſimpliciter ſigna, ſeu cicatrices fuiſſe: ſed patula vulnera, & perfoſſa, perpetuùm manantia ſanguine, corporis patentes aperturas: plagaſque illas quinque, ſeu vulnera hæc fuiſſe cruenta, è quibus ſemper ſtillabat ſanguis, maximè verò è latere. Nec minutum id: ſed in tantum ſæpè, vt ſancti viri tunica, & ſubligaculum cruore infectaruberent: cuius rei teſtes adſunt Sanctus Bonauentura, Speculum vitæ Sancti Franciſci. Piſanus, Diuus Antoninus, Sedulius, & alij ſup. ex Bulla Nicolai IV. anno 1291. data ſup. [illegible]

Quapropter prima ſedes, Sancta Romana Eccleſia, §. 15. cæterarum omnium mater Eccleſiarum, ea ſacra Diui Franciſci Stigmata ſemper venerata eſt, docuitque eſſe colenda, feſto particulari, vnde patet huiuſmodi Stigmata eſſe ab Eccleſia Catholica canonizata, cùm ab illa habeant diem feſtum aſſignatum in Martyrologio, Breuiario, ac Miſſali Romano, & tot teſtimonia Summorum Pontificum publica. Canonizatio verò, non ſolùm cadit ſupra Sanctos, ſed etiam ſupra myſteria, vel ſupra feſtorum aſſignationem: qua in re Papa errare non poteſt. Eſt autem canonizatio, teſtimonium publicum ab Eccleſia datum, de ſanctitate, feſto, vel myſterio; vt latè & benè probant Frater Ægidius libr. 1. de Conception. Deiparæ fol. 7. & libr. 3. fol. 307. ex Suarez numer. 2. Item Portellus ſupra.

Rem ſic adeò admirabilem, ac tantoperè teſtatam §. 16. Benedictus Papa XI. anniuerſaria ſolemnitate, duplici officio Eccleſiaſtico celebrari voluit: hac die decimo ſeptimo Septembris, quem ritum poſtea vniuerſus Ordo in Capitulo generali anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio Caturci in Gallia celebrato, gratanter accepit: huiuſce rei meminere Piſanus, Sanctus Antoninus, Compendium priuileg. Marcus Vlyſſiponenſis parte prima, libro ſecundo, cap. quinquageſimo nono. Wadinghus tomo primo, ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum quartum, paragrapho decimoquinto & vigeſimo, & alij ſup. item Franciſcus Maurolicus in Martyrolog. Petrus Galeſinius in Addition. ad Vſuardum, & Molanus ibid. Romanum Martyrologium vetuſtum MS & impreſſum ann. 1509. ac nouum per Cardinalem Baronium, ex Mandato Sixti V. teſte ipſomet Baronio. Tandem Paulus V. Pont. Maximus, licentiam generalem dedit, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſexto, omnibus clericis Regularibus & ſæcularibus; vt poſſent hac die recitare officium diuinum de ſacris Stigmatib. diui Franciſci. Poſtea idem conceſſit FF. Minoritis de Obſeruantia, vt ſemel quouis menſe idem recitarent officium, prima die cuiuſque menſis non impedita aliquo feſto nouem lectionum, excepto tempore Quadrageſimæ & Aduentus ann. 1615. Ita habetur apud Wadinghum, & Portellum ſup. & in Breuiario Romano ann. 1633. in Appendice pro feſtis propriis Ordinis Minorum, & hoc ex aſſenſu ſacræ Congregationis Rituum.

Officium proprium huiuſmodi ſacrorum Stigmatū, §. 17. quo modo in hac ſolemnitate recitatur, concinnauit Reuerendus Pater Gerardus Odonis, Gallus prouinciæ Aquitaniæ, in Capitulo generali Pariſienſi, ann. 1329. electus Miniſter Generalis: indeque Patriarcha Antiochenus, ac Catanenſis Epiſcopus. Id autem compoſuit ex diuerſis Hymnis, Reſponſoriis, Antiphonis, Proſis, & Rhythmis Eccleſiaſticis, à variis Cardinalibus, & Summis Pontificibus in honorem

Digitized by Google

D. Franciſci editis: prout teſtantur, Trithemius de Scriptor. Eccleſ. Geſnerus in Bibliotheca. Willotus in Athenis orthodoxis Franciſcan. Ioannes Rioche, in Compend. tempor. lib. 4. cap. 90. de ſacris Doctorib. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronicorum Minorum lib. Wadinghus tom. 1. ad ann. 1224. §. 20. & ann. 1228. §. 78. ſup. Gregorius IX Papa conceſſit omnibus viſitantibus Eccleſiam Montis Aluernæ in die Stigmatum Beati Franciſci, remiſſionem medietatis omnium delictorum: Viſitantibus autem alias Eccleſias Ordinis, eadem die, dedit de Indulgentia annos triginta apud Compendium priuileg. verb. *Indulgentia quo ad ſeculares, primò*: cætera vide infra ad 4. Octobr. Ioannes de Armenta edidit Hiſpanicè diſcurſum de Stigmatibus S. Franciſci, quem habuit Hiſpali, in eorumdem ſolemnitate, ann. 1618.

SAPHICVM CARMEN QVO Declaratur ſingularis Chriſti dilectio in B. Franciſcum, dùm ei impreſſit ſacra Stigmata.

§. 18. *ILle, cui nunquam genus eſſe lapſum*
Deſtitit curæ, regit aſtra: mundum,
Geſſit in ligno ſcelera parentum
Debita ſolus.
Poſt opus tantum, ruiturus ibat.
Vidit in præceps, quia noſter Ordo,
In chaos tetrum, tenebraſque nigras,
Iuraque vitæ.
Motus immenſa pietate venit
Denuò terris, adiitque figens
Carne FRANCISCO *patiente ſecum*
Stigmata cordi.
Vt nouus mundo reniteret alter
Chriſtus impreſſit manibus figuris,
Carneis clauis pedibus retortis,
Vulnere Sancto.
Sicque compaſſus lateris rubentis
Ferret affixum, roſeumque vulnus,
Totus vt Chriſto Cruce ſeruus eſſet
Concrucifixus.
O virum ſeclo celebrem carente
Fine, quis talis ſimilis per orbem?
Nemo, cui (mirum facinus) nouantur
Signa ſalutis.
Ferculis parcis, gelidique potu
Fontis, arcebat procul à ſacrando
Corpore, vrentes ſceleroſa fletu
Flumina flamma.
Montis & celſum peterat cacumen,
Quò quater ductis decies diebus,
Solueret feſtum Michaelis almi,
Nempe Lauerna.
Rupe dùm clauſus ſpeculatur omnes
Sub ſpecu duros lachrymis dolores,
Quos tulit mundi Sator & Redemptor,
Ardet amore.
Mittit & longos gemitus ab imo
Corde manantes, oculi redundant
Fletibus, cœlos acies apertos
Tramite luſtrat.
Vnde fulgenti, ſubito volantem
Tunc Seraph cernit radio propinquum
Hunc locum lapſu celeri petentem
Ore decoro.
Hæc vbi ſacro celebrata monte
Geſta, diſceſſit rapido volatu
Chriſtus, & tanti memoranda Regis
Signa reliquit.
Cui Pater? cui nam? lapidi nec vnquam
Quin tuæ carni magis exarantur
Numinis viui digito tabellæ
Tu ſacra legis.
O gregis parui vigil, omne, cunctos,
Da vafri telum penitus vitare
Hoſtis, & tutas penetrare ſæui
Æquoris vndas.
Laus in excelſo genito, parenti,
Spiritu, ſimplex tibi Trine ſeclum;
Qui reformaſti, pia iura ſeruo
Vulnere figens.

Beati Melchioris Vlyſſiponenſ. Martyris.[b]] Huius mentionem facit Gonzaga ſup. part. 1. in BB. Martyrib. Ordin. Minorum ob Chriſti fidem ſuo æuo paſſis, apud Indos Orientales, item part. 4. in Prouincia S. Thomæ ſub finem. Vbi primo loco refert mortem glorioſam ſtrenui *Patris Melchioris Vlyſſiponenſis huiuſmodi Prouinciæ olim Cuſtodis: qui inclyto Conſtantino Indiæ Proregi Iafanapatanicam Inſulam, eiuſque Regem, ob iniurias Luſitanis, cæteriſque Chriſtianis illatas punituro congreſſus, poſt eius Metropolim, atque caſtrum capta, Regemque ad penetraliora adactum; dùm oppidulum quoddam, eius accolas baptizaturus peteret, illorum Barbarorum gladiis atque ſagittis confoſſus, de eis triumphans occubuit.* Paſſus eſt autem poſt ann. 1550. Hilarion à Coſta lib. 2. hiſt. Cathol. pag. 366. Picquetus in catalog. viror. illuſt. Franciſ. Boſius tom. 1. lib. 12. cap. 22. Toſſinian. lib. 2. in fine, vbi de India. Grauina, in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Daça 4. part. Chronicorum Minorum lib. 1. cap. 57. §. 19.

Beatorum Ioannis à Lana, & ſocior. Martyr.[c]] Compendioſiori ſtylo horum illuſtre trophæum commemorat idem Antiſtes Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Nugarolano, qui eſt 7. Prouinc. Aquitan. Recentioris. *Hoc in loco* (inquit) *venerabiles duo Patres atque de Catholica fide optime meriti, F. ſcilicet Ioannes Vanglius, Sacerdos, & F. Ioannes Lana, tunc Monaſterij Guardianus, ſub hæreticis, in Romana fidei confeſſione, prædicationis munus Martyrij corona decorarunt.* Iſtud verò accidit, in primis tumultibus Galliæ, tempore Caroli IX. Regis. Wadinghus tom. 2. Annalium Minor. ad ann. 1277. §. 24. Daça ſup. lib. 3. cap. 58. §. 20.

Beati Gandulphi, Confeſſoris[d]] Oriundus fuit è *Binaſco*, in territorio Mediolanenſi. Adoleſcens mundi inquinationem fugiens, opportune S. Franciſci Inſtitutum amplexus eſt in Sicilia: vna tantū vili tunica, præter §. 21.

Digitized by Google

præter cilicium, quod nudam geſtabat ad carnem, contectus, incedebat. Vir magnæ abſtinentiæ, & aſſiduæ pœnitentiæ: in diebus ieiunij ſemel in die, modico pane victitabat & aqua. Concionibus maximè vacabat, nocte orationi & contemplationi frequentius incumbebat: cuius dulcedine ſæpius rapiebatur extra ſe totus cœleſtibus immerſus. Caſtitatis fuit perquàm ſtudioſus, paupertate & humilitate omnes ſuperabat. Suum prædicens finem inſtare, Chriſtianè ſe parauit ad mortem: obiitque die Sabbathi ſancti ann. 1260. ad Hoſpitale Sancti Nicolai, in oppido Politij, Prouinc. Siciliæ, dùm illic ſacras conciones ad populum haberet, neque adhuc eſſet Minorum eo in loco habitaculum. In cuius obitu Campanæ, totius oppidi nullo trahente ſonuerunt: ſacrum verò eius corpus delatum fuit ad matricem Eccleſiam, in qua præcipua colitur veneratione, viuens enim ac mortuus maximis claruit miraculis. Acta vitæ eius deſcripſit R. D. Iacobus, Cephaludenſis Epiſcop. ann. 1320. indiction. 3. à quo cæteri mutuati ſunt. B. Bartholom. Piſan. lib. 1. Confor. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratr. Min. Prouinc. Siciliæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſipon. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 24. parag. 1. Toſſinian. lib. 1. Hiſt. Seraph. Barezzus ſup. part. 4. lib. 5. cap. 41. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Vvadinghus tom. 2. annal. Minor. ad ann. 1256. parag. 47. ann. 1260. parag. 41. & ſeq. ac 1293. parag. 8. Præfatus Antiſtes Tranſlationem B. Gandulphi perfecit ann. 1320. in Sabbatho Pentecoſtes: ſed celebratur ibid. feria 2. poſt pentecoſten, dies verò natalitius Dominica 3. Septembris, vt commodius & ſolemnius poſſet celebrari: videlicet 17. die huiuſce menſis, authoritateque Apoſtolica, canitur officium proprium. Vide ipſum Vvadinghum in Additionib. ad præfatum tom. 2. annal. ſub ann. 1260. parag. 9. 10. & Ferrarium in ſuo Martyrologio, hac die, ex Martyrologio Siculo.

§. 22. *Beati Anonymi, Confeſſoris.* [c]] Prouinciæ Tuſciæ erat alumnus; vir deuotus, & vitæ exemplaris, caſtitatéque pollens: cuius tentationes & victorias latè deſcribit Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 1. cap. 54. Vvadinghus ſup. ad ann. 1253 parag. 41. ex Mariano lib. 2. cap 19.

§. 23. *Beati Senſus, Confeſſor.* [f]] Laicus fuit profeſſione; ſed Religioſus altæ contemplationis, qui & extaſim ſæpè patiebatur & raptum: vnde diuinam ſapientiam hauriebat in reſponſis ſuis. Silentium ſolitudinemque ſummè excolebat, ſemel in die comedebat, à mira ciborum parcimonia ſeſe reficiebat: humilitate ſingulari exornatus erat; obiit ac ſepultus eſt in loco Montis-Iouis, propè Peruſium. Agunt de eo, B. Bartholomæus Piſanus ſup. lib. 1. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſt. prouinc. D. Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce. Ord. Vvadinghus to. 1. annal. Min. ad an. 1218. parag. 7. & tom. 2. ad an. 1270. parag. 24. & ſeq. item Tom. 5. ann. 1431. parag. 8. quo obiit. & Thielmanſ. Tom. 2. vitar. S.S. ſeraphic. Ordin. Marianus lib. 2. cap. 29. Picquetus ſup. Toſſinian. lib. 2. in Cuſtodia Peruſina.

§. 24. *Beati Iacobi, Confeſſor.* [g]] Laicus quoque extitit: qui multis miraculis poſt mortem claruit: quieſcit Tiferni, ſeu in ciuitate Caſtellana, apud Eccleſiam Sancti Franciſci. Meminerunt de eo B. Bartholomæus Piſanus. Codex MS. & Gonzaga ſup. Toſſinianus lib. 1. hiſt. Seraphic. Picquetus ſup. Vvadinghus tom. 5. ad ann. 1306. parag. 24. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 28.

§. 25. *Beati Caroli à Dendanò, Confeſſoris.* [h]] E monte Feltrio briundus fuit, virtutibus & vitæ ſanctimonia, atq; miraculis inſignis: memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. ſup. part. 1. lib. 9. cap. 25. Gonzaga ſup. in BB. viris tertij Ordin. Minor. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. De Sillis in cap. 1. Reg. Tertiar. Ioan. de Torres in Practicis exhortat. ſuper eandem Regul. pag. 38. Salazar. lib. 6. chron. Prouinc. Caſtellæ cap. 30.

§. 26. *Beati Henrici Reg. Confeſſ.* [i]] Cùm Ordo noſter Franciſcanus varijs quateretur diſſidiis, ille, inter alios Reges, agnoſcitur, qui opem tulerit & fauorem, ſcribens ad Ioannem XXII. Papam: qua de re ſic loquitur S. Antonin. part. 3. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 15. *Multi quoque Reges & Principes, ordinem in tanta tribulatione poſitum adiuuabant in Curia, Rex Franciæ, Rex Caſtellæ, Rex Arragoniæ, Rex Cypri, Rex Maioricarum.* Cui adſtipulantur Firmamentum trium Ordin. part. 1. in Memoriali Ordinis, ſub 18. Generali Miniſtro; Speculum Fratrum Minor. ibid. tract. 1. ſub 17. Generali. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Minor. lib. 8. cap. 15. Hic pietate, caſtitate, & multis bonorum operum meritis luxit: cuius tanta fuit puritas, vt, etſi vxoratus, virginitatem illibatam conſeruauerit. Præterea habitu Religionis Seraphicæ aſſumpto, in eo ſanctiſſimè vixit ac obiit, ſepultus Nicoſiæ, apud FF. Minores: vbi miraculis emicat.

§. 27. Parum æquus viſus eſt Stephanus Cyprius, dùm recenſita Regum Cypri genealogia, cap. 21. ſuæ hiſtoriæ fol. 143. pag. 2. hæc de eo B. Henrico Rege ſubinfert. *Obiit poſtquam regnaſſet, ann. 33. abſque quo vxoratus eſſet, aut liberos procreaſſet; cuius finis deuotus extitit ac ſanctiſſimus: ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Franciſci, eo quòd confeſſarius eius eſſet Franciſcanus.* Quid veritati hiſtoricæ magis contrarium? quid in ea recitatione obſcurius? tacet impunè veritatem, perperam excogitat fictitium. Siquidem B. Henricus matrimonio iunctus virginitatem ſeruauit; deinde Minorum ſodalitio adſcriptus, apud ſuos Fratres ſepulturam nactus eſt: quod cùm ita ſit, quid eſt aliud contrarium aſſerere, quàm veritatem alterare? Rei periculum faciamus, audiaſque velim, mi lector, vocem virorum probatorum, ſiue noſtratum, ſiue exterorum.

§. 28. Primus aderit B. Bartholomæus Piſanus lib. 1 Conformit. fruct. 8. part. 3. vbi de Regib. qui ex deuotione, habitum D. Franciſci induerunt. *Septimo,* inquit, *ſi oculos flectamus ad domum Regum de Cypro, habes Regem Henricum, qui fuit virgo puriſſimus: hic habitum ſumens cum ipſo deceſſit, & Nicoſiæ in domo Fratrum ſepultus miraculis coruſcauit.* Item fruct. 11. part. 2. in Prouincia Terræ ſanctæ, vbi de Cuſtodia Nicoſiæ in Cypro. *Quæ habet locum Nicoſiæ,* ait, *in quo eſt ſepultus Rex Cypri Henricus cum habitu, & fecit ſigna.* Speculum Fratrum Minor. ſup. *Regnabat etiam tunc in Regno Cypri, recolendæ memoriæ, Dominus Henricus Rex Cypri, virgo puriſſimus vſque ad mortem, quamuis vxorem haberet, & omni virtute perfectus; qui Fratres intimè diligebat, & in fine fuit cum habitu, in Conuentu Nicoſiæ cum Fratribus tumulatus; cuius ſepulchrum eſt variis miraculis glorioſum.* Item Toſſinianus lib. 2. ſup.

Dici amat, & fit pauper ſectatorque Minorum,
Quique Cypri Dominus, quique opulentus erat.

Henricus itaque tanti Regni Rex, omnis puritatis amator, neglecto mundano faſtu, atque dimiſſis ſæculi huius illecebris, quæ, vt plurimum ſunt homini fomenta pec-

Digitized by Google

cati, aſſumpto B. Franciſci habitu, in eo plures annos vixit religioſè, atque non ſine opinione ſanctitatis obiit in Inſula Nixos, tumulatuſque apud Fratres, vbi miraculis inclaruit. His conſentiunt Firmamentum trium Ordin. & Vlyſſiponenſ. ſup. Eadem atteſtantur etiam exteri: ſic habet Platus lib. 2. de Bono ſtat. relig. cap. 26. Ordin. Minor. memoriam agens. *Falicior Henricus Rex Cypri, qui pluribus etiam annis, in eo inſtituto vixit; nec ſolum virtutibus, ſed miraculis etiam refulſit.* Item Iacobus Brouſſeus, in vita B. Angeli à *Ioyeuſa* cap. 4. circa fin. & Beyerlinck. Tom. 6. Theatri vitæ Humanæ verb. *Religioſus* pag. 132.

§. 29. *Beati Pauli de Trincis, Confeſſ.*] Fulginij naſcitur ann. 1309. patre Vagnotio *Trincio*, fratre Vgolini *Trincij*, eiuſdem vrbis, aliarumque terrarum Domini; matre verò Octauia *Vrſina*, nobiliſſima Romana. Ab incunabulis mira pietate repletus, anno 14. ſuæ ætatis, mundo valedixit in Eccleſia S. Franciſci, religioſa veſte ſuſcepta ann. 1323. *Pauli* indutum in baptiſmate nomen; ſed *Paulutij* communi appellatione audiebat apud Fratres, ob tenellam ætatem, & humilem corporis ſtaturam. Sponte & lubens delegit infimum Laicorum ſtatum; in quo humilia quæque exercebat officia. Totum ſe meditationibus & diuinis addixit contemplandis myſteriis; ſed dùm ex ſpiritus feruore ſæpiſſimè extra ſe fieret, atque ex ſpiritus vehementia in ſuſpiria ageretur & validos clamores, rogauit ſibi concedi cellulam in angulo domus ſepoſitam, ne, qui in dormitorio habitabant, turbarentur. Videns autem Fratres à primæuo ſpiritus feruore declinaſſe, & à pura Regulæ obſeruantia, præſertim in paupertate retinenda receſſiſſe, perpetuis ieiuniis, aſperis flagellis, feruenti oratione petebat à Deo, mediante ipſo inſtitutore Beato Franciſco, ſpiritum bonum infundi, & ſacri ordinis originarium feruorem renouari: Viuebat eo tempore, in ipſo illo Conuentu, eius conterraneus, Beatus Thomas Fulginas, poſt aliquot annos, apud Bulgaros, paſſus Martyrium: cuius virtutes & ſanctimoniam ſibi ſectandas ad ipſo ordinis ingreſſu propoſuit, atque ita perfectè imitatus eſt, vt ab ipſo tyrocinio ſanctitatis opinionem ſit aſſecutus. Cum viro hoc frequenter confabulatur de reſtituenda per eius virtutem, aliorumque auxilium, collapſa diſciplina: nihil enim ſibi vel in his, vel in aliis rebus ſeriis, aut ponderoſis negotiis, audebat tribuere: ſuſcepta de ſemetipſo humillima cogitatione. Placuit tamen Patri miſericordiarum, qui pios infudit cogitatus, largiri virtutem; & abiecti hominis opera, rem magnam perficere. Etenim per Paulutium ipſum, qui inſtanter petebat Fratrum mores reformari; voluit priſtinum reſtitui ſplendorem, & abiectam reuocari paupertatem.

§. 30. Beatus Ioannes de *Vallibus* iam initium quoddam dederat huiuſmodi ſanctæ Reſſormationi: ſocioſque ſeu cooperatores habuit BB. Angelum *Clarenum*, Gentilem *de Spoleto*, Angelum de *Monte Leonis*, viros pios & doctos; qui poſt obitum ſuum ann. 1351. perſeuerarunt in prædictæ obſeruantiæ rigore, donec aduenit hic B. Paulutius Fulginas, qui fœliciter inchoatum opus fœlicius promouit. Propterea & ann. 1355. in Cæſienſi deſerto, ac Prouincia S. Franciſci, in aſpero monte, pœnitentiæ exercendæ opportuno, olim eamdem ob cauſam ſancto inſtitutori D. Franciſco familiari, in commodum & deuotum Cœnobiolum reduxit tuguriolum, & arborum ramis ab eodem S. Patriarcha conſtructum, ſacrauitque Deo ſub titulo Annuntiationis B. Virginis: vt ibi tyrones pie educarentur, & ſanctæ paupertatis ſpiritum ex pauperrimi domicilij incolatu attraherent. Exindè Fulginum reuerſus, multa cùm paſſus eſſet à laxioris vitæ ſectatoribus, ſeorſim & ſolitarius vixit, ex ſuperiorum licentia, in turri conceſſa ſibi ab Hugolino de *Trincis*, vrbis Fulginei principe ſuo conſanguineo, qua olim vtebantur in malefactorum mancipium Fulginates, eo in loco, quo nunc eſt S. Lucæ Monaſterium. In libertatem ſpiritus hoc vſus carcere; in vigiliis & ieiuniis, in oratione & contemplatione vitam ducebat Angelicam; & exemplo ſuo multos alliciebat ad potiorem diſciplinam. Conſocios, & pij deſiderij conſcios aliquando orationibus, aliquando miſſis nuntiis & literis, in ſancto confirmabat propoſito; iſque fuit ſemel orationis feruor, dùm pro his precaretur, vt tota turris ignita videretur, ſuperante verticem flamma copioſa. Accurrit populus ignem extincturus; ſed nullum reperit præter B. Paulutium toto corpore æſtuantem mirabili hoc igne circumſeptum.

Dùm in his verſaretur exercitiis venit Generalis Miniſter B. Thomas *Farinianus*, ſeu *Frignanus*, eam in vrbem Comitia Prouinciæ S. Franciſci celebraturus, ann. 1368. quibus expletis petiit vir princeps, præfatus Hugolinus, huic ſuo conſanguineo, & pauculis ſociis, tuguriolum concedi Bruliani: quod gratanter à Prælato accepit. Hac itaque domuncula, in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis inter Camerinum, & radices fixit Beatus Paulutius, & fundamenta fecit eo ſolidiora, quo humiliora. Regularis Obſeruantiæ, ſocios aduocauit viros bonos, non tamen æquæ conſtantiæ, cedentibus aliquot loci aſperitati & incommodis, non facilè perferendis: in vicino etenim lacu perpetua querela quaxabant ranę, cænoſæ paludes grauem exhalabant aërem: dumeta, humileſque myricæ plurimos generabant ſerpentes, quos ipſis in lectis, per officinas, & in vtenſilibus magno horrore & metu Fratres frequenter offendebant, hominum ibi commercium nullum, vinum nullum, ſolatia humana nulla, omnia inculta & aſpera, montis aliquot incolæ ruſtiti, pauperes, horridi, quorum veſtes caprarum ouiumque pelles, calceamenta calopodia. Ab iſtis mutuatus B. Paulutius calones, iis vſus eſt, tum propter egeſtatem, tum propter commodiorem inceſſum, per loca petroſa: & ſociis eorundem vſum perſuaſit, obtenta prius facultate à Generali Miniſtro. Hinc calonum, ſeu calopodiorum inter Regularis Obſeruantiæ profeſſores, maximè in Italia, à quibus in rudi vulgo nuncupantur, deducta conſuetudo: eò firmius retenta, quò minori hæc conſtant pretio, quàm ſoleæ, ſiue ſandalia, magis etiam conducunt ſanitati, & à pleriſque aliis religioſis ſint aſſumpta. Hic in ſumma vitæ auſteritate, & aſſidua contemplatione, dùm per aliquot menſes hæreret, recedentibus aliquibus ex ſociis, alij fortiores & robuſtiores ſpiritu acceſſerunt: vti BB. Angelus de *Monte Leonis*, Ioannes de *Stronconio*, Franciſcus & Laurentius *Fabrianenſes*, &c. quorum numerus ita creuit, vt augere oportuerit domicilium & ſacram ædiculam. Aucto amplius ſodalitio, & diffuſa per omnem in circuitu regionem, fama ſanctæ ſocietatis, plures accurrerunt vndique Fratres, quàm ſub vnius tugurioli anguſtiis potuerint contineri. Obtinuit proindè infra breue tēpus à prędicto Generali ordinis Miniſtro, eiuſque ſucceſſoribus, in Prouinciis S. Franciſci, Tuſciæ, & Romana, cœnobiola multa, quæ vix huius ſtrictioris vitæ æmulatoribus recipiendis ſufficiebant: videlicet, loca carceris B. Franciſci, Piſtię, Lani, Montis-Lucij, Montis-Iouis, Montis-Ionis, Stronconij, &c. in quibus initiabantur, qui ex ſæculo adueniebant, vel religioſiùs inſtruebantur

§. 31.

inſtruebantur, qui laxioris vitæ pertæſi, ex aliis prouinciis aut cœnobiis aduolabant: ſuper quæ Commiſſarius inſtitutus eſt à Reuerendiſſimo Generali Miniſtro, Henrico ann. 1388.

§. 32. Cæterùm vir Dei Fulgineum reuerſus, continuiſque orationibus, & cœleſtium meditationi, ſe populum Fulginatem, & commiſſum ſibi gregem Deo feruenter commendabat: tempus, quod orationi ſuperrerat, inſtruendis ad ſe venientibus, & audiendis Fratribus, regendoque ſodalitio dedicauit. Horas antemeridianas fermè omnes inſumebat in audiendis ſacris, & ſanctiſſimi corporis Dominici perceptione; cui quotidiè, præmiſſa digna præparatione, deuotè communicabat. Sepulchrum inuiſebat ſingulis diebus B. Angelæ conciuis, & ſacrorum Martyrum Iacobi & Philippi, quorum meminimus ſupra, orans, vt pro ſe Dominum interpellarent. Tandem febri correptus ad mortem, ſanctæ Eccleſiæ Sacramenta piè ſuſcepit, deindè animam Deo commendans, aduocatoſque interpellans beatiſſimam Virginem, SS. Paulum, Franciſcum, &c. humi, ad ſimilitudinem P. Seraphici D. Franciſci decumbens, paupercula contectus lacerna, manibus in crucis modum compoſitis, *Ieſum & Mariam* inuocans, hilari ac ſereno vultu, ſanctam efflauit animam, hac die ann. 1390. ſeu 1391. ætatis ſuæ 81. ab ingreſſu Religionis 67. cuius corpus ſepultum eſt in æde S. Franciſci, apud PP. Conuentuales. Signis & miraculis claruit ante & poſt obitum. Vitam ipſius ſcripſerunt Marianus Florentinus, Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 2. lib. 9. cap. 26. & 33. item part. 3. lib. 1. cap. 1. 2. 3. 4. & lib. 7. cap. 41. Cimarellus & Iacobillus de SS. Fulginatib. Agunt de eo Toſſinianus ſup. lib. 1. & 2. Gonzaga ſup. part. 1. vbi de Obſeruant. Regul. exordio apud Italos. Firmament. trium Ord. Speculum Fratrum Minor. in Memoriali Ordin. Foderetus ibid. in Deſcriptione Prouinc. Burgund. pag. 154. Wadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1213. §. 7. tom. 2. ann. 1291. §. 54. & 59. tom. 3. ann. 1323. §. 21. ann. 1334. §. 24. & tom. 4. ad ann. 1355. §. 7. ann. 1368. §. 10. 11. 12. 13. ann. 1374. §. 18. 19. & ſeq. ann. 1375. §. 43. ann. 1376. §. 16. ann. 1380. §. 29. ann. 1382. §. 3. ann. 1384. §. 2. 3. 4. ann. 1385. §. 4. 5. 6. ann. 1388. §. 1. 2. &c. ann. 1390. 1. 2. & ſeq. Salazar. lib. 1. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 33. Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinciæ S. Ioſephi lib. 1. cap. 4. Vghellus tom. 1. Italiæ ſacræ in Epiſcop. 30. & 33. Fulginat.

BB. Agnetis, & Claræ, Virg. [c]] Prior neptis erat, §. 33.
S. Claræ Aſſiſiat. & altera huiuſce Agnetis etiam neptis: ambæ diſcipulæ & conſanguineæ ipſius S. Claræ Aſſiſiat. virg. quæ eas miſit, vt virginum collegia in Hiſpania adunarent, vnde Barcinonem appulſæ, illic Monaſterium extruxerunt ann. 1233. opera ac beneficentia Antiſtitum huiuſce vrbis: & Iacobi I. Arragon. Regis: quod priuilegiis ſuis Innocentius IV. ann. 1. & 3. ſui Pontif. & Alexander. IV. anno 4. decorarunt. Extat Diploma eiuſdem Alexandri in ipſius Monaſterij archiuo ſeruatum ad dictam Agnetem Abbatiſſam directum ann. 1258. Iulij 27. Pontif. ann. 4. in quo Abbatiſſæ officium deponere volentem rogat, & iubet, vt ferat patienter. Obiit tandem ann. 1281. 17. Septemb. eiuſque ſanctitatem Deus multis comprobauit miraculis. B. Clara quoque breui eam ſequuta eſt ad præmia cœleſtia, vtraque ſepulchrum accepit ſub dio, in cœmeterio, quod poſtea hortus euaſit: vbi detectæ beneficio magni ſplendoris, ſuper ſepulchra cœlitus noctu coruſcantis, tranſlatæ ſunt ad ſacellum S. Ioannis, & repoſitæ honorificè in duabus arculis ligneis byſſo & auro coopertis. Alia item tranſlatio ſolemniter peracta eſt, ann. 1601. die 28. Februarij, ſub Abbatiſſa Maria Anna Gilberta, graui inſtituta ſupplicatione, præſentibus ſex Abbatibus Benedictinis (ſub eo enim Ordine nunc militat id Monaſterium) & Alphonſo Colona, Epiſcopo Barcinonenſi: cuius ceremonias Paulus Caſtellar, Apoſtolicus & Regius notarius excepit: actaque ſeruatur in præfato Monaſterio. Extat vita MS. harum ſanctarum virginum Agunt de eis Antonius Vincent. Dominic. lib. 2. de ſanctis Cathalon. fol. 63. & 68. & Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1233. §. 35. 36. & 37. & tom. 2. ad ann. 1281. §. 5. in Additionibus tom. 2. §. 27. vbi etiam adfert Epitaphium ipſius B. Agnetis, à ſe Latinum redditum.

Hic ſepulta eſt Sancta Virgo Agnes, quæ cùm prima §. 34.
eſſet Abbatiſſa vltra annos 47. tantùm in obitu & poſt mortem miraculis glorioſè ſplenduit; quantùm dùm vixit ſanctitate vitæ & charitate famæ reluxit: obijt anno Domini 1281. 15. Calend. Octobr. in feria 4. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraph. Ordin. Diagus. lib. 3. hiſtor. comitum Barcinonenſ. cap. 8.

DECIMOQVARTO KALENDAS OCTOBRIS.

IN Germania, Beati [a] Ioannis Quieſdeberi, Confeſſoris; qui totius familiæ Obſeruantinæ Ciſmontanæ Vicarius generalis electus, magna vitæ ſanctitate illuxit. Neapoli, In campania, Beati [b] Franciſci, Galli, Confeſſoris, bonis operibus, & virtutibus præclari. Firmi in Picœno, Beati [c] Bonauenturæ Firmani, Confeſſoris: qui abſtinentia, paupertate & oratione inſignis, ingenti zelo ſalutis animarum æſtuabat, & quamplura poſt mortem edidit miracula. Populę de Angelis in India Occidua, Beati [d] Didaci Olartis, Confeſſoris, magnæ humilitatis & patientiæ viri: qui ardenti erga Deum & proximum charitate ſic inflammatus eſt: vt ſuis feruentiſſimis concionibus innumerabilem Indorum multitudinem conuerterit ad fidē, & clarus meritis in cœlum conſcenderit. In territorio Palentino, apud Calabazanos, oppidum, Beatæ [e] Catharinæ Wenedæ, Virginis: pietate, & ſpiritu Prophetico celebris.

Digitized by Google

SEPTEMBRIS XVIII.

§. 1. B*Eati Ioannis Quieſdeberi, Confeſſoris.* [a]] Maxima exornatus erat ſanctitate: quapropter quartus Vicarius Generalis Ciſmontanæ Fratrum obſeruantinorum electus eſt, Baſileæ, ann. Chriſti 1454. in Capitulo generali, gubernauitque annis 3. Illius meminere Marcus Vlyſſiponenſ. tertia part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 41. in fin. Gonzaga Origin. Seraphic. Relig. part. 1. in Catalogo Vicariorum Generalium Ciſmontanorum huiuſce Ordinis. Wading. tom. 6. ſupra ad ann. 1454. §. 31. Vocatur autem 3. Vicarius Generalis Ciſmontanus electus, ex Vicario Prouinciali Franciæ; vir ſanctus, & zelo Religionis feruidus, ab Auctore Speculi Fratrum Minorum tract. 1. in Memoriali Ordinis.

§. 2. *Beati Franciſci, Confeſſ.* [b]] Prouinciæ Terræ laboris fuit alumnus; Erga ſacrum Euchariſtiæ myſterium deuotiſſimus, omnibus, quot poterat quotidiè miſſas celebrantibus ſeruiebat, ſumma mentis recollectione in Deum totus intentus. Cæterùm, bonis operibus, & virtutibus inſignis, piè deceſſit è vita, ann. 1488. Neapoli in Conuentu S. Mariæ Nouæ. Scribunt de eo Marianus lib. 5. cap. 43. Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. ſup. lib. 7. cap. 10. Bzouius in Annal. Eccleſ. ad ann. 1488. parag. 12. & Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1488. §. 2.

§. 3. *Beati Bonauentura Firmani, Confeſſoris.* [c]] Nobilis hic vir, Seraphicam Religionem ingreſſus, magna animi contentione perfectionis ſtatim aggreditur: abſtinentiæ erat incredibilis, plures Quadrageſimas per annum ieiunabat: paupertate gaudebat Euangelica, ſanctam orationem ita excolebat, vt Matutinis expletis, in ea ad Primam vſque per totam noctem perſeueraret: prædicator egregius factus, ingenti zelo, animarum ſalutem exquirebat: ſtrenuè, imò abſque fatigatione vlla, iugiter incumbens, ſiue concionibus habendis ad populū, ſiue confeſſionibus audiendis pœnitentium. Exceſſit è vita apud Conuentum Patrum Obſeruantin. Firmanæ vrbis: vbi & ſepultus eſt. Cuius ſacrum corpus nouem poſt menſes elapſos inuentum eſt incorruptum, integrum, & pulchrum: quod ad latus maioris Altaris Eccleſiæ eiuſdem loci tranſlatum eſt, & plurimis miraculis à Deo exornatur. Teſtatur Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 9. cap. 40. ſub ann. 1528.

§. 4. *Beati Didaci Olartis, Confeſſoris.* [d]] Eo ex oppido, quod Medellinum vocatur oriundus erat; vnuſque eorum fuit, qui cum ſtrenuo illo Heroe, Ferdinando Corteſio exercitus Hiſpani Duce, pro Carolo V. Imperatore, in Indiam traiicientes: Mexicum celeberrimam ciuitatem, aliaque loca expugnarunt, & ſub ſuo Dominio redegerunt. Qui eius poſtmodum vitæ pertæſus, ac temporalem militiam, militaremque licentiam execratus, cum adhuc vegeta eſſet ætate, mundi contemptis illecebris, ac ſæculo nequam vale, ex animo dicto, Chriſti militiæ, ac Franciſcanæ Religioni, (vt quod ſibi vitæ ſupererat, id in ea inſumeret, Minoritico habitu) in Mexicano Conuentu, adſcribi voluit. In qua ſanè eos fecit progreſſus, ac adeò ſtrenuè militauit; vt primis illis 12. Prouinciæ Sancti Euangelij fundatoribus comparandus facilè veniat.

Fuit namque ab ipſo Religionis ingreſſu ad vltimum vitæ vſque halitum in perferendis laboribus patientiſſimus; profunda humilitate præditus, ardenti erga Deum & proximum charitate inflammatus, in oratione aſſiduus; comis, affabilis, paupertatiſque & abſtinentiæ amantiſſimus. Præterea, Indicum idioma non abſque labore aſſecutus, ſacris confeſſionibus, ac inſtruendis in fide Barbaris iſtius patriæ nationibus, quàm diligentiſſimè vacauit: ita vt innumeram eorum multitudinem ad fidem conuerterit. Eo etiam nihil humilius fuit, cùm in Guardianum, Deffinitorem, atque prædictæ Prouinciæ Miniſtrum ſæpius electus; nihil eorum, quæ ad iuniorem Fratrem, vel etiam nouitium, ex munere ſpectant, prætermiſerit, & Epiſcopatum à Philippo II. Hiſpano Rege, ſibi oblatum renuerit: aſſerens ſe tanto munere indignum, cùm alioquin digniſſimus eſſet, rogans eius Maieſtatem, vt ſe digniori tantum munus conferre dignaretur. Hic igitur tantus Pater cùm ex hac Indica patria in Hiſpaniam ferè ſeptuagenarius, ad præfati Regis Philippi iuſſum, traieciſſet, ſeque de quibuſdam impoſturis, ab vno, vel altero calumniatore falsò attributis luculentiſſimè purgaſſet: maximo cum honore, has in regiones, habito prius in Hiſpania, ex Regio mandato, Fratrum delectu, regreſſus, acutiſſimoque morbo correptus; in Sancti Franciſci Conuentu Populæ de Angelis ſpiritum Deo reddidit, ſepultuſque extitit. Floruit ann. 1550. Scribunt de eo Gonzaga quarta parte ſupra in eo Conuentu, qui eſt 38. Prouinciæ Sancti Euangelij. Barezzus 4. parte Chronic. Minor. lib. 4. cap. 19. Daça ibidem lib. 2. cap. 29. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. part. 2. §. 9. Elzearius libro 2. capite 9. Sacri Mont. Olyuet. Marianus lib. 2. cap. 28. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. §. 5.

Beata Catharina, Virginis [e]] Claruit ann. 1540. In Monaſterio Deiparæ de Conſolatione apud *Calabazanos*, (quod eſt tertiæ Prouinciæ Conceptionis:) quæ plurima ſpiritu prophetico prædixit: illicque obiit, ac ſepulta iacet. Memoratur à Gonzaga ſupra parte tertia, in hoc Monaſterio. Barezzo ſupra lib. 3. cap. 41. ſub ann. 1544. & Wadingho ſup. tom. 5. ad ann. 1449. §. 54. §. 6.

DECIMO-

DECIMOTERTIO KALENDAS OCTOBRIS.

OVeti Aſturum, Beati [a] Alphonſi à Palanzuela, Epiſcopi, & Confeſſoris: pietate, eruditione, ac religione conſpicui. Nouiomagi in Diœceſi Colonienſi: Beati [b] Ioannis Brugmani, Confeſſoris. Volaterræ, Beati, [c] Benedicti Hortulani, Confeſſoris: qui humilitate, ſimplicitatéque, ac voluntaria paupertate, & vitæ auſteritate inſignis, miraculorum etiam gloria refulſit. Palentiæ, Beati [d] Ioannis à Vite, Confeſſoris: oratione & obedientia, atque charitate celebris. Mantuæ, Beatæ [e] Paulæ à Gonzaga, Virginis: genere, vitæque ſanctitate illuſtriſſimæ. Cordubæ, Beatæ Ludouicæ [f] de Pareia, Virginis.

SEPTEMBRIS XIX.

§. 1. BEati Alphonſi à Palenzuela, Epiſcopi. [a]] Prouinciæ Sancti Iacobi fuit alumnus: vir quidem doctiſſimus, atque concionator diſertiſſimus, nec-non deuotione ac pietate inſignis. Qui cùm eſſet Catholicis Hiſpaniæ Regibus Ferdinando eiuſque coniugi Elizabethæ à ſacris confeſſionibus; ab iiſdem miſſus fuit in Angliam, acturus cùm Henrico VIII. Anglorum Rege, de matrimonio eiuſdem cum sereniſſima pariterque pientiſſima Catharina eorumdem Catholicorum Regum filia ann. Chriſti 1470. Bis Prouincialatus munere functus eſt in præfata Prouincia. Ad vltimum Epiſcopus Ouetenſis à Ioanne, Rege Caſtellæ, petitus: virtutis ac Religionis ampliora indicia dedit. Diem obiit ſupremum Oueti, ſepultuſque eſt in choro Eccleſiæ ſuæ Cathedralis, non abſque ſanctitatis opinione: maximum interim omnibus, qui eum agnoſcebant, deſiderium relinquens. Scribunt de eo Gonzaga Orig. Seraphic. Relig. parte 3. in Conuentu S. Franciſci Ouetenſ. qui eſt 3. Prouinc. S. Iacobi. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 51. ad ann. 1526. Daça ibid. lib. 1. cap. 29. Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 27. ſub ann. 1470. Wadinghus tom. 1. ad ann. 1214. §. 9. & tom. 5. ſup. 1447. parag. 20. Item tom. 6. ad ann. 1457. parag. 41. & 43. ann. 1460. parag. trigeſimo quinto, ann. milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, parag. 16.

§. 2. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [b]] Vnus ex primis Prouinciæ Colonienſ. fundatoribus eſt habitus, qui & in primo Capitulo Prouinciali Nouiomagi coadunato, Vicarius eſt electus: clarus ſpiritu prophetiæ, & ardentiſſimus paupertatis amator. Vide, poſt alios, Wadinghum tom. 6. ſup. ad ann. 1455. §. 112. & 113. Miræum de Scriptoribus Eccl cap. 522. iuxta quem obiit ann. 1473. cùm prius ſcripſiſſet vitam S. Lidwinæ, Virg. Schidamenſis in Hollandia.

§. 3. *Beati Benedicti Hortulani, Confeſſ.* [c]] Laicus erat profeſſione: vocatus Beatus Benedictus à *Sancto Lorino*, aliàs *Hortulanus*: eo quod poſt orationis tempus continuò hortum excolebat. Qui ob vitæ aſperitatem, atque extremam, ſed merè voluntariam paupertatem omnium rerum, ſummamque ſimplicitatem, & profundiſſimam humilitatem: tam à Fratribus, quàm etiam à ſæcularibus, adhuc viuens, in maxima veneratione habitus eſt. Exceſſit è viuis apud Conuentum Sancti Hieronymi Volaterræ, qui eſt 23. Prouinc. Tuſciæ: ibique ſepultus miraculis emicat. Memoratur à Gonzaga 2. parte ſup. in præfato Conuentu. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 20. ad ann. 1540. quo hic clarebat. Vvadingho tom. 5. ſup. 1445. paragr. vigeſimo ſeptimo.

. *Beati Ioannis à Vite, Confeſſoris.* [d]] Dictus eſt Beatus Ioannes à *Vite*, vulgò, *De la Parra*: qui ob ſingulares eius virtutes, cum cœlicolis beari exiſtimatur. Nam humilitate & obedientia maximè pollebat, orationi aſſiduus, charitate feruentiſſimus erat. Fœlix obdormiuit in Domino apud Conuentum Sancti Michaelis Palentiæ, qui eſt 13. Prouinc. Sancti Gabrielis. Eius meminit Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 14. ſub ann. 1570. Rapinæus in Hiſtor. general. Orig. Recollector. Decad. 8. part. 1. parag. 8. §. 4.

B. Paula, Virg. [e]] Sereniſſimi Federici, primi Mantuani Ducis ſoror vterina erat; quæ ob ſummam humilitatem, voluntariam paupertatem, obedientiam, cæteraſque eius virtutes, quas mirificè recoluit, à cæteris Monialibus, ita maxima veneratione habebatur, vt nonnullæ earum affirmarint Deum, meritis huiuſce ſibi chariſſimæ ſponſæ, aliquot miracula patraſſe, quapropter migrans è vita, omnibus maximum ſui deſiderium reliquit. Scribit de ea Gonzaga, parte 2. ſup. in Monaſterio Corporis Chriſti, ſiue S. Paulæ Mantuæ, quod eſt 1. Prouinciæ S. Antonij. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 14. Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1420. §. 20. §. 5.

B. Ludouicæ, Virg. [f]] Egregia virtute floruit apud Monaſterium Cordubenſ. S. Elizabeth de Angelis, quod eſt 8. Prouinc. Granatenſ. vbi ann. 1586. piè, & magna ſanctimoniæ opinione ex hac vita deceſſit. Ita MSS. monumenta, & Vvading. tom. 7. ſup. ann. 1483. §. 54. §. 6.

Digitized by Google

DVODECIMO KALENDAS OCTOBRIS.

APud Montem-Murum propè Scarlinum in Hethruria, Beati [a] Ladiſlai ab Hungaria, Confeſſoris: qui Regia exortus proſapia, tanta humilitate, oratione, paupertate, ac ſpiritus feruore, claruit; vt inter orandum ſæpè in extaſim raptus, eleuaretur ſurſum à terra: & quem videret aliqua virtute pollentem, imitaretur ad exemplum. In Aprutio, iuxta vrbem Sancti Angeli; Beati [b] Seraphini Theatini, Confeſſoris, & Concionatoris eximij: ſanctitate & dono ſcientiæ inclyti. Capriolæ in Tuſcia, Beati [c] Ioannis-Franciſci Belantis, Confeſſoris: quem gratia miraculorum poſt mortem exornat. In Mexico, Beati [d] Garciæ de Ciſneros, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, ſtrenuiſſimè laborauit pro Indorum conuerſione, & primus Prouincialis Miniſter Prouinciæ Sancti Euangelij electus, ſumma integritate vitæ ac prudentia præfuit. Fulginij in Vmbria, Beatæ [e] Mariæ à Maſſa, Virginis: oratione, & continua Dominicę Paſſionis memoria, inſignis.

SEPTEMBRIS XX.

§. 1. *BEati Ladiſlai ab Hungaria, Confeſſoris.* [a]] Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi 3. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 25. & lib. 3. cap. 47. Gonzaga 2. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu 11. Prouinc. Tuſciæ. Wadingho tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1420. §. 12. à quo & *Lanceſlaus* dicitur: ann. 1445. §. 12. & ſeq. 1447. §. 39. Item tom. 6. ad ann. 1452. paragraph. 18. ann. 1453. parag. 4. ann. 1454. paragrapho 37. Vir fuit integerrimus, ex Regia proſapia oriundus, vita exemplari admodum nitebat. Sanctæ orationis & contemplationis exercitio ea humilitate ac pietate, ſpirituſque feruore addictus erat, vt ſæpè in extaſim raptus, inſenſibilis videretur & immobilis: nonnunquam verò in altum ſubleuatus, manebat diuinitùs in aëre, veluti abſque aliquo alio ſuſtentaculo, ſuſpenſus. Summo flagrabat deſiderio Regularis Obſeruantiæ, maximè circa paupertatem: qua de re plurimas luſtrauit prouincias, videlicet Sancti Franciſci, Sancti Angeli, Tuſciæ, Mediolanenſis, &c. vt inibi tandem, veram ac ſecuram animi tranquillitatem adipiſceretur. In Hethruria diutius manſit apud Scarlinum ſub directione Beati Thomæ à *Florentia*, aliàs de *Scarlino*: quem dicebat reperiſſe virum iuxta cor ſuum. Licet enim Laicus, vulgaribuſque parentibus eſſet exortus; nobiliſſimus tamen, ac pius Sacerdos haud dedignatus eſt ſub obedientia illius degere, eo quòd ſingulari ſanctitate præditum nouerat & Deo gratiſſimum.

§. 2. Itaque cum Beato Thoma libentiſſimè permanſit; vſquequo Sanctus Bernardinus Senenſis, quibuſdam Cœnobiis in Inſubria exędificatis, in ſui auxilium aduocauit Fratres ex Tuſciæ prouincia: inter quos extitit Beatus ipſe Ladiſlaus, quem in quodam Conuentu propè Mediolanum Guardianum inſtituit: quo officio expleto, Scarlinum reuerſus eſt, vbi tandem ſanctiſſimè vitam finiuit. Cuius animæ gloria reuelata eſt Beato Patri Franciſco *Ticinenſi*, eo quòd nonnunquam de eo dubitauerat. Florebat circa annum 1445.

§. 3. *Beati Seraphini Theatini, Confeſſoris.* [b]] Hic venerabilis Pater, deuotus & vitæ perfectiſſimæ extitit, atque egregius ſui temporis Eccleſiaſtes, qui licet litterarum etiam Grammaticalium ignarus, omnes tamen ſe audientes in ſtuporem & admirationem adducebat, tanta erat eius doctrina, diuinorumque arcanorum penetratio, quam Spiritu ſancto dictante didicerat. Mortem obiit, ſepultuſque eſt in Conuentu S. Bernardini ciuitatis S. Angeli, qui eſt 12. Prouinc. S. Bernardini. Ita ſcribunt Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 8 cap. 44. ſub ann. Chriſti 1510. Vvadinghus tom. 6. ſup. ann. 1460. paragraph. 47.

§. 4. *Beati Ioannis-Franciſci, Belantis, Confeſſoris.* [c]] Sanctitate & miraculis claruit, apud Conuentum Sancti Bernardini Capriolæ: vbi conditus iacet. Huius meminerunt Gonzaga 2. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. Tuſciæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 52. ad ann. 1525. Daça ibid. lib. 1. cap. 28.

§. 5. *Beati Garciæ à Ciſneros, Confeſſoris.* d] Prouinciæ Sancti Gabrielis alumnus fuit; & ex duodenario primorum Patrum Diſcalceatorum, qui ad Indos penetrarunt, ſeptimus recenſetur. Vir prudens & circumſpectus extitit: obſeruantiæque profeſſionis ſuæ cupidiſſimus. Laborabat maximè in annuntiando Dei verbo Indis, quibus ne eo abſente aliquibus deeſſet, pleras eis Mexicano idiomate ab ſe conſcriptas conciones relinquebat; quas illorum peritiores, feſtiuis diebus, conuocato fidelium cœtu, perlegerent. Inſtituto à ſe Collegio Sancti Iacobi Tlatibulco, vbi Mexicanorum pueri inſtituerentur, & prima elementa caperent, poſteaque in triuialibus diſciplinis, ac fidei myſteriis, imbuerentur; doctos, pioſque viros Franciſcanos præfecit. Cùm Cuſtodia S. Euangelij, in Generali Capitulo, Ricciæ celebrato ann. 1535. erecta fuiſſet; ac propterea, capitulum in noua Hiſpania indiceretur, illic, vnanimi omnium conſenſu, primus electus eſt Miniſter Prouincialis, ob ſingularem animi eius probitatem, ac merita præclara: quod munus ſumma integritatè, prudentia, omniumque approbatione, adminiſtrauit. Porrò, cùm profectionem pararet ad Imp. Carolum V. obiit: & anima ad cœlos tranſlata, conditus eſt in Mexico apud Conuentum Minor. qui eſt 1. huiuſce Prouinciæ. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ibid. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 26. ad ann. 1540. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan.

Digitized by Google

Franciſcan. littera G. Rapinæus Hiſtor. general. Orig. Recollect. Decad. 5. part. 1. parag. 9. & part. 2. parag. 4. Hilarion à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Marianus lib. 1. cap. 41. Chronic. Refformat. & Daça ſup. cap. 21.

§. 6. *Beatæ Mariæ, Virginis.* [c] Floruit vita exemplari, & Regulari obſeruantia, atque orationis dono exornata: nam multis precibus à Chriſto obtinuit, vt qualibet ſexta feria aliquid tormenti pateretur in capite, quo cruciatus, paſſionis ſuæ tempore, fuerat in ſua coronatione ſpinea. Ita Iacobillus de SS. Fulginatib. In vita B. Margaritæ *Dominici*, vbi de Monaſterio S. Agnetis, Fulginij, quod eſt 9. Prouinciæ Sancti Franciſci.

VNDECIMO KALENDAS OCTOBRIS.

ROmæ, Beati [a] Franciſci Quignonij, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Caurienſis Epiſcopi: humilitatis, orationis, modeſtiæ ac temperantiæ dono ſingularis: cuius anima viſa eſt ad cœli gaudia deduci. Carnotæ, in Territorio Vlyſſiponenſi, Beati [b] Alphonſi Sacci, Confeſſoris: qui Religione, probitatéque vitæ ſpectabilis, vnus fuit ex illis primis Patribus, qui Regularem Obſeruantiam in Portugallia fundauere. Montis Luci, propè Spoletum, Beati [c] Antonij Ariminenſis, Confeſſoris: qui Prouincialatus munus prudentiſſimè, magnaque cum charitate exercens, ſanctiſſimæ vitæ finem adeptus eſt. Naſi in Sicilia, Beati [d] Franciſci Galatini, Confeſſoris: qui viuus ac mortuus miraculis coruſcauit. Xereſij de Equitibus, in Hiſpania, Beati [e] Hieronymi ab Ariza, Confeſſoris, ac Concionatoris famoſiſſimi: vitæ candore & perfectione inſignis. Ibidem Villæ-nouæ Infantium, Beatæ [f] Bernardinæ de Monte-Maiore, Tertiariæ, miris virtutibus glorioſæ.

SEPTEMBRIS XXI.

§. 1. B*Eati Franciſci Quignonij.* [a] Is iuuenili ætate *Quignoniæ* familiæ vniuerſalis hæres & Dominus, *S. Franciſci* Inſtitutum & Regulam in Conuentu S. Mariæ de Angelis, Prouinciæ Angelorum primo, amplexus, Frater *Franciſcus de Angelis*, relicto proprio cognomine, vocari voluit; inibi multos vitæ ſuæ dies in Diuinarum rerum contemplatione, ſanctè exegit, omneſque ingenuas artes, & Philoſophiam ac Theologiam, quàm diligenter didicit, & tandem, cum vtilitate multorum, docuit. Cúmque eius ſpectata pietas, & diſciplinæ Regularis rigoroſa obſeruantia, integritas, ac in ſacris litteris, ſingularis eruditio ſatis innoteſceret; dignus habitus eſt, qui ad ſuorum regimen, Guardianus primùm, pluribus in locis, Prouincialis, ac Hiſpaniæ Generalis Commiſſarius electus ſit. Exindéque, cùm zelo veræ pietatis accenſus, ac pro Chriſto mori deſiderans, in nouam Hiſpaniam à *Corteſio* inuentam, transfretare pararet, ad Capitulum Generale Burgis celebrandum, cum aliis profectus, à patribus vnanimiter totius Ordinis Minorum, Generalis Miniſter, licet reluctans, renuntiatus eſt, ann. 1523. Ordinem, vti bonus paſtor, ferè per totum orbem diffuſum, nudis pedibus ambulando inuiſit, nil ſibi indulgens, vt cæteris exempla præberet, nocte, dieque, orationi, ac ieiuniis vacans, vnius horæ ſpatio, nec amplius frigida terra pro lecto contentus, laſſa membra ſopori daret, reliquam verò partem, orando ac meditando abſumebat. His itaque virtutibus & ſanctitatis initiis, tantam apud Reges, Principes, ac Pontifices maximos ſibi conciliauit gratiam, vt ab illis, & præſertim à Carolo V. Imperatore, vti vir à Deo datus, coleretur, obſeruaretur, & in patrem, à ſacris ſuis confeſſionibus delectus fuerit: & pluribus Legationibus functus ſit. Poſtea à Clemente VII. Papa, ann. 1527. creatus Presbyter Cardinalis, tituli S. Crucis in Hieruſalem, protector Ordinis noſtri Seraphici deſignatus eſt: quem ipſe Cæſar Caurienſi in Hiſpania Epiſcopatu cohoneſtauit. Dúmque in illa perpetua & rigoroſa Regulari diſciplina, bonis operibus ſemper intentus, maneret: Verulis tandem, menſe Septembri, anno 1540. ad cœlum euolauit: quo tempore, Frater Bernardinus *Haredus*, ſeu de *Laredo*, In Hiſpania, vir magnæ ſanctitatis, ac prophetiæ dono inſignis (de quo 16. Aprilis ſup.) in oratione defixus, vt Miniſtri ſui Prouincialis, quinta iam die demortui animæ ſuccurreret, vidit ipſius Cardinalis animam, ſtatim è corpore egreſſam, cœli ſecreta penetrantem; eiuſque meritis dictum Miniſtrum è purgatorij pœnis liberatum. Corpus itaque Verulis Romam delatum, in eius Titulo S. Crucis in Hieruſalem, in quo viuens ſepulchrum ſibi parauerat, humatum fuit. Ita auctor vitæ ipſius MS. apud Vvadinghum tom. 7. Annal. Minor. ex qua Ciacconus, in Clemente VII. Papa. Ferdinandus Vghellus, ibid. in Additionibus. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. in Cardinalibus, protectoribus, & Generalibus Franciſcanis. Gonzaga ibid. part. 1. Origin. Seraphic. Religion. Item parte 3. in Prouincia, & Conuentu 1. Angelorum.

Beati Alphonſi Sali, Confeſſoris. [b] *Salus*, ſeu *Saccus* cognominatus eſt, optimis virtutibus exornatus, atque ſui Inſtituti zelantiſſimus amator: qui vnà cum aliquot aliis Patribus, in Portugalliam aduenit, vt inibi Seraphici Ordinis ſtatum reformarent, & Regularis Obſeruantiæ initium darent: quod fauſtè fœliciterque illis obuenit, circa ann. 1400. Illius meminere, Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic Minor. lib. cap. 25. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. vbi de origine Regularis Obſeruantiæ in Portugallia. Item parte 3. in Prouinc. S. Antonij Portugalliæ. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1392. §. §. 2.

Digitized by Google

6. & tom. 5. ann. 1408. §. 6. & ann. 1437. §. 41. quo obiit apud Conuentum Carnotæ.

§. 3. *Beati Antonij Ariminenſis, Confeſſoris.* [c] Vir extitit admodum venerabilis, profundæ doctrinæ, & Concionator egregius, omnibus autem notiſſimus, tum propter eius frequentiſſimas conciones, quas in præcipuis Italiæ locis habuit: tum ob ſingulares illius virtutes, ſanctęque vitæ odorem, vbique ab eo ſparſum. Vicarium Prouincialem egit in ſancti Franciſci prouincia, quam prudentiſſimè, magnaque cum tranquillitate rexit. Floruit anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 4. cap. 28. ſub annum milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum nonum. Gonzaga 2. part. in 12. Conuentu Prouinc. S. Franciſci. Montis-Luci propè Spoletum, quo obiit, & Vvadingho tom. 5. ſup. ann. 1426. §. 11.

§. 4. *Beati Franciſci Galatini, Confeſſoris.* d] Religioſiſſimus erat, meritis ac virtutibus, ingentique perfectione præditus: qui ab infantia Deo cœpit inſeruire, & ad vſque vitæ finem perſeuerans, ſanctè obiit, abiitque ad aſtra: quem Deus viuum atque etiam mortuum plurimis miraculis exornauit. Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum quintum. Sepultus in Conuentu Sanctæ Mariæ de Ieſu apud Naſum Siciliæ oppidum. Agunt de eo Gonzaga 2. part. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 28. Prouinciæ Siciliæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 21. ſub annum milleſimum quingenteſimum quadrageſimum.

Beati Hieronymi ab Ariza, Confeſſoris. [e] Concionatorum ſui temporis facilè princeps habitus eſt, atque vitæ candore omninò inſignis; exceſſit è vita apud Conuentum ſanctę Margaretæ, Xereſij, cui de Equitibus cognomen eſt in Hiſpania: vbi magna populi pietate colitur, cumque cœlicolis beari exiſtimatur. Scribunt de eo Gonzaga part. 3. ſup. in Præfato Conuentu, qui eſt 10. Prouinciæ ſancti Gabrielis. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 14. ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum quintum. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollect. Decad. 4. part. 4. parag. 8. & Decad. 8. part. 1. parag. 8. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1440. parag. 40. §. 5.

Beatæ Bernardinæ, Virginis, Tertiariæ. f] Mirabili vitę ſanctimonia vixit anno 1520. Teſte Gonzaga ſupra in decimo quarto Monaſterio Prouinciæ Carthaginenſ. vbi prima Superior extitit. Blaſius Laghina in ſuo Memoriali. Et Marianus libro ſexto Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Refformart. capite trigeſimo primo. Thielmanſ. tomo ſecundo, Vitarum SS. Seraphici Ordinis. §. 6.

DECIMO KALENDAS OCTOBRIS.

BArij in Apulia, Beati [a] Adami Rufi, Confeſſoris: virtutibus & miraculis celeberrimi. Montiſplani in Aprutio, Beati [b] Thomę, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In Italia, Beati [c] Antonij Velochij, Confeſſoris, viri Apoſtolici; vita & eruditione clariſſimi. In Gallia, Beati [d] Ioannis Moqueti, Confeſſoris: pietate, ſcientia, & vitę ſanctimonia, conſpicui. Apud Montem-Murum, propè Scarlinum, in Tuſcia, Beati [e] Marini Maſſaini, Confeſſoris: qui ſingulari virtutum prærogatiua floruit. Sergnij, in Apulia, Beati [f] Bernardini à Riuo Nigro, Confeſſoris: humilitate, oratione, atque charitate inſignis. Apud Sanctum-Marcum, in Calabria, Beati [g] Franciſci San-Marciani, Confeſſoris. Segoliæ, Beatę [h] Ioannæ Lopetię, Virginis Tertiarię: quę mira vitę ſanctitate emicuit.

SEPTEMBRIS XXII.

§. 1. BEati Adami, Confeſſoris. [a]] Vitæ ſanctitate, & gloria miraculorum extitit notiſſimus. Floruit ann. 1360. obiitque *Barij*, ſiue *Baruli* apud Apulos: ad cuius ſepulchrum mira per eum Deus operatur, ex quibus nonnulla recenſentur à Beato Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinciæ Apuliæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S Victor. Pariſ. ibid. Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 24. parag. 1. ann. 1362. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Vvadingho tom. 4. Annal. Minor ad ann. 1399. §. 59. & tom. 7. in Additionib. ad tom. 1. §. 7.

§. 2. *Beati Thomæ, Confeſſoris.* [b]] Dùm Beatus Ioannes *Lombardus* apud Montem-planum eleemoſynam quæreret, precatus fuit à quadam fœmina, vt Deum rogaret, pro ſanitate filij ſui infirmi; cuius votis ſatisfaciens, ſequenti nocte orationi iugiter incubuit. Quo tempore, vocem audiuit ſibi dicentem; ille pro quo ſupplex exoras, Deo gratior futurus eſt magis quàm anteà tu ipſe extiteris. Itaque puer precibus Beati Ioannis ſanatus, Seraphicum poſtea Ordinem ingreſſus eſt, & Thomas vocatus: quem deinceps lacte vitæ ſuæ optimæ enutriens, magnæ ſanctitatis ſpecimen euaſit. De eo ſcribit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 5. cap. 28. ſub ann. 1464.

Beati Antonij Velochij, Confeſſoris. c] Patria Vercellenſis erat; vir Apoſtolicus, Doctor inſignis, & Prædicator gratiſſimus: Quadrageſimali erudito, de 12. myſteriis Chriſtianæ fidei, aliiſque conſcriptis libellis, illuſtribus viris connumerari promeruit. Eius ſacrum corpus apud Orbitellum requieſcit; illicque magna cum reuerentia aſſeruatur & colitur, omnibus ipſius auxilium implorantibus & opem conferens. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 4. cap. 28. & lib. 6. cap. 40. ad ann. 1483. Gonzaga part. 1. ſup. in viris doctrina illuſtribus Ordin. Minor. item part. 2. in Conuentu 13. Prouinc. Mediolanenſ. cuius Vicarius Prouincialis aliquando extitit. Vvillotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan littera A. Poſſeuinus in Apparatu ſacro, à quo Antonius *Vercellenſis*, cognomi- §. 3.

Digitized by Google

cognominatur. Sic Volaterran. lib. 21. Antropolog. Myræus de Scriptoribus Eccleſ. cap. 20. parte 2. & Toſſinianus lib. 3. ſup. Wadinghus tom. 5. ſup. 1449. parag. 15. & tom. 7. ann. 1478. parag 12. & ann. 1483. paragrapho 30. qui & *de Balocho*, vocatur.

§. 4. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [d]] Apud Firmamentum trium Ordinum tract. primo in Memorial. Ordinis Minor. ſub 30. Miniſtro Generali, cernitur inter illos SS. Patres, qui vita, doctrina, pietate, ac virtutibus præcipuis, Gallias illuſtrarunt. Foderetus in Inſtitutione ac progreſſu Ordin. Minor. pag. 171. & in Deſcriptione Conuentus Dolenſis pag. 6. 59.

§. 5. *Beati Mariȷ Maſſaini, Confeſſoris.* [c]] Hic Beati Patris Thomæ de *Scarlino* diſcipulus fuit: quem ita ad amuſſim ſtuduit imitari; vt ſingulari quadam ſanctitatis prærogatiua illuſtris omninò fuerit. Sepulturam nactus eſt in Conuentu Montis-Muri propè Scarlinum, qui eſt 11. Prouinc. Tuſciæ. Teſte Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Wadingho tom. 5. ſup. ad ann. 1420. parag. 12.

§. 6. *Beati Bernardini, Confeſſoris.* [f]] Vir admodum pius innotuit: cuius profunda humilitas, ardentiſſima charitas; atque in oratione aſſiduitas, vix exprimi queunt. Floruit ann. 1505. iacetque Sergnij, in Conuentu Sanctæ Mariæ de Gratiis, qui eſt decimus nonus Prouinc. S. Angeli. Ita Gonzaga ſup. in hoc loco.

§. 7. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* [g]] Huius ſacrum corpus, honeſta arca in ſacrario reconditum, quam diligentiſſimè ſeruatur, illudque pia veneratione proſequuntur Fratres Conuentus S. Franciſci, apud ſanctum Marcum. Eius meminit Gonzaga ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Calabriæ. Wadinghus tom. 3. ad ann. 1320. parag. 8.

§. 8. *B. Ioannæ Lopetiæ, Virg.* [h]] Claruit ann. 1515. Segobiæ, in Monaſterio S. Elizabeth, quod eſt 32. Prouinc. Conceptionis, Tertiariarum Monialium; quæ ſicut ſanctè vixit, ita quoque ſanctè in Domino in æternum victura, obiit. Ita Gonzag. part. 3. ſup. in hoc Monaſterio. Barezzus lib. 1. cap. 30. ſup. & Valerius lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 6. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1486. §. 33.

NONO KALENDAS OCTOBRIS.

FÆſſulis in Hethruria, Beati [a] Sebaſtiani, Florentini, Martyris; qui ob defenſionem caſtitatis, vitam profundere haud dubitauit. In Picœno, Beati [b] Ioannis de Monte Sanctæ Mariæ, Confeſſoris: admirandæ perfectionis viri. Moroni in Apulia, Beati [c] Bonauenturæ de Collo Obtorto, Confeſſoris: ſignis & virtutibus ſpectabilis. Nurſię, in Vmbria, Beati [d] Onuphrij Seggiani, Confeſſoris: qui prudentia, oratione, atque diuinis meditationibus conſpicuus, Magiſtri Nouitiorum & Iuuenum diu officium exercuit, & gratia miraculorum copioſè illuxit. Caſtrulei in territorio Cremonenſi, Beati [e] Franciſci, Confeſſoris. Badeiocij in territorio Hiſpalenſi Beati [f] Ioannis à Salualeone, Confeſſoris: pietate, & vitæ integritate præclari. Cortonæ in Tuſcia, Beatæ [g] Gillæ Tertiariæ: quæ ingentium ſplendore virtutum pollens, ſancto fine quieuit. Mantuę, Beatę Cæciliæ [h] Gonzagæ, Virginis; genere, & vitæ ſanctitate illuſtriſſimæ.

SEPTEMBRIS XXIII.

§. 1. BEati *Sebaſtiani, Martyris* [a]] Huius triumphalem agonem paucis complectitur illuſtriſſimus Antiſtes Gonzaga 2 part. Origin. Seraphic. in Conuentu ſancti Franciſci Montis Feſularum, qui eſt 1. Prouinc. Tuſciæ. *Hic Conuentus* (inquit) *B. Fratrem Sebaſtianum Florentinum, glorioſumque Martyrem, humatum continet. Hic cùm eſſet iuuenis elegantiſſimus, vinumque oſtiatim Florentiæ, de religioſo more peteret, ab inhoneſtis duabus mulierculis, ſub eleemoſynæ ſibi faciendæ prætextu, ad penetraliora domus introductus eſt; cúmq; ab eis de impudico actu ſollicitatus, earũ libidini acquieſcere nollet, ab eiſdẽ occiſus, occultè ſepultus eſt. Re tamen ſecretò per illaſmet Patri Guardiano patefacta, indè exhumatus, ad præſentis Conuentus Eccleſiam delatus, inibique honorificè ſepultus eſt.* Eadem teſtatur Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 56. ad ann. 1433. Nec mireris, ſi talem ob pudicitiam cuſtodiendam, appellauerim Martyrem; nam & propterea D. Ioannes Baptiſta, SS. Petrus & Matthæus, Apoſtoli, aliique non pauci: eadem de cauſa caſtitatis Martyres ſunt nuncupati, ex Ribadeneira in vitis horum Sanctor. poſt alios. De eo item Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. & Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 39. ad ann. 1528. Spinellus de Laudib. Deipar. Virg. Tract. de Virginib. ſect. 2. §. 24. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1432. §. 26.

§. 2. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [b]] Fuit intimus amicus B Conradi *Offidani*: (de quo 12. Decemb.) virtutumque eius ſtrenuus æmulator: cuius meminit Vvadinghus ſup. ad ann. 1289. §. 28. ex Antiquis MS. Codicibus, & Monimentis Ordinis Minor.

§. 3. *Beati Bonauenturæ, Confeſſoris.* [c]] Eius corpus iacet Moroni, in Conuentu ſancti Nazarij, ſæcularibus omninò venerabile; ob beneficia, quæ illis, præcipuè verò Dæmoniacis, ibidem contingunt ad ipſius ſepulchrum. Vide Gonzagam 2. part. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. S. Angeli. Vvadinghum tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1415. §. 27.

§. 4. *Beati Onuphrij, Confeſſoris.* [d]] Agunt de eo Iacobillus de SS. Fulginatib. In vita B. Ioannis à *Nurſia*. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Vvadinghus ſupra tom. 1. ann. 1221. §. 19. & tom. 2. ad ann. 1265. §. 19. Item tom. 6. ad ann. 1463. §. 37. & 38. ex Mariano lib. 5. cap. 27. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 3. cap. 42. qui vocat eum à *Fagiano*, Laicum profeſſione, diemque obiiſſe vltimum ann. 1453. à quo tamen multum diſſentit Gonzaga ſup. in Conuentu Columbarij, qui eſt

3. Prouinc. Tuſciæ, ita ſcribens. *Frater Onuphrius Seggianus, in oratione atque diuinis meditationibus exercitatiſſimus, qui ob innatam prudentiam, atque ſingulares virtutes, nouitiorum atque iuuenum Fratrum præſtantiſſimum plurimis annis egit inſtructorem: (quorum vnus extitit B. Pater Ioannes à Capiſtrano:) huius loci accola fuit: hincque Nurſiam petens, ibi in loco veteri, anno Domini* 1463. *vniuerſa carnis viam ingreſſus, aſſiduis miraculis claruit.* Suſpicor autem eundem eſſe cum B. Onuphrio *Sarzanenſi*, de quo 26. Februar.

§. 5. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* e] Ipſius corpus requieſcit in Eccleſia Conuentus B. Mariæ de Brixianore Caſtrulei (qui eſt 16 Prouinc. Brixieſ.) cuius ſanctitas circumvicinis populis in propatulo eſt. Teſte Gonzaga 2. part. ſup. in hoc Conuentu.

§. 6. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* f] Vir fuit deuotiſſimus & vitæ ſanctitate fulgidus. Memoratur à Gonzaga ſupra in Conuentu S. Gabrielis Badejocij (qui eſt 12. Prouinc. D. Gabrielis) vbi corpus eius fœliciter iacet.

Beata Gilla, Tertiaria, g] Socia cariſſima extitit D. Margaritæ à *Cortonio*, quam præceſſit ad gloriam: prout ſcribit Vvadinghus ſup ad ann. 1297. §. 29. ex multis aliis. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordinis. §. 7.

B. Cæcilia Gonzaga, Virg. h] Filia extitit Ioannis Franciſci, Mantuæ Marchionis, & B. Paulæ Malateſtæ, de qua ſup. ad 17. Martij. Teſte Iacobo Bergomate. De claris Mulierib. cap. 155. in fine: vbi de filiabus ipſius B. Paulæ Secunda, Cęcilia dicta; quæ poſtquã Principi Vrbinati pacta fuiſſet, diuinitùs inſpirata, cœtui Virginum ſe dedicauit: quæ quidem & ſanctitate vitæ, ac morum diſciplina, vſque ad extremum vitæ finem, piè, Religioſéque vixit. Alia eſt à Cæcilia eius nepte, tertij Ordinis Franciſcani alumna, Filia Ludouici Gonzagę, Mantuani Marchionis; cuius meminerunt idem Bergomas ſup. capite centeſimo ſeptuageſimo quarto, in fin. & Vvadinghus tomo ſexto; ſupra ad ann. milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum primum, paragraph. 11. §. 8.

OCTAVO KALENDAS OCTOBRIS.

IN Aprutio, Beati [a] Gregorij de Beldico, Confeſſoris: miraculis clari. In Gallia, Beati [b] Electi Aurelianenſis, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In Monte-Flaſcone propè Viterbium, Beati [c] Ioannis Teutonici, Confeſſoris. In Italia, Beati [d] Petri Hiſpani, Confeſſoris: Religione, & Regularis Obſeruantię zelo, atque meritorum prerogatiua, celebris. Apud Caſtrum Lauri, in territorio Placentino, Beati [e] Nicolai Mirandulenſis, Confeſſoris: cuius ſanctitatem crebra poſt obitum miracula teſtantur. Peruſiæ, Beati [f] Bernardini à Gualdo, Confeſſoris: qui Prouincialatus munere functus, vita & virtutibus ſpectabilis, quieuit in Domino. Orioli in Regno Valentię, Beati [g] Matthęi de Valentia, Confeſſoris, & Concionatoris egregij: qui verbi diuini ſtrenuus præco effectus: miraculorum gloria nunc vſque refulget. Conchę Valeriæ, Beati [h] Ioannis de Villa Majori, Confeſſoris. In Luſitania Beati [i] Balthazaris A-Plagis, Confeſſoris: qui pietate, & paupertate Euangelica conſpicuus, prouinciam ſibi commiſſam ſanctiſſimè rexit. In territorio Zamorrenſi, Beati [k] Alphonſi à Purificatione, Confeſſoris: qui virginitate, oratione, & pœnitentiæ exercitiis, viam ſibi parauit in cœlum. Moncelli, in territorio Beluacenſi, Beatę [l] Petronillæ de Troya, Virginis: quæ eiuſdem loci prima Abbatiſſa electa, admirandis virtutibus emicuit.

SEPTEMBRIS XXIV.

§. 1. B*Eati Gregorij, Confeſſoris.* a] Miraculis extitit famoſus: iacetque corpus eius in Prouincia Pennenſi, quæ nunc nomine S. Bernardini gloriatur. Memoratur à Vvadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 29. poſt Marianum.

§. 2. *Beati Electi, Confeſſoris.* b] Illius meminit Vvadinghus ſup. ad ann. 1287. §. 15. ex Mariano & aliis: cui in Extrema-Vnctione, & animæ commendatione, Sancti, qui nominabantur in Litaniis familiariter apparebant, eique colloquebantur, qui per triduum antea non poterat loqui.

§. 3. *Beati Ioannis, Confeſſ.* c] Agit de eo idem Vvadinghus ſup. ann. 1291. §. 66. poſt Toſſinianum lib. 2. in Cuſtodia Vallis Spoletanæ.

§. 4. *Beati Petri Hiſpani, Confeſſ.* d] Profeſſione fuit Clarenus, & inter cæteros ſuæ congregationis alumnos, maxima pollebat authoritate, vitæque ſanctitate: quare eorundem confratrum apud Sixtum IV. Pontific. Legatione functus, tantopere egit, vt Clareni, pro maiori parte, ad Generalis totius Ordinis Seraphici Miniſtri obedientiam redierint anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo; atq; ſumpto de ipſiuſmet Summi Pontificis manibus nouo habitu, quo ipſe, ſuique ſequaces, in poſterum vti deberent, primus Generalis Miniſter Vicarius à ſuis electus, reliquis, qui ſibi adhæſerunt, viuendi norma effectus eſt. Cui etiam præfatus Papa, Diui Hieronymi Eccleſiam Romæ erectam, quæ Tertiariorum erat, liberaliſſimè ex authoritate Apoſtolica, conceſſit. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſi part. tertia Chronic. Minor. lib. 6. cap. 29 lib. 7 cap. 29. & lib. 8. cap. 29 Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga parte prima, Origin. Seraphic. Religion. vbi de reditu Clarenorum ad obedientiam Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum. Mariano lib. 5. cap. 40. Vvadingho tomo ſexto, ſup. ad ann. 1473. §. 11. 12. 13. Idem

Digitized by Google

Vlyſſiponenſis vult eum obiiſſe in Hiſpania, libro 8. capite decimo nono: deindè ſibi contradicens, ait mortuum eſſe in Italia, capite vigeſimo nono. Hinc ſuſpicor *Hiſpanum* dici, quia Hiſpaniæ obierit: cognominari verò à *Sancto Seuerino*, quia illic diutiùs moratus ſit.

§. 5. *Beati Nicolai, Confeſſoris.* [e] Scribit de eo Gonzaga ſecunda parte ſupra in Conuentu Annuntiationis, ſeu ſanctæ Mariæ de Gratiis, apud Caſtrum Lauri, qui eſt 23. Prouinc. Bononienſ. cuius ſacra ædes corpore præfati Beati Patris, (qui plurimis poſt mortem miraculis claruit) honeſtatur. Florebat circa annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum quintum. Vvadinghus tom. 7. ſupra ad ann. 1495. parag. 65.

§. 6. *Beati Bernardini, Confeſſoris.* [f] Miniſter Prouincialis D. Franciſci Prouinciæ nonnunquam extitit: quo tempore, ſub Leone X. Papa ab eo acceptus eſt Conuentus Gualdenſ. Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis. Obiit apud Conuentum ſancti Franciſci de Monte iuxta Peruſium: cuius fœlix anima, vt primùm è corporis ergaſtulo egreſſa eſt, venerando Patri Bartholomæo de ciuitate Caſtellana, Prouinciæ vicario à ſe ante mortem conſtituto, fulgentiſſima atque incredibili ſplendore circumfulſa apparuit, illumque de ſua beatitudine certiſſimum reddidit. Vide Gonzagam ſup. part. 2. in Conuentu 4. & 29. Prouinc. Bononienſ. Vvadinghum ſup. ad ann. 1291. §. 59. & Daçam 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 28.

§. 7. *Beati Matthæi, Confeſſoris.* [g] Concionator fuit eximius, ſummæque Religionis vir: ſepultus eſt autem Orioli vulgò, Orihuelæ, in Conuentu ſanctæ Annæ, qui eſt 11. Prouinc. Carthaginenſ. Sic Gonzaga ibid. part. 3. ſup. poſt Marcum Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 9. cap. 49. Rapinæus Hiſtor. general. Orig. Recollect. Decad. 8. part. 1. §. 9. Vvadinghus tom. 6. ſup. ann. 1460. §. 50.

Beati Ioannis, Confeſſoris. [h] Sanctitate claruit, in Conuentu S. Franciſci Conchæ Valeriæ, in Hiſpania: cuius corpus à viginti annis & ſupra ſepultum, imputre omninò, incorruptum, atque illæſum diuinitus fuit repertum. Teſte Gonzaga ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 3. prædictæ Prouinciæ; & Vvadinghô tomo 3. anno milleſimo trecenteſimo decimo tertio, §. 19. §. 8.

Beati Balthaſaris, Confeſſoris. [i] Hic in Ordine Miniſtrorum Prouincialium Prouinciæ Arrabidorum 4. reperitur: qui ſtrenuus altiſſimæ paupertatis atque Diuini cultus zelator extitit. Memoratur ab eodem Gonzaga ſup. in Conuentu 13. Prouinc. Arrabidor. §. 9.

Beati Alphonſi, Confeſſoris. [k] Alaegij, in Conuentu ſancti Franciſci (qui eſt 13. Prouinciæ S. Ioſeph) habitum Religionis ſuſcepit: illicque ſanctiſſimè vixit: aſperamque egit pœnitentiam. Nam vigiliis, diſciplinis, & abſtinentia corpus affligebat; lectus eius, tabula: habitus pauper & ſimplex; oratio continua, humilitas eximia, deuotio feruida, Religionis, & Ordinis obſeruantia ingens, virginalis puritas integra, charitas plena erat. Virtutum eius inſignia latè refert Ioannes à Sancta Maria, ſecunda parte Chronic. præfatæ Prouinc. lib. 4. cap. 17. ad ann. 1600. quo floruit. §. 10.

Beata Petronilla, Virginis. [l] Prima fuit inſtituta Abbatiſſa Monaſterij ſancti Ioannis Baptiſtæ Moncelli, tempore Philippi Valeſij, Galliarum Regis, quæ ob eam, quam induxit ſanctiſſimam vitam, laudabili admodum memoria ab omnibus huius loci ſororibus maximè colitur. Eius meminit Gonzaga 3. part. ſup. in hoc Monaſterio, quod eſt 11. Prouinciæ Franciæ. Wadinghus tomo tertio, anno 1312. paragrapho 14. §. 11.

SEPTIMO KALENDAS OCTOBRIS.

SAgij in Neuſtria, Beati [a] Ægidij, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci Diſcipuli: qui vita & virtutibus emicans, ſancto fine quieuit. In Italia Beati [b] Antonij Bitontini, Confeſſoris: eruditione & vitæ ſanctitate celebris. In Hiſpania, Beati [c] Ioannis à Sancta Maria, Confeſſoris ac Doctoris eximij: qui primus Prouincialatus munus exercuit apud Patres Obſeruantes Prouinciæ ſancti Iacobi, & ſanctiſſimam vitam agens, fœlix ad aſtra tandem euolauit. Aſculi in Picœno, Beati [d] Petri à Florentia, Confeſſoris: miraculis ante & poſt mortem glorioſi. Paſquarij apud Mechioacanicum Indiæ Occidentalis Regnum, Beati [e] Martini à Ieſu, Confeſſoris: qui ſuis feruentiſſimis concionibus, & moribus propè admirandis, multa Indorum millia conuertit ad Chriſtum. In Monaſterio Arcellæ, propè Patauium, Beatæ [f] Luciæ, Virginis: virtute abſtinentię & orationis inſignis.

SEPTEMBRIS XXV.

§. 1. BEati *Ægidij, Confeſſoris.* [a] Animaduertendum hunc diuerſum eſſe à B. Ægidio *Aſſiſiate*, Laico, Seraphici etiam Patris ſancti Franciſci Diſcipulo. Scribit Gonzaga tertia parte Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu ſancti Leonardi Sagienſ. qui eſt 1. Prouinc. Franciæ Pariſienſ. iſtum Conuentum ſepultura alterius ex ſociis ſancti Franciſci, nomine Ægidij, honeſtari. Cui conſentit Petrus Matthæus lib. 3. hiſtor. ſancti Ludouici IX. Reg. Franc. pag. 267. & Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1226. parag. 62.

Beati Antonij Bitontini, Confeſſoris. [b] Prouinciæ Apuliæ alumnus, Concionatorque egregius fuit, virtutis ac ſanctitatis opinione inſignis: complura etiam edidit ſuæ ſingularis eruditionis monimenta. Cùmque Nicolao V. Pontifici Maximo, in 4. Sentent. libros adnotationes eximias deuouiſſet: gratitudinis ergò Doctoratus corolla ab eodem donatus §. 2.

Digitized by Google

eſt, Calixtus Papa III. eum annumerauit inter ſex illos Concionatores præcipuos, quos deſtinarat ablegandos per Italiam, pro publicatione Cruciatæ aduerſus Turcas ann. 1455. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 43. & lib. 3. cap. 60. Gonzaga 1. part. ſup. in viris Doctrina illuſtr. huiuſce Ordinis. Willoto Athenarum Orthodoxar. Franciſcan. littera A. qui tamen eum confundit cum alio P. Antonio à *Mathelica*: ſunt enim duo diuerſi, vti ex eodem Gonzaga liquet. Toſſinianus lib. 3. Hiſtor. Seraph. Simlerus in Epitom. Bibliothecæ Gneſneri. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1426. §. 10. & 1449. §. 15. Item tom. 6. ad ann. 1453. §. 33. & 34. Tum ann. 1459. quo obiit §. 24. ex Mariano lib. 5. cap. 33. Miræus. De Scriptorib. Eccleſ. cap. 10. ſæcul. 16.

§. 3. *B. Ioannis à Sancta Maria, Confeſſoris.* [c]] Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 4. cap. 29. ſub ann. 1460. aitque illum primum Vicarium fuiſſe Prouinciæ ſancti Iacobi; qui cùm eſſet Magiſter in Theologia, & inter Conuentuales fama notiſſimus, zelo prorſus admirando tranſiit ad Patres Obſeruantes, inter quos ſanctiſſimè vixit ac mortuus eſt. Eumdem opinor eſſe cum B. Ioanne à *Sancta Marina*: qui ab Eugenio IV. Papa, perpetuus Vicarius Conuentus ſanctæ Eulaliæ Marchenæ, confirmatus extitit: de quo Gonzaga 3. part. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 7. Prouinc. Bæticæ. Barezzus 4. part. Chronic. lib. 3. cap. 48. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1428. §. 10. 1447. §. 20. 1448. §. 23.

§. 4. *Beati Petri à Florentia, Confeſſ.* [d]] Magna ſanctitate floruit apud Conuentum Aſculanum: quo & obiit ann 1481. miraculis ante & poſt obitũ refulgens. Meminit eius Marcus Vlyſſiponenſis ſup. part. 3. lib. 6. cap. 38. Marianus lib. 5. cap. 44. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1481. §. 8.

§. 5. *Beati Martini à Ieſu, Confeſſ.* [e]] Prouinciæ ſancti Iacobi fuit alumnus, atque vnus ex primis illis duodecim Franciſcanis, qui ex Hiſpania ſoluentes, ad Occiduas Indiæ Regiones, fœliciſſimè traiecerunt: atque Catholicæ fidei vexilla in earum oppidis & ciuitatibus glorioſè erexerunt. Hinc Sinſicha, Mechioacani, Xaliſcique Rex, Mexicum veniens, ipſum B. P. Martinum obnixè rogauit, vt ſibi Mechioacanum repetenti congredi vellet: quatenus & ſibi ſubditos Indos ad fidem conuerteret, ſacroque regenerationis lauacro purificaret, atque in via ſalutis fœliciùs inſtrueret. Annuit pius Pater, aſcitiſque ſibi in ſocios atque cooperarios, quinque Religioſos Patres, Sinſonzam Mechioacani Regiam adiit. Ad hanc igitur ciuitatem, vt primùm applicuit, locum Eccleſiæ ædificandæ accommodatum à Rege accepit: in quo ædiculam quandam ſub titulo ſanctæ Annæ conſtruxit. Quo facto; mirum! quot Infideles ad eius prædicationem conuerſi ſint baptizati? nam certatim ipſi Indi ad eum accurrentes, ſumma auiditate cupiebant edoceri, fidemque Chriſtianam profiteri. Cùm ergo Eccleſias, Conuentus, atque Oratoria ferè vbique extruxiſſet; atque vniuerſa Idola, (interim iocalibus tum aureis, tum argenteis; atque plurimis lapidibus pretioſis, ſibi ab Indis olim oblatis, in profundiſſimum ſtagnum proiectis, demerſiſque) in medio foro ignibus tradi curaſſet, & infinitos penè Indos Infideles ſacris ſuis concionibus, atque ſanctiſſimis exhortationibus necnon mirabili quodam, & Angelico potius quàm humano viuendi modo, Chriſto Saluatori peperiſſet: vniuerſæ carnis viam cum maxima ſanctitatis opinione ingreſſus eſt: atque in Conuentu ſancti Franciſci Paſquarij ſepultus. Vide Gonzagam quarta parte ſupra in Prouincia Sanctorum Petri & Pauli, item in Conuentu 1. & 5. eiuſdem Prouinc. Barezzum quarta parte Chronic. Minorum, libro primo, capite trigeſimo ſecundo; & libro tertio, capite vigeſimo octauo, ad annum 1540. Rapinæum in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 5. part. 1. parag. 11. & part. 2. parag. 7. Marianum lib. 1. cap. 36. Boſium tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 17. Grauinam, in *voce Turturis*, parte ſecunda cap. 24.

Beatæ Luciæ, Virginis. [f]] Scribunt de ea Marianus lib. 2. cap. 11. Toſſinianus libro primo, ſupra Wadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1242. (quo obiit) parag. 6. fuit autem B. Helenæ *Paduana* Virginis Diſcipula. §. 6.

SEXTO KALENDAS OCTOBRIS.

MAuritaniæ apud Vnellos, in Neuſtria, Beatæ [a] Margaretæ Paruæ, Virginis & Martyris: quæ Hæreticorum furori pro defenſione pudicitiæ, viriliter reſiſtens, gladio confoſſa, ad cœlos euolauit. Hanc ſecuta eſt Beata [b] Ioanna, cognomento Parua, Virgo, & Martyr: quæ ob eamdem cauſam ab hiſce perfidis, plumbeis ſpherulis occiſa, migrauit ad ſponſum. Mediolani, Beati [c] Chriſtophori à Variſio, Confeſſoris, & Doctoris egregij: qui Religione, vita exemplari, atque ſanctitate inſignitus, vnus fuit ex præcipuis Fundatoribus Prouincię Bohemię Regularis Obſeruantiæ, quam & mirificè propagauit. Florentiæ, Beati [d] Ioannis-Franciſci, Caſalenſis, Confeſſoris: oratione, vitæ innocentia, atque virginitate ſeruata illęſa, conſpicui. In Hethruria, Beatorum Confeſſorum [e] Andrææ à Sancto Geminiano, & Ioannis Pratenſis; qui verbo & opere Italiam perluſtrantes, maximè laborauerunt in Euangelio. Apud Caluum-Montem, in territorio Lingonenſi, Beati [f] Honorati à Champigneyo, Confeſſoris: qui ſæpè ad diuerſa Ordinis munia obeunda vocatus, virtutibus, & ſignis admirandis illuxit. Salerni, Beatæ [g] Luciæ Virginis, quæ plurimis fulſit virtutibus & miraculis glorioſis. Item, Beatę Archangelę [h] Virginis Tertiarię; vita & miris actibus illuſtris.

SEPTEMBRIS

Digitized by Google

SEPTEMBRIS XXVI.

§. 1. BEata Margareta Parua, *Virg. & Martyr.*[a]] Memoratur ab illuſtriſſimo Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Relig. vbi de Monaſterio Mauritaniæ apud Vnellos, quod eſt 4. Prouinc. Frãc. Pariſ. hiſce verbis. *Cùm Hugnoſtici hæretici omnia penes ſacra loca horrendis cædibus fœdarent, atque Mauritaniam, Duce Gaſpare Coligneo, Franciæ Ammirante, infeſtiſſimis ſignis ingreſſi fuiſſent, ſoror Margareta Parua, ex Rothomago oriunda, in ſanguinarias illorum manus incidit: cùmque eorum libidini, atque procacitati aſſentire nollet, ab iiſdem, feris in hoc immanioribus, diro mucrone confoſſa eſt, ſicque palmam glorioſi martyrij eſt aſſecuta.* Eadem refert Barezzus 4. part. Chronic. lib. 7. capite 33. ad ann. Chriſti 1579. cuius traductor, ſeu interpres Ioannes Blancona, nimio errore laborat: dùm in ſua verſione Gallica, ait ipſam B. Margaretam Baiocis natam fuiſſe: & martyrium paſſam eſſe, *à Mauritane, village proche d'Vnel:* nam dicendum eſt, *à Mortaigne, petite ville au Perche.* Et loco anni 1579. ponendus eſt annus 1567. ſeu 1569. inuerſus eſt enim numerus Arithmeticus: eo quòd ille hæreticorum Anteſignanus, Gaſpar Coligneus, Regia authoritate, pœnas ſcelerum ſuorum, infami morte, dederat, ann. 1572. die vigeſimo quarto Auguſti, Lutetiæ, in cæde Bartholomæana: vt patet, ex Dionyſio *le Sauuage*, in Hiſtoria Franc. ſub Carolo IX. Rege.

§. 2. *Beata Ioanna Parua, Virginis & Martyris.*[b]] Ob corporis ſui exiguitatem cognominata eſt *Parua*: cuius meminit idem Gonzaga part. 1. ſup. vbi de ſacris Martyribus Ordinis Minorum ſuo æuo ob Chriſti fidem paſſis in Prouincia Franc. Pariſienſ. Marcus Vlyſſiponenſis tertia parte Chronic. Minorum, libro nono capite 59. Barezzus ſup. Daça ibidem libro 3. cap. 58. Hilarion à Coſta libro ſecundo, hiſtor. Catholic. pagina 364. Boſius tomo primo de Signis Eccleſ. libro ſeptimo, capite tertio, ſæcul. nono, & libro duodecimo, capite vigeſimo ſecundo. Toſſinianus lib. ſecundo, in Cuſtodia Aureliana. Fernandus libro tertio Hiſtor. Eccleſ. capite decimo nono. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. capite 24.

§. 3. *Beati Chriſtophori à Variſio, Confeſſoris.*[c]] Doctor Legum erat antequam Religionem Seraphicam ingreſſus eſſet; vir admodùm virtuoſus, vitæque exemplaris. Cùmque ſingulari doctrina polleret, Regulam Minorum, ac priuilegia Ordinis, ampliſſimè declarauit: ſcripto reliquit Franciſcanorum priuilegia commorantium inter Infideles, & in Terra Sancta: vitam B. Ioannis *Capiſtrani*, compoſuit, & alia multa edidit. Socius extitit præfati B. *Capiſtrani*, atque vnus ex fundamentalibus Prouinciæ Bohemiæ lapidibus. Reuerſus in patriam, Mediolani ſanctiſſimè obiit, in Conuentu ſancti Angeli, ann. 1491. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſupra libro quarto, capite vigeſimo octauo, ſub annum 1460. Gonzaga ſupra part. 2. in Conuentu 25. Prouinc. Boemiæ. Item in Conuentu decimo quarto Prouinciæ Mediolanenſ. cuius Vicarius Prouincialis aliquando extitit. Toſſinianus lib. 2. in Prouincia Mediolanenſ. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1454. §. 32. 1451. §. 7. & 1467. §. 3. 1458. §. 24. 1467. §. 3. Item tom. 7. ad ann. 1491. §. 4. 5. & 6.

§. 4. *Beati Ioannis Franciſci Caſalenſis, Confeſſoris.*[d]] Prouinciæ Genuenſis fuit alumnus, Caſali apud Montem-Ferratum natus, anno ætatis ſuæ decimo-quinto habitum Canonicorum Regularium ſuſcepit; inter quos ſpatio triginta annorum, ſanctiſſimam vitam duxit, verbum Dei diſſeminans per ciuitates, oppida, & alia loca. Verùm cùm perfectioris rigidioriſque vitæ deſiderio flagraret, Inſtitutum Fratrum Minorum de Obſeruantia, obtenta prius Superiorum licentia, prælegit, cuius habitum deuotiſſimè aſſumpſit, in eorum Conuentu Feſulano propè Florentiam: vbi nouo ſpiritus feruore, & ſanctitatis exemplo, ſtadium virtutis ingreſſus eſt, nuſquam deſes aut linguoſus viſus eſt, vel auditus. Sanctæ orationis ſtudio mirificè delectabatur, & ſæpè in extaſim rapiebatur. Sedens ad menſam, tanta mentis acie lecturam percipiebat, vt cibum ſumere omninò, vel dimitteret, vel obliuiſceretur. Demùm viginti annis in ea vocatione, ſanctiſſimè expletis, poſt Sacramenta Eccleſiaſtica ingenti deuotione ſuſcepta, tranſiuit ex hoc mundo ad cœleſtem patriam: cuius corpus conditum eſt in Conuentu ſancti Saluatoris, Florentiæ. Deceſſit vir puriſſimus, lilio virginitatis exornatus: nulliuſque vnquam peccati mortiferi reus, aut conſcius: prout teſtatum reliquit Marcus Vlyſſiponenſis tertia parte ſup. libro octauo, cap. trigeſimo 2. ſub annum milleſimum quingenteſimum ſextum.

§. 5. *BB. Andreæ, & Ioan. Confeſſ.*[e]] In vita & doctrina clariſſimi, erant celeberrimi per vniuerſam Italiam concionatores: necnon S. Bernardini Senenſis Diſcipuli: De quibus agunt Robertus à Licio, Serm. de S. Bernardino. cap. 2. & 3. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1447. §. 16. 1449. parag. 16. 1450. parag. 7. & 8. & alibi paſſim: ex Mariano, & aliis. Item tom. 6. ann. 1455. parag. 79. 84. & 93.

§. 6. *Beati Honorati, Confeſſoris.*[f]] Gallus erat natione, patria Pariſienſis, Frater Protopræſidis ſupremæ Curiæ Franciæ, virtutibus ac ſingulari prudentia præclarus: zelo etiam altiſſimæ paupertatis, & eximia charitate in omnes maximè emicuit: propter quę, ad diuerſa Ordinis munia, inter PP. Capucinos, obeunda, aſſumptus fuit. Sæpè etenim Miniſtrum Prouincialè in Gallia & Lotharingia, egit; pluries Commiſſarius Generalis extitit; ſepties, vt vocalis adfuit Capitulis Generalibus, & in vltimo anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo decimo octauo celebrato, electus eſt Diffinitor Generalis: ac tandem obiit Miniſter Prouincialis Pariſienſ. apud Conuentum Caluimontis in Baſſiniaco, ætatis ſuæ anno 58. Chriſti verò milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, hac die, vbi ſignis admirandis relucet, & pia fidelium veneratione colitur. Vitam & miracula eius edidit in lucem Henricus Caletenſis, Capucinus, anno 1650. Lutetiæ. Agunt de eo R. P. Baptiſta à *Peruſio*, in Præludio ad vitam B. Felicis à *Cantalicio*, Capucini. Sauſſayus in Martyrolog. Gallicano, hac die: cuius Epygraphe ita conſpicitur.

Dùm mundi vanos humilis faſtidis honores:
Fit tibi Diuino dignus honore coli.
Nomen Honoratus, prædixerat, addita virtus
Id meruit, quod nunc gloria iure daret.

Eius funebrem orationem declamauit R. P. Ioſaphat, Cadomenſis, tunc Miniſter Prouincialis Franciæ; Teſte Corbino lib. 8. Sanctæ Franciad. pag. 190. & 191. vbi copioſa ipſius miracula verſibus Gallicis concinit. Inquiſitio vitæ ac miraculorum eius, autho-

Digitized by Google

ritate Apoſtolica demandata eſt; & illuſtriſſimus Lingonenſis Antiſtes, Dux & Par Franciæ, ann. 1637. eam haud ſegniter opere compleuit. Ea de re, Rex Chriſtianiſſimus litteras dedit, tùm ad ſummum Pontificem; tùm ad D. d'Eſtré, Franciæ Mareſchallum, pro ſua Maieſtate, Ambaſciatorem extraordinarium in Curia Romana, ſub Datum ann. 1637. die 6. Iulij, vti videre eſt in libello, Lutetiæ edito, ann. 1638. apud Typographiam Claudij Calleuille. Iterum, idem negotium expoſtulatur, à Rege, & Regina, per litteras ad Summum Pontificem miſſas, ſub Datum 26. & 30. Aprilis ann. 1639.

§. 7. *B. Luciæ, Virginis.* [g] Nata Catalagironi, in Sicilia, nobilibus piiſque parentibus; ab iis didicit Deum timere, aſſiduè orare, pauperibus miſereri. Creſcens ætate, creuit & virtute; ad opera pietatis promptiſſima, in Templo prima, in menſa poſtrema. Salernum profecta, Monaſticam vitam profeſſa eſt Tertij Ordinis S. Franciſci. Orationi & contemplationi iugiter intenta etiam dùm manibus operabatur, preces non omittebat: ſemper & vbique cum Deo protrahens colloquium. Affligendi corpus non erat modus, crebra illi verbera; panis arctus, aqua breuis, lectus, humus, ſubucula, cilicium. Omnium humillima, promptiſſimè obediebat. Florebat circa ann. 1400. Feſtiuitas magno cum honore celebratur, & officium de ea ſolemniter recitatur, hac die, ex conceſſione Leonis X. Pontificatus ſui ann. 2. pridie Calendas Iulij. Agunt de ea, Antonius Beatil. in vita S. Nicolai, lib. 7. cap. 10. Officium Eccleſiaſticum illius diei. Wadinghus in Additionib. ad tom. 4. Annal. Minor. parag. 19. & ſeq. ſed quia eius ſacrum corpus, poſtea tranſlatum fuit in Eccleſiam Monaſterij S. Mariæ Magdalenæ illâ Ordin. S. Benedicti: perperam autumant Caietanus in Idæa operis de vitis Sanctorum Siculor. fol. 155. Ferrarius in Cathalogo Sanctor. hac die, & Bochus Pirrus, in Notitia Eccleſiæ Syracuſanæ, fol. 233.

B. Archangelæ, Virg. [h] Hæc ſacra virgo, cognomento, *Tardera*, ciuitate *Raeza*, parente Petro *Tardera*, Matre, Vincentia de *Mutinis*, ambobus diuitibus, ſed Deum timentibus, nata eſt: quæ anno 17. ſuæ ætatis, Chriſto inaugurata, pœnitentiis ingentibus primordia ſumens, Magiſtram cæterarum ſororum in virtute profiteri voluit. In Paſſionis Dominicæ memoria, tota recondebatur; à vino, & carnibus perpetuò abſtinuit, panis & aquæ fomentis ſatis ſuperque refecta. Incredibilis patientiæ ſigna dedit, cùm per annos viginti ſex, miris, exquiſitiſque doloribus & infirmitatibus diuexata fuerit: quam amoroſus ſponſus eius, ſummis virtutibus exornauit, & mirabilibus celebrem reddidit. Qua de re extant Inquiſitiones in forma proceſſus habitæ: quæ videri poſſunt apud R. P. Antonium Randezium, Minoritam Reformatum, ex quo Marianus deſumpſit, lib. 6. Chronic. Strictioris Obſeruant. Reformator. cap. 35. 36. & 37. obiit ſexagenaria, ann. Chriſti 1608. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 8.

QVINTO KALENDAS OCTOBRIS.

PAriſiis, Sancti [a] Elzearij de Sabrano, Comitis Ariani, Confeſſoris, Tertij Ordinis Diui Franciſci: qui vnà cum Beata Delphina coniuge ſua, virginitatem illibatam conſeruans, plenus meritis, migrauit ad Dominum, quem in vita & poſt mortem clarum, Vrbanus V. Pontifex Maximus, in Sanctorum numerum retulit. In Syria, Beatorum [b] Duorum Fratrum, Confeſſorum: qui vocante ſacratiſſima Deipara Virgine Maria, ad cœleſtem patriam tranſierunt. Auguſtæ Vindelicorum, Beati [c] Tarderici, Confeſſoris: qui primus Prouinciam Argentinenſem rexit, & magna vitæ ſanctitate refulſit. In Gallia, Beati [d] Petri Martinez, Confeſſoris: ingentis perfectionis viri. Interamnę, Beati [e] Simonis à Campo-Regali, Confeſſoris: vita & miraculis clari. Biguliæ in Corſica Inſula, Beati [f] Pauli Biguliani, Confeſſoris, & Concionatoris eximij; ſignis admirandis illuſtris. Mexici in India Occidentali, Beati [g] Ioannis de Gaona, Confeſſoris: qui doctrina & religione pollens, Miniſter Prouincialis electus eſt, tum humilitati, orationi, cæteriſque pœnitentiæ operibus vacans, ſancto fine quieuit. In Caſtella, propè Villam-Nouam de Scapha-Fracta, Beatæ [h] Eliſabethæ Lopetiæ, Viduæ, Tertiariæ: Religioſæ fœminæ.

SEPTEMBRIS XXVII.

§. 1. *SAncti Elzearij, Confeſſoris.* [a] Vitam ipſius fusè deſcripſerunt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 18. 19. 20. & 21. Item 2. part. lib. 8. cap. 15. parag. 1. Surius, Renatus Benedictus, Lippelous, Gazetus, Ribadeneira, Doubletus, Hæræus, Binetus, & alij. 27. Septemb. nouiſſimè verò R. P. Benedictus Coronatus, ann. 1622. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Elzearij. Agunt de eo Vinea S. Franciſci. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. & lib. 2. ſub 34. Capitulo General. Firmamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub 18 Miniſtro Generali eiuſdem Ordin. Speculum Fratrum Minorum, ibidem, Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. vbi de Sanctis huiuſce Ordin. à Sede Apoſtolica canonizatis. Item part. 3. in proem. Prouinc. S. Ludouici. Martyrologium Roman. hac die, Baronius ibidem in Annotat. Molanus eadem die, in Additionib. ad Vſuardum, & Bachotus in Faſtis Chriſtianis. S. Antoninus 3. part. Hiſtor. Titul. 24. cap. 9. §. 15. Boſius de Signis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap.

Digitized by Google

cap. 1. & lib. 11. cap. 7. De Buſtis part. 2. Roſarij Quadrageſimalis, ſerm. 27. part. 2. littera E. item tom. 3. Marialis part. 4. Concion. 12. part. 3. ratione 5. Creſpetus tom. 1. Triumphi B. Mariæ virg. die 7. §. 8 Gononus. In Chronico SS. Deipar. ſæcul. 13. ad ann. 1313. De Balinghen. in Calendario Virg. Mariæ hac die. Boſquetus. In Vrbano V. Pap. Friſonus lib. 1. Gall. purpuratæ in Pap. Clemente VI. Bilanctus tranſtulit è latino Surij, in Italicum, vitam ipſius Sancti Elzearij, additis ſuis digreſſionibus ann. 1592. Brautius in Martyrolog. Poëtico hac die. Iacobus Rinaldus in Lilijs. part. 2. cap. 1. præclara refert eius facinora, quæ notis illuſtrat. pag. 321. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1325. §. 23. & ſequent. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraph. Ordin. Iaulnayus. De vita & miraculis. S. Reguli, Syluanectenſis Epiſcopi. pag. 138. ſub Epiſcopo 66. qui tamen mendoſè ſcribit obijſſe 28. Nouemb. Bellarminus de Arte benè moriendi lib. 1. cap. 15. & lib. 2. capite 10. De Sales part. 2. Introduct. ad vitam deuotam, cap. 12. Elzearius lib. 2. Sacri Mont. Oliuet. cap. 5. Coſterus Concion. Dominic. 2. poſt Epiphan. parag. 2. Gualterius in Tabula Chronog. ſæcul. 14. in SS. viris. Spondanus in Auctario Chronolog. ad Annal. Baronij, ſub annum 1325. Nigronus Commentar. ad Regul. Commun. Societat. Ieſu. Regul. 5. parag. 13. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Ignatius le Gault, ſerm. 1. de S. Ludouic. Reg. Franc. parag. 10. Poireus tract. 4. Triplic. Coronæ Virg. cap. 4. §. 5. num. 10. Wadinghus tom. 2. Opuſcul. S. Franciſc. Annotat. 25. ad Regulam Tertiarior. tom. 3. Annal. Minor. ad annum 1316. parag. 10. & ſeq. ann. 1319. parag. 4. &c. Item ann. 1323. parag. 26. & ſeq. Brulius lib. 2. Antiquit. Pariſ. pag. 525. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiarior. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationib. ſuper eandem Regul. pag. 36. pag. 2. Victon. tract. de Antiquo ac moderno vſu Canoniſat. Sanctor. cap. 28. ex Luca Caſtellino, in Elucidario Theologico. Marulus lib. 4. hiſtor. ſacrar. Religion. Martyrologium Maurolicanum, & Galleſinum. Ferrarius in noua Topograph. ad Martyrolog. Roman. verb. Pariſij. Sauſſayus in Martyrolog. Gallicano, hac die. Raderus part. 1. Viridarij Sanctor. in Notis ad vitam S. Zachariæ Calcearij. Bartellus in hiſtoria Chronolog. Præſul. Regienſ. ſub. 42. & 47. Arnulphus lib. 2, Comitior. Generalium cœlo conuocator. capite vndecimo Noſtradamus part. tertio hiſtor. Prouinciæ ann. 1327.

§. 2. Extat in Bibliotheca Regia Lutetiana, vita Sancti Elzearij, antiqua, impreſſa tamen, ſub eo num. 2100. 75. quæ ſic incipit, verbis Gallicis: *S'enſuit la vie de Monſeigneur Sainct Aulzias de Sabran, Comte d'Arian, glorieux Confeſſeur, & Vierge, & cat.* id eſt; *Sequitur vita Domini Sancti Elzearij à Sabrano, Ariani Comitis, glorioſi Confeſſoris & Virginis, &c.* compoſita per R. M. I. Raphaelem, Ordinis Sancti Dominici, Phocenſis Prouinciæ, Regi Franciæ Ludouico XII. dedicata: quam fideliter excerpſit, tum ex proceſſu canoniſationis ipſius ſancti: tum, ex nonnullis chronicis, hiſtoriis, ac ſcripturis antiquis, vt ipſemet teſtatur. In cuius prima parte, cap. 17. ait diem mortis exoluiſſe ann. 1323. ætatis ſuæ ann. 38. die 27. Septemb. ex quo corrigendus error, qui vitio Librariorum irrepſit cap. 2. eiuſdem Auctoris, vbi dicitur natus in Caſtello *Robellando*, propè Auſoiſium Caſtrum Phocenſis Prouinciæ, anno Chriſti 1184. ſub Philippo III. Rege Franciæ, Audace: debetur enim ibi apponi annus 1284. à quo vſque ad annum 1323. reperiuntur anni 38. completi. Et quamuis annum 38. quibuſdam menſibus exceſſerit, non ideo tamen dictus eſt ann. 39. ætatis attigiſſe, donec compleuerit ipſum ann. 39. iuxta morem noſtrum Gallicanum. Non igitur ex humanis ſublatus eſt, ann. 28. ætatis ſuæ, vt nonnulli volunt, ſed ann. 38. nec anno Chriſti 1325. ſeu 1327. cœlum inuectus eſt, ſecundum quorumdam opinionem, ſed ann. 1323. cui ſupputationi conſentiunt, Vinea Sancti Franciſci, Surius, Gazetus, Sedulius, & alij. Ipſius miraculis, & Regum Galliæ precibus, excitatus Vrbanus V. ann. 1369. eum Sanctorum numero annumerauit 17. Calend. Maij, Pontificatus ſui ann. 7. ſed morte præuentus publicum non dedit canonizationis inſtrumentum: teſte Gregorio XI. in ſua Bulla, data Auenione nonis Ianuarij, Pontificatus ſui ann. primo; quæ extat apud Wadinghum tom. 3. ſup. ann. 1323. parag. 40. De eiuſmodi canonizationis proceſſu, iterum ipſe agit tom. 4. ad annum 1351. parag. 38. & 1369. parag. 8. Salazar lib. 6. Chron. Prouinciæ Caſtellæ cap. 9. Quercetanus in Vrbano V. Pap. & Bzouius ſup. ad ann. 1351. §. 14. & ſeq.

Ex quibus corrigendus Benedictus Coronatus, §. 3.
cap. 18. ſup. ſcribens ipſum fuiſſe canonizatum per Clementem VI. Pap. Verùm quidem eſt, quod ipſe Clemens Aquenſis & Arelatenſis Archiepiſcoporum, & aliorum Prælatorum, ac illuſtrium virorum Prouinciæ, & Folcaquerij precibus permotus; vitæ ac miraculorum eius inquiſitionem commiſerit Epiſcopis Carpentoractenſi & Vticenſi, atque Abbati S. Ruffi propè Valentiam, ann. 1351. datis litteris quæ ſic incipiunt, *Grandis nobis adeſt lætitia, &c.* Datum Auinione, Calend. Septemb. Pontificatus anno 10. At Vrbanus V. id opus perfecit, vt teſtatur Gregorius XI. in ſua Bulla, quæ incipit, *Rationi congruit*, ſub Datum ſuperius notatum. Hallucinatur quoque Ferrarius, in Notis ad ſuum Martyrologium, hac die, ſic dicens. *Is Comes fuit Ariani in Italia ſub Roberto Rege, quando Galli Regno Neapolitano potirentur, indè factus Eremita, maxima refulſit ſanctitate.* Veritati etenim hiſtoricæ hoc omninò repugnat: qua diſcimus S. Elzearium, Matrimonio ſemper iunctum fuiſſe, & Curiæ Regiæ iugiter moras incoluiſſe: donec ablegatus in Galliam, ad Regem Chriſtianiſſimum Carolum IV. Pulchrum, pro vxore Maria, Caroli Valeſiorum Comitis filia, deſponſanda Carolo, Calabriæ Principi, præfati Regis Roberti filio; Lutetiæ obiit ann. 1323. hac die. Fortaſſis id dicere auſus eſt Ferrarius, quia corpus eius in habitu Franciſcano (quòd Tertij Ordinis inſtituta coluiſſet) apud Minoritas Pariſienſes primò ſepultum ſit. Minimè gentium, quandoquidem Eremitam eſſe, vel Tertiarium Ordinis S. Franciſci diuerſa eſſe conſtet: niſi quis fidem adhibeat Volaterrano lib. 21. Antropologiæ, qua ſub titulo *De Eremitis;* Ordinem vniuerſum Minorum pro libito ſuo comprehendit: ſed valdè impropria eſt hæc locutio. Denique feſtum S. Elzearij recenſetur inter feſta ſemiduplicia maiora noſtri Ordinis apud Firmamentum trium Ordinum Minor. part. 3. circa Ordinationes diuini Officij.

BB. Anonymor. Confeſſ.[b]] Agunt de eis Marcus §. 4.
Vlyſſiponenſ. ſup. part. 2. lib. 1. cap. 45. ex antiq. Chronicis Ordinis. Wadingh tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1219. parag. 68. ex Piſano Conformitat. 8. & 11. ann. 1219. parag. 68. ex Piſano Conformitat. 8. & 11. Mariano cap. 17. poſt Legendam Antiquam: cuius Author ea accepit à Fratribus Ioannino, Iacobo,

Digitized by Google

& Regnerio de Montepolitiano, illius Conuentus incolis, & rei teſtibus oculatis. Corbinus lib. 8. Sanctæ Franciad. pag. 123. & 129.

§. 5. *B. Tarterici, Confeſſ.* [c]. *Tartericus*, ſeu *Terdericus* dictus legitur: vir fuit miræ perfectionis & ſanctitatis, primuſque extitit Prouincialis Miniſter Prouinciæ Argentinenſis: Auguſtæ autem Vindelicorum ſepulturam adeptus eſt circa ann. 1244. De eo ſcribunt Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouin. Argentin. ſanctitate illuſtrib. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Author præfation. ad tom. 13. Bibliothec. Patrum, initio opuſcul. B. Dauidis Minoritæ. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Wadinghus tom. 1 ſup. ad annum. 1239. §. 12. & 1249. §. 9. Item tom. 2. ad ann. 1272. §. 15.

§. 6. *B. Petri Martinez, Confeſſ.* [d] Virtutibus & miraculis excelluit in Prouinc. Franciæ, ann. 1285. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. lib. 5. cap. 1. §. 1. Alius eſt à B. Petro *Martina*, Hydruntino, qui ex Obſeruantibus ad Capucinos commigrans, ſignis ac virtutibus emicuit: de quo Bouerius, tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1559. parag. 2. 3. &c. quo Aletij ſupremum diem obiit.

§. 7. *B. Simonis à Campo Regali, Confeſſ.* [e] Dictus eſt etiam *Simoncillus*, ſeu *Simonellus*, vitæ ſanctitate & gloria miraculorum floruit circa ann. 1330. cuius corpus Interamnæ iacet. Ita B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 8. cap. 23. parag. 2. ad ann. 1334. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. & tom. 4. ann. 1365. §. 9. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Narniæ.

§. 8. *B. Pauli à Bigulia, Confeſſ.* [f] Illius meminit Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 47. ad annum 1526. & ante eum Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu S. Franciſci Biguliano, qui eſt 8. Prouin. Corſicæ, vbi ſic ait *Eſt hic locus circumuicinis populis commendatiſſimus: ob V. P. F. Pauli à Bigulia, eximij olim Concionatoris, funus: ad cuius ſepulchrum paupercula mulier à Dæmone vexata, variiſque languoribus detenta, atque ad generationem inepta; omninò eius meritis deſiderabili prole fœcundata, priſtinæque ſanitati reſtituta, atque ab immundo ſpiritu liberata fuit. Quod in cauſa extitit, vt à Corſis, vt ſanctus, Deoque charus, in poſterum coleretur.* Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1431. §. 32.

§. 9. *Beati Ioannis de Gaona, Confeſſ.* [g] Ex ciuitate Burgenſi oriundus, habitum Franciſcanum in Burgenſi Prouincia ſuſcepit, indè Lutetiam ad Theologiam comparandam ſe contulit: vbi tantoperè profecit, vt breui excellenti eruditione præditus ſit. Concionator inſignis, & probitate morum atque obſeruantia Regulæ conſpicuus euaſerit. Burgenſem Prouinciam regreſſus, Pincias miſſus eſt vt Theologiam cæteros Fratres doceret: inde à ſereniſſima Imperatrice Eliſabetha, ablegatus eſt in nouam Hiſpaniam, illicque peruenit anno 1538. vnà cum B. Martino *Sarmiento*, B. Chriſtopho. *Ruitio*, & cæt. Hic autem vt primùm appulſus eſt, Mexicanam linguam, ſumma animi contentione addiſcere cœpit: quod illi fœliciter ſucceſſit, eamque linguam melius quàm quiſque alius ſui temporis calluit: ita vt idiomate, tum Mexicano, tum Latino, complura opuſcula ediderit. Vnus fuit, ex illis, doctis ſanctiſque viris, quos Lectores inſtituit in Collegio S. Iacobi de Tlatibulco B. Garçias de *Ciſneros*, Commiſſarius Generalis Indiarum. Guardianatus munere pluries functus eſt: tantaque animi demiſſione tunc pollebat, vt primus omnium ædes verreret, terram humeris ad ædificandum, & lapides deferret, cæteraque omnia humilitatis exercitia perficeret. Corpus ſuum ieiuniis, vigiliis, & orationibus affligebat: ſeipſum in cellula aſſiduè concludens. Zelo verò ſalutis animarum, pluſquam dici poſſit inflammabatur. Demum ann. 1557. poſt B. Patrem Toribium à *Motolinia*, Septimus Prouincialis Prouinciæ S. Euangelij extitit; licet inuitus electus eſt, cui muneri poſt annum elapſum, renuntians: paulò poſt, plenus bonorum operum obiit, ac ſepultus eſt in Conuentu Mexicano, qui eſt 1. huiuſce Prouinc. S. Euangel. Vide Gouzagam ibid. part. 4. Barezzum ſup. lib. 3. cap. 26. 52. 61. 70. & lib. 4. cap. 18. ſic & Vvillotum Athenar. Orthodoxor. Franciſc. littera I. Rapinæum in hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 5. part. 2. §. 6. Decad. 7. part. 1. §. 4. Marianum lib. 1. cap. 41. & lib. 2. cap. 31. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. & Daçam 4. part. Chron. Minor. lib. 2. cap. 21. Poſſeuinum in Apparatu ſacro.

B. Eliſabetha Lopetia, Vidua. [h] De ea Gonzaga §. 10. 3. part. ſup. in Conuent. Dominæ noſtræ Rupis Amatoris, qui eſt 11. Prouinc. S. Gabrielis; ſic ait. *Sepulta quoque iacet hoc in ipſo loco, deuotiſſima atque omni commendatione digna Eliſabetha Lopetia, quæ zelo charitatis accenſa, quicquid bonorum ſibi, poſt viri mortem reliquum fuit, pauperibus liberaliſſimè erogauit: quæque domum quandam à diro incendio, ſigno crucis, miraculosè vindicauit, aliaque miracula fecit.* Marianus lib. 6. ſup. cap. 8. ex Baptiſta Moles in ſuo Memoriali præfatæ Prouinciæ. Thielmanſ. Tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

QVARTO

Digitized by Google

QVARTO KALENDAS OCTOBRIS.

IN Aquitania, propè Sancti Macharij oppidum, Beatorum [a] Martyrum Bernardi à Turga, Bernardi Boerini, & Bernardi Dalenci, atque Bernardi Geneſij: qui ab hæreticis, ob fidem Catholicam capti, & ludibrio habiti: tres priores ſuſpendio necantur: vltimus verò poſt multa tormenta, in Garumnam flumen demerſus, occubuit. Cracouiæ in Polonia Beati [b] Leonardi Confeſſoris: qui Guardianatus officio ibidem functus, doctrina, vitæ ſanctimonia, & ſignis fuit decoratus. Papiæ, Beati [c] Bernardini à Feltro, Confeſſoris, qui verbo prædicationis, & zelo ſalutis animarum, refulgens, poſt plurimos pro Chriſto exantlatos labores, bonis operibus plenus, migrauit in cœlum, dono ſpiritus Prophetiæ, & miraculorum illuſtris. In Italia, Beati [d] Ioannis à Campo-Baſſo, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [e] Angeli à Ioyeuſa, Confeſſoris: qui illuſtriſſimo ſanguine natus, ac ſublimioribus infulis decoratus, tanto Chriſti amore incenſus eſt: vt pro eo cuncta deſpiciens, Ordinem Minoriticum Capucinorum ſit profeſſus, in quo miro pietatis, humilitatis, patientiæ, cæterarumque virtutum exemplo emicans, ſanctiſſimam vitam duxit. Alcazarij in Dioceſi Toletano, Beatæ [f] Mariæ Monachæ, Virginis Tertiariæ: multarum prærogatiua virtutum inſignis.

SEPTEMBRIS XXVIII.

§. 1. B*Eatorum Martyrum Bernardi, &c.* [a]] Anno Domini 1563. cùm oppidum S. Macharij captum eſſet à Duraſenſi Domino, hæreticorum duce, Conuentus Minoriticus, qui iuxta erat ignibus traditus eſt: & cæteris fratribus aufugientibus, quatuor inciderunt in eorum manus: quorum tres primi nobiles erant Sacerdotes, atque officio Concionatores: vltimus verò Laicus profeſſus, ſenex atque infirmus: quos impij ſathanæ miniſtri diu opprobriis vexatos interemerunt, atque in Garumnam flumen eorum corpora proiecerunt. Quæ tamen cùm per triduum inſanis aquis expoſita fuiſſent, à Chriſti fidelibus indè, non abſque præſentiſſimo vitæ diſcrimine, rapta, in ipſo fluminis margine humata fuerunt. Poſtea verò exindè tranſlata, & in ſacro loco condita, magna in veneratione habentur à cunctis fidelibus: quorum ope Deus quamplurima operatur miracula. De eis ſcripſerunt Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 58. ann. 1563. Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 1. in ſacris Martyrib. Minor. ſuo æuo, ob fidem Chriſti paſſis, in diuerſis Franciæ partibus, & part. 3. in Conuentu propè S. Macharium, qui eſt 18. Prouin. Aquitaniæ Antiquior. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 5. ex Taſſo in hiſtor. ſui temporis ad ann. 1575. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1265. §. 17. Hilarion à Coſta lib. 4. hiſt. Catholic. pag. 365. Marcus Vliſſiponenſis part. 3. Chron. Minor. lib. 9. cap. 58. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. & lib. 12. cap. 22. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſinianus lib. 2. hiſtor. Seraphic. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 51. & 58.

§. 2. *B. Leonardi, Conf.* [b]] Vir extitit deuotiſſimus & ſanctiſſimus, apprimèque doctus, ac omni virtutum genere ornatus: qui Guardianus Conuent. S. Bernard. Cracouienſis exiſtens, Tertiariam ſororem Franciſc. ab oculi cæcitate, ſuis ad Deum precibus, liberauit. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouin. Poloniæ. ann. 1480. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap 31. Vadinghus tom. 6. ad ann. 1463. §. 119. & tom. 7. ad ann. 1482. §. 69.

B. Bernardini à Feltro, Confeſſ. [c]] Duxit originem B. hic Pater, ex Foro oppido, vulgò *Feltro*, in Marchia Treuiſana Italiæ Regione, vnde dictus eſt *Feltrenſis*: ann. 1439. vocabatur etenim Bernardinus *Tomitanus*, cognomento *Paruulus*. Ad feruentiſſimas B. Iacobi *Picentis* conciones compunctus, Franciſcanum de manibus eius habitum ſumpſit ann. 1456. moxque ſub B. P. Sixto *Mediolanenſi*, ipſius inſtructore, morumque Magiſto, tantoperè profecit, vt breui, in maximum perfectiſſimumuè virum, euaſerit. Ab incunabulis valens ingenio, bonarum litterarum tam peritus enituit, vt æqualem videretur habere neminem: ſed & eloquio ac dicendi facundia pollens, diſertiſſimus Concionator, atque cæterorum omnium ſui temporis prædicatorum facilè princeps extitit. Magno quidem ſpiritus feruore & zelo verbum Dei nuntiabat, ſed ſermo eius prudentia, humilitate, ac deuotione erat conditus: huicque operi ſic incumbebat, vt ſæpè quater in die vna concionaretur. Illo Vincentiæ Concionante, viſos in aëre Angelos plures quàm eſſent in terra homines, qui attentè audiebant verbum Dei teſtatum eſt. Affabilis erat in conuerſatione, benignus, & honeſtus. Mirum! quanta bona exindè prodierint. Nam iurgia ſedabat, dirimebat lites, diſſidentes pacificabat: & peccatores inducebat ad pœnitentiam. Sacramenta Confeſſionis & Euchariſtiæ frequentabantur, vanitates, ac ſuperflua ludicra foras extrudebantur: dabat vitium virtuti locum. Tanta deuotione, in eum cunctus populus, vbique locorum, irruebat; vt certatim omnes ipſum attingere exoptarent, manuque tangere. Nec vanè, cùm quicquid vir Dei manu tetigiſſet, mira operandi virtute protinùs è cœlo conſequeretur. Hinc, pro certo §. 3.

creditur, oraculum à S. Bernardino Senenſi Peruſiæ ac Florentiæ olim ſermocinante editum, in ipſo fuiſſe completum: aiebat enim, *Veniet poſt me quidam alius ſimilis mei Bernardinus, cùm maior aderit neceſſitas: ipſum audite, &c.*

§. 4. Verùm, etſi tot taliaque operaretur, grauiſſima tamen libenter pertulit pro Chriſto ac veritate, opprobria; dùm è Venetia, Florentia, Peruſiaque violenter expulſus; à ſæcularibus & nonnullis Eccleſiaſticis, iniuriam ignominiamque ſibi illatam, patientiſſimè & cum ſilentio accepit ac ſuſtulit. *Pietatis montis* erectio atque inſtitutio, pauperibus quidem ſubueniendis peropportunum remedium, iure illi debetur: hocque pientiſſimum opus Patauij erexit ann. 1491. ob cuius etiam cauſam, non aſpernanda perpeſſus eſt incommoda. Silentium, ſolitariumque locum colebat. Fratrum frequentationem, & ſæcularium familiaritatem, maximè verò mulierum viſitationem, declinabat. Diſciplinis, orationi, & lachrymis iugiter vacabat. Singularem gerebat deuotionem erga B. Iacobum *Picœntem*, S. Ioſephum, Virg. Mariæ digniſſimum ſponſum, & ipſam Deiparam: in cuius honorem quotidiè Coronam, ſeu Roſarium recitabat. Ieiunia exactè, abſque vlla exceptione, ſeruabat: nunquam equo inceſſit, ſed ſemper nudis pedibus iter conficiebat, nec ſandalia, nec ſotulares ligneos deferens. Ciborum parſimonia delectabatur: paupertatem ſummè amplectebatur, & mira Dei virtute quamplurima prædicebat futura. Ad vltimum, lecto decumbens, Ticini huic ſæculo valedixit, migraturus in cœlum, ann. 1494. In profeſto. S. Michaëlis Archangeli, die Sabathi, atque Dominica ſequenti, apud Conuentum S. Iacobi, ſolemni cum funerali pompa, aſtante ſibi vniuerſa Papienſi ciuitate, honeſto in loco ſepultus eſt, ante & poſt mortem miraculis clariſſimus: cuius rei maxima eiuſdem populi Ticinenſis ad eum deuotio, frequentiſſimuſque concurſus, patentiſſimum reddunt teſtimonium. Edidit Conciones nonnullas vernaculè de Perfectione vitæ Chriſtianæ eruditas. De cuius inſigni doctrina, & mira dicendi eloquentia *Leonicus* Venetus vates egregius ita cecinit.

Fulmine qui quondam præcordia dura ſolebas
Rumpere, & eloquio mollificare ſacro.
Bernardine, decus Feltrinæ & gloria gentis:
Da quoque nunc precibus tèdere ad aſtra tuis.
Nec tibi diſpliceat, quod ſis tibi corpore paruus:
Hortulus iſte breuis mitia poma gerit.

§. 5. Ipſius præclaras res geſtas deſcribunt B. Bernardinus de Buſtis, in ſuo Mariali, part. 1. ſerm. 6. de Concept. Virg. Mariæ part. 3. & ſerm. 9. part. 3. ibid. Item in Roſario Quadrageſimali, ſerm. 3. in Dominica Quinquageſimæ part. 3. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 3. lib. 7. cap. 21. 22. 23. 24. & 25. Toſſinianus lib. 1. & 3. Hiſtor. Seraph. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. & in viris illuſtrib. Doctrin. item part. 2. in Conuentu 12. & 27. Prouinc. S. Antonij in Conuentu 47. Prouinciæ Genuenſ. in Conuentu 6. 17. & 21. Prouinc. Tuſciæ in Conuentu 6. Prouinc. Bononienſ. in Conuentu 1. Prouinc. Mediolanenſ. in Prouincia Bohemiæ. Item in Monaſteriis 9. & 12. præfatæ Prouinc. D. Antonij. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera *Bernardinus Tomitanus*. Wadinghus tom 1. ſup. ad annum 1212. §. 14. & tom. 5. 6. & 7. ex Cimarella 4. part. Chronic. lib. 6. cap. 2. 5. & Picque. in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Sedulius Commentar. ad vitam S. Franciſc. cap. 3. §. 8. Rubeus lib. 7. hiſtor. Rauennat. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1491. §. 1. & ann. 1494. §. 41. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Petrus de Salazar. lib. 1. Chronic. hiſtor. Prouinciæ Caſtellæ cap. 27. Volaterranus lib. 21. Antropolog. Titul. de Eremitis. Stephanus Breuentus lib. 3. cap. 2. hiſtor. Papienſ. Ferrarius in noua Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. *Papia* & in ſuo Martyrologio, 29. & 30. Septemb. vbi mendosè legitur diem obiiſſe, ann. 1564. pro 1494. Gononus In Chronic. SS. Deipar. ſæcul. 14. ad ann. 1480. Guſlenus, & Marianus in vita eius & Thielmanſ. tom. 1. vitar SS. Seraphic. Ordin.

Beati Ioannis à Campo-Baſſo, Confeſſoris. [d]] Iſtius miminit Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 6. cap. 31. Frater erat B. Franciſci *Thomacini*, Confeſſoris: qui cùm in oratione poſitus, raptus eſſet in extaſim, vidit animam fratris ſui chariſſimi glorioſè, magnoque cum triumpho deferri in cœlum. Hunc arbitror nondum profeſſionem in Religione emiſiſſe: maximè cùm ipſe B. Franciſcus *Thomacinus*, viſionem præfatam de eo habuerit, in itenere, quo pergebat ad eum inuiſendum, paucis interiectis menſibus à ſuſcepto Religionis habitu; eo enim tempore è vita deceſſerat B. Ioannes adhuc (vt opinor) Nouitius. §. 6.

B. Angeli à Ioyeuſa, Confeſſoris [e]] Naſcitur ann. 1563. ex illuſtriſſimis atque piiſſimis parentibus in Gallia, atque in Baptiſmate *Henricus* vocatus eſt. Adoleſcens factus, vxorem duxit nobiliſſimam: ex qua filiam vnicam genuit, nomine Henricam, quæ poſtea nupſit Henrico Borbonio, Duci Montiſpenſeri, Regio ſanguine oriundo: ex quibus vnica progenita filia, deſponſata eſt Ioanni Baptiſtæ-Gaſtoni, Duci Andegauenſium, nunc verò Aurelianenſium, Henrici IV. Gallorum ac Nauarræorum Regis Chriſtianiſſimi filio, atque Ludouici XIII. cognomento *Iuſti*, nuper è viuis ſublati, Fratri vnico: cui & filiam etiam vnicam peperit. Beatus itaque *Angelus*, ſic nuncupatus eſt, dùm ingenti ſpiritus feruore repletus, mundo valedicens ac pompis, eiuſque illecebris penitus abiectis, ſacrum Seraphici Patris Franciſci Ordinem profeſſus eſt inter RR. PP. Capucinos: vbi tot, tantiſque eluxit virtutibus, vt proinde meritò creditus ſit ab omnibus iam beari in cœlis, quem præclara virtutum opera illuſtrarunt in terris. Sanctiſſimè obiit apud oppidum, Italicè *Riuoly* nuncupatum, duabus leucis ab vrbe Taurina diſſitum: in Conuentu PP. Capucinorum eiuſdem loci. Anno Chriſti 1608. ætatis ſuæ 46. die 28. Septemb. cuius corpus inde Lutetiam Pariſiorum allatum, condigno honore ſepultum eſt ante altare maius Eccleſiæ PP. Capucinorum Conuentus S. Honorij. Cuius Epitaphium eſt; §. 7.

Hoc tumulo condita ſunt oſſa R. Patris Angeli de Ioyeuſe, olim Ducis, Paris, ac Mareſchalli Franciæ, & in Prouincia Occitaniæ Proregis; Qui in ipſo ætatis flore, vt totum ſe Chriſto addiceret, tot honores & opes abiecit: & Ordinem Capucinorum ingreſſus, in eo vitæ reliquum tranſegit, ſingulari pietatis & humilitatis exemplo: in quo tandem obijt, cùm pro ſecunda vice eſſet Prouincialis Prouinciæ Franciæ, & Diffinitor Capituli Generalis, anno

Digitized by Google

anno Chriſti M.DC.VIII. 4. Calend. Octobr. Henrica Henrici Montiſpenſerij Ducis vidua, Patri Chariſſimo mœrens poſuit.

§. 8. Vitam eius copioſè deſcripſerunt Brouſſeus, Hilarion Coſteus lib. 3. hiſtor. Catholicæ, §. 689. & Blancona, in fine 4. part. Chronic. Minor. Barezzus ibid. Gabriel *Chappuys*, Turonenſis, Regius Hiſtoriographus, illi adhuc viuenti dicauit, ann. 1587. Traductionem Gallicam libri, cui Titulus eſt, *Methodus ad ſeruiendum Deo*: vbi heroicas eius virtutes graphicè perſtringit. Iacobus Moritius verò, Carthuſianus Pariſienſis, ipſi dicauit ann. 1588. verſionem Gallicam libri *Profectus ſpiritualis*. Humblotus eo mortuo, funebrem edidit orationem. Illius item meminerunt, Marquiſius, in Appendice ad Chronograph. Genebrardi, ann. 1608. Brulius libro tertio Antiquit. Pariſ. pag. 935. Carolus Saulſeyus, lib. decimo ſexto Annal. Eccleſiaſt. Aurelian. §. 16. Ioannes Baptiſta à Peruſio, in Prologo ad vitam B. Fœlicis Capucini. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 17. in SS. & illuſtribus viris. Charron. in hiſtor. General. Gallic. cap. 151. & 152. Richeomus libr. 7. Idololatr. Huguenot. cap. 16. Andræas Sauſſayus tomo 1. Martyrolog. Gallicani. 21. Septembr. ſed mendoſè. Haræus tom. 3. Annal. Brabantin. ad ann. 1599. in fin. Bouerius tom. 2. Annal. Capucinor. ad ann. 1608. Corbinus lib. 8. S. Franciad. pag. 187. referens Cambериaci ad corporis eius cótactum Paralyticum eſſe ſanatum. Friſonus lib. 4. Galliæ purpuratæ, pag. 646.

B. Mariæ Monachæ, Virg. i] Vitam eius admirandam refert Blaſius Laghina, in ſuo Memoriali, & Marianus libro 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 27. obiit ann. 1573. Tribus eminebat ſurculis virtutum, oratione, humilitate, & patientia: ſimplicitate verò innocentiæ incomparabili erat: nec eam vnquam peccaſſe lethaliter aſſeritur. Thielmanſ. tom. 2. vitar SS. Seraph. Ordin. §. 9.

TERTIO KALENDAS OCTOBRIS.

ASſiſij in Vmbria, Beati [a] Guidonis, Confeſſoris: qui generis ſui alta deſpiciens, mundique & carnis contemptis illecebris, Chriſto ſanctiſſimè inſeruiit. Leopoli in Ruſſia, Beati [b] Ioannis de Ducla Confeſſoris, virtutibus & gratia ſanitatum conſpicui. Palci, propè Pratum in Tuſcia, Beati [c] Angeli de Florentia, Confeſſoris: miræ pietatis & charitatis viri. Vratiſlauiæ in Sileſia, Beati [d] Alexandri Iauorenſis, Confeſſoris: qui in Prouincialatus munere agendo, manſuetudine, conſilio, & Religione excelluit, & ſancto fine quieuit. Valentiæ in Hiſpania, Beati [e] Antonij Nugnez, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, multorum corda hominum conuertit ad Dominum, & clarus meritis, Regna cœleſtia petiuit. Apud Tordeſyllarium in Palentino territorio oppidum, Beatæ [f] Ginebræ à Fonſeca, Virginis: quæ nobili genere nata, ſumma Regulari obſeruantia ac vitæ auſteritate emicuit.

SEPTEMBRIS XXIX.

§. 1. B. *Guidonis, Confeſſ.* [a]] Hic Montiſ-Feltrij & Vrbini Comes, cùm eſſet: vir militaribus Imperiis, & gloria vbique florentiſſimus, ad 15. Calend. Decemb. die. D. Gregorij Taumaturgi, Ordinis Franciſcani habitum, ex mutuo vxoris aſſenſu, induit, Anconæ, ann. 1296. & quam in omni actione expediti, præſtantiſque viri perſonam præ ſe tulerat, eam in tanta morum ac vitæ diuerſitate egregiè præſtitit. Indè Aſſiſium profectus, illic in profunda humilitate, & continua oratione laudabiliter conuerſantem, dies ſuos abſoluiſſe, hac die, ann. 1298. ſcribunt Marianus lib. 2. cap. 12. Iacobus Peruſinus in Chronicis Antiq. Odoricus tom. 4. Annalium Eccleſiaſticorum ann. 1296. §. 2. 3. 4. ex Friderico, Comite Vbaldino. MS de viris Illuſtribus. In *Bonifacio & Guidone*. Rubeus lib. 6. hiſtor. Rauennat. ad ann. 1295. 1296. & 1298. Bzouius ad ann. 1297. numer. 12. qui mendoſè vult eum Ordinis Sanctæ Trinitatis habitum induiſſe: cui optimè reſpondet Wadinghus tom. 2. Annalium Minorum ad ann. 1296. §. 8. 9. 10. 11. & 12. & tom. 5. ann. 1415. §. 13. vbi etiam refellit deliramenta à Dante poëta, lib. 1. cantu 27. & eius Commentatore Landino conficta, contra honorem ipſius B. Guidonis. Valde ſuſpicor hunc eundem eſſe cum eo B. Roberto Comite, Guidone de *Battifole*, cuius meminit Wadinghus tom. 3. ann. 1315. §. 1. quo vult hunc obijſſe.

Beati Ioannis de Ducla, Confeſſoris. [b]] A *Ducla*, ſeu *Dualepolitanus* cognominatus eſt: Obiit ann. 1484. omni virtutum genere, & mortuus miracula edidit: nam honeſtam matronam, ſibi peccata confiteri aſſuetam, ab oculorum cæcitate, qua per decennium laborauerar, ſuis meritis liberauit, & plurimos infirmos ſanitati reſtituit. Quamobrem eius oſſa, poſt plurimos annos, Prouinciæ Poloniæ Miniſtri mandato exhumata, honeſto loco, inter duos parietes, recondita ſunt in Conuentu S. Andrææ Leopplenſi, qui eſt 9. Prouinciæ Poloniæ. Agunt de eo Gonzaga ibid. part. 2. Orig. Seraphic. Relig. Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 29. & lib. 8. cap. 35. Daça 4. part. Chronic. Minor. libr. 1. cap. 42. Rapinæus in hiſtor. general. Orig. Recollector. introduct. part. 1. §. 4. ex Libello Neapoli impreſſo, apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli ann. 1616. quo conſtat, proceſſus fieri authoritate Apoſtolica, pro eius canonizatione. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1465. §. 14. & tom. 7. ad ann. 1484. §. 24. & ſeq. idem confirmat. §. 2.

Beati Angeli, Confeſſoris [c]] Haud pauci connumerantur Patres Palci propè Pratum Hetruriæ oppidum, ſepulti; qui vocationi ſuæ reſpondentes, maximam apud Deum & homines laudem adepti ſunt. Horum §. 3.

Digitized by Google

anteſignanus fuit inſignis Pater B. Angelus de *Florentia*; cuius gratia in ſolandis afflictis, ſacriſque confeſſionibus excipiendis, vix explicari poteſt. Vide Gonzagam 2. part. ſup. in Conuentu 20. Prouinc. Tuſciæ. Wadinghum tom. 5. ſup. ann. 1439. §. 65. & 1447. §. 39.

§. 4. *B. Alexandri, Confeſſ. d*] Hic eſt, qui dùm Guardianus eſſet Conuentus S. Bernardini Vratiſlauienſis, recepit ad Ordinem Reuerendiſſimum Ioannem Olomuczenſium Epiſcopum, ipſo die Pentecoſtes, ann. 1492. Bis Prouincialatus officio functus eſt: primò enim electus eſt in Conuentu Brunenſi, deinde in Conuentu Olomuczienſi, ann. 1485. Tandemque Vratiſlauiæ obiit anno 1494. Piiſſimus erat, & admirandæ Religionis vir, conſilio ita pollens, vt propterea Prouinciæ Magiſter meruerit appellari. Hæc ex Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu 2. 3. 4. Prouinc. Bohemiæ, & Wadingho ſup. tom. 6. ad ann. 1453. §. 50.

§. 5. *Beati Antonij Nugnez, Confeſſ.* [e]] Theologus erat, ac Concionator egregius, vitæque exemplaris; pius, humilis ac modeſtus. Pœnitentiæ operibus, & corporis macerationibus inſiſtebat: iugiterque ad carnem cilicium ex cortice cuiuſdam herbæ aſperrimæ compactum, deferebat abſconditum: femoralibus etiam huiuſmodi materia contextis, (quod mirandum eſt) vtebatur. Sua feruenti ad Deum oratione Dæmonem ex Eccleſia fugauit: dùm præ ſenectute à celebratione Miſſæ ceſſauit, quotidiè ſacram Communionem (vt piæ ſuæ deuotioni fieret ſatis) ſumebat. Cernens Melitam à Turcis expugnari, maximo dolore afficiebatur, ſed D. Iacobus Apoſtolus ſibi apparens, promiſit omne auxilium fauoremque obſeſſis, inimicis autem excidium: quibus verbis, haud modicam cœpit lætitiam. Præcipua veneratione colebat S. Michaëlem, cæleſtium ſpirituum Ducem ac Primatem, qui ei diem obitus prædixit futurum in die ſui ipſius feſto, quod & accidit, ann. 1585. in Conuentu Sancti Franciſci Valentiæ. De eo agit Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 8. capite 37. & 78. Daça ibid. lib. 3. cap. 75.

B. Ginebra à Fonſeca, Virginis. f] Vocata eſt *Ginebra*, ſeu *Iunipera*, Clariſſimis orta natalibus, & in- §. 6.
culpatiſſimæ vitæ ſoror: quæ nedum orationi inſtantiſſima fuit, cùm à Matutinis numquam lectulum repetierit, ſed & quod ſibi vitæ, ab ingreſſu Religionis reſiduum fuit, id in perpetuo ieiunio, atque carnis maceratione tranſegit: quamobrem plurimis prærogatiuis, hiſque maximis, à Deo cumulari meruit. Claruit circa ann. 1565. apud Monaſterium Sanctę Claræ Tordeſyllarum, quod eſt 1. Prouinc. Conceptíon. Virginis. Illius meminerunt Gonzaga 3. part. ſup. in eodem Monaſterio: & Barezzus ſup. lib. 4. cap. 43. ac Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 42. Wadinghus ſup. tom. 4. ad ann. 1365. paragrap. 12.

PRIDIE KALENDAS OCTOBRIS.

AQuilæ in Veſtinis Beati [a] Iuliani Alemanni, Confeſſoris, miræ abſtinentiæ viri: qui oratione, & ardentiſſima charitate erga proximorum ſalutem conſpicuus, ſignis etiam admirandis eluxit. In Mexico, Beati [b] Antonij de Nueta, Confeſſoris: qui generis nobilitate & eruditione pollens, humilitatem, animi ſinceritatem, ſpirituſque feruorem, ac pietatem maximè coluit. Ibidem Beati [c] Ioannis Fucheri, Confeſſoris, & Doctoris egregij: qui ſingulari eruditione Indiæ populos inſtruxit, & humilitate, pietate, atque obedientia multùm enituit. Louanij, in Belgio, Beati [d] Mathiæ Feliſij, Confeſſoris: qui Lectoris Theologiæ, ac Prouincialis Miniſtri muniis pręclarè functus, mira deuotione, & ſpiritus feruore, ac dono lachrymarum exornatus eſt, & ſanctiſſimè in Domino obdormiuit. Piſauri in Picœno, Beatæ [e] Fœlicis à Meda, Virginis, Abbatiſſæ: ſpiritu prophetico, ac miraculorum gloria inſignis.

SEPTEMBRIS XXX.

§. 1. *BEati Iuliani Alemanni, Confeſſ.* [a]] Vitæ auſteritate claruit: nam per annos quadraginta vino abſtinuit, pane & aqua, cum quibuſdam leguminibus, contentus. Vicarius Prouincialis, Prouinciæ Sancti Bernardini extitit: qui cùm ad id munus iterum deligeretur, conſtantiſſimè recuſauit. Sæcularium confeſſiones ingenti charitate audiebat, & maximo cum fructu pœnitentes excipiebat, conuertebatque: non tamen, ob id, minus idoneus erat ſuis particularibus, piiſque exercitiis ſpiritualibus, nec propterea recedebat tantillum ab oratione, ſeu rerum cœleſtium contemplatione & colloquiis diuinis. Quare plenus dierum & virtutum, obdormiuit in Domino, anno Chriſti 1486. ætatis ſuæ 76. apud Conuentum S. Bernardini, Aquilæ, qui eſt 1. præfatæ Prouinciæ vbi coruſcat miraculis. Ipſius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chron. Minorum lib. 7. cap. 4. (poſt B. Bernardinum à *Foſſa*, Aquilanum) & lib. 9. cap. 47. Marianus. lib. 5. cap. 49. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1486. §. 3.

B. Antonij de Nueta, Confeſſ. [b]] Nobilibus paren- §. 2.
tibus natus eſt, filius quippe erat Alphonſi Aluarez *Carillo*, viri illuſtris. Salmanticæ iuuenis Iuri Pontificio operam dedit, Doctoratuſque gradum inibi accepit. At mundi vanitates, & ſęcularia deſideria, opumque iactantiam pro Chriſto contemnens, D. Hieronymi, quem pręcipuè colebat, habitum in Zamorrenſi Sanctæ Marthæ cœnobio ſuſcepit; abdicatoque, humilitatis cauſa, gentilitio nomine, *De Nueta* (loco ſuæ natiuitatis) in poſterum dictus eſt Poſt annos aliquot ibidem, magno probitatis exemplo tranſactos, fama permotus ſingularis obſeruantię, qua

Digitized by Google

qua Minores Fratres Diſcalceati, Prouinciæ Angelorum, in monte Mariano, florebant, habita prius à ſuperioribus facultate, Franciſcanum inibi habitum ſuſcepit. Sed cùm maiora ſemper & perfectiora in Religione ſpectaret, quo tempore 12 illi viri Apoſtolici, in noua Hiſpania admirandis virtutum monumentis, Sancti Euangelij Prouinciam fundabant, eò ſe cum B. Franciſco de *Teſtera*, ann. 1542. contulit. Verùm, cùm Indorum idioma ignoraret per 24. annos, quibus nouam Hiſpaniam incoluit, apud Mexicanum Conuentum ſemper moratus eſt: indefeſſus planè Hiſpaniarum confeſſarius, ab omnibuſque, propter demiſſionem animi, bonitatem, ſinceritatem, mirum in modum dilectus.

§. 3. Quod ab operibus charitatis vacabat tempus, precibus impendebat, in quibus ita vehementer inflammabatur, totque lachrymas effundebat, vt quem occupabat in choro locum, irrigatum ſemper eis relinqueret. Colebat mirificè diuinum Doctorem Hieronymum, cuius ſolemni die, & natus eſt: & eius habitum ſuſcepit, & ex hac vita calamitoſa migrauit. Cùm enim nulla præceſſiſſet ægritudo in Sancti Michaëlis Archangeli die, finitis veſpertinis precibus, in domum infirmorum ſe contulit, valetudinem tantiſper prætendens: poſtulatiſque & acceptis ea nocte diuinis omnibus Sacramentis: ea ipſa hora animam exhalauit, qua Diui Hieronymi Miſſa celebrabatur. Illa autem expleta, cum mors eius populo innotuiſſet, omnes protinus illuc accurrentes, ſummè exoptabant; vt & viderent iam vita functum, & aliquid veſtium eius acciperent ob eximiam, quam de eius ſanctitate opinionem, conceperant: atque ita honorificè conditus eſt in Conuentu Mexicano, ann. 1565. De eo agunt Gonzaga Originis Seraphic. Relig. part. 4. in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinciæ Sancti Euangelij. Barezzus part. 4. Chronicorum Minorum lib. 4. cap. 34. Rapinæus in Hiſtor. General. Originis Recollectorum Decad. 7. part. 3. paragrapho. 1. pag. 370. Marianus libro ſecundo, capite 39. Chronicor. ſtrictior. Obſeruant. Reformat.

§. 4. *Beati Ioannis Fucheri, Confeſſoris.* [c] Gallus erat natione, qui nouam Hiſpaniam ex Aquitaniæ Prouincia profectus eſt, Doctor prius Cæſareus, ſuſcepto habitu, Theologiæ egregiam operam dedit, ac in ſacris Canonibus etiam ſingulari eruditione fuit. Pluſquam 40. annis, quos illis in regionibus expendit, magnam omninò lucem earum Eccleſiis attulit: vt ore cuiuſdam Patris Auguſtiniani illic agentis, tale teſtimonium acceperit: *Siquidem mortuus eſt Fucher, in tenebris omnes verſabimur.* Sui inſtituti fuit Obſeruantiſſimus, Superioribus ſuis mirum in modum extitit obediens, humilitatemque mirificè coluit: nec à chori miniſteriis vnquam ſe ſubduxit, quin ad Matutinas preces, cùm aliis recitandas conueniens, abſolutis ad tertiam vſque horam in choro permanebat. Sanctiſſimè obiit in Conuentu Mexicano, qui eſt 1. Prouinciæ Sancti Euangelij, floruit circa ann. 1560. Reliquit ſuæ in Indos beneuolentiæ, miraculorum, & ſpectatæ doctrinæ non pauca monimenta: maximi apud illos æſtimata; quorum ſeriem recenſent Gonzaga 4. part. ſup. in hoc Conuentu. Barezzus ſup. lib. 5. capite 22. ad annum 1570. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera I. Hilarion à Coſta lib. 1. Hiſtor. Catholic. pag. 115. Rapinæus ſup. Decad. 7. part. 3. §. 8. Marianus lib. 2. cap. 21. Foderetus in Deſcriptione Conuentus Montis - Luçonis, pag. 702. cuius erat alumnus, ab eo cognominatus *Francherus*. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 31.

B. Mathiæ Feliſii, Confeſſoris. [d] Hic Belga, *Bronershauius*, fuit Theologiæ Lector, poſtea Miniſter Prouincialis, qui nedum biennio ſui miniſterij expleto, cum omnium Patrum mœrore ac lachrymis, huic mundo ſubducitur, quòd eo dignus non eſſet, maximo ſui deſiderio ſuis derelicto; cui inſignis pietas, & elegans morum forma, probatiſſimi viri nomen conciliauit. Nam cum tanta dulcedine, ac ſingulari ſpiritus feruore ſuos exhortabatur, vt eius eloquia, medullas cordis penetrantia, non aliter quàm Spiritusſancti per os eius manifeſtè loquentis excipiebantur; ſed & diuina faciens ſic lachrymis iugiter perfundebatur, vt ſpiritus pietatis, qui erat in eo, latere non poſſet. Nonnulla lectu digniſſima edidit opera, moritur ann. 1575. chorumque Louanienſem ſuo funere cohoneſtauit. Agunt de eo Gonzaga ſup. part. 1. vbi de viris huiuſce Ordinis doctrina illuſtrib. Item part. 3. in Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinciæ Germaniæ Inferior. Barezzus ſup. lib. 7. capite 12. Vvillotus ſup. littera M. Toſſinianus lib. 3. Hiſtor. Seraph. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. §. 5.

B. Fœlicis à Meda, Virg. [e] Cùm ipſa virgo, vtroque charo nobilique orbata parente Mediolani remanſiſſet, alteri eius vterinæ ſorori, atque cuidam Germano fratri, vt bonis communibus, piis locis pauperibuſque erogatis, Religionem ingredi vellent, ſuaſit. Effecto itaque illo Franciſcano, iſtæ Clariſſarum habitum in ſacro-Sanctæ Vrſulæ Monaſterio Mediolani induerunt ann. 1400. In quo eius ſoror quatuor tantum annis ſuperuixit. B. verò Felix 25. annis continuis ſimplicem Monialem, ſtrenuè egit. Quæ tanto ſpiritus feruore, ſpiritualibus exercitiis, & mortificationibus corporis, iugiter operam dedit, vt cæteris ſtuporem haud modicum incuteret. Nudis pedibus incedebat, ieiuniis omninò addicta erat: Diſciplinis quotidianis corpus ſuum edomabat, cilicium ad carnem deferebat; orationi ſine intermiſſione vacabat: Mandatis Prælatorum prompto animo parebat, eaque omni cum humilitate, ac ſubmiſſione exequebatur. Viliora infimaque Monaſterij munia ampliori diligentia & gaudio opere complebat, ſeipſam deſpiciebat, & corpus ſuum nimia auſteritate tractabat. Sæpè à Dæmonibus, variis tentationibus ac ſpectris, & illuſionibus exagitata eſt: ſed oratione, ſeu aqua benedicta, protinus ea omnia fugabat. §. 6.

His, aliiſque virtutibus rutilans, Abbatiſſa, licet inuita, præficitur ann. 1425. Quod onus per annos 15. tanta cum humilitate, ac vitæ optimæ exemplo exercuit: vt illius fama confeſtim per Italiam euolarit. Cùmque illuſtriſſima Baptiſta Malateſta, eiuſque filia Eliſabetha, Sanctæ Claræ Monaſterium de Corpore Chriſti, Piſauri erigerent, illudque piis, optimiſque ſororibus iuſtructum exoptarent; B. hanc Fœlicem à Miniſtro Generali, Guilielmo, anno. 1439. impetrarunt. Cuius præcepto obſequutura pia ſoror Piſaurum ſe tranſtulit: huiuſce loci primam Abbatiſſam per integrum quadriennium egit. In quo & præfatæ illuſtriſſimæ Eliſabethæ ſanitatem ſuis precibus ſemel à Domino obtinuit: & plurima adhuc ventura, quæ tamen certiſſimè poſtea acciderunt, Prophetico ſpiritu prædixit. Quo tandem quadriennio elapſo; anno 1444. animam cœlo reddidit, plurimiſque miraculis claruit. Quapropter ex communi Sarcophago exhumata, honeſtiſſima quadam in arca §. 7.

Digitized by Google

recondita fuit: in qua integra omninò ſtans, atque incorrupta plurimis diebus in Sacriſtia perſeuerauit. Eius ſimul poſtea ac B. Seraphinæ à *Columna*, corpus, ex Sacriſtia ad bina mauſolæa ex Marmore in arcum, ad vtrumque chori latus, affabrè ædificata, propriiſque ſumptibus abſoluta, transferri curarunt illuſtriſſimi Guidobaldus, eiuſque legitima vxor Victoria *Farneſia*, Vrbini pientiſſimi Duces. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronicorum Minorum lib. 2. cap. 21. Gonzaga 2. part. ſup. in præfato Monaſterio, quod eſt 13. Prouinciæ Marchiæ. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphicæ ann. 1445. Iacobillo de SS. Fulginatib. ſub 22. Iulij. Ferrario in ſuo Martyrologio, hac die vltima Septemb. Valerio de SS. Fœminis Ordinis Minorum lib. 2. cap. 15. Vvadingho tom. 5. ſup. ad ann. 1412. §. 6. & 1425. §. 25. 1439. §. 49. & ſeq. 1444. §. 59. & ſeq. Item tom. 7. ad ann. 1478. §. 64. & 65. ex Mariano. lib. 4. cap. 19. Auguſtino Gallucio, in vita eius.

OCTOBRE

OCTOBER

Kalendis Octobris.

IN Iudæa, apud Montem Sion, paſſio Beatorum [a] Duodecim Fratrum; qui capti à Sarracenis, & in tetrum carcerem coniecti, ibidem opprobriis, cruciatibus, aliiſque ęrumnis ob Chriſtianam fidem conſtantiſſimè diu toleratis, necantur. Rhemis in Gallia, Sancti [b] Remigij Epiſcopi & Confeſſoris: qui gentem Francorum conuertit ad Chriſtum, Clodoueo ipſorum Rege, ſacro fonte baptiſmatis, & fidei Sacramentis intincto: & cùm annos ſeptuaginta in Epiſcopatu expleſſet, ſanctitate & miraculorum virtute conſpicuus deceſſit è vita. In Armenia, Beati [c] Ioannis, Regis Armeniæ, qui Regio Diademate dimiſſo, magna cum pietate habitum Seraphicæ Religionis ſuſcipiens, veſtigia Beatiſſimi Patris Franciſci ad amuſſim ſecutus eſt, ac ſancto fine quieuit in Domino. Apud Cadafalium Hiſpaniæ oppidum, Beati [d] Franciſci ab Oliua, Confeſſoris: qui Prouincialatus Miniſterio functus, magna ſanctitate emicuit. Granatę, Beatæ [e] Ludouicę à Cruce, Viduæ: generis nobilitate, ac Monaſtica Obſeruantia illuſtris: quæque in Abbatiſſam electa, charitati, humilitati, pœnitentiæ, atque rerum cœleſtium meditationi iugiter adhęſit.

OCTOBRIS PRIMA DIES.

§. 1. *BEATORVM Duodecim Fratrum.* . [a]] Horum illuſtre Martyrium contigit circa annum Domini 1367. tempore Generalatus R. Patris Thomæ de *Ferigano*, Prouinciæ Bononienſ. Illius meminerunt Firmamentum trium Ordin. D. Franciſci tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub 24. Miniſtro Generali. Speculum Fratrum Minorum ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. Chronicar. Franciſc. lib. 9. cap. 26. parag. 2. Wadinghus tom. 4. ann. 1369. parag. 10. Salazar lib. 2. Chronic. Prouinciæ Caſtellæ, cap. 9. Sanctus Antoninus 3. part. hiſtor. Titul. 24. cap. 9. parag. 21. qui de hiſce Martyribus ait *Huius Generalis tempore, Duodecim Fratres, qui habitabant in Monte Sion fuerunt capti per Sarracenos, cum multis Chriſtianis, & martyrio coronantur.* Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 14. & Marianus lib. 5. cap. 1.

§. 2. *S. Remigij, Epiſcopi* [b]] Copiosè agunt de eo ſanctiſſimo Archipræſule, Baronius in Notis ad Martyrologium Roman. Sauſſayus ibid. in Martyrologio Gallicano; hac die, & alij permulti. In vniuerſo autem Ordine noſtro Seraphico, feſtum eius ſemper ſeruatum eſt ritu ſimplici: in Gallia verò maiori ſolemnitate celebratur, vti legimus apud Firmamentum trium Ordinum Minor. part. 3. in Ordination. Diuini Officij: vbi de feſtis ſolemnibus, hiſce verbis. *Alia quædam ſunt feſta ſolemnia, in aliquibus territoriis, & patriis, vt eſt Feſtum S. Remigij Epiſcopi & Confeſſoris, in Regno Franciæ, præſertim in Epiſcopatu Rhemenſi, & aliis Epiſcopatibus & patriis adiacentibus vbi tale Feſtum veneratur ac nominatur, &c.* nec abs re, quandoquidem per eum Deus ingentia huic Chriſtianiſſimo Regno contulerit beneficia (præter illud cœleſtis Balſami Simpulum, quo fœlicius atque ſacratius inunguntur Galliarum Monarchæ) & apud nos Francorum *Apoſtoli*, & *Baptiſtæ* glorioſi nomen adeptus ſit. *Quia etſi* (ait D. Leo IX. Papa) *aliis gentibus non ſit Apoſtolus Francis tamen proprius eſt. qui ſunt primitia Apoſtolatus eius in Domino.* Quòd Ioannes *Morellus*, Scholæ Rhemenſis in Academia Pariſienſi Moderator, præclaro encomio cecinit, in ſuis Hymnis ſacris, & poëmat.

Digitized by Google

DE SANCTO REMIGIO RHEMENSIVM ARCHIEPISCOPO, & Francorum Apoſtolo.

Hymnus I.

§. 3. *Magne Confeſſor, Domini Sacerdos,*
Pontifex ingens, pariterque Francûm,
Remigi, Doctor, veneranda ductor
Huius ouilis.
Stirpe præclara genitus parentum,
Iam puer lactens operum patrator
Mirus, edebas manifeſta vitæ
Signa futuræ.
Cruda te quamuis prohiberet ætas,
Vita maturos imitata canos
Præſulem Remis dedit, & propheta
Viſio cæci.
Turba miratur grauiter docentem,
Lacteum linguæ fluuium diſertæ
Haurit attenta Clodouæus aure:
Credit & vltrò.
Fonte credentem lauis hunc ſalubri,
Aulicos vnà, variaſque gentes:
Regiam frontem, ſcapulaſque ſacro
Chriſmate ſignas.
Ales è cælo tibi deuolauit,
Vaſculum geſtans oleo repletum,
Quæ foret iugis quoque poſterorum
Vnctio Regum.
Quem prius cryptis tenebriſque tectum
Infrequens Gallus timidè colebat:
Cœpit hinc montes habitare, & aras
Chriſtus apertas.
Tu tuos Remos, age, remigantes
Adiuua, mundi freta per ſonora,
Et laborantes valido lacertos
Robore firma.
Sit Deo ſemper, ſit vbique ſoli
Summa maieſtas, ſit honor ſupremis,
Qui ſimul Clerum, populum, Monarcham
Protegat vnctum.

ITERVM DE S. REMIGIO.

§. 4. *Remigi, quando tua feſta pulcher*
Aurea Titan reuehit quadriga,
Te tui laudent, celebrentque grato
Carmine Remi.
Tu feros cultum Druidûm, vetuſtos
Gentis errores, tenebraſque cæcas,
Quà patet Francûm ditio, retecta
Luce fugaſti.
Cùm tua primus Clodouæus diſerta
Voce formatus didicit ſecuri,
Et pijs flammis abolere quicquid
Thure colebat.
Quin & exemplo docuit trahenti
Aulicos, & mox populum ſequacem,
Crimen vt ſecum vetus expiarent
Fonte ſalubri.
Ergo ſparſiſti innumeros fluento
Vertices ſacro, proceres & imos:
Vinciens Chriſti cruce Liliorum
Nobile ſcutum.
Mortis è clauſtris rediuiua ſurgit
Virgo, quam Dæmon malus occuparat
Antea, ſed tu prece liberatas
Hoſte fugato.
Lapſa de cælo tibi venit augur,
Deferens roſtro phialam columba,
Chriſma quod Francûm lita roboraret
Corpora Regum.
Tenderent vt mox ita delibutos
Fortiter neruos pugiles, & vncta
Brachia, audacis quoties arenæ
Prælia miſcet.
Hæreſis ſecto iaculo renaſcens
Hydra, vel ſæuo quoties duello
Hoſtis armatus parat hoc beatum
Vertere Regnum.
Chriſma ter ſanctum! quod habere Francis
Donat irrupta ſerie Monarchas,
Qui piè Chriſtum, patrioque ritu
Numen adorant.
Vis, ait virgo Lotharena, Regnum
Anglicas contra furias tueri?
Mox es vngendus: ſequere atque Remos
Karole, eamus.
Quandiu extento venerandus æuo
Oblinet Reges, & inaugurabit
Hic loquor: ſacrum neque fur Vlyſſes
Pignus ab aris.
Tollet, obductus tenebris opacæ
Noctis, & fraudum vafer architectus,
Haud Deos curans, ſolituſque ſacra
Nulla vereri,
Franciæ fatum in phiala repoſtum
Paruula, nunquam neque militari,
Claſſe Neptunus, neque terra feruens
Hoſte reſoluet.

Beati

Digitized by Google

§. 5. *Beati Ioannis Regis Armeniæ.* [e]] Hic ſereniſſimus Rex prius Hayto vocatus, claruit circa annum Chriſti 1312. Quo tempore, ille dimiſſo Regno nepoti ſuo Leoni, ex magna deuotione Ordinem Minorum intrauit, ſub Generalatu Reuerendiſſimi Patris Gunſalui, totius Ordinis Antiſtitis. Verùm capta illius abſentia, Sarraceni ac Turcæ, Regnum Armeniæ inuadere cœperunt; quibus præfatus Leo princeps haud diu valens reſiſtere, B. Ioannes Conuentum egredi cogitur, & zelo fidei ſuccenſus, arma (cùm eſſet bellica arte maximè præditus) cum habitu Religioſo ſumpſit, factaque magna ſtrage hoſtium, & ſuis data victoria, cæteros fugat ac perſequitur: qui tamen ab illis Infidelibus interceptus, in campo adhuc dimicans occiditur: ſicque præclaro fine, velut alter Machabæus, ſanctiſſimè obiit. Hæc ex B. Bartholomæo Piſano in Conformitatib. D. Franciſc. lib. 1. fruct. 8. part. 2. & 3. S. Antonin. 3. part. hiſtor. Titul. 24. cap. 9. §. 13. Marco Vlyſſipònenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 21. §. 2. Gonzaga de Origine Seraph. Relig. part. 1. in BB. viris huiuſce Ord. Toſſiniano lib. 2. hiſtor. Seraph.

Hunc vidit Regem, ſtupuitque Armenia veſtem
Franciſci Regnis antetuliſſe ſuis.

Plures de eo ſcripſerunt, Marianus lib. 4. cap. 5. Marinus Sanutus de Secret. fidel. Crucis, lib. 3. part. 3. cap. 2. & 8. Platus de Bono ſtatus Religioſ. lib. 2. cap. 26. Genebrardus lib. 3. Chronograph. in Clement. V. Pap. ann. 1305. Stephanus Cyprius, in hiſtoria Cypri, cap. 21. fol. 153. §. 1. Picquetus in Catal. viror. illuſtr. Franciſcan. Brouſſeus in vita B. Angeli à *Ioyeuſa*, cap. 4. circa finem. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 14. in Euentib. Memorabilib. Spondanus in Auctario Chronolog. Baronij ad ann. 1310. Friſonus lib. 3. Gall. purpuratæ pag. 279. Fulgoſus. lib. 4. factor. Memorabil. cap. 1. Beyerlinc. tom. 6. Theatri vitæ humanæ verb. *Religioſus* pa. 132. & 157. Salazar lib. 1. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 31. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1294. parag. 10. & tom. 3. ad annum 1306. §. 25. poſt Firmamentum trium Ordinum, part. 1. tract. de illuſtriorib. viris ac Fœmin. eiuſdem Ordin. Siſij apud Fratres Minores conditum corpus eius habent Antiqua Chronica M. SS. Minor. & Marianus, ſed indè tranſlatum eſſe in Aquitaniam, ibique miraculis clarere famam eſſe ſcribit Volaterranus lib. 21. Antropol. Titul. de Eremitis.

B. Franciſci ab Oliua, Confeſſoris. [d]] Prouinciæ S. Gabrielis hic erat alumnus, ſed in eam, quæ eſt Sancti Ioſeph, ex licentia Superiorum tranſierat: cuius & Miniſter Prouincialis extitit: obijt ann. 1567. ingenti omnium luctu. Meminerunt eius Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Dominæ noſtræ de Angelis Cadafalſi, qui eſt 7. Prouinc. S. Ioſeph. Item in 18. Prouinc. S. Gabrielis. Barezzus part. 4. Chronic. Minorum lib. 5. cap. 9. §. 6.

B. Ludouicæ à Cruce, Viduæ. [e]] De ea agunt Barezzus ſup. lib. 1. cap. 37. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 8. Gonzaga ſup. in Monaſterio S. Heliſabeth Granatenſ. quod eſt 12. Prouinc. Granatenſ. qui commemorans huius loci nonnullas ſorores ſanctitat. illuſtres: ab ipſa initium ſumit. *Et primo quidem loco* (inquit) *Religioſiſſimam ac zelantiſſimam ſororem Ludouicam à Cruce, quæ cùm eſſet in ſæculo nobiliſſima atque ex inclyti herois Michaelis ab Iranzu Caſtellæ Coneſtabilis, eius viri, morte, vidua remanſiſſet, Chriſto cœleſti ſponſo in poſterum nuptura, alterius perſonam induens, Clariſſarum Conuentum Aſtigij, incognita omninò ingreſſa eſt: vbi & communem vitam, atque Regulam ſub communi habitu cum aliis profeſſa: indéque ex fundatorum voto ad hunc tranſlata, primus haud dubiè fundamentalis lapis totius ædificij extitit. Nam in Abbatiſſam electa, vitaque aſperitati, pœnitentiæ, charitati, continuæque diuinarum rerum meditationi atque humilitati omninò dedita: aduentantes ſorores bonis moribus, omnique pietate adeò informauit, vt magnæ bonitatis, ſiue ſanctitatis nomen poſt ſe reliquerit, anno à partu Virgineo* 1521. Illius ſacrum corpus iacet in medio chori. §. 7.

SEXTO NONAS OCTOBRIS.

Aſiſij in Vmbria, Tranſlatio Sanctæ [a] Claræ Virginis, tempore Alexandri Papæ IV. Matiſcone in Gallia, Beati [b] Ioannis Gibboſi, Martyris: qui graſſante Caluiniana perſecutione, cùm eſſet illius vrbis Conuentus Guardianus, ab hæreticis comprehenſus, primùm iniecto in collum laqueo, opprobriis ac ludibrio habetur: deindè per ignem raptatum, detruncatiſque illi naſo, auribus, partibus verendis, manuumque extremitatibus, in Araris profluentem ex ponte, toto inſpectante populo, & Pſeudominiſtris aduerſus eum conclamantibus, conijciunt, ſed aduerſo flumine in arenam depulſus, à Sicario neci traditur. In Picœno, Beati [c] Lucæ Aſculani, Confeſſoris, ac Concionatoris eximij: ſpiritu prophetico, & gloria miraculorum clariſſimi. Hiſpali in Hiſpania, Beati [d] Ludouici ab Vtrera, Confeſſoris: qui mira vitæ innocentia & aſperitate floruit. Panormi in Sicilia, Beatæ [e] Hieronymæ à Meſſana, viduæ: ſanctitate, & pœnitentiæ dignis fructibus admirabilis.

Digitized by Google

OCTOBRIS II.

§. 1. TRanſlatio S. Claræ, Virg. [a]] Completa expenſis Pontificiis ſtructura duplicis Eccleſiæ intra muros vrbis Aſſiſiatis ad ædem S. Georgij interioris pro Monialibus, exterioris pro collocando ſanctiſſimæ virginis Claræ corpore; tranſlatus eſt ſumma authoritate pretioſiſſimus Theſaurus à Templo ſancti Damiani, in quo annis quinque iacuerat, ad nouum Templum eius nomini dicatum, præſentibus Epiſcopis Peruſino, Spoletano, & Aſſiſiate: quibus præcepit Pontifex Alexander IV. vt omninò intereſſent. Sequutæ ſunt Magiſtram diſcipulæ, commutantes antiquum & anguſtum recluſorium, nouo, amplo, capaci parthenone, quem primum inchoaſſe Gregorium IX. ann. 1230. liquet. Facta eſt hæc Tranſlatio magna cum ſolemnitate in Vigilia ſancti Patris Franciſci ann. 1260. ſed propter eius ſolemnitatem celebratur 2. die Menſis Octobr. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 4. & lib. 9. cap. 16. Molanus in Additionib. ad Vſuardum. Vvadinghus tom. 2. Annal. ad ann. 1260. §. 40. Anno verò 1265. Vrbanus IV. ex magno affectu erga S. Franciſcum, viſitauit Aſſiſij perſonaliter eius Eccleſiam, & Templum S. Claræ, quod conſecrari voluit intus & foris per circuitum, à Rodulpho Cardinali Epiſcopo Albanenſi; magna ſolemnitate peractus ritus 1. die Septemb. in die Dominico, præſente ipſo Pont. & vniuerſa Curia; conſecrante ipſo Papa altare maius, ſub quo S. Clara requieſcebat, & Stephano Cardinale Epiſcopo, altare SS. Georgij, Coſmæ & Damiani. Vvadinghus ſup. ad ann. 1265. §. 20. Ferrarius in ſuo Martyrologio, hac die. Sic & Balinghem in Calendario Virg. Mariæ.

§. 2. Depingitur autem hæc S. Virgo, deferens in manu vaſculum, quo ſacra Euchariſtia ſeruabatur: eo quòd ciuitatem Aſſiſij, ac Monaſterium ſancti Damiani, ſua oratione ad Auguſtiſſimum Sacramentum, quod præ manibus ferebat, liberauerit ab obſidione Sarracenorum, ſub Federico II. Imper. militantium. Hoc ita conſtans eſt, vt Breuiarium Romanum, die 12. Auguſti, in 9. Lectione ad Matutinas, illud minimè omiſerit: hiſce verbis. *In Eccleſia ſancti Damiani vixit admirabili ſanctitate. Quæ, Sarracenis Aſſiſium obſidentibus, & monaſterium, cui illa præerat, inuadere conantibus, ægra ſe ad portam afferri voluit, vnáque vas, in quo ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum erat incluſum: ibique orauit in hunc modum: ne tradas, Domine, beſtiis animas confitentes tibi: & cuſtodi famulas tuas, quas pretioſo ſanguine redemiſti. In cuius oratione ea vox audita eſt: ego vos ſemper cuſtodiam. Sarraceni autem partim ſe fugæ mandarunt: partim, qui murum aſcenderunt, capti oculis, præcipites ceciderunt.* S. Antoninus 3. part. hiſt. titul. 24. cap. 6. §. 3. eadem commemorat: dicens, *Illa tempeſtate, quam ſibi ſub Imperatore Federico in diuerſis mundi partibus ſuſtinebat Eccleſia: vallis Spoletana de calice iræ frequentius imbibebat. Erant pro depopulatione caſtrorum, pro expugnatione ciuitatum, imperiali iuſſu conſtitutæ acies militum & ſagittariorum Sarracenorum agmina velut apum. Cúmque in Aſſiſium hoſtilis ſemel furor irrueret, & ipſis portis exercitus appropinquaret, Sarracenorum gens peſſima, ſanguinem ſemper ſitiens Chriſtianorum: apud ſanctum Damianum, intra loci terminos, imo intra clauſtrum virginum influxerunt. Liqueſcunt Dominarum corda timoribus, & ad matrem referunt fletus ſuos: quæ ſe infirmam impauido corde ad hoſtium agmen duci iubet, & ante hoſtes poni, præcedente eam capſula argentea, in qua erat Sacramentum Euchariſtiæ. Cúmque ſe totam in oratione ſubſtrauiſſet Chriſto, cum lachrymis ait: Placet, mi Domine, inermes ancillas tuas, quas tuis amoribus enutriui, manibus ecce tradi Paganorum! cuſtodi Domine famulas tuas, quas ipſa in præſenti articulo cuſtodire non poſſum. Mox, vox quaſi puerilis de propitiatorio ad aures eius intonuit, dicens: Ego vos ſemper cuſtodiam: Mi Domine, addidit illa: & hanc ciuitatem, ſi placet, protege: quæ nos pro tuo amore ſuſtentat: & vox ad eam: Grauamina ſuſtinebit, ſed meo munere defendetur. Tunc ſurgens Clara, flentes confortat, dicens: Fide iubeo pro vobis filiolæ, quod nihil patiemini mali. Nec mora: ſtatim canum illorum repreſſit audaciam, & per muros, quos aſcenderant, deſcendentes, celeriter exeunt: orantis virtute deturbati. Præcepit autem ſancta illis, ne cui dicerent hoc dùm viueret.* Huius meminerunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 13. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. Chriſti 1251. §. 15. 1255. §. 7. & 1260. §. 40. Molanus lib. 3. de imaginib. cap. 31. Barletta ſerm. de Tempore, Concion. feriæ 4. Hebdomad. ſanctæ circa med. Bachotus in Faſtis Chriſtianis, die 12. Auguſt. Salmeron. tom. 9. Commentar. in Euangel. tract. 24. Arnulphus lib. 1. cap. 54. Comitior. General. cælo conuocator. Bidermanus lib. 1. Epigrammat. 40. vbi hocce ſymbolum S. Claræ tali Diſticho perſtrinxit:

Prætentum geſtas ipſo pro pectore ſolem,
Iam benè te Clara dicere virgo potes.

Hinc crediderim natum, vt in particulis, ſeu minoribus Euchariſtiæ hoſtiis, iſtius B. Virg. imago cum pixide ſculperetur: cuius rei Ioannes refert Nouarinus, lib. 5. Sacror. Elector. in Agno-Euchariſtico cap. 72. §. 695. & cap. 76. §. 715.

Beati Ioannis Gibboſi, Martyris. [b]] Felix certè, qui tam glorioſè ac ſtrenuè vitam hanc in meliorem mutauit. §. 3. Conuentus Belnenſis erat alumnus, ſed Conuentus Matiſconenſis tunc Guardianus; quando in hæreticorum cruentiſſima perſecutione, glorioſo martyrio occubuit: conſtantiſſimè etenim pro fide Catholica decertauit, atque victor tandem euaſit. Cùm ſiquidem pacificè militibus ad ianuam cœnobij occurriſſet, illique poſtulaſſent, vbinam eſſet Guardianus, & tandem didiciſſent illum eodem officio defungi: iniecto in collum laqueo, multo ludibrio ſaturarunt; deinde per ignem raptatum, amputatis naſo, auribus, virilibus membris, atque manuum extremitatibus, in Saonæ fluentem tota inſpectante ciuitate, coniecerunt: ſed cùm in arenam flumine aduerſo impulſus extremum duceret ſpiritum, ex ſicariis quidam ſimulata pietate, quaſi oblanguentis miſereretur, eum neci tradidit: at iuſto Deo vindice, in rabiem ille verſus, occurrentes canino more, dilanians, miſerè interiit. Agunt de eo Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu Matiſconenſi, qui eſt 5. Prouinc. S. Bonauent. Picquetus ac Foderetus in Deſcriptione eiuſdem Prouinc. & Conuentus. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 28. Daça ibid. lib. 3. c. 51. Vvading. tom. 4. ſup. ad ann. 1400. §. 38. Seuertius lib. 8. Antimartyrolog. hæretic. cap. 7. ſect. 5. §. 1. 2.

Digitized by Google

1. 2. an. 1567. 29. Septemb. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. ex Fernando.

§. 4. *B. Lucæ Aſculani, Confeſſoris.* c] Egregius extitit concionator, dono prophetiæ & miraculorum ditatus; maximè verò in effugandis Dæmonibus ab obſeſſis viris, mirè virtus eius elucebat: prout teſtatur Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 28. ſub ann. 1459.

§. 5. *B. Ludouici ab Vtrera, Conf.* d] Vir grauis, doctus, nobilis, atque ſui ſtatus zelantiſſimus erat: qui ob vitæ innocentiam atque aſperitatem: tum invita, tū quoque in morte, dignus regno cœleſti ab omnibus habitus eſt, atque Sanctus veneratus: claruit ann. 1530. ſepultuſque eſt Hiſpali in Conuentu S. Franciſci, qui eſt 1. Prouinc. Bæticæ. Ita Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 25. ad ann. 1540. Vvadinghus tom. 2. ann. 1260. §. 54. ſup.

B. Hieronymæ, Viduæ. e] Magnæ ſanctitatis & admirabilis pœnitentiæ, ſoror fuit; in antro quondam vitam agens ſolitariam, humi cubabat, quotidiè in pane & aqua ieiunabat; & demùm poſt annos 40. in eodem loco migrauit ad cœlum, anno Domini 1590. cuius corpus humatum eſt Panormi, in Sancta Maria de Ieſu: Teſte Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. §. 6.

QVINTO NONAS OCTOBRIS.

APud Ciuitatem Caſtrenſem, Beati a Ioannis Trenquerij, Martyris: qui à Caluinianis hæreticis tentus, & diuerſis tormentis excruciatus, inuictum animum ad cœlos emiſit. Anagniæ, Beati b Haymonis, Confeſſoris: qui eruditione, morum honeſtate, humilitate, ſingularique prudentia præditus, ad Generalatum totius Ordinis Seraphici electus eſt, quo in munere, poſt quinque annos completos, ſancto fine quieuit. Lauernæ, in Calabria, Beati c Matthęi à Maſſuraca, Confeſſoris: cuius pietas, abſtinentia, humilitas, obedientia, paupertas fuere prorſus admirandæ, tantaque ſignorum gloria effulſit, vt ſigno crucis innumera propè miracula ediderit. Sinſonzæ Mechioacanorum, in India Occidentali, Auguſtæ, Beati d Martini Gilberti, Confeſſoris: qui ſtrenuè laborans in Euangelio, pro conuerſione Indorum, ſanctitate clarus, ſpiritum Deo reddidit. Bononiæ, Beatæ e Paulę Baptiſtæ Mezauaccæ, Virginis: pietate, monaſtica obſeruantia, & ſignis admirandis pręclaræ.

OCTOBRIS III.

§. 1. B*Eati Ioannis Trenquerij, Martyris.* a] Circa ann. Chriſti 1562. Hæretici per Gallias vbique diffluētes, hanc vrbem Caſtrenſem ceperunt, atque Conuentum S. Franciſci incendio conſumptum, ſolo æquarunt: omnibus interim eius fratribus, carceribus mancipatis, miſerriméque afflictis. Inter præfatos Fratres in vinculis detentos, vnus erat ſanctimonialium confeſſarius, Hugnoſticis hæreticis, ob vitæ candorem, atque vehementiſſimas conciones, maximè infenſus B. Ioannes *Trenquerij* nomine. Quamobrem cæteris dimiſſis, ipſe ſolus extra Caſtrenſem præfatam ciuitatem actus, ibi ſub iiſdem in fidei confeſſione, poſt diuerſa tormenta, martyr euaſit. Atqui Deus vltionum Dominus, huiuſmodi flagitium vllo pacto inultum reliquit: nam, immiſſa grauiſſima peſte, adeò ciuitatem ipſam Caſtrenſem, ab hæreticis tyrannicè poſſeſſam atque occupatam, deformauit; vt nil aliud à mortis imagine, in ea per multum temporis apparuerit: ita vt vix vigeſima eius accolarum pars ſuperfuerit, remanſeritque. Hæc ex Gonzaga de Origin. Seraph. Relig. part. 3. in Conuentu Minor. Caſtrenſi, qui eſt 4. Prouinc. Aquitaniæ recentioris. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 24. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1291. §. 29. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 2. *B. Haymonis, Confeſſ.* b] Anglus erat natione, patria Cantianus, à loco natalitio, de *Feuersbino* dictus, Haymo maximus Theologus, magnæque perfectionis vir, & totius ſpeculum honeſtatis: qui ob eius humilitatem, & prudentiam ſingularem, ab omnibus conclamatur Miniſter Generalis quintus, ann. 1239. in Capitulo Generali Romæ celebrato, Greg. IX. Papa inibi præſente, ac vota eligentium recipiente, qui & ipſe electum confirmauit. Tunc cœpit B. Haymo plura in Ordine reformare, tum quo ad diuinum officium recitandum, tum quoad obſeruationem Regulæ: quare ad illius mandatum, celebris expoſitio Regulæ confecta eſt per 4. præcellentes Doctores in Theologia eiuſdem Ordinis, quæ vſque nunc magno pretio habetur. Demùm cùm Ordinem gubernaſſet annis 5. fœliciter in Domino obdormiuit: ſepultuſque eſt in Conuentu Anagniæ, ann. 1244. cuius Epitaphium his verſibus continetur, licet ſtylo rudiori exaratum.

Hic iacet Anglorum decor, decus Aymo Minorū,
Viuendo frater, hoſque regendo Pater.
Eximius Lector, Generalis in Ordine Rector.

Agunt de eo B. Piſanus lib. 1 Conform. fruct. 8. part. 2. vbi de General. huiuſce Ordin. Speculum FF. Minor. & Firmamentum trium Ordin. tract. 1. in Memoriali Ordin. D. Antonin. 3. part. hiſt. titul. 24. cap. 9. §. 3. Gonzaga part. 1. Toſſinianus lib. 2. ibid. & lib. 3. in Scriptorib. Franciſcan. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 10. 11. & 25. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1233. §. 8. & 1244. §. 1. & 2. Item tom. 2.

Digitized by Google

ann. 1290. §. 28. Scribunt Toſſinianus, Gonzaga, in almo Conuentu Pariſienſi, & Willotus in Athenis Orthodoxis Franciſcan. ipſum Anagniæ obiiſſe, dùm rediret ex Legatione ad Græcos, vbi à Gregorio IX. miſſus fuerat: ſed perperam, cùm huiuſmodi Legatio illi demandata fuerit ann. 1233. iamque ab ea eſſet reuerſus ann. 1239. cùm electus fuit in Generalem Miniſtrum. Gneſnerus in Bibliotheca, & Pitſeus falsò autumant floruiſſe ann. 1260. vti ſcitè comprobat Vvadingus ſup. ex Mariano lib. 2. cap. 15. & aliis

§. 3. *B. Matthæi à Maſſuraca Confeſſ.* [c]] Magna pietate, humilitate, paupertate & obedientia, floruit an. 1525. eius opera Conuentus Cotronij erigitur, miraculorum gratia abundantiſſimè fuit exornatus: quorum ſeriem enarrant Gonzaga ſup. part. 2. in Conuentu S. Mariæ de Gratiis Maſuracæ, Cotronij, & Lauernæ, qui ſunt 5. 14. & 15. Prouinc. Calabriæ: & Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 40. Quapropter à deuotis Maſuracanis, & aliis populis maxima in veneratione habetur: illiſque in ſuis neceſſitatibus ſuccurit, patrocinaturque: obiit ac ſepultus eſt Lauernæ, cuius ſepulchrum miraculis illuſtratur. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1429. §. 10.

§. 4. *B. Martini Gilberti, Confeſſ.* [d]] Gallus erat natione, Prouinciæ Aquitaniæ antiquioris alumnus: qui cùm, Patriis laribus relictis ad Indiam Occiduam inter primos Franciſcanos traieciſſet, tanta cura Indicum idioma didicit, vt in eo peritiſſimus euaſerit, atque aliquot libros, tum Indis, tum quoque Hiſpanis ſummè neceſſarios ediderit. Porrò licet podagrâ maximè conflictatus: ab Infidelium ad Chriſti fidem conuerſione, nunquam abſtinuit. Vnde tot, taleſque fructus Dominicum in horreum intulit, vt vix ſibi parem habuerit: Religione etiam & vitæ ſanctimonia inſignis extitit, Indiſque, à quibus vt patet colebatur, chariſſimus fuit. His itaque bonis operibus cumulatus: illudque Threnor. 4. verſ. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*, ſæpiùs repetens, ex hac vita, maximum interim Neophytis illis populis ſui deſiderium relinquens, migrauit ad Dominum: cuius facies prius pallens, atque omninò ſubnigra, ſtatim poſt mortem rutilans apparuit. Scribunt de eo Gonzaga 4. part. ſup. in Conuentu Sancti Franc. Sinſonzæ (qui eſt 1. Prouinc. SS. Petri & Pauli) quo obiit ac ſepultus eſt. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 29. ad ann. 1535. Grauina ſup.

B. Paulæ-Baptiſtæ Virg. [e]] Monaſterij corporis §. 5.
Chriſti Ferrarienſis fuit alumna; exindeque Bononiam, vnà cum BB. Catharina, & Ioanna de *Lamberthinis*, tranſlata eſt anno 1456. die 22. Iulij, vt inibi nouo Monaſterio extruendo initia darent: vbi multis virtutibus ditata, ſanctiſſimè obijt, & iuxta BB. prædictarum ſororum corpora honorificè ſepulta eſt. Cuius meritis Deus ingentia populis contulit beneficia: Eminentiſſimus quoq; Cardinalis à S. Cruce, Legatus, à quodam næuo, quo eius facies deformis reddebatur liberatus eſt. Memoratur à Gonzaga part. 2. ſup. In Monaſterio Bononienſi Corporis Chriſti quod eſt 1. Prouinciæ Bononienſ. Barezzo. ſup. lib. 1. cap. 43. Valerian. De BB. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 10. Toſſiniano. lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Marco Vlyſſiponenſi part. 3. ſup. lib. 4. cap. 23. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

QVARTO NONAS OCTOBRIS.

Aſſiſij in Vmbria, Natalis Sancti [a] Franciſci, Confeſſoris, Fundatoris Ordinis Minorum; cuius vitam ſanctitate ac miraculis plenam Sanctus Bonauentura Epiſcopus Cardinalis, ac eiuſdem Inſtituti alumnus, fideliter conſcripſit. Aldenardi, in Flandria, Beati [b] Ioannis Mahuſij, Martyris: qui ob Religionem Catholicam à Gueuziis hæreticis, multa paſſus, glorioſi agonis curſum fortiter, conſtanterque peregit. Neapoli, in Campania, Beati [c] Auguſtini Aſſiſiatis, Confeſſoris: qui dùm primus Prouinciæ Terræ-Laboris Prouincialatus munus exequeretur, à Seraphico Patre ſancto Franciſco inſtitutus, ſimul cum eo in cœlum aſcendit. Coriæ in Hiſpania, Beati [d] Franciſci à Beluiſio, Confeſſoris: admirandæ Religionis & ſanctitatis viri. Aioræ, in Regno Valentiæ, Beati [e] Ioſephi à Cardineta, Confeſſoris: vita exemplari, humilitate & patientia, inſignis. Apud oppidum Veaz, in Hiſpania, Beatæ [f] Bernardinæ de Rota, Virginis, Tertiariæ; abſtinentia, pietate, & charitate ſpectabilis.

OCTOBRIS IV.

§. 1. *Sancti Franciſci, Confeſſ.* [a]] Naſcitur hic Seraphicus Pater, ann. Chriſti 1182. apud Aſſiſium Ducatus Spoletani Vrbem in Vmbria: minimè autem Tuſcus Natione, vt perperam voluit Treuetus de Regib. Angl. ad ann. 1212. *Ioannes* prius vocatus à matre (eo quòd circa feſtum S. Ioannis Baptiſtæ enixa ſit) dehinc *Franciſcus* à patre: ob innatum amorem erga Francos, quorum Rex Philippus Auguſtus, tunc vbique celeberrimus habebatur. Corbinus lib. 2. Sanctæ Franciad. pag. 30. Virginitatem Franciſcus perpetuò coluit illæſam. Annos verò natus 24. cœpit ea, quæ ſunt mundi ſpernere: ſolique Deo placens, ad ſupernæ brauium vocationis ſeſe ex animo accinxit ann. 1206. Verùm, maiores futuræ ſanctitatis progreſſus in dies emittens, cœleſti edoctus lumine, dùm ſacro intereſſet Miſſæ ſacrificio, calceis protinùs detractis, baculo, pera, pecunia, cunctiſque priſtini ſtatus exuuiis depoſitis: totius perfectionis viam aggreditur, ſola tunica, caputio, femoralibus, contentus & chorda, ann. 1208. Quod vitæ genus paulò

Digitized by Google

paulò poſt Innocentius III. viuæ vocis oraculo, ann. 1210. approbauit: & demùm Honorius III. confirmauit ann. 1223. proprio Diplomate, ſub Datum Laterani 3. Calend. Decemb. Pontificat. ann. 8. Nec abſque ratione; cùm præfatus Innocentius III, hoc Inſtitutum iam à ſe approbatum publicaſſet in Generali Concilio Lateranenſi ann. 1215, vti expreſè aſſerunt Marianus lib. 1. cap. 11. §. 25. B. Leo in Legenda trium ſocior. B. Angelus Clarenus in Proemio expoſitionis Regul. Franciſcan. & cap. 1. eiuſdem, Chronicon magnum Belgicum ad annum 1215. S. Antonin. 3. part. hiſtor. Titul. 24. cap. 14. §. 3. Iordanus de Saxonia lib. 1. de vit. Fratr. cap. 14. Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Prouinc. Turon. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1215. §. 23. & 24.

§. 2. At idem Spiritus ſanctus, qui priorem Regulam illi ſuggeſſerat, ſecundam conſcribere eum interiori inſpiratione, monuit: quare cœleſtibus parens iuſſionibus, in montem Columbæ, ſeu Raynerij, conſcendit; moxque longa præmiſſa oratione & ieiunio, eam Regulam, breuiori ſtylo, ad compendioſiorem formam, eodem Spiritu ſancto dictitante, redegit: cuius rei ſeriem fuſiùs SS. Bonauentura & Brigitta proſequuntur. Quæ quidem Regula ſic abbreuiata, & compilata, confirmata eſt ann. 1223. per prædictum Honorium III. Pap. Nihilominus viſum eſt *Nigrono*, in Comment. ſupra Regul. Commun. Societatis Ieſu, Titul. part. 1. Regulæ numer. 18. eam minimè fuiſſe vſquequaque perfectam, illique nonnihil defuiſſe: cùm eius alumni, Minores, coacti ſint poſtea multas alias ordinationes & conſtitutiones ſcribere, quibus primæua Regula declararetur, ac ſepiretur: tum vt religioſi in via perfectionis dirigerentur, in qua vel pericula erant, vel errores eſſe poterant, quibus Regulæ breuitas non occurrerat; ſed nimis hallucinatur! tum, quia Chriſtus huiuſmodi Regulam præbens ipſi S. Franciſco: voluit, vt ſeruaretur ad litteram, ſine gloſa: quod idem Seraphicus Pater in Teſtamento ſuo confirmauit. Sed ſi quæ eſſent ſubobſcura, conſuleretur ſuper his ſedes Apoſtolica, veritatis organum: vt ſemper ſubditi & ſubiecti pedibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ eſſemus, cap. 12. Reg. Minor. tum, quia explanatio illa Regulæ à Nicolao III. Pap. ann. 1279. edita, relata intra corpus Iuris Canonici. De verbor. ſignificat. cap. *Exiit*, in ſexto, fuit, ad comprimendos quorumdam inſolentes auſus, & refrænandas æmulorum impudentes detractiones, qui Fratrum vitæ & Regulæ obloquebantur, illicitam, inobſeruabilem, & diſcriminoſam calumniantes. Falſum itaque eſt, quòd in ea eſſent pericula, vel poſſent ſubeſſe errores: quam ita Chriſto auſpicante, cœlitùs acceperat Seraphicus Pater: quamque complures Martyres, Pontifices, & Doctores Sancti, ab Eccleſia canonizati, ad amuſſim obſeruabilem, ſuis exemplis, demonſtrarant. Cæterùm, ſi gloſas in eam Regulam licuerit edere, peccauerintve gloſſantes? vide Mirandam, in Regul. Minor. cap. 24. & 25. poſt Aluarum. Pelagium lib. 2. de Planctu Eccleſ. cap. 66. & 67. vbi maximè in eos inuehitur declaratores. Itemque Hieronymum à Politio, in Præludio 3. & Prolog. ſupra Reg. Franciſcan. §. 2. aduerſus Syluestrum. Petrum Marchant.

§. 3. Perfectio autem huiuſce inſtituti clarè dinoſcitur, ex huiuſce Regulæ frontiſpicio, cap. 1. *Regula & vita Fratrum Minor. hæc eſt, ſcilicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, &c.* Deindè pro concluſione additur, cap. 12. *Vt ſemper ſubditi & ſubiecti pedibus eiuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.* Nimirum, quantum ad virtutum perfectionem omnimodam, inquit D. Bonauentura, in id. cap. 12. Regul. in ea etenim Forma Euangelij edicitur, & fundamentum iacitur totius Euangelicæ perfectionis. Licet enim omnes Chriſtiani teneantur obèdire Euangelio: attamen Minoritæ Fratres ſtrictiùs obligantur ad eiuſmodi Euangelij, præ cæteris aliis, obſeruantiam. Qua de re videantur præfatus Epiſcopus, B. Aluarus Pelagius lib. 2. cap. 61. ſup. B. Bartholomæus Piſanus libro primo Conformitat. fruct. 9. part. 2. Albaſpinenſ. Ludouicus Pariſienſ. &c. in cap. 1. Regul. Minor.

§. 4. Humillimus fuit D. Franciſcus; ideo ſui inſtituti alumnos amantiſſimam humilitatem colere docuit: cuius encomia præclara refert S. Bonauentura cap. 6. vitæ D. Franciſci ſubiungens: *Hac igitur de cauſa, humilitatis forma Franciſcus Fratres ſuos voluit vocari Minores: & Prælatos ſui Ordinis dixit Miniſtros: vt & verbis vteretur Euangelij, quod obſeruare promiſerat: & ex ipſo nomine diſcerent diſcipuli eius, quod ad diſcendam humilitatem, ad ſcholas humilis Chriſti veniſſent. Magiſter ſiquidem humilitatis Ieſus Chriſtus, vt informaret diſcipulos ad humilitatem perfectam, dixit;* Quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter Miniſter: & quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus, Matth. 20. verſ. 26. *Cùm autem requireret ab eo Dominus Hoſtienſis, Ordinis Minor. Protector, & Promotor præcipuus (qui poſtmodum, iuxta quòd idem vir ſanctus prædixerat, ad Summi Pontificatus ſublimatus honorem Gregorius IX. eſt dictus) vtrum ſibi placeret, quod Fratres ſui promouerentur ad Eccleſiaſticas dignitates, reſpondit; Domine, Minores ideo vocati ſunt Fratres mei, vt maiores fieri non præſumant. Si vultis, ait, vt faciant fructum in Eccleſia Dei, tenete illos, & conſeruate in ſtatu vocationis eorum: & ad prælationes Eccleſiaſticas nullatenus aſcendere permittatis.* Hæc ille, quem obſequuntur Marianus lib. 1. cap. 14. §. 3. Vbertinus lib. 5. Arbor. vit. Chriſti, cap. 5. Speculum S. Franciſci, 1. part. cap. 35. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 47. Wadinghus ſup. ad annum 1219. §. 1. & ex exteris, Caſtillo, lib. 1. Chronic. Ordin. Prædicat. cap. 50. Nigronus ſup. part. 3. num. 21. & 22. Ea propter SS. Bonauentura, Ludouicus, Bernardinus, &c. toties Pontificias dignitates ſibi vltrò oblatas, conſtantiſſimè recuſabant: cunctuſque Ordo Seraphicus id ita ſeruauit, vt Alexander IV. ann. 1257. ad inſtantiam Generalis Miniſtri, huiuſmodi pium propoſitum laudauerit: Electoſque Minores ad Epiſcopatus, prohibuerit ad eoſdem promoueri, non accedente Superiorum conſenſu: incipit, *Petitio tua*, ſub Datum Anagniæ 5. Idus Iunij, Pontificat. ann. 2. Illius meminere, Speculum Fratrum Minorum 2. tract. 1. fol. 6. Firmamentum trium Ordin. Minor. 2. part. tract. 1. Rodericus in Bullario. Bulla 5. Vlyſſiponenſ. ſup. part. 2. lib. 10. cap. 5. Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1257. §. 26. item in Regeſto Pontificio, ſub eodem Pap. Bulla 50. Compendium priuileg. Franciſcan. verb. *Epiſcopus*, §. 3. Indéque, ad inſtar Minor. Fratrum, aſſerunt Clerici Regulares Societatis Ieſu, ſe idem ſeruare, ſi fides adhibeatur Ludouico à Ponte, tom. 2. perfect. Chriſtian. tractatu primo, cap. 5. §. 1.

Digitized by Google

§. 5. Paupertatem Euangelicam ſic adamauit Seraphicus Franciſcus, vt hanc ſui Ordinis diceret fundamentum: cui ſubſtrato primariè ſic omnis ſtructura Religionis innititur, vt ipſius firmitate firmetur, & euerſione funditus euertatur, teſte S. Bonauentura ſup. cap. 7. qui rurſus in Regulis Nouitiorum cap. 14. & in Meditationibus vitæ Chriſti cap. 21. curioſiùs expendit, quòd Dominus egregium illum ſermonem, quem habuit in monte, Luc. 6. & in quo de Beatitudinibus & præcipuis egit virtutibus: *A paupertate incœpit, dans intelligere, quòd paupertas eſt totius ſpiritualis exercitij primarium fundamentum, &c.* Iuxta illud D. Ambroſij, lib. 5. in Luc. *Beati pauperes ſpiritu, &c. Ordine enim prima eſt, & parens quædam generatioque virtutum.* Quàm verò impensè eam dilexerit virtutem D. Franciſcus, copioſè enuntiant: tum D. Bonauentura, in maiore & minore Legenda ipſius: tum Chronica, & alia Ordinis monumenta, ſed præcipuè Regula Minoritica, cap. 6. qua dicitur paupertas Franciſcana, non ſimpliciter paupertas, ſed *celſitudo altiſſimæ paupertatis*: eo quòd in maxima paupertate, ſine proprio, ſiue in communi, ſiue in particulari, fundata ſit: quod Gregorius IX. ann. Chriſti 1230. ſui verò Pontificat. 4. aliique Summi Pontifices, palam atteſtantur. Quapropter S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 1. §. 1. & 2. hæc intulit. *Difficile eſt mundana iſta poſſidere, ſine aliquo amore inordinato, & ideò vt ait Auguſtinus: Omnia terrena contempſit homo Chriſtus, vt contemnenda eſſe monſtraret, &c. & quamuis in paupertate non conſiſtat perfectio ſecundum Thomam, tamen eſt magnum inſtrumentum perducendi ad perfectionem. Reſpice Religiones, nullam reperies pauperiorem Ordine B. Franciſci, nullam tamen mendicam paupertatem mandaſſe ſuis, ſicut ipſo nullum pauperiorem Franciſco.*

§. 6. Nec abs re, quandoquidem S. Dominicus, ſui inſtituti Author (cùm interfuiſſet Generali Capitulo, Aſſiſij, per S. Franciſcum celebrato, ann. 1219. vidiſſetque ditiſſimam paupertatis Fratrum Minor. abundantiam, cœlitùs illis immiſſam) miratus eſt, eiuſque amore illectus, ab eo tempore conſtituerit, redditus omnes à ſuo quoque Ordine, qui tunc naſcebantur, remouere. Diuino fretus præſidio: cuius tam inſigne indicium oculis ſuis viderat: quod & fecit anno 1220. in Capitulo Generali Bononienſi, & ad vltimum vitæ finem, ſub ſuæ maledictionis interminatione in eos, qui poſſeſſiones in Ordinem introducerent. Qua de re S. Antonin. ſup. Titul. 23. cap. 4. §. 13. Flaminius lib. 2. Caſtillo lib. 1. cap. 51. in Chronic. Ordin. Præd. Platus de Bono ſtat. Relig. lib. 1. cap. 33. Buſæus de Statib. verb. *Paupertas voluntaria*, cap. 4. Wadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1219. §. 16. & multi alij. Nec mirum. *Certè apud pauperem Chriſtum, pretioſus eſt Titulus paupertatis: Chriſtus pauper, & pauperis virginis filius, pauperes elegit in Apoſtolos.* Inquit Petrus Bleſenſis, Epiſt. 3. *Addo etiam* (ait ille Epiſt. 131.) *quòd multorum Dominatio, eſt eorum damnatio; quot enim paupertas ad cœlum promouet, tot cum dignitatibus ſuis infernus abſorbet.*

§. 7. Summè diſplicet Auctori Tractatus de Expropriatione Clauſtrali, cap. 31. in fin. quòd propterea Seraphicus S. Franciſcus *Patriarcha pauperum*, à Fodereto dictus ſit, in Deſcription. Prouinc. Burgund. ſeu S. Bonauent. ſed, hoc eſt palpare in meridie. Ad quid fodere terram in Fodereto? vt veritatis aurum indè extrahatur? minimè gentium. Continet quidem eiuſmodi ſancti Patris Elogium: ſed ipſe non produxit, aut illius vnquam author primarius extitit. Ab initio naſcentis Ordinis Minor. hoc ſacro Encomio exornatus reperitur Chriſti ſeruus Franciſcus. Ab eximio Doctore S. Bonauentura, cap. 7. vitæ ſuæ, *verus pauperum Patriarcha* nuncupatur: paſſimque is legitur titulus in Chronicis, & monimentis Ordinis Minor. quin & in Miſſali Romano, cum adiunctis Feſtis eiuſdem Ordinis à Magiſtro ſacri Palatij, & à ſacra Eminentiſſ. Cardinalium Congregatione, tumque à Summo Pontifice, etiam Vrbano VIII. approbato: idem programma piè decantatur, in Miſſa diei feſti ipſius, apud Fratres Minores.

§. 8. Nititur etiam omnibus viribus tract. de paupertate Euangelic. cap. 24. & 25. paupertatem Religioſam, maximè Franciſcanam, diminuere, obfuſcare, ſeu potius inuiſam reddere: prætenſa illa diſtinctione inter expropriationem & paupertatem. Sed incaſſum laborat: conatuſque eius futilis eſt: cùm vtrumque profiteamur in Regula noſtra Minoritica: vti toties reſponſum eſt à D. Bonauentura, Aluaro, Pelagio, aliiſque noſtri Ordinis alumnis; aduerſus ſcripta nonnullorum Monaſtico-Maſtigum, & Anti-Minoritarum. Nec proindè ſequitur, nos ſolos paupertatem in Eccleſia Dei vouere Euangelicam, ſeu, alias omnes Religiones mendicantes (à Dominicanis vſque ad Clericos Societatis Ieſu, qui ſunt vltimi) ſub Franciſcana militare. Diuerſi quippe ſunt gradus Euangelicæ paupertatis, ſicut in qualibet alia virtute: iuxta D. Thomam 2. 2. quæſt. 188. art. 7. Vnde quilibet eorum bonus eſt & meritorius: cùm Chriſtus dixerit ſimpliciter & generaliter, abſque vlla reſtrictione; Beatos eſſe pauperes ſpiritu: quia paupertas illa fit ſpiritu, id eſt, propria voluntate, per inſtinctum Spiritus ſancti; vt DD. Ambroſius, Hieronymus, & Thomas Aquinas ſup. quæſt. 19. art. 12. exponunt. Sed potior illa eſt, quam Franciſcani profitentur, vti ſuperius oſtenſum eſt, in prologo. Quo ad Religionem verò Clericorum Societatis Ieſu, dicimus paupertatem, & mendicitatem, ſuo modo amplecti, non quidem ex Regula, ſed ex propriis conſtitutionibus: quod & Nigronus, hiſce verbis, ingenuè fatetur. *Vnde deducitur ordinem noſtrum non eſſe mendicantem ex Regula Sancti Franciſci, tum quia ſub eo non militat: tum, quia mendicitatem profitemur, proprijs conſtitutionibus, per Pontifices probatis definitam.* Hæc ille ſup. titul. part. 3. §. 7. Quamuis igitur rectè ac verè numeretur inter alias Religiones mendicantes, non exindè ſequitur, omnes eſſe æquales; vel eamdem profiteri paupertatem, quam Minores, vt intuenti patet. Vnde, ſi ex domiciliis ſocietatis Ieſu, tollas Collegia, Seminaria, Miſſionaria, Nouitiatus, &c. Vbi omnes ex perpetuis aluntur prouentibus, teſte ipſo Nigrono: vix ex quindecim inuenies tres aut quatuor domos profeſſas, iis redditibus omninò carentes. Quod ſi hæc collegia & tyrocinia, apud eos, acceſſoria, & veluti membra habentur ſocietatis, ac proindè ſequi naturam principalis, & capitis: tranſeat illud: nam apud Franciſcanos diuerti non pateretur perfectio Regulæ Minoritanæ; in qua, cùm celſitudo altiſſimæ paupertatis radices fixerit, omnia bona temporalia, redditus, ſeu prouentus annuales, à ſe penitùs eliminauit, ſiue in communi, ſiue in particulari: quod Concilium Tridentinum iterum renouando approbauit, Seſſ. 25. capit. 3. de Regularibus, quo, iis exceptis, concedit omnibus aliis Monaſteriis & domibus Religioſis, vtriuſque ſexus, etiam mendicantibus, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Etenim ſi illos præfatos Clericos ſocietatis Ieſu, ab hac communi licentia exemiſſet: proculdubio, illo-

rum

Digitized by Google

tum meminiſſet, quemadmodum paulò poſt egit capite decimo ſexto, cum de voto eorum ſimplici diſſeruit.

§. 9. Quid plura? impugnare videtur viſionem Innocentij III. Summi Pont. de ſancto Franciſco, Eccleſiam Lateranenſem, ne corrueret, propriis humeris ſuſtentante, cap. 32. de Expropriatione Clauſtrali: itemque cap. 35. de Paupertate Euangel. cui iam reſponſionem dedimus, ſup. in noſtro Prologo. Nunc tandem, ponè aggreditur, perperam impugnare, ea priuilegia, quæ cœlitùs, à Chriſto Domino, fuere ipſi ſancto Franciſco collata: arbitraturque ea poſſe, ſubdola cauillatione denegare. Pro quorum notitia, ſciendum, Seraphico Patri D. Franciſco, præfata illa priuilegia fuiſſe, donatione pluries patefacta: primo, in Eremo S. Vrbani, deindè apud Sanctam Mariam de Angelis propè Aſſiſium, poſtea, in Monte Aluernæ, &c. Gregorius IX. Papa (in Memoriali antiquo Ordin Minor.) ab eodem B. Patre ſe illa audiiſſe refert. Sanè S. Bonauentura ſcribit cap. 13. vitæ ipſius, poſt viſionem Seraphicam, & ſuſcepta ſacra ſtigmata, B. Fratri Illuminato, eius ſocio, *Cum multo timore ſeriem retuliſſe viſionis præfatæ: Addens, quòd is, qui ſibi apparuerat, aliqua dixerit, quæ nunquam, dum viueret, alicui hominum aperiret. Credendum ſanè, tam arcana illa fuiſſe ſacri illius Seraph. in cruce mirabiliter apparentis eloquia: quòd fortè non liceret hominibus ea loqui.* Quoad præfata priuilegia D. Franciſco tunc à Chriſto donata, notificauit ipſe BB. Ruffino, & Leoni ſociis ſuis: deinde ſubdens, ait eidem, B. Leoni. *Adiecit mihi Dominus & alia, quæ in horam mortis tibi reſeruo*, quod & fideliter expleuit. Qua de re ſcripſit B. Bartholomæus Piſanus, ann. 1385. lib. 1. Conformitat. fruct. 9. part. in Notabili 7. de Perfection. Regul. Minor. Toſſinianus Senogallienſ. Epiſcopus, lib. 1. Hiſt. Seraph. in Appendice, fol. 8. Ocularia, ſeu Manipulus Fratrum Minor. fol. 41. B. Marcus Vlyſſiponenſ. Portuenſis Epiſcopus in Luſitania, 1. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 102. B. Franciſcus Gonzaga, Mantuanus Epiſcopus 2. part. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu Sacri Montis Aluernæ, qui eſt 17. Prouinc. Tuſciæ. Antonius à Sancta Maria, in Manuali Regul. Minor. Foderetus ſup. vbi de Memoriali Ordin. Franciſcan. Wadinghus tom. 3. Opuſcul. D. Franciſc. Colloquio 23. Item tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. §. 36. & ann. 1224. §. 5. & tom. 4. ad annum 1371. §. 27. Angelus de ſancto Franciſco in ſacrario Priuilegior. ſancti Franciſci. Corbinus ſup. lib. 4. pag. 71. Saluator Vitalis. In Chronica Seraphic. Montis Aluernæ pag. 75. Mayronus ſerm. 5. Pelbartus ſerm. 5. De ſancto Franciſco. Speculum S. Franciſc. cap. 82. Auguſtinus Millius in ſuo Dialogo lib. 1. cap. 5. Marcus Fabius in Floreto. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraph. Ordin. Item omnia antiqua MS. Monimenta Ordinis eiuſdem. Hinc apud Firmamentum trium Ordin. Minor. 1. part. & Compendium Ordin. Seraphic. his continentur Carminibus Hexametris, ſatis humilibus & impolitis, authoris tamen antiquiſſimi, præfata priuilegia.

Franciſco fundente preces (vt tempore multo
Mors inoleuit ei) cæleſtis filius ipſum
Exultare iubet: Annuntio quattuor, inquit,
Dona ſuperna tibi. Stabit tuus Ordo per æuum;
Nullus ibi Frater, cui ſit peruerſa voluntas,
Stare diu poterit; vix Ordinis hoſtibus annos
Viuere dimidios præſtabitur: Eius Amici
Viuent; & vitam concludent fine beato.

Hæc autem minus grata æmulis habentur, primóque reprehendunt talia ſcribentes reuelata fuiſſe D. Franciſco, per Angelum apud Conuentum S. Vrbani: quòd nec prouinciam, nec ciuitatem, vel locum huiuſco cœnobij, aſſignarint: quaſi id in cauſa fuerit, cur ipſis haud crediderint. Audiant igitur, quid de eo S. Bonauentura refert, cap. 5. vitæ S. Franciſci, & poſt ipſum Marianus lib. 1. cap. 7. §. 33. Piſanus ſup. lib. 2. fruct. 1. & 13. part. 2. Gonzaga ſup. vbi de Conuentu ſancti Franciſci de Specu, qui eſt 48. Prouinc. D. Franciſci, & alij: ex quibus addiſcent, hunc locum D. Franciſco extitiſſe familiariſſimum, & diutiùs inibi commoratum eſſe, eo quòd Eremi ſpeciem præferret: erat quippe in aſperrimo monte; ſpecu continebat non iniucundum, propè Caſtrum ſancti Vrbani Narnienſis Comitatus, in Vmbria: vbi Conuentus poſtea extructus, extat 48. Prouinciæ S. Franciſci: quem plurimùm excoluerunt DD. Antonius Patauinus, & Bernardinus Senenſis, aliique ſancti viri, huiuſce noſtri inſtituti alumni. Forſitan ipſi tempus, quo hæc euenerunt, inquirendum putabunt. Legant, quæſo, Wadinghum tom. 1. Annal. ſup. & reperient id ſub ann. 1213. §. 14. 15. &c. Quid amplius? numquid, iis fide candida allatis credunt? nequaquam, teſtes peroptant antiquiores, coæuos, præſentes, oculatos: negantque poſſe inueniri, cui hæc D. Franciſcus reuelauerit: cùm minimè contineatur in vita eius deſcripta per D. Bonauenturam, nec in alio illius temporis Authore, ſed ſolùm à Marco Vlyſſiponenſ. id repoſitum fuiſſe intra Annales Minor. annis iam trecentis elapſis. §. 10.

Mira certè eorum fides! nam iuxta Apoſtolum Roman. 10. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei;* & nihilominus D. Bonauenturam tacentem, nec verbum dicentem, volunt hunc Doctorem Seraphicum ea denegaſſe, quem tamen fatentur illa tacuiſſe; ſeu de iis nihil omninò dixiſſe: cùm alias loquentem, & quamplurima de ſancto Franciſco, deque Ordine Minor. (quæ ſuperius oſtendimus) clariſſimè depromentem, nec audiant, aut præbeant ei aſſenſum. Proferimus quæ noſtrates illi priſci Patres annuntiauerunt nobis, quæ cuncta Ordinis Seraphici Monimenta conclamant: ſed ea venerabilis antiquitas parùm eos mouet, minuſque, propter ſuam vetuſtatem, illis arridet. Damus Authorem, fide dignum, & antiquum (quippe qui nonnullos ſociorum ſancti Franciſci auditores, viderit habueritque Magiſtros) nimirum B. Bartholomæum Piſanum: adduximus etiam in teſtes, Epiſcopos, ſanctitate & eruditione inſignes, aliosque viros præclaros: quibus annuere, quiuis ſanæ mentis, haud facilè detrectaret. §. 11.

D. Franciſcus, Diaconus fuit, non Sacerdos: ſicut nec B. Franciſcus de Paula, nec S. Benedictus Abbas: vel S. Maurus, Abbas, eius diſcipulus, nec S. Antonius Abbas, vel S. Stephanus Fundator Grandiſmontis: teſte Petro Bleſenſi, Epiſtola 86. Bellarmino libro primo, de Authoritate Summi Pontificis cap. 27. & libro quarto de Euchariſt. Sacrament. capite quarto. Vide D. Bonauenturam, Albaſpinæum, à Poſitio, &c. in cap. 7. Regul. Minor. Loyſellum in Memorial, Hiſtor. Epiſcopor. Beluacenſ. cap. 3. §. 1. Binetum, in vita S. Stephani Grandiſmontis fundatoris, quæ eſt 16. inter vitas compendioſè actas præcipuorum Fundator. Ord. in Eccleſia. Brulium in Supplemento Antiquit. Pariſienſ. pag. 93. Sauſſayum §. 12.

Digitized by Google

In Martyrolog. Gallicano 13. Februar. Cellotium lib. 7. Hierarch. Eccleſiaſt. cap. 11. Hinc Dialogus; An ipſe D. Benedictus fuerit Sacerdos? extat in volumine Conſilior. Cardinal. Zarabellæ, interlocutoribus Michaele & Hieronymo, Monachis Ordin. Benedict. Congregationis S. Iuſtinæ de Padua, teſte Molano in Additionib. ad Vſuardum ſub 21. Martij. Quantum verò ad Seraphicum Patrem S. Franciſcum, eum conſtat ſolùm fuiſſe Diaconum; ex præfato S. Bonauentura, Albaſpinæo, à Politio, Picqueto, Victorino, & aliis in cap. 7. Regul. Minor. tum ex Piſano lib. 2. Conformitat. fruct. 15. part. 2. Marco Vlyſſiponenſi 1. part. Chronic. Minor. cap. 52. & 84. &c. cuius rei ratio ea fuit præcipua: quòd cùm vir Sanctus, à nonnullis, plus æquo ſollicitaretur, vt ad Sacerdotium promoueretur, orationi prolixius vacauit, à Deo petens opem & conſilium; cui interim apparuit Angelus, Ampullam liquore perlucido plenam deferens in manibus, quem ita affatus eſt. Aſpice, Franciſce! qui enim ſanctiſſimum vult pertractare Euchariſtiæ Sacramentum; ea debet puritate nitere, qua ſimpuli huiuſmodi latex. Quare humilis Franciſcus illam nanciſci diffitens gratiam: ab inceptis protinùs deſtitit. Iuxta prædictum Vlyſſiponenſ. cap. 52. ſup. Exindéque, *Sacerdotalibus manibus* (inquit S. Antoninus) *quibus conficiendi Dominici corporis Sacramentum, collata eſt poteſtas, magnam volebat reuerentiam exhibere, vnde ſæpè dicebat: ſi ſancto venienti de cælo, & pauperculo alicui Sacerdoti, me contingeret obuiare: ad Sacerdotis manus deoſculandas citius me conferrem, & ſancto dicerem: expecta me Sancte, quia manus huiuſmodi verbum vitæ contrectant, & vltra humanum aliquid poſſident.* Hæc ille 3. part. Chroni. Titul. 24. cap. 2. §. 2. quem obſequuntur Vlyſſipon. ſup. cap 84. Caſſanæus part. 4. Catalog. gloriæ mundi, Conſideration. 4. Sedulius in cap. 1. vit. S. Franciſci, & alij, poſt Aluarum lib. 2. de Planct. Eccleſ. cap. 52. in 2. error. Begardor.

§. 13. Ex eo autem, quòd D. Franciſcus Fratres ſuos rogauerat, non multiplicare quotidiè Miſſarum ſolemnia in Conuentibus: hunc locum putauit Philippus Melancthon, hæretico ſuo dogmati, de abiurandis Miſſis priuatis fauiſſe: vnde, & pro eodem illum citauit, in execrabili illa Apologia Confeſſionis Auguſtanæ, art. de Miſſa. Quod ſanè mouit pium ac eruditum virum, Ioan. Echium in ſuo Enchiridio: vt negaret eam D. Franciſci ſententiam fuiſſe. De qua etiam non leuiter dubitarunt Bellarminus lib. 2. de Miſſa, cap. 10. ad obiect. 12. tom. 3. & Antonius Poſſeuinus tom. 1. Apparatus ſacri verb. *Franciſcus Aſſiſias*, ſed & addidit Echius, nec filios eius, Fratres Minores agnoſcere Epiſtolam hanc (cui interſunt præfata verba) inter cætera Opuſcula D. Franciſci; in quo ſanè deceptus eſt. In omnibus etenim Monumentis & Chronicis, tam antiquis, quàm recentioribus Ordinis Minorum, nullum tam ſuum eſſe obſeruatum, quàm Epiſtola hæc: nec illius eſſe, aliquando ante hos, eſt dubitatum, vti probè ex pluribus oſtendit Wadinghus tom. 1. Opuſculor. D. Franciſc. Annotationib. in Epiſtolam 12. & tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1226. §. 11. qui & luculenter aperit, quomodo verum ſit, vt vna tantum Miſſa celebretur in die: ex Aluaro Pelagio, Piſano, ſanctò Bernardino, &c.

§ 14. Obiit Seraphicus Pater, ann. 1226. hac die, ætatis ſuæ ann. 45. à prima ſua conuerſione 20. à Religionis inſtitutione 18. vt cum SS. Bonauentura & Antonino, boni quinque notarunt ſcriptores. Glorioſi viri ſancti animam multos ex filiis è Purgatorij ergaſtulo tunc dimiſſos, aſſociaſſe ſcribunt, ex reuelatione & relatione ſancti cuiuſdam ex ſibi coæuis, Thomas Celanus, & Bernardus à Beſſa, ille S. Franciſci, hic D. Bonauenturæ ſocius: è quibus rem largius retulit, ſed & pulchro minio, variiſque coloribus perbellè ante bis centum annos depinxit F. Iacobus Oddo, Peruſinus, in Speculo Franciſcan. vulgariter *Franceſchina*, apud Wadinghum MS. Quin & præfatus Angelus de ſancto Franciſco: In Appendice, ad calcem ſui libri copioſiſſimè eruditéque tractat ac confirmat illam quæſtionem. Quòd Chriſtus, quot annis mittat *B. Franciſcum* ad Purgatorium, vt die illi ſacra, animas ſibi deuotas, indè extrahat ad gloriam cœleſtem? Diē expleuit ſupremum S. Pater Franciſcus in loco *Portiuncula*, apud S. Mariam *de Angelis*, propè Aſſiſium: cuius ſacrum corpus delatum eſt primò ad ædem S. Damiani, vt eius præſentia aliquantulum frueretur ſancta Virgo Clara. Indè ducitur, ac conditur ad S. Georgium: vbi cùm crebris clareſceret miraculis, Gregorius IX Papa retulit in Catalogum Sanctorum, ann. 1228. die 16 Iulij, Bulla incipit, *Mira circa nos diuinæ pietatis dignatio, &c. Datum Peruſij 14. Calend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno 2.* Cuius rei ſeriem copioſè refert Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ex Ioanne de Florentia, in Opuſculo MS. de hac re edito; Magnum Chronicon Belgicum ad ann. 1228.

Præclaras illius virtutes, & eximia merita, ac miracula propè infinita deſcribunt S. Bonauentura, De Voragine, Surius, Villegas, Lippomanus, Renatus Benedictus, Haræus, Lippelous, Ribadeneira, Picquetus, Doubletus, Gazetus, Binetus. B. Antonius à ſancta Maria: Nicolaus Burgenſis: Gononus, lib. 5. Vitar. Patrum Occident. Simon-Martinus tom. 2. Flor. Solitudin. Beurrierus in Summario Vitar. præcipuor. Fundator. Ord. Religioſor. & alij in vita ſancti Franciſci. Præterea, conciones de eo habuerunt ijdem S. Bonauentura & de Voragine, Henricus ab Vri-Maria, D. Bernardinus Senenſis, Robertus à Licio, Ioannes de Turrecremata, S. Vincentius Ferrerius, BB. Franciſcus Mayronus, Bernardinus de Buſtis, & Nicolaus Dionyſius; Clictoueus, Palbertus, Pepinus, Granatenſis; Dionyſius & Hieronymus Carthuſiani, Oſorius, Diez, Raulinus, Lauega, Pontanus, Dauendagnus, Perardus, le Gault, &c. Iacobus Corbinus ea omnia decem libris, Gallico carmine ſub titulo *Sancta Franciadis* complexus eſt, quæ prius Ioſephus Aueta, totidem libris Metro cecinerat Latino: & Hieronymus Mari-petra. In Seraphicis. Lucius Veronenſis Hymnis Seraphicum Patrem celebrauit. Lucretia Marinella, Virgo Veneta, vitam S. Franciſci, carmine decantauit Italico, ſicut & Gabriel de Mata, *Rithmico Hiſpano* in ſuo Equite Aſſiſiate: *Cauallero Aſſiſio.* Ludouicus Felicaria, eamdem carmine Ethruſco edidit. Iacobus Laynez Latinè reddidit conciones ſpirituales S. Franciſci, prout cum ipſius operibus editæ ſunt. Thomas Bonnetus, Epitome gratiarum mirandarum ipſi ſancto Franciſco à Deo collatarum confecit. Petrus Barona, *Hoſpitium* S. Franciſci compoſuit. Auguſtinus de Witte, Genealogiam S. Franciſci vulgauit. Illius item meminerunt S. Antonius Paduanus ſerm. 3. Dominic. 1 & 2. Quadrag. Legenda trium ſociorum, Vinea S. Franciſc. Floretum, Speculum Fratrum Minor. Firmamentum trium Ordinum, Ocularia Minorum: omnia denique Monimenta, Chronica, & Annales Minor. Breuiar. Miſſale, ac Martyrologium Romanum 17. Septemb. & 4. Octob. §. 15.

Octob. Baronius ibid. in Annotationib. & tom. 12. Annal. Eccleſ. ad ann. 1182. Molanus in Additionib. ad Vſuardum iiſdem diebus, & 16. Iulij, & in Diario Eccleſ. Medic. §. 38 Thielmanſ. tom. 1. ſup. Sauſſayus in Martyrolog. Gallicano. Baptiſta Mantuanus lib. 10. Faſtor. Nicolaus Oudardus in Faſtis ſacris, hac die. Bachotus ibidem in Faſtis Chriſtianis. Vincentius Beluacenſis in Speculo hiſtor. lib. 29. cap. 97. & ſeq. Item lib. 30. cap. 99. & ſeq. Warnerus in Faſciculo temporum, ſub ann. 1204. Supplement. Chronicar. lib. 13. ad ann. 1203. & 1224. Aluarus Pelagius de Planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 52. 66. 69. & 73. Schedel in Regiſtro mundi, ſexta ætate. Volaterranus lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Poſſeuinus lib. 3. Bibliothec. Selectæ cap. 61. & in Apparatu ſacro. Platus de Bono ſtatus Relig. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 8. Sabellicus lib. 2. exempl. cap. 10. Raderus in Viridario Sanctor. part. 2. cap. 3. Nauclerus in Chronico, generation. 41. præter illos, quos nuper citauimus hac die, tum ad 17. Septemb. & alios penè innumeros à Sedulio in Commentar. ad vitam S. Franciſci, & Wadingho in Opuſculis eiuſdem ſancti Patris, & tom. 1. Annal. Minor. Salazar. lib. 1. Hiſtor. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 9. S. Antonin. ſup. tit. 19. cap. 3. 4. &c. Hieronymus de Villa-Vitis, in Orationali SS. hac die. Balinghen in Calendario Virg. Mariæ ead. die. Griſius de Clericis Regularib. Section. 14. §. 62. Treuetus ſup. ann. 1226. Brautius in Martyrolog. Poetico.

§ 16. *Salue igitur Patriaq; parens, Duxq; optime gẽtis,*
Quæ ſacra pro Chriſti nomine bella gerit.
Macte animo, Frãciſce, graue qui primus in hoſtẽ
Irruis, & Chriſti munera victor obis.
Vulnera Iudaico qui quondam illata furore
Excipis, & pretium eſt hoc tibi dulce datũ.
Hæc geſtata tibi ſunt laurea ſerta triumpho:
Hæc ſpolia, hæc gentes, hæc tibi currus eunt.

Hæc ex Ioan. Iouiano *Pontano*, in Hymno ad D. Franciſcum, qui incipit, *Nimboſo quiſque, &c.* quæ item Vrbanus VIII. priuſquam ad ſedem vocaretur Apoſtolicam, luculenter R. P. Antonio *Barberino*, Franciſcano, fratri ſuo amantiſſimo, nunc verò S. R. Eccleſ. Cardinali propoſuit, præmiſſa haud iucunda fictione Poëtica.

Quis neget è nebulis radium ſplendeſcere lucis?
Non ſacra ſolum pagina
Diſiectis ducit tenebris virtutis ad ædem,
Sed rima lucis ignea
Pieriis vmbras inter ſe prodit ab antris
Regens pedum veſtigia:
Affluit, & varijs riuis cæleſtis in omnes
Mentes redundat veritas.
Hac duce, cui decorant Diuino munere palmas
Verenda Ieſu ſtigmata,
Franciſcus, nudis pedibus, vilique lacerna
Indutus, abdito in ſpecu;
Omnia quæ blanda proponit fronte voluptas,
Vanumque faſtum, deſpicit.
Commoda non optat vitæ, ſub graminis herba
Anguem latere conſcius.
Languida feſſus humi declinat membra ſopori,
Famemque pomis eximit:
Fonte ſitim ſedat, neque nectaris expetit hauſtus:
Mentique corpus ſubiugans
Pauperiem colit, & lamnis hanc diuitis auri
Gemmiſque præfert Indicis:
Ac veluti Sampſon dulces ex ore perempti
Leonis accipit fauos:
Nam quali mentem paſcit dulcedine, donec
Intentus Aſtra reſpicit.
Et noctu vigilans animi ſublatus ab alis
Choris beatis intereſt.
Antoni germane ſacram qui paupere cultu
Sectare Franciſci viam;
Quam celebrant omnes fœlicem ducere vitam;
Non omnibus conceditur;
Se proba paupertas animis ſine dote maritat
Veras opes amantibus.

His Colophonem addamus, modò audierimus Hymnum perbellè à venerabili Laurentia *Strozia*, Moniali Ord. S. Dominici, in Monaſterio D. Nicolai de Prato in Hetruſcis, decantatum, in honorem & laudem Seraphici Patris S. Franciſci §. 17.

CARMEN SAPHICVM ACROSTICHVM.

F Loret in mundo Seraphim colendus
Ille Franciſcus pietate pollens,
Iuſtus & rectus, fideique ſancta
Lumine plenus.

R Egis æterni monumenta ſacra
Primitus ſeruans, inopum cateruam
Pauper inquirit, ſubitò relinquens
Omnia Patri.

A D Dei cultum properando currit,
Totus in Chriſti calefactus igne,
Suſtinet ſani peritura mundi
Aſpera cuncta.

N Empe dum Chriſtum lachrymans precatur,
Aſpicit Templi penitùs ruinam,
Imperat ſummus Deus ima terrens
Vt regat illud.

C Vncta quæ dignus Sator omnis æui
Fecerat terris, animata cœlo;
Laudibus ſummis venerantur illum,
Ore precatur.

I Ste feruenter populi ſalutem
Expetens, normam inſtituit Minorum,
Filios hortans, vitiis remotis,
Viuere iuſtè.

S Entiens hoſtem ſibi comminari
Prœlium, carnis trepidans periclum,
Illicò ſurgens niue ſe reuoluit,
Sic fugat illum.

C Orde contemplans lachrymando Ieſum,
Adfuit latus Seraphim coruſcans,
Figit oranti memoranda ſemper
Stigmata Chriſti.

V Oce præclara populo fideli
Prædicat ſancta documenta legis:
Inde cœlorum modulans penetrat
Spiritus aſtra.

S It tibi Patri, Genitoque magno,
Flamini & ſacro, decus ac poteſtas,
Dona qui tradis peritura nunquam,
Te recolenti,

Digitized by Google

§. 18. Vrticis ac niuium volutatione carnis tentationem repreſsiſſe (vti verſu 7. cantat) omninò conſtat: quod ſcitè ſuis carminibus adnotauit Bidermanus lib. 2. Epigrammat. 3. 15.

Terra nobilis *Vmbria* propago
Franciſcus, decus Vmbriæ perenne,
Inſuetus *Paphias*, vbi fauillas
Imis gliſcere ſenſit in *medullis*,
Craſſæ proiiciens moras *Abollæ*,
Hortenſem fugit impigrè in palæſtram,
Et *nudus* vocat hoſtem, & inſolentem
Audax corporis improbi *iuuentam*
Vrticas rotat inter, ac licentem
Illis vindicat, increpatque *flammam*.
Vrticam tamen ille dum ſupino
Incumbit grauis obteritque tergo,
Vrticam fieri repentè verſâ
Sentit nobile *lilium* figura.
Sic *Franciſce*, licet *vepreta* quæras,
Et *ſentes* tibi *carduóſque*; norunt
Vrticæ tamen & *vepreta*, quali
Franciſcum deceat cubare lecto.

Cùm purum *Stygio* calore corpus
Vrgerent *Veneres Cupidineſque*,
Et plures *Venus* & *Cupido* plures
Primis *ignibus* admoueret *ignes*,
Franciſcus gelidas cupiuit *vndas*;
At nullas habuit *December* vndas:
Nam ſtabat glacialis, & gelatas
Valebat *nimium pruina* terras.
Quas cùm cerneret ille, mox ſeuerus
Hibernas ruit *vltor* in *pruinas*,
Et *ventis* hiemantibus, niuoſo
Perſultat generoſus in *theatro*.
Hîc frigente manu, ſibi *Miniſtros*,
Hîc de vellere candicante *Vernas*,
Hîc *Natos* ſibi format, hîc *Nepotes*.
Sed dum *Tollere* cogitat *Nepotem*,
Magno *frigore* congelatus, ipſum
Ignarus propè *ſuſtulit parentem*.

Quin, & S. Franciſcum tunc etiam ſpinas vertiſſe in Roſas: narrant Wadinghus ſup. ad ann. 1222. §. 5. & Cornelius à Lapide. Commentar. in Eccleſiaſtic, cap. 24, verſ. 18. Tereſia Foſcaria Bononienſis, ſcripſit de rebus geſtis S. Franciſci Vmbrigenæ Poëma.

§. 19. *Beati Ioannis Mahuſy, Martyris.*[b]] Senex erat, & paulò antè deſignatus primus Dauentrienſis Epiſcopus, qui in Conuentu Aldenardenſi à Geuziis hæreticis inclementer vulneratus, pedibus conculcatus, pluribuſque aliis iniuriis & opprobriis afflictus, inſtar putridi & abiecti cadaueris in plateis relictus eſt ſemiuiuus: inter quæ fortis athletha Chriſti, miræ patientiæ indicia præbens, dulciſſimum nomen Ieſu iugiter, magna cũ fiducia, inuocabat, ac paulò poſt obdormiuit in Domino: ann. 1572. Agunt de eo, Sedulius, Comment. in cap. 3. martyr. Gorgomenſ. item in Corollariis Fratrum ex Ordine Minor. Prouinc. Inferior, Germaniæ à Geuziis interfectorum, Corollario 2. Barezzus 4. part. Chronic. Mino. lib. 6. cap. 9. ex Theatro Crudelitatis Hæreticor. Fauſtino Taſſo in Hiſtoria ſui temporis. Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Louanienſi, qui eſt 1. Prouinc. German. Inferior. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. verbo *Ioannes*, & Raiſſa, in Belgica Chriſtiana, vbi de primo Dauentrienſi Epiſcopo: qui vult diem mortis exoluiſſe, ann. 1577. die 7. Septemb. ſed perperam. Boenerus in hiſtor. Delineation. Martyr. Franciſcan. Prouinciæ German. inferior.

Beati Auguſtini Aſſiſiatis, Confeſſoris.[c]] Primus extitit Prouinciç Terræ-Laboris Miniſter Prouincialis; obiitque Neapoli, ea ipſa hora, qua Seraphicus Pater S. Franciſcus Aſſiſij. Teſtatur hæc S. Bonauentura in vita D. Franciſci, cap. 14. hiſce verbis, *Miniſter quoque Fratrum in Terra-Laboris tunc erat Frater Auguſtinus, vir vtique ſanctus & iuſtus, qui in hora vltima poſitus, cùm iam diu perdidiſſet loquelam, audientibus, qui aſtabant, ſubitò clamauit, & dixit: Expecta me, Pater, expecta: ecce iam venio tecum. Quærentibus Fratribus & admirantibus multùm, cui ſic loqueretur, audaciter reſpondit: Nonne videtis Patrem noſtrum Franciſcum, qui vadit ad cœlum? Et ſtatim ſancta ipſius anima migrans è corpore, patrem eſt ſecuta ſanctiſſimum.* Eadem confirmant S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. B. Bartholomæus Piſanus lib 3. Conformitat. fruct. 7. part. 2. & lib. 1. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Terræ-Laboris ſanctitat. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 71. & lib. 6. cap. 55. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis, & part. 2. in Conuentu 1. præfatæ Prouinciæ. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ann. 1210 §. 37. & 1216. §. 3. 1226. §. 38. & 1234. §. 15. Item tom. 2. an. 1268. §. 13. Picquetus in Catalog. ſup. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. in eo, & lib. 2. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Thomas à Celano in Legenda antiqua. Bernardus à Beſſa. Dantes Algerius cantu de paradiſo, & Landinus eius commentator. ibid. §. 20.

B. Franciſci à Beluiſio, Confeſſ.[d]] Floruit ſanctitate, ann. 1565. qui ipſo Seraphici Patris S. Franciſci die natus, eodemque die, Minoritico habitu indutus: atque poſt elapſum annum, eodemque die, ſolemniter profeſſus, in eo quoque ſui ſacrificij primitias, ad altare Miſſam celebrans Deo obtulit: ac tandem, iam ſenex factus, in eodem die feſto, vt ipſe inſtantibus precibus à Deo petierat, mortem obiit, ſepultuſque eſt Coriæ in Conuentu S. Franciſci, qui eſt 20. Prouinciæ S. Gabrielis. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzo ſup. lib. 5. cap. 9. ann. Chriſti. 1567. Rapinæo in hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. part. 1. §. 8. §. 21.

Beati Ioſephi à Cardineta, Confeſſ.[e]] Pluribus annis vixit inter Patres Diſcalceatos Prouinciæ S. Baptiſtæ: ſummaque cum laude conuerſatus eſt, ſiue inferior, ſiue ſuperior. Vita etenim exemplari pollebat; humillimus atque patientiſſimus, tum in laboribus, tum in aduerſa valetudine ſemper apparuit. Demùm plenus meritis & virtutibus, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino: illud Pſalmiſtæ canens, *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*: exceſſit è vita ann. Chriſti 1594. cuius corpus tumulatum eſt Aioræ in Conuentu S. Antonij Paduani: hæc ex Ioanne Ximenes in Chronic. PP. Diſcalceator. Prouinc. præfatæ. Barezzo ſup. lib. 10 cap. 7. Ioanne à ſancta Maria part. 1. Chron. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 49. §. 22.

B. Bernardina de Rota, Virg.[f]] Admirandas eius virtutes conſcripſit Blaſius Laghuina in ſuo Memoriali, & Marianus lib. 6. Chron. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 15. Florebat an. 1560. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 23.

TERTIO

Digitized by Google

TERTIO NONAS OCTOBRIS.

IN Boſna Croatiæ, Beati [a] Ioannis Arragonenſis, Confeſſoris: qui zelo fidei Catholicæ feruens, maximè laborauit in conuertendis hæreticis, & plurimis illuſtratus miraculis, Deo ſpiritum reddidit. In Æmylia, Beati [b] Iacobi Donzelli, Confeſſoris: Doctrina & vita clariſſimi. In Gallia, Beati [c] Nicolai Amantis, Confeſſoris: ſancti Bernardini Senenſis ſocij, cuius veſtigiis inhærens, ſingulari eruditione, & admirandis virtutibus, refulſit. Spoleti, Beati Ioſephi [d] Eugubini, Confeſſoris: qui Guardianatus officium primus exercuit in Conuentu Sancti Pauli Spoletani; illicque ſanctiſſimam vitam agens, ſpiritum Deo reddidit. In territorio Cantiani Epiſcopatus, non longè ab oppido Robledilio, Beati [e] Petri Cordubenſis, Confeſſoris: qui oratione & humilitate pollens, in procuranda proximorum ſalute, ſummo ardebat deſiderio, egregiamque operam dabat. Apud Philippinas Inſulas, Beati [f] Ruffini à Sperança, Confeſſoris: qui conuerſioni Indorum vacans ſtrenuè vſque in finem, Talentum ſibi à Domino traditum multiplici fœnore adauxit, ac ſerui boni præmium ſumpſit. Vlyſſipone In Luſitania, Beatæ [g] Eufraſiæ, Virginis Abbatiſſæ.

OCTOBRIS V.

§. 1. *Beati Ioannis Arragonenſis, Confeſſ.* [a]] Magno ingenio, ſed maiore fidei conſtantia præditus: tantò Catholicæ Religionis zelus apud eum inualuit, vt mira in Deum fiducia, rogum ardentiſſimum intrauerit, illic permanſerit, exindéque illæſus abierit: in confirmationem veræ fidei, quam hæreticis prædicabat, qui hoc portento ſtupefacti, obmutuerunt: Infideles verò ſunt conuerſi; plura alia ibidem egit miracula, & clarus meritis in pace quieuit. Memoratur à B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 11, part. 2. in Fratrib. Minor. Vicariæ Boſnæ, ſanctitat. illuſtr. & Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 44. §. 1. ad annum 1340. Scribit Gonzaga 2. part. Origin. Seraph. Relig. in Prouincia Boſnæ Croatiæ, præfatos hæreticos fuiſſe Manichæos, ſiue Patarenos: quos Reuerendiſſ. Pater Gerardus Odonis, natione Gallus, totius Ordin. Minorum Generalis, poſtea Antiochenus Patriarcha, & Catanenſis Epiſcopus, ad fidem orthodoxam maiori ex parte reduxit. Wadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1338. §. 20. ann. 1340 §. 10.

§. 2. *Beati Iacobi Donzeli, Confeſſoris.* [b]] Patria Bononienſis erat; qui ſua ſingulari doctrina & vitæ ſanctitate totam illuſtrauit Italiam. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 5. part. ſup. lib. 1. cap. 43. ad ann. 1427. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1427. §. 16. 1449. §. 15.

§. 3. *Beati Nicolai Amantis, Confeſſ.* [c]] Ex Gallia erat oriundus, ſociuſque extitit ſancti Bernardini Senenſ. & B. Ioannis Capiſtrani: quos impigrè imitatus, floruit ſcientia & virtutum laude. Agunt de eo Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memoriali Ordinis Minor. ſub 37. Generali totius Ordin. Franciſcan. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 5. cap. 48. ſub 1472. Vvadinghus tom. 6. ad ann. 1474. §. 14.

§. 4. *Beati Ioſephi, Confeſſ.* [d]] Vir vtique fuit ex omni parte perfectus, per quem Franciſcana Religio plurimum incrementi recepit: quique iuxta B. P. Franciſci *Papienſis*, prædictionem, Conuentus ſancti Pauli extra Spoletum, primum Guardianum egit: illicque ſanctitate clarus, quieuit in Domino, ac tumulatus eſt. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi parte 3. ſupra lib. 3. cap. 53. & lib. 4. cap. 28. Gonzaga ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. S. Franciſci, vbi ait, virtutem cœlitùs accepiſſe, ad effugandos Dæmones, è corporibus hominum. Toſſinianus lib. 2. in Prouincia S. Franciſci. Vvadinghus ſup. tom. 6. ad ann. 1461. §. 24. & tom. 7. ad ann. 1482. §. 69. quo deceſſit è vita.

§. 5. *B. Petri à Corduba, Confeſſ.* [e]] Prouinciæ olim D. Iacobi extiterat alumnus: ſed ſtrictioris vitæ amantiſſimus tranſiit inter Patres Diſcalceatos, Prouinciæ S. Gabrielis, vbi mirè profecit. Nam fuit vir humillimus, & orationi maximè deditus, tantùm enim erat Deo coniunctus, vt vel rerum etiam neceſſariarũ penè obliuiſceretur, vel iis ſumendis vllam ſentiret delectationem. Variis, validiſque exagitatus eſt tentationibus à Dæmone: ſed toties, Diuina ſibi fauente gratia, de eis triumphum duxit. Saluti etiam proximorum ita addictus erat, vt pro confeſſionibus pœnitentium audiendis, aut infirmis viſitandis, vllum refugeret laborem. Obiit autem ann. 1524. ſepultus in Conuentu ſanctæ Mariæ de Angelis, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Gabrielis. Hæc ex Gonzaga ibidem parte tertia ſupr. Marco Vlyſſiponenſ. parte tertia, ſupra, libro nono, capite 51. Wadingho tom. 5. ſup. 1444. §. 46. & 48.

§. 6. *Beati Ruffini, Confeſſoris.* [f]] E Prouincia Caſtellæ tranſiit in Prouinciam ſancti Gregorij Philippinarum & Chinæ; vbi ad tantam peruenit mox vitæ perfectionem, quòd ſua ſincera conuerſatione, morum honeſtate, & verborum lenitate, vir prorſus cœleſtis habitus ſit, & *Angelicus* cognominatus. Nam ex quo parentibus, amicis, & bonis temporalibus derelictis, Seraphicam intrauit Religionem, haud ſegniter operam nauauit amori paupertatis, aliiſque pœnitentiis, & virtutum exercitiis. Spiritu autem Dei ductus, traiiciens ad Inſulas Salomonis, Indorum conuerſioni, multo labore, inſudauit. Tanto quippe ſpirituali feruore, ac ſtudio verbum Dei diſſeminabat, ſalutemque animarum exquirebat, vt facilè eſſet animaduertere à Domino vineæ ablegatum fuiſſe

Digitized by Google

ad eam excolendam. Nam benignus erat & charitatiuus cum Chriſtianis; omnia eius verba & opera Deum omnino ſapiebant, gratia ſingulari plena, & ad alliciendum corda Infidelium efficacia, quos conſolabatur miris charitatis indiciis, & confortabatur vitæ optimæ exemplis: omnibuſque præſto aderat ſiue neceſſitatis tempore, vel infirmitatis. Tanta animi contentione, Indorum conuerſioni vacabat; vt propterea in Montana aſpera conſcenderet, deſerta penetraret, longinqua perluſtraret, & quæuis grauia ſufferret. Non ſolùm autem potens erat opere & ſermone circa proximi ſalutem conquirendam: ſed etiam propriæ perfectionis viam ſtrenuè excurrebat. Vir etenim fuit magnæ abſtinentiæ, ciborum parſimonia delectatus, non niſi fratrum ſuorum fragmenta panis & fructuum, quæ ſupererant, comedebat. Orationi inſtanter vacabat: cuius rei cauſa, in ſolitaria loca ſecedebat, vt quietius ac liberius huic pio ſe daret exercitio. Florebat circa annum milleſimum quingenteſimum octogeſimum quintum. Scribit de eo Salazar lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 19.

Beata Eufraſia, Virginis. [g] Florebat, ann. 1500. circa quod tempus (inquit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 7. cap. 37.) maius Monaſterium Monialium extra vrbem Vlyſſiponenſem reformatum fuit & Patrum Obſeruantinorum Iuriſdictioni ſuppoſitum, R. P. Alphonſo Luſitano, Miniſtri Prouincialis Vices-agente. Hæc autem Reformatio introducta fuit opera ac labore Reuerendæ Matris, ſororis Eufraſiæ prędictæ, vitæ ſanctitate inſignis; virtute cuiuſdam Bullæ Alexandri VI. Papæ, quam fauore D. Emanuelis, Portugalliæ Regis obtinuerat. §. 7.

PRIDIE NONAS OCTOBRIS.

APud Santonas in Gallia, Beati [a] Franciſci Mirambelli, Martyris: qui pugionibus hæreticorum confoſſus, martyrij coronam accepit. In Hiſpania ad radices Montis Mariani in ſaltu Caſtullonenſi, Beati [b] Ioannis à Popula, Confeſſoris: qui Comitatus dignitate, & fallacibus ſęculi deliciis ac honoribus ſpretis, Ordinem Minorum ingreſſus eſt, in quo humilitate, paupertate, charitate, aliiſque virtutibus clarus, tanto ſpiritus feruore, ac perfectioris vitæ deſiderio accenſus eſt: vt & Recollectorum Reformationem inchoarit, & primus Cuſtos inſtitutus, Angelorum Cuſtodiæ, nunc Prouinciæ initium fœliciſſimum dederit. Luceriæ in Apulia, Beati, [c] Franciſci à Luceria, Confeſſoris: ſanctitate, & gloria miraculorum ſpectabilis. Romæ, Beati [d] Iuliani Salodienſis, Confeſſoris: virtute orationis & caſtimoniæ inſignis. Valentiæ, in Hiſpania, Beatæ Claræ [e] Builiæ, Virginis.

OCTOBRIS VI.

§. 1. BEati Franciſci, Martyris. [a] Gallus erat, qui ab hæreticis vrbe Xantonica capta, velut alter D. Petrus Apoſtolus, à quatuor quaternionibus militum, haſtis conficiendus, in medium productus, pugionibus punctus, interiit. Fortes certè milites, qui tanto apparatu, in tam imbecillem, ac iuuenem hominem, ſed probum, ſed pium, ſed in fide (quæ vincit mundum) victorioſum, ac inuincibilem, ſæuire non erubuerunt: vt ſic Religioni Catholicæ, ſi poſſent, detrectarent. Inſigne huiuſcemodi martyrium litteris commendarunt. Gonzaga tertia parte Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu ſancti Franciſci Xantonenſi, qui eſt 31. Prouinc. Turoniæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 25. ſub ann. 1571. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Wadinghus tom. 3. ad ann. 1327. §. 16.

§. 2. *B. Ioannis à Popula, Confeſſ.* [b] Binomius fuit: nam cognominatur à *Soto Maiore*, & à *Popula*, Hiſpanicè, *De la Puebla*, cuius Pater extitit illuſtriſſimus Alphonſus à Sotto Maiore, Bellalcazaris Comes: mater verò Eliberia à Stunica, nobiliſſima ac piiſſima Heroina; quibus in Comitatu, aliiſque ingentibus poſſeſſionibus & diuitiis ſucceſſit. At cùm hic deuotus Comes B. Ioannes, ſæculo, eiuſque illecebris valedicturus, ad Hieronymitas Monaſterij ſanctæ Mariæ de Guadalupe Patres confugiſſet, illiſque ſub eorumdem habitu & norma aliquandiu conuixiſſet; arctioris tamen vitæ deſiderio flagrans, ſumpto priùs Minoritico habitu de manu Sixti IV. Pont. Max. in Vmbriam, Patribus Prouinciæ S. Franciſci cohabitaturus, ſeceſſit. Cúmque ab eodem Papa (vt Alphonſi à Sotto Maiore, ex fratre nepotis, pupilli omninò atque Bellalcazarenſ. Comitis curam gereret, tutoremque ageret) coactus in Hiſpaniam, anno Domini 1476. traieciſſet: Caſtellæ Prouinciam, vt iniuncto muneri fœlicius ſatisfacere quiret, ex tempore petiit, ibique aliquamdiu commoratus eſt.

§. 3. Antiquioris tamen propoſiti memor, ac perfectioris vitæ deſiderio exæſtuans: Reformationem Recollectorum inchoauit in Hiſpania tempore prædicti Papæ Sixti IV. ann. 1484. quam poſtea Innocentius VIII. ſuis litteris Apoſtolicis approbauit. Ab eo etenim B. Ioannes, interuentione ſereniſſimæ Elizabethæ Hiſpanię Reginæ, Diploma Pontificium obtinuit, ann. 1489. quo vnam, vel alteram domum, in qua ſanctam paupertatem iuxta Franciſcanæ Regulæ exigentiam, excoleret, ſibi erigere liceret. Qua de re in Galliam perrexit, atque Conuentum Rupellenſem Prouinciæ Turoniæ adiit vt id notificaret, tum Reuerendiſſimo Ioanni *Chtoyn*, Patrum Obſeruantinor. Familiæ Ciſmontanæ Generali Vicario: tum cęteris Patribus ibidem capitulariter congregatis. Reuerſus tandem in Hiſpaniam, ædiculam ſiue potius Eremitorium, ſanctæ Marię de Angelis ſacrum, in quodam Sylueſtri Montis Mariani loco, ex humili materia, atque opere tumultuario ædificauit. Ad cuius exēplar nonnullæ

Digitized by Google

nullæ alię domus exædificatæ ſunt,& numerus haud modicus fratrum inibi degentium accreuit: quibus, vt Cuſtos, ac Superior præfuit toto tempore, quo ſupervixit. Nam humilitate, paupertate, ſolitudine, pietate, cæteriſque virtutibus eminebat. Mortis debitum exoluit in præfato Conuentu ſanctæ Mariæ de Angelis: (qui eſt 1. Prouinciæ Angelorum) anno Chriſti 1495. Ita ſcribunt Gonzaga ibid. part. 3. ſup. in ea Prouincia Angelorum, & Conuentu 1. ac 2. item in Monaſterio 1. eiuſdem Prouinc. Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. vlt. & lib. 7. cap. 11. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 8. & lib. 3. cap. 39. Vitalis de Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Seraph. Patris S. Franciſci. Baptiſta Molez in Memoriali Prouinc. ſancti Gabrielis. Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraph. Relig. Rapinęus in hiſtor. General. Origin. PP. Recollector. Decad. 1. part. 1. & Decad. 8. part. 8. §. 6. Speculum Fratrum Minor. tract. 1. in Memoriali Ordin. fol. 78. Marianus libro 1. cap. 1. 2. & 3. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Corbinus lib. 8. Sanctæ Franciad. pag. 169. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1474. §. 30. tom. 7. ad ann. 1480. §. 1. & ſeq. ann. 1487. §. 3. & ſeq. & 1495. §. 4. & 5. ex Cimarella, part. 4. lib. 5. cap. 53. Beurrierus in Summario Vitarum præcipuorum Fundatorum Ord Religioſor.

§. 4. *Beati Franciſci à Luceria, Confeſſoris.* c] Laicus erat profeſſione, cuius ſacrum corpus honeſto loco reconditum eſt in Conuentu ſancti Saluatoris: ad cuius tumulum plurima miracula contingunt: provt atteſtantur Gonzaga 2. part ſup. in eo Conuentu, qui eſt 7. Prouinc. S. Angeli, & Barezzus ſup. lib. 1. cap. 52. ad ann. 1526. Wadinghus tom. 5. ſup. ad annum 1418. §. 9.

Beati Iuliani, Confeſſoris. d] Hic eſt, qui cùm eſſet §. 5.
Sacerdos, Mediolanenſis Prouinciæ alumnus, è Minorum Conuentualium Familia ad Capucinos cum multis aliis migrauit ann. 1538. Inter ipſa autem Reformationis initia, in Calabriam, Siciliam ac Liguriam miſſus, plurimos pro Religione piè labores pertulit, ſecunduſque extitit Conuentus ſancti Barnabæ apud Genuenſes Guardianus. Ob præclara virtutum ornamenta, quibus in Religione inter cæteros eluxit, dùm familiariter cum Domino conuerſaretur; multis à Deo viſionibus ac reuelationibus illuſtratus fuit. Quo fiebat, vt ſæpè Dæmonum infeſtationes, ipſo præſertim orationis tempore, pateretur, frequenter quoque ab iis verbera ſuſtineret. Virginitatem eum perpetuò coluiſſe communis omnium fama fuit. Poſtremò, cùm iam ſenio confectus, Romam miſſus eſſet, ibi diem ſui obitus prędicens, breui ex humanis ſublatus eſt, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucinorum, ad annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum octauum, §. 7. & milleſimum quingenteſimum quinquageſimum primum, § quinquageſimo primo, ex Petracio, Salodienſi, & MSS. Prouinciæ Marchiæ.

Beata Clara, Virg. e] Floruit ann. 1510. In Mo- §. 6.
naſterio Conceptionis B. Mariæ Virginis Valentiæ, quod eſt 1. Prouinciæ Valentin. quæ vt ſanctè vixit, ita ſanctiſſimè in Domino obdormiuit, ibique ſepulta, à reliquis Monialibus, vt Beata colitur. Ita Gonzaga part. 3. ſup. in eo Monaſterio. Barezzus lib. 2. ſupra, capite duodecimo. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. capite decimo quinto, libro quarto, & Wadinghus in Additionibus ad tom. 1. Annal. Minor. §. 49.

NONIS OCTOBRIS.

IN territorio Claromontenſi, Beati [a] Petri Guarriguei, Martyris: qui in perſecutione hæreticorum Caluiniſtarum, gladio Martyrium compleuit. Tuuani in Corſica Inſula, Beatorum [b] Anonymorum, Confeſſorum: quorum ſanctitas ſignis admirandis commendatur. Piſauri in Picœno, Beati [c] Anaſtaſij Mediolanenſis, Confeſſoris: qui orationi, ſilentio, & pœnitentiæ operibus addictus, miraculis in vita & poſt mortem à Deo extitit exornatus. Villænouæ de Fraxino, in Hiſpania, Beati [d] Ioannis de Badonali, Confeſſoris: pietate, paupertate, & charitate in egenos infirmoſque conſpicui. Saliceti in Caſtella, Beati [e] Petri à Paſtrana, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Arimini, Beatæ [f] Francæ, Virginis: virtutibus, & meritorum prærogatiua celebris.

OCTOBRIS VII.

§. 1. BEati Petri Guarriguei, Martyris.* [a] Eius Elogium breui compendio recenſetur à Gonzaga, 3. part. Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu Sancti Pergeti, qui eſt 30. Prouinciæ Aquitanię antiquioris. *Anno* (inquit) *Dominica Incarnationis* 1574. *Cùm venerabilis atque deuotus Pater Petrus Guarriguens ad Mauriacum oppidum tertio tantùm milliari diſtans, perficiendorum quorundam negotiorum ergò à Patre huius loci Guardiano miſſus eſſet, in hæreticos ipſum oppidum expugnantes fortè fortuna incidit; à quibus tandem ob Chriſti confeſſionem atrociſſimè occiſus, Martyrio laureatus, aſtra petiit. Eius corpus ex maxima hæreticorum immanitate, inhumatum omninò per integrum diem remanſit: ac poſtmodum noctu à fidelibus ſublatum, honorifico loco, non abſque maxima omnium circumſtantium lachrymarum effuſione, reconditum eſt.* Eadem refert Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 9. Daça ibidem lib. 3. cap. 58. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadinghus tom. 7. ſupra ad ann. 1489. §. 1.

Beatorum Anonymorum Fratrum, Confeſſorum. b] §. 2.
Sepulti iacent in Conuentu ſancti Franciſci Tuuani, intra commune ſepulchrum Fratrum Minorum: vbi plures infirmi, pluresque Dæmoniaci optata referunt. Horum meminit Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 20. Prouinciæ Corſicæ.

Beati Anaſtaſii Mediolanenſis, Confeſſoris. c] Lai- §. 3.
cus erat profeſſus, vitamque duxit auſteritate plenam;

continua oratione, & feruenti charitate pollebat. Tunicam nuſquam induit, ſolo habitu contentus: diſcalceatus ſemper incedebat, nil deferens ad pedes, pacificus & modeſtus, ac humilis, viliora domus officia tanta ſedulitate exequebatur, vt ab ipſis nuſquam ceſſaret. Senex, oſtiarij curam agebat, ſtrictiſſimum ſeruans ſilentium, non enim, niſi interrogatus, loquebatur; ſed & ad quæſita ita affabiliter reſpondebat, vt veluti Angelus Dei reputaretur. Noctes frequenter ducebat inſomnes in contemplatione acerbiſſimæ Paſſionis Chriſti; deindè corpus ſuum flagellis vſque ad ſanguinis effuſionem caſtigabat, alta voce recitans deuotiſſimè ſeptem Pſalmos Pœnitentiales. Sæpè à Dæmonio, variis modis ac formis tentatus eſt & vexatus: ſed toties de eo victoriam reportauit. Accidit ſemel vt Sathan ſedens ad portam Conuentus in ſpecie mulieris formoſiſſimæ, petierit ab eo ignem: vir autem Dei culinam adiens, ignitos carbones propriis manibus, abſque vlla aduſtione, accepit detulitque prunas: dicens. Ecce, ô Sathan, quod petis accipe, & vade: quo audito, aufugit confuſus, ſciens ſe eſſe ab eo detectum. Plura edidit miracula, & clarus ſanctitate, quieuit in Domino, apud Piſaurum: cuius obitus tempore, clariſſima lux oborta eſt ſuper Conuentum, quæ tamdiu apparuit, quouſque anima eius è corpore egrediens, ab Angelis deportata eſt in cœlum. Scribit de eo Bzouius tom. 18. Annal. ad annum 1471 §. 37. Marcus Vlyſſiponenſis tertia parte, Chronic. Minor. lib. 5. cap. 36. ad annum 1470. Toſſinianus libro primo Hiſtor. Seraphic. in eo, quem tamen *Athanaſium* vocat. Sic & Picquetus ſupra. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1472. §. 53.

§. 4. *Beati Ioannis de Badonali, Confeſſoris.* [d]] Hic cùm in ſæculo Mercimonium exerceret, omni re familiari diuendita, atque pauperibus erogata, Franciſcanam Religionem, ingreſſus eſt; in eaque maxima cum omnium Fratrum ædificatione, quod ſibi vitæ reliquum fuit, conuerſatus extitit. Laicus erat profeſſione, & circa pauperes, præſertim vero infirmos atque vlceroſos, ſupra modum miſericors fuit: ita vt nil ſibi gratius accidere potuerit, quàm circa eos occupari. Hos ſiquidem oblatos cum maxima charitate fouebat, nutriebat, atque curabat. Prætereа, in oratione aſſiduus, atque ſanctiſſimæ paupertatis quàm diligentiſſimus cultor fuit: ita vt nihil ſibi ad perfectionem deeſſe videretur. Quibus tandem bonis operibus opimus, huic ſæculo, anno 1556. valedixit. Cuius corpus conditum eſt in Conuentu Dominæ noſtræ de Spe Villæ-nouæ de Fraxino, qui eſt 15. Prouinc. S. Gabrielis. Agunt de eo Gonzaga ibidem, parte tertia ſup. Barezzus ſup. libro tertio, capite 66. Daça ibidem lib. 3. cap. 23. & 65. Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollect. Decad. 8. part. 1. §. 8.

Beati Petri, Confeſſoris. [e]] Laicus etiam extitit: §. 5.
qui cùm vitæ ſanctitate, & optima conuerſatione floreret, haud mirum eſt ſi apud viros principes maximo haberetur in honore. Ingenti manſuetudine atque paupertate exornatus, ſanctè obdormiuit in Domino, Saliceti ſepultus in Conuentu 6. Prouinciæ Caſtellæ. Salazar, lib. 2. Chronic. huiuſce Prouinc. cap. 22.

B. Francæ, Virginis. [f]] Floruit ann. 1510. Arimi- §. 6.
ni, apud Monaſterium Angelorum, quod eſt 13. Prouinc. Bononięſis, prout colligitur ex Gonzaga part. 2. ibid. ſup. & Barezzo lib. 2. cap. 10. ſup. qui de ea ſcripſerunt, & Wadinghus in Additionibus ad tom. 3. Annal. Minor. §. 33.

OCTAVO IDVS OCTOBRIS.

IN territorio Nurſino propè Gualdum, Beatorum [a] Confeſſorum Martij, Saluetri, & Philippi. Cracouię, Beati [b] Alexij, Confeſſoris, mirę abſtinentię viri. Apud Mechioacanicum Regnum in India Occidentali, Beati [c] Ioannis Badiæ Confeſſoris: qui Religione ac pietate plenus, tanto ſpiritus feruore, tantoque ſalutis animarum zelo ſuccenſus eſt: vt innumeros Indos conuerterit ad Chriſtum, & in propagando Euangelio ſtrenuus ſemper extiterit operarius. Triuili, in Inſubria, Beati Franciſci [d] Tornielli, Confeſſoris. Item Beatæ [e] Magdalenę à Sancto Antonio, Virginis.

OCTOBRIS VIII.

§. 1. B*eatorum Martij, & Sociorum.* [a]] Obiit ann. 1301. hac die, apud eremum ſancti Laurentij, quod in conualle Appennini montis ſitum eſt ſupra Gualdum in Epiſcopatu Nurſino: per quem mirabilia non pauca Deus operatus eſt in infirmis & ægris. Breuiter eius acta deſcribit vetuſtus illius temporis Chronologus Anonymus, nec-non Beatus Odoricus de *Forlinio*, in ſua hiſtoria MS. & Vvadinghus, tom. 3. ſupra ad ann. 1301. §. 2. Item in Additionibus ad tom. 1. §. 22. & ad tom. 3. §. 1. Germanus verò Beati Martij, Frater *Saluetrus*, antè ipſum ibidem migrauerat ad Dominum, vitæ ſanctitate ornatus: & Fr. *Philippus*, Sacerdos eorum, conſimilis in ſanctitate, vir admirandæ abſtinentiæ & orationis: diu poſt ipſos obiit, miraculis clarus.

Beati Alexij, Confeſſoris. [b]] Inter virtutum eius §. 2.
inſignia, refertur, quòd vir Religioſiſſimus, vnam tantum multoties admitteret in hebdomada refectionem: obiit ſanctiſſimè in Conuentu Cracouienſi, circa ann. 1465. Teſte Vvadingho tom. 6. ſup. ad ann. 1463. §. 119.

Beati Ioannis Badiæ, Confeſſoris. [c]] Aiunt Gal- §. 3.
lum fuiſſe natione, atque in Aquitaniæ antiquioris Prouincia profeſſum; ſocius autem extitit Beati Patris Martini *à Ieſu*, dùm à Rege Sinzicha vocatus, Regnum Mechioacanicum ingreſſus eſt Euangelicæ prædicationis gratia: ibique plures infideles Indos conuertit ad Chriſtum, & extructis Eccleſiis, ac Conuentibus, mirum in modum diuinus cultus accreuit. Clarebat circa ann. 1535. Vide Gonzagam ſup.

Digitized by Google

ſup. part. 4. in Prouinc. Sanctorum Petri & Pauli. Item in Conuentu 1.5. & ſeq. eiuſdem Prouinc. Barezzum ſup. lib. 1. cap. 32. & lib. 3. cap. 28. ad ann. 1540. Daçam ibidem, libro ſecundo, capite decimo ſeptimo. Rapinæum in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 5. parte 1. §. 11. & part. 2. §. 7. Marianum lib. 1. cap. 36. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reſformat.

§. 4. *Beati Franciſci Tornielli, Confeſſoris.* [d]] Huius viri optimi, ſerui Dei, præclara facinora breui ſe daturum Wadinghus tom. 5. ſupra, promittit ad ann. 1442. §. 21. Iacet in Conuentu Triuilenſi, qui eſt 12. Prouinc. Mediolanenſ.

Beata Magdalena. [e]] De ea agunt Gonzaga parte prima, ſupra in Beatis Fœminis, 2. ac 3. Ordinis Minorum. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcani. De Sillis in caput. 1. Regul. Tertij Ordinis. §. 5.

SEPTIMO IDVS OCTOBRIS.

LVtetiæ Pariſiorum, Natalis Sanctorum [a] Martyrum Dionyſij Areopagytæ, primi Pariſienſis Epiſcopi, Ruſtici Presbyteri, & Eleutherij Diaconi: ex quibus Dionyſius ab Apoſtolo Paulo baptizatus, primus Athenienſium Epiſcopus eſt ordinatus: deindè Romam veniens, à Beato Clemente, Romano Pontifice, in Gallias, prædicandi gratiâ, directus eſt; & ad præfatam vrbem deueniens, cùm ibi per aliquot annos commiſſum ſibi opus fideliter proſequeretur, tandem à præfecto Feſcennino, poſt grauiſſima tormentorum genera, vnâ cum ſociis gladio animaduerſus, Martyrium compleuit. De quo illud memoriæ proditum eſt, abſciſſum ſuum caput ſuſtuliſſe; & progreſſum ad duo millia paſſuum in manibus geſtaſſe. In Nigroponte, Beati [b] Petri, Confeſſoris: qui eximia oratione, perfectione, ac ſanctitate floruit. Compluti in territorio Toletano, Beati [c] Ioannis Peñaluerij, Confeſſoris: qui doctrina & virtutibus pollens, maximus etiam Franciſcanæ Regularis Obſeruantiæ per Hiſpaniam fuit propagator. Poſnaniæ in Polonia, Beati [d] Nicolai à Coſlicio, Confeſſoris, & Concionatoris egregij: qui potens opere & ſermone, miraculis poſt mortem emicuit. Maniaretibus in Luſitaniæ & Caſtellæ Confinio, ad tertium ab oppido Valentię Alcantarenſi, in Diœceſi Caurienſi, lapidem, Beati [e] Antonij Lopetij, Confeſſoris: qui vita & verbo clarus, ſancto fine quieuit. Veroladi in territorio Burgenſi, Beatæ [f] Mariæ à Velaſco, Virginis: generis nobilitate, & multarum prærogatiua virtutum illuſtris.

OCTOBRIS IX.

§. 1. N*Atalis SS. Martyrum Dionyſii Areopagit.* [a]] Hæc deſumpta ſunt tum ex Martyrologio, Breuiarioque Romano; tum ex Antiquioribus Authoribus, ac Monumentis vetuſtiſſimis Eccleſiæ Græcæ, Latinæ & Gallicanæ: qua de re proſtant innumera Apologetica, ſiue Areopagitica, copioſéque litteris conſignarunt recentiores, Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis, & in Notis ad Martyrologium Romanum hac die. Doubletus, in hiſtoria Abbatiæ Regiæ ſancti Dionyſij in Francia. Et Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, ac libro de Myſticis Galliæ Scriptoribus, quem prœlo cudendum dedit. Quos vltra progredi, fas non erit: dubitare verò idem ac nodum in ſcirpo quærere, & næuum in ſole.

DE SANCTO DIONISIO AREOPAGYTA PRIMO PARISIORVM EPISCOPO.

IOANNIS MORELLI, SCHOLÆ RHEMENSIS in Academia Pariſienſi Moderatoris.

HYMNVS I.

Athenarum intrat forum §. 2.
Paulus cum fiducia,
Iudicum & Senatorum
Subit tribunalia:
Damnat cultum Idolorum,
Qua colebat Græcia.

Quem Iudæa crucifixit
Ieſum verum Meſſiam,
De ſepulchro reſurrexit
Hic ad diem tertiam:
Reſurgemus & nos dixit,
Per huius potentiam.

Digitized by Google

Plures qui hoc audierant,
Quamquam nihil certius,
Altercantes irriſerunt,
Tanquam nihil ſtultius:
Quidam verò crediderunt
Ex his Dionyſius.

Sanctus præſul Romanorum
Clemens hunc diuinitùs
Legat ad gentem Gallorum:
Quò venit interritus,
Vbi ſemen tot errorum
Extirpet radicitùs.

DE EODEM
SANCTO DIONYSIO.
HYMNVS II.

§. 3. *PRæbuit ſe diu viuens*
Canis venerabilem,
Theologum libros ſcribens
Summum & mirabilem:
Propheta Eclypſim cernens
Videnti perſimilem.

Duo ſenem comitantur
Vſque ad Lutetiam.
Pari zelo æmulantur
Fidem & conſtantiam,
Impiorum inſectantur
Sacrorum ſpurcitiam.

A Tyranno ſæuiente
In carcerem truditur.
Quod ſpecus ab affluente
Turba piè viſitur:
Pariſiorum à gente
Præcipuè colitur.

Vexit Chriſtus laureatum
Super aſtra, ignibus
Aſſum prius, & vexatum
Tormentis immanibus.
Caput ſibi amputatum
Suis geſtat manibus.


IN BEATVM DIONYSIVM AREOPAGYTAM
V. Laurentiæ Stroziæ Monialis Ordinis S. Dominici, in Monaſterio D. Nicolai de Prato in Hetruſcis.

§. 4. *PVlchra lux ſurgit memoranda nobis*
Menſis octaui, properemus omnes
Te Dei athletam celebrare cantu
O Dionyſi.
Qui Sophos inter ſtudio celebris,
Morte dum Chriſtus reſerauit æthram:
Dum tremit Tellus tenebris amicta,
Talia dicis.
Conditor nunc (heu) patitur ſupremus.
Quod nouis ſignis elementa monſtrant,
Tota vel noſtri citò deſtruetur
Machina mundi.
Poſteà à Paulo veniente Athenas
Diſcis intentus ſacra verba legis,
Quæ docens ſemper radiis repleſti
Feruidus orbem.
Deſeris dulcis patriæ penates
Prædicans Chriſtum, peragrans & Orbem:
Quem Deum verum populo eſſe dicis
Alta loquendo.
Ora vidiſti Genitricis almæ,
Cuius intactum Deus vber hauſit.
Antequam cælos moriens adiret
Iuncta Tonanti.
Inde Francorum penetrando regna,
Vt viam rectam penitus doceres,
Aſtra truncato capite alta ſcandis
Nomine Ieſu.
Et tuum ſumis caput, in propinquum
Deferens collem manibus reponis,
Quod ſtupent omnes, venerantur atque
Omnipotentem.
Lætus in terris populo fideli
Nunc in excelſis meritò triumphas:
Adiuua mœſtos: refoue labentes
O Dionyſi. Amen.

Quantum verò ſpectat ad noſtrum Ordinem Seraphicum: ab initio naſcentis Ordinis, fuit ſemper peculiari cultu veneratus hic ſanctus Dionyſius Areopagyta, Athenarum Protomyſta, Galliarum Apoſtolus, & Pariſiorum Antiſtitum coryphæus. Sicque apud Firmamentum trium Ordin. Minorum, parte 3. in Ordinationibus diuini officij, in Declaratione de Feſtis ſolemnibus, additur, *Feſtum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherij, Martyrum,* Hinc in Capitulo Prouinciali Prouinciæ Franciæ Pariſienſis Tulli adunato ann. 1524. ſancitum legimus, *Feſtum ſancti Dionyſii fiat ſolemne.* Propterea in Capitulo Generali Salmanticenſi ann. 1553. ita decretum fuit: *D. Dionyſii Feſtum erit duplex apud Gallos:* quod nunc vſque gratanter excepimus atque ſeruamus. Nec abs re, quandoquidem mirabili prorſus euentu acciderit; quòd ſicut ſancti Dionyſij cultus frequentari cœpit, in ea Franciæ prouincia, quæ prima agnoſcitur in vniuerſa familia Franciſcana Ciſmontana, cui diuinitùs præfuerat primus Epiſcopus: ita fœliciore ſorte aduenerit, vt cùm noſtra Reformatio exordium ſumpſiſſet in Gallia, & intra hoſce Franciæ Pariſienſis limites copioſiùs excreſceret, mox piè arbitrati ſunt Patres noſtri eam ſub patrocinio tanti præſulis complecti. Vt quæ omnium in Gallia exiſtentium prima erat inſtitutione, tum litteris R. P. Miniſtri Generalis, tùm authoritate confirmatiua Tabulæ §. 5.

Digitized by Google

Tabulæ Capitularis Generalis Romani ann. 1612. ſic primarium ſibi deligeret Galliarum Apoſtolum, & Anteſignanum Pariſiorum Epiſcopum; nomen ſancti Dionyſij præ ſe ferret, & ſigillum ſuum, imagine ſua inſigniret, quando erecta eſt prouincia ann. 1612. in hunc modum.



Sigillum R. P. Miniſtri Prouincialis Fratrum Minorum Recollectorum Prouinciæ Sancti Dionyſij in Gallia.

§. 6. *Beati Petri, Confeſſ.* [b]] Huius meminit B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus minorib. Prouinc. Romanæ ſanctitat. illuſtr. his verbis. *In Nigroponte iacet F. Petrus, homo miræ perfectionis: qui inter alia, cùm quidam Dæmon ab incantatore vocatus venire tardaſſet, & vltimo veniens, eum interrogatus fuiſſet, cur tantum venire diſtuliſſet? Reſpondit, quia Fratrem Petrum ab oratione volebam remouere, ſed non potui. Quo audito incantator fuit conuerſus, & vita poſtmodum perfecta.* Memoratur ab eodem fruct. 11. part. 2. ibidem. item Codice S. Victor. Pariſ. ibid. Marco Vlyſſiponenſi 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 10. §. 2. ann. 1350. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in Beatis viris huiuſce Ord. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraph. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadingho tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1305. §. 5. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 64.

§. 7. *Beati Ioanis Peñaluerij, Confeſſoris.* [c]] Vir fuit ſummæ ſanctitatis ac Religionis, ſtrenuuſque Franciſcanæ Regularis obſeruantiæ propugnator, necnon eruditione haud vulgari præditus: quem ob eius compoſitos mores, vitæque puritatem, intimè dilexit, atque vt ſibi à confeſſionibus eſſet, elegit illuſtriſſimus Alphonſus Carillus, Toletanus Archiepiſcopus; imò & ad illius ſuaſum Conuentum Complutenſem ſanctæ Mariæ de Ieſu ædificauit, anno 1456. & alterum Paterniani, ſub Titulo ſanctæ Mariæ de Gratia, erigere cœpit. Demùm meritis præclarus exceſſit è vita in præfato Conuentu Complutenſi. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 3. lib. 6. cap. 40. ad ann. 1483. Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu 2. & 12. Prouinc. Caſtellæ. Salazar. lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 13. lib. 4. cap. 12. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1437. §. 46. tom. 6. ann. 1456. §. 248.

B. Nicolai à Coſlicio, Confeſſ. [d]] Hic erat ſanctiſſimus, atque prædicator diſertiſſimus: floruit autem circa annum Chriſti 1540. apud Conuentum ſancti Franciſci Poſnaniæ; vbi diem mortis exoluens, miraculis poſt obitum claruit, qui ſepulturam in horto, iuxta Antiquiorem B. Annæ ædiculam, cùm adeptus eſſet, eius oſſa ad Eccleſiam tranſlata, atque honeſtiſſimo loco recondita ſunt. Ita Gonzaga 2. part. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 3. Prouinc. Poloniæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 22. Daça ibid. lib. 1. cap. 31. Vuadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1457. §. 73. §. 8.

B. Antonij Lopetij, Confeſſ. [e]] Inſignis Pater, egregiuſque diuini verbi præco extitit: quippe, qui ſuis feruentiſſimis Concionibus, atque cœleſti potiùs, quàm humana doctrina, plurimos à vero ſcopo aberrantes ad Paſtorem Chriſtum reduxerit, plurimoſque alios in ſancto propoſito confirmarit. Quique ſi eius vitam, mores, atque pœnitentiam attendas, Seraphicum Patrem Franciſcum in omnibus imitari ſtuduit; mortem obiit in Conuentu ſancti Franciſci de Maniaretibus, anno Chriſti 1559. Cuius denique corpus poſt multum temporis, dùm fortuitò ſepulchrum aperiretur, integrum, incorruptum, atque ſuauiſſimè redolens apparuit: ita vt ex odore vnguenti tota domus repleta ſit. Qua etiam de cauſa maximæ ſibi ſanctitatis nomen acceſſit. Hæc ex Gonzaga part. 3. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 8. Prouinciæ ſancti Gabrielis. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 77. Rapinæo in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 8. Grauina in *voce Turturis*, parte ſecunda, capite vigeſimo quarto. Vuadingho tom. 5. ſup. ann. 1432. parag. 37. §. 9.

B. Mariæ à Velaſco, Virg. [f]] Cùm Monaſterium Clariſſarum ſanctæ Mariæ de Bretonera Veroladi, ruinam minaretur; ſumptibus pientiſſimæ heroinæ Mariæ à *Velaſco*, illuſtriſſimi D. Bernardini à *Velaſco*, Caſtellæ Coneſtabilis, filiæ, refectum, imò potiùs denuò conſtructum fuit. Hæc poſtmodum nobilis virgo Religionem ibidem ingreſſa, tantoperè in omni virtute atque ſanctitate profecit, vt anno Domini 1557. Paululum antequam animam exhalaret, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, atque Euangeliſtæ Ioannis præſentia dignari meruerit. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in præfato Monaſterio, quod eſt 6. Prouinc. Burgenſis. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 68. Vuadingho tom. 4. ſup. ad ann. 1358. §. 11. Gouſſancourt tom. 2. Martyrolog. Equit. Melitenſ. fol. 227. §. 10.

SEXTO IDVS OCTOBRIS.

IN Bohemia, Beati [a] Ioannis ab Hercudero, Martyris. Ilerdæ in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [b] Segriani, Confeſſoris: cuius vita virtutibus & miraculis plena refulſit. Arimini, Beati [c] Roberti Malateſtæ, Confeſſoris, eiuſdem vrbis principis: qui ſumpto Tertiariorum Ordinis Minorum habitu, tanta humilitate, & caſtitate, oratione ac paupertate, aliiſque ſummis virtutibus ſic claruit: vt viuus ac mortuus quamplurimis ſignis illuſtratus ſit admirandis. Lublini in Territorio Cracouienſi, Beati [d] Tyburini de Froda, Confeſſoris; notæ ſanctitatis viri. In Majorica Inſula, Beati [e] Raphaëlis Serræ, Confeſſoris. Amarantij, in territorio Braccarenſi, Beatæ [f] Anonymæ, Virginis: quæ ſanctis moribus adornata, fœlix migrauit ad Aſtra.

Digitized by Google

OCTOBRIS X.

§. 1. B*Eati Ioannis, Martyris.*[a]] Prouinciæ Bohemiæ erat alumnus, ab hæreticis autem, ob Chriſti fidem occiſus: ſepultus eſt in Conuentu de Penna; vti ſcribit Marcus Vlyſſiponenſ. infra part. 3. lib. 8. cap. 33. ad ann. 1508.

§. 2. *Beati Segriani, Confeſſoris.*[b]] Tanta vitæ ſanctitate floruit circa ann. 1340. vt antè & poſt obitum plura miracula ediderit. Diem clauſit extremum Ilerdę: ſuper cuius corpus viſa ſunt luminaria non pauca de cœlo deſcendere. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. in Fratribus Minoribus Prouinc. Arragoniæ ſanctitate illuſtribus, part. 2. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 48. §. 3. ſub ann. 1342. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1259. §. 15. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 3. *Beati Roberti Malateſtæ, Confeſſoris.* c] Oriundus fuit ex nobiliſſima *Malateſtarum* familia, atque Arimini educatus, ſub Carolo Malateſta, eiuſdem vrbis principe, ipſius Patruo. Ab ineunte ætate futurę ſanctitatis indicia haud parua prætulit. Nam annum ætatis agens quintum, maiorem partem noctis abſumebat in oratione vocali; interrogatus quid magis ſibi arrideret? paupertate potiri, inquit. Magnum exindè de eo ſumens præſagium, Patruus eum adoptauit ſibi in filium ac hæredem: nec ſpes ipſum fefellit. Nam creſcente ætate, creſcebat & virtute: ita vt anno decimo ſuę ætatis, ieiunaret Aduentum Domini, & vigilias Sanctorum in pane & aqua. Cœpit etiam tunc temporis, cilicium deferre ad carnem, reſque nugales ac futilia puerorum opera omnino fugiebat: ſed loca ſolitaria quærebat, vt orationi inſtantius vacaret. Factus adoleſcens, carnem ita ſpiritui ſubiecerat, vt nec luxuriæ inquinamenta ſenſerit, nec labe prurientis libidinis vſquam fœdatus ſit: caſtitatis enim erat amantiſſimus, & totius pudicitiæ ſpeculum in ſe pręferebat. Attamen cùm iam decimum octauum annum attigiſſet, à patruo ſuo Carolo, Marguaritæ, nobiliſſimæ Virgini, filiæ Nicolai Eſtenſis, Marchionis Ferrariæ, licet inuitùs deſponſatur.

§. 4. Seraphicum Patrem S. Franciſcum ſingulari proſequebatur deuotione, cuius veſtigia ſibi propoſuerat imitanda: ea propter, vitam illius aſſiduè legebat, & fauorem ab eo vehementer implorabat. Sæpè viſione, ac præſentia Seraphici Patris recreabatur eius animus: & frequenter inter ſe mutuò colloquentes audiebantur. Qua de re habitum tertij Ordinis aſſumpſit in die feſto ipſius Patris ſancti Franciſci: exindéque ad maioris perfectionis gradum iter eſt aggreſſus, pientiſſimus enim erga Deum, & amantiſſimus erga populum ſibi ſubiectum euaſit. Humillimus erat, prudens & ſagax in regimine: patiens, & benignus, pauperum refugium, quorum neceſſitates ſua beneficentia ſubleuabat, quorum pedes lauabat, eiſque ad menſam inſeruiebat. Leproſorum domos frequentabat, hoſpitalia viſitabat, eleemoſynas omnibus erogabat, infirmorumque vlcera blandè oſculabatur, & monita ſalutis dabat. Cilicio, vigiliis, orationibus, diſciplinis, ieiuniis, aliiſque pœnitentiæ operibus corpus edomabat. Vulgari cibo & veſtitu vtebatur; ſuper tabulam ligneam ſæpius ſomnum capiebat, Horas Canonicas attentè recitabat, diuino officio piè adſtabat: maxima cum humilitate ac deuotione peccata Sacerdoti confitebatur, exindéque totus lachrymarum imbribus madefactus ſacram Euchariſtiam ſumebat. Pluribus variiſque ægritudinibus fuit examinatus: quas mira animi conſtantia tolerauit. Diem obitus ſui longè antè pręſciuit: qui cùm adueniſſet, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino, anno Chriſti 1432. ætatis ſuæ 22. cuius corpus ſepultum eſt in Cæmeterio (prout ipſe ordinarat) cum habitu Tertiarij Ordinis Minorum apud Ariminum.

§. 5. Vita eius, & egregia facta, inſigniaque miracula, quæ tum in vita, tum poſt obitum, operatus eſt: deſcripta ſunt à Reuerendo Patre Nicolao Ariminenſi, Theologo, Ordinis Minorum: ex quo poſtea Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 1. cap. 53. 54. & 55. Gonzaga part. 1. ſup. in Beatis viris ex tertio Ordine Minorum. Toſſinianus lib. 1. ſupra. Wadinghus tom. 2. ſup. ann. 1292. §. 23. & tom. 5. ann. 1432. §. 16. Supplementum Chronicar. lib. 6. in vrbe Ariminenſi, & lib. 12. ann. Chriſti 1003. Albertus Leander Italiæ illuſtratæ, in Deſcriptione vrbis Ariminenſ. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Brulius lib. 2. Antiquit. Pariſ. pag. 525. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 23. & 24. Marulus lib. 4. Hiſtor. Sacrar. Religion. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiarior. Benedictus Coronatus cap. 19. vit. ſancti Elzearij. Ioannes de Torres in Practicis exhortationibus ſupra eamdem Regulam, fol. 37. pag. 2. De Buſtis parte 2. Roſarij Quadrageſim. Concion. 27. Marianus lib. 4. cap. 13. Chriſtophorus Veruchinus lib. de SS. Veruchinis, Volaterran. lib. 6. Geograph. in Picœno. Franciſcus Sanſonius, de Famil. Italiæ. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic.

§. 6. *Beati Tiburtini, Confeſſ.* d] Sacerdos fuit magnæ abſtinentiæ, deuotionis, & contemplationis extaticæ, ſilentij amantiſſimus, orationi addictus, in moleſtis morbis mirum in modum patientiſſimus. Iuxta MSS. Prouinciæ Poloniæ, & Conuentus Lublinenſis, ac Vvadinghum tom. 6. ſup. ad ann. 1465. §. 13.

§. 7. *Beati Raphaelis, Confeſſoris.*[e]] Prouinciæ Maioricarum olim tertiò extitit Miniſter Prouincialis: de cuius ſanctitate proceſſus fiunt in partibus coram ordinariis. Vti conſtat ex Libello Neapoli edito ann. 1626. apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli, & Rapinæo Hiſtor. General. Origin. Recollector. part. præfat. §. 4.

§. 8. *Beatæ Anonymæ, Virginis.*[f]] Huius meminit illuſtriſſimus Gonzaga, part. 3. ſupra in Monaſterio S. Claræ Amarantij, quod eſt 13. Prouinc. Portugalliæ: vbi ſic ait. *Inter illuſtriores Sanctimoniales, quæ ex hoc Monaſterio ad aſtra, vt ibi cum ſanctis virginibus obiecto beatifico fruerentur, conuolarunt, vna fuit ſoror quædam 20. vix annum attingens, iuuencula quidem ætate, ſed moribus maturiſſima: ad cuius obitum, qui anno Dominicæ Natiuitatis milleſimo quingenteſimo quinquageſimo contigit, & Angelicus concentus ſuauiſſimus à ſororibus auditus fuit: & ſuauiſſima fragrantia ex eius corpore exhalauit: quæ omnium circumſtantium animos magna voluptate afficiebat. Dùm nihil minus cogitarem, Epitaphium quoddam ſacra ædis parieti impreſſum ſeſe mihi obtulit, cuius verba ſunt hæc quæ ſequuntur:* Domina Maſalda

Maſalda me fecit. *Sed qua iſta fuerit, aliorum eſto iudicium: cùm id (licet omni adhibita cura) inuenire minimè potuerim.* Eadem referunt Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro tertio, capite quinquageſimo ſeptimo. Valerius de Sanctis Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 38.

QVINTO IDVS OCTOBRIS.

OCtaua [a] Seraphici Patris Sancti Franciſci. Aquis in Prouincia Ianuenſi, Beati [b] Michaelis Aquenſis, Confeſſoris; Doctrina, patientia, & ſignis admirandis, pollentis. Fulginij, Beati [c] Petri Tudertini, Confeſſoris: qui paupertatis amantiſſimus, virtute orationis & abſtinentiæ plurimùm enituit. Iulianæ in Sicilia, Beati [d] Simonis à Cataraxibetta, Confeſſoris: qui vitæ ſanctitate conſpicuus, gratia etiam miraculorum nunc vſque rutilat. Apud Aguacatlanum Xaliſcorum oppidum, in India Occidentali, Beati [e] Bernardini Marmorei, Confeſſoris: qui Religione, ac vitæ perfectione ſpectabilis, tanta animi ſtrenuitate, Indorum conuerſioni incubuit, talemque fructum animarum reportauit: vt ingenti eorum multitudini cauſa extiterit ſalutis. Guadalfagiaræ in Caſtella, Beati [f] Andreæ de Loçoya, Confeſſoris. Laudæ, Beatæ [g] Manſuetæ, Virginis.

OCTOBRIS XI.

§. 1. *OCtaua Sancti Franciſci. a*] Celeberrima agitur, ſub Feſto duplici, in toto Ordine Franciſcano, authoritate Apoſtolica: itaque Sixtus IV. conceſſit, quòd Fratres Minores, in Miſſarum ſolemniis poſſunt dicere *Credo*, per Octauam, & in die Octaua Diui Franciſci. Vide Breuiarium vetus & nouum, ac Miſſale Fratrum Minorum. Alphonſum de Caſarubea, in Compendio priuilegiorum Ordin. Minorum, verbo, *Credo*, *Feſtum*, & *Franciſcum.* Cordubam ibid. in Annotation. Alexander IV. pœnitentibus & confeſſis, viſitantibus Eccleſias Minorum Fratrum in feſtiuitate S. Franciſci, & per octo dies continuos, conceſſit quadraginta dies Indulgentiæ: incipit Bulla, *Cùm ad promerenda*, ſub Datum Anagniæ 5. Kalendas Auguſti, ann. 1. Wadinghus tom. 2. ad ann. 1255. §. 23.

§. 2. *B. Michaelis, Confeſſ. b*] Prouinciæ Ianuenſis alumnus, ex roſtris facundiſſimus orator, Hieronymi Sauanarolæ doctrinam & mores impugnauit. In Capitulo Generali Obſeruantium Vltramontanorũ Aquilæ habito, ann. 1495. electus eſt Diffinitor Generalis, ac Vicarius Auſtriæ & Bohemię. In patientia per multos labores, & morbos, probatus, miraculis effulſit. Iacet in veneratione, ad cœnobium ſuæ patriæ, tunc Prouinciæ Ianuenſis. Ita Vvadinghus, poſt alios, tom. 7. ſup. ad an. 1480. §. 13. 1491. §. 59. & 60. 1492. §. 37. 1495. §. 1. & 1497. §. 12.

§. 3 *B. Petri Tudertini, Confeſſ. c*] Hic anno 1534. cum B. Bernardino *Aſtenſi*, atque aliis, ex Obſeruantium familia ad Reformationem inter Patres Capucinos conuolauerat; in nouo Fulginij Conuentu, qui S. Ioſephi fuit appellatus; vbi inſignioribus virtutibus refulſit, & breuis laboris expleto curriculo, ſub annum 1540. ad coronam peruenit. Scribit de eo Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad annum 1540. §. 13. 14. &c. ex MS. & Petracio, Monteflor. atque Salodienſi.

§. 4. *B. Simonis à Cataraxibetta, Confeſſ. d*] Florebat ſanctitate anno 1540 apud Conuentum Sanctæ Annæ Iulianæ: vbi meritis ac virtutibus cumulatus, in Domino quieuit, ac tumulatus eſt, & nunc vſque quam plurimis coruſcat miraculis. Ita Gonzaga 2. part. ſup in præfato Conuentu, qui eſt 32. Prouinc. Siciliæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 21. Daça, ibid. lib. 1. cap. 31. & Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1499. §. 27.

B. Bernardini, Confeſſ. e] Eius meminit Barezzus ſup. lib. 4. cap. 23. ad an. 1560. vocans ipſum Bernardinum à *Conceptione*, nobili ſanguine natum. De eo Gonzaga hæc habet, part. 4. ſup. in Conuentu S. Franciſci Aguacatlanenſi, qui eſt 25. Prouinciæ Sanctorum Petri & Pauli. *Hic locus Religioſiſſimi Patris Fratris Bernardini Marmorei funere, ſupra modum nobilitatur. Perdeuotus hic Pater, conſumptis prius, idque maxima cum laude, in Conceptionis prouincia, vbi Religionis habitum primo induerat, aliquot annis; ad has partes transfretauit: tantaque cura ac ſollicitudine, Indorum conuerſioni, tum verbo, tum quoque vita exemplo, intendit, vt eorum pene innumeros Chriſto pepererit; nihil interim horum, quæ Franciſcana Regula nitorem concernebant, quæque ad Chriſtianam perfectionem requiruntur, prætermittens.* Hæc ille: ſic & Marianus lib. 2. cap. 41. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 366. §. 5.

Beati Andreæ, Confeſſ. f] Obiit magna cum opinione ſanctitatis in Conuentu Guadalfagiarenſi, qui eſt 4. Prouinc. Caſtellæ, vbi per annos 50. Hoſtiarij functus eſt officio, cùm eſſet laicus, & charitate plenus erga pauperes: vide Salazarem lib 4. Chronic. præfatæ prouinc. cap. 2. Wadinghum tom. 4. ſup. ad ann. 1397. §. 14. §. 6.

Beata Manſueta, Virg. g] Hæc inter ſanctiſſimas Sorores, Monaſterij Sanctæ Claræ Laudæ (quod eſt 9. Prouinciæ Mediolanenſis,) longè emicuit: quæ cùm quadam die maximo ſumendæ Euchariſtiæ deſiderio teneretur, ab Angelo ſibi ſacra ſynaxis miniſtrata fuit. Gonzaga ibid. part. 2. ſup. & Vvadinghus ſup. tom. 6. ad ann. 1459. §. 61. §. 7.

Digitized by Google

QVARTO IDVS OCTOBRIS.

APud Montem-Peſſulanum in Gallia, Beati [a] Andrææ-Roberti, Martyris: qui ab hæreticis multa perpeſſus, tandem glandula plumbea à ſclopetariis in os eius diploſa, Martyrio eſt coronatus. Londini in Anglia, Paſſio Beati [b] Ioannis Baptiſtæ Martyris, ob tuendam fidem Catholicam trucidati. Guadalfagiaræ, in Indiæ Occidentalis noua Gallicia, Beati [c] Angeli à Valentia, Confeſſoris, admirandæ Religionis, prudentiæ, & benignitatis viri: qui feras ac barbaras Gentes, Euangelij prædicatione mites reddidit ac manſuetas. Poſnaniæ in Polonia, Beati [d] Gabrielis, Confeſſoris: qui munus Prouinciale bis laudabiliter exercuit, & ſummis virtutibus adornatus, in cœlum abiuit. Galdaris in Canaria magna, Beati [e] Antonij à Soſa, Confeſſoris: qui genere, humilitate, oratione ac charitate, illuſtris admodùm emicuit. Vrbini, Beatę [f] Eliſabeth Malataſtæ, viduæ: quæ ſpretis mundi & carnis illecebris, virtutum omnium ſpecimen euaſit. Vlyſſipone in Luſitania, Beatæ [g] Agnetis à Sancto Dominico, Virginis: virtutibus & miraculis claræ.

OCTOBRIS XII.

§. 1. B*Eati Andrææ-Roberti, Martyris.* [a]] Laicus erat profeſſione, ex Barcinona in Alpibus oriundus; piiſſimus Frater, Montiſpeſſulani Conuentus alumnus: qui anno 1567. furentibus hæreticis, & Agathopolim vrbem deuaſtantibus, ab his tentus, & ſphærula ſclopetaria in os eius, ex machina immiſſa, dicente, *Ieſus Maria*, occiſus eſt. Vide Gonzagam 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in prædicto Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. S. Ludouici. Barezzum 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 8. Daçam ibid. lib. 3. cap. 57. Algeziram in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Grauinam in *voce Turturis* parte ſecunda, cap. 24.

§. 2. *Beati Ioannis Baptiſtæ, Martyris.* [b]] Patria Ciceſtrenſis erat, piis & honeſtis parentibus natus, in Anglia primùm, deindè in Hiſpania litteris operam dedit: & in Conuentu Abroicano, Prouinciæ Conceptionis Virg. apud Patres Recollectos, Ordinis Minorum habitum ſuſcepit, anno ætatis ſuæ 19. poſtea reuerſus in patriam, & Prouinciæ Angelorum ſtrictioris obſeruantiæ incorporatus, Guardianus Ciceſtrenſis efficitur. Tum demùm captus, & Londinum adductus, ibi tandem deprehenſus Miſſæ ſacrificium celebrare, ſententiam capitalem tulit, pius pater, præ incredibilis lætitiæ copia exiliens, ac ſpiritu mirificè confortatus, flexis ad terram genibus, oculiſque in cœlum eleuatis, Deo hymnum canere cœpit, *Te Deum laudamus*. Deindè grates, quas potuit maximas iudici rependit, pro ſingulari in ſe exhibita beneuolentia. Ad vltimum, eductus è carcere, die 12. Octob. ann. 1642. ſupplicium mortis fortiter conſtanterque ſubiuit. Nam à carnifice ſuperimpoſitus crati, ſeu trabæ, quæ nullo rotarum nexu, ſed lignis rudibus, per glebarum ſaxorúmque prærupta, agitata, à ſenis equis effrænatè protrahitur; & ad locum deſtinatum deducitur, ibique ſuſpenſus, viuuſque mox dimiſſus, carnifex cultro genitalia ei abſcindit, atque in ignem conijcit; ventre quoque pari crudelitate diloricato, cor eius tremulum de pectore auellit, & in ardentem rogum immittit. Denique caput ei amputat, corpus verò in quatuor partes, membratim diſſectum partitur. Vitam, Martyrium, & Agonē ipſius Athletæ Chriſti, deſcripſerunt Dominus *de Marſys*. lib. 3. perſecutionis Anglicanę in Catholicos. & R. P. Angelus à *S. Franciſco*, in certamine Seraphico Prouinc. Angliæ.

§. 3. *Beati Angeli à Valentia, Confeſſ.* [c]] Natione fuit Hiſpanus, patria Valentinus, à *Saliceto* nonnunquam cognominatus; qui ex prouincia Valentiæ in Indiam Occiduam traiiciens, poſt conſumptos quadraginta eoque ampliùs annos in Indorum conuerſione, atque Euangelica prædicatione, ſuę mortis ex diuina reuelatione præſcius, viam vniuerſæ carnis, apud Conuentum S. Franciſci Guadalfagiaræ, ingreſſus eſt. Ac paulò antequam ſpiritum ſuo Creatori redderet, cùm aliquamdiu fuiſſet in extaſi, tanquam è profundiori ſomno euigilans, in hæc verba prorupit: *vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Quamobrem quotquot aderant, certò certiùs crediderunt, ipſum glorioſiſſimæ Virginis præſentia dignatum fuiſſe. Florebat ſanctitate, ann. circiter 1535. Agunt de eo Gonzaga part. 4. ſup. in eo Conuentu prænominato, qui eſt 22. Prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 31. ſub ann. 1540. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 374. Marianus lib. 1. cap. 36. & lib. 2. cap. 52. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Refformat. Daça ſup. lib. 2. cap. 17. & 30.

§. 4. *Beati Gabrielis, Confeſſ.* [d]] nuncupabatur, Gabriel *Czernievien*, bis Miniſteriatus officio functus, humilitate, vitæ innocentia, modeſtia, & patientia inſignis: exercitatiſſimus paſſionis Dominicæ contemplator: propè latus dextrum Altaris in choro ſepultus, apud Conuentum Poſnanienſ. qui eſt 3. Prouinc. Poloniæ. Ita MSS. eiuſdem Prouinciæ: ac Vvadinghus tom. 6 ſup. ad ann. 1457. §. 73.

§. 5. *Beati Antonij à Soſa, Confeſſ.* [e]] Hic ſacerdos extitit, ac patria Luſitanus, qui relicta pinguiſſima hæreditate, atque ſanguinis claritate longè poſt-habita, ad Conuentum ſancti Antonij Galdaris, Minoritico induendus habitu conuolauit; in eoque ad extremum vſque vitæ diem, humilioribus exercitiis, atque Infirmarij officio vigilantiſſimè intentus perſeuerauit. Fuit præterea in oratione aſſiduus, maximaque charitate præditus; ac omni denique virtute ornatus: quamobrem

Digitized by Google

quamobrem infirmum confratrem animam iam agentem, porrecto ſibi poculo, integræ ſoſpitati ex tempore mirabiliter reſtituere meruit. Claruit ann. 1550. Obiitque in præfato Conuentu, (qui eſt 3. Prouinc. Canariæ) vbi & honorificè conditus quieſcit. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 4. ſup. Barezzo item ſup. lib. 4. cap. 17. ad ann. 1560. Grauina ſup. Gouſſancourt tom. 2.

§. 6. *B. Eliſabethæ Malateſta.* f] Defuncto coniuge, Petro Gentile Varano, Principe Camertum, & deſponſata filia Alexandro Sfortiæ, Piſaurenſi Regulo, Fulginij Sanctæ Claræ amplexa eſt inſtitutum. Corpore procera, vultu veneranda, & moribus gratiſſima, ſororum omnium, quibus humillimè ſeruiebat, conciliauit amorem, & reuerentiam. Indè Peruſium profecta, ann. 1448. Monaſterium Montis Lucis incoluit vſque ad ann. 1456 donec à Calixto III. cum ſororibus octo, Vrbinum amandata eſt, nouum ibidem Monaſterium conſtructum ſuo Magiſterio formatura; vbi poſtquam religioſiſſimas creauit diſcipulas, magna pietatis opinione, nec minus virtute, quàm genere, nobiliſſima, abiit in cœlum, circa annum 1477 Vide Iacobillum de SS. Fulginatib. ad 22. Iulij, & Vvadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1477. §. 14. poſt Iacobum Bergomatem de claris mulierib. cap 152.

Beatæ Agnetis à Sancto Dominico, Virginis. g] §. 7.
Eius Elogium habetur apud R. Gonzagam 3. part. ſup. in Monaſterio Sanctæ Claræ Vlyſſiponenſis, quod eſt 1. Prouinc. Portugalliæ. *Ex propria* (inquit) *atque infirma carnis ergaſtulo ad æthereas ſedes migrauit deuotiſſima ſoror Agnes à Sancto Dominico, ſacræ huius ædis alumna; quæ omnibus virtutibus, ſed præſertim humilitate, paupertate, atque ferventiſſima oratione, dùm viueret, mirum in modum reſplenduit. Quamobrem plures moleſtias ſibi à Dæmone illatas viriliter ſuſtulit, & innumeris miraculis claruit. Nam ad contactum eius baculi, cui decrepita innitebatur; & R. P. F. Andreas Inſulanus totius Minoritici Ordinis olim Generalis Miniſter, à podagra, qua acerbiſſimè affligebatur; & ſereniſſima Catharina Portugalliæ Regina, vehementiſſima chiragra, & plures alijs diuerſis infirmitatibus, liberati fuere.* Eadem atteſtantur Barezzus ſupra lib 4. cap. 39. ſub ann. 1565. Vvadinghus tom. 2 Annal. Minor. ad ann. 1294. §. 19 Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 40. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

TERTIO IDVS OCTOBRIS.

APud Ceptam in Mauritania Tingitana, paſſio Sanctorum a Septem Martyrum, Danielis, Samuelis, Angeli, Donuli, Leonis, Nicolai, & Hugolini: quia à Sarracenis colaphis percuſſi, flagellis cæſi, opprobriis illuſi, & diuerſis contumeliis, pro Chriſto affecti; ad vltimum ſuis habitibus expoliati, ac nudi, manibus poſt terga ligatis, capite plectuntur. Fabriani in Picœno, Beati b Creſcentis-Bene, Confeſſoris; doctrina & ſanctitate ſpectabilis. In Auſtria, Beati c Andreæ Leubs, Confeſſoris: qui ſingulari pietate, eruditione, ac Religione exornatus, Prouincialatu Auſtriæ præclarè functus eſt, & ſancto fine quieuit. In territorio Eboracenſi, apud Montem-Maiorem nouum, Luſitaniæ oppidum, Beati d Ioannis Narachij, Confeſſoris: ſanctitate, & gloria miraculorum conſpicui. Madriti in Hiſpania, Beati e Melchioris à Gratia, Confeſſoris: qui cùm illuſtri natus eſſet proſapia, tanto virtutis amore excelluit, vt humilitatis, charitatis, ac totius perfectionis ſpecimen euaſerit. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ f Philippæ-Leonardæ à Ghiſilyero, Virginis.

OCTOBRIS XIII.

§. 1. B*Eatorum ſeptem Martyrum.* a] Horum triumphum, inſigniaque facta recitant B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minorib. ſanctitate illuſtribus Prouinc. Calabriæ. Codex MS. Bibliothec. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. S. Antonin. 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. §. 6. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 4. à cap. 30. vſque 36. Breuiarium FF Minor. hac die Martyrolog. Romanum, eadem die. Baronius ibid in Annotation. Surius, Lippelous, Gazetus, Ribadeneira, Doubletus, Haræus, & alij in vita eorum, hac die: ex Vinea S. Franciſci Nunc exortæ difficultates conciliandæ ſunt. Quidam contendunt eos Martyrio eſſe coronatos ann. 1227. ſic D. Antoninus, Vlyſſiponenſ cap. 34. ſup & part. 2. lib. 1. cap. 1. Marianus lib. 2. cap. 1. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Rebolledus 1. part. lib. 3. cap. 59. Bzouius ad ann. 1227. §. 24. Sedulius in cap. 3. vit. S. Franciſc. §. 8. & in notis ad vitam horum Martyrum. Aliorum verò communis eſt ſententia, id accidiſſe, ann. 1221. vti Breuiarij Minor. Piſani, Baronij, Surij, Lippeloi, Gazeti ſup. Bachorij in Faſtis Chriſtianis ad 13. Octob. Wadinghi, tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1221. §. 36. &c. Bzouij in Annalib. §. 7. Quo ad diem, maior eſt difficultas. Cornelius à Lapide ſcribit paſſos eſſe 8. Octobris. Commentar. in cap. 1. Daniel. §. 7. Alij aſſerunt, eorum Martyrium eueniſſe die Dominica 10. Octob. ita Piſanus, Wadinghus ſup. §. 41. Vlyſſiponenſis cap. 33. & 34. qui ait ita celebrari dies natales ipſorum, in Archiepiſopatu Braccarenſi, ex authoritate Leonis X. Summi Pontificis, qui diuinos honores eis detulit: idque certiſſimum eſt. Ratio autem tantæ diuerſitatis aperienda eſt.

Sciendum igitur, quod Fratres Minores ann. 1516. §. 2.
ſuppliciter petierunt à Sede Apoſtolica, vt liceret ipſis, quotannis 9. die Octobris, infra Octauas ſancti

Franciſci, feſtum de his Martyribus agere: quibus libenter aſſenſit præfatus Pontifex, eorumque feſtiuitatem inſtituit celebrandam ſolemniter, quod publicatum eſt eodem ann. Rothomagi, in Capitulo Generali Fratrum de Obſeruantia; ac deinde in Comitiis Burgenſibus ann. 1523. Demùm in Congregatione Generali Aſſiſij, apud Portiunculam celebrata ann. 1526. Lecta fuit approbata, & pro vniuerſo Ordine acceptata eorum Legenda: vti refertur in actis Capitularibus. Poſtea ſtatutum eſt,[a] vt illorum Feſtiuitas differretur, in diem 13. Octobris, licet 10. triumpharint; ne celebrarentur infra Octauam S. Franciſci: hincque, in omnibus quæ circumferuntur Martyrologiis, eorum nomina recenſentur, vel ſexto, vel tertio Idus Octobris. Demùm in Capitulo Generali Aſſiſij, ann. 1547. decretum eſt; vt in Hiſpania fieret octaua de his 7. Martyribus, itemque de aliis 5. Martyribus 17. Ianuarij. Celebris extat illorum memoria apud graues & probatos Authores, præter præfatos: Molanum in Addition. ad Vſuardum hac die 13. Octobris. Boſium tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 13. ad ann. 1221. Sedulium in Commentar. ad vitam ipſorum. Gonzagam 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in SS. huiuſce Ord. & part. 2. in Prouinc. Sanctorum ſeptem Martyr. Speculum Fratrum Minor. part. 1. tract. de viris ſanctitat. illuſtrib. Elzearium lib. 2. ſacri Mont. Oliueti cap. 11. Ignatium le Gault, de ſanctitat. Roman. Eccleſ. ſect. 2. cap. 2. Picquetum in Catalog. viror. illuſt. Ordin. Minor. Algeziram in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Compendium priuilegior. Minor. verb. *Feſtiuitas* §. 15. Wadinghum ſup. ad ann. 1216. §. 3. Grauinam in *voce Turturis* part. 2. cap. 13. Brautium in Martyrolog. Poëtico, hac die. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beati Creſcentis-Bene, Confeſſ.[b]] Vulgò vocaba-
§. 3 tur F. *Creſc'il Bene* I. V. Doctor, & probus iudex in ſæculo; à quo euocatus ad Ordinem, recenſetur inter illos pios viros, qui Fabriani doctrina & ſanctitate claruerunt. Iuxta Chronicon Fabrianenſ. & Wadinghum tom. 2. ſup. ad ann. 1268.

Beati Andreæ, Confeſſ.[c]] Vnus ex potioribus fun-
§. 4. datoribus fuit Prouinciæ Auſtriæ: de quo Gonzaga 2. part. Chron. Minor. lib. 5. cap. 25. viuebat circa ann. Domini 1460. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1467. §. 8.

§. 5. *Beati Ioannis Narachy, Confeſſ.*[d]] Vir fuit miræ ſanctitatis & Religionis. Agunt de eo Gonzaga part. 3. ſup. in Conuentu Dominæ noſtræ de Gratiis, qui eſt 10. Prouinciæ Algarbiorum in Hiſpania. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 37. Floruit ann. 1548.

Beati Melchioris à Gratia, Confeſſ.[e]] *Melchior*,
§. 6. ſiue *Maſchius* eſt vocitatus; vir eximiæ ſanctitatis, qui cùm eſſet ex nobilibus parentibus Zamoræ (quæ Caſtellæ ciuitas eſt) progenitus, atque patris veſtigia inſequutus, ſub Philippi II. Regis Hiſpaniarum vexillis, per quadriennium, in Italia ſtrenuè militaſſet; Chriſto Regi ſæculorum, multò fœlicius ſub eius ſalutifero ſigno militaturus, in S. Gabriëlis prouincia nomen dedit. A qua poſt ſeptennium elapſum, ad eam, quæ eſt S. Ioſephi, ſe contulit. Cuius tanta, tamque frequens oratio, tum vocalis, tum quoque mentalis fuit: vt humanis verbis exprimi nequeat. Humilitas vero, carniſque propriæ mortificatio incredibiles adeò extitere; vt per obedientiam coactus, culinarij officio, cui toto pectore, atque ex animo incumbebat, relicto, ad Sacerdotale munus aſcenderit; & nihil vnquam præter aquam & panem ab eius conuerſione in cibum admiſerit. De eius verò ardentiſſima, tum ad Deum, tum quoque ad proximum, maximè verò peccatis inuolutum, charitate; illud tantùm dicam; quòd cum omnibus virtutibus mirum in modum fulgeret, illi tantùm inſeruire viſus ſit: nam quemlibet laborem atque difficultatem, licet arduam, ſemper contempſit, ac pro nihilo putauit, dommodò aliquem à peccatorum laqueis, atque à Tartareis faucibus erutum, Chriſto lucrifaceret. His igitur clarus chariſmatibus, cùm charitati morem gerens, Conuentum S. Bernardini Madriti ingreſſus eſſet, infirmis Fratribus obſequuturus, in generali illo pituitoſo morbo, qui longè latéque anno 1580. per vniuerſam Europam, Aſiam & Aphricam ſerpſit, eadem ægritudine correptus, præfato anno diem vitæ ſuæ clauſit extremum; 34. interim annis tantùm ſuæ ætatis expletis, illicque ſepultus iacet. Ita Gonzaga 3. part. ſup. in hoc præſenti Conuentu, qui eſt 9. Prouinc. S. Ioſephi. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 38. Rapinæus in Hiſtor. general. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 11. Ioannes à Sancta Maria part. 2. Chronic. Prouinc. S. Ioſephi lib. 2. cap. 31. & 37. Grauina ſup. cap. 24.

Beata Philippa Leonardæ, Virginis.[f] Aſſiſias erat, §. 7.
& ſocia S. Claræ Virginis, adhuc in ſæculo degentis, quam & ſæpè ad Deum conuerſam viſitabat, & ſemel interfuit, quando ipſa ſorores magno cum ſpiritus feruore hortabatur, ad brauium piorum vitæ ſpiritalis & perfectionis exercitiorum, pro Regno cœleſti adipiſcendo. Quare præfata B. Philippa 4. anno à vocatione ipſius S. Claræ, eandem Religionis viam ſecuta, ipſimet S. Claræ voluit ſociari, & Chriſto ſponſo iugiter ex toto corde inſeruire. Quòd cùm diu illic ſanctiſſimam vitam egiſſet, ad vltimum quamplurimis exornata virtutibus, animam cœlo reddidit: cuius corpus Aſſiſij humatum eſt in Eccleſia S. Georgij. Vide Toſſinianum ſup. & Barezzum lib. 2. cap. 9. ac Vvadinghum ſup. tom. 1. ad ann. 1215. §. 37. ex Mariano in Append. lib. 1. Valerium de SS. Fœmin. Ordinis Minor. lib. 4. cap. 13. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

PRIDIE

PRIDIE IDVS OCTOBRIS.

CHauli in India Orientali, Beati [a] Antonij, Martyris: qui Gentilium telis, gladiiſque confoſſus, pro Chriſto, interiit. Florentiæ, Beati [b] Nicolai Vganij, Confeſſoris, Sancti Bernardini Senenſis ſocij; qui Prouincialatu Tuſciæ laudabiliter expleto, ad cœleſtia regna migrauit. Pontiſveteris in territorio Compoſtellano, Beati [c] Ioannis Nauarreti, Confeſſoris: qui ſummis virtutibus prædìtus: quamplurimis etiam claret miraculis. Blailæ, in territorio Aruernenſi, Beati [d] Franciſci Simonis, Confeſſoris: qui oratione, charitate, & vitæ integritate refulgens, ſanctiſſimè ſpiritum Deo reddidit. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [e] Claræ Paluię, Virginis: Religione, & pietate inſignis.

OCTOBRIS XIV.

§. 1. BEati *Antonij, Martyris.* [a]] Hic ſeruus Dei, Laicus profeſſione, apud Indiam Orientalem, Martyr effectus eſt, dùm in Chaulica obſidione Gentilium gladiis occubuit: qua de rè Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in ſacris Martyrib. Ordin. Minor. ſuo æuo ob Chriſti fidem paſſis, apud Indos Orientales. Item part. 4. in Conuentu Sanctæ Barbaræ Chaul. qui eſt 6. Prouinciæ Sancti Thomæ. *Dùm ſemel* (inquit) *Luſitani milites cum gentilibus contentioſiùs hac in obſidione manus conſererent, Frater quidam Laicus nomine Antonius, qui inter tela atque gladios crucifixum manu geſtans, Chriſtianos ad pugnam pro Chriſtiana fide exaltanda prouocaturus, intrepidè diſcurrebat, impiis Gentilium gladiis confoſſus, glorioſè occubuit, animamque gloria & honore à Deo Optimo Maximo coronandam* (*vt credere pium eſt*) *cœlo reddidit.* Sic & Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 71. ad ann. 1560. Daça ibid. lib. 1. cap. 57. Granina in *voce Turturis* part. 2 cap 24. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Toſſinianus lib. 2. in fin. vbi de India. Vaſconcellus in Deſcriptione regni Luſitani: vbi de Religioſis Martyrib. §. 7.

§. 2. *Beati Nicolai Huganij, Confeſſoris.* [b]] *Vganius*, ſeu *Huganius*, vel *Antonius*, ſed melius, *Nicolaus Antonij de Vzano*, cognominatur, patria Florentinus, vir præſtantiſſimi ingenij, qui cùm nobilis atque ditiſſimus eſſet ſæculo, facultates multas pauperibus diſtribuit, Cœnobium Monialium Ordinis Prædicat. in ciuitate Florentia ædificauit; Feſſulis Xenodochium, quod *Cippus* dicitur, Fratribus infirmis huius Conuentus curandis, & forenſibus recipiendis, extruxit; & magnum legauit Palatium Academiæ inſtituendæ in vrbe Florentia; quibus expletis, Franciſcanam ingreſſus eſt Religionem, ac poſtea Diui Bernardini *Senenſis* gratiſſimus factus ſocius; Prouinciæ Tuſciæ tandem Vicarius Prouincialis extitit. Obiit, ac ſepultus eſt Florentiæ, in Conuentu Sancti Saluatoris: qui eſt 9. eiuſdem Prouinciæ. Illius Meminit Gonzaga 2. part. ſup. in hoc Conuentu. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. lib. 1. cap. 7. Wadinghus tom. 4. ann. 1405. §. 2. 1415. §. 26. 1416. §. 23. & 1419. §. 12. ac 1447. §. 21. 40.

§. 3. *Beati Ioannis Nauarreti, Confeſſoris.* [c]] Prouinciæ Caſtellę alumnus erat, ſanctæ orationi, & vitæ auſteritati admodùm deditus; humilitate zeloque ſalutis animarum pollebat. Itaque non ſolùm in Eccleſiis & Sacellis prædicabat, ſed & in plateis, viculis, ac publicis ſemitis, verbum Dei magna cum ſtrenuitat e annuntiabat; non ſine ingenti fructu adſtantium populorum. Deuotiſſimus erat: ideoque curam habebat, vt Eccleſiæ mundarentur, pulchræque redderentur, altaria adornarentur: præcipuè verò, in quo Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruaretur. Caſtella egrediens, ſubiit in montana Aſturum & Galliciæ, prædicandi Euangelij cauſa; ruſticos & ignaros libenter inuiſebat, docebat, & ſuis concionibus atque exhortationibus alliciebat ad pœnitentiam, & pietatem. Cùm autem his, aliiſque ſanctis operibus ſedulò intendiſſet, regreditur ad propria: ſed in itinere debitum mortis (prout ſibi fuerat iam reuelatum) exoluit. Anno 1528. non longè à portu nouo, in Gallicia: ex quo loco corpus eius tranſlatum eſt (iuxta eius petitionem) in Conuentum S. Franciſci Pontiſveteri: vbi quamplurimis claret miraculis: quorum ſeriem habent Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 38. & 39. Gonzaga part. 3. ſup. in eo Conuentu Pontiſveteri, qui eſt 15. Prouinciæ Sancti Iacobi. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 77. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Daça cap. 38. ſupra. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1395. §. 4. Salazar. lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellę cap. 5. 6. 7. & 8. Marietta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 29. & 30.

§. 4. *Beati Franciſci Simonis, Confeſſ.* [d]] Neuſtrius erat natione; habitumque Seraphicæ Religionis induit in Conuentu Sancti Ludouici Regis, Valloniarum, territorij Conſtantienſis, apud inferiorem Neuſtriam. Cúmque Pariſios profectus, moraretur in Monaſterio Auemariano: ex licentia ſuperiorum in Italiam vnà cum Beato Roberto *Preuoſto*, perrexit: vbi inter Patres Reformatos per annum commoratus eſt. Verùm, aëris temperie ſibi aduerſante, coactus indè recedere: Hiſpaniam, cum obedientia R. P. Miniſtri Generalis petiit, Prouinciæque Conceptionis Patrum Diſcalceatorum nomen dedit: in qua per triennium moram traxit, maximo cum ſpiritus ſui ſolatio, & multarum virtutum incremento. At maioris Superioris iuſſu Galliam remearè contendens, Burdigalæ appulit; vbi inter PP. Obſeruantes Prouinciæ Aquitanię antiquioris, tamdiu gradum ſiſtit, quouſque Beatus Franciſcus *Doſſiechi*, Refformationem exorſus eſt. Tunc enim B. Franciſcus *Simonis* ipſum adiens, eamdem vitæ rationem, & commune Refformationis inſtitutum ſortitus eſt. Nam vir pius erat ac deuotus, ſuæ profeſſionis amantiſſimus: admodum feruidus in oratione & charitate omninò plenus. Muratenſem Conuentum in Aruernia aliquo tempore incoluit: ſed

dùm ſalutem ſitiens animarum, foras ad prædicandum exiſſet, infirmatus eſt ad mortem, quare confeſſionem generalem omnium peccatorum ſuorum cuidam Patri eiuſdem Conuentus fecit: de quo id memorabile fertur, quòd nullius peccati mortalis labe vnquam ſe ſenſerit inquinatum fuiſſe. Sacrum poſtea viaticum corporis Chriſti reuerenter accepit: & Extrema-Vnctione fuit delinitus. Quibus peractis ſanctiſſimè obdormiuit in Domino ann. 1589. apud Blailam Aruerniæ oppidum; illicque ſepultus eſt in Eccleſia Parœchiali, iuxta Cathedram Concionatoriam. Agunt de eo Ioannes Blancona, in Additione ad 4. part. Chron. Minor. Barezzi. Rapinæus Decad. 10. Hiſtor. General. Orig. Recollector. §. 6.

Beata Clara Paluia, Virginis. [c] Sanctitate floruit, in Monaſterio Clariſſarum, Volaterræ, vbi & corpus illius quieſcit: optima virtute, ac pietate prædita erat. Quæ dùm ſemel feruentiùs oraret, vidit in ſpiritu, ipſa die Paraſceues, ann. 1564. Chriſtum Dominum ad columnam alligatum. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 1. Prouinc. Tuſciæ. Barezzo 4. part. ſup. lib. 4. cap. 30. Valerio de Sanctis Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 39. §. 5.

IDIBVS OCTOBRIS.

MAſſæ in Tuſcia, Beati [a] Bernardi Confeſſoris: cuius gloriam miracula crebrò per eum edita atteſtantur. Comi in Inſubria, Beati [b] Michaelis à Carcano, Confeſſoris: qui eruditione, verbi prædicatione, atque miro ſpiritus feruore conſpicuus, ſignis quoque admirandis illuxit. Sulmone in Pelignis, Beati [c] Antonij Sulmonenſis, Confeſſoris: qui nouitiorum curam agens, ſingulari humilitate, oratione, ac Religione enituit. Valentiæ in Hiſpania, Beati [d] Chriſtophori Plateani, Confeſſoris: qui vitæ perfectione, & præcipuis virtutibus decoratus, primus Prouincialatus munere functus eſt apud Patres Diſcalceatos, Prouinciæ Sancti Ioannis Baptiſtę. Item in Hiſpania, apud oppidum Veaz, in Prouincia Carthaginenſi, Beatæ [e] Brigittæ Gonzalez, Virginis, Tertiariæ.

OCTOBRIS XV.

§. 1. B*Eati Bernardi, Confeſſoris.* [a] Claruit circa ann. 1350. miraculis notiſſimus, apud Conuětum Maſſanenſem in Tuſcia. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Tuſciæ ſanctitate illuſtribus. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 16. §. 1. ad ann. 1356. Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in Beatis viris huiuſce Ord. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1241. §. 17. ex Creſcentio in Dialogo, & Mariano lib. 2. cap. 13. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 2. *Beati Michaelis à Carcano, Confeſſoris.* [b] A *Carcano*, ſeu *Charcano*, vel *Carchano*, itemque *Mediolanenſis*, cognomen accepit. Patria Mediolanenſis erat: & primis quidem annis minus Religiosè vixit in Ordine. Verùm à ſancto Bernardino, & Beato Alberto *Sartianenſi*, admonitus; repentè in virum alterum mutatur. Tantoque ſtudio litteris operam nauauit; vt breui, diuina ſibi fauente gratia, inſignis Theologus euaſerit. Nam in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularis litteraturæ non ignarus fuit, ingenio ſubtilis, vita & conuerſatione præclarus: in rebus agendis prudentiſſimus, in declamandis ſermonibus ad populum vehemens, & celeberrimæ opinionis, ſingulari gratia commouebat adſtantium corda; tantoque ſpiritus feruore diuina verba mittebat, vt ad lachrymas & pœnitentiam duriora mortalium præcordia efficaciter incitaret. Ob nimiam populorum frequentiam, cogebatur in plateis & campis prædicare: veritatem liberè annuntiabat, cuius rei gratia, graues perſecutiones ſuſtinuit, ita vt è toto Mediolanẽſi Statu pulſus ſit. Hic tamen vnà cum Beato Bernardino à *Feltro*, Maioris ciuitatis Mediolanenſis Xenodochij, (quod inter totius orbis famoſiora hoſpitalia, connumerandum venit,) & montis Pietatis eiuſdem, inclyti authores ſimul extitere. Demùm plenus dierum ac bonorum migrauit ad Dominum, tempore Innocentij Papæ VIII. ann. 1490. relictis manifeſtis ſuæ ſanctitis indiciis. Scripſit nonnulla opuſcula: quibus etiam poſteritati nomen ſuum notificauit. Agit de eo Gonzaga 1. part. ſup. in Scriptor. illuſtr. & BB. viris Ordin. Minor. item part. 2. in 1. & 6. Prouinc. Mediolanenſ. aitque caput eius venerandum Laudæ aſſeruari: cuius etiam corpus ibidem tumulatum, aliò à Patribus Conuentualibus tranſlatum creditur. Vult autem Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 8. cap. 35. conditum fuiſſe Mediolani in Conuentu S. Angeli. Illius meminere Trithemius de Scriptor. Eccleſ. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera M. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1286. §. 8. & tom. 5. ann. 1432. §. 30. 1440. §. 32. 1449. §. 15. & tom. 6. ann. 1454. §. 28. ann. 1468. §. 8. & 9. & ann. 1472. §. 29. Item tom. 7. ad ann. 1477. §. 46. ann. 1481. §. 13. & 1485. §. 7. & ann. 1490. §. 3. ex Bartholomæo de Peregrinis in vinea Bergomenſi, part. 2. cap. 92. Bernardinus de Buſtis in ſuo Mariali part. 1. ſerm. 6. & part. 3. ſerm. 11. in med. & part. 2. Roſarij Quadrageſ. ſer. 27. part. 2. Gneſnerus vocat eum Michaelẽ à *Mediolano*, vultque claruiſſe an. 1480. Picquetus ſup. Toſſinianus lib. 2. in Prouinc. Mediolanenſ. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 2. Volaterran. lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

Beati Antonij Sulmonenſis, Confeſſ. [c] Prouinciæ S. Bernardini fuit alumnus: vir inſigni humilitate ac §. 3. Religione præditus, nouitiorum Magiſtrum ſumma diligentia, multo tempore egit. Orationi inſtanter vacabat: & à Seraphico P. S. Frãciſco ſæpè eſt ſua viſitatione conſolatus. Hora ſui tranſitus inſtante, ſurgens è lecto, proſtrauit ſe ſuper terram, ſicque genuflexus,

Deum

Digitized by Google

Deum exorans, animum exhalauit: cuius corpus humatum eſt in Conuentu Sulmonenſi. Memoratur à Marco Vlyſſiponeſ. 3. part. ſup. lib. 9. cap. 47. ann. 1530.

§. 4. *Beati Chriſtophori Platani, Confeſſ.* [d]] Lector Theologus, eximiuſque Concionator erat; cùm ex familia Obſeruantina tranſiit ad Patres Diſcalceatos Prouinc. S. Ioannis Baptiſtæ tunc Cuſtodiæ. Mitiſſimus, atque humillimus fuit, affabilitate & ſingulari modeſtia prædirus; ſilentij, vitæ exemplaris, atque charitatis amantiſſimus. Primus Guardianus Conuentus S. Sebaſtiani Caſtellæ, deindè alterius Conuentus Deiparæ Virginis de Laureto Monfortij, inſtitutus eſt; ac poſtea primus Prouincialis nouæ huiuſce Prouinciæ electus ann. 1577. quod munus tanta diligentia ac ſollicitudine, tali charitate & prudentia obiuit, vt aliis eſſet in admirationem: mirus enim ſanctæ Religionis feruor in eo ſemper viguit. Nec propter ſenectam, ſuique muneris occupationes, haud vllo vnquam tempore à communi vita Fratrum deflexit: quin omnibus piis exercitiis, cùm in Conuentu aderat, iugiter interfuerit: vtpotè diuino officio, orationi, refectioni, &c. Vltra ieiunia communia Regulæ, alia ſcilicet, Sanctorum Apoſtolorum: S. Michaëlis, &c. nuſquam omiſit. Lutetiam Pariſiorum venit ad R. P. Miniſtrum Generalem totius Ordinis Chriſtophorum *à Capite Fontium*, pro quibuſdam negotiis cum eo pertractandis, quibus expletis, in patriam rediit: vbi paulò poſt, ſecundùm quod illi reuelatum fuerat, ſanctiſſimè obiit, in Conuentu Sancti Ioannis Baptiſtæ, Valentiæ ann. 1581. Agunt de eo Ioannes Ximenez in Chronic. Prouinc. S. Ioannis Baptiſt. Diſcalceat. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 64. Rapinæus in Hiſtor. general. Orig. Recollector. Decad. 8. §. 5. part. 3. Ioannes à Sancta Maria 1. part. Chronic. Prouinciæ S. Ioſephi lib. 2. cap. 19. & 39.

Beata Brigitta Gonſalez. [e]] Virtute charitatis ſingulariter emicuit in Monaſterio immaculatæ Conceptionis Deiparæ Veenſis oppidi: vbi floruit circa ann. 1556. Vide Blaſium Laghuinam in ſuo Memoriali, & Marianum lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reſformat. cap. 18. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 5.

DECIMOSEPTIMO KALENDAS NOVEMBRIS.

PEronę, in territorio Nouiodunenſi, Beati [a] Anonymi, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci diſcipuli: qui vita & miraculis coruſcauit. Hiſtonij in Apulia Beati [b] Franciſci Thomaſſini, à Campo-Baſſo, Confeſſoris: qui Prouincialatus officium pluries exercuit, ſumma charitate ac prudentia, tandem multiplici virtute cumulatus, ſpiritum Deo reddidit, ſignis admirandis poſt mortem illuſtris. Apud Caſtillionem Aretinum in Tuſcia, Beati [c] Georgij ab Erballio, Confeſſoris: qui ieiuniis, diſciplinis, & orationibus, aliiſque pœnitentię operibus vacans, nonagenarius cœlum adiit. Corbarię in Inſula Corſica, Beati [d] Ambroſij à Corbaria, Confeſſoris: cuius humilitas, patientia, ac ſanctitas fuit eximia. In Sicilia Beati [e] Bonauenturę ab Agrigento, Confeſſoris: qui Reformationis author pręcipuus, in ea Inſula extitit, ac primus Cuſtos electus, ſanctiſſimam vitam duxit. Guadalfagiaræ in Caſtella, Beati [f] Didaci Ducis, Confeſſoris: paupertate, pietate, & Regulari obſeruantia ſpectabilis. Orbæ in Sabaudia, Diœceſis Lauſanenſis, [g] Beatæ Philippinæ Chaloniæ, Virginis: genere, virtutibus, & miraculorum gloria illuſtris.

OCTOBRIS XVI.

§. 1. BEati *Anonymi, Confeſſoris.* [a]] Meminit illius illuſtriſſimus Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu S. Franciſci Peronæ (qui eſt 35. Prouinciæ Franciæ) in Picardia: hiſce verbis. *Tritum eſt, & omnium vetuſtiorum Peronenſium ciuium communi voce fertur, in hoc Conuentu celebri deſtructo, piè & ſanctè aliquandiu vixiſſe vnum ex diſcipulis Beati Patris Franciſci: cuius obitus multis claruit miraculis: quamobrem poſtulatione inſtanti praſtantiſſimorum Dominorum Canonicorum ſepulturam honeſtiſſimam habuit in celebriori Eccleſia, quæ eſt Beato Furſæo ſacra.* Eadem refert Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1246. §. 25.

§. 2. *Beati Franciſci Thomaſſini à Campo Baſſo, Confeſſoris.* [b]] Admirandarum virtutum ſplendore rutilans, totam prouinciam ſancti Angeli colluſtrauit. Amabili conuerſatione, maximaque charitate præditus: ab omnibus in ſumma reuerentia habebatur. In oratione aſſiduus erat; tantoque ſpiritus feruore ferebatur, vt ſæpè Paſſionem Dominicam meditans; manus & brachia eleuando in altum, ad modum crucis componeret: ſicque extenta, per horam, quaſi immobilis attolleret. Frequenter etiam rapiebatur in extaſim, quo tempore ſubleuabatur à terra in altum. Mortem obiit in Conuentu Hiſtonienſi, Prouinciæ S. Angeli, cui bis aut ter Miniſter Prouincialis præfuerat: poſt deceſſum multis clarus miraculis. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis, 3. part. Chronic. Minor lib. 6. cap. 31. ſub ann. 1477. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1472. §. 53. à quo cognominatur *Thomaſucius.* Marianus lib. 5. cap. 9. Wadinghus tom. 7. ad ann. 1477. §. 13.

Beati Georgij ab Erballio, Confeſſ. [c]] Picœns erat natione, Laicus profeſſus, Prouinciæ Tuſciæ alumnus, necnon dilectiſſimus Beati Thomæ de *Scarlino* diſcipulus: qui ieiuniis, diſciplinis, vigiliis, orationibus, omninò vacabat, ſanctam paupertatem maximè colebat, tantoque dolore paſſioni Chriſti com- §. 3.

Digitized by Google

patiebatur: vt ſine lachrymis aliquid de ea audire, vel loqui, aut meditari valeret. Piis igitur huiuſcemodi intentus exercitiis, ad decrepitam vſque peruenit ætatem: & annum centeſimum agens fœlix exceſſit è vita anno Chriſti 1499. in Conuentu S. Chriſtophori Caſtillionis Aretini. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 7. cap. 35. Gonzaga part. 2. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 16. Prouinc. Tuſciæ. Marianus de viris illuſtrib. Wadinghus tom. 5. ſupra ann. 1427. §. 22. 1447. §. 39. & tom. 7. ad ann. 1499. §. 4. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1499. §. 20. *Cebalius* ab eo cognominatus: eundem puto cum B. Georgio à *Caſtellaria*, cuius meminit Marcus ſup. lib. 8. cap. 30.

§. 4. *Beati Ambroſii à Corbaria.* [d]] Hic cùm anno Domini 1565. gregarium militem (qui cum ſuo Duce, ſiue Capitaneo, confeſſionis faciendæ gratia, in Hebdomada ſancta, Conuentum ſancti Franciſci Aregnani, propè Corbariam de *Balana* oppidum, petierat) olera ex horto pro libito legentem corripuiſſet, ab eodem irato, ac penè amente, opprobriis primò, ac dicteriis laceſſitus, percuſſus, atque per caputium, vt ad terram deiiceretur, arreptus eſt. Sed venerandæ canitiei ſenex, licet nonagenarius, ac decrepitus, immotus omnino permanſit; immò tot cruciatus, totque dolores miſerum militem, in tantæ temeritatis pœnam, ex tempore inuaſerunt: vt per terram miſerè volutatus, nuſquam requiem inuenire: nec à ſuo Capitaneo, ſiue ab aliis 19. commilitonibus, qui ſibi quoque aderant, contineri poſſet. Quo tanto ſpectaculo, ac iuſta Dei omnipotentis punitione territi, quotquot aderant, præfatum Fratrem Laicum Beatum Ambroſium, qui ſe ſtatim in cubiculum receperat, accerſendum, vt pro delinquente, ſibique iniurio homine oraret, curarunt. Qui, vt primùm acceſſit, facto ſuper afflictum ſigno Crucis, eum ab huiuſmodi pœna liberauit: ſicque violentam mortem, ante quindenam imminentem, prædixit. Quæ & ſubſequuta eſt: nam dùm miſer cum alio ſibi commilitone in taberna verba haberet, ab eo occiſus extitit. Alium quoque iuuenem duodecim annos natum, à grauiſſima infirmitate; eodem ſigno Crucis liberauit. Anno vero eodem 1565. huic lachrymarum valli vltimum vale dixit ipſe Beatus Ambroſius, præclaris meritis conſpicuus, ſepultuſque iacet in præfato Conuentu, qui eſt 14. Prouinc. Corſicæ. Ita Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 31. Wadinghus tom. 6. ad ann. 1456. §. 247.

§. 5. *Beati Bonauenturæ ab Agrigento, Confeſſoris.* [e]] Vir fuit ſummæ prudentiæ, ac conſilij, ſagacitate ac ſtrenuitate pollens: ſed vitæ integritate, ac ſanctis moribus exornatus. Qui licet Laicus eſſet profeſſione, tantò ſui inſtituti, ac Regularis obſeruantiæ zelus apud eum inualuit, vt vnà cum Beato Paulo à *Palatiolo*, Reformationi initium dederit apud Siculos. Quæ paulatim accreſcens, cuſtodiam compoſuit, cuius primus Cuſtos ipſe B. Bonauentura electus eſt: anno 1578. quo in munere ſic laudabiliter ſe geſſit, vt & bis poſt ea ad idem officium reaſſumptus fuerit, omnibus præbens clariora perfectionis exempla. Hæc ex Chronica Bonifacij Boni-Belli, de PP. Reformatis Prouinc. Roman. Barezzo ſup. lib. 8. cap. 57.

§. 6. *Beati Didaci, Confeſſoris.* [f]] Floruit ad annum milleſimum ſexcenteſimum. Amantiſſimus extitit paupertatis, & vita exemplari exornatus: cùmque charitate plenus eſſet, nullum cogitabat de proximo malum. Die noctuque ſic officio diuino, per ſexaginta annos, interfuit, vt nunquam à choro, niſi ex obedientia, diſceſſerit: ob cuius inſignem virtutem, & ſuæ Regulæ obſeruantiam benè apud omnes, etiam viros principes, audiebat. Vide Salazarem lib. 4. Chron. Prouinc. Caſtellæ cap. 2. Wadinghum tom. 4. ſup. ad ann. 1397. §. 14.

§. 7. *Beata Philippina, Virg.* [g]] Filia erat illuſtriſſimi Ludouici à Chalonio, Arauſienſis Principis; & Ioannæ à *Monte-Belliardo*, Fundatricis huiuſce Monaſterij Orbenſis, ann. 1426. vbi ipſa B. Philippina ſanctiſſimè vixit. Florebat circa ann. 1440. Lege Foderetum, in Deſcriptione Monaſterij Clariſſarum Euanſiaci, pag. 85. & 86. Prouinc. Burgund. & Wadinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1426. §. 23.

DECIMOSEXTO KALENDAS NOVEMBRIS.

ORtenſij in Aquitania, Beati [a] Bertrandi à Lazanoba, Martyris: qui pro fide Catholica ab hæreticis trucidatus, victor in cœlum aſcendit. Binaſchij, in territorio Mediolanenſi, Beati [b] Balthazaris à Clauario, Confeſſoris: qui genere ac virtute illuſtris, miraculorum gloria emicuit. Alburquerquij, in Hiſpania, Beati [c] Didaci à Monte, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. In Sicilia, Beatę [d] Euſtochij, viduæ: quæ nobili exorta propagine, in habitu Tertiariarum, Deo, tanto cordis affectu, inſeruiuit: vt corporis mortificationibus, & piis operibus iugiter intenta, humilitate, oratione ac charitate longè excelluerit.

OCTOBRIS XVII.

§. 1. BEati Bertrandi à Lazanoba, Martyris. [a]] Hic ſtrenuus Chriſti athleta ab hæreticis gladiis confoſſus, occiſuſque eſt, in Conuentu Ortenſiano ad fluminis Gadij marginem: qui eſt nouus Prouinciæ Aquitaniæ Antiquior. Gonzaga ibidem parte 3. Origin. Seraphic. Religion. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. capite vigeſimo quinto, ad annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum primum. Daça ibidem lib. 3. cap. quinquageſimo octauo. Wadinghus tomo primo, Annal. Minor. ad annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum ſecundum, §. trigeſimo nono.

§. 2. *Beati Balthazaris à Clauario, Confeſſoris.* [b]] Floruit tempore Beati Bernardini à *Feltro*: apud Conuentum ſanctæ Mariæ de Campo Binaſchij. Qui vt erat ſanguine illuſtris (duxit ſiquidem originem ex nobiliſſima *Rauaſchiorum* familia) ita quoque moribus, vita, atque miraculis clarus euaſit. Salutis animarum

Digitized by Google

marum ſitibundus, confeſſiones pœnitentium magna cum charitate excipiebat: & zelo Religionis Monaſticæ æſtuabat. Obiit, non ſine luctu populorum: qui pietate ducti, honorificam ſepulturam marmoream illi conſtruxere, vbi nunc quieſcit. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis tertia parte Chronic. Minorum, libro ſeptimo, capite vigeſimo ſexto, ſub ann. 1495. Gonzaga parte ſecunda, ſupra in eodem Conuentu, qui eſt 49. Prouinciæ Genuenſis. Toſſinianus libro ſecundo, in Prouinc. Genuenſi. Vvadinghus tom. 4. ſupra ad ann. 1379. §. 5. & tom. 7. anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, §. 8.

§. 3. *Beati Didaci à Monte, Confeſſoris.* [e]] Prouinciæ ſancti Gabrielis erat alumnus, moratuſque eſt in Conuentu ſancti Franciſci Beluiſij, cum Beato Martino à *Valentia*, Indiarum Apoſtolo, deindè Alburquerquij manſit: vbi illud memorandum ei accidit circa annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum. Contigit enim, vt oppido Alburquerquio ſæuiſſima peſte laborante, caſtri Præfectus, qui & Fratribus deuotiſſimus erat, ad hunc Conuentum Recollectorum, tanquam ad ſacram Anchoram confugeret, atque ex Fratribus duos, qui interim Caſtri curam gererent, eius loco, à Patre Guardiano mitti curaret. Cuius piis votis annuens Superior Beatum Didacum cum ſocio, inter alios ſelegit, (quippe qui ſanctitate vitæ cæteris pollerent) eique data benedictione illuc ablegauit. Sed dùm vterque Diuinam ſuis precibus, pro populo, imploraret clementiam, ecce mirabilis repentè viſio, ipſi Beato Didaco facta eſt. Id autem accipe ex Gonzaga parte tertia ſupra, in præfato Conuentu Beatæ Virginis Mariæ Alburquerquij, qui eſt quintus Prouinciæ præfatæ. *Cùmque eorum alter* (inquit) *Religioſiſſimus eſſet, atque circa medium noctis, in editiore Caſtri parte, orationi incumberet, Deoque Optimo Maximo vt iram ab oppido auertere dignaretur, inſtantius ſupplicaret; plures Angelos ignitas ſagittas in miſerum populum immittentes conſpexit. Quamobrem Deum obnixiùs, ac cum maxima lachrymarum effuſione rogauit, vt afflicto populo parcere vellet. Cuius denique precibus motus Altiſſimus Angelo præcepit, vt ſibi indicaret, quatenus eius oratio exaudita eſſet. Et ab eo tempore huiuſmodi lues ceſſauit.* Hæc ille. At quod de ea mirabili viſione narrauit: fuit etiam Beati Didaci ſocio demonſtratum, amboque ſimul eadem conſpexerunt: prout teſtantur, Barezzus ſupra parte prima, libro primo, capite quinquageſimo ſeptimo: & Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollectorum, Decad. 4. parte ſecunda, §. duodecimo, & Decad. 8. parte 1. §. 8. (ex Baptiſta Molez in ſuo Memoriali Prouinciæ ſancti Gabrielis.) Daça ſup. libro ſecundo, capite decimo quinto.

§. 4. Hic eſt ille etiam, qui præfatum Beatum Martinum *à Valentia*, in extaſim raptum videns, ea exclamauit, quæ idem refert Gonzaga quarta parte, ſupra in Conuentu decimo Prouinciæ Sancti Euangelij, vbi de vita Beati Martini: his verbis. *In Monaſterio de Beluiſio Prouincia ſancti Gabrielis, cùm Paſſionem prædicaret, ad Chriſti crucifixionem deueniens, tanto eſt dolore affectus, vt extra ſe poſitus in ſuggeſtu, erectuſque reſtaret! quo tempore, vnus aſtantium Religioſorum, vir magnæ ſanctitatis, ingenti ſpiritus feruore exclamare cœpit: Martine, Martine, ſiſtiter iſtic, nec huc amplius reuertare.* Tacuit quidem nomen: ſed Barezzus ſup. libro ſecundo, capite quadrageſimo quarto, expreſsè tradit ipſum fuiſſe Beatum Didacum de Monte, & Elzearius libro tertio, capite quarto ſacri Mont. Oliuet. ac Daça ſupra.

§. 5. *Beatæ Euſtochij, Viduæ, Tertiariæ.* [d]] Nobili proſapia Romæ exoritur, & pubeſcens, nupſit viro illuſtri Siculo, ex Catanenſi vrbe oriundo. Hæc pia mulier cùm feruentiſſimis concionibus Beati Matthæi ab Agrigento, Franciſcanæ Religionis Profeſſoris, intereſſet, conuerſa ad Dominum; cœpit Deo cumulatius inſeruire: licet annum decimum octauum ætatis ſuę vix attigiſſet. Itaque ſumpto habitu tertij Ordinis Seraphici Patris Sancti Franciſci: vigiliis, ieiuniis, diſciplinis, & orationibus, vacabat, Eccleſias & ædes ſacras frequentabat, hoſpitalia inuiſebat, infirmis ex charitate miniſtrabat; illorumque neceſſitatibus cuncta ſuppeditabat, quamuis maritum ſibi reluctantem in omnibus ferè cerneret: ſed cœleſtis ſponſi placens oculis, terreni æquo animo ſufferebat oppugnationes. Cùmque liberis careret, precibus immaculatam Virginem Deiparam, exorat; vt ſi filiam, ſua interceſſione, cœlitùs haberet, eam ſponſam Chriſto filio redderet, conſecraretque. Voto emiſſo, impletum eſt deſiderium, filiamque peperit nomine Smaragdam: quæ Patre defuncto, monaſticam vitam profeſſa eſt, matris nomen aſſumens, (de qua decimo tertio Decembris) & ſimul ſanctiſſimæ euaſere. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi tertia parte ſupra libro ſeptimo, capite quinto & ſexto, ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum quartum. Toſſiniano libro primo Hiſtor. Seraphic.

DECIMOQVINTO KALENDAS NOVEMBRIS.

APud Buyſſieram Caſtrum, propè Giennum, in territorio Antiſſiodorenſi, Beati [a] Ioannis Pariſoti, Martyris. Fraxineti, in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [b] Bernardi à Fraxineto, Cæſarauguſtani Archiepiſcopi: Religione, ac vitæ ſanctitate conſpicui. In Gallia, Beati [c] Guillelmi Abrinci, Confeſſoris, Sancti Bernardini Senenſis ſocij: qui ſcientia & virtutum laude, atque monaſtica obſeruantia floruit. Apud Salinas ſuperiores Boſnæ Argentinæ, Beati [d] Petri Soliutri, Confeſſoris: miraculis clari. Arenis in Caſtella, Beati [e] item Petri Alcantarenſis, Confeſſoris, qui genere, & vitæ auſteritate, atque ſummis virtutibus exornatus: dono ſcientiæ, linguarum, ac prophetiæ, & miraculorum extitit glorioſus. Villæ-Comiti, in territorio Braccarenſi, Beatæ Catharinæ [f] Vaaz, Virginis: cuius vita, moreſque omninò fuere mirabiles.

OCTOBRIS XVIII.

§. 1. *Beati Ioannis, Martyris.* [a]] Confeſſarius erat Monialium Giennenſis oppidi, quando eo capto, ab hæreticis, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo Martyrium paſſus eſt. Vide Foderetum in Deſcription. Monaſter. Clariſſ. Giennenſ. Wadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1499. §. 43.

§. 2. *Beati Bernardi à Fraxineto, Archiepiſcopi.* [b]] Sic cognominatus eſt ab oppido Fraxineto, vulgò *Freſneda*: à quo ſeſquimilliarij diſtat extructus Conuentus Minoriticus Sancti Bernardini de Monte; vbi ipſe Beatus Bernardus Religionis Seraphicæ incunabula tranſegit. Hinc, ob vitæ integritatem, ac ſanctitatem euocatus, Catholico Hiſpaniarum Regi Philippo II. à ſacris confeſſionibus fuit: deinde Conchenſis, poſtmodum verò Cordubenſis Epiſcopus, ac tandem Cæſarauguſtanus extitit Archiepiſcopus creatus: quo in munere paſtorali obiit magna ſanctitate clarus, 1577. apud eundem præfatum Conuentum, qui eſt ſeptimus Prouinciæ Burgenſis. Agunt de eo Gonzaga ibidem parte tertia, Origin. Seraphic. Relig. Barezzus quarta parte Chronic. Minor. libro tertio, cap. 48. ad ann. 1545. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1440. § 39. & tom. 6. ad ann. 1456. §. 251.

§. 3. *Beati Guillelmi Abrinci, Confeſſoris.* [c]] Gallus erat natione, apud Abrincos in inferiori Neuſtria natus, vnde cognomen ſortitus erat: doctrina & vitæ ſanctitate claruit, ſociuſque extitit amantiſſimus Sancti Bernardini Senenſis, & Beati Ioannis *Capiſtrani*, quos ad amuſſim ſectatus eſt. Fuit etiam feruentiſſimus zelator Regularis Obſeruantiæ. Vide Firmamentum trium Ordinum Minorum, tractatu 1. in Memoriali Ordinis Seraphici, ſub 37. Generali totius Ordinis Franciſcani. Marcum Vlyſſiponenſem 3. part. Chronic. lib. 5. cap. 48. ſub annum milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum ſecundum. Vvadinghum tomo ſexto ſup. ad ann. 1474. parag. 14.

§. 4. *Beati Petri Soliutri, Confeſſoris.* [d]] Gonzaga ſecunda parte ſupra in Conuentu Sanctæ Mariæ Salinarum Superiorum, qui eſt ſeptimus Prouinciæ Boſnæ Argentinæ: & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 34. referunt, quòd eo ipſo tempore, quo Fratres ex priori Conuentu deturbati fuere, Turcarum pueri, corpus ipſius Beati Petri omninò integrum, tum bacillis, tum quoque cultris percutientes, & dilacerantes, ludibrio habebant: quapropter illuſtris Comes Paulus Siichius, illud indè noctu raptum, proprioque equo impoſitum, per medios Turcas, ſomno oppreſſos, ad propriam domum: indéque cum luminaribus, ac ſolemni fidelium proceſſione, ad Conuentum, quem anno 1541. ex propriis facultatibus conſtrui fecerat, tranſtulit. Vbi & ab iiſdem fidelibus ſumma veneratione colitur, miraculiſque coruſcat.

Beati Petri de Alcantara, Confeſſoris. [e]] Hic ex §. 5. ingenuis, nobilibuſque parentibus, Norbæ Cæſaræ, quæ Hiſpaniæ ciuitas, atque ſacræ Alcantarenſis militiæ prima ſedes eſt, ortus; futuræ ſanctitatis indicia non pauca prætulit. Nam puer bonæ indolis erat, ingenio pollens, mira ſagacitate ac modeſtia exornatus: virtutique admodum deditus. Annum 16. agens, Franciſcanum Inſtitutum ſuſcepit in Sancti Gabrielis Prouincia, apud Conuentum, vulgò de Maniaretibus dictum, non longè ab oppido Valentia; in qua vocatione, tanta animi contentione cœpit ſtatum perfectionis ingredi, vt non multò poſt ad omnium apicem virtutum peruenerit. Eximia erat oculorum eius cuſtodia; ſomni parcitate delectabatur, nec dormiebat vnquam, niſi ſedens, ſtans, aut genuflexus: caput haud cooperiebat, ſiue æſtus, pluuię, aut hyemis tempore: ſolo habitu, abſque tunica veſtiebatur, tenuitate cibi contentus erat, nec cibum capiebat, niſi ſemel in triduo, quandoque octauam ſine cibo tranſigebat, pane & aqua, & quibuſdam herbis ſe reficiebat: ne verò guſtum aliquem tunc ſentiret, aquæ frigidæ ſuperinfuſione, ſeu cinerum aſperſione, totum reddebat inſipidum. Famem nuſquam ſatiauit, aut ſitim extinxit. Cilicium aſperrimum, toto tempore vitę detulit: diſciplinis creberrimis corpus ſuum caſtigabat, non abſque ſanguinis effuſione.

Caſtitatis amantiſſimus erat: ideóque ab aſpectu §. 6. mulierum ſemper abhorruit, nec aliquam vidit, aut cognouit. In media hyeme, nudus in aquam vſque ad ventrem, vel etiam ad collum vſque intrabat: vt carnis titillationes ſedaret. Humilitatem ſummè excolebat. Carolus V. Imperator, & Ioanna, Philippi II. Catholici Regis Hiſpaniarum ſoror: illum expetierant in Confeſſarium: quod præ humilitate recuſauit acceptare. Quo verò plus humiliabatur, eo magis honorabatur: tum ab Epiſcopis & Magnatibus, tum à ſanctis viris; & à Domino omnium Chriſto Saluatore, qui illi pluries viſus eſt inſeruire. Confeſſarius extitit S. Virginis Tereſiæ, cui multum contulit in Reſſormatione

Reſformatione Carmelitarum Diſcalceatorũ. Alium adhuc optimè nouerat Minoritam, non minoris perfectionis virum, nempe B. Franciſcum à Turribus, (de quo ſup. ad 28. Iulij) quem vocabat ſanctum, quippe qui iam multis annis vixerat, in ſummo pœnitentiæ & orationis feruore: magnis & ſenſibilibus probatus perſecutionibus, quemque B. Catharina Cardona, ſibi aſciuerat ſpeciali prouidentia, in confeſſarium, & animæ ſuæ conſultiſſimum directorem: Vti ipſa. S. Thereſia ſcribit lib. ſuarum Fundationũ Monaſterior. cap. 22. vbi de Villa-noua agit. Feruentiſſima, aſſiduaque erat eius oratio; ſæpè in ea pernoctabat, & nonnunquam raptus in extaſim, tanto ſpiritus feruore agitabatur, vt à terra in altum ſubleuatus cerneretur. Flumina, ſicco pede, abſque nauigio tranſuadauit. Patientia erat incredibili: tum in infirmitatibus, tum in aduerſis rebus. Charitate erga proximum maximè flagrabat: paupertatem ſummo affectu proſequebatur. Dono ſcientiæ, linguarum, & prophetiæ, atque miraculorum abundantiſſimè fuit illuſtratus.

§. 7. Guardianatus, Diffinitoriatus, ac Prouincialatus munera ſæpè, in Prouincia ſancti Gabrielis, ſumma cum laude exercuit. Ex qua Prouincia tranſiit in Cuſtodiam ſancti Ioſephi: pro qua labores non paucos ſuſtulit. Nam ad inſtantiam Patrum huiuſmodi Neophitæ Cuſtodiæ, Generalis Magiſtri, atque Apoſtolica Pauli IV. Summi Pontificis, authoritate, Commiſſarius cum poteſtatis plenitudine delectus Capitulum celebrauit: ac Cuſtodiam ipſam in Prouinciam ſub antiquiori titulo ſancti Ioſeph erexit ann. 1561. quam paulò poſt ad obedientiam Miniſtri Generalis totius Ord. reduxit. Verùm anno ſequenti, vitæ finem impoſuit in Conuentu ſancti Andrææ de monte Arenis; Cùm enim per 47. annos integros Altiſſimo in maxima cordis puritate, ſpirituſque feruore, famulatus eſſet: die decimooctauo Octobris ann. Chriſti 1562. ætatis verò ſuæ 63. poſtquam deuotum illum Dauidicum Pſalm. 121. *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, &c.* recitaſſet, omnibus Sacramentis munitus, animam cœlo reddidit: cuius gloria ſæpè reuelata eſt ſanctæ Virgini Tereſiæ: & multis poſt obitum claruit miraculis. Quibus permotus Gregorius XV. Papa, conceſſit per ſuum Breue Apoſtolicum, ſub Datum ann. 1622. die 18. April. quod incipit, *In ſede principis Apoſtolorum*, &c. vt in toto Ordine Minorum celebraretur Feſtum B. Petri de *Alcantara*, de communi Confeſſor. non Pontif. quod prœlo cuſſum eſt Neapoli: vt conſtat ex Typographia Ioan. Dominici Roncalioli ann. 1626. Librum compoſuit de Oratione ac Meditatione: Gallicè poſtea editum Rothomagi ann. 1618. itemque Pariſiis ann. 1622. opera R. P. Alexandri *Pocquelin* noſtræ Prouinciæ ſancti Dionyſij Exprouincialis, qui vitam ipſius Beati Petri à ſe compoſitam addidit. Agunt de eo Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Gonzaga 3. part. ſup. in Prouincia Arrabidorum. item in Prouinc. ſancti Ioſephi, & in Conuentu 2. 5. 6. 11. 23. eiuſd. Prouinc. R. P. Alexander Pocquelinus: & Friardus in vita eius. Hilarion à Coſta Hiſtor. Catholic. lib. 2. pag. 321. Barrezus ſup. lib. 4 cap. 29. Daça ibid. lib. 3. cap. 52. 53. 54. & 55. Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. cap. 4. 8. 9. & 12. lib. 1. Rapinæus in Hiſtor. general. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 10. 11. 15. Franciſcus Ribera & alij in vita Sanctæ Tereſiæ Virgin. Fundatricis Carmelinarum. Cornelius à Lapide cap. 1. commentar. in Eccleſiaſtic. verſ. 13. Thielmans, tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Sylueſter Lauallenſ. de Iuſtis magnitudinib. Eccleſ. Roman. lib. 3. cap. 12. §. 6. De Sales part. 1. Introduct. ad vitam deuotam cap. 4. ante med. Galterius in Tabula Chronol. ſæcul. 16. in Sanctis & illuſtrib. viris. Algezira in Arbore Epilogica totius ordin. Franciſcan. Poireus tract. 3. triplic. coron. Virgin. cap. 13. §. 3. numer. 6. Marianus lib. 4. cap. 1. vſque 17. Chronic. Reformat. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 13. & 24. Ferrarius in Martyrologio, hac die. Victonus Tractat. de antiquo ac moderno vſu canoniſationis Sanctor. cap. 28. ex Luca Caſtellino in Elucidario Theologic. de certitudine gloriæ Sanctor. canonizator. Balinghem, in Calendario Virg Mariæ 18. April. & 18. Octob. Elias tom. 1. Legation. Eccleſ. Triumphant. lib. 2. cap. 27. §. 41.

B. Catharina, *Virg.* f] Florebat ann. 1565. apud Monaſterium S. Claræ Villæ-Comitis, quod eſt 14. Prouinciæ Portugalliæ; vbi maxima cum ſanctitatis fama, in Domino obdormiuit. Illius meminere Gonzaga ibid. part. 3. ſup. & Barrezus ſup. lib. 4. cap. 40. ad ann. 1565. Vvadingh. tom. 3. ſup. ad ann. 1318. §. 46. Valerius. De SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 41. & Thielmanſ. ſup. tom. 2. §. 8.

DECIMOQVARTO KALENDAS NOVEMBRIS.

IN Calabria, Beati [a] Petri, Confeſſoris: qui ſingulari modeſtia & ſanctitate præclarus, Calabriæ Prouinciam optimè gubernauit. In Apulia, Beati [b] Vitalis Albanenſis, Confeſſoris: cui tantus in oratione feruor aderat, vt ſæpè in extaſim abiret, indéque Prophetico ſpiritu, futura, ſecretaque reſeraret. Apud Calabazanos oppidum, in territorio Palentino Beati [c] Baltazaris, Confeſſoris: miræ perfectionis viri. Celentiæ, in Apulia Beati [d] Leonis Lechenſis, Confeſſoris. Toleti, Beati [e] Franciſci de Yeppes, Confeſſoris: dono orationis, & rerum cœleſtium contemplatione, ſublimis. Aſſiſij in Vmbria, Beatæ [f] Benedictæ Virginis, Abbatiſſæ: quæ ingenti virtutum prærogatiua, & miraculorum gloria eluxit.

Digitized by Google

OCTOBRIS XIX.

§. 1. **B**Eati Petri, Confeſſoris.[a]] Calaber fuit natione, vir pius ac modeſtiſſimus, qui apud ſuos Calabros ſarcina carnis ſolutus eſt: & Prouincialatus Calabriæ munere functus, præclarus extitit ſanctitate. Scribunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. p. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc Calabriæ ſanctitat. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in Beatis viris huiuſce Ordin. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Hic eſt, vt reor, B. Pierius, ſancti Franciſci Socius, cuius corpus Cutronis honorificè aſſeruatur in ſepulchro marmoreo, à quo manabat liquor pretioſus, ab incolis, manna, dictum: morbis, vulneribuſque curandis efficaciſſimum: cuius meminerunt Toſſinianus lib. 2. Hiſtor. Seraphic. in Prouincia Calabriæ, & Wadinghus. Tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1399. §. 60. & 61.

§. 2. *Beati Vitalis Albanenſis, Confeſſoris.*[b]] Ex Albania oriundus erat Laïcus profeſſione, & oratione feruentiſſimus: ita vt ſæpè eleuatus à terra, quaſi in aëre ſuſpenſus, conſpectus ſit. Aſſiduè verſabatur in contemplatione ac meditatione rerum cœleſtium: quibus arcana detegebat, atque prophetico ſpiritu futura annuntiabat. Viuebat ann. 1460. Obiit autem clarus miraculis. Ita Marcus Vlyſſiponenſis ſup. libr. 4. cap. 28. ad ann. 1460. & lib. 8. cap. 38. ad ann. 1510. Sepultus iacet in Conuentu Atienſi, Prouinc. ſancti Angeli.

§. 3. *Beati Balthaſaris, Confeſſoris.*[c]] Religioſus erat inſigni vitæ perfectione præditus: cuius corpus poſt quadraginta annos effoſſum, inuentum eſt non ſolùm incorruptum, ſed & odorem eximium ſpirans. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 41. ſcribit id accidiſſe ann. 1530. quod tamen Gonzaga haud admittit, ſi tempus ſui operis quo fuit editum ſpectes, ſcilicet ann. 1603. & verba ſequentia attentè conſideres. *Cùm ante* (inquit) *duodecim annos, ſepulchrum, in quo Religioſiſſimus quidam Frater Laïcus, nomine Balthaſar, per quadraginta annos iacuerat, fortè fortuna aperiretur: eius corpus integrum omninò, incorruptum, tractabile, atque ſuauiter redolens inuentum fuit: quod præter miraculum accidere non potuit.* Hæc ille: in Monaſterio Dominæ noſtræ de Conſolatione *Calabazanos*, in Hiſpania, quod eſt 3. Prouinc. Conceptionis: vbi B. Balthaſar ſepulturam erat conſequutus. Wadinghus Tom. v. ſup. 1449. §. 54. Ex quibus profectò liquet, ipſum B. Fratrem obiiſſe, circa anno 1550. tumulum verò poſtea eſſe apertum anno 1590. niſi Gonzagæ præfata verba ad priorem ſui operis impreſſionem referas, nempè anno vltimo ſui Generalatus, qui erat 1587. tunc enim dicendum foret hunc B eatum Balthaſarem in Domino obdormiiſſe ann. circiter 1532. atque illius ſepulturam fuiſſe apertam circa ann. 1573. non autem 1530. vt mendosè reperitur in contextu Barezzi, ſeu interpretis Barezzi.

Beati Leonis Lechenſis, Confeſſoris.[d]] Fuit ſuæ profeſſionis olim zelantiſſimus, eximiaque ſanctitate nitens: licet ſimplex Laïcus eſſet. Vide Gonzagam part. 2. ſup. in Conuentu S. Franciſci Celentiæ, qui eſt 26. Prouinc. S. Angeli. §. 4.

Beati Franciſci, Confeſſoris.[e]] Virtutibus floruit apud Conuentum S. Ioannis Regum, Toleti, qui eſt 1. Prouinc. Caſtellæ. Otium ſummoperè vitabat, lectioni, orationi, vel meditationi ſemper addictus, maxima cum deuotione diuino aderat officio; Dei præſentiam ſibi conciliare ſtudens. Abiit in cœlum ann. 1558. iuxta Salazarem lib. 3. Chronic. præfatæ Prouinciæ, cap. 12. Wadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1477. § 34. §. 5.

B. Benedicta, Virg.[f]] Apud Monaſterium S. Damiani, prima fuit Abbatiſſa, poſt Deceſſum S. Claræ Virginis: quæ mirabili prudentia, & Monaſtica obſeruantia pollens: ſancto fine quieuit. Floruit vitæ ſanctitate & miraculis: eius ſacrum corpus honorificè repoſitum eſt Aſſiſij in Eccleſia Sancti Georgij, vbi magna in veneratione habetur. Ex Mariano in Appendice lib. 1. Marco Vlyſſiponenſi part. 2. ſup. lib. 1. cap. 53. Toſſiniano, lib. 1. Wadingho ſup. tom. 1. ad ann. 1214. §. 34. Salazare, lib. 5. cap. 21. Valerio, de BB. Fœminis Ordin. Minor. libr. 2. cap. 11. & Thielmans, tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 6.

DECIMOTERTIO KALENDAS NOVEMBRIS.

ANconæ, Beati [a] Anonymi, Martyris: qui ob caſtitatis defenſionem, mortem ſubire haud dubitauit. Haliciæ nunc Leopoli, quæ eſt Metropolis Ruſſiæ, Beati [b] Iacobi, eiuſdem vrbis Archiepiſcopi, Paſtorali ſollicitudine, & virtutibus Apoſtolicis illuſtris. Pariſiis, Beati [c] Alexandri Alenſis, Confeſſoris, atque Doctoris eximij: qui mira eruditione, ac vitæ ſanctitate in Eccleſia Dei refulſit. Apud oppidum Sancti Seuerini, in Apulia: Beati [d] Franciſci à Codonia, Confeſſoris: qui ingentibus meritis opimus, cœlo animam reddidit & poſt obitum crebris coruſcauit miraculis. Populæ de Angelis, in India Occidentali, Beati [e] Melchioris à Beneuento, Confeſſoris: qui ſanctis moribus, & præcipuis virtutibus adornatus, ſalutiſque animarum zelo ductus, tantum laborauit in Euangelio: vt proindè innumeros Indos ad Chriſtum reduxerit. Romæ, Beatæ [f] Seraphinæ, Virginis. Abbatiſſæ: virtute orationis, & contemplationis conſpicuæ.

OCTO-

Digitized by Google

OCTOBRIS XX.

§. 1. BEati *Anonymi, Martyris.*[a]] Hic licet iuuenis, ingenti tamen virtute refulſit. Nam cùm ex obedientia ad eleemoſynam petendam intra Anconam vrbem acceſſiſſet: quædam impudicæ mulieres, amore eius incredibilis pulchritudinis captæ, exarſerunt in concupiſcentiis ſuis: moxque illum ad ſe euocantes, cùm ille huiuſce rei inſcius, domum eſſet ingreſſus pro eleemoſyna capienda, ianuas claudunt, nefariumque deſiderium pandunt: quibus reſpondens ſe malle mori quàm Deum offendere, & caſtitatem labefactare, ab eis præfocatus eſt: illius corpus, nocte ſequenti, detulerunt ad portam Conuentus, quod cernentes Religioſi, illud condigno honore apud ſe tumularunt. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 56. ad ann. 1443. & Spinello. De laudib. Deipar. Virg. tract. de Virginib. ſect. 22. §. 24. Wadingho. tom. 5. ſup. ann. 1432. §. 26.

§. 2. *Beati Iacobi, Archiepiſcop.*[b]] Vocabatur Iacobus *Ruchem de Vvladonna*, Nobilis Poloniæ *Streparum* familia ortus, ex Ordine ſancti Franciſci, ob præclaras animi dotes eſt aſſumptus ann. 1391 verſ. Calend. Iulij, & conſecratus ann. 1392. die Dominica 28. Octob. Eccleſiæ Halicienſis Archiepiſcopus, Reipublicæ Senator, patriæ tutor, Regni cuſtos, vir egregius, grauis pietate, vitæ ſimplicis, atque exemplaris; bonus, prudens, fidelis, vigilans, multiſque heroicis virtutibus Illuſtris: non ſolùm quæ ſpiritualia erant curabat, ſed conſiliis cum cæteris Senatoribus communicatis hoſtium crebris incurſionibus ſe ſtrenuè opponebat. Tandem conſumptus laboribus, ſed clarus meritis, ad vitæ periodum perductus: religioſè ex hoc mundo migrauit, vitamque mortalem in cœleſtem mutauit ann. 1411. apud Fratres ſuos Minores tumulari voluit. Tum demùm integer pelle ſua ann. 1619. die 29. Nouembr. ornatu, & inſignibus Archiepiſcopalibus, necnon habitu Religioſo repertus; illic eodem in loco, hac die ann. 1626. magna cum deuotione, ab iiſdem Fratribus eſt repoſitus ritu ſolemni, in præſentia Illuſtriſſimi Ioan. Andræ *Prochuick*, Archiepiſcopi, frequenti Cleri, procerum, nobilitatis, atque Magiſtratus Leopolienſis, aſſiſtentia, ac ingenti populi multitudine. Huc populus, ob conceptam ſanctitatis huius præclari Antiſtitis famam, frequenter veniens, atque votis conceptis, multis in variis caſibus & morbis, conſolationem à Domino recipiebant: Teſte Vvadingho. tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1391. §. 4. & Annalibus Leopolienſ. Ioanne Dugloſſo, & Iacobo Scrobiſſenio, de Archiepiſc. Halicienſib.

§. 3. *Beati Alexandri Alenſis, Confeſſoris.*[c]] Ex oppido *Alenſi*, ſeu *Galenſi*, Britannus erat oriundus; diuinitùs inſpiratus, ac miro modo vocatus, Ordinem Minorum ingreditur circa ann. Chriſti 1221. cuius quidem rei ſeriem narrat Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 12. Vvadinghus tom. 1. annal. Minor. ad an. 1222. §. 26. 1234. §. 31. 1236. §. 9. 1243. §. 12. 1245. §. 19. & tom. 2. ann. 1254. §. 19. Firmamentum trium Ordin. Sedulius in notis ad caput 3. vit. S. Franciſc. Poſſeuinus in Apparatu. Petrus Galeſius cap. 8. vit. S. Bonauent. Franciſcus Franciſcius in initio ſummæ Alenſis. Bzouius ad ann. 1250. §. 11. 1252 §. 14. Gerſon. in epiſtola de laudib. D. Bonauentur. Supplementum Chronicarum libr. 13. ad ann. 1245. Pepinus de Imitatione Sanctor. ſerm. de S. Antonio Paduan. Henricus Gandauenſ. in ſcriptoribus Eccleſ. Nicolaus à Ieſu Maria in Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis propoſition. 59. pag. 126. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordinis Minorum. Ex Diuo Antonino 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 8. §. 1. ſic ſcribente. *Alexander de Alez intrauit Religionem Beati Franciſci ſub Helya, Generali Miniſtro exiſtente, per hunc modum. Hic inſignis Doctor habebatur Pariſius, & famoſus per orbem. Venerat autem ob ſingularem deuotionem, quam habebat ad Beatiſſimam Virginem Mariam: quod vnquam eius amore aliquid poſtulanti, ſi poſſibilitas foret, denegare, ſed petitionem huius pro viribus adimplere. Quædam autem venerabilis mulier cùm hoc noſſet (quæ ad Monachos albos & Fratres Predicatores multùm afficiebatur) dixit vna dierum Monachis albis ite ad Magiſtrum Alexandrum, & ab eo petite, vt Religionem veſtram ingrediatur amore Virginis glorioſæ: & certiſſimè credatis, quòd petitionẽ veſtram implebit. Mirantur illi ſuper hoc, attendentes ſolemnitatem perſonæ: & ex alia parte in verbo mulieris deuotæ & veracis confidentes. Accedunt ergò ad Magiſtrum Alexandrum, qui eos gratiſſimè ſuſcepit, & cum eo de multis prolixè loquentes, obliti ſunt verborum, Deo aliter diſponente, pro quibus dicendis ad eum venerat, ad propria redeuntes. At illa Domina exiſtimãs illos ex contemptu, vel incredulitate verba illa omiſiſſe: idem ſignificauit Fratribus Prædicatoribus, qui latanter ad Magiſtrum pergentes, primò de aliis variis locuti ſunt, intendentes demùm curialius illa poſtulare: colloquentibus ad inuicem, ecce Frater Minor, qui eleemoſynam petebat pro Fratribus per vrbem, cum ſacco ad collum ad eum venit, vt panem poſtularet: & intuens Magiſtrum Alexandrum, cum Fratribus colloquentem dixit ſimpliciter. Magiſter Reuerende, cùm diu mundo ſeruieritis, & cum magna, & noſtra Religio nullum habeat Magiſtrum; ſupplico vobis vt amore Dei, & Virginis Matris eius, ad vtilitatem animæ veſtræ, & noſtræ Religionis honorem, noſtri Ordinis habitum aſſumatis. Stupefacti ſunt Fratres Prædicatores, quòd ille præueniſſet eos, in poſtulatione huius rei: & Magiſter quidem primò territus fuit, ſed ſubitò à Deo tactus intrinſecus, reſpondit. Vade Frater, quia ſtatim te ſequar, & faciam quod petiſti: & Magiſter Alexander ſic ſæculum deſerens, habitum Minorum ſuſcepit. Cùm verò poſtmodum ad dimittendum habitum tentaretur ad ſæculum redire, nocte ſequenti vidit in ſomnis Beatum Franciſcum crucem de ligno ponderoſiſſimam portantem in humeris, cum qua volebat montem aſcendere. Cúmque Magiſter compatiens vellet eum ad portandum iuuare, indignanter repulit eum dicens: Vade miſer, tu non vales portare vnam crucem leuem de panno, & portabis vnam ponderoſam de ligno. In hoc excitatur Magiſter, & ad perſeuerantiam in Religione, ex viſione roboratur.* Eadem repetunt Beatus Bartholomæus Piſanus, Marianus & alii. Gorbinus lib. 8. ſanctæ Franciad. pag. 163. Binetus de ſupremis perfectionibus virg. cap. 30. pag. 733. Balinghen. In Calendario Virg. Mariæ hac die, ex Alberto Crantz. In Metropoli. lib. 8. cap. 11.

Factus igitur Frater Minor, omnes penè Franciſcanæ claſſis Duces tempore præcurrit, & ſapientia ſuperauit. Hic enim maximoperè commendandus venit, quòd duos principes Scholaſticos æquè doctos ac ſanctos, Thomam Angelicum, & Bonauenturam Sera- §. 4.

phicum, Scholis Theologicis pepererit: qui ex ore dictantis, tanquam ex vaſtiſſimo Oceano purioris doctrinæ aquas ſorbentes, tanta copia redundarunt: vt quotquot calamum poſtea exercuerunt, ab altero horum hauſiſſe videantur. Hic ergò re & nomine magnus Alexander cùm in alma Pariſiorum Facultate, primas inter Theologos, nemine reclamante, ſemper obtinuiſſet; & Theologiæ ſummæ, (quam aliqui fundatiuam, alij ſpeculatiuam, alij ſcholaſticam, alij diſputatiuam, tritis ſcholæ vocabulis nuncupant: indignabundi ſpinoſam, ferream, & inacceſſibilem dicũt) prima fundamenta ieciſſet, illamque tandem ſuis numeris abſoluiſſet: hoc ſibi apud peritiſſimos quoſque conciliauit inſigne: vt *Doctor irrefragabilis*, & *Doctor Doctorum*, *ac fons vitæ*, cenſeretur & appellaretur. Plura ingenij ſui monimenta ſcriptis reliquit: quorum numerum apud probos Authores ſubtus citandos facile reperies.

§. 5. Ad vltimum, poſt multos exantlatos labores, poſt tot virtutum inſignia; vitæ ſanctitate celebris, glorioſè obiit Pariſiis anno Chriſti 1245. die 20. Octobris. Sepultus autem 12. Kalendas Nouembr. (non verò Septembris, vt falsò, apud quoſdam reperitur) in Eccleſia ſancti Franciſci Fratrum Minorum, ante Crucifixi imaginem, Lutetiæ, cùm hoc epitaphio illic exarato.

Gloria Doctorum, decus & flos Philoſophorum,
Auctor ſcriptorum, vir Alexander, variorum,
Norma Modernorum, fons veri, lux aliorum,
Inclytus Anglorum Archileuita, ſed horum
Spretor cunctorum, Frater collega Minorum
Factus egenorum, fit primus Doctor eorum.

Alia autem carmina ibidem appenduntur, in altera tabella: quibus copioſè narratur, quæcumque egit, fecit, aut dixit: quæ lubens prætermitto.

§. 6. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in viris doctrin. illuſtrib. Ordin. Minor. & part. 4. verſ. fin. item part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Franciæ ſanctitate illuſtribus, & fruct. 11. part. 2. ibid. Codex MS. Abbatiæ S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. cap. 11. 12. & 16. lib. 4. cap. 6. Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in ſcriptorib. Eccleſ. & BB. viris huiuſce Ordinis: atque in Conuentu almo Pariſienſi. Trithemius, & Bellarminus tom. 7. de Scriptor. Eccleſiaſt. Paralipomena Abbatis Vrſpergenſ. ad ann. 1238. Sanctus Antoninus ſup. cap. 8. & §. 1. item cap. 9. §. 5. & 4. Placeus de Bono ſtat. Relig. libr. 2. cap. 32. Galterius in Tabula Chronol. ſæcul. 13. vbi de Scriptor. Eccleſiaſt. Coccius in Catalog. ſcriptor. ſeu Chronolog. Eccleſ. ad ann. 1240. Sixtus Senenſ. lib. 4. Bibliothec. Henricus de Gandauo lib. de ſcript. Eccleſ. cap. 46. Willotus Athenarum orthodoxar. Franciſcan. verbo *Alexander*. Conradus Gheſnerus in Bibliotheca ſua. Poſſinianus lib. 3. Hiſtor. Seraph. Marulus lib. 4. hiſt. ſacrar. Religion. Leander in vit. Iordan. Saxon. Eyſengrenius de teſtib. Catholic. Faſciculus tempor. an. 1228. Ioannes Lelandus. Nicolaus Triuetus. De Regib. Angl. ann. 1222. Pitſeus de Scriptor. Angl. Marianus lib. 2. cap. 9. 1. Harpsfeldius in hiſt. Angl. ſect. 13. cap. 11. Iacobus Ioanna in Theſauro ſacro, prærogatiu. Virgin. cap. 15. Elzearius lib. 2. cap. 10. ſacri mont. Oliuet. Andræas Sauſſayus in Hiſtoria Chronologic. Conflictus Euchariſtici. cap. 13. § 3. in Catalogo Patrum. Rocqueſius in ſpeculo æternitat. ætate mundi 6. fol. 99. Malletus cap. 26. Hiſtor. Conuentus S. Iacobi Pariſ. Dominican. Godonus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 12. ad ann. 1241. Volaterran. lib. 21. Antropolog. Vide Mercurium Gallic. to. 8. pag. 57. Carion. in Chronico ſub ann. 1250. Algeziram in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Sabellicum Ænead. 9. lib. 6. Poireum tract. 4. triplic. coronæ Virgin. cap. 6. §. 2. num. 3. Spondanum ad ann. 1240. Ex quibus omnibus liquet, quàm impunè ac falsò Auctor Diſquiſitionis diſquiſition. Franc. lib. 1. ſect. 11. dixerit elogium *Doctoris irrefragabilis*, magis fuiſſe titulum ridiculum, quàm vanitati obnoxium.

Beati Franciſci à Cadonia, Confeſſoris. [d]] Clarebat ann. 1520. Laicus profeſſione, qui meritis ac virtutibus cumulatus, ſanctiſſimè vitam finiuit, in Conuentu ſancti Bernardini oppidi ſancti Seuerini, vbi & tumulatus crebris miraculis illuſtratur: prout teſtantur Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 9. Prouinc. ſancti Angeli. Barezzus part. 4. Chron. Minor. lib. 1. cap. 52. ad ann. 1526. Daça ibidem libr. 1. cap. 31. Vvadinghus tomo 6. ſup. ad ann. 1453. §. 44. §. 7.

Beati Melchior. à Beneuento, Confeſſoris. [e]] Hiſpanus erat natione, & Prouinciæ ſancti Gabrielis, Religione inſignis, moribus clarus, atque ſanctitate conſpicuus: qui Chriſti amore ſuccenſus in Indiam Occiduam Traiiciens, ſuis feruentiſſimis concionibus, optimiſque exemplis, pinguiſſimos fructus Dominicum in horreum intulit, plurimiſque Indis ſalutis cauſa extitit. Deceſſit è vita in Conuentu ſancti Franciſci Populæ de Angelis: qui eſt 38. Prouinc. ſancti Euangelij. Ita Gonzaga ibid. part. 4. ſup. & Barezzus ſup. lib. 4. cap. 22. ſub ann. 1560. Rapinæus in Hiſtor. gener. Orig. Recollector. decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 365. Marianus, lib. 2. cap. 40. §. 8.

Beatæ Seraphinæ, Virginis. [f]] Profeſſionem vitæ monaſticæ emiſerat Romæ, in Monaſterio S. Coſmæ, cui etiam, ob vitæ ſanctitatem, Abbatiſſa præerat; quando B. Margarita Sulmonenſis, illic cauſa Reformationis venit. Erat quippè pia Virgo aſſiduæ ardentiſq; orationis & contemplationis, maximè circa myſteria Dominicæ Paſſionis, propter quæ lachrymas haud modicas ſpargebat; in cuius memoriam, qualibet ſexta feria, fel cum aceto deguſtabat, vt amaritudinis partem aliquam eo die ſentiret, quam dilectus animæ ſponſus Chriſtus Ieſus, amantiſſimè pro nobis tulerat; Inſuper, cilicium deferebat ad carnem nudam, corpuſque ſuum diſciplinis, aliiſque pœnitentiis & mortificationibus edomabat. Sæpè viſionibus & apparitionibus Chriſti Saluatoris, Deiparæ, Angelorũ, aliorumque Sanctorum dignata eſt conſortari: ac de die ſui ad cœlos tranſitus edoceri. Quo adueniente 20. Octob. an. 1457. corpus eius ſepultum eſt in dicto Monaſterio. Teſte Iacobillo de SS. Fulginatibus in B. Margarita præfata, 5. Septemb. Wadingho. tom. 5. ſup. ann. 1425. §. 24. (ex Antonio Gallonio de SS. Virginibus Roman.) & 1449. §. 51. Item tom. 6. ad ann. 1457. §. 63. poſt Marianum de SS. Clariſſ. cap. vltim. §. 9.

DVODE-

Digitized by Google

DVODECIMO KALENDAS NOVEMBRIS.

IN India Orientali, Beati [a] Stephani, Martyris: qui à Barbaris Maluaribus, ob Chriſtianam fidem necatus eſt. In Sicilia, Beati [b] Pauli à Palatiolo, Confeſſoris: qui Religione, pietate, ac zelo ſtrictioris Obſeruantiæ Regularis diſciplinæ plenus, Reformationi in Sicilia initium dedit, & ſanctiſſimè vitam finiuit. In Hiſpania, Beati [c] Petri Silleras, Confeſſoris. Volaterræ in Hethruria, Beatæ [d] Mariæ de Burgo, Virginis: maxima humilitate, & aſſidua oratione inſignis.

OCTOBRIS XXI.

§. 1. B*Eati Stephani, Martyris.* [a]] Sacerdos erat; qui cùm relicta Goa, Cochinum adnauigaret, à Barbaris Maluaribus captus, atque pro Chriſtiana confeſſione occiſus eſt. Agunt de eo Gonzaga prima part. Orig. Seraphic. Relig. vbi de ſacris Martyribus Ordinis Minorum ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, apud Indos Orientales: item quarta parte, in Prouincia ſancti Thomæ, ſub fin. Barezzus quarta parte Chronic. Minor. lib. 3. cap. 71. ad annum 1557. Daça ibidem lib. 1. cap. 57. Grauina in *voce Turturis* parte 2. cap. 24. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſinianus libro ſecundo in fin. vbi de India.

§ 2. *Beati Pauli à Palatiolo, Confeſſoris.* [b]] In Sicilia natus, Seraphicæ Religionis in Sicilia ſummè exoptabat Reformationem: quapropter die noctéque Deum feruentiſſimè exorabat, vt tantæ rei auxilio adeſſet, & ſua paterna bonitate quoſdam ex Fratribus ſuſcitaret: vt eodem Regulæ ſtudio accenſi, & obſeruantiæ zelo repleti, opus illud ſtrenuè aggrederentur. Cúmque in oratione perſeueraret, accidit vt ablegatus ſit in Conuentum ad commorandum: in quo reperit Beatum Bonauenturam ab *Agrigento*, Laicum quidem, ſed ingenti prudentia, virtute, zelo, & ſanctis moribus prǽditum. Cum eo igitur cœpit ſecreta cordis pandere: ac modum diſcutere, quo Reformatio introduceretur. Interim, diuina aſpirante gratia, quidam alij Fratres eodem ſpiritu ducti, illi adiunguntur: ſicque factum eſt, vt proximiori Capitulo Prouinciali, BB. Paulus, ac Bonauentura, petierint à R. P. Antonio à *Sancto Angelo*, Prouinciali Miniſtro, duos Conuentus, in quibus ipſi cum ſociis, puritatem Regulæ obſeruare contenderent. Qua de re, Conuentus ſanctæ Mariæ de Ieſu Plateę ann. 1568. & anno ſequenti Conuentus ſancti Nicolai Agrigenti, aſſignati ſunt: quæ quidem Refformatio ita paulò poſt excreuit, vt ann. 1578. in Cuſtodiam erecta ſit, in qua Præfati Patres ſanctiſſimè obdormierunt. Hæc ex Chronica Bonifacij Boni-Belli, de PP. Refformat. Prouinc. Roman. & Barezzo ſup. lib. 8. capite 57.

Beati Petri, Confeſſoris. [c]] Prouinciæ Arragoniæ fuit Deffinitor: de cuius ſanctitate proceſſus fiunt in partibus corã Ordinariis Teſte Libello Neapoli edito ann. 1626. apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli, & Rapinæo Hiſtor. General. Orig. Recollector. part. 1. Præfat. §. 4. §. 3.

Beata Maria de Burgo, Virginis. [d]] Hæc Chriſti ſponſa, floruit apud Monaſterium Monialium Clariſſarum Volaterræ, vbi & ſepulta iacet: cuius humilitas & oratio continua vix exprimi poſſunt. Memoratur à Gonzaga part. 2. ſup. in hoc Monaſterio, quod eſt. 1. Prouinc. Tuſciæ, & Barezzo ſup. lib. 4. cap. 29. ad ann. 1563. §. 4.

VNDECIMO KALENDAS NOVEMBRIS.

IXidolij in Gallia Aquitanica, Beati [a] Petri Blancarti, Martyris: qui à furentibus hæreticis Caluiniſtis, pro Religione Catholica, gladiis tranſuerberatus, Martyrio coronatur. Arquatæ, in territorio Nurſino, Beati [b] Pauli, Confeſſoris: fide & gratia miraculorum illuſtris. Bononiæ, Beati, [c] Hieronymi Garibbei, Confeſſoris: qui doctrina & virtutibus emicuit. Abulæ, in Hiſpania, Beati [d] Franciſci à Valentia, Confeſſoris: dono orationis, ac perfectione vitæ conſpicui. Quauhnaoacij in India Occidua, verſus Mexicum, Beati [e] Ferdinandi à Leiua, Confeſſoris: qui humilitate & obedientia, charitate & abſtinentia admodùm eluxit. Ripę-Limoſani in Apulia, Beatę Franciſcæ [f] Tertiariæ: quę honeſtate, ac Religione decorata, Dæmonibus etiam ſummè formidabilis extitit.

Digitized by Google

OCTOBRIS XXII.

§. 1. BEati Petri Blancarti, Martyris.[a]] Tanto furore hæretici Caluiniſtæ exarſerunt, vt poſt Conuentus Ixidolienſis expilationem atque funditùs euerſionem: V. P. Petrum, Sacerdotem, inibi commorantem, tunc ceperint, & iteratis gladiorum ictibus confoderint: qui cùm eſſet vir, tum corporis, tum animi dotibus prædìtus, in certamine omnes labores & odia propter Chriſtum, & fidei Romanæ confeſſionem, alacri animo ſuſcepit ann. 1579. Agunt de eo Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in dicto Conuentu, qui eſt 33. Prouinc. Aquitan. Recentioris. Barezzus 4. part Chron. Min. lib. 7. cap. 33. ſub ann. 1579. Wadingh. to. 4. Annal. Min. ad an. 1400. §. 34.

§. 2. Beati Pauli, Confeſſoris.[b]] Obiit circa ann. 1303. clarus ſanctitate & miraculis apud locum Arquatæ, ſeu Arguatæ, in Vmbria. Eius meminit Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. ſanctitate illuſtrib. Prouinc. Sancti Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis: quem tamen Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 33. §. 2. ad ann. 1334. vocat *Andream*, ſed mendosè. Nam ille B. Andræas eſt ille qui cognominatur *Hiſpellas*, ab eo omiſſus. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. & tom. 3. ad ann. 1303. §. 1. & 1306. §. 24. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. poſt Oddonem in Speculo cap. 2.

§. 3. Beati Hieronymi Garibbei, Confeſſ.[c]] Gallus erat natione, ortus ex Nicia in Phocenſi prouincia, Doctor in ſacra Theologia, multis exornatus virtutibus: qui ſancto fine quieuit Bononiæ, in Italia, cuius corpus conditum iacet in æde Crucifixi, apud Conuentum Fratrum Minorum Conuentualium eiuſdem vrbis. Scribunt de eo Barezzus ſupra lib. 3. cap. 19. ſub ann. 1540. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph.

§. 4. Beati Franciſci à Valentia, Confeſſ.[d]] Hic Venerandus Pater, orationis prærogatiua, atque cæteris virtutibus extitit inſignis, adeoque in optima perfectaque bonitate vitæ excelluit, vt omnes ſibi coætaneos longè antè præceſſerit. Sepultus eſt autem in Conuentu Sancti Franciſci Abulæ. Scribunt de eo Gonzaga 3. part. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 15. Prouinc. Conceptionis. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 42. ad ann. Chriſti 1565.

§. 5. Beati Ferdinandi à Lina, Confeſſ.[e]] Laicus erat, ac Prouinciæ Burgenſis alumnus: qui natiuo ſolo relicto mare traiecit, vt Indis de nouo conuerſis ad fidem atque conuertendis, Chriſtum prædicaret. Sed cùm craſſiori eſſet ingenio, nec memoria adeò polleret; relicto huiuſmodi propoſito; ſe totum ad orationem, humilitatiſque opera conuertit, in quibus ſanè exercitiis eos fecit progreſſus, adeòque profecit, vt non minùs ipſe exemplo, quàm cæteri prædicatores verbo, Chriſtianam pietatem atque doctrinam barbaras regionis iſtius nationes docuerit. Nam pauperrimo ac ſupramodum vili indutus ſacco, nudiſque perpetuò pedibus incedens, ac nudum ſuper aſſerem oppreſſos ſomno artus, ſupraque modum ex continuo labore attritos, reclinans, vix tantillum temporis ſpiritũ ab oratione relaxabat. Præterea pauperibus maximè compatiens, quicquid ad manus habere poterat, id illis humaniſſimè erogabat. Vt autẽ id faciliùs efficere poſſet, nunquã à ſerendis cucurbitis, aliiſque oleribus, & leguminibus, ipſiſque quàm diligentiſſimè excolendis irrigandiſque ceſſabat. Quo demùm fiebat, vt nec ipſe otio aliquando torperet; nec ſibi, quid egenis tribueret, deeſſet. In perferendis etiam infirmitatibus patientiſſimus cùm eſſet; & nihil magis ab obedientia, humilitate, abſtinentia, ac ſanctimonia, coluit. Vnde & octogenarius ab hac vita diſcedens, maximam ſuæ ſanctitatis famam poſteris reliquit: nec ſecus ab Indis, atque Hiſpanis, ac Deo charus habetur, colitur que. Obiit ann. 1574. cuius corpus conditum eſt in Conuentu Annuntiationis Beatæ Virginis Quauhnaoacij, qui eſt 35. Prouinciæ ſancti Euangelij. Hæc ex Gonzaga ibid. part. 4. ſup. & Barezzo ſup. lib. 7. cap. 9. Rapinæo Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 2. §. 2. Mariano lib. 2. cap. 26. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

B. Franciſca, Tertiaria.[f]] Eodem ſæculo vixit in Italia, fama ſanctitatis celebris: quæ multis virtutibus exornata, morte interueniente, cucurrit ad ſponſum, cuius ſacrum corpus tumulatum eſt in Conuentu S. Petri Cœleſtini Fratrum Minorum. Ripæ-Limoſani, (qui eſt 15. Prouinciæ S. Angeli:) quo quidem funere decoratur (ait Gonzaga part. 2. ſup. in eo Conuentu) *Honeſtiſſima, pariterque Religioſiſſima ſororis Franciſca, tertij Ordinis Franciſcani olim alumna: qua innumeras laruarum inſidias declinauit, & glorioſa de inimico Sathana, trophaa ſæpius retulit, quapropter illi ſummè formidablis fuit.* Eadem confirmant Barezzus ſup. lib. 2. cap. 55. ad ann. 1534. & Valerius ſup. lib. 4. cap. 31. §. 6.

DECIMO

Digitized by Google

DECIMO KALENDAS NOVEMBRIS.

PAriſiis, Beati [a] Nicolai Lyrani, Confeſſoris, & Doctoris eximij, qui vita & verbo clarus, quamplurimos Iudæorum conuertit ad Chriſtum, & ſuis admirandis ſcriptis totam Dei Eccleſiam illuſtrauit. Apud Vilackum in Pannonia, Beati [b] Ioannis Capiſtrani, Confeſſoris: qui eruditione & vitæ ſanctitate clariſſimus, innumeros Gentiles, Iudæos, Hæreticos, atque Schiſmaticos, reduxit ad fidem Catholicam, & maximis pro Eccleſia perfunctus laboribus, quieuit in Domino, miraculis in vita & poſt mortem celeberrimus. Beluiſij in territorio Palentino, Beati [c] Didaci Saffrani, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In India Occidentali, Beati [d] Bernardini Saguntini, Confeſſoris. Palmæ, in territorio Cordubenſi, Beatæ [e] Leonoræ Porto-Carrieræ, à Vega, Virginis: quæ Abbatiſſa effecta, pœnitentiæ, Contemplationis, paupertatis, vitæque perfectionis, cæteris viam præbuit.

OCTOBRIS XIII.

§. 1. BEati Nicolai Lyrani, Confeſſoris. [a]] Gallus fuit natione, à Lyra, Normaniæ oppido oriundus, Diœceſis Ebroicenſ. genere Iudæus: qui anno ſuæ ætatis 35. Religionem Chriſtianam profeſſus eſt: & Ordinem Minorum ingreſſus, apud Conuentum Vernolienſem, regionis Perticenſis, vulgò, *Perchia*, Diœceſiſque Ebroicenſis, in Prouincia Franciæ, doctrina & pietate, ac religione excelluit: ita vt non arrogato, ſed meritis ſuis conueniente titulo, Doctor *Venerandus*, *Planus*, & *Vtilis* ſit vocitatus. Hebraicarum litterarum ab incunabulis ſtudioſus, & plenè inſtructus, Bibliorum ſubtiliſſimus expoſitor, ſcholaſticæ Theologiæ profeſſor, tanta quoque diuinarum Scripturarum, vera, pura, ac germana intelligentia præditus; vt in eis exponendis nullum eruditiſſimorum Theologorum ſui temporis habuerit parem, quique primus glaciem fregit, poſteriſque Henrico Toſtato, Rickelio teſte, ad vniuerſa Biblia aditum parauit, vt nullus ſatis doctrinæ vbertatem, quæ ſe per tot libros effudit, venerari queat.

§. 2. Edidit in ſingula, tam veteris quàm noui Teſtamenti volumina ſcholaſticæ poſtillæ libros octoginta quinque, ſtudioſis ſacrarum litterarum, ac præcipuè Tyronibus ad maiora properantibus non vtiles ſolùm, ſed & maximè neceſſarios. In horum prioribus quinquaginta, vniuerſum ſacræ Scripturæ corpus, abſque orationis lenocinio, & verborum inuolucris, breui, nudo, & aperto ſermone expoſuit: ſumma in ſingulis diligentia aperiens litteræ ſenſum, cæteris diuinæ ſcripturæ ſenſibus, vt præſtantiorem, ita difficiliorem, allatis in id veterum Eccleſiæ Patrum expoſitionibus, & Rabbinorum ſententiis, quarum præcipua eſt apud Iudæos auctoritas. Quo expleto, in triginta quinque poſterioribus libris, vtrumque Teſtamentum illuſtrauit morali expoſitione. Alia etiam compoſuit opuſcula non pauca: quorum omnium ſeriem tenent Beatus Bartholomæus Piſanus, libro primo Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minoribus ſcientia illuſtribus. Item fruct. 11. part. 2. in Prouincia Franciæ. Marcus Vlyſſiponenſis parte ſecunda Chronic. Minor. lib. 9. cap. 11. Gonzaga parte 1. Origin. Seraphic. Relig. in viris huiuſce Ordinis, doctrina illuſtr. Sanctus Antoninus 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 8. §. 2. Item part. 4. Summæ Theol. titulo 8. cap. 1. §. 3. Trithemius & Bellarminus, tomo ſeptimo, De ſcriptoribus Eccleſ. Willotus Athenær. Orthodoxar. Franciſcan. littera N. Toſſinianus libro tertio Hiſtor. Seraphic. Ioannes Rioche libro tertio Compend. Tempor. parte tertia, capite nonageſimo ſecundo. Pepinus de Imitat. Sanctorum, Serm. de Sancto Antonio Paduano. Sylueſter Marulus libro quarto, Hiſtor. Sacrar. Religion. Miræus de Scriptorib. Eccleſ. cap. 422. Nicolaus à Ieſu Maria, in Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis Propoſition. 59. pag. 126. Brulius libro ſecundo Antiquitat. Pariſ. pagina 524. Mutius in Chronica Germanica, libro vigeſimo primo, ad annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum quartum. Trithemius libro tertio, viror. illuſtr. tomo ſecundo, capite 74. Chronicon Citizenſe ſub annum milleſimum treceteſimum vigeſimum. Choppinus libro primo, Monaſtic. titul. 1. §. 16. Sixtus Senenſis lib. 3. in fin. & lib. 4. Bibliothec. Sedulius Commentar. ad vitam Sancti Franciſci capite 3. §. 8. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Coluenerius in notis ad Formicarium Ioannis Nider libro primo, cap. 10 Genebrardus lib. 4. Chronol. in Cœleſtin. Pap. Matthæus, aliàs, Mathias Doringus, Germanus Saxo, Paulo Burgenſi, Lyranum Carpenti, & Vellicanti Antagoniſtam ſe obtulit: nouiſque concertationibus eum deuicit. Platus de Bono ſtat. Relig. lib. 2. cap. 32. Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 13. vbi de Scriptor Eccleſ. Eyſengrenius in Catalogo teſtium veritatis; ſub annum milleſimum trecenteſimum decimum quintum. Charronus cap. 136. Hiſtor. Vniuerſal. Gall. ſeu Franc. & 137. 138. Supplementum Chronic. lib. 13. ad annum milleſimum trecenteſimum decimum tertium. Gneſnerus in Bibliotheca. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, §. vigeſimo. Faſciculus tempor. ad annum milleſimum ducenteſimum octogeſimum quartum. Sabellicus Ænead. 9. libro ſexto, & octauo. Spondanus ad annum milleſimum ducenteſimum nonageſimum ſeptimum. Menardus libro 2. Obſeruat. ad Martyrolog. Benedictin. 25. April. in vita Sancti Benedictin. Pap. XII.

§. 3. Vita & moribus celeberrimus etiam extitit. Vnde à *Trithemio*, *Vlyſſiponenſ. Gonzaga*, *&c.* acclamatur vir deuotus & eruditus: nec minus conuerſatione, quàm ſcientia venerandus. Andræas *Theuetus*, clariſſimus

Digitized by Google

Hiſtoriographus, poſt Eyſingren. ſup. illum, ſanctum virum appellat; cuius verba Gallica, Latino idiomate reddita, haud pigebit adferre. Sic enim ſcribit tom. 2. Coſmograph. lib. 15. cap. 10. *Attamen, hic dare obliuioni nolo, enim, quo excellentiorem nuſquam educauit tellus Normanorum (non autem ſolum Angelicum, ſicut nonnulli ſibi ſatis leniter perſuaſere, atque ſcriptis tradidere) videlicet M. Nicolaum Lyranum, oriundum ex eiuſmodi regionis oppidulo, Lyra nomine, qui viuebat anno Domini 1324. regnante Philippo Longo, Rege Franciæ, & Alphonſo XI. Arragoniæ Rege. Ipſe eſt, qui ſic erudita Commentaria edidit, ſuper omnes veteris ac noui Teſtamenti libros, ſub Gloſſæ ordinariæ titulo, prælo cuſſos, & plura alia opuſcula compoſuit: quique ſuo tempore, ſex millia Iudæorum & amplius ad Chriſtianiſmum reduxit: cùm doctiſſimus virorum, qui vnquam fuerint, extiterit. Quippe, qui Iudæi filius eſſet & circumciſus antequam Baptiſmum ſuſciperet: qua in lege Moſayca, cùm per annos 34. integros ſtetiſſet, habitum Minorum Fratrum induit. Ita vt (à 250. annis, quibus mortuus eſt) nullus fuit, ſiue Græcus aut Latinus: ſiue Catholicus vel Proteſtans hæreticus: qui huiuſmodi ſancti viri laboribus haud optimè ſit vſus: cuius iconem ad naturalem formam (pro vt eo viuente exarata eſt) lubens hîc appoſui. Corpus eius iacet in Conuentu Minorum Pariſienſ. ſuper cuius ſepulturam Carolus V. Romanorum Imperator, (dùm in Galliam veniens, Lutetiam pertranſiit) preces fundere perrexit. Auditores habuit Ioannem Grandem, P. Richardum, Franciſcum Maronium, Ochamum, & copioſum aliorum numerum. qui tot pulchra ſcripſere volumina: omneſque eiuſdem inſtituti ac profeſſionis.* Certè, haud abſque rationabili cauſa, & opinione ſanctitatis, Cæſar orationi ſe dedit ſuper timulum eius: velutì ſupplex ab eo auxiliari depoſcens, quem credebat apud Deum iam Apotheoſi donatum eſſe.

§. 4. Quo verò tempore obierit, non omnium vna eſt ſententia, Claruiſſe quidem ann. Chriſti 1320. Authores non pauci admittunt, ſed quot exindè annis superuixerit, non omninò conueniunt. Marcus Vlyſſipon. vult eum è vita exceſſiſſe anno. 1350. Bellarminus & Willotus, Rioche, Firmamentum trium Ordin. part. 1. tract. de illuſtriorib. viris Ord. Min. Poſſeuinus ann. 1349. & Marulus ſup. At decipiuntur: mortis enim debitum ſoluit ann. 1340. (prout conſtat ex Gonzaga ſup. & Wadingho tom. 3. ann. 1340. §. 20. vbi de Almo Pariſienſi Conuentu: tum ex eius Epitaphio:) die 23. Octobris, non autem 14. vti mendosè habetur apud Willotum & Firmamentum trium Ordinum, Rioche, Poſſeuinum.

§. 5. Nulli dubium eſt grandæuum ætate, diem clauſiſſe extremum: nam vixiſſe in Religione ſeraphica anno 48. Willoti: Ioannis Rioche, Toſſiniani; Wadinghi, &c. eſt opinio. Addit Gonzaga, habitum Minorum honorificè, exemplariterque portaſſe ann. 68. quibus ſi adiungas annos 34. quos in Iudaica ſuperſtitione conſumpſit, antequam nomen Chriſto dediſſet: profectò octogenario, ſeu contenario maior, abiiſſet, cùm eſſet 82. vel 102. annorum: quod haud mirandum. Ipſe enim citat ſe annis plenum ſuper Geneſis caput 1. cùm tamen Commentaria ſua non abſoluerit, niſi ann. 1330. & nihilominus adhuc ſuperuixerit vſque ad ann. 1340. De his inferiùs ſermo iterum redibit.

§. 6. Ex his liquet nonnullos turpiter hallucinari, quando hunc B. Nicolaum *Lyranum*, nunc Flandrum, nunc Batauum, mox quoque Anglum faciunt; cùm certò certius ſit ipſum fuiſſe Neuſtrium, ſeu ex Normania oriundum. Ita enim aſſerunt Theuetus; Marcus Vlyſſiponenſ. Gonzaga, duobus in locis ſup. & part. 3. vbi de viris illuſtrior. Conuentus Sancti Andrææ Apoſtoli Vernolij, qui eſt 26. Prouinc. Franciæ. *Inter quos* (inquit) *exprimere minimè pigebit honorandum Patrem, Doctoremque mirabilem, F. Nicolaum de Lyra, Normaniæ ſplendorem, ex Iudæis parentibus, in oppido Lyra vetuſtioris commorantibus, oriundum. Hic inter Theologos eminentiſſimus claruit, egregius doctrina, & eloquentia grauis, qui contra Iudæorum impietatem, diſputationibus, concionibus & ſcriptis, animo indefeſſo aduerſatus eſt; nouum & vetus Teſtamentum, in eorum contumeliam, opprobrium, perpetuamque confuſionem plurimis voluminibus diligenti cura eſt commentatus. Qua de re, (velut alter Apollo) florens, nomen eius meritò per vniuerſum orbem celeberrimum effulſit. Hunc primò Iudæorum Doctorem fuiſſe ferunt, ac lingua eorum peritiſſimum: qui (nutu diuini Numinis omnes ſaluos fieri volentis) tanquam roſa de ſpinis ortus, ex peritiſsimo Hebræo conuerſus ad Chriſtum, in hoc Conuentu habitu Fratrum Minorum ſuſcepto, Franciſcanam Religionem eſt profeſſus. In eo enim hodiè leguntur ſuarum lucubrationum, quæ propria manu ſcripſit, vetuſtiora exemplaria, in quorum alterius, & vt probabile eſt, in omnium ſuorum Codicum fine, hæc propria manu eius ſcripta leguntur.* Ego Deo Optimo Maximo gratias ago; qui mihi gratiam ſcribendi, ſecundum modulum ingenij mei, ſuper omnes libros in Biblia contentos dedit; quoniam probabiliter timeo, in pluribus defeciſſe, tum propter magnitudinem operis, cùm propter ſcientiæ meæ paruitatem, ideò de defectibus veniam poſtulo, & de aliis ad laudandum Deum mecum legentes inuito: deprecans humiliter & deuotè, vt apud Dominum me velint ſuis orationibus adiuuare. Quod actum eſt Pariſiis ann. Domini 1330. *Vbi cum mærore animam exhalauit: cuius corpus honorificè, vt ibi annotauimus, ſupultum eſt in medio Capituli Conuentus Pariſienſis.* His annuit B. Bartholomæus Piſanus, dùm illum ait natione Gallicum fruct. 11. ſup. Wadinghus, Poſſeuinus, & alij ſup. Brulius lib. 1. Antiquitat. Pariſ. pag. 162. & lib. 2. pag. 318. Marulus ſup. Addam & illud quod cum anno 1642. Neuſtriam perluſtrarem, pro rebus Neuſtriacis quandoque à me conficiendis, & apud Abbatiam *de Lyra*, Ordin. Benedictini moras agerem, didici eo in *Lyra* oppido domum adhuc extare, quæ ad parentes ipſos B. Patris Nicolai olim attinebat, in qua natum & educatum fuiſſe, omnes conſtanti traditione mihi aſſeuerabant: & hoc, non Gallicanæ, ſeu Normaniæ natione gloriæ cupiditate, ſed rei veritate permoti.

Quid plura? Hic pius vir ſub præmagno lapide conditus, in altaris præfati Capituli crepidine, fæliciter quieſcit: in cuius circumferentia hæc ſculpta ſunt. *Hic iacet F. Nicolaus de Lyra: ſacræ Theologiæ venerabilis Doctor: cuius vita & doctrina fama diffuſa eſt per diuerſa mundi climata.* Porrò è regione in muro ſurſum effixa eſt tabella marmorea, cui litteris aureis, cænotaphij ergò, poemata hæc ſunt inciſa. §. 7.

Ne me ignores, properans dum plurima luſtras,
Qui ſum ex his noſces, qua pede Buſta teris.
Lyra breuis vicus, Normana in gente celebris,
Prima mihi vitæ ianua, ſorſque fuit.
Nulla diu mundi tenuit vēſania natum,

Preti

Protinus euaſi Relligione Minor.
Vernolium admiſit currentem ad ſacra tyronem,
Et Chriſti docuit me domitare iugo.
Vt tamen ad mores legis doctrina beata,
Adyta planaret ſimplicitatis iter,
Artibus ipſe piis, & Chriſti dogmate fretus,
Pariſiis excepi ſacra Magiſterij.
Et mox quaque vetus, & quaque recentior affert
Pagina, Chriſticolis ſplendidiora dedi.
Littera nepè nimis, quæ quondam obſcura iacebat,
Omnes per partes clara labore meo eſt.
Et quos ſæpè locos occidens littera tradit,
Hos typicè humanis actibus exhibui.
Extat in Hebræos ſanctiſſima condita turris,
Noſtrum opus, haud nullis communienda petris.
Inſuper & noſtri releguntur ſæpè libelli,
Quos inſenſa Petri quatuor arte tuli.
Eſt quoque Quodlibetis non irrita gloria noſtris,
In qua tu iuſtus arbiter eſſe potes.
Non tulit hæc vltra vitam perferre merendo,
Omnipotens Dominus, quo ſumus & morimur.
A cruce tu cuius numeres ſi mille trecentos,
Adiungens vnà quatuor & Decades.
Illo me rapuit mors omnibus æmula ſæclo,
Cùm micat Octobris terna vigena dies.
Iam quo tendis: Nicolai illectus amore:
Quo Doctore tibi lex reſerata patet?

§. 8. Hebræum genere fuiſſe conſtantior eſt fama, an ita profeſſione & fide ante ſuſceptam Chriſtianam, non ita conſtat; ſuadet fuiſſe (vltra Theueti, aliorumque teſtimonia, dicentium prius celebrem Iudæorum Rabbinum ſeu Magiſtrum è Iudaiſmo ad fidem Chriſtianam conuerſum) eius peritia in lingua, idiotiſmis, & moribus Hebræorum: ex quibus paſſim pro eis conuincendis argumenta deducit. Diſſuadet, quod refert Gonzaga ſup. parte prima in Conuentu Pariſienſ. matrem eum parturientem ſummis doloribus cruciatam, à Chriſtianis mulieribus perſuaſam, voluiſſe ſe, ſuamque prolem, Chriſto ſacraturam, modo è periculoſiſſimo liberaret puerperio: & continuò Nicolaum hunc fœliciſſimè enixam, vota ſua confeſtim reddidiſſe: immò præfatum eius Epitaphium clarè dicit non diu in mundo hæſiſſe, ſed citò ad Religionem conuolaſſe: ſed prima mihi arridet opinio. Scribit Genebrardus factum Franciſcanum, an. milleſimo ducenteſimo quadrageſimo; dicendũ eſt 1248. Nam eo anno natum Nicolaum, non ſolum chariſſima mater, inſcio patre, Chriſto dicatura, promiſit, ſed etiam Ordini Franciſcano deuouit. Si autem anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octauo, addas 34. annos, quos in Iudaiſmo conſumpſit (iuxta Theuetum) antequam Chriſto nomen dederit, eo quòd matri huc vſque obtemperare diſtulerit: certè Minoriticum induiſſe habitum ann. 1282. non 1292. fatendum erit: aliter ſtatim ab ingreſſu Religionis Minorum adhuc puer, cœpiſſet commẽtari aliqua volumina ſacræ ſcripturæ, prout anno 1293. in Iſayam ſcripſiſſe ipſe ſignificat in caput 2. (iuxta Wadinghum aſſertionem poſteriorem ſecutum) quod vltrò reiicimus. Itaque, ſi Nicolaus obiit an. 1340. egiſſe ipſum annos, non XLVIII. ſed LVIII in Religione Franciſcana conſtabit: totidem enim anni decurrunt ab ann. 1282. vſque 1340. ſi aute m mortuus eſt iuxta alios, ann. 1349. ſeu 1350. profectò annos 68. (ſecundum Gonzagam) vixiſſe in Ordine perſpicuum eſt.

Beati Ioannis Capiſtrani, Confeſſoris. [b]] Gallus erat natione, nobili genere exortus; cuius pater vnà cum Andium Duce, è Gallia in Neapolitanum Regnum profectus, illic vxorem duxit: ex qua paulò poſt ann. 1386. prodiit ipſe Beatus *Ioannes*, ſic vocatus, quia in die ſancti Ioannis Baptiſtæ natus ſit: cognominatus autem *Capiſtranus* ex Aprutij oppido, non longè ab Aquila Marſorum vrbe, vbi eſt educatus. Is Patre defuncto, maternæ tutelæ relictus, illis, quibus pueriliS ætas ad humanitatem informari ſolet, operam dedit. Optimis educatus inſtitutis, ob ingenij ſolertis acumen & innatam memoriam, vſque adeò liberalibus profecit diſciplinis, vt ab omnibus indè ſperaretur ingens ſeges adultæ ætatis. Expurgata ergo tyrocinij rubigine, Peruſium ſe contulit, vbi iuris vtriuſque decennali ſtudio peritiam ita abſolutè fuit adeptus, vt non modò coætaneos ſuperaret ſuos, ſed non videretur habere æquales: non ſolum ſtudentes, ſed & Doctores quoque ipſe ab ipſius ore pendere non erubeſcerent, quibus deindè annumeratus, Doctoratus inſignia in vtroque iure nactus eſt. §. 9.

Miro modo ad Religionem Seraphicam vocatus eſt: nam captus ab inimicis & in carcerem truſus, dùm ſemel pernoctaret in oratione, apparuit illi S. Franciſcus, blandè eum conſolans, & ad induendum ſui Ordinis habitum exhortans. Manè facto, reperit ſe, detonſo capite, coronam clericalem, in modum Religioſi, ſibi diuinitùs factam, geſtare: quo ſigno confirmatus, poſt egreſſum à carcere, ſtatim Peruſium regreditur, & petito habitu Ordinis Minorum apud Conuentum S. Franſciſci de Monte iuxta eam vrbem, admiſſus eſt ad nouitiatum per V. P. Beatum Marcum Bergomatem, illius Conuentus Guardianum ann. 30. ætatis ſuæ, Chriſti verò 1414. Facta profeſſione, perfectionis viam ita aggreſſus eſt, vt in ſanctiſſimum virum euaſerit. Hinc diuinis humaniſque litteris egregiè eruditus, & Concionatoris oneroſo honore auctus, in Eccleſia Chriſti, tanta præfulſit prudentia ac virtute; vt in Vicarium Generalem familiæ Vltramontanæ Patrum Obſeruantin. ſit delectus ann. 1443. ad quod munus iterum aſſumptus eſt ann. 1449. §. 10.

Vnde etiam ob ſingularem in rebus gerendis ſagacitatem, à multis Summis Pontificibus, Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. & Calixto III. ad diuerſa munia pro Eccleſia Romana obeunda adhibitus eſt. Inquiſitor enim generalis, Concionator, Commiſſarius, Nũtius, & Legatus Apoſtolicus ſæpè creatus eſt à Sede Apoſtolica: itemque Epiſcopus Aquilæ, & Theatis, &c. electus: eam dignitatem conſtanti animo recuſauit, vt faciliùs poſſet per vniuerſum orbem Chriſtum annuntiare. Miro etenim cum fructu animarum, & ſalute plurimorum, ſuis feruentiſſimis concionibus, Italiam, Germanian, Poloniam, Hungariam, Ruſſiam, Valachiam, Auſtriam, Sueuiam, Bauariam, Thuringiam, Saxoniam, Bohemiam, Morauiam, Galliam, &c. peragrauit. Mirabile dictu, quot Regna, Prouincias, & Nationes ſuo lumine irradiauerit? Quot millia infideliũ Iudæorum, hæreticorum, ſchiſmaticorũ, & peccatorum conuerterit? Quot diſputationibus, ſcriptis, & libris, aberrantes à veritate profligarit? Nam Huſſitarum, Fratricellorum, & aliorum hæreticorum acerrimus impugnator fuit. At deſine mirari, mi lector, ſi tantillum ſpectes; quæ omnipotens per ſeruum ſuum operari dignabatur: quia in ipſo §. 11.

Digitized by Google

gloriari ſibi complacebat. Taceo admirandas eius virtutes; veniam ad viſiones & dona ſupereffluentia Dei. Spiritu etenim prophetico abundantiſſimè cumulatus erat: dono orationis & intelligentiæ pollebat: gratia miraculorum inſuper admirabilis erat. Nam tot, ac tanta edidit miracula ſiue mortuus, ſiue viuus; quod, vt verum fateor, numerum eorum præ ingenti multitudine, haud potuerim inueſtigare.

§. 12. Hinc Principes, Duces, Reges, ac Cæſares; Epiſcopi, Archipræſules, Cardinales, & Summi Pontifices, illum maximo in honore habebant: apud quos vir Dei non ſolùm res Eccleſiaſticas admodùm promouit, ſed & quæ erant ſui Ordinis valdè propagauit. Defenſionem enim Sancti Bernardini Senenſis, (Cuius nonnunquam amantiſſimus extiterat diſcipulus ac ſocius) ſuſcepit aduerſus illius, ſed magis nomini Ieſus, gloriæ criticos; quorum ora reddidit oppilata. Idem officium præſtitit familiæ Obſeruantinæ, à quibuſdam zoilis malè habitæ: qua de re extat inſignis illa Æneæ Syluij, Senenſis Epiſcopi, apud Cæſarem Legati Apoſtolici: poſteà verò Summi Pontificis Pij II. vocati, Epiſtola 412. Dominico Cardinali Firmano directa, quæ incipit. *Quamuis ſcribente Cæſare*, &c. ſub Datum ex noua ciuitate 21. Ianuarij. Ea enim teſtatur, Imperatorem ſcripſiſſe ad Summum Pont. pro tuitione huiuſmodi Reformationis PP. Obſeruantin. quos & illi maximo affectu commendat: hac inductus, inter alias ratione. *Scimus quantum ſub Bernardino Senenſi, iam ſuperna Hieruſalem curia, hæc Religio Eccleſiæ Catholicæ profuerit, quantumcumque modo ſub F. Ioanne Capiſtrano, vtilitatis attulerit, &c.* Deinde circa fin. *Mihi profectò non videtur expediens Romanum Pont. hanc familiam cõtriſtare debere. Et quoniam tua dignatio veritati fauere, ac diuertere ſcandala pro ſua virili conſueuit, præſumpſi hæc tibi ſcribere. Intelliges ex litteris Cæſaris animum, eis vtile cenſeo prouideri. Frater Ioannes homo Dei eſt, populi Germaniæ quaſi Prophetam eum habent: poſſet cùm vellet, eleuato digito, magnam turbam facere. Sentio ex his qui penes eum ſunt, ægrè ſibi eſſe, quod de Bulla Eugenij fertur: ſed homo ſapiens ſpem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Quamuis ſcio conſtantiam eius immobilem, neque timendum eſſe, quæ ſemper Apoſtolicæ Sedis dignitatem ac eminentiam prædicauit, retrocedere linguam: decet tamen Summi Pontif. prouidentiam his benefacere, eoſque conſolari, qui de Romana Eccleſia ſunt bene meriti, qualem eſſe hunc Ioannem cum ſuis Fratribus, nemo qui ſapiat, inficias ibit.*

§. 13. Qui tandem pretioſa morte, obdormiuit in Domino, anno 1456. in Vacorio ciuitate, vulgò Wilacka, Diœceſis QuinquEcclienſis, in Hungaria: tumulatuſque eſt in clauſtro B. Virginis apud Minores; anno ætatis ſuæ 71. obiitque, cuius tumulo appenſum eſt hoc Epitaphium.

Hic tumulus ſeruat præclara laude Ioannem
Gente Capiſtrana: fidei defenſor & auctor,
Eccleſiæ tutor, Chriſti tuba, tum Ordinis ardens
Fautor, in orbe decus: tum veri cultor & æqui,
Et vitæ ſpeculum, doctrina maximus index:
Laudibus innumeris iam poſſidet aſtra Beatus.
Vixit annos XXXCI. M. III. D. XXII.

§. 14. Mirabilis autem Deus in Sanctis ſuis; ſeruum ſuum B. Ioannem, tot ac tantis ſignis & prodigiis, tum in vita, tum poſt obitum, mirificauit: vt propterea eius canonizatio à Sede Apoſtolica continuò petita ſit. Nam attactu fimbriæ veſtimenti eius, habitus, tunicæ, mantelli, baculi, pileoli, ſandaliorum, &c. ſtupenda miracula contigerunt. Horum complura teſtibus adhibitis approbata referunt Speculum Fratrum Minorum, & Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 18. 19. & 20. Aliique infra citandi Authores: ſed iis omiſſis, proferam ea ſolummodo, quę ex peruetuſto Codice MS. accepi: qui Pariſiis aſſeruatur in Bibliotheca Regia. Titulum præferens, *Miracula Fratris Ioannis de Capiſtrano*: ſub hoc numero, & ordine 1357. 83. eſtque in octauo: cuius tale initium habetur.

Nouerint vniuerſi, ad quos præſentia ſcripta peruenerint: Quatenus nos index & iurati ciuitatis Huilak, ac etiam ciues eiuſdem, ſub fœlici Dominio & protectione magnifici Domini noſtri, D. Nicolai de Huilak, Vaiuodæ Tranſſiluani, conſtituti: notum facimus, & teſtamur, quòd Beatæ memoriæ olim venerabilis Pater F. Ioannes de Capiſtrano Italicus, Ordinis Obſeruantiæ Fratrum Minorum: poſt multa & ſtrenua ab eodem per diuerſas mundi partes perpetrata: poſt multa ſuorum laborum merita, poſt prædicationem Cruciatæ in hoc Regno Hungariæ: poſt debellationem Turchorum in Naueleralbenſi caſtro diuinitùs factam, ipſo cruce ſignatorum Capitaneo ac Ductore, cum vexillo crucis & cum acclamatione ſanctiſſimi nominis Ieſu: aſſiſtente ei bonæ memoriæ magnifico Domino, & Illuſtriſſimo Principe D. Ioanne de Hunnad, olim Gubernatore Regni Hungariæ, & vero fidei Catholicæ protectore: in prædicta ciuitate, apud nos immeritos, ex hac vita plenus meritis, cruce ſignatus, ac glorioſus, fœliciter migrauit ad cœlum: ibique requieſcit, in Eccleſia ſanctæ Mariæ apud Fratres de Obſeruantia eiuſdem Ordinis, quos ipſe, talia ſibi diuino ſpiritu reuelante, præuidens, illic ante ipſius obitum introduxerat. Obijt autem anno Domini 1456. die Octobr. 23. hora verò 21. diei Sabbathi, Pontificatus ſanctiſſimi Domini Caliſti Papæ III. anno 1. Legato verò Germaniæ & Hungariæ, Reuerendiſſimo Domino, D. Ioanne, Cardinali S. Angeli: Regnante Hungariæ Boëmiæque, &c. Ladiſlao Rege. §. 15.

Quod autem prædictus vir Domini apud nos quieſcere voluit, non niſi diuinitùs factum eſſe arbitramur. Nam cùm hæc ciuitas Turchorum feritati vicina exiſtat, ſitque Schiſmaticis & Patarenis vndique vallata, dignatus eſt omnipotens Deus illic ſeruum ſuum conſtituere ac locare: vbi ſicut viuens fuit Infidelium perſecutor, & Turchorum debellator, ita eorumdem mortuus ſit perpetuus terror. Nos autem tantam in eum deuotionem, & deuotam fiduciam habemus, vt propter eum nihil ab Infidelibus timeamus. Nam cùm ſuperioribus diebus tota patria ſpoliata rebus & perſonis, & igne conſumpta, ad noſtram ciuitatem Turchi deuenirent: inueniréntque nos diſperſos propter vindemias, nihil nobis nocere potuerunt, ſed ciuitate intacta dimiſſa, timidi ad ſua fugientes redierunt. Quod nonniſi meritis & interceſſionibus iſtius Beati viri F. Ioannis adſcribendum putamus. Poſt cuius fœlicem tranſitum, illicò ante tumulationem, apparere cœperunt miracula: ad quæ non ſolùm vniuerſa ciuitas noſtra cum adiacentibus partibus commota eſt, ſed à remotis confluebant populi ad eius ſepulchrum: & adeò cateruatim, vt non ad ipſum Beatum, ſed ad alterum Apoſtolum currere viderentur. Nos autem talia videntes, conſiderantéſque continuum populorum concurſum, & miram ſignorum coruſcationem, certificati de huius viri ſanctitate §. 16.

poſt

Digitized by Google

poſt annū cum dimidio, multis in terra neglectis, ſcribendum ac notandum duximus miracula, quæ poſtmodum ad interceſſionem & merita ipſius Beati fierent: ne tam à Deo, quam ab hominibus, de tam ſolemni dono fidei Chriſtianæ collato, vt ingrati, notaremur. Deputauimus igitur nos ciues, de mandato & voluntate egregiorum virorum, Vicebanorum Marchionenſium, & Iudicis Curiæ, vices prædicti magnifici Domini noſtri, D. Nicolai gerentium, aliquos ciues bonæ famæ, & conſcientiæ, boníque teſtimonij, ſuper auditione & examinatione ac teſtificatione miraculorum futurorum: dantes eis omnimodam facultatem, tam ex parte Curiæ, quàm ciuitatis: & *illam authoritatem ſuper examinandis, quàm tam Curia, quàm ciuitas dare poteſt. Hi autem ſunt, Guido Italicus, de Aretio, Notarius & ciuis in Huilak: Michaël Gaphar, mercator & litteratus:* & *Bartholomæus Arcupa, ſiue Arcuum Magiſter: qui diligenter iuſſa complentes, vt quiſita veritate, cum iuramento firmata, multis adhibitis teſtibus, miracula quæ obuenerunt, & quæ vſque in hodiernum diem, ad ipſius Beati viri merita fiunt, conſcripſerunt & ſcribunt.*

§. 17. *Multa ſunt, de quibus propter nimiam confluentiam populorum, nulla ad eos peruenit notitia: quæ ſi omnia, tam ſtudioſè neglecta, quàm illa, quæ ſciri non poſſunt, notarem: magna de iſto Beato viro fierent miraculorum volumina. Hæc autem pauca ſcripta ſunt: vt vnuſquiſque de ſanctitate famuli Domini certior fiat, & in fide cum operibus iuſtitiam ſeminans, ſciat ſibi mercedem fidelem apud Deum repoſitam. Et quia pro augmento Chriſtianæ Religionis: pro debito honore ipſius viri Dei, ac etiam pro communi deuotione populorum: necnon pro magnificentia iſtius Regni Hungariæ: excellentia Domini N. prælibati, vnà cum aſſiſtentia Sereniſſimi Principis, & excellentiſſimi Domini, D. Matthiæ, Dei gratia Regis Hungariæ, &c. ac etiam aliorum Reuerendiſſimorum Prælatorum, & magnificorum Dominorum, & Baronum iſtius Regni: intendit promouere, ac petere canonizationem, apud Romanum Summum Pont. vt dignè honoretur ipſe Beatus in terris, ſicut ſcimus certitudinaliter exaltatum in cœlis. Rogamus omnes & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, tam Prælatos Eccleſiaſticos, quàm Principes & Rectores ciuitatum: vt vnà nobiſcum pro poſſe velint, huic tam ſancto, tam communi, tamque debito negotio, eò fauorabilius inſiſtere, quo clarius ac diutius ipſius viri Dei ſanctimoniam vitæ nouerunt, & quò Sedi Apoſtolicæ propinquius exiſtunt: vt ſuo honore quæſito & aſſecuto in terris, ſimul cum ipſo, ſua interceſſione, poſt huius vitæ terminum, exaltari mereamur in cœlis.*

§. 18. *Scribuntur itaque huiuſmodi miracula per nos ſigillanda, & ad veſtras deuotiones dirigenda, ac eis præſentanda, teſtibus per nos deputatis, & alijs, ac etiam iuramento munita. Quæ ſic incipiunt.* Latè inibi deſcribuntur B. Ioannis Capiſtrani interceſſione: paralytici, cęci, ſurdi, contracti, rupti, muti, claudi, dæmoniaci, cancerati, parturientes, amentes, hydropici, frenetici, patientes ſæuiſſima vlcera: à grauiſſimis infirmitatibus, à morbo peſtilentico, ab apoſtemate, à fluxu ſanguinis, à morbo caduco, à diuturnis febribus, ſanati & liberati, quamplures mortui ſuſcitati: poſtea additur, *Præſcripta miracula congregati ciues ſupradictæ ciuitatis Huilak, ad ſonitum maioris Campanæ, viderunt, ſigillauerunt, vt ſupra; & litteras confecerunt, cum pendenti ſigillo communitatis: qui ciues fuerunt in magno numero: videlicet Iudex, & xxxij. de potioribus ciuitatis, anno Domini* 1460. *die* 21. *Aprilis. Quæ autem inferiùs ſequuntur, poſt ſigillationem præſuppoſitam, ritè vt ſcripta ſunt, annotata fuerunt cum omni diligentia, adhibitis digniſſimis teſtibus, & iuramentis.* Pergit autem ea alia miracula enarrare ac notare copioſè, eodem anno 1460. die 22. 23. 24. & 25. April. quæ lubens omnia pertranſeo: cùm poſſunt ea legi in eodem Cod. MS. apud præfatam Librariam Regis Chriſtianiſſimi Galliæ, Lutetiæ Pariſiorum.

Nihilominus, ob maxima, vrgentiaque bella & negotia, huius Beati viri canonizatio, à Sede Apoſtolica, in aliud tempus prorogata eſt: interim verò conceſſum à Romano Pontif. illum vt Beatum inuocare, colere ac venerari, necnon officium & Miſſam de eo dici ac celebrari, Prælatis, & Religioſis, in tota Diœceſi Sulmonenſi, maximè apud Capiſtranum, ſuæ natiuitatis locum: vbi magnificentiſſima Capella in eius honorem extructa eſt. Tandem anno 1622. die 10. Septembris, Summus Pontifex Gregorius XV. per ſuum Breue, quod incipit: *Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* Extendit & ampliauit conceſſionem Leonis X. Papæ: elargiens, vt in toto Ordine Seraphico celebraretur feſtum ipſius B. Ioannis de Capiſtrano: ſub ritu Communi Confeſſ. non Pontif. die 23. Octob. quod Neapoli publicatum eſt: vt conſtat ex Typographia Ioannis Dominici Roncalioli, ann. 1626. Poſtea officium proprium de eo compoſitum fuit, per quendam ex noſtris, & Prouinciali Capitulo Almæ noſtræ Prouinciæ S. Dionyſij in Francia, Lutetiæ celebrato, ann. 1629. oblatum; vt cum Superiorum licentia decantaretur in die feſto ipſius B. Ioannis, & per Octauam. Incipit, *Virtutum inſignia, &c.* cuius Autographum aſſeruatur in Archiuio noſtri Conuentus Recollector. Annuntiationis B. Virginis Mariæ Pariſienſ. ad ſuburbium ſan-Martinianum. §. 19.

Huius ſanctiſſimi viri, geſta inſigniora, actuſque præclaros, deſcripſi, in vita ipſius, quam compendioſè dedi in lucem ann. 1627. Pariſiiſque eſt impreſſa, ac inter alias, quæ à me editæ ſunt, vitas ſanctorum, repoſita, in Additionibus. Floris Sanctorum Petri à Ribadeneira, per Friardum. Hanc autem excerpſi ex multis probatis Authoribus, quorum complures extitere oculati teſtes, alij verò coætanei atque ſynchroni. S. Antoninus part. 3. Hiſtor. titul. 22. cap. 14. §. 1. Æneas Syluius lib. de Europa cap. 4. 5. 6. &c. Item de Bohemia, cap. 65. & de Geſtis Federici III. in Germania. Item Epiſtola 220. 405. 412. 419. &c. Iacobus Philippus Bergomas. lib. 15. Supplementi Chronicar. ad annum 1454. Harmanus Schedel, in Regiſtro, ſeu Chronico mundi: ætate ſexta, eodem anno. Blondus Flauius lib. 2. de Roma triumphante, longè poſt med. vbi de Ludis publicis, & lib. 7. ante med. Item in Italia illuſtrata regione 12. Aprutio, vbi de *Capiſtrano.* Nicolaus Cuſanus S. R. E. Cardinalis Epiſtola vltima ad Bohemos. Wernerus in Faſciculo Tempor. ad ann. 1424. & 1454. Sabellicus Ænead. 10. lib. 6. & 10. Paulus Langius in Chronico Citizenſi, ad annum 1449. 1454. & 1456. Baptiſta Fulgoſus, lib. 8. Exempl. cap. 15. Exempl. 27. Albertus Crantzius lib. 11. Saxoniæ cap. 35. & 36. & lib. 11. Metropol. cap. 30. 39. & 51. Cromerus de Rebus Polon. lib. 22. Bonfinius Rerum Hungaricarum Decad. 3. lib. 7. & 8. Palmerius in Chronico ann. 1459. Laonicus Chalcocondylas, De rebus Turcicis poſt med. Platina, Genebrardus, Cicarellus, Quercetanus, &c. in Calixto III. Pap. Laziardus lib. 3. Epitom. hiſtor. vniuerſal. cap. 280. ibid. Ioannes Rioche lib. 5. Compendij Tempor. cap. 46. ibid. §. 20.

Xx iiij

Digitized by Google

& cap. 82. de Sacris Doctor. B. Chriſtophorus Varienſis, Nicolaus de Fara, Hieronymus Vtinenſis, in vita B. Ioan. *Capiſtrani*, quam Sedulius Commentariis illuſtrauit. Nauclerus in Chronico, Generation. 49. Ioannes Cochlæus libr. 10. hiſtor. Huſſitar. Ioannes de Tworez, in Chronic. Hungaric. cap. 56. & 57. Martinus Fumeus lib. 1. hiſtor. Hungar. ante med. Dubrauius lib. 29. hiſtor. Bohemor. Miechouius lib. 4. hiſtor. Polonor. cap. 59. Dlugoſſius de Rebus Polonic. Speculum Fratrum Minor. & Firmamentum trium Ordinum ſancti Franciſci tract. 1. in Memoriali Ordin. Franciſcan. ſub. 34. Generali Miniſtro. Toſſianianus lib. 1. 2. & 3. Hiſtor. Seraph. Gonzaga de Origine Seraphic. Relig. part. 1. vbi de progreſſu ac reb. notabilib. Ordin. Minor. Item in BB. viris huiuſce Ordin Item part. 2. in Prouincia ſancti Bernardini, vbi de Conuentu 12. Item in Prouinc. Auſtriæ, Bohemiæ, Poloniæ. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. libr. 4. Ioannes à ſancta Maria, part. 1. Chronic. Prouinciæ S. Ioſephi libr. 1 cap 4. Petrus Salazar. lib. 1. Chronic. Prouinciæ Caſtellæ, cap. 33. Robertus de Licio, part. 1. ſerm. de Laudib. Sanctor. Concione de D Bernardino Senenſ. cap. 2. condition 3. Henricus Willotus in Athenis Orthod. Franciſcan. verb. *Ioannes*. Picquetus in Catalogo viror. illuſtr. Franciſcan. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Minor Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Coiffetellus in Reſponſione ad M ſterium inquitatis ſub Calixto III. Pap. pag. 1195. Baudierus lib. 5. hiſt. General. Turcar. cap. 1. 2. &c. Vignerius in Biblioth. hiſtor. ad ann. 1451. 1453. & 1456. Fortalitium fidei lib. 4. conſiderat. 9. Bello 157. Albaſpina, in Notis ad Regulam S. Franciſc. vbi de Breui memoriali Ordinis. Elzearius lib. 1. ſacri montis Oliueti, cap 15. Ignatius le Gault de ſanctitate Romanæ Eccleſ. cap. 2. ſect. 2. Abbauillæus Capucinus in hiſtor. Chronologic. B. Colettæ Virg. ſtatu 3. lib. 1. cap. 12. Trithemius de Scriptoribus Eccleſ. & in Chronica Szanheimenſi, ad annum 1461. Hieronymus de Villa-vitis, in Orationali SS. ad 20. Maij, vbi de ſancto Bernardo Senenſi. Magnum Chronicon Belgicum ann. 1450. 1452. & 1456. Monſtreletus volum. 3 Chron. an 1456 fol. 68 Ciacconus, & eius Additionator in Calixto 3. Pap. Balinghen. in Calendario Virg. Mariæ hac die. Hugo Menardus lib. 2. ob eruation. ad Martyrolog. Benedict. ſup. 26. Auguſti. Beyerlink. tom. 6. Theatri vitæ humanæ, verb *Religioſus*, pag 154. Brautius in Martyrolog. poëtico. Georgius Venetus lib. 3. Harmoniæ mundi. cantic. 1. cap. 1. Raderus in Bauaria ſancta tom. 2. Miræus de ſcriptorib. Eccleſ. cap. 168. Nicolaus à Ieſu Maria. In Apologia Perfectionis vitæ ſpiritualis, propoſition. 59. pag. 159. Buſchius lib. 1. Chronic. Windeſemenſ. cap. 36. ad ann. 1452. Boſius de Signis Eccleſ. tom. 1. lib 7. cap. 1. & tom. 2. lib 19. cap 3. Ioãnes Lenſæus, Oratione de ſui ac Reipublicæ Chriſtian. contra impium Inuaſorem defenſione cap. 9 Theatrum vitæ humanæ, to 1. lib. 7. columm 1006. Ioannes Meyerus lib. 16. Annal. Flandr. ad ann. 1456 Nicolaus Doglioni in Compendio hiſtor. Vniuerſal. part. 4. ann. 1456. Platus de Bono ſtatus Relig. lib. 2. cap. 30. Bellarmin. tom. 7. de Scriptorib Eccleſ. ſæculi 15. Item de Poteſtate ſummi Pontif. aduerſus Guillelmum Barclaium, initio, vbi de Sententia Scriptor. Italic. Choppinus de ſacra Politia lib. 3. titul. 2. art. 5 Onuphrius in Faſtis, ad ann. 1441. Nicolaus Gillius in Annal. Franc. ſub Carolo VII. Reg. ad ann. 1455. & 1456. Mare hiſtoriar. cap. 113. an. 1455. Waſſeburgius, lib. 7. Antiquitat. Galliæ Belgic. ſub Ludouico 78. Virdunenſi Epiſcopo. Auguſtinus Gothutius in ſuo Gymnaſio ſpeculatiuo, Epiſtola Dedicatoria ad Henricum IV. Francor. ac Nauarr. Regem. Munſterus lib. 3. Coſmograph. vniuerſal. in Alba Græca, ſeu Belgrado vrbe. Theuetus tom. 2. Coſmograph. lib. 11. cap. 4 & lib. 20. cap. 4. & 7. Item tom. 2. viror. illuſtr. lib. 5. cap. 34. Belforeſtus lib. 4. Coſmograph. in Regno Hungar. vbi de Belgrado. Charronus in hiſtoria generali Franciæ cap. 143. De Serres in Inuentario General. hiſtor. Franc. ſub Ludouico XI. Rege, verſus fin. Gneſnerus in Bibliotheca. Ferrarius in Martyrolog. hac die. Bzouius tom. 17. Annal. Eccleſ. ad annum 1450. §. 14. & 15. ann. 1451. §. 16. 17. &c. an. 1454. §. 9. ann. 1455. §. 29. ann. 1456. §. 2. & ſeq Item to. 18. an. 1494. §. 38. Volaterranus lib. 21. Antropol. titul. de Eremitis. Poireus tract. 3. Triplicis Coronæ Virg. cap. 7. §. 6. num. 12. & tract. 4. cap. 9. §. 6. num. 1. Grauina in *voce Turturis*. part. 2. cap. 13. Paulus Reg. lib. 2. SS. Regni Neapolitani. Wadinghus tom. 4. ſup. ann. 1385. §. 7. & ſeq. Item tom. 5. ann. 1414. 1415. & ſeq. paſſim ſeu fuſius to. 6. Thielmanſ. to. 1. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Quidam, vti Æneas Siluius, in Deſcriptione Europæ, cap. 8. tum in hiſtoria Bohemica, cap. 65. Sabellicus hiſtor. lib. 6 Ænead. 10. Fulgoſius lib. 8. de dictis factiſque memoralibus, capite 5. ſub fin. Andræas Eborenſ. ibid. de Gloriæ cupiditate cap 7. lib 1. Pineda de Rebus Salomonis lib. 8. cap. 1. ſect. 3. num. 11. in carpendis aliorum moribus, & vita, parum ſobrij; volunt ipſum B. Ioannem Capiſtranum, nullius rei magis, quàm humilitatis ſtudioſum, ambitione tamen ductum, doctrinæ ſuæ penè immemorem: victoriam apud Belgradum, ſuo conſilio partam, ann. 1456. cunctis prædicaſſe, & aliena occultata virtute, qui verè res geſſerant, ſibi vſurpaſſe: quorum obiectioni iam ad plenum feciſſe ſatis liquidò conſpiciuntur, Marcus Vlyſſiponenſ. ſup cap. 21. lib. 3. & Toſſinianus fol. 113. lib. 1. ſup. vterque Epiſcopus. Sedulius, tum in vita B. Capiſtrani cap. 34. tum in Commentario eiuſdem Bonfinius, ſup. & alij. §. 21.

Conſtat etenim, non ſuum illi honorem curæ fuiſſe, ſed Dei, qui per pauperes & inermes rem Chriſtianã ſaluare voluerit: dùm ad inſtantiam B. Capiſtrani, militibus Chriſtianis Ieſum voce magna acclamantibus, hoſtes verſi ſunt in fugam, vti tandem fatetur Sylulius, nec audiendi ſunt Fulgoſus atque Eborenſis: quippe, qui nec pepercerint memoriæ BB. Hieronymi & Auguſtini, quibus huiuſmodi vanam gloriolam, perperam inurunt. Minúſque ſuſtinendus Pineda, ex nimia eius irreuerentia, ſiue erga ipſum B. Capiſtranum, ſiue Sedem Apoſtolicam: cuius authoritate, publicus illi honor in Eccleſia defertur: quo fit, vt non abſque ratione, alij ſanctitatis titulo ipſum indigitent, quicquid blatteret ipſe Pineda. §. 22.

B. Didaci Saffrani, Confeſſ. c] Sacerdotio, atque omni ſanctitate illuſtris obiit Religioſiſſimus hic Pater; ſepultuſque eſt in Conuentu ſancti Franciſci Belliſij, qui eſt 4. Prouinc. ſancti Gabrielis. Vide Gonzagam ibid. part. 3. ſup. & Barezzum ſup. lib. 4. cap. 37. ad annum 1566. Rapinæum Decad. 8. part. 1. §. 8. §. 23.

Beati Bernardini Saguntini, Confeſſ. d] Ex Hiſpania traiecit in Indiam Occiduam, annis quinque poſt aduentum 12. primorum Patrum Franciſcanorum Diſcalceatorum in eam regionem, ſcilicet ann. §. 24.

Chriſti

Chriſti 1529. vbi ſedulò laborauit in vinea Domini. Nam cùm B. Garcias de *Ciſneros* inſtituiſſet Collegium S. Iacobi de Tlatibulco, pro inſtituenda ac docenda Indorum noua plantula: quoſdam doctos ſanctoſque viros elegit, inter quos B. Bernardinus ſecundum obtinuit locum. Familiarem contraxit amicitiam cum B. Martino à *Valentia*, Indiarum Apoſtolo: quem & meruit ſæpè cernere raptum in extaſim. Florebat adhuc ann. 1584. ſenexque deceſſit è vita. Agunt de eo Gonzaga 4. part. Seraphic. Relig. in 1. & 10 Conuentu Prouinc. S. Euangelij, vbi de BB. Garçia & Martino, præfatis: Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 44. & lib. 3. cap. 26. Rapinæus in hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 5. part. 2. §. 1. pag. 188. & §. 6. Marianus lib. 1. cap. 38. 41. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Daça ſup. lib. 2. cap. 15. & 21.

B. Leonora, Virgo. [e] Soror fuit Comitis Palmenſis; magno ſpiritu, altaque contemplatione prædita, in qua multas cœlitùs excipiebat reuelationes. Tanta autem aſperitate corpus ſuum tractabat, vt diſciplinis cruentis illud omninò dilaceraret: ieiunia, tum Eccleſiæ, tum Ordinis, in pane & aqua frequentiùs exſoluebat. Facta Abbatiſſa Monaſterij Palmenſis; Deindè Conſtantinenſis, ſubditas, ſuo exemplo, hortabatur ad paupertatem, humilitatem, Regularemque Obſeruantiam. Palmæ tandem exceſſit è vita, apud ipſum Monaſterium, quod eſt 2. Prouinciæ Angelorum; cuius corpus, annis iam quindecim tranſactis repertum eſt ſanum & integrum. Florebat circa ann. milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum. Vide Daçam part. 4. Chronic. Minor. libro tertio, capite ſeptuageſimo ſeptimo. §. 25.

NONO KALENDAS NOVEMBRIS.

PInciis in Caſtella, Beati [a] Antonij à Gueuara, Mendonenſis Epiſcopi: qui fide integer ac vita purus, pietate & doctrina claruit. Apud Caſtrum Florentinum in Hetruria, Beati [b] Donati à Ferraria, Confeſſoris: ſpiritu prophetico inſignis. In territorio Eborenſi, apud Montem-Maiorem nouum, Beati [c] Chriſtophori Alcazaræ, Confeſſoris: mira ſanctitate ac Religione laudabilis. Nazani in Latio, Beati [d] Stephani Molinæ, Confeſſoris: qui ſumma humilitate & eruditione, prudentia & caſtitate pollens, Fundator Reformationis in prouincia Romana extitit, & meritis ac virtutibus glorioſus, ſancto fine obiit. In Apulia, apud Vallem-aſperam, ad Taſſam, Beatarum [e] Ioannæ & Catharinę, à Vino, Tertiariarum; ingentis ſanctitatis Fœminarum.

OCTOBRIS XXIV.

§. 1. B*Eati Antonij à Gueuara, Epiſcopi.* [a] Alauæ, nobili Hiſpaniæ vrbe natus, vir eruditione diuina & humana apud omnes clariſſimus: fide integer & vita purus, à Carolo V. Imperatore in Conſiliariorum ſuorum priuatum collegium aſcitus eſt: cui & à ſacris confeſſionibus, concionibus, & chronicis, fuit. Hinc Mendonenſis Præſul renuntiatus: patrio quidem, ſed cultiſſimo & ſublimi ſermone varia opuſcula luci commiſit. Incredibile eſt, quàm ſint omnia eius ſingulari eruditione referta opera: quantaque ſpirent pietatem ac religionem. Sanctè ex hoc ſæculo tranſiit ann. 1545. voluitque in Sacello Conuentus S. Franciſci Pinciarum à ſe affabrè conſtructo, ſepeliri: pro vt atteſtantur Gonzaga, qui de eo agit part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in viris huiuſce Ordin. ſcientia illuſtr. Item part. 3. in dicto Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Conceptionis in Hiſpania. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1248. §. 24 Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 46. Daça ibid. lib. 1. cap. 29. Poſſeuinus in Apparatu ſacro; licet Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera A. dicat conditum eſſe in eius Cathedrali Eccleſia. Choppinus lib. 1. Monaſtic. tit. 1. §. 16. Miræus de Scriptorib. Eccleſ. cap. 52. ſæcul. 16. ex Franciſcan. Lopetio Gomarra. in Annalibus Caroli V.

§. 2. *B. Donati à Ferraria, Confeſſ.* [b] Vitæ ſanctitate, & ſpiritu prophetico claruit ann. 1350. cuius corpus humatum eſt in Caſtro Florentino apud Hetruſcos. Memoratur à B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Tuſciæ, ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor lib. 9. cap. 16. §. 2 ad ann. 1356. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſiniano libro 1. hiſtor. Seraphic. Daça capit 28. ſup. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ann. 1270. §. 27. & tom. 4. ann. 1399. §. 42. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Ordin.

B. Chriſtophori Alcazaræ, Confeſſ. [c] Miræ ſanctitatis ac Religionis fuit hic pius vir; obiit ac ſepultus eſt in Conuentu Dominæ noſtræ de Gratiis; cuius anima ab omnibus eius patriæ accolis, ob inculpatam ipſius vitam, Beata exiſtimatur. Scribunt de eo Marietta lib. 21. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 40. Gonzaga part. 3. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Algarbiorum, & Barezzus ſup. lib. 3. cap. 37. ſub ann. 1541. aitque miraculis etiam nunc vſque coruſcare. §. 3.

B. Stephani Molinæ, Confeſſ. [d] Hiſpanus erat natione, & Prouinciæ Romanæ alumnus: qui ob egregia ipſius merita, ac vitæ ſanctimoniam, Guardianatus officium pluries exercuit: Prouinciæ Romanæ bis munere Prouincialis functus eſt, & ſemel Terræ-Laboris electus fuit Miniſter Prouincialis: tandem Deffinitor Generalis factus, plura contulit pro Reformatione totius Ordinis Seraphici. Eximius Theologus erat ac Concionator inſignis, ſingulari prudentia ac ſagacitate præditus in rebus gerendis: quapropter Summi Pontifices, Cardinales, & Antiſtites, §. 4.

illũ maximo in honore habebant, eoque vtebantur pro Commiſſario, ad negotia ardua, difficilioraque peragenda. Author fuit ac Fundator Reformationis in Prouincia Romana, quam ſuis admirandis vitæ exemplis & ſanctis moribus fouit, auxit, firmauitque. Obiit annum agens ſextum ſupra octogeſimum, menſe Octobri, ann. Chriſti 1579 ſepultus in Conuentu S. Franciſci Nazani. Illius meminere Barezzus ſup lib. 2. cap. 57. & lib. 8. cap. 58. Rapinæus in Hiſt. Generali Origin. Recollect. Decad. 6. part. 1. Toſſinianus lib. 2. Gonzaga ſup. part. 2. in Conuentu 1. 36. 38 & 39. Prouinc. Romanæ: in quo quidem vltimo ſic ait. *Hoc in loco diem clauſit extremum, ſummæ Religionis, doctrinæ, atque ſanctitatis Pater, F. Stephanus à Molina, natione Hiſpanus, atque Minoriticæ Reformationis in Prouincia Romana, immo & per vniuerſam Italiam, Author & Inſtitutor: cuius corpus fortuitò poſt elapſum effoſſa terra exhumatum, ob ſummam humilitatem, caſtitatem, obedientiam, cæteraſque virtutes, quas mirificè excoluit, vitæque candorem: imputre omninò atque incorruptum inuentum eſt. Qua etiam de cauſa, tum apud Reformatos huius ſacræ ædis Fratres, tum quoque apud ſæculares, in maxima veneratione eſt.* Item in Conuentu 2. Prouinciæ Principatus. Memoratur etiam à Bonifacio Bonibelli in Chronica PP. Reformator. Prouinc. Roman. Wadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1217. §. 17. & 20. Item an. 1229. §. 31. Mariano lib. 5. cap. 14

BB. Ioanna & Catharina. c] Agit de iis Gonzaga, §. 5.
part. 2. ſup. in Conuentu B. Mariæ de Valle Aſpera, ad Teſſam (qui eſt 4. Prouinc. S. Angeli) vbi ſepultæ ſunt. *Iacent* (inquit) *hoc in ipſo loco, ſoror Ioanna, ſororque Catharina de Vino, Ambæ Tertiariæ, ambæq; ſanctiſſimæ fœminæ: quarum vtraque, cùm per integrum annum, hauſtum ex vaſe oleum, fratribus, ſumma liberalitate, & ad lucem, coram venerabili Euchariſtiæ Sacramento, confouendum, & alios vſus neceſſarios, miniſtraſſet; elapſo totius anni curriculo, inexhauſtum vas, omninoque redundans inuenit.* Wadinghus etiam tom. 5. ſup. ad ann. 1430. §. 41.

OCTAVO KALENDAS NOVEMBRIS.

GOudæ in Hollandia, Beatorum Martyrum [a] Ioannis Rixteli & Hadriani Lamberti; ab hæreticis, Geuziis, pro fide Catholica, crudeli mortis genere, interemptorum. Diſtemij in Brabantia, Beatorum [b] Sex Fratrum Martyrum: qui ab eiſdem hæreticis, ob Religionis Catholicæ conſtantiam, gladio cæſi ſunt. In Belgio, Beati [c] Arnoldi, Martyris. In Palæſtina, Beati [d] Adami, Confeſſoris. In Mechioacano Indiæ Occidentalis Regno, Beati [e] Hieronymi, Confeſſoris: qui potens verbo & exemplo, multa Indorum millia in Chriſto Ieſu, per Euangelium genuit. Apud Campum-Baſſum, in Apulia, Beati [f] Sylueſtri Guidonij, Confeſſoris: ſanctitate & miraculis creberrimis conſpicui. Romæ, Beatæ [g] Catharinæ, Viduæ, Boſnenſium Reginæ: quæ ſumpto Tertiariorum Ordinis Minorum habitu, patientia, caſtitate, & pietate atque humilitate, mirum in modum emicuit.

OCTOBRIS XXV.

§. 1. BEatorum Ioannis & ſoc. Martyr.* [a]] Hac die apud Goudam Batauorum oppidum capti à Geuziis hæreticis, primo habitibus ſuis ſpoliati, deindè gladiolis, ac pugionibus vulnerati, poſtea per carduetum dumetumque raptati, & ad vltimum laqueo ſuſpenſi, ac per medium ventrem diſſecti: animas Deo puriſſimas in odorem ſacrificij obtulerunt, ann. 1572. Agunt de eis Thomas Bouchierus in Hiſtor. Eccleſiaſt. Martyr. Obſeruant. Franciſcan. Barezzus 4. part Chron. Minor. lib. 6. cap. 10. Raiſſa in Auctario ad natales SS. Belgij, hac die, ex Decad. 1. lib. 7. Martyr. Holland. Opmeeri. Ardinghellus autem vult, B. Ioannem *Riktel* occubuiſſe Zutphaniæ, in Appendice *Congeminatæ vocis Turturis* oſtenſione 4. pag. 23.

§. 2. *Beatorum Sex Fratrum, Martyr.* [b]] Duo primi intercepti ab hæreticis, dùm foras pro adminiſtratione Sacramentorum proficiſcerentur, confeſtim ſunt necati: Duo alij in ipſo introitu Conuentus, ſunt ab eiſdem occiſi: alij verò duo exinde educti, poſt plurima ludibria & opprobria, ſuſpendio vitam finierunt. Hæc ex Fauſtino Taſſo, in Hiſtor. ſui temporis. Bouchiero Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Fratrum Minor. Obſeruantin. Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 7. cap 10. ad ann. 1578.

§. 3. *B. Arnoldi, Martyr.* [c]] Laicus erat, patria Amfordienſis, quem *Cnappardum*, vulgus *Knapper*, nominabant, homuncionem, innocentem & iam ſenem, qui fratribus in vicinis pagis concionantibus ſtipem ſolebat colligere. Hunc latrunculi ruri deprehenſum, ad lumbos vſque terræ infodiunt: propoſito præmio ei, qui illum ſclopeti ictu, primò omnium feriret, poſt victoriam, multis vulneribus traiectum, mortuum reliquerunt, ann. 1572. ita Raiſſa in Auctario ad Natales SS. Belgij, hac die, ex hiſtoria Michaëlis *ab Iſſelt.* Boenerus in Hiſtor. Delineation. Martyr. Franciſcan. Germaniæ inferior.

Beati Adami, Confeſſ. d] Socius fuit B. Liuini Mar- §. 4.
tyris (de quo 1. Auguſt.) quando perrexit ad prædicandum Mauris, ſed ob diutinam infirmitatem apud Montem Sion, ſtetit: vbi & cùm accepiſſet ipſum B. Liuinum Martyrio coronatum fuiſſe, ſatis contriſtatus eſt, eo quòd ſperaret illum comitari in tali agone pro Chriſto. Cui ipſe Martyr noctu apparuit, dicens, Cur ſic ægrè moleſtaris? conſolare in Domino, cuius præſidio ac fauore, tuum poterit impleri, perficique deſiderium. An autem martyrium ſubierit, hoc mihi incertum. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 7. §. 2.

Beati Hieronymi, Confeſſoris. [e]] Hic B. Martinum §. 5.
à *Ieſu* ſecutus, Mechioacanicum Indiæ Regnum ingreſſus eſt; ad cuius prædicationem, plures Indi Infideles Catholicam fidem ſuſcipientes, ab eo baptizati ſunt,

Digitized by Google

atque in via ſalutis fœcilius inſtructi. Mox Conuentus Fratrum Minorum non pauci ædificari cœperunt, & cultus diuinus vbique propagari: quibus in exercitiis vſque ad vitæ finem perſeuerans, ſanctiſſimè ſpiritum Deo reddidit. Agunt de eo Gonzaga 4. part. Orig. Seraph. Relig. in Prouinc. SS. Apoſtol. Petri & Pauli: item in 1. 5. &c. Conuent. eiuſdem Prouinciæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 28. Rapinæus in hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 5. part. 1. parag. 11. & part. 2. parag. 7. Marianus lib. 1. cap. 36. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 17.

B. Syluestri Guidonij. Confeſſ. [f]] Floruit ann. 1540.
§. 6. illiuſque meminit Barezzus ſup. lib. 3. cap. 60. ſub anno Chriſti 1550.; ſed qui eum tranſtulit in linguam Gallicam, nempe Ioannes Blancona, nimio errore labitur, dùm facit ipſum B. Syluestrum, Guardianum extitiſſe Conuentus ſanctæ Mariæ de Gratiis Campi-baſſi, in quo deceſſit è vita: non quòd id ſit impoſſibile, ſed quia deceptus eſt in ſua traductione. Cùm enim aſſumat eadem verba Gonzagæ 3. part. ſup. in hoc ipſo Conuentu, qui eſt 16. Prouinc. ſancti Angeli, debebat eadem veritati Gallicæ reddere. Mendosè etenim interpretatus eſt *Guidonium* pro *Guardiano. Communem* (inquit Gonzaga) *nactus eſt hoc in Conuentu ſepulturam B. P. Syluester Guidonius, vir ſanè, dùm viueret, ſanctiſſimus ac innumeris clarus miraculis.* Daça parte quarta Chron. Minor. lib. 1. cap. 42.

B. Catharinæ, Boſnæ Reginæ [g]] Hæc ſereniſſima §. 7.
ac pientiſſima Regina, cùm vidua eſſet, Regnumque Boſnæ, vi & armis Turca inuaſiſſet: in Italiam deſcendit, Romamque veniens à Sixto IV. Summo Pont. benignè & humaniſſimè eſt recepta: cui & pinguiſſimam annonam pro neceſſaria ſui conditione aſſignauit. Patientiæ autem & caſtitatis, atque pietatis fuit ſingularis: tanta verò fulſit humilitate, vt Tertij Ordinis inſignia geſtierit, & moriens ſepeliri voluerit in Conuentu Minorum Fratrum B. Mariæ de Ara-cœli. Condita iacet in Eccleſia ante maius Altare, ſub lapide marmoreo: iuſſu & opera præfati Pontificis, ann. 1478. quo ipſa obierat. Scribunt de ea Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 6. cap. 35. Gonzaga ſup. part. 1. in Conuentu Aracœlitano Romæ. Wadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1251. parag 60. Item tom. 6. ad ann. 1458. §. 34. & tom. 7. ad ann. 1478. §. 67. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1478. §. 20. Salazar libro ſexto Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 17. de Torres. in Practic. exhortationib. ſup. Regul. Tertiarior. fol. 37. Marianus lib. 5. cap. 41.

SEPTIMO KALENDAS NOVEMBRIS.

Apud Montem-Regalem, in Aquitania, Beatorum [a] Martyrum, Franciſci & Iacobi: qui verberibus, conuitiiſque ab hæreticis laceſſiti, tandem plumbeis glandibus toto corpore traiectus, primus occubuit; alter verò gladio tranſuerberatus interiit. Puppij in Tuſcia, Beati [b] Iacobi Barletani, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Compluti in Hiſpania, Beati [c] Benedicti à ſancto Torquatio, Confeſſoris: humilitate, pietate, atque charitate inſignis. In Canaria magna, Beati [d] Emanuelis Lomadas, Confeſſoris: vita exemplari, Religione, & virtutibus celebris. Aſculi in Picœno, Beati [e] Seraphini de monte Granari, Confeſſoris, virtutibus & ſignis conſpicui. Lezigniani in territorio Narbonenſi, Beatæ [f] Bonæ, Virginis: quæ nobiliſſimo genere orta, vitæ auſteritate, dono prophetiæ, & miraculorum extitit illuſtriſſima.

OCTOBRIS XXVI.

§. 1. *Beatorum Martyr, Franciſci & Iacobi.* [a]] Cùm hæreticorum furore omnia per Aquitaniam depopularentur; Conuentus Minor. Montis-Regalis haud manus impiorum euaſit ann. 1566. Eo enim temporis, Fratribus primò malè affectis, verberibus, conuitiiſque laceſſitis, atque carceribus mancipatis, duo ex eis mortem acerbam oppetiere, vti diſcimus ex Reuerendiſſimo Gonzaga dicente part 3. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu præfato Montis-Regalis, qui eſt 29. Prouinciæ Aquitaniæ Antiquioris. *Ex præfatis verò Patribus duo Martyrij laurea inſigniti, in cœlum euolarunt: Quorum alter venerandus, ſcilicet P. Franciſcus Lardegarius, Sacerdos, plumbeis glandibus ab Hugnoſticis traiectus interiit: alter verò, videlicet, Frater Iacobus Laggerius, Laicus profeſſus, eodem mortis genere, atque gladio tranſuerberatus occubuit.* Eadem habet Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 6. Daça ibidem lib. 3. cap. 58. Vvadinghus tom. 7. ad ann. 1483. §. 46.

§. 2. *B. Iacobi Barletani Confeſſ.* [b]] Laicus claruit ann. 1270. cui Chriſtus apparens in ſylua, certum illum reddidit, de remiſſione peccatorum ſuorum, quam ſemper optauerat: in cuius rei ſignum, tantus odor ex contactu manuum Chriſti, in ipſius B. Iacobi manibus remanſit, vt non niſi poſt magnum temporis ſpatium euanuerit. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. in Fratr. Min. Prouinc. Tuſciæ, ſanctit. illuſt. Codex. M.S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chron. Min. lib. 9 cap. 16. parag. 4. ad ann. 1356. & Vvadinghus tom. 2. Annal. Min. ad ann. 1270. §. 27 Hi Barletanum eum faciunt: At Gonzaga videtur ab eis diſſentire, dùm part. 1. ſup. in BB Viris huiuſce Ordinis, ait, *B. Iacobus à Bario Apulorum obiit, in loco Puppij, in Cluſentino Tuſciæ.* Sic Toſſianus lib. 1. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcanor. itemque Vvadinghus. ſup. ad ann. 1261. §. 18. à quo B. Iacobus *Balectarius*, dicitur.

B. Benedicti à Santorquatio, Confeſſ. [c]] Vir quidem §. 3.
ſimplex fuit, ſed ſingulari humilitate, charitate, ac deuotione diues, ita vt à populo veneratus ſit vt ſanctus, tum in vita, tum poſt obitum: migrauit in cœlum, an. 1519. ſepultus in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu, Compluti: in Prouinc. Caſtellæ, pro vt ſcribunt Mar-

Digitized by Google

cus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 8. cap. 43. Barrezzus ſup. lib. 3. cap. 25. & Salazar lib 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 12.

§. 4. *B. Emanuelis Lomadas, Confeſſ.* d] Vita exemplari admodum inſignitus eſt, cultui Diuino maximè deditus, & ſanctitate clarus, diem ſupremum egit in Conuentu ſancti Franciſci Magnæ Canariæ, qui eſt 2. Prouinc. Canariæ, Agunt de eo Gonzaga ibid. part. 4. ſup. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1480. §. 28. Barezzus ſup. lib. 5. cap. 24. ad annum 1571. cuius interpres mendis ſcatet: dùm ſcribit hunc B. Emanuelem zelo ſalutis Indorum flagraſſe: dicendum eſt Canarienſium, non Indorum, ſalutem ſitiiſſe.

§. 5. *B. Seraphini, Confeſſoris.* c] Laicus erat Capucinus, futurorum vates, ſuſcitatorque mortuorum mirificus: qui hac die, Aſculi ſanctè obiit, ann. 1625. pro vt ſcribit Corbinus lib. 8. ſanctæ Franciad. pag. 192. Modò proceſſus de eo fiunt, ſuperiorum authoritate, ad finem canoniſationis: Teſte Ardinghello in Appendice *Congeminata vocis Turturis*. Oſtenſion. 4. pag. 31. vbi de PP. Capucinor. laboribus in Germania. Bouerio tom. 2. Annal. Capucinor. ad ann. 1604. quo vult eum mortis debitum exoluiſſe. Ferrario autem 26. Septemb. eodem ann. 1624. In Cathalogo SS. §. 6.

B. Bonæ Virginis. f] Illius meminit Gonzaga 3. part. ſup. in Monaſterio ſanctæ Annæ Lezigniani, quod eſt 3. Prouinc. ſancti Ludouici, hiſce verbis. *Plurimùm honorantur hoc in loco oſſa, ſummo odore fragrantia, B. Sororis Bonæ, ex proſapia de Arminiaco; quæ tanta fuit vitæ auſteritate, tantaque prædita eleuatione mentis in Deum, in dono prophetiæ aliquando fuerit illuſtrata: potiſſimè ſuper obitum Patris ſui, pro vt Legenda eius teſtatur. Fertur quoque ad ſepulchrum dictæ ſororis Bonæ, quidam mortuus olim reſſuſcitatus.* Eadem habet Barezzus ſup. lib. 4. cap. 40. ad annum 1565. licet antiquiori æuo eam vixiſſe, non dubitauerim: qua de re, vide S. Abbauillæum Capucinum, in hiſtor. Chronologica B. Colletæ Virg. ſtatu 3. lib. 2. cap. 12. Valerium de SS. Fœmin. Ordin. Minor. libro quarto, capite quadrageſimo primo. Wadinghum tom. 5. ſup. ann. 1431. §. 22.

SEXTO KALENDAS NOVEMBRIS.

IN Britannia Armorica, Tranſlatio Sancti [a] Iuonis, Confeſſoris, Tertij Ordinis Minorum: tempore Clementis Sexti Papæ. In Cumana Indiæ Occidentalis Regione, Beati [b] Dionyſij Martyris: qui poſt multa ludibria perpeſſa & ſupplicia, ab impiis Indis trucidatus eſt. In Hethuria, Beati [c] Rolandini, Confeſſoris: qui orationi iugiter intentus, miraculis quoque claruit. Vvermeburgi, in Saxonia, Beati [d] Ioannis, Confeſſoris. Iulianæ in Sicilia, Beati [e] Bonauenturæ Melitenſis, Confeſſoris: gratia miraculorum celebris. Valentiæ in Hiſpania, Beati [f] Hieronymi Steuæ, Confeſſoris: qui pietate & charitate ſpectabilis, ſpiritu etiam prophetico à Deo exornatus eſt. Fulginij in vmbria, Beatæ [g] Catharinæ de Valente, Virginis: oratione, humilitate, & dilectione in Chriſtum inſignis.

OCTOBRIS XXVII.

§. 1. *TRanſlatio ſancti Iuonis, Confeſſ.* a] Quidam feſtum ipſius agunt die 19. Maij; ſed ferè in toto Ordine Seraphico 27. Octobris pridie SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ, nunc potiſſimum celebratur, qua die Tranſlatio ſacri corporis eius peracta eſt: vti colligere licet ex Vinea ſancti Franciſci Teuthonica: Marco Vlyſſiponenſi 1. part. Chron. Min. lib. 9. capite 24. & part. 2. lib. 6. capite 24. Sedulio in Commentar. ad vitam S. Iuonis. Vvadingho tom. 3. ad annum 1303. parag. 22. Et Molano in Addition. ad Vſuardum: his verbis. *In Britannia, Tranſlatio ſancti Iuonis, Confeſſoris, in vtroque Iure Doctoris, de Ordine Pœnitentium B. Franciſci.* Agunt de eo hac die Miſſale ac Breuiarium vetus & nouum Fratrum Minor. Ferrarius in Catalogo SS. ex Maurolyco: & Appendix ad Petrum de Natalibus capite 18. mendoſè tamen ſcribens hac die obiiſſe. Extat pro huiuſmodi tranſlatione Bulla Papalis, apud Wadinghum anno 1347. parag. 16. In Capitulo autem Generali Lugdunenſi anno 1351. decretum eſt, vt fieret diuinum officium de Beato Iuone, ſub ritu ſemiduplici, die 27. Octobris, quo tranſlatum eſt eius corpus ad locum nobiliorem. Vide Speculum Fratrum Minorum, & Firmamentum trium Ordin. tract. 3. de Ordinationibus circa diuinum Officium. Wadinghum tom. 4. ſup. ad annum 1351. parag. 10. Marulum lib. 4. hiſt. ſacrar. Relig. De Sillis in capite 1. Regul. Tertiar. Ioannem de Torres in Practicis exhortationibus ſuper eandem Regulam. fol. 36. pag. 2. Salazar lib. 6. hiſto. Prouinc. Caſtellæ, capite 9. Sauſſayum in Martyrologio Gallicano, & in ſupplemento hac die. Porrò illud Officium proprium ſancti Iuonis Confeſſoris ac vita eiuſdem extat MS. in Bibliotheca San-victoriana pariſienſi, ſub littera M. M. 24. Tanto autem affectu illum proſecuti ſunt Britanni Armorici, vt apud eos acclamatus ſit *S. Ive*, pro conflictu belli ſicut apud nos, *ſanctus Dionyſius*; apud Anglos, *ſanctus Georgius*, &c. Vide Froiſſartum volum. 1. hiſtor. capite 127. &c.

B. Dionyſij Martyr. b] Hic Frater Laicus à §. 2.
Cumanis Indis captus, poſt Conuentus direptionem atque conflagrationem, triduò detinetur in carcere: quo tempore totum ſe dedit orationi, vt ſic ad martyrium ſubeundum pro Chriſto ſe præpararet. Tertia autem die, genuflexus Deum exorans reperitur: moxque laqueo eius collo iniecto, è carcere deiicitur, pugnis & calcibus, aliiſque pœnis & opprobriis laceſſitur: tum iterum genuflexus tanto impetu caput illius illiſum extitit, vt protinus obierit, & corpus nimia raptatione horum ſceleratorum fœdatum ſi, anno milleſimo quingenteſimo decimo nono. Scribunt de eo Barezzus parte quarto Chronic. Minorum libro primo capite trigeſimoquarto. Daça ibid. libro ſecundo capite quinquageſimo

Digitized by Google

geſimo Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Gonſaluus Ferdinandez hiſtor. Indiar. part. 2. Franciſcus Lopez hiſtor. General. Indiar Occidental. lib. 3. cap. 26. 27. & lib. 6. cap. 22. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Marianus lib. 1. cap. 21. Chronic. Reformat.

§ 3. *B. Rolandi, Confeſſ.* c] Florentinus erat natione, cui inter orandum certa animæ ſalus reuelata eſt: miraculis autem fuit illuſtris ante & poſt mortem. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib 1. Conformit. fruct. 8. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Tuſciæ. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. vocaturque ab eo *Relandinus*. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1241. §. 11. ex Mariano libro ſecundo cap. 13. Creſcentius in Dialogo.

§. 4. *B. Ioannis Confeſſ.* d] Vir fuit ſanctiſſimus: ſepultuſque iacet *Vrimbuthy*, ſeu *Vvermeburgi*: ita Piſanus ſup. fruct. 8. & 11. in Prouinc. Saxoniæ. Gonzaga ſup. 1. part. & 3. in Prouinc. Saxoniæ ſup. Toſſinianus libro ſecundo in Cuſtodia Bremenſi.

§. 5. *B. Bonauenturæ Melitenſ. Confeſſ.* e] Sanctitate maximè floruit, anno 1540. in Conuentu S. Annæ Iulianæ oppidi: vbi ſepulturam nactus, plurimis miraculis coruſcauit. Ita Gonzaga 2. part. Origin. Seraphic. Relig. in eod. Conuentu, qui eſt 32. Prouinc. Siciliæ. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 21. Grauina ſup. Wadinghus tom. 7. ſup. ann. 1499. §. 27.

§. 6. *B. Hieronymi Steuæ, Confeſſ.* f] Huius Elogium deſcribit ipſe illuſtriſſimus Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Vallis Ieſu (qui eſt 13. Prouinc. Valentiæ non longè ab vrbe Valentia. *Mortem obiit* (inquit) *hoc in loco, anno Domini milleſ. quingenteſimo octogeſimo, ſanctiſſimæ vitæ P. Hieronymus Steua, Sacerdos, vir ſanè in omni virtutum genere apprimè verſatus: qui ſæpiùs inter orandum adeò diuinis contemplandis myſteriis immergebatur, vt nihil eorum, quæ circa ſe agebantur, ſentiret. Ad pauperes autem tanta ferebatur charitate, vt relatu difficile ſit. Præterea, præſago ſpiritu donatus, plurima ventura certiſſimè prædixit.* Eadem teſtatur Barezzus ſup. libro ſeptimo, capite trigeſimo ſeptimo, additque vocari B. Hieronymum *Steuam*, Morenæ Sacerdotem, cognomento *Stephanum*: item libro octauo capite vigeſimo-quinto vocat eum Hieronymum Stephanum. Illius meminit Rapinæus hiſt. General. Origin. Recollect. Decad. 8. part. 1. §. 9. Wadinghus tom. 4. ſup. ad annum milleſimum trecenteſimum quinquageſimum octauum, §. 9. Grauina & Daça. ſup. lib. 4. cap. 37.

B. Catharinæ, Virginis. g] Cognominabatur de §. 7. *Valente ab Amatrice*. Claruit autem magna cum ſanctitatis opinione. Aſſidua quippe, & feruida erat in oratione, cuius humilitas, patientia, pœnitentia, charitas, aliæque virtutes eximiæ prorſus & admirabiles, multis gratiis, conſolationibuſque ſpiritualibus replebatur: In tantùm, vt ſæpè illi apparuerit Chriſtus Dominus, in ſpecie pueri elegantiſſimi; SS. Franciſcus, Antonius, & Bernardinus. Ad vltimum, migrauit cum illis in cœlum, ann. circiter 1480. corpore ſuo relicto apud Monaſterium. S. Luciæ, Fulginij, quod eſt 7. Prouinc. S. Franciſci: cuius anima in forma ſtellæ perfulgidæ, viſa eſt ad cœlos euolare. Ita Iacobillus de SS. Fulginatib. ſup. 22. Iulij: vbi de quamplurimis eiuſdem loci Virginibus, copioſè agit. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1480. §. 8.

QVINTO KALENDAS NOVEMBRIS.

IN Italia, Beati a Benedicti de Piratro, Confeſſoris, Seraphici Patris Franciſci ſocii: doctrina & ſanctitate conſpicui. Strigonij in Hungaria, Beati b Galli, Confeſſoris: cuius tanta ſanctitas extitit, vt puluis ex eius ſepulchro hauſtus, infirmos ſanauerit. Calpe in territorio Gaditano, Beati c Ioannis à Cordouilla, Confeſſoris: qui ſingulari humilitate, patientia, & vitæ auſteritate præditus, ſumma charitate, & zelo ſalutis animarum plurimùm flagrabat. Apud Tordeſyllarium Palentinæ Diœceſis oppidum, Beatæ d Catharinæ Soliſiæ, Virginis: oratione extatica, ac miraculis claræ. Carrioni de Comitibus, in territorio Palentino, Beatæ e Ludouicæ ab Aſcenſione, Abbatiſſæ; vita angelica, Prophetiæ dono, & rebus admirandis preclarę.

OCTOBRIS XXVIII.

§. 1. BEati *Benedicti de Piratro, Confeſſ.* a] Diuerſimodè à nonnullis cognominatur de *Pira*, de *Pirato*, ſeu de *Piratro*, ſocius fuit ac Confeſſarius Seraphici Patris ſancti Franciſci: cui in infirmitate ſemper miniſtrabat, & coram eo quotidiè ſacra faciebat. Vir eximiæ doctrinæ & ſanctitatis: necnon huiuſce Ordinis fratres ætate grandæua tunc longè ſuperans. De eo mentio habetur, dùm idem Seraphicus Pater D. Franciſcus ægrotaret ad mortem. Nam graui & moleſto ſtomachi dolore ſemel laborauit, ita vt vitam penè exhalaret, & Fratres iam de eius vita deſperarent. Quorum vnus, timens ne ſubitò è viuis raperetur, propter varia & crebra cordis deliquia: ait, Benedic nobis, Pater, & cæteris Fratribus, quos in Chriſto genuiſti, & aliquod memoriale relinque nobis tuæ voluntatis, quòd Fratres in tuî memoriam ſemper habeant ſecum ad maiorem ſui profectum. Tunc B. Pater paternos oculos in filios erigens, *Vocate* (inquit) *mihi Fratrem Benedictum de Pirato, vt vobis benedicam. Quo accerſito, ait: Scribe Sacerdos Dei qualiter benedico omnibus Fratribus meis, qui modo ſunt in Religione, & qui venturi ſunt vſque ad finem ſæculi. Quoniam propter infirmitatem meam loqui non valeo: breuiter voluntatem meam & intentionem, in ſignum memoriæ meæ benedictionis, & Teſtamenti, cunctis Fratribus præſentibus & futuris patefacio, Fratres ſemper ſe diligant adinuicem, ſicut ego dilexi & diligo illos; ſemper diligant, & obſeruent Dominam*

Digitized by Google

meam paupertatē. Et ſemper Prælatis & Clericis ſanctæ matris Eccleſiæ fideles & ſubiecti exiſtant. Benedicat & cuſtodiat eos Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, Amen. Hæc ex Speculo vitæ S. Franciſc. fol. 116. B. Bartholomæo Piſano, lib. 3. Conformitat. fruct. 2. part. 2. Marco Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 11. Wadingho tom. 3. Opuſculor. D. Franciſci, Benedictione 5. & tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1226. §. 9.

§. 2. *B. Galli, Confeſſ.* b] Lector fuit deuotiſſimus, qui adeò virtute excelluit, vt puluis ſuæ ſepulturæ ſanet infirmos, ſi modicum quid ex ea accipiatur: floruit ann. 1340. cuius corpus Strigonij in Hungaria iacet. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctit. illuſtr. Prouinc. Hungariæ. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 8. cap. 44. §. 2. Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. in BB viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Wadinghus tom. 2. Annal Minor. ad ann. 1287. §. 7. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſc. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 3. *B. Ioannis à Cordouilla, Confeſſ.* c] Laicus erat profeſſione, qui initio Cuſtodiæ S. Ioannis Baptiſtæ, Guardianus extitit Conuentus Dominæ noſtræ de Laureto Monfortij, qui eſt 3. eiuſdem Cuſtodiæ, nunc Prouinc. Vitæ perfectione, & feruentiſſima deuotione pollebat, maxima charitate ardebat, & proximis amantiſſimè compatiebatur, aliis benegniſſimus, ſibi verò admodùm parcus & auſterus: nil comedebat, quin prius cinere, pro condimento, aſperſum eſſet. Singulari humilitate enituit, ſumméque expetebat martyrium ſubire: cúmque eo flagraret deſiderio, licentiam petiit, & obtinuit, ad traiiciendum in Mauritaniam, vt Infidelibus Chriſtum miro ſpiritus feruore annuntiaret. Verùm, cùm litteras haud omninò calluiſſet, modū adinuenit, quo ſibi fecilior via eſſet huic tanto negotio complendo: videlicet, vt locum cuiuſdam captiui Chriſtiani ex charitate accipiens, ſe offerret idem officium ac pœnam obire: ſicque occaſionem ſumeret concaptiuis Infidelibus, myſteria fidei Chriſtianæ propalare, & monita ſalutis dare: omnia enim paruipendebat, dummodo nonnullas animas à vitiis auerteret, Deoque lucraretur. Vide Barezzum 4. part. Chronic. Min. lib. 8. cap. 61. ad an. 1580. Rapinæum in hiſtor. General. Origin. Recollect. Decad. 8. part. 3. §. 1. poſt Ioannem Ximenes in ſua Chronic. Prouinc. S. Ioannis Baptiſt. Ioannem à ſancta Maria, part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 36. 37. & 38. qui vult obiiſſe ann. 1566. vulgò *Gilbraltar*, apud Conuentum S. Franciſci, qui eſt 12. Prouinciæ Bæticæ.

B. Catharina Soliſia, Virg. d] Soror fuit inculpatiſſimæ vitæ, quæ tanto feruore orabat, vt ſæpius inter orandum raperetur, atque pluries in aërem ſubleuata à Monialibus viſa ſit. Obiit apud Monaſterium ſanctæ Claræ Tordeſyllarum, quod eſt 1. Prouinc. Conceptionis; poſt cuius mortem magna in veneratione habita eſt à circumuicinis populis, ob ingentia quæ operatur miracula. Scribunt de ea Gonzaga ibid. in eo Monaſterio part. 3. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 43. ad ann. 1565. Valerianus de SS. Fœmin. Ordin. Min. lib. 4. cap. 42. Wadinghus tom. 4. ſup. ad an. 1365. §. 12. §. 4.

B. Ludouica, Abbatiſſæ e] Admirabilem in vniuerſa Hiſpania, in Gallia, Italia, aliiſque exteris Regionibus, & vltimis Indorum finibus, hæc Religioſa fœmina, nacta opinionem, omnium ſibi corda conciliauit, & animos pro nexu deuinxit: & ita maximi Principes & Reges; tanquam ad cœleſte oraculum confluerent, eiuſque imitandæ gratia, aſſiduè ad hoc monaſterium accederent. De illis virtutibus, & mirandis operibus, quidam multa ſcribunt, & alij plurima referunt. Sanctiſſimè obiit apud monaſterium oppidi Carionis comitum, in Caſtella, (cui præfuerat Abbatiſſa) ann. 1636. Hac die morienti adfuit Valiſoletanus Epiſcopus: qui & funus illius pia deuotione curauit. Exinde informatio vitæ, & miraculorum eius ab inquiſitoribus Valiſoletanis prodiit: atque libellus illic impreſſus pro Apologia, anno 1643. Ita Wadinghus tom. 4. ſup. anno milleſ. trecenteſimo quinquageſimo tertio §. 10. & tom. 6. anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono §. 69. §. 5.

QVARTO KALENDAS NOVEMBRIS.

IN Picœno, Beati [a] Petri à Macerata, Confeſſoris: Religione, & zelo altiſſimæ paupertatis inſignis. Tarequati, in Mechioacanico Indiæ Occidentalis Regno, Beati [b] Iacobi à Dania, Confeſſoris: qui Regio ſanguine clarus, tanta eruditione, humilitate, prudentia, & charitate in procuranda Indorum ſalute, emicuit: vt quamplurimos eorum ad Chriſtum conuerterit, & ſanitatum gratia maximè illuxerit. Madriti in Hiſpania, Beati [c] Ioſephi Albis, Confeſſoris: eximiæ patientiæ, & ſanctitatis viri. Romæ, Beati [d] Angeli à Calaſſio, Confeſſoris, vitæ perfectione, oratione, & veneranda canitie ſpectabilis. Marſiliæ Beatæ [e] Dulcelinæ, Virginis, virtutibus & miraculis celebris. Modœtiæ in Inſubria, Beatæ [f] Catharinæ, Mediolanenſis Duciſſæ, Tertiariæ: quæ pietati & miſericordiæ intēta, inſignis refulſit.

OCTOBRIS XXIX.

§. 1. *BEati Petri à Macerata, Confeſſ.* a] Ardentiſſimus fuit ſui inſtituti æmulator: tantóque altiſſimam excoluit paupertatem, vt pro ea ab aliis Fratribus relaxatis grauia paſſus ſit. At B. Raymundus Gaufredi, Electus Miniſter Generalis totius Ord. an. 1280. pergens in Marchiam Anconitanam, ſcienſque innocentiam eius, ac ſociorum; illos à carceribus liberauit, & ex tunc illos magno in honore ſemper habuit. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. libro 5. cap. 12. §. 1. & 18. ac cap. 27. §. 1. Vide 26. Auguſt. §. 3. & 4. vbi de B. Liberato. Toſſiniano lib. 2. hiſt. Seraph. ſub B. Ioanne de Parma Generali. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1275. §. 2. 1289. §. 24. 1290. parag. 10. 1294. §. 9.

B. Iacobi à Dania, Confeſſ. b] Ex Regia Danorum §. 2.

Digitized by Google

ſtirpe originem traxit; atque linguarum Græcæ, Latinæ, & Hebraicæ peritiſſimus fuit. Cùmque Franciſcanæ militiæ in Dania nomen dediſſet: ne graſſanti ſupra modum ea in patria hæreſi, vel ſaltem ſua præſentia, conſentire videretur, patriis laribus, chariſque parentibus & amicis longè poſt ſe relictis, in Hiſpaniam traiecit. Vnde poſtquam à Carolo V. Imperatore, pro ſua pietate ac religione humaniſſimè exceptus eſſet; poſtmodum ſoluens ad Indiæ Occidentalis partes transfretauit. Nec tamen fœliciter appulſus ſeſe otio dedit; quinimò vt primùm Indicum idioma didicit, tanto ſtudio, tantaque ſedulitate ſacris vacauit concionibus; vt innumeros Infideles, ad fidem conuerterit, pluresque alios iam antea conuerſos, eadem in fide confirmauerit, ac denique non paucis cauſa ſalutis extiterit. Prҽterea primus inter cæteros omnes, tum cuiuſuis Religionis Fratres, tum quoque ſæculares Sacerdotes, Mechioacanicis Indis venerabilis Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrauit: Tanta etiam fuit humilitate prædituſ, vt omnes in ſui admirationem adduxerit: talique comitate atque prudentia inſignitus, vt plurimi ex remotiſſimis partibus Indi ad ſe ſuis in aduerſitatibus conſulendum venerint: ac tanta denique ſanitatum gratia donatus, vt non paucos infirmos, ſigno crucis ſuper eos facto integræ ſoſpitati reſtituerit. Mortem quoque præfati Imperatoris, licet longiſſimè abeſſet, ea ipſa hora, qua ille è viuis in Hiſpania exceſſit, ex reuelatione ſibi diuinitùs facta, dùm Conuentus ſanctæ Mariæ de Ieſu Tarequati Guardianum ageret, noſſe meruit: quamobrem, erecta de more tumba, Miſſæ ſacrificium pro eius anima à Fratribus celebrandum curauit. Tandem ipſemet obiit in eodem Conuentu, bonis operibus opimus, atque cum maxima ſanctitatis opinione, in ſenectute bona. Illius meminerunt Gonzaga 4. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 16. Prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 30. ſub ann. 1535. Rapinæus in hiſtor. General. Origin. Recollector Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 371.

§. 3. *Beati Ioſephi Albis, Confeſſ.* [c]] Hic priſcorum ſanctorum Patrum laudabilibus veſtigiis hærens, Euangelicæ paupertatis ſtrenuus cultor euaſit: vix autem ſui ſimilem in perferendis infirmitatibus, excolendaque patientia habuit, quamobrem, licet in florida decedens ætate, ingens ſui deſiderium, maximamque ſanctitatis famam omnibus reliquit, circa annum 1580. Agunt de eo Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu ſancti Bernardini Madriti (vbi ſepultus iacet) qui eſt 11. Prouinc. ſancti Ioſephi: & Barezzus ſup. lib. 5. cap. 21. Rapinæus ſup. Decad. 8. part. 1. §. 11. Marianus lib. 2. cap. 29. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Refformat. Ioannes à ſancta Maria part. 1. Chronic. Prouinciæ S. Ioſeph. lib. 2. cap. 39. Grauina in *voce Turturis*, part. 2 cap. 24.

Beati Angeli de Calaſſio, Confeſſ. [d]] Regularis Obſeruantiæ fuit amantiſſimus, & pacifica bonitate exornatus: patientiſſimus, humilis, honeſtus, deuotus & ſanctæ orationi aſſiduus. Diebus omnibus Sabbati ieiunabat, & in vigiliis Deiparæ Virginis, ſolo pane & aqua contentus erat. Octuagenarius deceſſit è vita, hac die, ann. 1606. Conditus eſt in Conuentu S Franciſci trans Tyberim, Romæ, qui eſt 1. Prouinc. Romanæ. Memoratur à Bonifacio Bonibelli, in Chronic. PP. Refformator. eiuſdem Prouinc. & Barezzo ſup. lib. 10. ſub finem. §. 4.

B. Dulcelinæ, Virg. [e]] Ipſam fuiſſe ex tertio Ordine D. Franciſci ſatis ex eo conſtat: quod Marcus Vlyſſiponenſ. ſcribit 2. part. ſup. lib. 5. cap. 1 §. 1. Ait enim quod hæc B. Virgo, exemplo, hortatuque B. Hugonis *Dignienſis*, fratris ſui, mundum dereliquerit, & habitu honeſto ac Religioſo induta, fructus dignos pœnitentiæ admodum laborauerit operari: vnde quamplurimæ nobiles fœminæ ac virgines ipſius ſocietatem ſummè exoptantes, & inſimul permanere cupientes, Deo inſeruire decreuere ſub Regula & conſtitutionibus, quas idem B. Hugo illis præſcripſit. Ex quo initium poſtea ſumpſit locus ille, nunc vulgò vocatus, *Domina de Robaudo*. Moriens ipſa B. Dulcelina, ſeu Dulcina, ſepulta eſt Marſiliæ iuxta præfatum B. Hugonem, fratrem ipſius: vbi multis miraculis claruit. Proinde alia eſt à B. *Roſſolina*, quondam Abbatiſſa Monaſterij *Selli-Robaudi*, Ordinis Cluniacenſis: quæ florebat circa ann. 1206. nunc autem Conuentus eſt Fratrum Minor. 20. Prouinciæ S. Ludouici, ab anno 1501. cuius meminit Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Wadinghus ſup tom. 2. ann. 1282. §. 11. & 1290. §. 26. Toſſinianus lib 2. in Cuſtodia Marſiliæ. De Torres in Practicis exhortationib. ſuper Regul. Tertiarior. fol. 38. De Sillis, in cap. 1. eiuſdem Regul. & Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic Ordin. §. 5.

B. Catharinæ. [f]] Obiit hac die, ann. 1404 fama virtutis, deuotionis, & operum miſericordiæ celebris: vti conſtat ex Vlyſſiponenſi part. 3. ſup. lib 1. cap. 25. Bergomate lib. 14. Supplementi Chronicar. ad ann. 1404. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 22. De Torres ſup. fol. 37. & Mariano lib. 4. cap. 6 ac Wadingho tom. 5. ſup. ann. 1404. §. 5. & alijs apud eum. §. 6.

TERTIO KALENDAS NOVEMBRIS.

IZatlanis, apud Xaliſcos Indiæ Occidentalis populos, Beati [a] Ioannis Caleri, Martyris: qui à quibuſdam Indis renegatis, ob fidei Conſtantiam tentus, & ligneis enſibus capite colliſo, crudeli mortis genere occubuit. Paſſi ſunt etiam cum eo tres Indi iuuenes adoleſcentes, ex tertio Ordine Minorum: qui ab eiſdem furentibus iugulati ſunt. Compluti, Beati [b] Franciſci de Alalpardo, Confeſſoris: eximię patientiæ & orationis viri. Lemouicis, in Gallia, Beati [c] Roberti Preuoſti, Confeſſoris: qui vitæ auſteritate, humilitate, & oratione, aliiſque ſummis virtutibus fulgens, Refformationis in Aquitania propagator extitit præcipuus. Fulginij in Vmbria, Beatæ [d] Scholaſticæ Fulginatis Virginis, & Abbatiſſæ, miris virtutibus exornatæ. Volaterræ in Hethruria, Beatę [e] Cęciliæ Volaterranæ, Virginis.

Digitized by Google

OCTOBRIS XXX.

§. 1. BEati Ioannis Caleri, Martyris. a] *Calerus*, aliàs de *Spiritu ſancto* cognominatus eſt. Quibuſdam verò Indis ad Idololatriam redeuntibus, & Thechilæ montis culmen petentibus, occurrens: eos enixè rogare cœpit, vt ad propria loca reuertentes, veram fidem Chriſti, quam à Franciſcanis receperant, cum tanto propriæ ſalutis diſpendione deſererent. Verùm optimè cognoſcens vir Dei ſe eo in negotio operam perdere, inde iam recedere cœperat; cùm hi perfidi homines, verbis cuiuſdam mulieris, barbarico quodam furore accenſi, B. Ioannem aggreſſi ſunt. Tunc deuotè genua flectens, Deo gratias egit, quòd gloria martyrij dignaretur ab eo exornari: interim verò Indi, ligneis enſibus caput eius ſcindentes, atrociter interfecerunt, vnà cum tribus iuuenibus Indis, Tertij Ordinis, quos in fide Chriſti nuper educauerat; & in ſacris faciẽdis ſibi miniſtrare aſſueuerat, ann. 1541.

§. 2. Corpus tanti Patris, in campo, vbi martyrium ſuſtinuerat, ab interfectoribus nudatum, ſeptem diebus inſepultum remanſit, atque ab Hiſpanis, vt ſepulturæ traderetur poſtmodum conquiſitum, integrum omninò: incorruptum: ſuauiſſimè fragans, atque adeò recens, ac ſi tunc temporis fuiſſet extinctum, inuentum eſt. Aliorum verò occiſorum corpora à lupis deuorata extitere. Cùm igitur Hiſpani tanti martyris corpus Izatlanem in Conuentum: vndè exierat deuotè & honorificè ſepeliendum detuliſſent, illudque Fratres Franciſcano habitu, de religioſo more, induiſſent; quotquot aderant Hiſpani, eius deuotione acti, huiuſmodi habitum repentè, atque certatim in fruſta diſcerpſere. Itaque corpus magna omnium ſpiritali lætitia, ſepulturæ traditum fuit; martyris interim ſanctitatem cunctis vno ore, atque plenis buccis extollentibus, B. Franciſcus *Laurentius*, inſignis Chriſti martyris ad hos ſacrilegos Indos, paulò poſt tranſiens, ad ſanam mentem reduxit, eoſque in fide & pietate erudiuit: ab eiſque habitum B. Ioannis *Caleri* martyris, (quo illum ſpoliauerant) inſtantia magna accepit. Scribunt de eo Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in ſacris-Martyrib. huiuſce Ord. ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, apud Indos Occidentales. Item 4. part. in Conuentu Conceptionis B. Virginis Izatlanis, qui eſt 24. Prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 32. & lib. 4. cap. 11. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 16. Rapinæus in hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 2. §. 1. pag. 327. & §. 8. Hilarion à Coſta lib. 2. hiſtor. Catholic. pag. 366. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Marianus lib. 3. cap. 4. Toſſinianus lib. 2. in fine, vbi de India. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 31. & 54. Grauina. in *voce Turturis*: part. 2. cap. 24.

§. 3. *B. Franciſci. Confeſſ.* b] Laicus erat: diuque hortum excoluit Compluti; Verùm graui longaque infirmitate grauatus, patientiſſimè ſuſtinuit, vitam in ſilentio & oratione ducens: cuius tanta fuit opinio ſanctitatis, vt tempore ſui obitus, tota ferè ciuitas illic confluxerit, & vnuſquiſque cupiens, pro ſua deuotione, habitus particulas, tamquam reliquias aſſumere, corpus quaſi nudatum dimiſſum ſit ad ſepulturam in Conuentu Complutenſi, qui eſt 2. prouinc. Caſtellæ. Ita Salazar lib. 3. Chronic. eiuſdem prouinciæ cap. 12. Claruit circa an. 1580.

§. 4. *Beati Roberti Preuoſti, Confeſſ.* c.] Gallus fuit natione, ex Neuſtria oriundus, à parentibus Catholicis & piis progenitus, in Diœceſi Conſtantienſi: qui eum in timore Domini educarunt, & grammaticis litteris imbuere curarunt. Adoleſcens factus, diuino inſtinctu, inflammatur ad Seraphici Patris S. Franciſci imitanda veſtigia: cuius habitum induit apud Conuentum ſancti Ludouici Valloniarum, qui eſt 11. Prouinc. Franciæ Pariſienſ. Eo in ſtatu Philoſophiæ operã dedit, poſteà ad Sacerdotium vocatus, ſacræ Theologiæ incubuit: cuius rei gratia, Lutetiam Pariſiorum venit, vt inibi ampliore fonte ſapientiæ adimpleretur. Verùm arctioris Obſeruantiæ Regularis deſiderio flagrans, ſuppliciter à Superioribus licentiam petiit, obtinuitque in Italiam commigrandi: vnà cum B. Franciſco *Symonis*, (de quo ſup. 14. Octobr.) tunc Pariſiis moras faciente.

§. 5. Romam igitur profecti, illis indultum fuit Reſſormationem ſumere, atque inter Patres Reſſormatos prouinciæ Romanæ commorari: & B. Robertus poſt annos aliquot, in terram ſanctam traiecit, illicque quatuor annis manſit: quibus expletis ad priſtinam Reformationem Romam regreditur, in qua vita admodum exemplari, & ſanctis moribus haud modicum excelluit. Itaque cùm ann. 1593. nonnulli Fratres ex Prouinciis Galliæ, ſuæ profeſſionis zelantiſſimi, ſummè cuperent Reformationem inchoare intra Prouincias Franciæ, & Franciæ Pariſienſis: ampliſſimã ſuper hac re obtinuerunt à Sede Apoſtolica Commiſſionem, quam protinus ipſi B. Roberto exhibuerunt. At ille tanta humilitate ſe ea indignũ iudicans, vix id munus acceptare volebat, niſi ex obedientia cõpulſus fuiſſet parere. Decreuit nihilominus ex Italia in Hiſpaniam ſoluere, vt Reuerendiſſimi Patris Generalis præſentiam adiret: cui ea omnia pandere valeret, & eo conſulto, maturiùs procederet. Mirum! quanta in itenere per Italiam, Hiſpaniam, & Galliam, perpeſſus, ſit incommoda, atque grauamina: quæ omnia forti & æquo animo pro Chriſto libentiſſimè ſufferebat, quamuis in his præfatis Prouinciis Franciæ, nil tunc operari potuerit.

§. 6. His viſis, verſus Aquitaniam dirigit greſſus, de cætero moraturus inter Patres Recollectos illius Prouinciæ: vbi miris virtutibus enituit. Singulari ſimplicitate & humilitate pollebat: ita vt nullo vnquam munere honorifico, in Ordine functus ſit, ſed vilibus & abiectioribus officiis ſemper occuparetur, ac deſeruiret. Sui inſtituti, ac Regularis diſciplinæ æmulator ardentiſſimus extitit, paupertatis Euangelicæ amantiſſimus, manſuetus, deuotus, ſilentio gaudens & ſolitudine: ciborum parſimoniam ſectabatur, abſtinentiæ, ieiuniis, & orationi frequenter intendebat. Miſſam quotidie magna cũ præparatione celebrabat: ſuis feruentiſſimis concionibus, animos audientium efficaciter ad virtutem excitabat. Tandem meritis & virtutibus cumulatus, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino, ann. 1597. ſuæ ætatis 67. ſepultus in Conuentu ſanctæ Valeriæ Virginis & Martyris, iuxta Lemouicenſem vrbem. Vita eius latè deſcripta eſt à Ioanne Blancona, in Additionibus ad 4. part. Chronic. Min. Barezzi. Memoratur etiam à Rapinæo, in hiſt. General. Origin. Recollector. Decad. 10. §. 6. 9. Hilarione à Coſta. lib. 3. hiſtor. Catholic. pag. 69.

§. 7. *B. Scholaſticæ Virginis* d] Septennis monaſterium ingreſſa, vixit in ſumma paupertate, humilitate, tribulationum & infirmitatum ſufferentia, vitam con-

Digitized by Google

templatiuam ita coniunxit actiuæ: vt licet, ſui monaſterij curam exactiſſimè ſubiret, numquam tamen ſtatutis horis orationem, aut contemplationem neglexit. Tandem ann. 1489 è viuis exceſſit, ſepulta in monaſterio S. Luciæ Fulginij iuxta Iacobillum de SS. Fulginatib. ad. 22. Iulij & Wadinghum ſup. tom. 7. ad ann. 1489. §. 7.

§. 8. *Beata Cecilia Volaterrana, Virginis* [e]] Vitæ ſanctitate floruit apud monaſterium Clariſſarum Volaterræ: quod eſt 1. Prouinc. Tuſciæ, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo. Cuius meminere Gonzaga ibidem, part. 2. ſup. Barezzus ſup. libro quarto, capite trigeſimo, ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum ſexageſimum tertium.

PRIDIE KALENDAS NOVEMBRIS.

APud Ruthenos in Gallia, Beatorum [a] Petri, Conuentus Ruthenenſis Guardiani; alterius item Petri, & Ioachimi, Martyrum: qui pro fide Catholica ab impiis hæreticis occiſi ſunt. Cathurci, Beati [b] Chriſtophori, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci ſocij, columbinæ ſimplicitatis viri: qui ad partes Aquitanicas miſſus, ſanctitate vitæ Galliam illuſtrauit, centenariuſque obiit, miraculis in vita, & poſt mortem celeberrimus. Reate in Vmbria, Beati [c] Thomæ à Scarlino, Confeſſoris, ſummæ prudentiæ, patientiæ, & humilitatis viri: qui vigiliis, ieiuniis, & orationibus continuis vacans, zelo etiam altiſſimę paupertatis valdè emicuit: & Regularis Obſeruantię in Apulia Fundator pręcipuus exiſtens, miraculorum gloria coruſcauit. In Hiſpania, Beati [d] Ioannis Pici, Confeſſoris. Mediolani, Beati [e] Hieronymi Hiſpani, Confeſſoris. Vitæ ſanctitate, ac miraculis inſignis. Villæ-Caſtinę in Caſtella, Beati [f] Bartholomęi, Anduxari, Confeſſoris: miræ pietatis & abſtinentiæ viri. Methymnæ Roſęcæ, in Territorio Palentino Beatę [g] Thereſię Enriquez, Viduæ Tertiarię: genere, vita, & virtutibus illuſtriſſimæ.

OCTOBRIS XXXI.

§. 1. BEatorum Petri & ſocior. Martyr.* [a]]Breuiter quidem, ſed præclaro Elogio, horum martyrium perſtringit Gonzaga 3. part. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu Ruthenenſi, qui eſt 5. Prouinc. Aquitaniæ Antiquior. aſſerens, quod ex hoc loco: *Venerabilis Pater F. Petrus Borgelarius, inſignis concionator, atque eius Guardianus, & etiam P. F. Petrus Tauzietius officio Sacerdos: atque ſumma integritatis Frater Ioachimus Dardanius, à truculentiſſimis hæreticis, martyrio pro Chriſti fide laureati glorioſè prodierint.* Eadem confirmant Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro quinto, capite vigeſimo quinto ſub anno 1571. Daça ibid. libro tertio capite quinquageſimo-octauo & Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1232. parag. 41.

§. 2. *B. Chriſtophori, Confeſſ.* [b]] Vocatur Chriſtophorus, ſeu Chriſtoferus, de partibus Romandiolæ oriundus: qui cùm eſſet Parœchus cuiuſdam Eccleſiæ, ſpreto ſæculo, D. Franciſcum, adhuc in carne viuentem, habitu & conuerſatione ſecutus eſt. Suſceptaque ab eo bendictione, ad partes Aquitaniæ ann. milleſimo ducenteſimo decimo nono miſſus; Chriſto perfectè ſtuduit famulari. Inerat ei quædam columbina ſimplicitas, pietas viſceroſa; mirabiliter compatiens miſeris & afflictis. Vnde cùm fratres, eo tempore, necdum manſiones haberent, ipſe leproſis officioſiſſimè miniſtrabat, pedes eorum & ſaniem lauans, lectos ſternens, & neceſſaria eis procurans; qui quamuis aliis pius, ſibi tamen multum erat auſterus. Corpus etenim ieiuniis macerabat, cilicium duriſſimum, loricamque ferream multo tempore geſtans ad carnem, cum nonnullis aliis afflictiuis ferreis inſtrumentis: talis autem vitæ illius rigor fuit, vt centenarius cùm eſſet, vix extra Conuentum cibum ſumeret, vixque niſi ſemel in die (præter, Dominicam diem, & præcipua feſta anni) comederet: vt ſenis virtus, nec in ipſa ſenectute, ſeneſcere videretur. In omni autem mortificatione ſua vultum hilarem exhibebat. Nullo tempore otio indulgebat; ſed orationi, vel lectioni, vel actioni, nunc in excolendis hortis, nunc in Fratrum obſequiis ſollicitum ſe tradebat. Fuit & in oratione magnarum dono lachrymarum exornatus: Arctiſſimam cellulam ex virgis, arborumque ramuſculis, ſibi conſtruxerat, vili ſtramine compactam, vbi multas expertus conſolationes diuinas, Deiparam ſibi apparuiſſe ſecretè confeſſus eſt, ad quam & matrem eius S. Annam (illius contemplatione) præcipua deuotione feruebat. Miſſam quotidie cum lachrymis ac deuotione ſingulari celebrare ſolicitus erat: quam ſibi verè acceptam Dominus ſignis euidentibus oſtendit. Dùm enim ſemel, eo celebrante lumen deeſſet, cereum, vt moris eſt, accendendum, ignis cælitùs miſſus inflammauit. Sæpè etiam columba candida ſuper caput eius, tempore celebrationis Miſſæ, viſa eſt: quam quidam iuuenis Frater Petrus nomine, ſæpius conſpexit, & prima vice, neſciens quid ſignificaret, conabatur eam à Beato Patre propulſare: qua de re turbatus, coactus eſt fratri dicere, vt illam fineret. Reſponſum accepit ab Angelo (qui ipſi Fratri Petro apparuit) peccata priora eſſe deleta: deque anteà commiſſis non timeret, ſed in bonis inchoatis fidelis eſſet vſq; ad mortem, & vitæ coronam reciperet.

Quamuis autem non eſſet officio prædicator, Chriſtum tamen inter homines, diuinis laudibus, ſacris exhortationibus priuatis, ſeueris peccatorũ increpationibus cõcionabatur. Ipſe Capitulo Fratrũ apud Arelatem interfuit: quando D. Franciſcus, licet corpora- §. 3.

Digitized by Google

liter in alia regione conſiſtens, in modum crucis extenſus apparuit, B. Antonio Paduano, Fratribus congregatis, ſermonem faciente de Titulo Crucis, & Paſſionis Chriſti, ann. 1224. Beato Chriſtophoro, fuit etiam tranſitus ſancti Franciſci reuelatus; vidit enim in ſomnis, in Gallia poſitus, ſe quaſi pulſantem oſtium cellæ: in qua Seraphicus Pater iacebat infirmus. Qui ingreſſus, oſculata eius manu, accipiebat ab illo benedictionem: mandans vt ad patriam ſuam rediret, quia iam vitæ curſum perfecerat, ſignans tranſitum ſuum ad ſupernam patriam. Reuerſus ad Italiam, adhuc viuens, multis effulſit miraculis, & beneficia grauiter infirmis, contulit ſanctitatis. Spiritu prophetico plenus, quamplura prædixit futura. Tandem in Galliam rediens, cœpit infirmari ad mortem: qua Deus, poſt tot laborum meritorumque cumulum, præmia æterna illi largiretur. Itaque congregatis ad eum Fratribus, in Vigilia Omnium Sanctorum, & loquens ipſis de Regno Dei, moribuſque eos informans, dulci alloquio: cùm benedixiſſet illis, ſpiritum ſuum Domino commendans, migrauit in cœlum: ſicque corpus ſuum honeſtè compoſitum in lecto reliquit, vt magis dormiens, quàm moriens videretur. In cuius tranſitu, quædam deuotæ perſonæ, Angelorum concentum animam illam comitantium audiuiſſe retulerunt. Obiit autem Cathurci, in Aquitania, hora ſexta ſerotina, Vigiliæ Omnium Sanctorum, ann. 1272. vbi tantus populorum concurſus factus eſt, vt ſacrum eius corpus ſepeliri non potuerit, niſi tertia die ab eius fœlici tranſitu: quem poſtea multis illuſtrem miraculis, pia fidelium fides ac deuotio ſanctum vbique inuocat ac proclamat.

§. 4. Eius præcipua acta & miracula commendant, Sanctus Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. §. 1. & 13. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 71. & lib. 6. à cap. 48. vſque 55. Bernardus de Beſſa Aquitanus in vita eius. Gonzaga 3. part. ſup. in Prouinc. Turoniæ. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 2. lib. 15. cap. 9. Toſſinianus libro 1. Hiſtor. Seraphic. in eo. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1216. §. 2. 1219. §. 32. 1220. §. 69. & tom. 2. ann. 1272. §. 11. 12. &c. Item in Additionibus ad tom. 2. ſub annum 1255. §. 5. Marianus lib. 3. cap. 1 Plenus autem dierum deceſſit è vita, anno Chriſti 1272. ab eo verò tempore, quo Religionem Seraphicam ingreſſus, Domino ſe manciparat, ann. 55. Vndè hallucinatur ſanctus Antoninus, dum vult huius B. Chriſtophori ſæculum attigiſſe: *Vidimus eum* (inquit) *penè centenarium ſenem.* Alioquin moriens ipſe ann. 1459. ætatem 100. annorum expleſſet. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1272. §. 13. Guillelmus à Cruce, in ſerie Epiſcopor. Cadurcenſ. ſub Guillelmo 4. Epiſcop. §. 90. Sauſſayus tom. 2. Martyrolog. Gallicani, in Supplemento, die præcedenti. Platus lib 1. de Bono Status Religioſ. cap. 13.

§. 5. *Beati Thomæ à Scarlino, Confeſſ.* [c]] Hic à *Florentia*, à *Linario oppido*, ſiue etiam de *Scarlino* dictus eſt: Laicus quidem profeſſione, ſed ingenio præſtans & ſagacitate, Religionem Seraphicam profeſſus eſt apud Conuentum Sancti Franciſci Feſularum, propè Florentiam. Cùm autem Beatus Ioannes à *Stronconio*, in toto ferè Regno Neapolitano Obſeruantiam Regularem promoueret: accepit ſibi in ſocium hunc B. Thomam, quem & dereliquit in Conuentu ſancti Ioannis de Rupe Montiſplani, in Aprutio. Porrò ipſe B. Ioannes tranſiens ex Aprutio, in Apuliam, ſeu Prouinciam ſancti Angeli, Vicarium ſuum in ea inſtituit præfatum B. Thomam: vnde haud mirum eſt, ſi huiuſce Prouinciæ zelus primordialis, paupertas atque ſanctitas tanta fuerit. Is enim ſuos fratres, hominum frequentiam fugere, ſtrictiſſimamque paupertatem cum humilitate coniunctam colere docuit: ſummam abſtinentiam cum oratione continua, &c. Seruare. Caſtitas mirè excolebatur ab eo: vigiliis, ieiuniis, diſciplinis, cilicio, aliiſque pœnitentiæ operibus iugiter vacabat.

Cùm igitur, in præfatis Prouinciis ſancti Angeli, §. 6.
atque Calabriæ, Prouincialem Vicarium egiſſet, Summique Pontificis auctoritate, (cuius vices gerebat) fultus, quoſdam Fraterculos, ſiue Fratricellos paſſim nuncupatos, anno 1420., ex quodam loco ad tertium milliare, à pago *Scarlino* diſtante, pepuliſſet: eum ſibi, ſuiſque Fratribus, ſeruata tamen paupertatis norma, ex eadem Apoſtolica auctoritate, in habitationem adaptauit. Idem fecit in pluribus aliis locis: propter quod ab ipſis Fratricellis, plurimas, eaſque grauiſſimas perpeſſus eſt perſecutiones.

Anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo no- §. 7.
no, Beatus Albertus à *Sartiano*, huiuſce Ordinis alumnus, ab Eugenio IV. Pap. ablegatus fuit Commiſſarius Apoſtolicus in Orientem: Beatus verò Thomas miſſus eſt vnà cum tribus ſociis ab eodem Summo Pontifice, ad Preſto-Ioannem, Æthiopiæ Imperatorem, pro grauiſſimis, vrgentibuſque rebus agendis. Verùm à Mauris in via interceptus, & in vincula coniectus; mirum! quanta pro Chriſto tunc pertulerit tormenta: è quibus tandem liber dimiſſus, in Italiam reuertitur, & in Conuentu Reatino infirmatus ad mortem, inibi ſpiritum Deo reddidit, ann. 1447. Multis miraculis inſignitus, non ſolùm in vita, & poſt obitum, ad eius ſepulchrum, ſed & ad contactum habitus, ſeu Tunicæ, &c. vbicumque reperiantur. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 1. cap. 7. 28. 33. & 34.. Item lib. 2. cap. 28. 29. & 30. Item lib. 3. cap. 42. & lib. 7. cap. 41. Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu 36. Prouinc. Romanæ. Item in Conuentu 1. 11. 12. & 39. Prouinc. Tuſciæ. Item in Conuentu 5. Prouinc. Sancti Bernardini: & in Prouinc. Sancti Angeli. Bzouius tom. 16. ann. 1444. §. 93. Wadinghus ſup. to. 2. ann. 1289. §. 45. Item tom. 1. ad an. 1217. §. 20. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 65. Item tom. 5. ad ann. 1418. §. 10. 1420. §. 11. 1424. §. 10. 1425. §. 14. & 1447. §. 21. & ſeq. ex Mariano lib. 4. cap. 22. & ſeq. vitam illius ſcripſerunt, Petrus Marinus, Ioannes Baptiſta Euſebij; Marianus, Florentinus: Morellus Leoniſſanus: qui in principio huiuſmodi vitæ à ſe compoſitæ, ita cecinit.

Voluere quiſquis amat ſancta & pia facta virorum,
Hoc oculis, animo, mente, reuoluat opus.
Mirifica eſt vita, & totum memoranda per Orbem,
Linaris Diui continet acta Thomæ.

Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. qui diuerſum ponit eum à B. Thoma *Florentino*. Brautius in Martyrolog. Poëtico, hac die.

Beati Ioannis Pici, Confeſſoris. [d]] Laicus erat, Pro- §. 8.
uinciæ Arragoniæ alumnus, de cuius ſanctitate proceſſus fiunt in partibus coram Ordinariis. Agit de eo Rapinæus, in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Introduction. parte 1. §. 4. ex Libello Neapoli impreſſo, apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli, ann. 1626.

Beati Hieronymi, Confeſſoris. [e] Dùm in Belgio mili- §. 9.
lita-

Digitized by Google

litaribus implicaretur ſtipendiis, & in magnum vitæ diſcrimen incideret, votum vouit Domino, ſe illi reliquum vitæ tempus dicaturum ſub Sancti Franciſci Inſtituto. Quare, ſuſcepto apud Inſubres Minoritico habitu, ita piè, ac religioſè vixit, vt copioſum gratiæ munus à Deo acceperit, & vitæ ſanctitatem multis miraculis comprobarit. Eius corpus iacet in Eccleſia Conuentus Viridarij Mediolanenſ. plumbeo loculo incluſum, miraque erga eum feruntur Mediolanenſes deuotione. Ita habent MSS. Mediolanenſ. Bonauentura à *Varena*, in vita ipſius. Wadinghus ſup. tom 6. ad ann. 1456. §. 245.

§. 10. *Beati Bartholomæi, Confeſſoris.* f] Ex Andaluſia, in Hiſpania Tarraconen. oriundus fuit. Qui ab ingreſſu Religionis, admirabili pace conſcientiæ, animi quietudine, & cordis manſuetudine, cœpit gaudere: ſiue ſubditus, ſiue Prælatus extiterit, nuſquam alteri offenſionem præbuit; ſed mitis in omnes, cunctos æquanimiter fratres charitatis complectebatur brachiis, maximè autem valetudinarios & ægros, quos ſingulari, feruentique opera, iuuabat. Abſtinentiæ fuit eximiæ, omnia ieiunia in pane & aqua perſoluebat, feruentiſſimus ad orationem ſtabat. Maximè autem Auguſtiſſimum Euchariſtię Sacramentum, ſanctiſſimamque Deiparam ſingulari proſequebatur deuotione: cuius precibus, cœlitùs obtinuit, Sabbatho, die immaculatæ Virgini conſecrato, è viuis excedere, apud Conuentum Villæ-Caſtinæ. Florebat circa ann. 1600. Ita Ioannes à ſancta Maria, part. 2. Chronic. Prouinciæ S. Ioſephi, lib. 4. cap. 34.

B. Thereſia, Vidua, Tertiar. g] Vidua erat pia hæc Heroina, Federici Methymnæ Riui-Sicci, Ducis, & Caſtellæ Admirati; quæ aſſumpto Tertij Ordinis habitu, mira ſanctitate præluxit. Mortuum ad vitam reuocauit. Florebat circa ann. 1490. Vide Wadinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1429. §. 14. ex Monumentis MSS. §. 11.

Digitized by Google

NOVEMBER.

Kalendis Nouembris.

LOndini, Beati [a] Chriſtophori à Sancta Clara, Martyris, qui ob confeſſionem Catholicæ Religionis ab hæreticis in teterrimum detruſus carcerem: poſt latam mortis ſententiam, ſqualore inediaque affectus, in oratione ſpiritum Deo reddidit. Spoleti, Beati [b] Simonis à Collazono, Confeſſoris: qui generis nobilitate, eruditione, ac vitæ perfectione clarus, Prouincialatus officio, in Prouinciis Marchiæ, & ſancti Franciſci maxima cum prudentia, humilitatéque functus eſt: ac demùm miraculis fulgens, migrauit in cœlum. Apud Burgum ſancti Sepulchri, in Vmbria, Beati [c] Raynerij, Confeſſoris, miræ deuotionis viri; qui & mortuos ſuſcitauit, & plures infirmos curauit. Caſſani in Apulia, Beati [d] Ioannis de Parma, Confeſſoris, eximiæ perfectionis viri. Rhegij in Calabria, Beati [e] Ioannis-Baptiſtæ Candelæ, Confeſſoris. Romæ, Beatæ [f] Nuntiæ, Viduæ, Tertiariæ: quæ ſanctis operibus, & piis exercitiis, mirum in modum enituit.

NOVEMBRIS PRIMA DIES.

§. 1. BEati *Chriſtophori, Martyris.* [a]] In ſæculo dictus eſt Gualtherus Colman, ex nobili antiquiſſimaque progenie in Comitatu Stoffordiæ, in Anglia, oriundus; & à piis Catholiciſque parentibus, ab infantili ætate, probè educatus, litteris poſtea egregiam operam nauauit. Qua de re, in Belgium traiiciens, habitum S. Franciſci in Conuentu Anglo-Duacenſ. apud Patres Recollectos, induit: vbi non minimum futuri profectus ſpecimen præbuit: in omnibus enim coæquales ſuos, ædificationis Religioſæ, pietatis non vulgaris, & mortificationis tum animi, tum corporis, exemplo, præiuit. Sacerdos factus, Miſſionarius, in Angliam ablegatur, vbi ſemel, & iterum, captus, ad vltimum, poſtquam diu in vinea Domini laboraſſet, anno 1641. detentus eſt in carcere, & lata in eum ſententia mortis, executioni haud demandatur: Regio fauore accedente; ſed grauiora interim ac longiora, cum magna conſtantia ac fortitudine pertulit incommoda. Nam in teterrimum conjectus carcerem, inter latrones ſceleratos, ferro & compedibus tenera membra conſtrictus, variis contumeliis & moleſtiis afficitur, humi cubans, vigiliis ac ieiuniis ſaturatus, fame & ſiti ſæpè vexatur; tum his, multiſque aliis ærumnis, loci fœditate, ac miſeria, confectus, per quatuor fermè annos continuos, obdormiuit in Domino, anno circiter 1645. Inter omnes relationes, quæ de huius Chriſti Athletæ agone feruntur, magis mihi Authentica videntur ea, quæ de eodem ſcribit R. P. Angelus à *Sancto Franciſco*, in Certamine Seraphico Prouinciæ Angliæ.

Beati Simonis à Collazono, Confeſſ. [b]] Nobili genere natus, puer, ſub Seraphico Patre ſancto Franciſco, ann. 1210. Ordinem intrauit: cúmque vitæ perfectione & eruditione fulgeret, Miniſter Prouincialis Marchiæ, deinde Prouinc. S. Franciſci delectus eſt. Qui maxima prudentia, & humilitate, ea quæ ad præfatum officium ſpectabant, exercebat: & ad vitam Religioſam, matrem primò traxit, deindè ſorores, nepotes, aliaſque fœminas nobiliſſimas. At quàm Deo hic acceptiſſimus fuerit, miracula, quæ per eum, poſt illius mortem edita ſunt, apertè declarant: quorum plurima Summi Pontificis iuſſu authenticè deſcripta per Epiſcopum Spoletanum fuere, & confirmata. Obiit ac ſepultus eſt Spoleti, in Conuentu S. Simonis Apoſtoli Fratrum Minorum, ad cuius differentiam, ipſe nuncupatur *S. Simonetus*. Eius ſacrum corpus reconditur intra ſepulchrum marmoreum exquiſitè fabrefactum: in cuius gyro, plura illius ſunt exarata miracula. Obiit ann. 1240. Egregia eius facta ac miracula ſcribunt Marcus Vlyſſiponenſ part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 5. & 10. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 2. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Sancti Franciſci, ſanctitat. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. vbi de §. 2.

de BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Picquetus in Catalog. viror illuſtr. Franciſcan. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Seraphic. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 44. 1221. §. 6. 1222. §. 24. 1235. §. 35. 1239. §. 4. 1240. §. 6. & 7. Item tom. 2. ad ann. 1252. §. 17. quo anno Innocentius IV, litteras dedit, vt ritè veritas inquireretur tantorum miraculorum, quę ad eius ſepulchrum & inuocationem fieri dicebantur; incipiunt, *Ex parte dilectorum*, ſub Datum Peruſij 8. Calend. Maij, Pontif. ann. 9. qua de re vide ipſum Wadinghum ibid. ann. 1240. ex Mariano lib. 1. cap. 6. §. 10. & Bernardo à Beſſa.

§. 3. *Beati Raynerij, Confeſſ.* [c] Socius extitit B. Benedicti de *Eſtercio*, miræ deuotionis vir, profeſſione quidem Laicus, ſed quamplurimis ſignis clarus: ſuis enim precibus infirmos curauit, mortuoſque reſuſcitauit, vt patet inſtrumento publico exinde confecto. Obiit ann. 1304. eiuſque ſacrum corpus iacet apud Burgum S. Sepulchri, Prouinciæ Sancti Franciſci, in Eccleſia Patrum Conuentualium, ſub maiori altari, vbi magna veneratione colitur. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus ſup. in Prouinc. Sancti Franciſci. Codex. MS. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 6. cap. 26. §. 4. Gonzaga ſup. Toſſinianus ſup. & Wadinghus ſup. tom. 2. ann. 1258. §. 22. & tom. 3. ann. 1304. §. 12. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Picquetus ſup.

§. 4. *Beati Ioannis de Parma, Confeſſoris.* [d] Laicus erat profeſſione, ſui ſtatus zelantiſſimus, qui multa præuidit: ſanctè obiit in Conuentu Caſſani, qui eſt 22. Prouinciæ Sancti Nicolai. Hæc ex MSS. Monimentis eiuſd. Prouinc. & Wadingho tom. 7. ad ann. 1497. §. 18.

§. 5. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [e] Hic patria Rheginus, in Calabria natus, profeſſione Laicus erat: qui ann. 1532. cum Beato Ludouico *Rhegino*, ac reliquis ex Obſeruantium familia, ad Capucinos migrauit. Fuit Regulæ Obſeruantiſſimus, vita auſterus, charitate feruidus: tamque in oratione aſſiduus, vt vix vnquam, cùm ſuo muneri ſatisfeciſſet, ab Eccleſia diſcederet. Obitum ſuum, Deo reuelante, longè ante præſciuit: & ſeptuagenarius ad cœleſte præmium euolauit, ann. 1555. iuxta Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. eodem anno, §. 18. ex MS. Prouinciæ Rhegienſ.

Beata Nuntia, Vidua, Tertiaria. [f] Neapolitana erat natione, nupſitque viro Siculo, qui eam in Siciliam ſecum duxit: ſed eo paulò poſt, morte interueniente, orbata decreuit apud ſe, totum tempus viduitatis ſuæ in piis operibus, & ex animo, Deo liberius copioſiuſque inſeruire. Quamobrem ſæculi vanitatibus renuntians, Tertij Ordinis Franciſcani habitum ſumpſit: exindè peregrinationem Lauretanam amplectitur, poſtea Romam pergens, ſancta inibi cœpit inuiſere loca, cunctaque ſacra perluſtrare. Verùm, moram illic faciens, habitaculum ſibi delegit propè Eccleſiam ſancti Petri in Vaticano, non longè à *Campo Sancto*, vt faciliùs commoditas pietati ſuę adeſſet. Nam orationi continuò inſtabat, in Eccleſia iugiter ſtabat, Sacramenta ſæpiſſimè frequentabat; abſtinentia, ieiuniis, diſciplinis, cilicio, ſilentio, aliiſque corporis mortificationibus, emicabat: quare in magno honore habita eſt à quamplurimis viris pietate, & ſcientia præditis. Viſitata eſt à Beato Angelo *de Paz*, qui diem mortis illi prædixit, ſicque præmunita Sacramentis obiit, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto: cuius corpus conditum eſt apud ſanctum Petrum, in Capella Deiparæ Virginis, à *Febribus*, vbi ingenti populi veneratione colitur. Illius meminere Barezzus quarta parte Chronic. Minor. libro decimo, capite quinquageſimo quinto, ex Chronica Bonifacij Bonibelli. Marianus libro ſexto, cacapite trigeſimo nono, Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 47. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 6.

QVARTO IDVS NOVEMBRIS.

IN Pruſſia, Beatorum [a] Martyrum Conradi & Voiſlai: qui pro fidei prædicatione capite truncati ſunt. Gretij in valle Reatina, Beati [b] Ioannis Confeſſoris, Tertiarij, Seraphici Patris ſancti Franciſci amantiſſimi: vitæ ſanctitate conſpicui. Foroliuij, in Romandiola, Beati [c] Iacobi Vagarelli, Confeſſoris, qui eruditione & prædicatione excellentiſſimus, virtutum etiam omnium ſpecimen euaſit. Theate Marucinorum, Beati [d] Marci Theatini, Confeſſoris: qui litteris & virtutibus exornatus, Prouinciale munus præclarè obiuit, & ſancto fine quieuit. Penæ in Aprutio, Beati [e] Franciſci Penenſis, Confeſſoris: qui virtute abſtinentiæ, & gloria miraculorum inſigniter refulſit. Argentonij, in territorio Sagienſi, Beatæ [f] Margaritæ à Lotharingia, viduæ: quæ illuſtriſſimo genere orta, humilitate, pietate, atque ſanctis operibus copioſè eluxit. Mediolani, Beatæ [g] Ioannæ Mariæ Cauanagæ, Abbatiſſæ, vitę auſteritate, & virtutibus exornatæ.

NOVEMBRIS II.

§. 1. BEatorum *Conradi & Voiſlai, Martyr.* [a] Horum mentionem egerunt B. Bartholomæus Piſanus, libro 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. Prouinc. Saxoniæ ſanctitat. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 3. in Prouinc. Saxoniæ S. Crucis. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. cap. 3. lib. 7. ſæcul. 13. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 72. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib.

Digitized by Google

5 cap. 15. ſub ann. Chriſti 1289. qui & vocat eos BB. *Conradum* & *Baſileum* : ſed error eſt, vitio librariorum (Voiſlaus enim nuncupatur : vt & alius *Conradus*, non *Corandus :* ſicut apud præfatum Piſanum mendosè legitur) nam poſtea lib. 9. capite 29. §. 4. ad ann. 1369. ab eo nominantur *Conradus* & *Viſlaus* : ſeu *Conradus* & *Voiſſellus*, vt Wadingho placet tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1284. §. 2. vel *Moſellus*, tom. 1. ad ann. 1249. §. 9.

§. 2. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [b]] Ipſe eſt, qui interfuit ſolemnitati natalis Chriſti, quam D. Franciſcus, ex licentia Summi Pontificis, ita celebriter peregit apud Gretium, in Valle Reatinæ vrbis : circa annum Domini 1223. cuius meminit D. Antoninus 3. part. hiſt. titul. 24. cap. 2. §. 6. loquens de Seraphico Patre S. Franciſco. *Ipſe autem vir ſanctus ea præcipuè quæ circa Chriſtum geſta ſunt aſſidua meditatione reuoluens, die Dominicæ Natiuitatis inſtante : hominem, naſcens in Bethleem, Saluatoris infantiæ paupertatem, ſimilitudine qua poterat, repræſentare deſiderauit : ad caſtellum de Gretio quendam virum Religioſum, & notabilem nomine Ioannem præmiſit : qui ad hac bouem & aſinum cum præſepio, circa feſti gaudia ſibi præparauit. Præparato itaque præſepio fœnum imponitur : adducti bos & aſinus ad præſepe collocantur : & ſic gaudio vigiliæ celebres inquantum Fratres laudes Deo debitas exoluebant, ſed & cuncti qui aderant, nouis lætitiæ canticis applaudebant. Stabat autem coram præſepio B. Franciſcus ſuſpiriis præ gaudio plenus, indicibili ſuauitate perfuſus. Tandem ſuper ipſum præſepe ſacra celebrantur ſolemnia Miſſarum : & ipſe ſanctus Dei leuita ſolemnibus ornamentis indutus, Euangelium voce ſonora pronuntiat : ac deinde populo, de nato in Bethleem Rege paupere melliflua prædicat, &c.* Hæc deſumpſit ex D. Bonauentura cap. 10. vita ſancti Franciſci, §. 9. qui hunc vocat Ioannem de *Gratio :* Wadinghus verò tom. 1. ſup. ad annum 1217. §. 14. Ioannem *Velitam* ; fortaſſis, eques Melitenſis erat : (niſi obſtaret recentior. horum Melitenſ. Equitum denominatio) nam eques vbique appellatur, Tertij Ordinis Minorum alumnus : cuius ſepulchrum adhuc cernitur ibid. iuxta Altare præſepij.

Beati Iacobi Vagarelli, Confeſſoris. [c]] Patauinus
§. 3. erat S. Theologiæ & Iuris Canonici peritus ſcripſit Additiones in Summam Angelicam : optimis virtutibus, atque vitæ ſanctitate fuit inſignis. Memoratur à Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 27. qui ait diem obiiſſe ann. 1507. ſed corrigendus eſt, vt patet ex Gonzaga part. 2. Origin. Seraph. Relig. in Conuentu S. Hieronymi Foroliuij, qui eſt 6. Prouinc. Bononienſ. *Dextera eius ſacelli* (inquit) *quod in huius loci Eccleſia immaculatæ Conceptioni B. Virginis Mariæ ſacratum eſt, B. Patris Iacobi Vagarelli, patria Paduana, qui doctiſſimus pariter & excellentiſſimus prædicator extitit : quique Angelicam Summam ſuis Additionibus colluſtrauit, ſepulchrum ſequenti Epitaphio exornatum, adiacet.*

Hic iacet corpus Beati Iacobi Vagarelli de Padua, Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ. Obijt M. D. XVII.

Illius item meminit part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1421. §. 12. Villotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera I. ab eo *Vngarellus*, vocatus : ſicut & ab ipſo Gonzaga ſup. in Conuentu S. Bernardini Ortarum, qui eſt 23. Prouinc. Romanæ : & à Barezzo cap. 53. ſup. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Toſſiniano lib. 2. Prouinc. Bononiæ. Poſſeuino in Apparatu ſacro.

Beati Marci, Confeſſoris. [d]] Præfuit Prouinciæ S. §. 4.
Bernardini, in qua ſanctiſſimè deceſſit è vita an. 1537. ſepultus in Theca lignea, ad gradus maioris Altaris Conuentus Theatis (qui eſt 3. præfatæ Prouinciæ) vbi corpus eius poſt annos quindecim repertum eſt integrum abſque vlla corruptione. Teſte Daça cap. 23. ſup. ex MS. Prouinciæ prædictæ.

Beati Franciſci, Confeſſ. [e]] Laicus erat, Prouincię §. 5.
S. Bernardini alumnus. In omni genere virtutum perfectè reſplenduit : charitas, humilitas & oratio, in ea tanquam in proprio domicilio conſederunt. Tantæ autem fuit abſtinentiæ, vt toto vitæ ſuę decurſu, niſi ex infirmitate, ſeu obedientia præpeditus, nil aliud pro refectione ſua ſumpſerit præter panem, aquam, & abſinthium. Humi cubabat, vel ſuper aſſeres, ſolo vnicoque habitu lacero contentus. Miraculis etiam per Calabriam, Aprutium, & Picœnum ſic inclaruit, vt adhuc viuens, ſancti titulo proclamatus ſit. Penæ in Domino obdormiuit, ann. 1605. hac die : vti refert Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 51. ex relation. prouinc. præfatæ.

Beata Margarita à Lotharingia. [f]] Vxor fuit Re- §. 6.
nati Alenconienſium Ducis, atque Perticenſis Comitis, quæ pietatis operibus admodùm dedita : quinque Monaſteriorum, videlicet Mauritaniæ, apud Vnellos, Argentonij, Alenconij, Caſtri-Villanij, atque Caſtri Guntheri, Fundatrix extitit deuotiſſima. Orbata autem marito, ann. 1592. Religioſa ſanctæ Claræ efficitur : quo in ſtatu vitam virtutibus plenam ducens, ſanctiſſimè obiit, ann. 1521. cuius corpus conditum eſt in ſacello maiore, præfati Monaſterij Argentonij, iuxta locum pronuntiandæ Epiſtolæ deputatum. Eius vitam deſcripſit Yuo Magiſtri, & Hilarion à Coſta, lib. 3. hiſtor. Catholic. pag. 778. Item in Elogiis illuſtr. mulier. pag. 411. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. & Petrus *Du Hameau*. ann. 1628. *P. De Bari.* in Dite Fœdere. Agunt de ea Claudius Paradinus in Fœderation. Renatus Chopinus lib. 2. Monaſtic. Titul. 1. §. 36. San-Marthani, lib. 9. hiſtor. Genealog. Franc. Gonzaga tertia part. ſup. in Monaſterio 4. 5. & 6. Prouinc. Franciæ Pariſienſis. Bryus, in Hiſtoria Comitum Perticenſ. & Ducum Alenconienſ. lib. vltimo. Sauſſayus in Martyrolog. Gallican. hac die.

B. Ioanna Abbatiſſa. [g]] Pluries extitit Abbatiſſa, §. 7.
Mediolani, apud Monaſterium S. Mariæ de Ieſu : quo ſanctiſſimè obiit : quę perpetuo ieiunio carne interdicta, variiſque pœnitentiis vſque ad annum ætatis 80. corpus macerauit. Ita habent MSS. eiuſdem loci, & Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1456. §. 260.

TERTIO

Digitized by Google

TERTIO IDVS NOVEMBRIS.

APud Marpurgum Germaniæ oppidum, Beati [a] Conradi Marpurgenſis, Confeſſoris: admirandis virtutibus exornati, qui & Teutoniæ functus eſt Prouincialatu, & ſanctæ Eliſabethæ Hungaræ, Viduæ, Confeſſarius, Directorque ſpiritualis extitit. Rilonij, in Prouincia Colonienſi, Beati [b] Electi, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Florentię, Beati [c] Humilis, Confeſſoris: qui diuina reuelatione ad Ordinem Seraphicum vocatus, virtutibus & miraculis coruſcauit. Magdeburgi, in Germania, Beati [d] Simonis Anglici, Confeſſoris: qui doctrina & ſanctitate venerandus, primus per Teutoniam Lector ſacræ Theologiæ extitit, & tertius eam rexit Prouinciam. In Dacia, Beati [e] Ioannis à Gatfordio, Confeſſoris: manſuetudine atque pacifica bonitate præclari. Nurſię, Beati [f] Ioannis Nurſini, Confeſſoris: paupertatis & pœnitentiæ amantiſſimi. Mondragonij in Campania, Beati [g] Pauli Siculi, Confeſſoris. In India Orientali, Beati [h] Antonij Laurerij, Confeſſoris: qui pro Euangelij propagatione, vaſtiſſimas Indiarum regiones perluſtrauit, & innumerabiles infideles turmas Chriſto Ieſu peperit. Alchonchelij, in finibus Caſtellę & Luſitaniæ, Beati [i] Didaci Millani, Confeſſoris: qui ſæpè Guardianatus officio functus, orationis, pœnitentiæque exercitiis claruit, & crebris miraculis refulſit. Montiliæ, in Hiſpania, Beatæ [k] Eliſabeth à ſancto Iacobo, Virginis: quæ cura perfectionis afflata, pietate, patientia, ardentiſſimoque amore in Chriſtum Ieſum Crucifixum valdè emicuit.

NOVEMBRIS III.

§. 1. B*Eati Conradi Mapurgenſis, Confeſſoris.* [a]] Magiſter, Paterque ſpiritualis extitit S. Eliſabethæ, à quo & ipſa habitum Tertij Ordinis Minorum accepit, dùm Guardianatus officio fungeretur in Germania: vbi vitæ ſanctitate, doctrina ac conſilio multis profuit, zelum, perfectionemque ſuæ virtutis, miraculis oſtendens. Qui poſtea Germaniæ Prouincialis Miniſter euaſit, teſte B. Thoma Cantipratano, lib. 2. Apum, cap. 1. num. 18. *Item, vidi Fratrem Conradum Ordin. Minor. qui Miniſter Teutonia, mira gratia preditus fuit, & ſanctorum feruentiſſimus venerator, in multis enituit.* De eo agunt Marianus lib. 2. cap. 3. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 14. & 2. part. lib. 1. cap. 3. Wadinghus ſup. tom. 2. Annal. ad ann. 1257. §. 7.

§. 2. Alius eſt à B. Conrado *Marpurgenſi*, Preſbytero ſæculari, quem ob egregias animi virtutes, in Magiſtrum ſpiritualem ſibi quoque aſciuerat, ipſa ſancta Eliſabeth, cuius meminerunt permulti: dúmque Inquiſitionem hæreticorum per Germaniam ageret, ab ipſis in via trucidatus eſt, an. 1233. 3. Calend. Aug. Vide, poſt alios, Vvadinghum copioſè de eo ſcribentem, tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1226. §. 48. & ad ann. 1233. §. 34. & alibi. Differt etiam noſter B. Conradus ab illo, Ordinis Prædicat. alumno: quem commemorat idem Cantipratanus ſup. num. 22. miraculis clarum: quique poſtea occiſus eſt, in publico foro, dùm frequenti populo, apud Teutoniam, concionaretur, ann. 1228. Ita Trithemius in Chronico Hirſaugienſ. ad ann. 1214. & 1233. Albertus Leander, de viris illuſtr. Ordin Prædicat. & ex eo Antonius Seuenſ. in Chron. Præd. Ferdinandus Caſtello lib. 1. cap. 12. & 13. Vvadinghus ſup. ad ann. 1226. Bzouius in Annal. ad ann. 1228.

Beati Electi, Confeſſoris. [b]] Hic eſt, cuius animam §. 3.
vidit pius quidam Frater, in equo nimio decore fulgente, à duobus Angelis, in cœlum deduci. Illius meminerunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Colonienſ. ſanctitat. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. & 2. Seraph. hiſtor. Quare errore labitur Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic Minor. lib. 1. cap. 30. ſub annum 1245. dùm ex duobus BB. Electis, qui Rilonij, in Prouinc. Colonienſi obiere, vnum tantummodo facit; ſeu quod vni debetur, alteri tribuat. De alio B. Electo egimus 2. Aprilis. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad an. 1249. §. 9.

Beati Humilis, Confeſſoris. [c]] Breuiter quidem, ſed §. 4.
Laconico more, comprehendit S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 5. quę de eo encomiaſticè poſſent enarrari. *In Florentia* (inquit) *decedens quidam, Frater Humilis dictus, è Peruſio oriundus: ſepultus multis claruit miraculis. Hic ex diuina reuelatione Ordinem intrauerat: qui cùm Chriſtum ſibi apparentem, & ingreſſum Ordinis præcipientem interrogaret: quam vitam in Ordine teneret? Reſpondit ei Chriſtus: teneas vitam communem, & fugias Fratres, & non iudices alios de factis ſuis.* Eadem confirmant B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinciæ Tuſciæ ſanctitate illuſtrib. Codex MS. Abbat. San-Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 46. ex Chronicis antiquis. Toſſinianus lib. 1. ſup. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Marianus lib. 1. Chronic. ſtri-

Digitized by Google

ctior. Obſeruant. Reformat. cap. 7. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Vvadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1209. §. 35. & 1211. §. 6. & 7. Item tom. 4. ad ann. 1399. §. 42. Cornelius à Lapide Commentar. in Eccleſiaſtic. cap. 32. verſ. 1.

§. 5. *B. Simonis, Confeſſ.* [d]] Vir fuit vtique ſanctiſſimus ac doctiſſimus, primus Lector ſacræ Theologiæ in Prouincia Saxoniæ, ac per Teutoniam: cuius corpus quieſcit in Conuentu Magdeburgenſi, ſeu Manderburgenſi. Agunt de eo Piſanus ſup. in Prouincia Saxoniæ. Gonzaga part. 1. ſup. & part. 3. in præfata prouincia. Picquetus & Wadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1227. §. 4. 1228. §. 86. 1230. §. 16. 1247. §. 11. & 1249. §. 9.

§. 6. *B. Ioannis, Confeſſ.* [e] Manſuetiſſimus extitit, & viuens, mortem ſuam longè antè prædixit. Vide Piſanum lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 2. in Prouincia Daciæ. Gonzagam part. 1. ſup. & part. 2. in hac eadem Prouincia.

§. 7. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* [f]] Nobilibus naſcitur parentibus, naſcitur ann. 1400. qui etſi apprimè litteris eſſet imbutus, Laicorum tamen Fratrum ſtatum elegit. Humillimus erat, pacis, ſilentij, & paupertatis obſeruantiſſimus. Vitam auſteram, & pœnitentię exercitiis plenam duxit: ſæpè in pane & aqua ieiunabat, & ſeptem Quadrageſimas D. Franciſci per annum ſtrictè ſeruabat. Guardianatus officio fungens ſubditos admirabili prudentia, charitate, manſuetudine, & zelo rexit. Tandem curſu perfectæ vitæ expleto, hac die ſanctè moritur, ann. 1459. teſte Iacobillo de SS. Fulginatibus. Wadingho tom. 5. ſup. an. 1406. §. 10. & tom. 6. ad ann. 1459. §. 32.

§. 8. *Beati Pauli, Confeſſoris.* [g]] Sui ſtatus ac profeſſionis extitit amantiſſimus, & ingenti paupertate exornatus. Dùm ſemel Miſſam celebraret, allatus eſt infantulus, mortuus in cunis inuentus, qui ſibi à dolente matre oblatus eſt: quem expleta Miſſa, facto crucis ſigno ſuper eo, viuentem reddidit genitrici. Complura alia miracula, diuina virtute operatus eſt. Obiit autem ann. 1502. in Monaſterio Mondragonienſi (vbi Confeſſarius Monialium fuerat) apud Regnum Neapolitanum. Ita Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. libro 7. capite 57.

§. 9. *Beati Antonij, Confeſſ.* [h]] Cognominatus legitur Antonius *Laurentius*, *Laurerius*, & *Lauretus*. Sciendum autem in primis, quòd ad 1500. milliaria à ciuitate Goa, Scotora, ſeu Sochothora, maris Erythræi Inſula, à Chriſtianis Thomiſtis, & Mauris, aliiſque Infidelibus inhabitata, ſurrigit: ad quam Triſtanus Acunia, Indiæ Prorex, miſſus ab Emanuele Luſitaniæ Rege, ingenti cum claſſe appulit, hoſtes deuicit *Fartaces*, Beniroque portu eos expulit, & ipſorum obtinuit propugnaculum. Poſtea, ad eius Inſulæ Chriſtianos, pacis legationem miſit; promittens ſe illis & milites & Religioſos Franciſcanos relicturum: iſtos quidem, vt inſtruendis illis in fide Catholica; illos verò, vt Inſulæ ab omni iniuria vindicandæ, incumberent, quod & præſtitit. Nam munitione firmata, Maurorum Templum, in eius meditullio erectum, optimè prius expiatum, Fratres noſtri, S. Mariæ de Victoria dicarunt, ibique plures ex illis Inſularibus baptiſarunt: teſte Gonzaga ſup. part. 4. in Prouinc. S. Thomæ, ſub fin. quod & Maffeius lib. 3. hiſtor. Indic. ante med. ad annum 1505. confirmat, dicens. *Itaque fano Arabum expiato, & in cultum Virginis Mariæ conuerſo, Arcis cuſtodia, cum idonea manu, Alphonſo Noronia, Luſitano, concredita eſt, rei verò Chriſtianæ præpoſitus, eximia ſanctitate vir, Antonius Laurerius, Franciſcanus; qui tollendis vitijs, quæ in hominum mores, ac Religionem irrepſerant, incoliſque ad veram pietatem erudiendis, aliquot annos planè Apoſtolico munere eſt functus.* Poſtea verò, eam Inſulam deſeruit (iuxta ipſum Gonzagam, & Maffeium lib. 4. ſub annum 1508. circa medium) & è Socotora Indiam petens, ad Surratum oræ Cambaicæ, facto naufragio, cum aliquot Luſitanis ad Mamudium Regem captiuus abducitur B. Antonius: ſed exindè, mira Dei prouidentia, liber dimiſſus, Cochinum, vnà cum comitibus rediit: quos Albuquercius Indiæ Prorex, ingenti gaudio, conſpexit atque excepit.

Rem notatu dignam refert Maffeius ibid. lib. 5. ante- §. 10.
med. ad annum 1510. hiſce verbis, *Ibique magna ſui cum animi voluptate, præter ſpem, incolumes reperit, eos, qui, vt ſupra dictum eſt, ab Scotora redeuntes, in Cambaicum littus eiecti, atque ad Cambaiæ Regem, pro captiuis abducti fuerant: ij ſecundum Deū, vni maximè Antonio Laurerio, Franciſcano, ſalutem ac libertatem debebant. Cùm enim iam diu in eo ſeruitio degerent, atque ad eos eximendos accederet nemo: Laurerius, omnium conſenſu, delectus eſt, qui Goam, de redemptione, contenderet, ea lege, vt, ſi nihil tranſegiſſet, intra certum diem, bona fide, rediret: atque eius reuerſionis quaſi obſidem & pignus ille ſacrum cingulum reliquit, Regi teſtatus, profeſſionis ſuæ ritibus atque inſtitutis, haud minimam ſanctimoniæ partem, horrido in illo fune conſiſtere. Vt Goam peruenit, abſente per id tempus Prætore, nihil decidi ſuper tanta re potuit: ita infecto negotio, protinùs, vti receperat, in Cambaiam reuertit. Quæ res, tanta admiratione Regem affecit, purpuratoſque, vt confeſtim, ſine vllo pretio, quin etiam ornatos lautoſque Luſitanos benignè dimiſerint. Neque id modò Laurerij virtus & ſanctitas conſecuta eſt; verùm etiam apud illas nationes, non parua cum vtilitate egregiam probitatis exiſtimationem & famam nomini Luſitanico peperit: ſanè, quàm egregio documento, non ſolùm ad conſcientiæ fructum, & officij religionem, ſed etiam ad opes & gloriam, conſtantia promiſſorum, & fide, nihil in rebus humanis eſſe præſtantius.* Hæc ille. In Euangelio diſſeminando adhuc laborabat B. Laurerius, ad Bazainum Cambaiæ vrbem, circa ann. 1551. ipſo Maffeio teſte lib. 15. poſt med. Vide Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 47.

B. Didaci Millani, Confeſſ. [i]] Oriundus erat ex §. 11.
Villa-noua de Scapha fracta: vir orationis continuæ, auſteritatis & pœnitentiæ non vulgaris, ciliciis aſperrimis, & ieiuniis in pane & aqua, carnem ſuam edomabat, ſæpè ad orationem rapiebatur in extaſim: pius & benignus in omnes. Sanctiſſimè hac die obiit, ann. 1594. Alconchelij, cùm eſſet illius loci Conuentus (qui eſt 14. Prouinc. S. Gabrielis) Guardianus, vbi multis miraculis floruit. Vide Daçam 4. part. Chron. Min. lib. 4. cap. 23.

B. Eliſabeth, Virg. [k]] Diſcipula & imitatrix B. Ma- §. 12.
riæ à *Luna*, Virginis, Fundatricis Monaſterij S. Claræ Montilliæ, de qua 14. April. ſup. Quare haud mirum eſt ſi ad talem perfectionis gradum peruenerit. *Cuius* (inquit Gonzaga part. 3. ſup. in prædicto Monaſterio, quod eſt 16. Prouinciæ Granatenſ.) *pietatem imitata ſoror, Eliſabeth à ſancto Iacobo, tantoperè in omni virtute profecit: vt precata Deum, quatenus dolorem, quem ex vulneribus Chriſtus Dominus, pro mundi redemptione, in Cruce perpeti dignatus fuerat, ſe experiri faceret: vlcus ſub altera mamilla, quoad ſibi vita comes fuit, non abſque ingenti dolore pati: &*

Cuſtodis

Digitized by Google

Cuſtodis Angeli præſentia, antequam ex hac vita migraret, ex diuina diſpenſatione dignari meruerit. Eadem confirmant Barezzus ſup. lib. 1. cap. 20. & Valerius ſup. cap. 2. lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. Floruit ad ann. 1510. & ſanctiſſimè obdormiuit, ſepulta in eodem Monaſterio.

PRIDIE NONAS NOVEMBRIS.

MEdiolani, Sancti [a] Caroli Borrhomæi, Archiepiſcopi & Cardinalis, necnon totius Ordinis Fratrum Minorum Protectoris: qui illuſtriſſimo natus genere, gregem ſibi commiſſum, mira Paſtorali ſollicitudine rexit, & ob præclara ipſius miracula, à Paulo V. Pontifice maximo, in Sanctorum numerum eſt relatus. Arimini, Beati [b] Ioannis Barroti, Confeſſoris: miraculis clari. Vallis in Iſtria, Beati [c] Iuliani, Confeſſoris: vitę ſanctitate celebris. Piſis in Tuſcia, Beati [d] Bartholomæi Piſani, Confeſſoris, & Doctoris eximij: qui paupertate, oratione, & abſtinentia ſpectabilis, gloria etiam miraculorum inſigniter refulſit. In Monaſterio Arcellæ, propè Patauium, Beatę [e] Helenæ Paduanę, Virginis: quæ nobili genere nata, admirabilis patientiæ ſpecimen dedit, ac dono curationum multipliciter eluxit.

NOVEMBRIS IV.

§. 1. B*Eati Caroli Borrhomæi, Archiepiſcop.* a] Fuiſſe 25. totius Religionis Seraphicæ Cardinalem Protectorem, ſcribit Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de Protectorib. Ordin. Minor. ponit eum 16. Toſſinianus ibid. lib. 2. hiſtor. Seraph. Obiit ann. 1584. die 3. Nouembris, anno verò 1610. canonizatur à Paulo V. Papa, qui diem feſti illius indixit 4. Nouembris: quem ritum noſtra Prouincia S. Dionyſij in Francia poſtea ſuſcepit, vt conſtat ex ſtatutis eiuſdem Prouinc. à R. P. Carolo *Rapinæo*, in lucem editis ann. 1629. cap. 2. art. 1. Vitam eius deſcripſerunt Auguſtinus Valerius Epiſcopus Cardinalis Veronenſ. Carolus Baſcapa, Epiſcopus Nouarienſ. Ioannes Franciſcus, Vercellenſ. Epiſcopus: Petrus Stupanus, Theologus: Carolus à Baſilica: Petrus Guiſſanus, &c. Franciſcus Panigarolla, Aſtenſ. Epiſcopus, duas Conciones de eo ad populum habuit, & multi alij.

§. 2. *Beati Ioannis Barroti, Confeſſ.* b] *Barroncius, Barrotus*, ſeu *Bartholus* cognominatur: iacet Arimini miraculis glorioſus. Memoratur à Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Bononienſ. ſanctitat. illuſtrib. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1292. §. 24. & tom. 3. ad ann. 1305. §. 3. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Toſſiniano lib. 2. in Cuſtodia Foroliuienſi.

§. 3. *Beati Iuliani, Confeſſ.* c] Huius dies feſtus ſolemniter ibidem colitur: pro vt atteſtantur Piſanus ſup. in Prouinc. Dalmatiæ, & Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1305. §. 4. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 55.

§. 4. *Beati Bartholomæi Piſani, Confeſſ.* d] Oriundus erat, ex *Riuano*, in Tuſcia, filius Albiſij, iuuenis Religionem Seraphicam ingreſſus eſt, in qua piis virtutum exercitiis addictus, ſacrarum ſtudio litterarum maximè incubuit: ita vt Magiſter factus, Theologiam publicè docuerit Bononiæ, Patauij, Piſis, Senis, atque Florentiæ. Verbum Dei prædicauit in præcipuis Italiæ vrbibus, ingenti omnium applauſu. Valdè deuotus ſemper extitit & altiſſimæ paupertatis zelantiſſimus. Viliori habitu ſæpius induebatur, nudis pedibus ſemper incedebat. Ciborum parſimonia delectabatur, ſanctam orationem ſummè colebat, triginta, & eo amplius libris, ſuam Eccleſiæ ſanctæ Dei fidem teſtatam reliquit. Tandem, bonorum operum plenus, & meritis atque annorum numero cumulatus, animam exhalauit in Conuentu Piſano: cuius corpus ſacrum reconditum eſt intra ſepulchrum marmoreum, coram Altari B. Gerardi Panormitani (de quo 27. Decemb.) in Eccleſ. Fratrum Minorum. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 8. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. vbi de Fratrib. Minor. Doctrina illuſtrib. Item parte 3. in Prouinc. Daciæ. Villotus Athenarum Orthodox. Franciſcan. littera B. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Vvadinghus tom. 3. ſup. ad ann. 1343. §. 33. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 7. & ſeq. ac tom. 5. ad an. 1401. quo obiit. Gouſſancourt in Martyrolog. Equit. Meliteuſ. fol. 232. Choppinus lib. 1. Monaſtic. titul. 1. §. 16.

Nunc elucidandum venit, id quod Pleſſæus Mornæus, hæreticus, cauillare eſt auſus de eo, in *Myſterio iniquitatis*: quod impunè edidit aduerſus Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam & Romanam: impietatis & erroris illum redarguens, ex eo quòd librum Conformitatum Seraphici Patris ſancti Franciſci ad vitam Ieſu Chriſti, Redemptoris noſtri, compoſuerit. Eodem vitio laboraſſe volebat Mornæus Archiepiſcopum Florentinum, ſanctum videlicet Antoninum, in eadem conformitate D. Dominici, ad Ieſum Chriſtum deſcribenda: ſed obiectioni huiuſmodi occurrens Reuerendiſſ. Nicolaus Coiffetellus, Maſſilienſ. Epiſcopus, Ordin. Prædicat. alumnus, tanta rationum ſtrenuitate SS. Dominicum, atque Antoninum, vindicauit ab ea falſi ſuſpicione, vt hæretico Pleſſæo perpetua infamia remanſerit: quod latius cernitur in libro ipſius Coiffetelli, pro Reſponſione ac confutatione præfati operis, *Myſterium Iniquitatis* intitulati, pagina 869. & ſeq. ſub Innocent. III. Papa. §. 5.

Partes ſui inſtituti egregiè tutatus eſt Coiffetellus aduerſus hæreticum, ſed parùm æquus viſus eſt in iure alieno: & vtinam, quæ Ordinis Minorum erant, ſiluiſſet, ſeu pertranſiſſet intacta, nobiſque Franciſ- §. 6.

Digitized by Google

canis reliquiſſet tuenda: pro viribus enim certamen iniiſſemus: quibus arma iuſtitiæ, veritatiſque ſcuta, nullatenus deſunt, ſicut & nunc perſpicuè videre licebit, quo in campum deſcendere cogimur. Tela viri hæretici nuper vidimus, cùm Conformitates ſancti Franciſci ad Chriſtum Dominum oppugnare niſus eſt: perſpiciamus repulſam à Coiffetello, ferienti illatam. *Quo ad librum Conformitatum ſancti Franciſci cum Chriſto Ieſu: eum Eccleſia Romana nuſquam approbauit: opus eſt viri particularis: qui nimio inconſiderateque zelo erga ſuum Patriarcham ductus: parui iudicij haud immeritò argui poteſt: dùm cupiens in eius laudibus enarrandis vltra modum dilatari, verba eructauit, quæ certè in prauum ſenſum poſſint deduci. Patres autem huiuſce Ordinis, qui id opus in ſuo Capitulo Generali approbarunt, nuſquam ſibi perſuadebant, verba illius ita crudè fore explicanda: & certum promitto, quòd nullus illorum exindè credebat D. Franciſcum Chriſto vel æqualem, aut ſuperiorem eſſe, quamuis inter Beatos cœlites præcellere æſtimaretur ab eis.* Hæc ille pag. 870.

§. 7. Quantum ad primum, fateor equidem librum Conformitatum D. Franciſci ad Chriſtum, haud fuiſſe ab Eccleſia Romana approbatum, ſi ſtrictè & præcisè intelligatur: non enim à Sede Apoſtolica ille liber propoſitus eſt tanquam Regula fidei noſtræ: licet nil contra ipſam fidem contineat, ſed hoc illi commune eſt cum cæteris omnibus, qui paſſim vſque nunc vbique circumferuntur, approbati à Doctoribus Catholicis. Secundò, fuiſſe opus viri particularis, concedimus: ſed viri Religioſiſſimi, atque doctiſſimi, ſanctitate vitæ, & gloria miraculorum illuſtris: qui impunè arguitur, ex eo quòd inſtitutorem ſui Ordinis, ſanctum Franciſcum, miris, ſed veris laudibus, extulerit: nil enim de eo dixit, aut ſcripſit: quod ſanctus Antoninus (quem meritò defendit ipſe *Coiffetellus*) non fuerit effatus de ſancto Dominico, pro vt intuenti patebit.

§. 8. Ipſe etenim B. Bartholomæus Piſanus, reddens rationem cur hunc librum in lucem ediderit, ita ſcribit in Prologo primo, poſt medium, verſus fin. *Quod opus de Conformitate vitæ Patris noſtri Beati Franciſci, ad vitam Domini Ieſu, noſtri Redemptoris, cenſui appellandum: vbi per conformitates vitæ B. Franciſci ad Chriſti vitam diſcurrendo, iuxta quod poſſibile eſt, mortalem hominem Chriſto Ieſu conformari, niſus ſum conformem depromere.* Item in 1. & 2. Prologo, non ſolum vocat D. Franciſc. ſectatorem, imitatoremque Apoſtolorum in ea conformitate ad Chriſtum: ſed & Prolog. 2. circa fin. addit, quòd propterea D. Franciſcus, *Apud ipſum Regem Chriſtum in gloria eſt Sanctorum, id eſt, præ alijs ſanctis, Virgine Beata, & Apoſtolis exceptis.* Eadem repetit lib. 3. Conformitat. fruct. 3. parte 2. fol. 307. Quid his verbis clarius? quid veriùs? vt proindè cunctis ſit manifeſtum D. Franciſcum, haud Chriſto coæquari, vel ſuperiorem eſſe: ſed Deiparæ & Apoſtolis inferiorem eſſe etiam in cœlis: vbi pro meritis datur locus retributionis & beatitudinis. Non igitur ita carpendus erat B. Bartholomæus: ſi Conformitatum liber viris hæreticis ita diſplicieret: quibus nec ſacra Scriptura, nec Patrum Orthodoxorum fides, aut Concilia Oecumenica arrident. Conſulendus, legenduſque erat ipſe B. Bartholomæus à Coiffetello, antequam virga cenſoria ſic mulctaretur. Vide ſup. in noſtro Prologo & Auguſt. 31. §. 6.

Beata Helena Paduana. [e]] Maximis virtutibus hæc ipſa fulgens, iacet Patauij plurimis miraculis exornata: cuius mentionem facit B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. vbi de Ordine S. Claræ Virg. agit, his verbis: *Fuit etiam alia in iſto Ordine ſoror ſancta Helena de Padua: quæ fuit Monialis in Monaſterio exteriori de Arcella, quod Monaſterium B. Franciſcus ædificauit; & in dicto Monaſterio S. Antonius noſter Deo ſpiritum reddidit. In dicto Monaſterio fuit ſoror & Monialis prædicta: quæ maximis florens virtutibus, à Domino, velut aurum per patientiam, fuit comprobata. Iacuit enim priuata omni virtute corporis & linguæ, benè per annos 16. quæ geſtu corporis, & ſignis, maximam in talibus præbebat hilaritatem. Huic Deus multa reuelauit, quæ ipſa ſororibus enarrauit, & ea ſcripta Paduæ habentur: quæ, dùm eſſent in eodem loco, vidi. Verùm cùm petijſſem à Sororibus, quomodo illa ſine lingua potuit reuelare? Reſponderunt Sorores, quòd hactenus ob ſilentium obſeruandum, non lingua, ſed nutibus loquebantur: & talibus nutibus & ſignis, omnia exprimebant, quæ loqui volebant, & ſic faciebat prædicta ſoror Beata. Huius corpus oſtendunt ſorores integrum venientibus illuc, cùm tamen ſit longum tempus, quòd mortua eſt. Et quod maius eſt, ita ſibi creſcunt capilli & vngues, ac ſi viueret: vnde tondent ſorores prædictæ, & præ deuotione largiuntur petentibus. Ipſa multis claruit & claret miraculis. Ipſa enim quendam nobilem Marchionem de Lupis, de Parma, Dominum Bonifacium, in articulo mortis poſitum (emiſſo voto ab eius vxore pro eo) ad ſanitatem perfectam reduxit, & plura alia miracula fecit.* Eadem prorſus refert Marcus Vlyſſiponenſis part. 1. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 41. Gonzaga part. 1. ſup. vbi de BB. Monialibus Ordinis S. Claræ Virginis. Toſſinianus ſup. in ea. Scardeonius lib. 2. Hiſtor. Patauin. claſſ. 6. Portinarius lib. 9. fœlicitat. Paduan. cap. 29. Wadinghus tom. 1. ſup. ann. 1242. §. 4. 5. 6. 7. quo obiit. Salazar lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 20. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad annum 1230. §. 20. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minorum, lib 2. cap. 9. Godenus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 11. ad ann. 1230. Balinghen. in Calendario Virgin. Mariæ, hac die. Thielmanſ. tomo ſecundo, Vitarum SS. Seraphic. Ordin. §. 9.

NONIS

Digitized by Google

NONIS NOVEMBRIS.

ERfordiæ in Turingia, Beati [a] Benedicti, Confeſſoris: ſanctitate celebris. Meſuracæ, in Calabria, Beati [b] Franciſcià Cropanio, Confeſſoris, Concionatoris eximij: qui multarum meritis virtutum exornatus, ſancto fine quieuit. Tullæ in India Occidentali, Beati [c] Petri de Caſtello, Confeſſoris: qui zelo ſalutis animarum, Mexicum traiiciens, plurimos Indos conuertit ad Chriſtum, & patientia, paupertate, humilitate, orationeque clarus, obdormiuit in Domino. Caprariæ in territorio Segobienſi, Beati [d] Ioannis Leganezij, Confeſſoris: miraculis glorioſi. Grinionij in territorio Toletano, Beatæ [e] Franciſcæ à ſancta Anna, Abbatiſſæ, Virginis, ex Tertio Ordine Seraphici Patris Franciſci: pietate, prudentia, humilitate, atque abſtinentia inſignis.

NOVEMBRIS V.

§. 1. BEati Benedicti, Confeſſoris. [a]] Fuit hic B. Mariæ Virginis deuotiſſimus atque ſtudioſiſſimus: floruit circa annum 1365. Eius meminerunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Saxoniæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 29. Gonzaga Orig. Seraphic. Relig. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Item part. 3. in Prouinc. Saxoniæ S. Crucis. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraph. in eo. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1249. §. 9. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 2. *Beati Franciſci à Cropanio, Confeſſoris.* [b]] Claruit ſub anno 1495. obiitque Meſuracæ, apud Conuentum S. Mariæ de Gratiis, qui eſt 5. Prouinciæ Calabriæ: cuius ſacrum corpus poſt octennium exhumatum, repertum eſt omninò incorruptum, & ita recens, ac ſi modò fuiſſet ſepultum: præterea, tantam ex ſe redolebat, ſpirabatque odoris ſuauitatem, vt vix ſufferri poſſet. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. lib. 7. cap. 29. & Wadingho tom. 7. ſup. ad an. 1496. §. 5.

§. 3. *Beati Petri de Caſtello, Confeſſoris.* [c]] Minoriticum induit Religioſiſſimus hic Pater habitum in prouincia Conceptionis, atque ad ſacros Ordines promotus: poſtquam ſe in omni virtutum genere, quàm diligentiſſimè exercuiſſet, ad has regiones, non ex aliqua animi leuitate, ſed ex ardenti charitate ſub an. 1534. de Superiorum facultate ſe tranſtulit. Cúmque non abſque ingenti labore, tum Mexicanum, tum Otomicum, quod ſanè difficillimum eſt, idioma didiciſſet: tot, tantoſque Infideles ad fidem conuertit, vt vix credi poſſet: idque ſanè aduerſa ferè ſemper valetudine, quã & patientiſſimè tulit. Nam licet oculorum vſum ad Tobiæ inſtar amiſiſſet, & grauiſſimis podagræ doloribus conflictaretur: non ſecus ac alter Iob in ſterquilinio, nunquam ea propter aliquid ſtultum contra Deum locutus eſt, immo potius nec temporis tantillum à diuinis laudibus ceſſauit, inquiens: *Dominus intulit, Dominus ita vult: ſit eius nomen benedictum in ſecula.* Hi erant continui huius tanti viri ſermones. Prętereaque quoties ſibi ab huiuſmodi afflictionibus reſpirare concedebatur, nec otio torpebat, nec reficiendo imbecilli corpuſculo vacabat: ſed vel ſacras Indorum confeſſiones excipiens, eos in fide confirmabat: vel aliquid de ſacro Euangelio pro ſuggeſtu proponebat, vel Fratres Indicum idioma, quatenus pauperculis illis adiumento eſſe poſſet, traditis quibuſdam regulis, edocebat. Paupertatem etiam, obedientiam, caſtitatem, atque humilitatem, orationi ferè ſemper intentus, quàm diligentiſſimè excoluit. Quibus denique virtutibus clarus animam ſuo creatori reddidit, ann. 1567. atque præcipui cuiuſdam honoris cauſa, quòd gratiſſimus Deo ab hominibus haberetur, Tullæ in Conuentu S. Ioſephi, ante maioris ſacelli gradus ſepultus fuit. Hæc ex Gonzaga parte 4. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 25. Prouinc. S. Euangelij in India. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 7. Rapinço in hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 374. Mariano lib. 2. cap. 27. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat.

Beati Ioannis, Confeſſoris. [d]] Laicus erat profeſ- §. 4.
ſione, virtute & miraculis inſignis. Sepulturam nactus eſt in Conuentu S. Antonij Caprariæ, qui eſt 7. Prouinciæ Caſtellæ, vti teſtatur, Salazar, lib. 2. Chronic. ipſius Prouinciæ cap. 22.

Beatæ Franciſcæ à Sancta Anna, Abbatiſſ. [e]] Hæc §. 5.
anno 1525. adducta eſt ex Monaſterio Dominæ noſtræ de Planitie Almagrenſi: vt huic cœnobio Annuntiationis Deiparæ Virgin. oppidi Grinionij Toletanæ Diœceſis exordium daret, atque aduentantes ad ſe virgines bonis moribus, Regularibuſque ritibus & cæremoniis imbueret. Iam in Monaſterio S. Ioannis de Pœnitentia Toletano Abbatiſſæ munus laudabiliter exercuerat: egit quoque primam præſentis loci Abbatiſſam, cum notabili fructu ſpirituali animarum. Nam prudentia, charitate, magna pietate, ſumma humilitate, affabilitate, modeſtia, abſtinentia, Monaſtica Obſeruantia, cæteris aliis virtutibus ita elucebat, vt moriendo, ingens ſui deſiderium apud omnes ſorores (quæ ſunt Tertiariæ) reliquerit. Fœlici etenim vitæ ſuæ curſu expleto, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino: ſepultaque eſt apud præfatum Grinionij Monaſterium, quod eſt 13. Prouinc. Caſtellæ: Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzus. Item ſup. lib. 1. cap. 41. Salazar. lib. 7. cap. 22. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 30.

Digitized by Google

OCTAVO IDVS NOVEMBRIS.

IN Inſubria, propè Mediolanum, Commemoratio [a] Plurimorum Beatorum Fratrum: qui, cùm peſtis ſæuiſſima graſſaretur, morbo laborantibus miniſtrantes, libentiſſimè mortem oppetiere: quos velut martyres religioſa piorum fides venerari conſueuit. Mediolani, Beati [b] Seraphini à Caſtillione, Confeſſoris: qui doctrina ac ſanctis moribus præditus, virginitatem perpetuò illæſam ſeruauit, & miraculorumgratia illuxit. In Caſtella, Beati [c] Ioannis à Trinitate, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Areuali, in territorio Abulenſi, Beatæ [d] Aldonzæ Lopetiæ, Virginis, Tertiariæ, Monaſterij ſanctæ Mariæ de Ieſu ibidem extructi, fundatricis, ac primæ Abbatiſſæ: quæ ſingulari prudentia, atque honeſtate pollens, ſanctitate, & ſpiritu prophetico fuit illuſtris. In Hiſpania, Beatæ [e] Eliſabeth ab Oſorio, Virginis.

NOVEMBRIS VI.

§. 1. COmmemoratio *Beatorum Fratrum.* [a]] Hæc eadem habentur apud Euſebium lib. 7. hiſtor. Eccleſ. cap. 16. & 17. ex Epiſtola S. Dionyſij Epiſcopi Alexandrini, de illis Preſbyteris ac Clericis, qui tempore Valeriani Imperat. Alexandriæ inſeruiebant peſtiferis: quorum meminit Martyrologium Romanum, 28. Februarij, & Baronius ibidem, in Annotation. & tom. 2. Annal. ſub annum 265. §. 15. Quantùm verò ad noſtros BB. Patres, erant numero viginti, qui ſanctiſſimè obiere, anno primo Guardianatus B. Ladiſlai ab *Hungaria*: Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. quod Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 25. refert ad annum 1445. Animæ autem eorum viſæ ſunt ab eodem B. Ladiſlao, & B. Franciſco *Papienſi*, in cœlum aſcendere, ſerta gloriæ geſtantes in capitibus ſuis. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1445. §. 12.

§. 2. Qua in re aduertendum eſt, ſemel & iterum hanc viſionem fuiſſe oſtenſam ipſi B. Franciſco *Papienſi*, primò, quando Verona Mediolanum venit, vt peſte laborantibus inſeruiret, poſt præfatorum Beatorum Patrum obitum: quorum vltimus erat laicus, quem conſpexit ſingulari gloria fulgentem. Secundò, quando ipſi dubitanti de ſtatu præfati B. Patris Ladiſlai, eadem viſio rurſus apparuit, inter quos primarium locum tenebat ipſe B. Ladiſlaus, maxima præ aliis gloria exornatus: tum ratione dignitatis, quia erat Sacerdos; tum ratione excellentioris meriti. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſi ſup. & lib. 3. cap. 47. Eadem lues peſtifera Lombardiam iterum inuadens, abſtulit è medio RR. Patres, vitæ ſanctimonia, & virtutibus quamplurimis exornatos, F. Ioannem Franciſcum à *Balodio*, Laico Reformato, Placentiæ, in Conuentu S. Mariæ de Campanea, anno 1630. die 4. Septemb. & F. Pacificum à Placentia, Sacerdotem, ibid. ann. eodem, die 6. eiuſdem menſis: ac F. Deſiderium, à Burgo-nouo, Preſbyterum, in Conuentu S. Bernardini Burgi-noui, eodem anno, hac die, 6. Nouemb. ex MSS. monimentis eiuſdem Prouinc. Mediolanenſ. ad me Miſſis.

§ 3. *Beati Seraphini à Caſtillione, Confeſſoris.* [b]] Claruit circa ann. 1460. ſingulari doctrina, ac miris, exquiſitiſque ſuis concionibus, ſed magis Angelica vita, nam & virginitatem perpetuò coluit illibatam, & multa per eum Deus operatus eſt miracula: quapropter naturæ debitum ſoluens, maximo populi concurſu, Mediolani honorificentiſſimè ſepultus eſt intra Capellam S. Bernardini. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 4. cap. 28.

§. 4. *Beati Ioannis, Confeſſ.* [c]] Toletanus erat natione; dictus eſt autem à *Trinitate*, eo quòd prius in Ordine ſanctiſſimæ Trinitatis profeſſionem emiſiſſet. Exinde verò, ſtrictioris paupertatis, ac maioris pœnitentiæ deſiderio flagrans, tranſiit ad prouinciam Fratrum Minorum Diſcalceatorum S. Ioſephi, cum habitu, cilicium ſumpſit ſubtus ad carnem, & amori paupertatis totum ſe dedit. Superioribus ad amuſſim, & prompto animo, parebat, ſinceri que animi ſigna vbique oſtendebat. Prędicatoreuaſit feruentiſſimus, extento palliolo ſuper aquas, fide munitus, flumina pertranſibat ſecurus. Die mortis ſuæ præſcius, viam ſibi parauit in cœlum, circa ann. 1595. Vide Ioannem à ſancta Maria, part. 2. Chronic. prædictæ Prouinciæ, lib. 4. cap. 6. ſub ann. 1590.

§. 5. *Beata Aldonzæ Lopetia, Virg. Abbatiſſ.* [d]] Hæc cuiuſdam viri nobilis, patria Murciani, filia primogenita fuit: quæ liberalitate ac munificentia nobiliorum oppidi Areuali ciuium, ſuffulta, cœpit Monaſterium ſanctæ Mariæ de Ieſu ibidem ædificare, anno Domini 1490. (ſumpto prius Tertiariarum Franciſcanarum habitu) atque temporis decurſu ad optatum finem perduxit. Vt autem, tantæ fundatricis memoria perpetuaretur, voluere Areualenſes, vt huiuſmodi Monaſterium *Aldonzæ* cognomine appellaretur. Vocatur ſiquidem paſſim Hiſpanicè, *Conuento de las Aldonzas*. Nec immeritò ſanè, cùm præmemorata fundatrix eximia ſanctitate, atque prophetico ſpiritu, quo plurima prædixit, prædita fuerit. Præterea nihil illa continentius, nihilque tandem pauperius extitit: & ſingulari quadam prudentia atque honeſtate pollebat. Qua etiam de cauſa, quamplurimis prærogatiuis à Deo cumulari meruit. Mentionem de ea faciunt Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in prædicto Monaſterio, quod eſt 30. Prouinc. Conceptionis in Hiſpania: & Barezzus quarta parte Chronic. Minor. libro ſecundo, capite 54. ad annum Chriſti 1534. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minorum, lib. 4. cap. 30. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1490. §. 40.

§. 6. *Beata Eliſabetha ab Oſorio.* [e]] Erat ſumma honeſtate prædita: cuius meminit Gonzaga 1. part. ſup. in BB. Sororibus Secundi Ordin. Minor. quam tamen

men

Digitized by Google

men Antonius de Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiar. reponit inter BB. Fœminas huiuſce Tertij Ordinis. Eamdem eſſe puto cum B. Eliſabetha Oſoria Virgine Tertiaria, Monaſterij Alcaraſij in territorio Toletano, præfata, quæ floruit circa annum 1550. cuius miranda opera commemorant Blaſius Laghina in ſuo Memoriali, ex Mariano lib. 6. cap. 33. & Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

SEPTIMO IDVS NOVEMBRIS.

Hieroſolymis paſſio Beatorum [a] Duorum Anonymorum, Martyrum. In Saxonia, Beati [b] Iordani, Confeſſoris: qui ob inſignem vitę eius ſanctitatem, primus Thuringiæ Cuſtos inſtitutus eſt. In Monte Caſali, propè Biturgiam in Vmbria, Beatorum [c] quorumdam Fratrum; qui cùm inſignes latrones eſſent, ſed Seraphico Patre D. Franciſco conuerſi fuiſſent, Religione ac vitæ ſanctitate emicuere. Apud San-Seuerinum oppidum in Apulia, Beati [d] Angeli ab Iſchitella, Confeſſoris: qui ſumma perfectione exornatus, miraculis etiam coruſcauit. Hiſpali in Hiſpania, Beati [e] Chriſtophori à Toleto, Confeſſoris: qui doctrina, & verbi Dei prędicatione ſpectabilis, ſancto fine quieuit. Neapoli in Campania, Beati [f] Ioannis-Baptiſtę, Piſaurienſis, Confeſſoris, & Concionatoris eximij: qui Chinenſe Regnum, mirabili vitę ſanctitate, & feruentiſſimis ſuis prędicationibus perluſtratus, multis extitit cauſa ſalutis: tum Reſformatorum Conuentualium Congregationi initium dedit, & poſt multos exantlatos labores, ad ſuperna conſcendit. Alcarazij in territorio Toletano, Beatę [g] Mariæ Ruizię, Virginis, Tertiariæ, Fundatricis Monaſterij ſanctæ Marię Magdalenæ eiuſdem vrbis: quæ virtutibus & meritis cumulata, tranſiit ad ſponſum.

NOVEMBRIS VII.

§. 1. *Beatorum Anonymorum, Martyrum.* [a]] Capucini erant, qui cùm à R. Patre Hieronymo à Monteflorum, Vicario Generali, impetrata facultate, atque Apoſtolica licentia, ad ſacra ſe Hieroſolymorum loca veneranda contuliſſent: atque adorato Domini ſepulchro, pia veneratione reddita, redirent, in Turcas quoſdam incidunt, iuxta vrbem, à quibus primùm fuſtibus cæſi, deinde telis confixi, pro fide Chriſti vitam profuderunt. De iis ſcribit Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad annum 1577. §. 7. quo ad cœlos euolarunt, ex MS. Cod. Hydruntino.

§. 2. *Beati Iordani, Confeſſ.* [b]] Diaconus fuit, de *Tane* vallis Spoletanæ originem ducens: ideoque de *Italia* cognomen ſortitus eſt, eo quòd Italus eſſet natione, vir deuotiſſimus ac pius: qui prius cùm omninò Germaniæ aduerſaretur, poſtea tamen, Dei nutu, placatus, & merito ſanctæ obedientiæ inductus, miſſioni Germanicæ nomen dedit: & B. Cæſario, illius Promotori, fideliſſimus Achates, maximuſque Ordinis Seraphici per Teuthoniam propagandi extitit Coadiutor. Germaniam itaque adiit ann. 1221. qui vnà cum duobus ſociis Abrahamo Hungaro Sacerdote, & Conſtantino, ſeu Conſtantio, Laico; Saliſburgum ablegatus eſt à B. Cæſario, & Archiepiſcopo loci illius acceptiſſimi fuere. Anno verò 1222. promotus eſt ad Sacerdotium B. Iordanus, ex licentia ipſius B. Cæſarij, tunc Miniſtri Prouincialis Germaniæ: moxque Spiræ Guardianus inſtitutus, comitiis Spiræ habitis à B. Alberto Piſano Miniſtro Prouinciali Teuthoniæ, interfuit: illicque Miſſam decantauit, ann. 1223. Tum Guardianus Maguntinus effectus, ab eodem B. Alberto miſſus eſt cum ſeptem aliis Fratribus in Thuringiam: & menſe Nouembri, Erphordiam venerunt, illicque hoſpitium acceperunt ann. 1224. & inde diuagati, Iſenaci, Gotthæ, Northemij, Mulhuſij, &c. domicilia ædificarunt, ann. 1225. ex quibus omnibus locis Cuſtodia erecta eſt, & ipſe B. Iordanus primus Cuſtos Thuringiæ creatus eſt. Aſſiſium inuiſit ann. 1230. & cùm in Germaniam rediiſſet, ſanctitate clarus, deceſſit è vita. Agunt de eo Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouincia Saxoniæ. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis & part. 2. in Prouinc. Saxoniæ. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1219. §. 41. 1221. §. 5. & 6. Item ann. 1222. §. 24. 1223. §. 45. 1225. §. 21. & 22. & 1230. §. 16. & 1249. §. 9. ex Balduino de Brunſwick in hiſtor. MS. Prouinc. Saxoniæ. Non omnium eadem eſt ſententia, quo loco obierit: *Saxonia*: *Manderburgi*, ſeu *Magdeburgi*, vel *Marpurgi*.

Beatorum Quorumdam Fratrum, &c. [c]] Diuerſi ſunt ab aliis, quos Seraphicus Pater D. Franciſcus etiam conuertit ad pœnitentiam: (de quibus 28. Auguſti) ita vt pœnitentiam agentes de facinoribus perpetratis, Ordinem Minorum profeſſi ſint: in quo & ſanctiſſimè vixerunt. Horum meminit B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtr. Prouinciæ S. Franciſci in loco, ſeu Conuentu Montis Caſalis, ad quatuor milliaria à Biturgia. Marcus Vlyſſiponenſ 1. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 88. Wadinghus ſup. tom. 1. ad ann. 1213. §. 27. §. 3.

Beati Angeli ab Iſchitella, Confeſſ. [d]] Sacerdos erat, omni genere virtutum refertus, ac ſummæ perfectionis vir, qui multis præclarus meritis, deceſſit è vita in Conuentu S. Bernardini oppidi S. Seuerini, atque in communi Fratrum Sarcophago, vbi plurima eueniunt miracula, ſepultus eſt. Claruit circa an. Chriſti 1500. Memoratur à Gonzaga 2. part. ſup. in §. 4.

Digitized by Google

præfato Conuentu, qui eſt 9. Prouinc. Sancti Angeli. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 52. ad ann. 1500. Daça ibid. lib. 1. cap. 31. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1453. §. 44.

§. 5. *Beati Chriſtophori à Toleto, Confeſſ.*[e]] Fuit ſtatus ſui zelantiſſimus, Doctus, atque diuini verbi Angelicus præco, necnon vitæ ſanctitate celebris. Obiit Hiſpali, in Conuentu S. Franciſci, ſepultus. Agunt de eo Gonzaga 3. part. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. Bæticæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 25. ſub ann. 1535. Wadinghus tom. 2. ſup. ann. 1260. §. 54.

§. 6. *Beati Ioannis Baptiſtæ, Confeſſoris.*[f]] Italus erat natione, patria Piſaurienſis, Franciſcanum induerat habitum apud Patres Conuentuales; ſed maioris perfectionis deſiderio cùm teneretur, in Hiſpaniam proficiſcitur, illicque inter Patres Diſcalceatos Prouinciæ S. Ioſeph, apud Conuentum S. Bernardini Madriti, Reformationem profeſſus eſt. Vir doctus erat & Concionator egregius, zelo ſalutis animarum plenus: ſibi auſterus ac rigidus, aliis verò benignus, pius, & charitatiuus: quamobrem ab omnibus cœpit amari, & magna in æſtimatione haberi. Propterea B. Petrus Alpharus expeditionem parans in Inſulas Salomonis, & Chinam; omni qua potuit induſtria, procurauit, vt ſibi daretur in ſocium. Diximus ſuperius, ad 2. April. §. 7. quomodo ipſe B. Petrus Alpharus, cum B. Ioanne Baptiſta, Piſaurienſi, & aliis, nauigio, ad præfatum Chinæ Regnum ann. 1579. peruenerit: vbi Machaoam vrbem profecti, illic ædem ſumma fidelium congratulatione extruxerunt, & plurimos ad Chriſtum conuerterunt. Cùm B. Ioannes Baptiſta, huic nouæ habitationi præficitur; educatio nouitiorum, cura infirmorum, labor concionum, ſollicitudo conuerſionis infidelium, &c. ei commiſſa ſunt: quorum onere haud depreſſus, vires animo addidit, cunctiſque difficultatibus ſuperiorem ſemper ſe præbuit. Mirum, quantis tunc virtutibus emicuerit: quotve ſemina virtutum cordibus omnium iniecerit! Frequenter quippe concionabatur, exindè hoſpitale infirmorum inuiſebat, leproſis, & ſanie quantumuis infectis, inſeruiebat, plagas eorum mundabat, lectos ſternebat, cibaria parabat, cameras euerrebat, pro ipſis mendicabat, &c. Nil vile, aut abiectum pro Chriſto, arbitrabatur: omniaque opera ſua tanto cum ſpiritus feruore, pietate, ac ſedulitate perficiebat: vt fidelium, & gentilium animos in admirationem prorſus raperet. Et quod mirabilius eſt, tantis occupatus ipſe exercitiis cùm eſſet, in nullo tamen à præſentia diuina recederet, tum in oratione, tum in contemplatione.

§. 7. Tribulationes & afflictiones illi minimè defuerunt, quas patientiſſimè, & ex corde ſuſtulit. Pœnitentiæ operibus iugiter ſe exercebat: ſolis herbis Sylueſtribus, iiſque crudis, vel ſine ſale coctis, & inſipidis, pro cibo, reficiebatur, & pro habitu, matta veſtiebatur ſtraminea: nuda humo vtebatur ad requiem, nocteſque ducebat inſomnes, orationi, & lachrymis continuis vacans. Factione autem aduerſariorum exagitatus, Machaoam deſeruit, & Malacam profectus eſt: vbi Conuentu extructo, cùm per aliquot tempus illic demoratus eſſet, in Hiſpaniam rediit ad priſtinum Conuentum S. Bernardini Madriti. Poſtea in Italiam ſe contulit, ad Sixtum V. Summum Pontificem, à quo prædicator Apoſtolicus inſtitutus, in præcipuis Italiæ vrbibus conciones habuit. Quo tempore, cogitauit de introducenda Reformatione inter Patres Conuentuales, tum vt ex ea mitterentur Religioſi viri ad Chinenſe Regnum, aliaſque Infidelium prouincias. Piis eius votis fœlix euentus occurrit. Nam & Breue Apoſtolicum ea de re obtinuit, quod ſic incipit: *Muneris ſollicitudo*: & multi in ſuam ſodalitatem conuenientes, initium dederunt huic nouæ Congregationi Patrum Conuentualium Reformatorum; & Conuentus Romæ, Neapoli, Genuæ, &c. ſunt illis extemplò conſtructi. Non multò poſt ſuperſtes vixit B. Ioannes Baptiſta: ſed Neapoli, plenus dierum & bonorum operum, ad Dominum perrexit. Scribunt de eo Gonzaga 4. part. ſupr. in Prouincia S. Gregorij Philippinarum & Chinæ: item in Cuſtodia S. Franciſci de Malaca. Ioannes à S. Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 24. & 28. Wadinghus tom. 4. ſup. ann. 1399. §. 36. ſepultus apud Reſſormatos Conuentuales Monaſterij S. Luciæ: à quo cognominatur *Lucarellus*.

§. 8. *Beatæ Mariæ Ruiziæ, Virginis.*[g]] Cùm hæc honeſtiſſima Virgo, ex ciuitate Alcarazio oriunda, ad perfectionem tenderet, ſpretis nuptiis, Tertiariorum Franciſcanorum habitu indui voluit. Cuius odore virtutum aliæ virgines attractæ in domum quandam intra Alcarazium, ſimul cum illis, Religioſarum more, viuere cœpit: præfatamque domum, ex obtenta ab Innocentio VIII. Papa, cui commendatiſſima extitit, authoritate, an. 1486. in Monaſterij formam transferendam curauit, atque Miniſtro Prouinciæ Carthaginenſ. obedientiam promiſit. Quæ tandem præſago ſpiritu ſui obitus diem prænoſſe meruit: ſicque omni clara virtute, ſanctiſſimè quieuit in Domino. Ita Gonzaga 3. part. ſup. in Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ Alcarazij, quod eſt 8. prædictæ prouinciæ. Illius etiam meminit Marianus lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reſformat. cap. 10. ſed vult eam fuiſſe Monaſterij Villæ-nouæ, in eadem Prouincia, profeſſam. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1486. §. 34. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

SEXTO

Digitized by Google

SEXTO IDVS NOVEMBRIS.

MAſſiliæ; Tranſlatio Sancti[a] Ludouici Epiſcopi Toloſani, tempore Ioannis XXII. Papę. Compluti, Depoſitio Beati[b] Franciſci Ximenezij de Ciſneros, Archiepiſcopi Toletani, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis; eruditione, prudentia & vitæ ſanctimonia, illuſtriſſimi. Coloniæ, Beati[c] Ioannis Dunſij, Scoti, Confeſſoris, propter eminentem ingenij aciem, cognomento Doctoris Subtilis: qui pietate, paupertate, vitæque ſanctitate exornatus, deceſſit è vita. Annoniaci, in territorio Viuarienſi, Beati[d] Guillelmi Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Aſturicę, in Hiſpania Tarraconenſi, Beati[e] Ioannis, Confeſſoris. Princilauiæ in Bohemia, Beati[f] Gerardi: Confeſſoris: ſignis admirandis conſpicui. Aldenardi, in Belgio, Beati[g] Hogeri, Confeſſoris. In Caſtro Milio, Beati[h] Philippi Tudertini, Confeſſoris: ſpiritu prophetico, ac miraculorum gloria celebris. Apud Vaſtum Aymonis in Prouincia ſancti Angeli, Beati[i] Dominici, Confeſſoris. Bellalcazari, in territorio Cordubenſi, Beati[l] Alphonſi à Cruce, Confeſſoris: genere, & virtutibus illuſtriſſimi. Aptæ in Gallia, Beatæ[m] Garſandæ, nobiliſſimæ Matronæ, Tertiariæ.

NOVEMBRIS VIII.

§. 1. T*Ranſlatio Sancti Ludouici, Epiſcopi*[a]] Sciendum in primis hunc Sanctum Antiſtitem, dùm Brincolæ ad mortem decumberet, ſua vltima voluntate mandaſſe, ſe eſſe ſepeliendum Marſiliæ, in Conuentu Fratrum Minorum, quod & factum eſt: ſed non abſq; ſignis & portentis. Nam dùm ſacrum eius corpus Marſiliam duceretur, quamplurimis nobilibus illud comitantibus, apparebant, quaſi lanceæ radioſæ ſuper ipſum corpus de cœlo deſcendentes. Cùm autem perueniſſent ad quandam planitiem propè Marſiliam, cerei extincti, confeſtim ſunt cœleſti lumine accenſi. In Eccleſia igitur Fratrum Minorum ipſo ſic ſolemniter tumulato, Sanctus Epiſcopus, ſuper altare apparuit, indutus Pontificalibus, cum mitra & baculo paſtorali, facto ſigno Crucis, ſicut conſueuerat, populum benedicens: exindéque multa miracula edidit. Ita habent, Breuiarium Fratrum Min. In lection. ad Matutinas diei octauæ. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chron. Minor. lib. 6. cap. 13. B. Bartholomæus Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de prouincia Prouinciæ. D. Antoninus. Ribadeneira, & alij ſup. 19. Auguſt. Porro Conuentus S. Franciſci, vbi tunc nactus eſt ſepulturam, extra muros ciuitatis, propè portam Regiam, miræ erat ſtructuræ: ſed poſt bellum Borbonicum, ne præfatus Conuentus eſſet hoſtibus à refugio, ciues illum demoliti ſunt funditùs, Rege id iubente: & Conuentuales coacti ſunt aliò migrare, ita tamen vt priuilegia, & immunitates remanerent penes Conuentum Patrum Obſeruantinorum intra vrbem, qui ſolus tunc extat. Qua de re vide Gonzagam tertia part. Origin. Seraphic. Religion. in eo Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Sancti Ludouici.

§. 2. Cùm autē ob frequentia miracula, Ioannes XXII. Papa D. Ludouicum Epiſcopum Sanctorum catalogo adſcripſiſſet ann. 1319. die 8. Nouemb. corpus eiuſdem S. Antiſtis, per quatuor Cardinales, tranſlatum eſt in eminentiorem ac digniorem locum, nempè ex medio choro ad maius altare eiuſdem Eccleſiæ, præſentibus pluribus aliis Prælatis; cui ſolemnitati interfuere Robertus Hieruſalem, vtriuſque Siciliæ Rex, illius ſancti Frater, cum conſorte ſua Regina Sancia, & Regina Franciæ, ipſius Sancti nepte, cum pluribus etiam Principibus, Baronibus, nobilibus, & immenſa populi multitudine. In qua Tranſlatione multi ægri ſanati, & alia quamplurima miracula edita: quam ob cauſam huiuſmodi feſtiuitas agitur in toto Ordine Seraphic. ab anno milleſimo trecenteſimo decimo nono De ea agunt Breuiarium Fratrum Minorum in lectionib. Matutinal. ad diem 10. Nouembris. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 7. cap. 32. Surius, Ribadeneira, & alij in vita Sancti Ludouici. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in memoriali Ordinis, ſub 18. Miniſtro Generali: Petrus de Natalibus lib. 7. cap. 7. Rodulphius lib 1. Seraph. Relig. hiſtor. Sedulius ibidem in Annotation. ad cap. 22 vitæ Sancti Ludouici Epiſcopi. Wadinghus tom. 3. ad annum 1319. §. 2. Ferrarius in Catalogo Sanctorum hac die, ex Molano, Maurolico & Galeſio. Friſonus lib. 3. Gall. purpuratæ. pag. 287. poſteà verò in Capitulo generali Brugenſi, Prouinciæ Franciæ, anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto, decretum eſt, quòd huiuſmodi Tranſlatio reponeretur in craſtinum dedicationis Baſilicæ Saluatoris, iuxa Speculum Fratrum Minorum tract. 3. in ordinationib. circa Diuinum Officium, cui aſſentit Ferrarius ſup. ad 10. huiuſce menſis.

Beati Franciſci Ximenezij, Archiepiſcopi.[b]] Toleti Ordini Franciſcano nomen dedit, anno 1477. facta profeſſione ad Caſtanetum, indè ad Salicetum, Patrum noſtrorum Recollectorum, ſe recepit, arctiorem, quietioremque vitam ſpirans: in quibus, vigiliis, orationibus, ieiuniis, corporis macerationi, diuinorum librorum lectioni, atque ſilentio & ſolitudini intentus, ferè ſemper commorabatur: ob cuius præclara virtutum indicia Guardianum mox in vtroque loco egit: quo tempore, adeò in omni ſanctitate, præcipuè verò in ſacris meditationibus, profecit, vt nil cōmune cum hominibus habere videretur. Communis eius cibus, panis abſque pulmento; potus verò ſimplex aqua erat. Religioſos exemplo potius, quàm imperio, in officio continebat. Nam infima quæque miniſteria ſibi vltrò aſſumebat: etiam cùm poſteà Miniſter eſſet Prouincialis. Vnde haud mirum §. 3.

Digitized by Google

eſt, ſi apud omnes Hiſpanos ſic eius fama increuerit, ob vitæ integritatem, & morum ſanctimoniam: vt ad Archiepiſcopatum Toletanum anno 1495. indè ad Cardinalatum, anno 1507. euectus ſit: necnon Hiſpaniarum bis Prorex extiterit. Sancto fine vitam terminauit ann. 1517. Arandæ 5. Idus Nouembris: cuius corpus, ieiuniis, vigiliis, atque curis mirè extenuatum, Complutū delatum, in maiori ſacello eius Eccleſiæ, quæ Collegio S. Ildephonſi adiacet, apud Fratres Minores honorificè ſepultum eſt. Egregia eius facta, geſtáque præclariora Aluarus Gometius octo libris proſecutus eſt, quē Lucas de Montoya ſecutus eſt. Ex quo alij Gonzaga 3. part. ſup. in Conuētu 2. 3. 4. Prouinciæ Caſtellæ. Toſſinianus ſup. lib. 2. in Cardinalibus Franciſcan. Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 8. cap. 45. & 46. Wadinghus tom. 4. ſup. ad annum 1376. §. 20. & tom. 5. anno 1421. §. 19. tom. 7. anno 1495. §. 15. & ſeq. Salazar lib. 5. Prouinciæ Caſtellæ cap. 1. & ſeq. Ciaconius in Iulio 2. Pap. Nomenclator Cardinalium ibid. Marieta lib. 5. hiſtor. Eccleſiaſt. Sanctor. Hiſpaniæ. Ferrarius in Catal. Sanctor. hac die & Balinghen. In Calendario Virg. Mariæ. Cornelius à lapide Commentar. in Eccleſiaſtic. cap. 46. verſu 10. Miræus de Scriptoribus Eccleſ. cap. 534.

§. 4. *Beati Ioannis Dunſij, Confeſſoris.* [c]] Natione Hybernum fuiſſe, patria Dunſium à ciuitate Dunenſi Epiſcopali & familia Scotum: probat R. P. Hugo Cauellus, eximius Theologus totius Ordinis Franciſcani Deffinitor Generalis, ac tandem Archiepiſcopus Armachanus, in vita ipſius B. Ioannis Dunſij, quam præfixit initio operum ſententiar. Doctoris Subtilis, à ſe notis & ſcholiis illuſtratorum: quod latè demonſtrat cap. 1. & 2. ex Richardo Stanhurſto, in deſcriptione Hyberniæ, Richardo Conueo, tract. de Sanctis & litteratis Hybern. Paulo Amaltheo, &c. Sunt alij Summæ authoritatis viri, qui eundem volunt fuiſſe ex Scotia, vel Anglia oriundum: quibus nec rationes deſunt: maneat vnicuique ius ſuum.

§. 5. Hic humanioribus dùm ſtuderet litteris, ſtupidum ſe, & planè hebetem (ſicut reuera fuit) animaduertens, quadam die ſub arbore ſolitaria, Dei miſericordiam pro hebetudine expellenda, & intellectu illuſtrando, lachrymis & ſingultibus implorat: cui ſomno iam correpto, Regina cœli, Mater Dei & hominis Maria, præſciens iuuenem futurum ſui honoris, & immunitatis ab omni peccato actus & Originis propugnatorem acerrimum, apparet, animos addit, pergere ſtudiis ſuadet, ſe ei ſcientiam ab infinita, quam genuit, ſapientia impetratura pollicetur, modò ſibi viciſſim, fideliter inſeruire promittat. Gratias ille gaudens agit, obſequium vouet, expergefactus, virginea apparitione totus lætabundus, ſua ſtudia proſequitur, Dei Matris beneficio illuſtratum ſibi experitur intellectum, promiſſi memor ſuum ſemper B. Virgini exhibet obſequium: creſcentibus in eo ad menſuram doctrinæ, ſanctiſſimæ doctricis deuotione & cultu: ita vt perſpicuum ſit hunc, tam breui annorum curriculo, ſine miraculo, tantam, tamque variam ad omnia ſcibilia ſe extendentem, ſcientiam, acquirere non potuiſſe.

§. 6. Humilitati ſtuduit quàm diligentiſſimè; omnia dicta, & facta huic virtuti, virtutum omnium matri, ita attemperabat, vt nil ei ſaperet, quod ſanctæ humilitatis ſale conditum non eſſet. Tunica vna vili, & repetiata indutus, ſine calceamentis, Apoſtolorum more, incedebat: corpus ſuum ſic caſtigans, & in humilem ſpiritus ſeruitutem redigens. Eundo à Galliis Britanniam maiorem, indéque redeundo, ſuæ ſanctæ profeſſionis non immemor, non in curribus, & equis, ſed in nomine Domini peditando, iter conficiebat: vbi non erat cœnobium, victum, hoſpitium, & tranſitum per Oceanum, amore Dei humiliter emendicabat, in grande meritum ſibi, & aliorum ædificationem: quòd vir Summo Pontificatu dignus (ait Ioannes maior) digito demonſtratus, ob eminentes ſuas virtutes, ſic eleemoſynas quærere non ſit veritus. Scripta eius vbique humilitatem & modeſtiam ſpirant: dùm alta tractat myſteria, ad ſobrietatem vſque ſapit: ſi nonnunquam abſurdiſſimas etiā quorundam opiniones oppugnat, & conuincentibus ſæpè argumentis diſſoluit, ab omni tamen abſtinet cenſura, etiam ſuppreſſo auctoris nomine D. Thomæ, contra quem acrius dimicaſſe putatur, ſemel, aut bis tantum, quod meminerim, in ſuis operibus mentionem facit.

§. 7. De eius obedientia illud eſt memorabile, quod accepto R. P. Generalis Miniſtri mandato, de eundo Pariſiis Coloniam; dùm extra Conuentum Pariſ. vbi tunc tanto omnium applauſu docebat, deambulationis vel recreationis cauſa, ageret; non eſt reuerſus ad Conuentum, vt confratribus valediceret, ſed obedientiæ ſanctæ, quam ſemper cæcam, & promptam exhibuit, vinculum ſentiens, ſtatim iter, quo ipſa dixerit, inchoauit. Quo ad orationem & contemplationem; id exercitium ſibi erat, & altiori modo familiare. Per diem integrum, & aliquando amplius immobilis ſedebat, feriatis ſenſibus, mente alta contemplatone, in diuina myſteria, abſorpta trāſuolabat, irruentia vndique phantaſmata, corporearum ſimilitudinum, mentis puritate ſenſuum functiones non requirente. Ad hanc orationis virtutem ſpectat, quòd non tantum libros, maioreſque Tractatus, ſed breuiſſimas quaſque materias, pia ad Deum prece claudat: Tractatum de principio, etiam ad ſingula capita, deuota mentis in Deum aſcenſione, inchoat; altiſſimo, de primo diuinis perfectionibus, ſeu attributis, ad Deum colloquio, finit: vti patet legenti. Sed neque diuinis caruit apparitionibus: nocte quadam Natiuitatis Dominicæ, dùm altiſſima Incarnationis myſteria contemplatur, dignatus eſt dulciſſimus Ieſus infantili forma, ſeruum ſuum viſitare, eius brachiis inſidere, eumque ſuauiſſimis & repetitis amplexibus conſolari. Quod quidem ſpeciale priuilegium meruit à filio, qui matri ab ineunte ætate ſimiliter ſibi gratioſè apparenti, omne obſequium deuouit, & fideliter adimpleuit, immaculatæ Conceptionis eius validiſſimus propugnator, & cœleſtis Achilles effectus.

§. 8. Coniicitur Minorum Ordinem profeſſum fuiſſe in Anglia, & Oxonij ſtuduiſſe: vbi tandem factus eſt Magiſter, profeſſor, & Scriptor: indè Lutetiam profectus, haud minori honore habetur, & quaſi totius orbis prodigium conſultatur. Fertur enim 24. an. tantum egiſſe, dùm primatiæ Theologiæ Cathedram in vniuerſitate Oxonienſi, olim per orbem celeberrima, regere cœpiſſet: & præter Theologiam, ſacræ Scripturæ perfectam notitiam calluiſſe, Phyſicalia item & Metaphyſicalia: in quibus omnibus ita excelluit, vt omnium Scholæ acclamatione, Philoſophorum & Theologorum princeps meruerit nominari. In Iuriſprudentia & Mathematicalibus fuit verſatiſſimus, denique totius ſcientiæ & ſapientiæ culmē videbatur attigiſſe. Quare Beatus P. Gonſaluus tunc Miniſter Generalis decreuit ann. milleſi-

mo

Digitized by Google

mo treceñteſimo quinto, hunc nondum trigeſimum ætatis annum complentem, in Galliam ablegare, & ad Magiſterium in Alma Vniuerſitate Pariſienſi præſentare: quod & fauſtè ſucceſſit. Nam paulò poſt, Doctoratus inſignia illic ſummo omnium applauſu à ſacra Pariſienſi Theologiæ Facultate ſuſcepit Scotus: qui mox, vt alter Apollo, diſcipulos, ex omni terræ climate ad ſe traxit, fecitque vt nil aliud Theologica Gymnaſia præter Scoti nomen perſonarent; ſibique Beatus quiſque videretur, qui eum coleret Magiſtrum, eoque, vt Mercurio præeunte, Theologiæ abdita ingredi mereretur. Nil erat, tam denſa caligine inuolutum, quod Scoti ingenium, haud potuerit explicare, illuſtrare, & ab aduerſariorum telis ſolidè defendere.

§. 9. Quàm ſtrenuè decertauerit, glorioſéque triumphauerit, in ſuſtinenda Deiparæ immaculata Conceptione; non opus eſt referre: cùm id luce clarius conſtet, & nos aliàs, ſermonem ea de re ex profeſſo, moliamur, Tom. V. *Neuſtria noſtra*: non ſine grauiſſimorum Authorum atteſtatione. In cuius rei monimentum perpetuum cœlitùs operatum, Lutetiæ adhuc proſtat eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis Imago ad valuas Capellæ ſanctæ inferioris Palatij Pariſienſis, ad ipſum olim B. Scotum inclinata miraculosè: dùm antè eam fortè tranſiret, illiuſque opem enixè efflagitaret aduerſus huiuſmodi Antagoniſtas. Ita foderetus in narratione hiſtorica Prouinciæ Burgundiæ, ſeu S. Bonauenturæ, in progreſſu Ordinis S. Franciſci pag. 126. Ferchius in vita Scoti: cap. 5. §. 12. Ioãnes de Incarnatione ibid. Annotat. 3. Wadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad annum 1304. §. 35. Dermitius Thadæi, In Nitela Franciſcana. Brigenus in Apparatu Hiſtorico vitæ Scoti §. 10. §. 7. & Dauid Camerarius de Scotorũ pietate, & SS. Regni Scotiæ lib. 3. cap. 5. hac die Quibus rebus permota ſacra Pariſienſis Theologiæ facultas, noſtri Scoti partes amplexata eſt, veterique decreto exauthorato, ſanciuit legem de ipſa Deiparæ Virginis immaculata Conceptione ſemper deinceps defendenda, nulloque ad Magiſterij gradum promouendo, qui ſe eam defenſurum iureiurando non aſtringeret. Præterea Scotum noſtrum cupiens ſingulari honore decorari, Doctoris *Subtilis* nomine inſigniuit: Quod etiam facultas Colonienſis eidem poſtea acclamauit: ob ingenij ſui præſtantiam, quam illic, æquè ac Lutetiæ, oſtendit, aduerſus præfatæ Dei Genitricis immaculatæ Conceptionis diſſertores. Addam & illud, cùm Coloniam miſſus eſſet: inuenio etenim, primores ciuitatis cum toto Clero, officij cauſa, obuiam ei prodiiſſe, productumque eſſe in vrbem, amplo cum honore, & omnium applauſu. Nec abs re, cùm & ipſe vtriſque vicem longè nobiliorem rependerit. Nam & almam illam Pariſienſem Vniuerſitatem magnoperè illuſtrauit: & Colonienſis Facultatis prima Fundamenta fecit: exindéque ad alias orbis Chriſtiani celebriores Academias, Complutenſ. Salmanticenſ. Conimbricenſ. &c. ſuæ eximiæ doctrinæ radios miſit.

§. 10. Non me latet Cornelium à Lapide, Commentar. in Epiſtol. ad Epheſios cap. 4. verſu 13. & Petrum à S. Romualdo, in Theſauro Chronologico. tom. 2. ad ann. 34. eum errorem, noſtro Doctori tribuiſſe: *Quòd omnes in virili ſexu reſurgerent, præter B. Virginem Deiparam*; Quem Patres damnant. At ſi præfati Authores nouiſſent diſtinguere inter Additionem, & Textum; exactiùs ſanè omnia examinare debuiſſent: ne talem Doctorem ſic præproperè & falsò accuſarent: prout meritò obſeruat Reuerendiſſimus & eruditus Armachanus Archiepiſcopus, in ſcholiis ad 2. Sententiar. Scoti, diſtinct. 20. Quæſtion. 2.

Itaque, poſt immenſos labores exantlatos, Oxonij in Anglia, Pariſiis in Gallia, Coloniæ in Belgio, cum magna ſanctitatis opinione, ſummoque doctrinæ parto honore, in flore ſuæ ætatis, annum agens 34. obdormiuit in Domino; & apud Minores Colonienſes, in medio chori, ad aram maiorem, æneo tumulo conditus, die 8. Nouemb. ann. 1308. non autem ann. 1302. vt perperam ſcribit Sylueſter Marulus lib. 4. hiſtor. ſacrar. Relig. Eximias eius virtutes, ac præclara Opera, Scripta, Elogia, Epitaphia, & Encomia, Authores penè innumeri referunt. Vita ipſius deſcripta eſt à Petro Catepolio; Guillelmo *Rays*, ante Commentar. in 4. ſentent. Hugone Cauello ſup. Bartoluccio; & cæt. Mauritius de Porta, ſeu de Portu, Hybernus, Archiepiſcopus Tuanenſis, poſtillauit totam vitam, ac doctrinam B. Ioannis Scoti. Præterea Apologias edidere in defenſionem Scoti, Ioannes Stommelius in oratione Coloniæ habita. Poſſeuinus in ſuo Apparatu, vbi de Scoto agit. Toſſinianus, Cauellus, & Willotus, ſupra. Michael Hoyerus in oratione Encomiſtica. De ſanctitate diuinaque ſapientia Ioannis *Dunſi* Scoti. Dauid Camerarius lib. 5. de pietate Scotor. hac die. Georgius Heruuartus, in Mantiſſa Bauariæ. Iacobus Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 13 de ſcriptor. Eccleſ. & Matthæus Ferchius in correptione Scotica an. 1620. quibus Iouij, Sixti Senenſis, Bzouij, &c. conuitia egregiè refutantur. Scio Henricum 8. Angliæ Regem; ab Eccleſia Catholica deficientẽ, & ſchiſmate laborantem, Scoti lecturam grauiſſimis ſub pœnis prohibuiſſe, eiuſque ſcripta intra feretrum concluſa iuſſiſſe per Londinum circumgeſtanda, ac poſtea in ignem proiicienda, id factum irriſoriè vocantem, *Scoti exequias*, teſte Florimundo Ræmundo. lib. 6. de ortu progreſſu, & occaſu Hæreſ. cap. 6. §. 3. quod tamen ipſi Regi haud impunè ceſſit. §. 11.

Porrò qui de eo latius egerunt, noſcuntur: Guillelmus Vvorillon. in Epilogo ad 4. ſentent, item in 2. ſent. diſt. 44. quæſt. 1. Sanctus Bernardinus Senenſis tom. 4. ſerm. 1. inter extraordinar. D. Bernardinus de Buſtis in officio immaculat. Conception. Virgin. Lection. 4. diei. Beatus Bartholomæus Piſanus libro primo conformit. fruct. 8. part. 2. in catalog. ſcriptor. Franciſcan. item fruct. 11. part. 2. in Prouincia Franciæ, vb de Conuentu Pariſienſ. & in Prouincia Angliæ verſus fin. & in Prouincia Coloniæ, circa initium. Toſſinianus lib. 3. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. vbi de ſcriptor. Franciſcan. & in Conuentu Pariſienſ. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic Minor. lib. 7. cap. 3. Sabellicus lib. 7. cap. 4. Theodorus Zuingerus in Theatro vitæ human. tom. 1. lib. 3. Hartmannus Schedel. in hiſtor. Vniuerſal. ætat. 6. Trithemius, & Bellarminus de Scriptor. Eccleſ. Hector Boetius lib. 15. hiſtor. Scot. Ioannes Leſleus ibid. pag. 7. & lib. 7. in Reg. 97. ſub. fin. Volaterranus in Antropologia cap. 21. Ioannes maior. in 4. ſentent. diſt. 38. quæſt. 11. Philippus Bergomas in Supplement. Chronic. lib. 13. ad ann. 1298. Sanctus Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 8. §. 2. cap. 9. §. 12. Sixtus Senenſ. lib. 4. Biblioth. ſanctæ. Iulius Burgo, Patauinus, in fronte Indicis, ſeu Maris magni Scoticæ ſubtilitatis, Ciaconus in Clement. V. Pap. Rebolledus 2. part. Chron. lib. 3. Paulinus Berti, in epiſtola liminari ad opera Scoti. Hieronymus Ferrarienſis, in locis communibus Scoti: & ex §. 12.

Digitized by Google

eo Paſcalinus Regiſelmus in epiſtola antè opera præfati Ferrarienſ. Ioannes Rioche in Compendio temporum lib. 4. cap. 84. Genebrardus lib. quarto chronograph. in Clemente quinto. Brulius lib. 2. Antiquitat. Pariſ. pag. 524. Spondanus in Auctario chronolog. ad Annal. Baronij ann. 1297. & 1308. Lezana in Apologet. pro immaculata Concept. Virg, cap. 15. Pineda in ſuis Aduertentiis ad priuilegium D. Ioannis Arragon. Reg. pro immaculata Conception. Virg. Epiſcopus Oſmenſis in approbatione libri D. Luceri de eadem immaculata Conceptione. Iacobus Granado tract. de immaculat. Concept. diſp. 3. cap. 14. Salazar. ibid. lib. 1. cap. 3. & 42. &c. Ægidius de Præſentatione ibid. lib. 3. quæſt. 6. art. 4. §. 3. Petrus Oieda ibid. in ſua informatione fol. 62. Pelbartus lib. 4. ſtellarij part. 1. art. 3. Cucarus in Elucidario Virg. part. 2. Willotus in Athenis orthodox. Franciſcan. verb. *Ioannes Dunſ.* Prateolus tom. 2. Chronic. Eccleſ. ad annum 1308. ſæcul. 13. Iacobus Gordonius in chronolog. ibidem. Firmamentum trium Ordinum Franciſcan. 1. part de vir. illuſt. Miræus in Chronic. ad annum 1380. Pitſeus de ſcriptor. Angl. Gneſnerus in Bibliotheca. Nigronus in Commentar. ad Regul. 15. commun. ſocietat. Ieſu §. 10. Nider lib. 1. Formicatij cap. 10. Wadinghus tom. 3. Annal. Min. ann. 1304. §. 16. & 1380. §. 9. Pepinus de imitatione Sanctor. ſermon. de S. Ioãne Euangeliſt. poſt init. Et de S. Antonio Paduano. Corbinus lib. 8. S. Franciad. pag. 164. Andræas Sauſſayus in hiſtor. chronolog. Conflictus Euchariſtici. cap. 14. §. 1. in catalog. Patrum. Spinellus de Laudibus Deipar. Virg. cap. 35. §. 9. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. Dei lib. 6. cap. 4. §. 5. & lib. 8. cap. 10. Rocquezius in ſpeculo æternitat. ætate. 6. mundi fol. 101. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 12. ad ann. 1297. & ſæcul. 13. ad ann. 1304. Balinghen. ſub. hac die: & Dauid Camerarius lib. 1. de ſtatu hominis, in SS. Scotiæ. Ead. die. Miræus in Auctario de Scriptor. Eccleſ. cap. 408. Eiſengrenius in catalogo Teſtium veritatis. Ioannes Rotomagæus oration. de Laudibus Sorbonæ. Ludouicus de Manganellis Apolla, lib. 1. ſententiar. Paulinus Sueuinus lib. 1. Comment. in Sentent. Antonius Andræas Commentar. in 12. Metaphiſic. ſub finem.

§. 13. *Beati Guillelmi*, *Confeſſ.* [d]] Vitæ ſanctitate & ſignis claruit *Amontaci*, ſeu *Annomaci*, vel *Annoniaci*, *Annonay*, lingua Gallica. Memoratur à Piſano lib. 1. ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Burgundiæ Gonzaga ſup. part 1. in Beatis viris huiuſce Ordi. Wadingho tom. 2. ſup. ad an. 1287. §. 15. tom. 4. ad ann. 1400. §. 40. ex Mariano & Picqueto in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Fodereto in Deſcriptione Conuentus Viennenſ. pag. 357.

§. 14. *Beati Ioannis*, *Confeſſoris.* [e]] Illuſtris admodùm fuit, & vita mirabilis. Illius meminere Piſanus ſup. in Prouinc. ſancti Iacobi. Gonzaga ſup. Wadinghus tom. 1. ad ann. 1249. §. 7. & tom. 2. ſup. ann. 1272. §. 25. hic Sacerdos erat, ad differentiam alterius B. Ioannis *Laici*, ibidem quieſcentis: de quo 15. Nouembris. Wadinghus ſup. Picquetus ſup. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Legionenſi.

§. 15. *Beati Gerardi*, *Confeſſoris.* [f]] Vir extitit deuotiſſimus, *Primiſlania*, ſeu *Princilania* ſepultus: vbi miraculis claret. Vide Piſanum ſup. in Prouincia Bohemiæ, Gonzagam, Vvadinghum infra, & Picquetum, ac Toſſinianum ſup. in Cuſtodia Gremenſi.

§. 16. *Beati Hogeri*, *Confeſſoris.* [g]] *Hogerus*, *Hoggerius*, & *Ogerus* dictus eſt, ſaxo natione, ſanctitate conſpicuus: cuius corpus. *Ardenaci.* ſeu *Ardenardi*, ſed moliùs *Aldenardi*, ad ripam Scaldis fluminis, in Belgio iacet. Ita Piſanus ſup. prouinc. Colonienſ. Gonzaga, Vvadinghus tom. 1. ſup. ad an. 1249. §. 9. Piquetus ſup. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Treuirenſi.

Beati Philippi Tudertini, *Confeſſoris.* [h]] Laicus §. 17.
erat profeſſione, B. Paulutij *de Trincis* diſcipulus & ſocius, prouinciæ S. Franciſci alumnus: Virtute obedientiæ & humilitatis atque patientiæ maximè eluxit: miracula etiam plurima ante & poſt obitum operatus eſt, necnon & ſpiritu prophetico futura prædixit. Milij obiit ac ſepultus eſt, in Picœno 1418. cuius corpus quolibet anno, Dominica 1. poſt Paſcha, populo illic copioſè conuenienti oſtenditur, ſummaque veneratione colitur. Teſte Marco Vlyſſiponenſi ſup. part. 3. lib. 4. cap. 30. & 31. ſub ann. Chriſti 1460. Mariano lib. 4. cap. 10. Vvadingho tom. 5. ſup. an. 1418. §. 5. & 6. Toſſinianus lib. 1. fol. 128 poſt Chronica antiqua.

Beati Dominici Confeſſoris. [i]] Cognominabatur à §. 18.
Caſtellione Florentino, vir charitate plenus, profeſſione laicus, officio infirmarius: cuius anima viſa eſt à quamplurimis pueris in cœlum ab Angelis deportari. Agit de eo idem Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 4. cap. 32. ad ann. 1461. & lib. 5. cap. 37. ann. 1470. & lib. 6. cap. 38. ann. 1482. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1471. §. 36. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 15. quo obiit. In prouincia S. Angeli, in Conuentu S. Onuphrij, apud Vaſtum Aymonis, ex Mariano lib. 5. cap. 33.

Beati Alphonſi à Cruce, *Confeſſoris.* [l]] Vocabatur an- §. 19.
teà Alphonſus à *Soto Maiore*, B. Patris Ioannis à Popula, vulgò, *de la Puebla*: (de quo 6. Octob.) ex Fratre Nepos, Bellalcazarenſium Comes; qui vt primùm matrimonij legibus & vinculo, per chariſſimæ vxoris mortem ſolutus fuit, mundo eiuſque pompis valedicto, ſpretaq; Comitatus dignitate, pauperculis Franciſcanis Reformatis, ſub nomine Alphonſi *à Cruce*, in Cuſtodia, nunc prouincia Angelorum adiungi voluit: cuius ſanè humilitas, in ſeipſum rigor, atque ſuimet contemptus, cum cæteris virtutibus coniunctus, incredibiles fuere. Ita Gonzaga ſup. part. 3. in Conuentu SS. Martyrum Berardi, & ſociorum Bellalcazaris, qui eſt 2. prædictæ prouinc. Rapinæus hiſtor. general. orig. Recollector. decad. 1. part. 1. §. 6. Marianus lib. 1. chron. Reformat. cap. 2. Daça 4. part. chronic. Minor. lib. 1. cap. 42. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1474. §. 30.

Beata Garſenda, *nobiliſſima matrona.* [m]] Piiſſi- §. 20.
ma extitit hæc D. Fœmina: genere, & amicitia, virtuteque coniuncta SS. Elzeario & Delphinæ: (de quibus 27. Septemb. & 26. Nouemb.) quos præceſſit ad coronam. Huius elogium paucis complectitur ab Auctore vitæ, eiuſdẽ S. Elzearij, quam recitat Surius tom. 5. vbi cap. 26. hæc ſcribuntur. *Non diu poſt S. Garſenda, plena operibus bonis, migrauit ad Dominum, ſicut optarat: ad cuius obitum & ſepulturam B. Elzearius cum Delphina virgine præſens fuit. Apparuit autem illis poſt mortem in habitu ſplendido, atque elegantiſſimo, multa gloria illuſtris, alteri dormienti, alteri vigilanti: eoſque de ſua beatitudine certiores reddidit, atque ſpiritali conſolatione affecit, quemadmodum expreſſiùs habet hiſtoria B. Delphinæ. Corpus eius humatum eſt apud Aptam, in Eccleſia Fratrum Franciſcanorum, iuxta tumulum Beatorum Comitum, Elzearij & Delphinæ; in Sancti Franciſci habitu; cuius Tertium Ordinem, ſiue Regulam am-*

plexa

plexa fuerat, ſicut etiam Elexarius & Delphina. De ea ibid. Sedulius, in Commentar. ad vitam iſtam: latiùs autem M. I. Raphael, Dominicanus, in Antiqua Legenda S. Elzearij; quæ extat apud Bibliothecam Regiam Lutetianam: in qua cap. 10. part. 1: mors eius refertur. Porrò, hiſtoria B. Delphinæ Virginis citata à Surio, ipſa eſt, quam idem Raphael, poſt vitam S. Elzearij, luculenter deſcribit. Denique Beatæ Garſendæ meminerunt, quotquot geſta Sancti Elzearij pleniore ſtylo ediderunt. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiarior.

QVINTO IDVS NOVEMBRIS.

IVſtinopoli in Iſtria, Beati [a] Monaldi, Confeſſoris: ſingulari ſcientia & vitæ ſanctitate celebris. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Pagani Tornielli, Tertiarij, Confeſſoris: qui humilitate, patientia & charitate excelluit. Apud Theatem Marrucinorum oppidum in Aprutio, Beati [c] Bartholomęi à Fabriano, Confeſſoris, & Doctoris eximij: qui pietate, oratione, & corporis caſtigatione, atque vitæ perfectione, cæteris virtutis norma effectus eſt. San-Geneſij in Picœno, Beati [d] Marini à Sancta Victoria, Confeſſoris: qui Prouinciale munus, ſanctitate & miraculis exornauit. Vbetæ in Bætica Prouincia, Beati [e] Ioannis Garidi, Tertiarij, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Beluiſij, Diœceſis Placentinę, in Hiſpania, Beatę [f] Maldonatę, Viduę, Tertiarię, nobilitate & vita exemplari illuſtris; quę bonorum operum fructibus onerata, & ſpiritu prophetico clara, obdormiuit in Domino.

NOVEMBRIS IX.

§. 1. B*Eati Monaldi Iuſtinopolitani, Confeſſoris* a] Memoratur à Trithemio. *Monaldus* (inquit) *Ordinis Fratrum Minorum, Theologus & Iuriſta eruditiſſimus, ingenio ſubtilis, ſcientia cautus, ſermone ſcholaſticus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis induſtria vir. Edidit pro vtilitate ſimplicium, etiam doctis non ſpernenda opuſcula: quibus & tunc præſentibus & longè poſtea futuris vtiliter prouidit. De quibus ſubiecta feruntur, neceſſaria & pulchra.*

Summa Canonici, lib. 1. Quoniam ignorans, &c.
Quæſtiones Sententiarum. lib. 4.
Sormones varij lib. 1.

Et alia complura: quæ ad notitiam noſtram minimè venere. Hæc ille; à quo Gneſnerus in Bibliotheca, & Eyſengrenius. lib. de ſcriptor. Eccleſ. ad an. 1330. Hic igitur Beatus Monaldus ſcientia & ſanctitate præditus, deceſſit è vita: atque tumulatus eſt Iuſtinopoli, in Conuentu Sanctæ Mariæ de Angelis, nunc ſanctæ Annæ, genitricis Deiparæ, qui eſt primus Prouinciæ Dalmatiæ. Cuius meminerunt Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus Prouinciæ Dalmatiæ, ſanctitate illuſtribus. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 42. & lib. 9. cap. 10. §. 2. ſub. an. 1348. Wadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1305. §. 4. 1314. §. 10. 1332. §. 8. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 55. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Religion. in Beatis viris huiuſce Ordinis: qui ait ipſum è Picœno fuiſſe oriundum: quapropter ſi *Iuſtinopolitanus*, ſeu *Dalmata* nonnunquàm dicitur, hoc ideo fit, quia Iuſtinopoli, in Prouincia Dalmatiæ commoratus, atque conditus iaceat: nam alius eſt à Beato Monaldo *Martyre*: de quo Martij 2. ſup. & à Beato Monaldo *Epiſcopo* de quo 11. Decembr. infra. *Monaldus Dalmata* (inquit Spondanus ad annum milleſimum trecenteſimum trigeſimum ſecundum) *Ordinis Minorum, inſignis Theologus, Martyrio vitam finit.* Sed apertè fallitur, Martyrem & Confeſſorem pro vno vſurpans. Corrigendus Algezira, in Arbore Epilogica Ord. Franciſcan. ipſum B. Monaldum faciens Gradenſem Patriarcham. Similiter hallucinatur Miræus, ſcribens eumdem fuiſſe Beneuentanum Archiepiſcopum, in Auctario de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 421.

§. 2. *B. Pagani, Confeſſoris.* b] Hic in iuuentute, perditis moribus, & propterea à patre, viro nobili, exhæredatus, mox inſigni Religione, rerum humanarum contemptu, vitæque aſperitate, illuſtris euaſit, factus Tertij Ordinis S. Franciſci ſectator. Nam piis peregrinationibus, pauperibus iuuandis, & infirmis curandis, totus addictus: ſola egeſtate diues, miram exercebat erga egenos miſericordiam. Quare vt Beatus, ac vir Diuinus apud omnes coepit audire: tum demùm, Aſſiſij, quo pietatis erga S. Franciſcum ſtudio peregrinationem obiuit, peſte interijt, circa an. 1478. Scribitur, ad auertendam peſtilentiam, an. 1529. altare eius nomini dicaſſe eos, qui ſanitatis curatores erant Nouariæ. Ita. MM. SS. monimenta: & Wadinghus. Tom. 7. ad ann. 1479. §. SS. Carolus, lib. 1. Hiſtor. Nouarienſ.

§. 3. *Beati Bartholomæi à Fabriano, Confeſſoris,* c] Doctor in vtroque Iure extitit, priuſquam habitum Minoriticum aſſumeret. Dùm autem quadam die Beatum Petrum à *Mogliana* concionantem ſumma curioſitate audiret, vt eum, more Criticorum, in aliquo reprehenderet, contrarium diuinitùs accidit: ipſe enim feruentiſſimis viri Dei verbis ita attactus eſt, vt protinùs in lachrymas diffluerit, ſuperioris vitæ deflens inſtitutum. Quare domum reuerſus, requiem nullã, aut pacem, potuit habere, quin Beatum Petrum præfatum adiens, ab eo humiliter petierit, obtinueritque ſuæ Religionis habitum: quo facto, ſic in omni virtutum genere profecit, vt cunctos Fratres in ſtuporem adduceret. Deuotione ac pietate miro modo ardebat, feruebat ad orationē: poſt matutinas, nunquam ſõno indulgebat; ſed orationi perpetuò vacabat: miſſam quotidiè ſingulari pietate dicebat, & verbum Dei in-

Digitized by Google

genti ſpiritus feruore populis annuntiabat, corpus ſuum diriſſimè caſtigabat, diſciplinis, ieiuniis, cilicio, aliiſque pœnitentiæ operibus. Librum copioſiſſimum compoſuit de vita Chriſti, Virginiſque Deiparæ, qui *Pantameron*, intitulatur: pluraque alia edidit opuſcula ſpiritualia. Demùm miſſus Lector in prouinciam S. Bernardini, commoratus eſt apud Conuentum S. Andreæ Theatis; vbi paulò poſt, in ſupremum morbum incidit, & Sacramentis Eccleſiæ deuotiſſimè ſuſceptis, fœliciter exhalauit ſpiritum. Floruit ann. 1500. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 7. cap. 39. ad ann. 1504.

§. 4. *Beati Marini, Confeſſoris.* d] Sacerdos & Concionator cùm eſſet, ex Conuentualium Minorum cœtu ad Capucinos commigrauit: quem Ordinis Monumenta miraculis clarum celebrant. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1576. §. 34. quo obiit ex MS. Prouinciæ Marchiæ. Nec abs re, quandoquidem velut hortulus Domini, tot Euangelicæ perfectionis floribus exornatus fuit, vt omnium in ſeipſo odoramenta virtutum, collegiſſe videretur. Hinc ſæpè ad totius prouinciæ gubernacula vocatus tanta animi prudentia, paupertatis zelo, Regularis obſeruantiæ diſciplina, vitæ auſteritate, orationis ſtudio, manſuetudine, charitate, beneuolentia, fide, religioſum gregem adminiſtrauit: vt velut fœcunda mater, plurima prouinciam illam virtutum prole fœcundauerit.

Beati Ioannis, Confeſſoris. e] Vir fuit eximiæ virtutis, & vitæ ſanctimonia præclarus: qui cùm tertio Ordini nomen dediſſet vſque in finem, fœliciter migrauit ad Dominum, hac die anno 1614. Sepultus Vbetæ, in Conuentu Fratrum Minorum, qui eſt 2. Prouinciæ Granatenſis. Vide Wadinghum tom. 4. ſup. ad ann. 1364. §. 21. §. 5.

Beatæ Maldonatæ, Vidua, Tertiaria. f] Illius præclara facinora latius deſcripſerunt R. P. Ioannes Molez, in Memoriali Prouinciæ S. Gabrielis. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 50. Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 8. poſt Gonzagam part. 3. ſup. in Conuentu S. Franciſci Beluiſij, (qui eſt 4. Prouinciæ S. Gabrielis.) Ita de ea agentem. *Sepulta etiam iacet in eodem loco, venerabilis quædam Matrona, cognomine Maldonata, quæ anno Domini 1535. in Domino obdormiuit. Eius vita, cùm ob plurima, quæ præſago ſpiritu, prædixerat, adeò mirabilis eſſet, vt in ſui ſuſpicionem plurimos adduceret: à Placentino Epiſcopo examinata, integerrima omninò, atque ab omni ſuperſtitione procul inuenta eſt. Quamobrem, non abſque ſanctitatis opinione, ex hac vita diſceſſit.* §. 6.

QVARTO IDVS NOVEMBRIS.

VRbe-Veteri, Beati a Ambroſij à Maſſa, Confeſſoris: qui quanti apud Deum meriti extiterit, crebra miracula per eum edita atteſtantur. Apud Campumbaſſum in Apulia, Beatorum b Fratrum duorum Anonymorum, Confeſſorum. Salmanticæ, Beati c Didaci Lugenſis, Confeſſoris: eximiæ charitatis, orationis, ac contemplationis viri. Conſentię in Calabria, Beati d Angeli Conſentini, Confeſſoris, vitæ ſanctitate conſpicui. Cluſis, in territorio Gebennenſi, Beati e Ludouici à Gebenna, Confeſſoris: gratia miraculorum illuſtris. Palentiæ, Beatæ f Catharinæ Tortolez, Virginis: quę ſingulari virtutum prærogatiua, maximè floruit.

NOVEMBRIS X.

§. 1. BEati Ambroſij à Maſſa, Confeſſoris. a] Vir fuit ſanctiſſimus; qui etſi vſque ad tempus virilis ætatis manſerit in mundo, præſeruatus tamen à ſæcularibus vitiis, Domini complexus eſt cœlibatum. Virilis itaque ætatis portas ingreſſus, laqueos Diaboli ſibi paratos deuitans, omnibus datis pauperibus, & nihil reſeruans, habitum Fratrum Minorum in ſua ſuſcepit ciuitate. Vndè conuerſionis gratiam diuina clementia conſecutus, obedientiæ virtutem anteponens victimis, pro Fratrum neceſſitatibus acquirendis, in frigore & nuditate, in fame & ſiti, iuxta ſanctæ obedientiæ mandatum diſcurrens; ſemetipſum obtulit Domino ſacrificium medullatum, & orationibus frequenter inſiſtens, ſtratum conſcientiæ fuſis lachrymis irrigabat; pane tantum ſæpè contentus & aqua, concupiſcentiæ carnalis incendia temperabat; compaſſionis inſuper viſceribus erga miſeros affluens & infirmos, miniſteria neceſſaria eis libenter impendebat. Non ſolùm autem Fratribus, ſed ſæcularibus ſibi cognitis & ignotis, humanitatis obſequia impendebat: in infirmitatis articulo miſericorditer viſitans decubantes, ac medicamina, quæ vulneribus, vel infirmitatibus conuenirent, officioſa ſedulitate procurans. Humilitatis ſtudio, vilia abiectaque explebat gaudenter officia. Si quando verbo vel facto aliquem turbaſſet, chorda collo appenſa, veniam humiliter poſtulabat; illata libenter ſuſtinens inferentibus indulgebat. Hæc omnia per annos quindecim agens, diuino oraculo edoctus de morte & loco, vni ſocio aperuit, ad Vrbem-veterem perrexit; vbi infirmitate preſſus, terminoque appropinquante vitæ, circa horam matutinalem, vultu præ ſolito exhilaratus, Angelica viſitatione eſt conſolatus. Sepultus eſt in Conuentu Vrbe-Vetano, miraculis in vita & poſt obitum inſignis: quæ miracula authenticè recipienda & probanda Gregorius IX. commiſit, imo mandauit Epiſcopis Vrbe-vetano, & Suannæ ac Priori Sancti Ioannis de Platea, Ordinis ſancti Auguſtini, prout conſtat ex Bulla Apoſtolica: ſub Datum Laterani 6. Idus Iunij, Pontific. ann. 14. incipit, *De Sapientia*, at ipſius Pont. morte præueniente: res in aliud tempus dilata eſt. Nam Innocent. IV. ad pręfatos alias dedit litteras pro huiuſmodi Canoniſatione, incipiùt. *Grata nobis*: ſub Datum Lugduni 4. Nonas Decemb. Pontif. ann. 8 Vide Beatum Bartholomæum Piſanum lib. 1 Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor.

Digitized by Google

Minor. ſanctitat. illuſtr. Prouinc. Roman. Codicem MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcum Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 34. & 35. Gonzagam 1. part. Origin. Seraph. Relig. in BB. viris eiuſdem Ordin. Toſſinianum lib. 1. Seraphic. hiſtor. in eo. Wadinghum tom. 1. Annal. Minor. 1216. §. 21. ann. 1236. §. 5. & ſeq. item tom. 2. ann. 1251. §. 4. & ſeq. Algeziram in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picquetum in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Bzouium ann. 1239. §. 11. 1251. §. 8. Odoricus tom. 13. Annal. Eccleſ. ann. 1240. §. 12. 1250. §. 49.

§. 2. *Beatorum Anonymorum Fratrum.* [b]] Horum capita magna cum veneratione aſſeruantur in ſacrario Conuentus S. Ioannis Campi-Baſſi (vbi ſepulti iacent.) ex quibus, quidam liquor, mannæ ſimillimus, diu emanauit. De eis agit Gonzaga part. 2. ſup. in Præfato Conuentu, qui eſt 6. Prouinc. S. Angeli. Floruerunt poſt ann. 1460.

§. 3. *Beati Didaci à Lugo, Confeſſ.* [c]] Laicus erat profeſſione: mira prorſus charitate, oratione, ac contemplatione ſublimatus: ſæpè enim viſus eſt ſic in Deum raptus, & rerum cœleſtium agnitionem abſorptus: vt ſenſu corporali omninò priuatus remaneret. Obiit ac tumulatus eſt in Conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſis. Illius Meminit Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 9. cap. 49. ad ann. Chriſti 1520.

§. 4. *Beati Angeli Conſentini, Confeſſoris.* [d]] Prouinciæ Calabriæ erat alumnus, hic Religioſiſſimus Frater, atque omni commendatione digniſſimus, qui ſanctitate clarus de[illegible] in Conuentu ſancti Franciſci Conſentiæ: de quo Gonzaga 2. part. ſup. in eo Conuentu (qui eſt 7. prænominatæ Prouinc.) id refert memorabile, loquens de BB. viris Angelo & Zachæo, Conſentinis. *Dùm enim Frater Zachæus in ſepulchro Fratris Angeli corpus, quod ab aliquibus annis tumulatum fuerat, cunctis Fratribus circumſpectantibus, ſummèque admirantibus, retrocedens: corpori Fratris Zacchæi, cui in vita amiciſſimus fuerat, locum dedit.* Eadem teſtantur Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 19. ad annum. 1532. Daça ibidem, libro primo, capite 31. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1399. §. 61.

Beati Ludouici Gebennenſ. Confeſſ. [e]] Pia fidelium deuotione honoratur, ob frequentia ad eius ſepulchrum miracula cœlitùs edita; vti ſcribit Foderetus, in Deſcriptione Prouinciæ Burgund. vbi de Conuentu Cluſarum, pag. 844. §. 5.

B. Catharinæ, Virg. [f]] Claruit ann. 1540. Palentiæ, apud Monaſterium S. Claræ, quod eſt 5. Prouinciæ Conceptionis. Maximis pollebat virtutibus: & ſæpiſſimè in oratione pernoctare aſſueuerat. Scribunt de ea Gonzaga, part. 3. ſup. in eo Monaſterio: Barezzus lib. 3. cap. 42. ad ann. 1544. Valerius lib. 4. de BB. Fœminis Ordin. Minor. cap. 36. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1373. §. 33. §. 6.

TERTIO IDVS NOVEMBRIS.

HIeroſolymis, Paſſio Beatorum [a] Martyrum, Nicolai, Donati, Petri & Stephani, qui ob liberam Chriſti prædicationem, & ſectæ Mahumeticæ impugnationem: primò alapis & pugnis ac fuſtibus cæſi, dehinc in carcere, fame & ſiti macerati, poſtea in plateam ciuitatis deducti, gladiis trucidati ſunt, & in fruſta diſcerpti: quorum reliquiæ tertiò in ignem proiectę, ſed toties illæſæ, atque integræ permanſerunt. Venetiis, Beati [b] Franciſci, cognomento Pauperculi, Confeſſoris: quem gloria miraculorum nunc vſque exornat. Cracouiæ, Beati [d] Staniſlai Corzep, Confeſſoris, doctrina & ſanctis moribus conſpicui. Cabillone in Gallia, Beati [e] Ioannis à Portugallia, Confeſſoris: qui Regia ſtirpe progenitus, humilitate, Angelicaque vita inſigniter refulſit. Mediolani, Beatæ [f] Iacobæ de Chiuatis, Virginis, Abbatiſſæ: vita & virtutibus, celebris.

NOVEMBRIS XI.

§. 1. BEatorum *Nicolai, &c. Martyrum.* [a]] Hi zelo ſancti Spiritus armati, in publicum procedentes, templum Salomonis, Turcarum ſuperſtitioni tunc deſeruiens, adierunt: vbi ingenti animi fortitudine & conſtantia, Chriſti fidem audacter prædicarunt, ſectam Mahumeticam improbantes, tanquam falſam, iniuſtam, & impiam; qua de re ira & furore perciti Sarraceni, Mauri, ac Turcæ, qui ad ſolemnitatem conuenerant, multis plagis eos crudeliter vapularunt, & ſemiuiuos in tetrum carcerem detrudentes, ſine cibo ac potu per triduum remanſerunt. Exindè deducti, cùm in confeſſione fidei ſtabiles inuenirentur & fortes, ſententiam mortis exceperunt. Quare in plateam ciuitatis adducti, gladiis impiorum ſunt animaduerſi, & in fruſta diſcerpti, die 11. Nouemb. ann. 1391. quorum corpora à Mahumetanis ſemel & iterum in ignem proiecta, ſed nihil læſa, ſtruem lignorum ſuper ipſis componentes, triduò ignem fouerunt, ampliaruntque, (quamuis in vanum) vt ſic citiùs redigerentur in cinerem, quæ tamen mira Dei virtute integra remanſere. Agit de ipſis Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. libro primo, capite nono, eoſque vocat Beatos Nicolaum de *Tuulicis*, Donatum de *Ruticinio*, Prouinciæ Aquitaniæ: Petrum *Narbonenſem*, Prouinciæ ſancti Ludouici, ſocium ac diſcipulum Beati Pauli de *Trincis*: & Stephanum de *Tunellis*, Prouinciæ Corſicæ. Algezira item in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Wadinghus tomo quarto Annalium Minor. ad ann. 1390. §. 6. & 1391. §. 1.

§. 2. Thomas verò Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap. 3. horum memoriam agens ſæcul. 14. à præfato Marco Vlyſſiponenſ. in aliquibus diſſentit. Scribit enim, quòd ſub ann. 1389. Hieroſolymis occiſi ſint

Digitized by Google

à Mahumetanis: Deindè qu[illegible] nuncupati eſſent BB. Nicolaus *Sebuicenſis*, Don[illegible] *Aquitanus*, *Ruthenenſis*; Petrus *Narbonenſis* [illegible] Eſteuanus in *Bætica*. Poſtremò, duo alij ab ipſo adduntur, videlicet BB. Ioannes è *Ceſina*, ac Petrus *Duennas*: de quibus 19. Maij. At Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. vocat eos B. Deodatum *de Ruticinio*, Prouinc. Aquitan. B. Nicolaum à *Sebenico*, Dalmatam, Beatum Petrum *Narbonenſem*: & Beatum Stephanum *Gennenſem*: vultque ann. 1391. die 10. Nouembris agonem ſuum cœpiſſe: & poſt tres dies, ann. 1392. Martyrium conſummaſſe. Algezira ſup. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. & Iacobillus de SS. Fulginatibus, in vita B. Pauli de Trincis, hac die. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1390. §. 6. & 1391. §. 1.

§. 3. *Beati Franciſci Confeſſoris.* [b]] Hic magna ſanctitate floruit in Gallia apud Auinionem, tempore Vrbani V. Papæ: exindéque Venetias profectus, migrauit ad Dominum. Laicus erat, & paupertatis humilitatiſque amantiſſimus, octogenarius deceſſit è vita: cuius corpus honorificè conditum fuit in Eccleſia ſanctæ Mariæ, apud Patres Conuentuales, vbi huc vſque aſſiduis fulget miraculis. Ita Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in prouinc. ſancti Antonij. Gonzaga 2. part. in Beatis viris huiuſce Ordin. Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 8. cap. 28. Toſſinianus lib. 1. Picquetus ſup. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1369. §. 18.

§. 4. *Beati Staniſlai Confeſſoris.* [c]] Florebat Cracouiæ 1487. Artium Magiſter Vniuerſitatis eiuſdem vrbis; poſtea vir religioſiſſimus, & celeberrimus prædicator. Poſtquam in Conuentu Opatouienſi, libros legit Sententiarum, & Decretalium volumen doctè eſt interpretatus, multoſque procreauit eruditos diſcipulos, & celebres concionatores: abſtinentiæ, vigiliis, & orationi, totum ſe applicuit: in choro aſſiduus, inceſſu grauis, moribus compoſitus, omnium factus virtutum exemplar, *Sancti* apud omnes nomen adeptus, diem clauſit extremum: Hæc ex MSS. monimentis Poloniæ: Wadingho, tom. 7. ſup. ad ann. milleſimum quadringenteſimum octogeſimum ſeptimum, §. 13.

Beati Ioannis à Portugallia, Confeſſoris. [d]] Hic dùm Galliam inuiſeret, habitum Minoriticum apud Cabillonem aſſumpſit: vbi nec precibus Reginæ matris, nec Procerum Luſitanorum inſtantia, in nullo potuit flecti: quin etiam, coronam Regni Portugalliæ, fratre Rege Alphonſo, ſine liberis demortuo, ſibi vltrò oblatam, eadem conſtantia, reſpuerit: vt Chriſto quietiùs inſeruiret. Obiit ſanctiſſimè, & in capella S. Ioannis Euangeliſtæ tumulatus eſt. Teſte Fodereto in Deſcriptione prouinciæ Burgundiæ, vbi de eo Conuentu. Picqueto ibidem. Vvadingho tom. 6. ſup. ad ann. milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum ſecundum, §. 46. §. 5.

B. Iacobæ, Virg. Abbatiſſ. [e]] Mediolani extat Monaſt. *de Vedano*, olim Ordinis S. Auguſtini, poſtea S. Claræ, ad conciones frequentes S. Bernardini: quo tempore, omnium prima mutauit habitum hæc ipſa B. Iacoba, Virgo præclara, prima etiam huiuſce noui Monaſterij Abbatiſſa: quod annis multis prudentiſſimè & ſanctiſſimè gubernauit. Spiritu ferunt inſignitam prophetico, & miracula patraſſe. Iuxta Vvadinghum tom. 5. ſup. ad ann. 1448. §. 42. ex monimentis MSS. illius Monaſterij, quod eſt 1. Prouinc. Mediolanenſ. §. 6.

PRIDIE IDVS NOVEMBRIS.

IN Oriente, Beati [a] Guillelmi, Martyris. Anconæ in Picœno, Beati [b] Gabrielis Anconitani Ferreti, Confeſſoris: qui generis nobilitate, oratione, & caſtimonia illuſtris, vicarium Prouinciæ Marchię ſumma cum prudentia egit; tandem ſpiritu prophetico plenus, miraculis innumeris, in vita & poſt obitum coruſcauit. Compluti in Hiſpania, Sancti [c] Didaci, Confeſſoris: qui vita, virtutibus, atque miraculorum copia glorioſus, à Sixto V. Summo Pontifice, relatus eſt, ſolemni ritu, in Sanctorum numerum. Firmi in Picœno Beati [d] Nicolai Firmani, Confeſſoris: qui ſilentio abſtinentiæ, & corporis caſtigationi deditus, dono etiam lachrymarum in oratione, à Deo cumulatus eſt. In territorio Guardienſi, propè Gulioniſium Apulię oppidum, Beati [e] Matthęi, Tertiarij, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Moncelli propè Pontem Sancti Maxentij, in territorio Beluacenſi, Beatæ [f] Ioannæ à Luxemburgo, Virginis Tertiarię: genere, & virtutibus illuſtriſſimę. Fulginij, Beatę [g] Agnetis à Peſcara, Virginis.

NOVEMBRIS XII.

§. 1. BEati *Guillelmi*, *Martyris.* [a]] Cognominatur *Cantibius* ſeu *Canetibius*: à Mauris ob Chriſti fidem occiſus: illius meminerunt Salazar libro ſecundo, Chronic. prouinc. Caſtellæ cap. 12. Algezira Arbore Epilogica totius Ordinis Minorum.

§. 2. *Beati Gabrielis Anconitani*, *Confeſſoris.* [b]] Ex illuſtri Ferretorum proſapia originem ducebat, in Picœno: ſed maxima humilitate, atque patientia exemplari fulgebat. Concionator extitit eximius, orationi ac contemplationi iugiter vacabat: tanta honeſtate, virginalique puritate ditabatur, vt quamplurimis viſitationibus ſit conſolatus à Chriſto Domino, eiuſque matre ſanctiſſimâ, cuius erat deuotiſſimus. Neque enim aliud ſuauius iucundiuſve exercitium ſentiebat, quàm meditari, contemplari, loqui, ac magno cum ſpiritus feruore concionari de Regina ipſa Angelorum,

Digitized by Google

lorum, Deipara: cuius meritis dignatus eſt exaudiri in ſuis petitionibus & ſupplicationibus à Deo Opt. Max. Spiritu prophetico illuminatus erat: & gratia miraculorum decoratus. Guardianum aliquando egit in Prouincia Marchiæ, cuius poſtea extitit Vicarius Prouincialis, circa verò ann. 1425. Conuentus S. Fráciſci altioris Anconæ, ab eodem, refectus, ampliatus, atque in eam, quam modò induit formam, tranſlatus eſt. At ann. 1434. Conuentus Sanctæ Mariæ de Gratiis apud S. Seuerinum ex Eugenij IV. facultate, anno 4. ſui Pontific. in ipſius B. Gabrielis poteſtatem venit: cuius ſollicitudine & cura ab imminenti ruina vindicatus extitit.

§. 3. Porrò diem clauſit extremum in præfato Conuentu Anconenſi, anno 1456. hac die: ſepultuſque fuit de Religioſo more ſub humili antiquioris Eccleſiæ pauimento: (habet ſiquidem Conuentus iſte duas Eccleſias, nouam ſcilicet & veterem: iſtam ſub D. Patre Franciſco ædificatam, illam verò ab iſtomet Beato Gabriele, conſtructam) cúmque mirum in modum copioſa populi multitudo illuc accurreret, & clamor vbique de viri Dei tranſitu reſonaret: Epiſcopus cum Clero, & Senatus cum Magnatibus vrbis, eius exequiis interfuere: vbi coram omnibus concionem habuit B. Iacobus à *Marchia*, qua præclaris encomiis, egregia merita, heroicas virtutes, ac ingẽtia miracula Beati *Gabrielis* enarrauit. Non ſolùm enim in vita, morte, & poſt obitum miraculis claruit, ſed iiſdem quotidiè percrebreſcentibus; tota Anconenſis vrbis pia communitas miſit ad Summum Pontificem Calixtum III. obnixè ipſum deprecans: quatenus catalogo B. Gabrielem adſcriberet Sanctorum, interimque licentiam concederet, publicè diem feſtum eius colere, ac venerari. His auditis, præfatus Pontifex B. Patri Iacobo à *Marchia* huiuſmodi miraculorum diſquirendorum negotium commiſit: qui iniuncto muneri facturus ſatis Anconem contendit, omniaque quàm diligentiſſimè rimatus, integrum libellum de eius morte atque miraculis conſcripſit, relictoque eius exemplari in huius loci archiuo, quod & vſque impræſentiarum perſeuerat, Romam repedauit, illumque Pontifici Maximo obtulit: quo perlecto, præcepit, vt exhumatum eius corpus in loco eminentiori nobiliorique, collocaretur. Fratres igitur illud, iuxta Pontificis mandatum, ad præparatum ſibi ex polito lapide ſepulchrum, quod præcipuam præfatæ Antiquioris Eccleſiæ portam ingredientibus ad læuam occurrit, protinùs tranſtulerunt: inibique per quandam feneſtellam ex induſtria fabrefactam, integrum omninò, atque imputre adhuc conſpicitur, cuius fragrantia ſuauiſſimuſq; odor accedentes mirabiliter recreat. Bullam Calixtinam de huiuſmodi Tranſlatione facienda qui legere deſiderauerit, Fratrum Archiuum petat. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 36. & lib. 4. cap. 22. 23. & 24. Gonzaga ſup. part. 2. in Conuentu 1. & 29. Prouinc. Marchiæ. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraph. (qui tamen ſcribit obiiſſe ann. 1450. die 1. Nouemb. Feſtumque illius reponit 11. Nouemb) Gonono in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 14. ann. 1456. Balinghen in Appendice ad Calendarium Virg. Mariæ 9. Decemb. Wadingho tom. 5. ſup. ad ann. 1422. §. 10. & 1425. §. 11. 1434. §. 11. 1435. §. 3. 1438. §. 27. Item tom. 6. ad ann. 1456. §. 224. & ſeq. (poſt Marianum lib. 5. cap. 32.) vultque obiiſſe, die 12. Nouemb. ex eius cœnotaphio.

§. 4. *Beati Didaci, Confeſſ.* c] Fuit S. Didacus à *S. Nicolao*, Bæticus, atque ex Pago *S. Nicolai* (qui inter Conſtantiam atque Caſſaliam, Bætica oppida, itinerantibus occurrit) oriundus. Cúmque innatam quandam pietatem, atque humilitatem ab incunabulis ad iuuentam vſque ſeruaſſet, ſæcularibus negotiis atque occupationibus valedicens, in Anachoriticam vitam inhians, apud quoddam Eremitorium aliquandiu eſt commoratus: vbi ſtrenuè in omni virtutum genere ac ſpiritualibus exercitiis ſe mancipauit. Indè verò, longè perfectiorem vitam anhelans, ad Conuentum S. Franciſci de *Arrizafa*, ſeſquimilliari à Corduba diſtantem, ſe contulit, ibique ſumpto Franciſcano habitu, ac communem cum aliis Fratribus vitam, Regulamque profeſſus: tantoperè in paupertate, prompta ac voluntaria obedientia, puriſſima caſtitate, & feruenti oratione, in Deum & proximum charitate, rerum diuinarum contemplatione, atque regulari Obſeruantia profecit: vt cæteros confratres, longè poſt ſe reliquerit. Fuit quidem cuiuſuis ſcientiæ ignarus; cùm litteris operam nunquam dederit, ſed eorum, quæ animarum ſalutem, vitæque benè & catholicè inſtituendę rationem concernunt, adeò, diuino ſibi afflante Numine, conſcius; vt doctiſſimos quoſque ſuperarit. Ad eum ſiquidem conſulendum omnes, tanquam ad diuinum oraculum, in rebus arduis, confugiebant.

§. 5. Flagrauit aliquando, maximo ſubeundi pro Chriſti fide, eiuſque amore, Martyrij deſiderio; quamobrem ad Inſulas Fortunatas, nondum fidelium armis omninò edomitas, vt illis Neophytis Chriſtianis, aliiſque eius gentis nondum conuerſis, ſed in Gentiliſmo adhuc perſeuerantibus, Chriſti Saluatoris euangelium, atque fidem prædicaret, omni diſcrimine poſthabito, traiiecit; factuſque Inſulæ Fortis-venturæ, quæ vna ex Fortunatis eſt, Guardianus, ſuis efficaciſſimis prædicationibus, ſaluberrimis conſiliis, atque ſanctiſſimo viuendi modo, plurimos efferatos illius patriæ homines, atque Idolorum cultui deditiſſimos, à tam pernicioſis ſuperſtitionibus, ad purum vnius veri Dei cultum auocauit, atque ſuauiſſimo Chriſti iugo ſubdere colla coegit. Et cùm audiſſet ſupereſſe adhuc quoſdam Barbaros, truculentoſque viros aliis in Inſulis, qui antiquum ritum mordicùs tenentes, Euangelio, eiuſque annuntiatoribus reſiſterent, ad eos transfretare decreuit: vt vel eos ad Chriſtum conuerteret, vel ſub eorum manibus ſpiritum, pro ſui Redemptoris amore, efflaret. Itaque naui conſcenſa, dùm viriliùs intentum proſequitur, ab aduerſis ventis, importunáque ſæui maris tempeſtate prohibitus eſt: quamobrem deſertam iam à ſe Fortis venturæ Inſulam repetere cogitur, vbi vberrimos fructus in Dominicum intulit horreum.

§. 6. Inſtabat eo temporis annus iubilei 1450. quare Hiſpaniam repetens, apud Andaluſiæ Cuſtodiam commoratus eſt: exindéque, obtenta licentia à Reuerendo Patre Beato Alphonſo *Boroxio*, Miniſtro Prouinciali Caſtellæ, cum Fratre Alphonſo *Caſtrenſi* ſibi ſocio itineri ſe accinxit: vrbemque Romam ingreſſus, cum maxima humilitate, & deuotione, loca illa ſancta viſitauit, atque canoniſationi S. Bernardini *Senenſis*, (cui ter mille octingenti Patres ac Fratres Franciſcani Obſeruantes ex omnibus terræ plagis adfuere) interfuit. Cúmque illorum plurimi, ob aëris mutationem, perpeſſoſque in itinere labores, Romę in Morbum incidiſſent; eorum curam ſibi ſumendam fore ſtatuens, ſe totum eorum obſequio, cum maxima charitate, ſpirituſque hilaritate, vir Dei mancipauit. Ferebatur ſiquidem compaſſiua quadam teneritudine ad infirmos; nihilque ſibi gratiùs accidere poterat, quàm illis adeſſe, inſeruire, & opitulari. Conſumpto verò in huiuſmodi charitatis opere, cum omni

Digitized by Google

ſollicitudine & pietate, trimeſtri, & vltra, Hiſpaniam repedauit; ac in Conuentu S. Mariæ de Salicceto, Prouinc. Caſtellæ, in maxima vitæ aſperitate, corporiſque maceratione, aliquandiu deguit. Deindè apud Conuentum Vallis-viridis, ſeu S. Franciſci de Monte, paululùm moram traxit: ac tandem Complutum petens, iuſſu Reuerendi Patris Roderici ab *Occania*, tunc Commiſſarij, ſeu Vicarij Prouinciæ: quod ſibi reliquum vitæ fuit, cum maxima omnium admiratione atque ædificatione, ſanctiſſimè illic tranſegit.

§. 7. Obiit die Sabbathi, quæ fuit 12. Nouembris anno 1463. miraculis in vita & poſt mortem clariſſimus: quibus permotus Summus Pont. Sixtus V. cum adſcripſit Catalogo Sanctorum, ann. 1588. 6. nonas Iulij, in Baſilica Vaticana: præſentibus & ſubſignantibus ipſius canoniſationi, quamplurimis Cardinalibus, præcipuè verò Nicolao *Peluio* tituli Sanctæ Praxedis, Archiepiſcopo Senonenſi: Franciſco à *Ioyeuſa*, tituli Sanctæ Trinitatis in Monte Pincio, Archiepiſcopo Narbonenſi: Petro *Gondio*, tituli S. Syluestri, Epiſcopo Pariſienſi: & Philippo de *Lenoncurtio* Tituli S. Onuphrij, Cardinalibus Gallis. Bulla incipit: *Rex Regum*, &c. ſub Datum Romæ 6 nonas Iulij, Pontificatus ann. 4. Et quia cultor B. Mariæ ſemper Virg. Deiparæ fuit eximius; propterea, Sabbatho, die Virgini ipſi ſacra, mortuus eſt. Itemque Sabbatho, die Viſitationis eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis Apotheoſi donatus eſt: vti ſcitè notat Gononus inferius in notis ad vitam eius. Eius vitam, factaque egregia ac miracula: in primis ſcripſit Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 32. & libro 5. cap. 1. vſque ad 27. itemque Petrus Galeſinius, Prothonotarius Apoſtolicus, & Franciſcus Pegna, Rotæ auditor: qui eiuſdem S. res geſtas & acta canonizationis, tribus libris complexi ſunt. Prǫterea Ribadeneira tom. 2. flor. Sanctor. Gazet. ibid. &c. Antonius Tomaſinus vitā S. Didaci, carmine Italico abs ſe celebratam, edidit, Veronæ: Teſte Poſſeuino in Apparatu ſacro. Brautius in Martyrologio Poëtico, hac die.

§. 8. Porrò agunt de eo. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 7. cap. 1. tom. 2. lib. 15. cap. 5. Martyrologium Roman. 12. Nouemb. Baronius ibid. in Annotat. Firmamentum trium Ordinum, tract. 1. in Memoriali Ordinis Minor. ſub 34. Miniſtro Generali. Speculum FF. Minor. ibid. fol. 72. pag. 2. Sedulius in Hiſtoria Seraphica Commentar. ad vitam S. Didaci, & in Commentar. ad vitam S. Franciſci cap. 3. §. 8. Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 1. in SS. huiuſce Ordin. Item part. 3. in Conuentu 20. Prouinc. Bæticæ, in Monaſterio 17. Prouinc. Algarbiorum, in Conuentu 5. Prouinc. Granatenſ. & Conuentu 2. Prouinc. Caſtellæ: vbi error corrigendus eſt; dùm inibi ſcribitur S. Didacum expiraſſe 13. Nouemb. 1464. & canonizatum 2. Iulij: item part. 4. in 1. Conuentu Prouinc. Canarię. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 17. 37. lib. 7. cap. 47. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 15. in SS. viris, ex Ioanne Marquiſio in Append. ad Genebrardum ſub Xiſto V. Papa. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Spondanus ad an. 1463. Marietta in Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. lib. 15. per totum. Gononus in Chronic. SS. Deipar. ſæcul. 14. ad ann. 1450. & 1463. Item in Appendice ad vitas Patrum Occident. §. 21. Balinghen. In Calendario Virg. Mariæ, die 26. Martij §. 3. & 2. Iulij §. 6. ac 12. Nouemb. Victonus de Antiquo ac moderno vſu Canonization. SS. cap. 28. ex Luca Caſtellino. Molanus in Appendice ad Vſuardum verb. *Iacobus*: ſeu *Diegus*. Wadinghus tom. 5. ſup ad ann. 1416. §. 12. & 1441. §. 41. 1450. §. 14. 15. & 16. Item. tom. 6. ad ann. 1456. §. 156, 157. & 158. ann. 1463. §. 26. & ſeq P. Creſpet, de Odio Diaboli in hominem, lib. 2. Diſcurſ. 6. §. 4. ex Michaële Medina, lib. 2. de Recta in Deum fide cap. 8. Elzearius lib. 1. Sacri Mont. Oliuet. cap. 16. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Cottonus lib. 3. Inſtitution. Catholic. cap. 68. Bzouius tom. 1. Annal. Eccleſ. ad ann. 1463. §. 63. &c. Salazar ſup. lib. 1. cap. 6 lib. 2. cap. 1. lib. 3. cap. 15. 17. vſque 25. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 13.

Beati Nicolai Firmani, Confeſſoris.[d]] Laicus erat profeſſione, ſilentij ſtrictiſſimus obſeruator, corpus ſuum auſteritate edomabat, ſolo pane & aqua ſe reficiens: cuncta Conuentus munia exercebat, cum exēplari humilitate & prudentia. In oratione feruidus adſtabat, quam profluuiis lachrymarum irrigabat. Sicque in huiuſmodi ſanctis exercitiis perſiſtens; pretioſa morte perfunctus eſt in Conuentu Annuntiationis B. Mariæ Firmi, cuius corpus honorifico ſepulchro reconditum habetur. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap 42. & lib. 8. cap 30. Gonzaga 2. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 8. Prouinc. Marchiæ. Florebat tempore Beati Iacobi *à Marchia*: qui illius exequiis interfuit. §. 9.

Beati Matthæi, Tertiarij, Confeſſ.[e]] Illius meminit Gonzaga ſup. part. 2. in Conuentu S. Ioannis, ſiue S. Eremi Gulioniſij, qui eſt 10. Prouinc. S. Angeli. *Is enim, cùm ſibi ſepulchrum apud Minores delegiſſet, atque moriens in matrice oppidi Gulioniſij Eccleſia à Clero ſepultus eſſet, poſt tertium ab eius funere diem, ſummo manè genuflexus, iuxta crucem, quæ foribus huius Conuentus proxima eſt, inuentus fuit: qui tandem, quid ſibi vellet, quidque faceret interrogatus, reſpondit, velle ſe quidem apud Fratres Franciſcanos, eo in ſepulchro, quod viuens adhuc ſibi delegerat, humari. Quamobrem à Fratribus in templum illatus, honorificè ſepultus fuit* Hæc ille: item Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 33. §. 10.

B. Ioannæ à Luxemburgo, Virg.[f]] Comitiſſa erat Lignyj & S. Pauli, ſoror S. Petri de Luxemburgo, Epiſcopi Cardinalis: quæ præ deuotione habitum tertij Ord. S. Franciſci habuit, in Monaſterio Moncelli, propè Sanctum Maxentium, (quod eſt 11. Prouinc. Franciæ) vbi tribus Religionis votis emiſſis, vitam duxit virtutibus plenam: illic quippe ſecum, pro ſua pietate, cor Sancti Fratris Petri recens demortui, attulerat: ſanè vt exindè ſæpiùs in ſe vis exardeſceret diuini amoris. Obiit ſanctiſſimè 12. Nouemb. ann. Chriſti 1409. ſuæ ætatis ann. 53. Hanc commemorant Nicolaus Vignierus cap. 45. Hiſtor. Genealog. Domus Luxemburg. Matthæus de Gouſſancourt tom. 1. Martyrologij Equit. Meliténſ. fo. 349. Quercetanus lib. 6. Hiſtor. Genealog. Domus Caſtillonææ cap. 4. §. 11.

B. Agnetis, Virg.[g]] Hæc diſcipula extitit B. Margaretæ Dominici, Fulginatis aſſidua in oratione, ad obedientiam promptiſſima, ſilentij amica, ſanctæ paupertatis cultrix præcipua, & ſui ſtatus Regularis obſeruantiſſima: his & aliis cumulata virtutibus, ſæculum mundumque dereliquit, ann. 1588. hac die, & ad cœlum perrexit. Ita Iacobillus de SS. Fulginatib. in vita præfatæ B. Margaritę 13. Iunij ſup. Wadinghus tomo quinto, ſupra 1440. parag. vigeſimo quarto. §. 12.

IDIBVS

Digitized by Google

IDIBVS NOVEMBRIS.

NEmauſi in Gallia Narbonenſi, Beatorum [a] Balthaſaris à Prato, Ioannis Chalueti, Guillelmi, & alterius Ioannis, Martyrum: quorum primus, cùm eſſet Conuentus illius ciuitatis, Guardianus, egregiuſque Eccleſiaſtes: primò pugionibus hæreticorum toto corpore paulatim eſt vulneratus, deinde capite, enſe percuſſo, ac gutture gladio transfixo: demùm ſeminex in puteum proiicitur: ſecundus verò, ſphærulis ſclopetariorum traiicitur: alij autem duo, pugionibus haſtiſque tranſuerberati, ſunt interempti: omneſque in eundem puteum pro Chriſto demerſi. Nouocomi, Beati [b] Vincentij à Como, Confeſſoris: eximia ſanctitate & vitæ candore conſpicui. In territorio Vlyſſiponenſi, propè Atonguiam Luſitaniæ oppidum, Beati [c] Alphonſi de Thaide, Confeſſoris: generis nobilitate, virtutibus, ac miraculis illuſtris. Petrochij, in Hiſpania, Beati [d] Ioannis Confeſſoris. Mediolani, Beatæ [e] Angelæ Ceciliæ à Reinis, Virginis: deuotione, Monaſtica obſeruantia, Regularique perfectione celebris.

NOVEMBRIS XIII.

§. 1. B*Eatorum Balthaſaris à Prato, cum ſocijs Martyribus.* [a]] Hic oriundus erat ex vrbe Briançonenſi, Diœceſis Ebredunenſis in Delphinatu; tantis tum corporis tum animi dotibus præditus fuit, tanto denique ſtudio pietatis adornatus; vt in certamine omnia pericula, labores & odia hæreticorum, propter Chriſtum alacri animo ſuſceperit. Omnia quippe in eo erant; quæ hominis aut inſtitutio, aut forma, aut natura largitur. Bis miniſteriatum prouinciæ ſancti Ludouici laudabiliter exercuit: & cùm ætate floreret, multo tempore Eccleſiam Arelatenſem, Narbonenſem, Carcaſſonenſem, ac Lemoſienſem ſacro Euangelij verbo aluit: vtpotè, qui ſingulari prædicationis gratia eſſet præfulgidus. Hac fama commota ciuitas Nemauſenſis, dùm induciis cum hæreticis gauderet, ann. 1567. Epiſcopus cum Clero, & proceres cum plebe, mittit ad eum, ſuppliciter interpellantes; quatenus talentum ſibi à Domino conceſſum, etiam Eccleſiæ Catholicæ Nemauſenſi diffunderet: & ruinas, quas hæretica rabies dederat, pro ſuæ pietatis ac Religionis zelo, reſtauraret. Horum votis annuens intrepidus pater, humiliter à Superioribus obedientiam accepit: Nemauſumque Guardianus de nouo inſtitutus, ire pergit: vbi cum tripudio à Catholica plebe recipitur, & tantopere in ea ciuitate laborauit, vt penè cuncta priſtino ſplendori reſtituerit. Menſe Iunio, concionem habens ad populum diuino Numine afflatus, prædixit: breui tempore plures fore in ea vrbe Martyres, qui pro fide Chriſti, & Religione Catholica, varia tormenta paſſuri erant: quod & rei euentus clarè oſtendit, dùm ſequenti menſe Nouembri, capta fuit ciuitas.

§. 2. Irrumpentes itaque nequiſſimi milites, capitur ille, qui tamen nec horum blanditiis deliniri, nec promiſſionibus corrumpi, nec minis deterreri, nec laboribus frangi potuit: quominus quæ erant viri fortis, ſtrenuique athletæ Chriſti perageret. Nam cùm raperetur, & an vellet palinodiam canere interrogaretur, ad omnia ſibi propoſita aſſiduò reſpondebat: *Vade poſt me Sathana: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Quamobrem à ſicariis, & immaniſſimis hæreticis totum corpus ſuum pugionibus paulatim crudeliter confoſſum fuit, & capite enſe ſciſſo, ac gutture gladio tranſuerberato, vltimò ſemine 10. in puteum proiicitur. Mox ſecutus eſt eum B. Ioannes *Chaluetus*, conſobrinus ipſius ſecundùm carnem, ſenex, ac corpore debilis, ſed animo conſtans: qui circumdatus ſclopetariis cuneis hæreticorum ſphærulis tormentarijs, toto corpore transfixus eſt & traiectus, ac in eundem puteum deiectus. Illis in eodem mortis genere ſociati ſunt Beati Guillelmus *Seofre*, Sacerdos: & Ioannes *Lantret* Presbyter, Conuentus ſacrarum rerum cuſtodes. Cùm autem nocturno tempore viderent hæretici ex illo puteo flammas ignis erumpere: ſui facinoris conſcientia perculſi, ne id diuulgaretur, egeſtis & exoneratis ciuitatis ſordibus, vehementi aggere puteum compleuerunt. Horum Patrum illuſtri Elogio agonem recenſent Gonzaga tertia parte Origin. Seraphic. Religion. in Conuentus 10. Prouinciæ Sancti Ludouici, & parte prima in Martyribus Ordinis Minorum. Barezzus quarta parte Chronic. Minor. libro quinto, capite decimo nono & vigeſimo. Seuertius libro decimo Antimartyrolog. hæreticor. capite tertio, ſect. ſecunda, parag. 3. ex Noſtradamo in Hiſtor. Prouinciæ ann. 1568. pag. 805. Wadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1318. §. 36. Grauina, in *voce Turturis*, part. 2. cap. 12. Daça quarta parte Chronic. Minor. libro 3. cap. 57. Non mellatet Andogum, lib. decimo quinto, Hiſtor. Linguæ Occitanæ, pag. 527. aſſerentem id eueniſſe, ann. 1569. die 16. Octob. ſed magis aſſentior noſtratibus.

Beati Vincentij à Como, Confeſſoris. [b]] Singulari vitæ ſanctitate floruit circa annum Chriſti milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum quintum: ſepultus eſt autem in Conuentu Sanctæ Crucis Comi, in cuius optimæ Religioſitatis, ingentiſque bonitatis ac probitatis teſtimonium, pulcherrima ac recentiſſima miraculosè roſa fragrantiſſimum exhalans odorem, apparuit hyberno tempore ſuper eius ſepulchrum, non ſine omnium admiratione: prout teſtatur Marcus Vlyſſiponenſis tertia parte Chronic. Minor. libro quarto, capite vigeſimo octauo, ſub ann. 1459. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1440. §. trigeſimo ſecundo. Erat ex nobili *Ruſtonorum* familia, vitamque tranſegit ſanctiſſimam in perpetuo §. 3.

virtutum exercitio (Comi initiatus à Reuerendo Patre Syluestro, Guardiano, Sancti Bernardini ſocio) vndè & meruit in vita & poſt mortem clarere miraculis; ibid. deceſſit, ann. 1460. Idem tom. 6. ann 1460. §. 20. poſt Bellarinum, in Hiſtoria Comenſi part. 3.

§. 4. *Beati Alphonſi de Taide, Confeſſoris.* [f] Huius meminit Gonzaga tertia parte ſup. in Conuentu Sancti Bernardini propè oppidum Atonguiæ, qui eſt 3. Prouinciæ Algarbiorum. *Hic* (inquit) *cùm eſſet præfati oppidi Antonguiæ de Balea Dominus temporalis, mundo, eiuſque diuitijs renuntians, Franciſcanum habitum induit; illique adeò ſe conformauit, vt in ſanctiſſimum virum emerſerit. Obiit verò Beatus hic Pater Alphonſus in Prouincia Pietatis, attamen eius corpus ad hoc Monaſterium delatum eſt, vbi in Domino requieſcit: pluraque miracula, diuina virtute, in circumuicinorum populorum beneficium, in dies edit.* Eadem affirmat Barezzus ſup. libro primo, capite quinquageſimo tertio, ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum vigeſimum ſextum. Rapinæus in Hiſtor. general. Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 9. Marianus libro primo, capite ſexto. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1451. §. 62. Vocatur *Ioannes* à Boſio tom. 1. de Signis Eccleſ. libro duodecimo, capite vigeſimo primo. Salazar. lib. tertio Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 12. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 37.

Beati Ioannis Petrochij, Confeſſoris. d] Memoratur à Gonzaga ſup. in Conuentu 11. Prouinciæ Angelorum. Barezzo lib. 3. cap. 48. ſub ann. 1544. Rapinæo ſup. Decad. 4. part. 1. §. 7. Mariano lib. 1. cap. 5. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Huic in ipſa Dominicæ Natiuitatis nocte celebranti, Chriſtus in elegantiſſimi pueruli forma apparuit: eique, ad Crucis ſignum, pauperem quendam claudum, reintegrare conceſſum eſt. §. 5.

Beata Angela, Virgin. [e] Monaſterij Ieſu, apud Mediolanum (quod eſt 2. Prouinciæ Mediolanenſis) extitit alumna, ea Religioſiſſima Chriſti ſponſa; quæ pietate ac deuotione referta, ad ſummæ culmen perfectionis eſt euecta: ſuique obitus diem, multò antequam eueniret, præſago prædixit ſpiritu, ann. 1585. ſuæ ſanctiſſimæ vitæ cæteris deſiderium relinquens. Ita Gonzaga part. 2. ſup. in dicto Monaſterio de Ieſu. Barezzus part. 4. ſup. lib. 8. cap. 74. & Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. Wadinghus to. 6. ſup. ad ann. milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum ſextum, §. 260. §. 6.

DECIMOOCTAVO KALENDAS DECEMBRIS.

PErpiniani, in Comitatu Ruſcinonenſi, Beati [a] Franciſci Ximenez, Elnenſis Epiſcopi, & Patriarchæ Hieroſolymitani: qui & eruditione ſingulari plurimùm excelluit, & vitæ ſanctitate, populo ſibi commiſſo non minus profuit. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Ruffini, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci ſocij: orationis & contemplationis prærogatiua ſublimis: qui virginitatem illęſam perpetuò cuſtodiuit, & Dæmonibus factus terribilis, meritis atque virtutibus conſpicuus exceſſit è vita. Carauillæ in Hungaria, Beati [c] Ioannis Confeſſoris: Prouinciæ Hungariæ Cuſtodis. In territorio Amalphitano, Beati [d] Giſimundi, Confeſſoris: miraculis clari. In Caſtella, Beati [e] Petri à Pegna, Confeſſoris: qui ob egregias animi ſui virtutes, Prouinciæ Caſtellæ electus Prouincialis Vicarius, zelo Regularis Obſeruantiæ emicuit, ac ſancto fine quieuit. In Apulia, Beati [f] Bernardini à Nuceria, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Florentiæ, Beati [g] Antonij à Piſcina, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, multis extitit cauſa ſalutis. Mexici, in India Occidentali, Beati [h] Iacobi de Penna, Confeſſoris: qui ſtrenuè in Euangelio laborauit. In Hiſpania, Beati [i] Andrææ Roderici, Confeſſoris. Daimieli in Caſtella, Beatæ Catharinæ [k] Euangeliſtæ, Virginis, Tertiarię: quæ Abbatiſſæ fungens officio, meritis & virtutibus cumulata fuit.

NOVEMBRIS XIV.

§. 1. BEati Franciſci Ximenez, Epiſcopi. a] Gerundæ in Catalonia natus. Valentiæ in Hiſpania Franciſco nomen dedit: cui ſimul cum Ioanne, Epiſcopo Dolienſi, Benedictus XIII. commiſit, vt promoueret expeditionem in Turcas, Regnum Valentinum infeſtantes, ann. 1403. poſtea ad Elnenſem Epiſcopatum euectus eſt; quem exindè, tunc inſigni ſanctitate & magna, ac multiplici doctrina, diffuſaque ſcriptorum copia (quippe qui tredecim variorum argumentorum volumina compoſuerit) clariſſimum, Patriarcham Hieroſolymitanum, idem Antipapa procreauit, & conſecrari voluit, ab Auxitano Archipreſule Cardinale, anno milleſimo quadringenteſimo octauo, hac die, apud Perpinianum: vbi tandem mortis debitum exoluens, ſepultus eſt, non ſine veneratione, in Eccleſia Fratrum Minor. Perpinianenſ. Ita Zurita in Indicibus Arragonenſ. Gaſpar Eſcolanus in Hiſtor. Valentin. part. 1. lib. 5. cap. 7. Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu 3. Prouinc. Cataloniæ. Wadinghus tom. 5. Annal. Minor. ad ann. 1403. §. 3. & 1408. §. 2. Extat inter Codices MSS. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſ. liber *De vita Chriſti*. 213. 8. Item *De Angelis*, 137. 5. Authore Fratre Franciſco Ximenez, Franciſcano.

Beati

§. 2. *Beati Ruffini*:, *Confeſſoris.* [b]] Patria Aſſiſias, nobli genere exortus erat. Beatæ Claræ Virginis conſanguineus, inter alios Diui Franciſci primos diſcipulos fragrauit redolentia ſanctitatis: & habitum Ordinis Minorum magna cum deuotione ſuſcepit anno Domini 1210. Erat autem virgo puriſſimus, orationis & contemplationis prærogatiua ſublimis: plurimiſque virtutibus adornatus. Cùm vna dierum Beatus Franciſcus de rebus diuinis loqueretur cum Fratribus; ait ipſum Ruffinum virum ſanctiſſimum eſſe, prout cœlitùs ſibi reuelatum fuerat à Domino. Propter aſſiduitatem verò orationis ac contemplationis, ſic erat in Deum abſorptus, quòd quaſi inſenſibilis fieret, rariſſiméque loqueretur; & tunc ita impeditè, vt verba, magna cum moroſitate, & quaſi quadam violentia, videretur proferre. Verùm antequam hunc perfectionis gradum attigiſſet; permiſit illum Dominus graui tentatione probari. Fuit quidem ſemel & iterum de prædeſtinatione à Diabolo valdè vexatus; ſed à Seraphico Patre Sancto Franciſco extitit omninò liberatus. Extunc autem Beatus Ruffinus ſedulò, magnaque cum attentione Diuo Franciſco miniſtrabat: & præ aliis Fratribus, ſacrorum Stigmatum tanti Patris, maximè dextri lateris, iam iam à Chriſto impreſſorum fuit curioſiſſimus indagator, & multiplici experimento, ſe & ſocios, eodem Seraphico Patre adhuc viuente, reddidit certiores.

§. 3. Formidoloſus Dæmonibus erat atque terribilis, ad ſolum ipſius aſpectum citiùs aufugientes; quos ita ſuis orationibus torquebat, ſicut racemi in torculari comprimuntur, quare poſſeſſi à Diabolo, in eius præſentiam adducti, confeſtim liberi dimittebantur. Graui tandem morbo ipſe detentus, mortem ſibi vicinam eſſe præuidit: cui in extremis conſtituto, apparuit D. Franciſcus, cum multitudine Angelorum, ad quorum ſocietatem perductus, tranſiuit in cælum. Exceſſit autem è vita in quodam pago propè *Portiunculam*, exindéque corpus eius delatum eſt Aſſiſium, & in Eccleſiá Sancti Franciſci condigno honore ſepultum an. 1270. De eo agunt Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conform. fruct. 4. 6. 7. 8. 11. 12. part. 2. & lib. 2. fruct. 5. 6. 9. 11. 13. part. 2. & lib. 3. fruct. 1. 3. part. 2. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. in Prouinc. S. Franciſci. B. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. §. 7. & 12. Marianus lib. 1. cap. 5. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 10. 28. 41. 78. 81. lib. 2. cap. 2. 51. 57. & lib. 6. cap. 9. vſque 15. 19. & 38. Floretum Minor. cap. 28. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga ſup. part. 1. in Beatis viris huiuſce Ordin.: part. 2. in 3. Conuentu Prouinc. S. Franciſci. Firmamentum trium Ord. tractat. 1. in memoriali Ordinis Minorum ſub init. Wadinghus tom. 3. opuſcul. D. Franciſci, in colloquio 31. item tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 32. & tom. 2. ann. 1270. §. 17. & ſeq. Bernardinus de Buſtis in Mariali part. 5. ſerm. 12. part. 2. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſc. Elzearius lib. 2. ſacri mont. Oliuet. cap. 2. 5. Picquetus in Catal. viror. illuſt. Ord. Min. Palbertus lib. 8. Stellarij coron. Virgin. part. 2. art. 3. cap. 10. Pomarium in Quadrageſimal. 1. de pœnitentia ſerm. 32. feria 3. poſt Lætare in fin. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 4. *Beati Ioannis*, *Confeſſoris.* [c]] Memoratur à Piſano libro primo ſup. fruct. 8. & 10. part. 2. in Prouincia Hungar. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſis ibidem Gonzaga prima parte ſupra. Wadingho tomo ſecundo Annal. ſuprà anno 1287. parag. 8. Picqueto ſup.

Beati Guiſimundi, *Confeſſ.* [d]] Illius meminerunt Codex MS. & Piſanus ſup. in Prouincia Apuliæ. *In Sylua* (inquit) *de Melfia vbi* (antiquitus fuit locus Fratrum) *iacet Frater Sanctus Guiſimundus ſanctitate & miraculis famoſus: qui dùm in dicto loco à Fratribus deſerto, eſſet ſepultus, cuidam mulieri de Prouincia in ſomniis apparuit, dicens: ſurge & vade ad Monaſterium de Ripa, & dic Monacho, nomine Reſtangno, vt corpus meum de Sylua extrahat, &c.* Illic enim latiùs proſequitur, quomodo hæc Tranſlatio facta ſit in Eccleſiam ſancti Stephani *de Ripa*; vbi nunc vſque corpus eius, magna in veneratione habetur. Eadē habent Marcus Vlyſſiponenſis part. 2. ſup. lib. 9. cap. 24. §. 1. ad ann. 1362. Toſſinianus ſup. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1241. §. 19. & tom. 4. ad an. 1399. §. 59. ex Creſcentio in Dialogo. Picquetus ſup. à quo *Sigiſmundus* dicitur. §. 5.

Beati Petri à Pegna, *Confeſſ.* [e]] Vir extitit Religioſiſſimus, vita & moribus laudabilis apud Patres Obſeruantinos in Hiſpania; qui multis perfunctus laboribus in propaganda Regulari obſeruantia, tandem meritis præclarus, deceſſit è vita ann. 1465. cùm eſſet Prouincialis Vicarius Prouinciæ Caſtellæ; ſepultuſque eſt in Conuentu Complutenſi. Vti teſtatur Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 5. cap. 28. Wadinghus tomo quinto ſupra, milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto §. 46. §. 6.

Beati Bernardini à Nuceria, *Confeſſoris.* [f]] Prouinciæ Sancti Angeli (cuius erat alumnus) extitit Prouincialis Vicarius, qui ad tantam vitæ perfectionem deuenit, vt diei & horæ ſui tranſitus fuerit ſibi cœlitùs prænuntiatum tempus. Vide Marcum Vlyſſiponenſem 3. part. ſup. lib. 7. cap. 29. ad ann. 1496. & Wadinghum tom. 7. ad ann. 1496. §. 5. §. 7.

Beati Antonij, *Confeſſoris.* [g]] Antignati Inſubriæ oppidi, ac Conuentus Sanctæ Mariæ de Gratiis, qui eſt 28. Prouinc. Mediolanenſ. illic extructi accola nonnunquam fuit hic piiſſimus Pater, famoſiſſimus ſui temporis Eccleſiaſtes, atque virtutibus omninò inſignis: ſed Florentiæ huic ſæculo valedixit. Teſte Gonzaga part. 2. in hoc Conuentu. Vvadingho tom. 4. ſup. ad annum 1399. §. 65. & tom. 6. ad annum 1469. §. 21. §. 8.

Beati Iacobi de Penna, *Confeſſoris.* [h]] Vir euaſit in omni ſanctitate perfectiſſimus, Regulæ obſeruantiſſimus, paupertatiſq; & cæterarum virtutum amantiſſimus. Vnico habitu vtebatur, nudis interim ſemper pedibus iter faciens. Ex Prouincia Sancti Gabrielis nouam Hiſpaniam vnà cum Beato Ludouico à *Fuenſalida* (qui vnus de duodecim primis Patribus erat, quos India Occidua complexa eſt) profectus eſt. Indorum idioma mox didicit, iiſque vacabat concionando, confeſſiones audiendo, cæteraque ardenti ſpiritu præſtando. Vnus illorum fuit, qui inſulanæ Prouinciæ Reformationis ſatagebant: & ad eam rem Guardianatu ſe Tepepulci abdicauit. Sanctiſſimè demùm obiit ac ſepultus eſt in Conuentu Mexicano ann. 1559. cuius mors cœlitùs reuelata eſt Beato Michaeli à *Beneuento*. Hæc ex Gonzaga part. 4. ſupra in hoc Conuentu, qui eſt primus Prouinc. Sancti Euangelij. Barezzo libro tertio cap. 76. ſup. Mariano lib. 2. cap. 19. §. 9.

B. Andreæ, *Confeſſoris.* [i]] Frater erat Laicus. Pro cuius ſanctitate proceſſus fit in partibus, coram ordinariis, teſte Libello Neapoli edito an. 1626. apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli: & Ra- §. 10.

Digitized by Google

pinzo Hiſtor. general. Origin. Recollector. part. 1. præfat. §. 4.

§. 11. *B. Catharina, Virg.* l. Ex oppido Daimieli oriunda erat, Virgo illuſtriſſima, præfuitque Monaſterio ſanctiſſimæ Conceptionis Deiparæ Abbatiſſa anno 1573. Vide Gonzagam. part. 3. ſup. in eodem Monaſterio, quod eſt 18. Prouinc. Caſtellæ. Salazarem lib. 7. Chronic. eiuſd. Prouinciæ. cap. 17.

DECIMO-SEPTIMO KALENDAS DECEMBRIS.

XAliſcis in India Occidentali, Beati [a] Antonij Collaris, Martyris: qui incredibili animarum zelo accenſus, cùm aduerſus crimina egregiè, pro veritate, concionatus eſſet; à quibuſdam Indis Iagalucis in via interceptus, ac ſagittis confoſſus, Martyrium conſummauit. Aſſiſij in Vmbria, Beati [b] Leonis, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci ſocij: qui columbina ſimplicitate, ac puritate Angelica pollens, dono prophetiæ, & miraculorum fuit inſignitus. Auguſtæ Vindelicorum Beati [c] Dauidis, Confeſſoris; qui pietate & eruditione conſpicuus, ſanctiſſimè vitam finiuit. Aſturicæ in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [d] Ioannis, Confeſſoris: admirandis ſignis glorioſi. Turgonæ, in Germania inferiori, Beati [e] Haſſi, Confeſſoris: ſanctitate & miraculis conſpicui. Apud Montem-Aluernum in Tuſcia, Beati [f] Franciſci Cathanij Confeſſoris, Tertiarij: genere, & virtutibus illuſtriſſimi. Romæ Beati [g] Bartholomæi à Saluthio, Confeſſoris: qui pietate, doctrina & Regulari obſeruantia exornatus, viuus ac mortuus miraculis floruit. Villæ-Longæ, in territorio Vlyſſiponenſi, Beatæ Beatricis [h] à ſancto Franciſco, viduæ: quæ ſub habitu Tertij Ordinis Franciſcani, Chriſto famulata, ingenti floruit ſanctitate.

NOVEMBRIS XV.

§. 1. B*Eati. Antonij, Martyris.* a] Poſt dies aliquot à glorioſo Beati Ioannis *Caleri* Martyris Agone, admirandæ Religionis Beatus Antonius *Collaris* Prouinciæ Sancti Iacobi alumnus, atque Iſatlanici Conuentus Guardianus (vir vtique ſingulari perfectione, & incredibili animarum zelo præditus, inſuper & diuini verbi proclamator inſignis) Chichimicas eius Regionis, quæ *Ameca* nominatur, & Colimæ vicina eſt, accolas ſolerter ac ſollicitè, Chriſtianæ diſciplinæ, & vitæ exemplo inſtruere cùm aſſueuiſſet; Izatlanicū Conuentum vt huiuſmodi hominibus pro ſolito more Sacramenta miniſtraret, atque Sanctum Euangelium de ſuggeſtu proponeret, egreſſus, in præfatorum Chichimicarum Ducem, ſiue Præfectum, ob grauiſſima quædam crimina ab eo publicè commiſſa, acriter inuectus eſt. Quamobrem indignatus Præfectus, illum, ea occaſione accepta, interimere decreuit. Id igitur quibuſdam, Iagulucis vulgò nuncupatis, innotuit: virum Dei à perfido Duce ad ſuum Cœnobium reuertentem, in Izatlanica quadam valle, rem interim gratiſſimam Præfecto ſe facturos intelligentes, iaculis inclementer configunt: cui etiam quaſi ſemimortuo caput abſcindunt, vt impio principi dono offerant. Alij volunt, quòd dùm ſpiculo venerandum eius caput immaniſſimè penetrant, illum vitam cum morte commutare coegerunt. Cuius denique corpus poſtridiè ab Hiſpanis inuentum, atque ad proprium Conuentum extitit delatum: magna inibi populi veneratione colitur, ob ingentia miracula quæ diuinitùs operatur. Paſſus eſt anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo. De quo ſcripſerunt Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Religion. vbi de SS. Martyrib. Ordin. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, apud Indos Occidentales: item part. 4. in Conuentu Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ Izatlanis, qui eſt 24. Prouinc. Sanctorum Petri & Pauli. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 33. Rapinæus in hiſtor. general. Origin Recollector. decad. 7. part. 2. §. 9. Hilarion è Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 366. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Marianus lib. 3. cap. 5. Boſius tom. primo: libro duodecimo, capite vigeſimo ſecundo. Daça quarta parte Chronic. Minor. libro ſecundo, capite quinquageſimo quarto. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 2. *Beati Leonis, Confeſſoris.* b] Anno Domini 1210. Ordinem Minorum ingreſſus, ſcriba & confeſſarius fuit Seraphici Patris Diui Franciſci: cui propter columbinam vitæ eius ſimplicitatem, Angelicamque puritatem, familiaris admodùm extitit, & amabilis omnium ſecretorum ſuorum conſcius, maximè circa ſacrorum in corpore ſtigmatum impreſſionem, quæ pro ſuo deſiderio ac pietate, ſæpè conſpexit ac tetigit. Sancto Franciſco infirmanti ad mortem deuotè adſtitit, anno 1226, die quarto Octobris: eo verò defuncto, cùm à Vicario generali Fratre Helya, duriſſima verba, atque grauia accepiſſet, ea omnia humiliter atque patientiſſimè pertulit. Interfuit etiam morti Sanctæ Claræ Virginis, anno 1252. Beatum Bernardum à *Quintauallę*, vidit, poſt fœlicem eius tranſitum, valdè glorioſum. Iuſſu Beati Patris Creſcentij, Generalis Miniſtri, atque Capituli generalis, legendam Sancti Franciſci compoſuit vnà cum BB. *Ruffino* & *Angelo*, eiuſdem Seraphici Patris ſocijs: quæ idcircò Legenda trium ſociorum nuncupatur. Conſtat B. Leonem ſpiritu prophetico illuſtratum fuiſſe, & adhuc viuentem ſignis ac miraculis claruiſſe. Demùm ſanctitate vitæ inſignis ſpiritum Deo reddidit ann. 1271. cuius ſacrum corpus conditum iacet Aſſiſij, in Eccleſia Sancti Franciſci. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus libro primo Conformitat. fruct. 1. 4. 5. 8. 9. 12. part. 2. Item lib. 2.

Digitized by Google

lib. 2. fruct. 1.2.3.4.6.7.9.11.13. 14. part. 2. & lib. 3. fruct. 1.3. part. 2. D. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 7. ſub init. & §. 6. 7. 9. Sabellicus lib. 10. exemplor. c. 1. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chron. Min. lib. 1. cap. 28. 34. 41. 76. 77. 92. 99. 101. 110. & lib. 2. cap. 11. 27. 37. 39. 48. 51. 54. 57. 75. & lib. 6. cap. 9. 14. 15. vſque 20. & 23 item part. 2. lib. 1. cap. 37. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Marianus cap. 5. lib. 1. lib. 2. cap. 20. Fernandes part. 32. cap. 229. Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Item part. 2. in Conuentu 3. Prouinc. S. Franciſci, & in Conuentu Aluerniæ montis, qui eſt 17. Prouinc. Tuſciæ. Baronius in Notis ad Martyrolog. Roman. 4. Octob. Godonus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 12. ad ann. 1231. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Cornelius à Lapide Commentar. in 1. ad Timoth. 1. num. 35. Ioannes Lorinus Commentar. in Numeros cap. 9. num. 24. Wadinghus tom. 1. Opuſculor. D. Franciſci Annotat. in 16. epiſt. & tom. 3. Apophtegm. 19. item Colloquio 17. 20. 23. Prophetia 6. Benedictione 1. item tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 32. 1213. §. 36. & 39. 1220. §. 15. 1221. §. 30. 1229. §. 2. 1252. §. 28. & 29. tom. 2. ann. 1270. §. 17. & ann. 1271. §. 7. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera *Leo*. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. in Fratrib. Minor. Prouinc. S. Franciſci ſanctitate illuſtribus. Platus lib. 1. de Bono ſtat. Relig. cap. 34. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 3. *B. Dauidis, Confeſſ.* [c]] Teutonicus extitit natione; humanarum, diuinarumque litterarum haud ignarus; deuotiſſimus, vita & conuerſatione inſignis, ac in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenij; qui non paucis neque obſcuris argumentis eruditionis ſuæ ac pietatis fidem poſteris fecit. Quædam enim edidit aperto ſermone Opuſcula: quæ Ioannes Wimpfelingius in Apologia pro Republ. Chriſtian. teſtatur ſe legiſſe, tantæque putat vtilitatis, atque ſi S. Auguſtini meditationes, reliquaq; eius opuſcula, D. Bernardi item ac Seraphici Bonauenturæ, & Chriſtianiſſimi Doctoris Ioannis Gerſon deuotiora quæq; ſcripta percurreret. Claruit non longè poſt D. Franciſcum, ferè etenim coætaneus fuit ipſi Seraphico Patri. Sanctiſſimè, hac die, an. 1272. obdormiuit in Domino: ſepultuſque Auguſtæ Vindelicorum, vbi Beatitatis poſt mortem tulit opinionem. De eo ſcribunt Marianus lib. 2. cap. 17. Piſanus lib. 1. & 11. ſup. part. 2. in Prouinc. Argentinenſ. vbi de Minorib. Fratrib. doctrina illuſtrib. Gonzaga ibid. part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 1. cap. 25. Trithemius de ſcriptorib. Eccleſ. Villotus in Athenis Orthodoxis Franciſcan. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Nigronus in Notis ad Regul. 43. Commun. Societat. Ieſu §. 4. Gneſnerus in Bibliotheca. Riocha in Compend. Tempor. lib. 4. cap. 63. in ſacris Doctorib. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Franciſc. cap. 3. & 8. Raderus in Bauaria ſancta, pag. 154. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1272. §. 15. & 21. Item in Additionib. & in Opuſculis S. Franciſci tom. 2. notat. 10. in Regul. Tertiar. Bibliotheca Patrum tom. 13. ſub init. edition. Colonienſ. Euſebius lib. 4. Doctrin. 10. cap. 62. & lib. 6. Doctrin. 1. cap. 4. Miræus de ſcriptorib. Eccleſ. cap. 402.

§. 4. *Beati Ioannis, Confeſſ.* [d]] Signis glorioſus diem clauſit extremum apud Conuentum Aſturicenſ. in quo & ſepulturam nactus eſt. Laicus erat profeſſione, ad diſtinctionem alterius B. *Ioannis* Sacerdotis ibidem tumulati. Vide Piſanum lib. 1. ſup. fruct. 11. part. 2. in Prouinc. S. Iacobi. Wadinghum tom. 2. Annal. ſup. ad ann. 1272. §. 25. tom. 1. ad ann. 1249. §. 7. Toſſinianum lib. 2. in Cuſtodia Legionenſi.

§. 5. *Beati Haſſi, Confeſſ.* [e]] *Haſſo*, & *Haſſus* dictus eſt: vitæ ſanctitate & miraculis conſpicuus, Tarraconis, ſeu Turgonis ſepultus. Memoratur à Piſano lib. 1. ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Colonienſ. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris Ordin. Minor. Wadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1249 §. 9. Picqueto ſup.

§. 6. *B. Franciſci Cathanij, Confeſſ.* [f]] Nobiliſſimus erat, & Comitis Cluſenſis, *Orlandi*, ſiue *Rolandi* (qui montem Aluerniæ in Tuſcia Seraphico P. D. Franciſco, pia liberalitate, dono dedit) legitimus hæres; tertium autem Ordinem Minorum ingreſſus, vitam eremiticam in eodem monte duxit. At cernens Patres Conuentuales illius montis accolas, haud ita purè Monaſticæ profeſſioni incumbere, ipſos dereliquit; & in paruam quandam ædiculam, propè Florentiam, ſecedens, aliquandiu illic eſt commoratus. Dehinc Romam perrexit; cuius opera ille mons Aluerniæ ad Patres Obſeruantes deuolutus eſt ann. 1430. authoritate Martini V. Summi Pont. ac tandem Eugenij IV. ann. 1431. iterata poteſtate confirmatus. Quare B. Franciſcus Cathanius ad hunc locum rediens, priſtinamque cellam incolens, ſanctiſſimè ibidem quieuit in Domino. De eo egerunt Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 3. lib. 1. cap. 51. Gonzaga part. 2. ſup. in Conuentu Montis Aluerniæ, qui eſt 17. Prouinc. Tuſciæ. Wadinghus ſup. ad ann. 1213. §. 34. & tom. 5. ann. 1431. §. 6. ex Mariano lib. 4. cap. 12.

§. 7. *B. Bartholomæi, Confeſſ.* [g]] Gallus erat natione, oriundus à Marchionatu *Salutiarum*, Domanij Francici tunc optima parte. Admirandas eius virtutes, præclarioraque facinora graphicè multi deſcripſerũt. Ab ipſis etenim, *Italiæ fœlicitas*, *Romæ ſplendor*, *Ordinis Seraphici Benedictio*, *Reformatorum atque Recollectorum noſtrorum ſanctitas*, *mœſtorum ſolatium*, *omnium ſalutis animarum amantiſſimus*, *necnon honoris diuini, ac gloriæ Altiſſimi zelantiſſimus*, proclamatus eſt. Animam Deo reddidit ann. 1617. hac die, feria ſexta, Romæ, in Conuentu noſtro S. Franciſci trans Tyberim, vbi & ſepulturam nactus, quamuis aliquantulum à terra eleuatam, iuſſu Pauli V. Summi Pontif. Paulò ante obitum; ita frequenter rapiebatur in extaſim, vt cœlo iam conuerſari videretur. Multis ac maximis floruit miraculis, tum in vita, tum in morte, ac poſt obitum: vt & ego præſens comperi ann. 1618. 1619. & 1610. quibus in Italia demoratus ſum. Agunt de eo Carolus *Ioüya*, in traductione Gallica, nonnullorum opuſculor. ipſius B. Bartholomæi, nempe *Septem Tubarum: Inuentionum Amoris Diuini*, &c. *in Epiſtolis Dedicatorijs*. Elzearius lib. 1. ſacri montis Oliueti cap. 13. & lib. 3. cap. 8. Hilarion à Coſta lib. 3. Hiſtor. Catholic. pag. 690. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 17. in Sanctis & illuſtrib. viris. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollect. part. 2. introduct. §. 5. Marianus lib. 5. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 56. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1472. §. 82. Myræus de ſcriptoribus Eccleſ. ſæcul. 16. cap. 135.

§. 8. *B. Beatricis, Viduæ.* [h]] Cùm hæc deuota mulier, adhuc matrimonij vinculis irretita, maximo ingrediendæ Religionis deſiderio teneretur; ex voto ſe Altiſſimo, ad vnius Conuentus ædificationem, adſtrinxit, ſi viro priùs defuncto ſe ſuperſtite manere contingeret. Voti itaque compos effecta, dùm ſollicita, viri defuncti vltimam voluntatem exequitur, atque conſtruẽdum à ſe Monaſterium anxia mente reuoluit: Clariſſa-

Digitized by Google

rum Monialium proceſſionem in ſomnis videt, illarumque alteram, ſibi loquentem audit: Hic tuus habitus, tuuſque amictus futurus eſt. Quamobrem ſummo manè ſurgens, cinericium habitum, ad inſtar eius, quem in ſomnis viderat, quantociùs conficiendum, & à Reuerendiſſimo Seraphicæ Religionis alumno, Marco Vlyſſiponenſi, Portuenſi Epiſcopo, benedicendum curauit. Quo induta paternam domum, vnà cũ eiuſdem mentis ſocia, repetijt: illicque aliquandiu ſanctiſſimè vixit. At Monaſterio extructo Villæ-Longæ ſub titulo Dominæ noſtræ *de Poteſtatibus*, inibi ſeſe recepit: Atque ſub Tertiariarum habitu, ſancto fine obdormiuit in Domino. Viuebat adhuc ann. 1566. iuxta Gonzagam, part. 3. ſup. in dicto Monaſterio, quod 17. Prouinc. Portugalliæ.

DECIMOSEXTO KALENDAS DECEMBRIS.

APamiæ, in Gallia Narbonenſi, Beatorum [a] Martyrum Petri à Molerio, & ſocij eius Diaconi: qui ab hæreticis tenti, & variis, diriſque tormentis excruciati, tandem horribili mortis genere, victores triumpharunt cum palma Martyrij. In Italia, Beati [b] Petri de Lauechia, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Villæ-Franchæ, in territorio Aſturicenſi, Beati [c] Sancti, Confeſſoris: miraculis clari. Budæ, in Pannonia, Beati [d] Petri, Confeſſoris: eruditione ac pietate celebris. Aſſiſij, in Vmbria, Beatæ [e] Agnetis, Virginis, ſororis Sanctæ Claræ Virginis: quæ tali vitæ ſanctitate enituit, vt ad eius ſepulchrum Dæmones fugarentur, & innumera miracula à Deo patrarentur. Ibidem propè Aſſiſium, Beatæ [f] Anonymę, Virginis: quę virtutis, Monaſticęque obſeruantiæ amore incenſa, ſub virili habitu inter Fratres delituit: & ſanctiſſimam vitam agens, fœliciter ad Dominum ſic incognita migrauit.

NOVEMBRIS XVI.

§. 1. BEatorum Petri à Molerio, & ſociorum Martyr. [a]] Horum illuſtre Martyrium celebratur à Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu Apamienſi, qui eſt 1. Prouinc. Aquitan. recentior. vbi agit de ſecunda ipſius ciuitatis captione per hæreticos, circa ann. 1565. quando præfatum Conuentum in fauillam redegerunt, atque ſæua quadam feritate, admirandæ doctrinæ & Religionis Patrem B. Petrum, cum ſocio dilaniarunt. *Cùm igitur is Pater Petrus à Molerio, pietate, doctrina, atque facundia, conſpicuus eſſet; atque propaganda tuendaque fidei Catholicæ ſummam operam nauaret: in eum hæretici oculos collimabāt. Quamobrem ab eorum turmis, vt à vera Romana Eccleſiæ fide recederet, primò blandè admodum monetur, pecuniarumque maxima copia inuitatur, promiſſiſque multis allicitur. Verùm ille, vt verus mundi contemptor, Saluatoris ſententia non ignarus, qui ait: nihil homini prodeſſe, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur: graui oratione reiecit eorum impudentiam, cohortans eos ad meliora conſilia: annis, inquiens, 32. contentus fui victu & amictu, in paupertate viuens, quæ Franciſcanorum theſaurus eſt, ſalubreque Chriſti conſilium, ne conſuetudo plus habendi locum præberet auaritiæ, quæ nullis expletur opibus: quantò magis enim qui poſſederit, tantò plus poſſidere deſiderat. Quibus dictis, Sathanæ milites in eum probris, ac verberibus ſæuientes: ad poſtem illum alligant, & grauiſſimè cædunt, ac poſtmodum verenda ei abſcindunt, ventremque aperiunt, ſtipite, ſeu veru adunco inteſtina exhauriunt, corque ſimul euellunt; atque interim exclamans Chriſti Athleta: Ieſu miſerere mei, ac illis ignoſce: animam Deo reddidit: ſicque fœlici hoc exitu, vitæ ſuæ terminum concluſit: ſed vnus inſuper militum gladio caput eius ad humeros vſque in duas partes ſcidit. Sequenti verò die, cùm ad Catholicorum aures execrabile facinus perueniſſet, concurrunt ij ad intuendum defuncti Patris corpus, viſu horrendum, crudeleque ſpectaculum: quo perſpecto, plerique in fletum, lamentabileſque voces erumpunt: ac denique multa cum reuerentia ac deuotione, expletis de more exequiis, funebri honore illud ſepeliunt. Inſuper & iuuenem quendam, dignitate Subdiaconum, magnis tormentis crudeliter etiam necarunt.* Eadem confirmant Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 32. Daça ibidem lib. 3. cap. 58. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1291. §. 70. Idem eſt, vt opinor., cum Gerardo *Molmerio*, Martyre: cuius meminit idem Gonzaga ſupra parte 1. in ſacris Martyribus Ordinis Minorum, in Prouinc. Aquitan.

§. 2. *B. Petri de Lauechia, Confeſſ.* [b]] Ille eſt, qui Bononiæ, dùm adhuc puer eſſet, ſanatus eſt à cæcitate vnius oculi, facto ſigno crucis ſuper eo, per Seraphicum Patrem Sanctum Franciſcum: vnde poſtea ipſius Ordinem ingreſſus, diu, ac ſanctiſſimè in eo vixit, obiitque. Memoratur à Beato Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformitat. fruct. 10. parte 2. poſt medium: & Marco Vlyſſiponenſi, 1. parte Chronic. Minor. lib. 2. cap. 36.

§. 3. *Beati Sancti, Confeſſ.* [c]] Inſignis fuit ſanctitate, per quem miracula ad conſolationem fidelium dignatus eſt operari Altiſſimus. Eius meminere B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. ſup. fruct. 8. & 21. parte 2. in Prouincia S. Iacobi. Gonzaga ſup. parte prima, in Beatis viris huiuſce Ordinis. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 4. Beati *Petri, Confeſſoris.* [d]] Propter eximiam vitæ ipſius integritatem atque doctrinam, Prouincialis Miniſter Prouinciæ Hungariæ Sanctæ Mariæ electus eſt: qui aliquando graui morbo laborans, ſanitati ex tempore reſtitutus eſt, per Beatum Patrem *Ioannem* iſtiuſmet Prouinciæ etiam Miniſtrum (de quo decimo quarto Februarij) cui maximè erat deuotus. Poſt mortem verò hic Beatus Petrus tumulatus

eſt apud Conuentum S. Ioannis Euangeliſtæ Budenſis, in quodam eminentiori Eccleſiæ loco: in cuius vitæ illibatæ teſtimonium cæcus diuina virtute illic illuminatus eſt. Scribunt de eo Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Gonzaga ſup. part. 2. in præfata prouincia. Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1270. §. 37. & ann. 1287. §. 7.

§. 5. *Beata Agnetis, Virginis.* [e] Fuit hæc nobilis Virgo, ſoror iunior, Sanctæ Virginis Claræ, quam imitari voluit ad pœnitentiam, vitæque perfectionem amplectendam, ann. 1212. Nam cilicio ad carnem ſemper vtebatur; pane & aqua quaſi continuè reficiebatur, mitis erga omnes; in oratione feruida, patiens in aduerſis, cæterarumque virtutum ſpecimen extitit præclarum. Quamobrem Diuus Pater Franciſcus Florentiam miſit illam ann. 1221. vt extructo ſibi Monaſterio, Abbatiſſæ officio fungeretur, ad alias etiam vrbes, huiuſce Religionis plantandæ gratiâ, ablegata eſt. Indè Aſſiſium reuerſa, piæ ſorori Sanctæ Claræ morienti adfuit ann. 1253. & paucis interiectis diebus, ſcilicet 97. ipſa Beata Agnes ſanctiſſimè obiit eodem anno, ætatis ſuæ quinquageſimo ſexto. Eius ſacrum corpus primò ſepelitur apud Sanctum Damianum, deindè tranſlatū eſt ad nouum Monaſterium intra vrbem Aſſiſiēſem, iuxta Eccleſiam Sancti Georgij, vbi quamplurimis ſignis ac miraculis cœlitùs exornatur. Agunt de ea Piſanus ſup. fruct. 8. parte quarta. Sanctus Antoninus tertia parte Hiſtor. titulo vigeſimo quarto, capite ſexto, §. 3. & 5. Marcus Vlyſſiponenſis parte prima, Chronic. Minorum libro octauo, capite ſexto, vigeſimo quinto, trigeſimo quarto, vſque ad quadrageſimum: item parte 2. libro 1. cap. 41. Marianus libro ſecundo, capite 21. Toſſinianus ſupra. Gonzaga parte prima ſup. in Beatis Fœminis ſecundi Ordinis Seraphicæ Religion. & parte ſecunda in Monaſterio 6. Prouinc. Sancti Antonij. Speculum Fratrum Minorum. Boſius tomo ſecundo de Signis Eccleſiæ lib. 15. cap. 5. Vvillotus Athenarum Orthodoxar. Franciſcan. littera *Agnes.* Salazar libro 5. Chronic. Caſtellæ capite decimo ſeptimo, vigeſimo, & vigeſimo primo. De Buſtis ſecunda parte Roſarij Quadrageſimal. Sermon. vigeſimo ſeptimo. Grauina in *voce Turturis*, parte 2. cap. 13. Bzouius tomo decimo tertio, anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, §. 12. Vvadinghus tomo primo, Annalium ſupra anno milleſimo ducenteſimo duodecimo, paragrapho decimo quarto, vigeſimo tertio, & vigeſimo quarto, milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo, paragrapho vigeſimo, milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto, paragrapho octauo, milleſimo ducenteſimo trigeſimo octauo, paragrapho vigeſimo: & tomo ſecundo, anno milleſimo ducēteſimo quinquageſimo tertio, paragrapho vigeſimo tertio, & ſeq. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Elzearius libro tertio, capite 8. Sacri Montis Oliuet. Cimarella quarta parte Chronic. libro ſexto capite 25. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Anonymus vetus Author vitæ Sanctæ Claræ cap. 16. Charron. cap. 131. Hiſtor. Vniuerſal. Gall. Valerius de Sanctis Fœminis Ordinis Minorum lib. 2. cap. 1. vſque 7. Ferrarius in Catalog. Sanctor. 28. Auguſti, qui tamen fatetur de ea alio die agi apud nos. Corbinus libro octauo Sanctæ Franciad. pagina 101. Brautius in Martyrologio Poëtico, 28. Auguſti.

Beata Anonyma, Virginis. [f] Sciendum, quod Conuentus Minoriticus Sancti Cerbonij extra Lucenſem vrbem, in Tuſcia, ad Ciſtercienſes Moniales quondam ſpectauit; quibus (quòd in dies magis magiſque deficerent) ad Sanctæ Chriſtinæ Ordin. Benedictin. Monaſterium, tranſlatis: Fratribus Franciſcanis Obſeruantibus, in gratiam Beati Patris *Herculani*, (cuius ſup. meminimus ad 28. Maij) quòd à Deo Optimo Maximo, dùm ibidem per Quadrageſimam concionaretur, nę Lucenſis ciuitas à Florentino exercitu, à quo graui obſidione premebatur, vi expugnaretur, ſuis precibus obtinuiſſet: ſummis votis collatus eſt. Qua de re Gonzaga parte 2. ſup. in hocce Conuentu, qui eſt 21. prouinc. Tuſciæ. §. 6.

Dùm autem huiuſmodi tranſlatio fieret, præfata B. Anonyma Virgo (vna ex illis Monialibus Ciſtercienſ.) mutata veſte, virilem induit habitum; & pergens ad Conuentum Fratrum Minorum (cui *Carcer* S. Franciſci nomen eſt) propè Aſſiſium, Religionem Seraphicam petiit ſuppliciter ingredi. Itaque habitu Ordinis ſuſcepto, locum inter nouitios per ſex menſes tenuit, quibus expletis, in ſupremum morbum incidit. Quare omnibus Eccleſiæ Sacramentis deuotè acceptis, profeſſionem in Ordine emiſit, tum denique ferè moribunda, declarauit quod factum fuerat, ſeque bona fide ſic occultaſſe, atque ſexum fœmineum ſub virili veſte abſcondiſſe: quo dicto, ſanctiſſimè expiraſſe teſtatur Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. libr. 1. cap. 7. ad ann. 1388. quo tamen tempore id minimè accidit, ſed fortè ann. 1448. cùm Beatus Herculanus obierit ann. 1451. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1399. §. 66. §. 7.

Digitized by Google

DECIMOQVINTO KALENDAS DECEMBRIS.

AVreliaci in Aruernia, Beati [a] Franciſci Pogetij, Martyris; qui in perſecutione Hugnoſticorum hæreticorum, gladio confoſſus, victoriæ triumphum promeruit. Apud Saxum-Ferratum oppidum in territorio Nucerino, Beati [b] Alexandri Vencioli, Epiſcopi Nuceriæ, & Confeſſoris: quem gloria miraculorum nunc vſque exornat. Aſſiſij in Vmbria, Beati [c] Maſſæi Mariani, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci ſocij: qui orationi ac dono lachrymarum conſpicuus, humilitate & abſtinentia admodùm floruit. Procenij in Latio, Beati [d] Tobiæ, Confeſſoris; ſpiritu prophetico celebris. Carauillæ in Hungaria, Beati [e] Henrici Teutonici, Confeſſoris. In Gallia, Beati [f] Deſiderij Lotharingi, Confeſſoris, ac Concionatoris eximij, ſancti Bernardini Senenſis ſocij: vita & doctrina inſignis. Mantuæ, Beati [g] Sixti à Riparola, Confeſſoris: qui charitate ac pietate refertus, plurimis etiam coruſcauit miraculis. Cracouiæ in Polonia, Beatæ [h] Salomææ, Virginis, Regis Haliciorum vxoris: quæ vitæ ſanctimonia, & miraculorum frequentia, extitit inclyta. Xeroſij in Territorio Pacenſi, Beatę Marię [i] à Ieſu, Virginis, Tertiariæ.

NOVEMBRIS XVII.

§. 1. B*Eati Franciſci, Martyris.* [a]] Paſſus eſt pro Chriſto, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono. Iuxta Gonzagam tertia parte Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu Minorum Aureliacenſi, qui eſt 26. Prouinc. Aquitaniæ antiquioris: (at ſi Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 18. credimus, id accidit, ann. 1571.) Daçam ibid. lib. 3. cap. 58. Vvadinghum tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1277. §. 19. & tom. 3. ad annum milleſimum trecenteſimum trigeſimum ſecundum, paragrapho vndecimo

§. 2. *B. Alexandri, Epiſcopi.* [b]] Ex nobili proſapia Peruſina oriundus, Pontif. Ioannis 22. Pœnitentiarius erat, quando ad Epiſcopatum Nucerinum in Vmbria, per eum eſt aſſumptus hac die, ann. 1327. Fuit vir Sanctus multiſque miraculis ab eo patratis notiſſimus: mortuus, ſepultus eſt in choro Fratrum Minorum Conuentus Saxi-Ferrati, vbi nunc vſque ſignis admirandis refulget. Eius reliquiæ ſtatutis diebus exponuntur populorum venerationi, Nuceriæ in Eccleſia Cathedrali, aliiſque in locis prædictæ, Spoletanæ Diœceſ. pro vt refert Vvadinghus tom. 3. ſup. ad ann. 1327. §. 15. quo factus eſt Epiſcopus Calend. 15. Decemb. Cęſar Alexius in Centuria 1. Elogior. viror. illuſtr. Peruſinor. Vghellus tom. 1. Italiæ ſacræ, in Epiſcop. Nucerinis.

§. 3. *Beati Maſſæi, Confeſſoris.* [c]] Facundiſſimus & multum Curialis in mundo extiterat B. Maſſæus *Marinianus*, ſeu de *Marignano*; qui Ordinem ingreſſus eſt ſub annum milleſimum ducenteſimum decimum. Vir certè magna virtute prædìtus, diſcretione ac ſagacitate pollens; & ad ſummæ humilitatis vſque apicem perueniens. Seraphici Patris ſancti Franciſci amantiſſimus ſocius fuit & comes, eximiæ orationis ac contemplationis dono & lachrymarum conſpicuus erat; mira abſtinentia elucebat, ſemel tantum in die, ſub ſero, comedebat: noctes ducebat ferè inſomnes, vt orationis copioſius tempus adinueniret, tuncque magno cum ſpiritus feruore, in hæc verba prorumpebat. *Mi, Domine, Ieſu Chriſte, da mihi meorum contritionem peccatorum: inſuper & gratiam emendandi ac ſatisfaciendi ſecundum voluntatem tuam: Domine Deus meus, fac vt te cognoſcam, te timeam, teque ſemper diligam.* Obiit anno 1280. cuius ſacrum corpus Aſſiſij iacet honorificè conditum, in Eccleſia S. Franciſci. De eo ſcripſerunt, Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. in Fratribus Minor. ſanctitat. illuſtr. prouinc. S. Franciſc. B. Bartholomæus Piſanus ibid. lib. 1. Conformitat. Prolog. 2. & fruct. 1. 2. 4. 5. 6. 8. 10. 11. 12. part. 2. Item libro 2. fruct. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 11. 14. 15. part. 2. & lib. 3. fruct. 3. part. 2. Sanctus Antoninus 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 7. & §. 10. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. 56. 76. 78. 80. 97. 118. & lib. 2. cap. 1. 16. 33. 37. 51. & lib. 6. cap. 21. vſque 27. item part. 2. lib. 1. cap. 37. Firmamentum trium Ordinum tract. 1. in Memoriali Ordin. ſub init. Floretum cap. 9. 12. 28. Gonzaga ſup. part. 1. in Beatis viris eiuſdem Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Religion. Speculum vitæ Diui Franciſci fol. 103. Marianus lib. 1. cap. 5. Platus de bono ſtat. Relig. lib. 3. cap. 2. & 8. Vvadinghus tom. 3. Opuſculor. D. Franciſci Apophtegm. 20. Colloquio 12. 29. 31. & 41. item tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 33. 34. 1221. §. 34. & 1227. §. 22. item tom. 2. ann. 1280. §. 3. Hilarion à Coſta hiſtor. Catholic. lib. 1. pag. 65. in vita Pauli de Rendace Ordinis Minorum. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Thielmanſ. tomo ſecundo, vitar. SS. Seraphic. Ordinis.

Toſſinianus contendit Beatum Maſſæum obiiſſe apud locum Muri, in Picæno: ſed ille eſt Beatus Maſſæus *Senerinas*: de quo vigeſimo ſeptimo Decembris, ex Vvadingho tomo ſecundo Annal. ad ann. 1289. §. vigeſimo quinto. Alij volunt eius corpus ſepultum eſſe in Eccleſia Conuentus Sancti Franciſci *Mordinallis*: qui eſt 15. Prouinc. Marchiæ: vti ſcribunt Marcus Vlyſſiponenſ. parte prima ſupra libro 6. cap. 26. & Gonzaga part. 2. ſup. in eodem Conuentu: ſed decipiuntur; Nam ille Beatus Maſſæus alius eſt à *Marignano*; de eoque agitur alio die, & tempore. Non- §. 4.
nulli affirmant, corpus B. Maſſæi, *Mariniani* aſſeruari,

uari, in Eccleſia Conuentus Sancti Ioannis *Vindocinenſ.* in Gallia, illicque plurima miracula fieri: vti refert idem Gonzaga part. 3. in eo Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. Turonenſ. qui tamen hallucinantur: etenim huiuſmodi ſacræ Reliquiæ ſunt Beati Maſſæi, cuius corpus quieſcit apud *Bituricas*, in eadem Prouinc. (de quo 26. Februar.] prout apprimè notat ipſe Vvadinghus ſup.

§. 5. *Beati Tobiæ, Confeſſoris.* d] Spiritus prophetiæ dono valdè enituit, cuius corpus Procenij honorificè tumulatum iacet. Vide Piſanum lib. 1. ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Roman. Gonzagam part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Wadinghum tom. 2. Annal. ad ann. 1270. §. 27. Piequetum ſup. Toſſinianum libr. 2. in Cuſtodia Vrbe-vetana.

§. 6. *Beati Henrici Teutonici, Confeſſ.* e] Vir fuit perfectiſſimus ſimulque ſanctiſſimus: cuius meminerunt Piſanus ſup. in Prouinc. Hungariæ, & Gonzaga ſup. Vvadinghus ſup. ad ann. 1287. §. 8. Picquetus ſup. Toſſinianus ſup. in Prouinc. Hungariæ.

§. 7. *Beati Deſiderij Lotharingi, Confeſſoris.* f] Prædicator extitit generalis, & inſignis ſocius Sancti Bernardini Senenſis. Memoratur ab Authore Firmamenti trium Ordin. tract. 1. in Memoriali Ord. Minor. ſub 30. Miniſtro generali.

§. 8. *Beati Sixti à Riparola, Confeſſ.* g] Salutis animarum ſitibundus, prædicationis & confeſſionis munia zelo ardentiſſimo explebat: abſtinentiam, humilitatem, charitatemque maximè coluit. Viuus ac mortuus claruit miraculis. Septuagenarius obdormiuit in Chriſto, cũ Guardianatus officio fungeretur Mantuæ, in Conuentu Sancti Franciſci ann. 1533. vbi honorificè conditus, ſingulari piorum veneratione habetur. Cuius ſepultutæ huiuſmodi inſcriptio inciſa cernitur.

Sixto, qui Chriſto, & immaculatæ Conceptioni, vſque ad ſeptuaginta annos, indefeſsè vigilauit: quicquid boni conſuluit, ſperabit: num eum viuentem putabũt, qui dùm viueret aliquando miraculis claruit: Obiit die XVII. Nouembris M. D. XXXIII.

Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis tertia parte ſup. libro nono, capite quadrageſimo nono. Gonzaga parte ſecunda in Conuentu 3. 35. 40. Prouinciæ ſancti Antonij.

§. 9. *Beatæ Salomææ, Virginis.* h] *Salomæa*, aliis *Salonica*, Leſci, ſiue Leſkonis, Cracouiæ ac Sandomiriæ Ducis filia fuit: Boſlelai autem pudici, Poloniæ Regis ſoror: vxor verò Colomanni Hungari, Andrææ Regis filij, & Belæ 4. atque Sanctæ Eliſabeh fratris, qui poſtea factus eſt, Ruſſis principibus expetentibus, Gallitiæ, ſiue Halitiæ Rex. Tertio ſuæ ætatis anno ducta eſt in Hungariam, futuris nuptiis adaptanda; ita poſtulantibus Andræa Rege, Baronibus & Cõſiliariis Regni. In infantili hac ætate, à Spiritu ſancto preuentam oſtendit optima indoles, & ſancta ac matura nimis conuerſatio: pietati quippe ſupra ætatem omninò dedita fuit. Thoro maturis ſolemni ritu parantur nuptiæ, ſed animo potius copulantur, quàm corpore, pacti prima nocte, vt propter conditoris amorem, à carnis operibus abſtinerent: promittentes firmiter ſuæ puriſſimæ caſtitatis lilia, perpetuò immarceſſibiliter inuiolata conſeruare: quod veraciter complendo, per duodecim annorum ſpatium & amplius ſimul manentes, Agnum ſine macula ſponſum virginum progreſſu mundiſſimo ſunt ſecuti. Reſque mundanas, & corporis commoditates Beata Salomæa, ex animo ſemper neglexit: imo corpus ſuum cilicio iugiter edomuit, & multiplici ſenſuum mortificatione animum recreabat ad Chriſtum.

§. 10. Colomanno mortuo, circa ann. 1235. operibus pietatis totam ſe dedit Beata Salomæa, & facultates in refocillandis pauperibus, extruendiſque Minorum & Clariſſarum domiciliis, omnes diſtribuit. Demùm, mundi vanitatis pertæſa, ſanctæ Claræ inſtituto ſe addixit, facta Monialis, circa ann. 1253. Prandotha Epiſcopo Cracouienſi imponente illi velum ſacræ Religionis, adſtante Fratre Raymundo Franciſcano, Poloniæ Miniſtro, in Monaſterio Zauichoſtenſi; deindè in Scalenſi ſanctè piéque conuerſata eſt. Tandem infirmari cœpit 4. Idus Nouembris, in vigilia Sancti Martini Epiſcopi & Confeſſoris, in die Sabbati, dùm attentè infra Miſſarum ſolemnia, recitari audiret ſacrum Euangelium, ſumma patientia, & æquanimitate, ægritudinis moleſtias paſſa, prædixit Fratribus & ſororibus in proximo imminere ſarcinæ deponendæ diem; quod & euenit, moriente illa, in Sabbatho ſequenti, nempè 15. Kalend. Decembris ann. 1268. Dùm per ſeptem integros dies in feretro iaceret in choro Monialium incorrupta, odorem ſpirans gratiſſimum, & oleum ſudans ſaluberrimum; decidit ex ore & naribus ſanguis ſuper ceruical ſubiectum, & linteolum, quo caput eius obtegebatur. Die octauo, poſt traditum corpus ſepulturæ apud Diui Franciſci Cracouienſis ædem, quo funus tranſlatum, Abbatiſſa, alio obducto linteamine, ſanguinolenta apud ſe retinuit: quæ Religioſè ſeruata, plurima patrarunt miracula. Eius Elogium paucis perſtringit B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 2. vbi de 2. Ordine Minorum, nempe, Sanctæ Claræ. *Fuit etiam* (inquit) *alia ſoror Sancta in hoc Ordine de domo Regali Poloniæ, Beata Salome; quæ qualis fuerit in vita, miracula facta per ipſam, tam in vita, quàm poſt mortem, oſtendunt. Hæc ſiquidem mortuos ſuſcitauit; pauonem à cane interfectum ad vitam reduxit, vulneratis ad mortem dedit ſanitatem, cæcos illuminauit, contractos erexit, & à partus periculo mulieres liberauit.* De ea egerunt Acta MSS. Cracouiæ. Gonzaga part. 1. ſup. in Beatis Fœminis 2. ac 3. Ordin. Minor. Toſſinianus lib. 1. ſup. ibid. & lib. 2. in Prouincia Poloniæ, vbi de Cuſtodia Cracouiæ, qui vult eam obiiſſe ann. 1278. ſed perperam. Cromerus de Rebus Polonic. tom. 2. lib. 7. & 9. Matthias de Michouia lib. 3. Hiſtor. Poloniæ cap. 32. & 57. Firmamentum trium Ordinum Minor. part. 1. tract. de illuſtr. viris ac fœminis trium Ordin. Salazar. lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ lib. 5. cap. 20. Valerius de Sanctis Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 8. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1254. §. 4. & 1264. §. 13. Ferrarius in catalog. Sanctor. die 7. Nouembris, ſed mendoſè, loco 17. Vvadingh. tom. 1. ſup. ad ann. 1235. §. 12. item tom. 2. ad ann. 1254. §. 35. 1258. §. 27. & 1268. §. 4. 5. & ſeq. ac tom. 5. ann. 1436. §. 24. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Raiſſa in Auctario ad natales SS. Belgij ſub. 19. Nouemb. Choppin. lib. 2. Monaſtic. tit. 2. §. 24. Longinus lib. 7. Hiſtor. Polon. & ex eo Odoricus tom. 14. Annal. Eccleſ. ann. 1268. §. 55. qui vult eam obiiſſe die 10. Nouemb. & anno ſequenti 4. Calend. Iulij corpus eius ſacrum tranſlatum Cracouiam apud Fratres Minores.

Beatæ Mariæ virginis i] Hæc Religioſiſſima, §. 11.

Chriſti famula, Tertium Inſtitutum profeſſa, vigiliis, ieiuniis, orationibuſque intenta; erga pauperes & infirmos miſericordia abundabat. Quæ mortis horam præſciens, habitum & veſtes conſuit, & parauit, eo modo, quo defunctis ſororibus adaptantur, ac paulò poſt ſeptuagenaria deceſſit in Monaſterio Xereſij. Ita referunt MSS. Monimenta Prouinciæ ſancti Michaelis in Hiſpania, & Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1449. §. 41.

DECIMO-QVARTO KALENDAS DECEMBRIS.

SYracuſis in Sicilia, Beati [a] Ioannis, Confeſſoris: vita & miraculis præclari. In Italia, Beati [b] Pauli ab Aſſiſio, Confeſſoris & Doctoris eximij, ac Sancti Bernardini Senenſis, Diſcipuli & ſocij: qui verbo & exemplo, plurimùm Italiam illuſtrauit. Mediolani, Beati [c] Chriſtophori à Modoetia, Confeſſoris: qui meritis ac virtutibus ſpectabilis, ad Cœlos euolauit. Apud Netinos in Sicilia, Beatorum Bernardini à Netino: & Antonij Zaliottæ, Confeſſorum. Santareni in territorio Vlyſſiponenſi, Beatæ [f] Helenæ à Sancto Antonio, Virginis: quæ Regio ſanguine nata, tanta humilitate & charitate enituit, vt omnibus perfectionis normam præbuerit, & ſignis admirandis floruerit.

NOVEMBRIS. XVIII.

§. 1. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* a] Tanta charitate abundabat erga infirmos, vt lapidem ignitum & ardentiſſimum, in manibus, ſine læſione, detulerit, de coquina vſque ad infirmariam; vbi iacebat quidam Frater ægrotus, tali re indigens. Floruit ann. 1360. obiitque Syracuſis in Sicilia, ſanctitate & miraculis præclarus. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus, libro primo Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minorib. Prouinc. Siciliæ Sanctitate illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chronic. Minor. libro nono capite vigeſimo quarto §. 1. ſub ann. 1362. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad annum 1305. §. 4.

§. 2. *B. Pauli ab Aſſiſio, Confeſſoris.* b] Magiſter erat in Theologia, cùm à Conuentualibus tranſiit ad Patres Obſeruantes, vt perfectius Deo inſeruiret. Didaſcalum habuit Sanctum Bernardinum *Senenſem*, quem ad amuſſim imitabatur, tum in probitate vitæ, tum in dicendi modo: ita vt paulò poſt illius ſocius extiterit ac comes fideliſſimus. Egregiéque concionatus eſt per totam Italiam: magno cum animarum fructu ac profectu. Quanti autem meriti, qualiſve doctrinæ ac ſanctitatis fuerit: ea quæ dixit, fecit, ac ſcripſit apertè teſtantur. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi 3. part. ſup. lib. 1. cap. 43. ad ann. 1427. Wadingho tom. 5. ſup. ann. 1426. §. 11. & 1444. §. 16. tom. 7. ad ann. 1499. §. 5.

§. 3. *Beati Chriſtophori à Modoetia, Confeſſoris.* c] Famoſiſſimus extitit, ob eximia virtutis ac ſanctitatis opera; ſepultuſque iacet Mediolani. Author fuit totius ædificij Conuentus ſanctæ Crucis, apud Comum in Inſubria: virtute facultatis ſibi conceſſæ ab Eugenio IV. Papa anno 1440. qua duorum in Prouincia Mediolanenſi erigendorum Conuentuum licentia ſibi facta erat. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſis, parte tertia, ſup. libro quarto, capite vigeſimo ſub anno 1490. Gonzaga ſecunda parte ſupra in Conuentu 3. Prouinciæ Mediolanenſis. Toſſinianus libro ſecundo, in Prouincia Mediolanenſi. Wadinghus tomo quinto, ſupra, anno 1440. §. 31. 1447. §. 66. Item tomo ſexto anno 1456. paragrapho centeſimo trigeſimo ſexto, & anno 1460. paragrapho vigeſimo, anno 1461. §. 27.

BB. Bernardini & ſocij. d] Prior vitæ integritate, §. 4.
& dicendi virtute populo fuit admirabilis, & vaticinij Spiritu præclarus: Alter verò ſacræ Theologiæ Profeſſor, virtutum gloria euaſit inſignis ex MSS. ac Wadingho, tomo ſexto, ſup. ad annum 1451. paragrapho ſexageſimo primo poſt Pyrrum in Notatione Syracuſan. pag. 220.

Beata Helena, Virginis e] Quemadmodum ex §. 5.
Apoſtolicis quibuſdam litteris, datis à Summo Pontifice Alexandro IV. tertio Kalendas Maij, Pontificatus ſui anno quinto didicimus: Monaſterium ſanctæ Claræ extra muros oppidi Santareni, Vlyſſiponenſis diœceſis, ſumptibus Alphonſi III. Portugalliæ Regis, ædificari cœpit, anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono atque inhabitatum fuit anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo à ſororibus Franciſcanis ſub ſecunda Regula ſanctæ Claræ. Inter quas emicuit ipſa Beata Helena, de qua, hæc Gonzaga, parte tertia, ſup. in eo Monaſterio, (quod eſt quintum Prouinciæ Portugalliæ) ſubdit. *Huiuſmodi autem opus mirum in modum promouit, pientiſſima Helena à ſancto Antonio, præfati Alphonſi Regis legitima filia; quæ collatis omnibus ſuis bonis, præfatis ſororibus adiungi voluit. Fuit Hæc Virgo religioſiſſima, pariterque ſanctiſſima atque omnibus virtutibus, præcipuè verò humilitate atque charitate exornata: nam perpetuò, vel culina, vel valetudinario, vel huiuſmodi officinis, in quibus hæ virtutes exercentur, à ſuo in Religione ingreſſu, totis viribus incubuit. De qua & illud legitur. Cùm enim infirmis inſeruiret ſororibus, atque ſoror quædam, extra tempus tamen, comedendorum ceraſorum deſiderio teneretur, illa clauſtrum maxima cum fiducia petens, ad ſignum Crucis arborem ceraſum fructibus, ſed immaturis onuſtum, ad maturitatem excitauit. Cùmque collecta ceraſa languenti obtuliſſet, iis deguſtatis, quæ malè habebat, ſtatim conualuit. Ad præfatum ſanctitatis ſignum accedit & aliud: cùm enim huius virginis oſſa, alium in locum inferenda, proceſſionaliter à Monialibus per valetudinariū deferrentur, quotquot lectulis decũbebant ſorores, impetrata*

petrata ex tempore, eius meritis, ſoſpitate ſacra pignora ſequuta ſunt. Plura etiam alia miracula authentica cuidam libello olim credita edidit: quæ tamen, eo libello à latronibus ſublato, nos latent, Hæc ille. Quem Barezzus 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 39. ſequutus eſt: ac Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1259. §. 18. Mariana de rebus Hiſpan. lib. 3. cap. 12. Vaſconcellus in Deſcriptione Regni Luſitaniæ, vbi de Fœminis ſanctitate nobilib §. 11. qui tamen hallucinatur, vocans præfatum R. P. Gonzagam *Cardinalem*. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 40.

DECIMO-TERTIO KALENDAS DECEMBRIS.

OCtaua Sancti [a] Didaci Confeſſoris. Apud Marpurgum Haſſiæ oppidum in Germania, Depoſitio Sanctę [b] Elizabeth, viduę, Andręæ Regis Hungarorum filiæ: quæ ſub habitu tertij Ordinis Minorum, pietatis operibus aſſiduè intenta, miraculis clara, migrauit ad Dominum; quam Gregorius IX. Papa Sanctorum catalogo adſcripſit. Gandaui, Beati [c] Petri Prus, Martyris: qui à furentibus hæreticis cæſus ad mortem, euolauit in cœlum. Damaſci in Palæſtina, Beatorum [d] trium Fratrum Martyrum: qui à Sarracenis diuerſis atrocibuſque ſuppliciis cruciati, Martyrij coronam meruerunt. Mutinæ, Beati [e] Thomæ de Farignano, Patriarchæ Gradenſis, ac Sanctę Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Cardinalis Tuſculani, qui doctrina & ſanctitate floruit. Beneuenti in Hiſpania, Beati [f] Leonis, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci Diſcipuli: magnę ſanctitatis viri. Toleti, Beati [g] Deodati, Confeſſoris: miraculis clari. Cęſaraugustę Beati [h] Ioannis Alcozij, Confeſſoris, pietate & Religione inſignis. In Sicilia, Beati [i] Hieronymi Panormitani, Confeſſoris, qui ſingulari eruditione, vitæ integritate, morum ſanctimonia, ac regularis diſciplinæ zelo admodùm emicuit. Vercellis, Beatæ Barbaræ [l] Mediolanenſis Virginis: quę illic prima Abbatiſſa exiſtens, tantùm ſponſo Christo placuit, vt ante & poſt obitum, ab eo gratia miraculorum exornata ſit.

NOVEMBRIS XIX.

§. 1. OCtaua ſancti Didaci a] Celebris habetur i toto Ordine Minorum: ſiquidem Sixtus V. Papa, qui eum canonizauit, conceſſit omnibus Fratribus Minoribus Obſeruantibus, & cunctis Monialibus, ſub obedientia ipſorum degentibus, non ſolùm feſtum ſancti Didaci celebrare duodecimo Nouembris, ſub officio duplici, in Regnis Hiſpaniarum: ſed etiam illius Octauam, quemadmodum, feſta aliorum dicti Ordinis Sanctorum: ſub Datum 16. Nouembris an. milleſ. quingenteſimo octuageſimo octauo. At Clemens VIII. per Bullam, quæ incipit, *Quæ ad Sanctorum*, eadem conceſſit in vniuerſo orbe: inſuper & addit Indulgentiam plenariam viſitantibus eadem die, Eccleſias Fratrum Minorum modò confeſſi ſint, & ſacra refecti Euchariſtia, preces ordinariè requiſitas ad Deum emiſerint: ſub Datum 26. Martij anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo octauo, teſte Ioanne Baptiſta, Confettio, in Collectione priuileg. FF. mendicant. & non mendicant, ſub Clemente VIII.

§. 2. *Sancta Elizabeth.* b.] Obiit anno milleſimo duceteſimo trigeſimo primo: canonizauit eam Gregorius IX. Papa anno 1235. Conciones de ea ediderunt S. Bonauentura tom. 3. operum. Dormi ſecurè concion. 64. de ſanctis. Philippus Diez tom. 3. concion. in commun. SS. mulier. ſerm. 2. Bartholdus Pontanus tomo ſecundo Bibliothec. concion. & Clictouæus: qui & duos Hymnos ac Proſam propriam de ea refert, Annotationibuſque explicat, libro primo & quarto Elucidatorij Eccleſiaſt. Diſcipuli de Tempore ſerm. 67. in fin. 89. in med. & 116. & de ſanctis ſerm. 43. Pariſiis ann. 1631. prodiit *Originale ſanctitatis*, in quo tom. 3. habentur Meditationes in vitam Sanctæ Elizabeth. Sancitum fuit in Capitulo generali, anno 1490. apud Conuentum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, propè Andegauum, Prouinciæ Turoniæ, vt feſtum Sanctæ Elizabeth duplici ritu celebraretur: teſte Speculo Fratrum Minorum tract. 3. in Ordinationibus circa Diuinum Officium; & Firmamento trium Ordin. Min. ibid. part. 3. Modò autem in toto Ordine fit ſemiduplex, transferturque in ſequentem diem propter octauam Sancti Didaci. Ioannes Morellus inter alia ſua Poëmata ſacra, duos cecinit Hymnos in laudem ipſius S. Elizabeth. Caput eius ſacrum Bruxellis aſſeruatur, ex Sauſſayo in Martyrologio Gallican. hac die: Chryſoſtomus à Sancto Laudo meditationes de Virtutibus ſanctæ Elizabeth edidit in lucem. anno 1651.

Eius vitam admirandis virtutibus decoratam, miraculiſque comprobatam deſcripſerunt Gerardus, §. 3.
Monachus Sancti Quintini, Iacobus Montanus, Surius, Lippeolus, B. Conradus Marpurgenſis, Theodorius de Thuringia, Gazetus, Ribadeneira, Petrus Matthæus, Doubletus, Foderetus, Haræus, Reſendicus, & alij, hac die. Agunt de ea Martyrolog. Rom. Baronius ibid. in Annotation. Molanus in Additionib. & Annotation. ad Vſuardum eadem die: item lib. 3. imagin. cap. 48. & in Diario Eccleſ. Medic. §. 44. S. Brigitta lib. 4. reuel. cap. 4. Gonſaluus Durantus ibid. Annot. Simon de Keza in chron. MS. S. Antonin. 3. part. hiſt. titul. 19. cap. 11. Vincentius Beluacenſ. lib. 31. Specul. Hiſt. cap. 136. & 137. B.

Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. vbi de tertio Ord. Minor. Petrus de Natalibus in Catalog. lib. 10. cap. 79. Hiſtoria Lantgrauior. Turingiæ. Firmamentum trium Ord. Min. tract. 1. in Memoriali Ord. ſub. 4. Miniſtro generali. Bonfinius rerum Hungar. decad. 2. lib. 7. & 8. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chron. Min. lib. 9. cap. 8. vſque 18. Schedel in Regiſtro mundi ætat. 6. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Elizabeth. M. Marulus lib. 1. Exempl. 2. cap. Krantzius lib. 7. Metropol. Saxon. cap. 40. & 48. Toſſinianus lib. 1. Hiſt. Seraph. Meyerus in Annal. Flandr. ad ann. 1221. Sabellicus Ænead. 9. lib. 6. Marianus lib. 1. & 2. Faſciculus Temporum ad annum 1214. & 1224. Bergomas in Supplemento Chron. lib. 13. ann. 1225. Item de claris mulierib. cap. 148. Hieronymus de Villavitis, in Orationali SS. hac die. Mombritius, Volum. 1. Sanctuar. Magnum Chronicon. Belgicum ad ann. 1232. (quo vult, ſed perperam, obiiſſe) & 1235. Pariſius. De geſtis Anglor. ad ann. 1240. Nangius ad ann. 1229. Treuethus. De Regib. Angl. ad ann. 1229. & 1217. Spinellus. De Laudib. Deipar. Virg. Tract. de Virginib. ſection. 8. §. 58. Balinghen. In Calendario Virginis Mariæ, hac die. Volaterranus lib. 21. Antropolog. Brautius in Martyrolog. Poëtico. Choppinus. lib. 2. de ſacra Politia. Titul. 3. §. 21. Friſonus lib. 1. Galliæ purpuratæ. In Benedicto 12. Odoricus. Tom. 13. Annal. Eccleſ. ann. 1231. §. 34. Thielmanſ. tom. 1. & 2. Vitar. SS. Seraphic. Ord. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in SS. Canonizat. eiuſdem Ordin. Carion. in Chronico ſub an. 1202. & 1212. Nauclerus ibid. generation. 41. Ptolomæus Lucenſis ad ann. 1228. Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 13. in Sanctis viris ex Coccio de ſignis Eccleſ. artic. 2. Bachotus in Faſtis Chriſtianis 19. Nouembris. Spondanus in Auctario chronolog. ad Annal. Baron. ſub ann. 1231. Coſterus Concion. Dominic. Quinquageſ. §. 9. Franciſcus de Sales part. 1. Introduct. ad vitam deuot. cap. 4. & part. 3. cap. 1. 15. & 34. Poireus tractat. 4. Triplicis coronæ Virginis §. 2. capit. 6. numer. 2. item cap. 8. §. 3. numer. 4. & cap. 11. §. 13. numer. 11. Charron. in Hiſtor. Vniuerſal. Franc. ſeu Gall. cap. 131. Wadinghus tom. 2. opuſcul. D. Franciſci Annotation. 14. & 21. ad Regulam Tertiar. Ordin. Minor. item tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1209. §. 44. 1214. §. 35. &c. & 1221. §. 46. 1226. §. 47. 1227. §. 5. 1228. §. 80. 1229. §. 3. 1231. §. 42. 1232. §. 45. 1234. §. 1. 1235. §. 1. Caſtillo lib. 2. Chronic. prædicat. cap. 3. Pap. Belforeſtius libro quarto Annal. Franc. cap. 4. Bzouius tomo tredecimo ad ann. milleſ. duceteſimum quinquageſimum primum §. 1. de Buſtis 2. part. Roſarij Quadrageſimal. ſerm. 27. Raiſſa in Auctario ad natales SS. Belgij, hac die. Benedictus Coronat. in vita ſancti Elzearij cap. 19. Lucas Caſtellinus in Elucidario Theologico de certitudine gloriæ Sanctor. canonizator. Victonus tract. de antiquo ac moderno vſu canonization. Sanctorum, capite vigeſimo octauo. Miræus in Iſabellis. Ferrarius in noua Topograph. ad Martyrologium Romanum. Brulius libro ſecundo Antiquitat. Pariſienſ. pag. 525. Salazar libro ſexto. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, capite ſexto. Grauina in *voce Turturis* parte ſecunda, capite decimo tertio. De Sillis in capite primo Regul. Tertiar. Ioannes de Torres in practicis exhortationibus ſuper eandem Regulam fol. trigeſimo ſexto pag. 2. Buchingerus in Hiſtoria Eccleſiæ, in catalogo Summorum Pontificum in Gregorio IX. Pap. 179. Legi meretur etiam quod de hac Diua, ſcripſit H. Eobanus Heſſus, in Epiſtola ſanctarum Heroïdum, & Iaulnayus de vita & miraculis Sancti Reguli, Epiſcopi Syluanectenſis. ſub Epiſcopo 54. pag. 118. mendosè illam Dominicam faciens.

Beati Petri Prus, Martyris. [c]] Gallus erat natione, Conuentus Athenſis Vicarius, quando Martyrium ſubiit ann. 1571. Teſte Gonzaga parte prima ſupra in ſacris Martyribus Ordinis Minorum, ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in Prouincia Flandr. item part. 3. in eadem Prouincia ſub fin. & Barezzo parte quarta ſup. §. 6. ex Thoma Bouchiero in ſua Hiſtoria. Raiſſa hac die. ſup. §. 4.

Beatorum trium Fratrum Martyrum. [d]] Scribit de eis Gonzaga parte prima ſupra, vbi de Martyribus Ordinis Minorum Terræ Sanctæ. *Nec defuere* (inquit) Franciſcani qui hanc terram *ſanctiſſimam ſuo ſanguine pro Chriſti fide ſparſo, illuſtriorem redderent, nam vt accepi à teſtibus omni exceptione maioribus, à viginti ſex annis, vel circiter, tres Prouinciæ Baſilicatæ Fratres apud Damaſcum, poſt multa & varia tormenta à Sarracenis eis illata, Martyrium pro Chriſto conſtanter pertulerunt; quorum hiſtoria (vt accepimus) in præmemorata Baſilicata Prouincia extat.* Wadinghus tom. 3. ad annum 1341. §. 61. Marianus libro nono Chronic. ſtrictior. obſeruant. Reformat. capite vigeſimo primo. §. 5.

Beati Thomæ de Farignano, Cardinal. [e]]Mutinenſis erat natione, & Prouinciæ Bononienſis alumnus, Doctor in ſacra Theologia, & Prædicator famoſus. Hic anno 1367. in Capitulo generali Aſſiſij habito, electus eſt Generalis totius Ordinis Minorum. Hæreſis accuſatus ab Epiſcopo Narnienſi, & quibuſdam Fratribus Minor. Prouinciæ S. Franciſci; citatatus eſt ad Curiam Romanam, ibique per Summum Pontificem Vrbanum V. ab officio ſuſpenſus pro tempore: at rei cognita veritate, purgatus fuit ab eo crimine per tres Cardinales, in Eccleſia Sancti Petri, multis coram Prælatis Regularibus, aliis perſonis Eccleſiaſticis ac ſæcularibus; ex quibus pluſquam centum pro eius innocentia, teſtimonium ſub iuramento dederunt, ita vt officio Generalatus reſtitutus fuerit haud abſque ingenti honore. Finito autem ſui muneris ſexennio, Patriarcha Gradenſis creatus eſt, poſteaque Cardinalis S. R. E. ab Vrbano VI. ann. 1378. indè verò Epiſcopus Tuſculanus renuntiatur: quo in ſtatu fœliciſſimè deceſſit è vita; cuius anima, ob eius eximias virtutes, ſingularemque ſanctitatem, inter beatos, ab omnibus beari exiſtimatur. Obiit ann. 1381. De eo egerunt, Firmamentum trium Ordinum, & Speculum Fratrum Minor. tract. 1. in Memoriali Ord. Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. part. 2. in Generalib. & part. 3. in Cardinalibus Franciſcanis: item fruct. 11. part. 2. in Fratribus Min. Prouinciæ Bononienſ. ſanctitate illuſtr. D. Antonin. 3. part. Hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 21. Marcus Vlyſſiponenſis 2. part. Chron. Minor. lib. 9. cap. 26. 30. 31. & 33. ex Mariano Florentino. Gonzaga ſup. part. 1. vbi de Generalibus, Patriarchis, & Cardinalibus Franciſcan. item part. 2. in Conuentu 19. Prouinc. Bononienſ. & in Prouinc. S. Angeli. Toſſinianus lib. 2. Hiſt. Seraphic. in eo. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1244. §. 18. item tom. 4. ad annum 1260. §. 1. 1367. §. 6. 1368. §. 14. 1371. §. 1. & ſeq. 1372. §. 1. & cæt. 1373. §. 3. & ſeq. 1374. §. 14. 1376. §. 8. & 1378. §. 5. Nomenclator. Cardinalium. & Ciaconus, ac Friſonus, in Gallia purpurata ſub Vrbano VI. §. 6.

Digitized by Google

§. 7. Scribit Gonzaga ſup. part. 1. in Generalib. Minor. hunc Beatum Thomam à Gregorio XI. primo Gradenſem Patriarcham, poſtea Cardinalem Preſbyterum creatum eſſe. Et certè, quoad primum, fatetur Marcus Vlyſſiponenſis ſup. capite trigeſimo primo eundem Summum Pontificem hunc B. Thomam Legatum ſuum à latere, in Liguriam miſiſſe, pro componendis Genuenſium iurgiis, ann. 1272. quibus fœliciter geſtis, Auinionem rediiſſe: & Patriarchatum Gradenſem ex tunc à Papa accepiſſe. Quantum verò ad Cardinalatum ſpectat: dicunt Piſanus ſup. in Cardinalib. Minor. & idem Gonzag. ibid. ſup. quòd ex Patriarcha Gradenſi, primum Preſbyter Cardinalis, tituli Sancti Laurentij in Damaſo ann. 1378. ab Vrbano VI. creatus ſit: à quo & poſtea ad Epiſcopatum Tuſculanum Cardinal. promotus eſt. Idem adſtruit Marcus Vlyſſiponenſ. cap. 26. ſupra. Romæ autem obiit, & in Conuentu Aracœlitano ſepultus eſt, inquiunt Piſanus, & Gonzaga ſup. qui tamen Gonzaga vult poſtea conditum eſſe in Eccleſia Sancti Franciſci Patrum Conuentualium Mutinenſ. ciuitatis, vnde erat oriundus. Vide ſup. in 16. Conuentu Prouinc. Bononienſ.

§. 8. *Beati Leonis, Confeſſoris.* f] Alius omninò eſt ab altero Beato *Leone*, Sancti Patris Franciſci primario ſocio (de quo 16. Septembr.) Aſſiſij tumulato. Quare notanda veniunt, quæ ſcitè illuſtriſſimus Gonzaga obſeruauit. part. 3. ſup. in Conuentu S Franciſci Beneuenti, qui eſt 16. Prouinc. Sancti Iacobi. *Sub glorioſiſſimæ Virginis Dei genitricis altare, in Domino quieſcunt, ac ſumma veneratione à Beneuentanis coluntur B. cuiuſdam P. Leonis, ſocij S. P. Franciſci oſſa. Cuius etiam caput theca contectum argentea, in ſacrario cuſtoditur. An verò hic Pater Leo, vnus ex duodecim primis ſociis B. Patris Franciſci ſit, quem & ipſe ob ſummam eius ſimplicitatem, Dei ouem appellare ſolitus erat, vel alius quiſpiam; contradicentibus ſibi hac de re quibuſdã, aliorum eſto iudicium. Eaque de cauſa hoc tantum dixerim: quod videlicet eius loculo ſequentes litteræ inciſæ ſint. S. Leo, ſocius Sancti Franciſci hic iacet.* Hæc ille: & Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1269. §. 11. & 1271. §. 7. eundem opinor eſſe cum eo, cuius corpus Areualenſes iactant apud ſe ſeruari. Vide Gonzagam ſup. in Conuentu 30. Prouinc. Conceptionis, & Wadinghum ſup. tom. 1. ad ann. 1214. §. 13.

Beati Deodati, Confeſſoris. g] Amantiſſimus fuit paupertatis, humilitatis, & obedientiæ; alta contemplatione præditus, mortificationem ſummè excoluit. Toleti ſepulturam nactus eſt: miraculis fulgens. Memoratur à Gonzaga part. 1. ſup. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Barezzo 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 37. Picqueto in catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Salazare ſup. lib 2. cap. 21. §. 9.

B. Ioannis Alcozij, Confeſſoris. h] Hunc deuotiſſimum ſeruum Dei, patria Nauarræum, Laicum verò profeſſione, ferunt erga animas Defunctorum fuiſſe ſummè ſollicitum; & mirabiliter propitiantem. Virtute inſignem, & Religione decorum: teſte Wadingho. Tomo quinto ſup. ad annum, 1447. §. 78. Sanctiſſimè obiit in Conuentu Cæſarauguſtano, qui eſt 1. Prouinciæ Arragon. §. 10.

Beati Hieronymi, Confeſſoris. i] Dignitate Sacerdos, cùm eſſet, ad Patres Capucinos Siculæ Prouinciæ ex Minorum Diſcalceatorum cœtu, tranſiit: vbi præfuit ac profuit, multis doctrinæ & ſanctitatis indiciis. Vide Bouerium tomo primo Annal. Capucinorum: ad annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum nonum §. 17. §. 11.

B. Barbaræ, Virg. l.] Illius meminit Gonzaga 2. part. ſup. in Monaſterio S. Claræ Vercellarum, quod eſt 9. Prouinc. Mediolanenſ. vbi admirandas eius virtutes ſummatim Commemorat. & Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1475. §. 41. à quo cognominatur, *Pergamenſis.* §. 12.

DVODECIMO KALENDAS DECEMBRIS.

SAncti [a] Raphaelis Archangeli; vnius ex ſeptem, qui adſtant ante Dominum. In territorio Caurienſi apud oppidum Gaſeres. Beati Ioannis [b] de Turribus, Confeſſoris: genere ac virtute illuſtris. Romæ Beati [c] Cæſaris Pergami, Confeſſoris, atque Concionatoris eximij: qui virginitatem intemeratam cuſtodiuit, & mortificationi ac ſanctis operibus iugiter intentus, migrauit in cœlum. Abulæ in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [d] Philippi Carcinonenſis, Bonfeſſoris: qui continuis pœnitentiæ operibus ſe exercens, dono orationis & contemplationis eſt ſublimatus. Meſſanæ in Sicilia, Beatæ [e] Franciſcettæ Virginis: quæ humilitate & paupertate exornata fœlix cucurrit ad ſponſum Chriſtum.

NOVEMBRIS XX.

§. 1. S*Ancti Raphaelis Archangeli.* a] Hæc deſumpta ſunt ex cap. 12. Tobiæ verſ. 15. cui conſentiunt ea quæ leguntur, Zachar. 3. verſ. 9. & cap. 4. verſ. 10. item Apocalypſ. cap. 1. verſ. 4. cap. 3. verſ. 1. cap. 4. verſ. 5. cap. 5. verſ. 6. & de ſeptem illis Spiritibus, & Angelis, qui aſtant ante Dominum: quod denegare voluit impiè Wittakerus hæreticus contra Edmundũ fol. 17 quem meritò confutat ac deiicit Serrarius, in cap. 12. Tob. quæſt. 1. Propterea memoria eorum, publico ritu, agitur, in Sicilia, Neapoli, Venetiis, Romæ, &c. vbi etiam ædes habentur illis conſecratæ. Porro, per quandam medicæ virtutis largitionem, & impoſitum à ſummo illo medico munus, Archangelus iſte, *Raphael* nuncupatus eſt: vnde in Hymno S. Michaelis, ſic canit ad Chriſtum Eccleſia.

Angelum nobis medicum ſalutis
Mitte de cœlis Raphael, vt omnes
Sanet ægrotos, pariterque noſtros
Dirigat actus.

Idem de ſe teſtatur Sanctus Raphael ad Tobiam, cap. 12. verſ. 14. dicẽs. *Miſit me Dominus, vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à Dæmonio liberarem.* Beneficium quidem proprium eſt Angelorum; vt à pluri-

Digitized by Google

mis corporum periculis homines liberent. Sic Sanctus Iſacius, apud Metaphraſt. medijs in ſpinis, ab Angelis conſeruatur: & Beatus Franciſcus, apud Diuum Bonauenturam, muſico concentu, à morbo difficillimo releuatur, vt rectè videatur ceciniſſe, qui ſcripſit,

Aſpice quæ cœli ſint gaudia, corpore morbum
Angelico remouet pectine tacta chelys.

Sanè in Gallia à longo tempore, præcipuo cultu veneratus fuit, maximè in Abbatia de *Ceruula*. In agro Pontiuo, Diœceſis Ambianenſ. vbi Ieſſe Epiſc. illi altare dicauit circa ann. 800. qua de re, vide Neuſtriam noſtram *Chriſtianam*: cap. 51. in Archiepiſc. Rotomagenſ. 31. §. 3. illius feſti meminit, hac die, Molanus, in Additionibus ad Vſuardum, tum in Diario Eccleſiaſtic. medicor. numer. 45. ſic & Sauſſaius in Supplemento Martyrolog. Gallicani, eadem die: his verbis. *Feſtum Sancti Raphaëlis Archangeli, apud nonnullas Eccleſias, hac die, pio ex more celebratur.* Vnde & in Romano Miſſali, quod anno, 1520. Pariſiis editum fuit, Miſſa eſt de Sancto Raphaële, pro ægrotantibus: & peregrinantibus, teſte Serario, in cap. 3. Tobiæ, quæſt. 1. quod nunc vſque perſeuerat. At in noſtro Ordine Minor. Officio proprio colebatur, vti videre eſt in Breuiario antiquo: hinc in Capitulo generali Mantuano anno, 1541. ſic ſancitum legimus. *Feſtum Sancti Raphaëlis celebrabitur duplex Maius 20. Nouembris.*

§. 2. *B. Ioan. Confeſſ.* [b]] Nobili natus familia, vitam duxit Sanctiſſimam, in Conuentu oppidi *Caſores*, Apud Extremam Duram Hiſpaniæ: ita M. SS. Monimenta Prouinciæ S. Michaëlis, & Vuadinghus. Tom. 6. ſup. ad ann. 1472. §. 88.

§. 3. *Beati Cæſaris Pergami, Confeſſoris.* [c]] Natus eſt honeſtis piiſque parentibus apud Albam Pompeiam, (olim *Troia* dicebatur) in Pedemontano principatu: atque creſcens ætate, litteris humanioribus imbuendus traditur. Cùm autem virtuti ac perfectioni minus operam daret, diuina præuentus gratia, nuſquam vitiis ac libidini habenas laxauit: ſed paulatim timor, amorque Dei illius penetralia commouens, ſæpè in lachrymas prorumpebat, & deſideria rerum ſupernarum frequenter ex corde eructabat. Quare Italia in Hiſpaniam abiens, habitum Religionis Seraphicæ induit inter Patres Obſeruantes Regni Valentiæ, tantoque apud eos profecit, vt breui, ſua eruditione ac pietate quemcumque ſuperaret. Nam ieiuniis, vigiliis, diſciplinis, & carnis mortificationibus vacabat: Orationem Mentalem maximè colebat, ſanctam adamabat paupertatem, integram ſeruauit virginitatem. Status ſui ac profeſſionis erat zelantiſſimus: quare, maximoperè curam egit, vt Reformatio introduceretur, & Regulæ puritas niteret.

§. 4. Sapientia propè Angelica exornatus fuit: quæ tanta benignitate ac ſuauitate comitabatur, vt cæteros in ſui admirationem alliceret. Concionator egregius cùm eſſet, monita ſalutis omnibus ex charitate proponebat, animi ſagacitate pollebat: ſilendi, loquendique tempus optimè norat, Dei præſentiam iugiter habebat, & ex rebus ſenſibilibus ad cœleſtia facilè rapiebatur. Mœſtis ſolatium dabat, iracundis patientiam oſtendebat; iniurioſis ſufferentiam præſtabat, parcebat inimicis. Obedientiæ iugum ſibi ſuauiſſimum eſſe arbitratus: humilitatis profundiſſimus amator factus, parua de ſe ſentiebat, viliora exequebatur officia, honorificentiuſque ſemper ſibi reputans Miſſis inſeruire, aut Beati Angeli *de Paz*, ſocium eſſe, quàm quibuſuis alijs rebus aut titulis, ac dignitatibus præſtare. Charitas eius ita ingens erat, vt in omnes diffunderetur. Diei mortis ſuæ præſcius, venit in Conuentum Sancti Franciſci trans Tyberim; vbi ſanctiſſimè ſpiritum exhalauit ann. 1589. cuius corpus ibidem requieſcit. Scribunt de eo Barezzus 4. part. chronic. Minor. lib. 8. cap. 87. 88. 89. 90. 91. & 92. ex chronica P. Bonifacij Bonibelli de Reformat. Prouinciæ Romanæ. item libr. 10. cap. 26. 28. Marianus libr. 5. cap. 54. chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Thielmanſ. Tom. 1. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beati Philippi, Confeſſoris. [d]] E Catalaunia oriundus erat, Barcinone natus, qui iuuenis Complutum veniens, habitum Laicorum poſtea ſuſcepit in Conuentu noſtro Sancti Angeli. Humilitati primùm ſtuduit, nil abiectum, aut vile in Religione arbitratus: culpam ſuam prompto animo, etiam in leuioribus rebus, agnoſcebat. Diſciplinis cruentis & aſperrimis corpus in ſeruitutem ſpiritus redigebat. Nuſquam otioſus, ſed ad omnia paratus: prælatis & ſuperioribus ad amuſſim obediebat. Litteras quidem minimè didicerat, ſed ex cuiuſlibet creaturæ inſpectu, mens eius attollebat neſcio quid myſticum ac diuinum. Eximia ciborum abſtinentia viuebat: oua quippe, piſces, & carnes penitus ignorauit, iuſculo, aqua & pane confecto ſeſe reficiebat ad prandium, cœna etenim vacua illi erat. Diſcalceatus, cilicio contectus, & paupere habitu indutus ſemper extitit. Tempore hyemis, nudus ſæpè ſub dio ſuper maiores voluebat ſe niues. Orationi quaſi iugiter addictus erat: in qua multis, variiſque reuelationibus ac viſionibus diuinis fuit illuſtratus: maximè circa Dominicæ Paſſionis dolores acerbos: quorum erat deuotiſſimus. Frequenter mentis exceſſus, raptuſque, & extaſes patiebatur longiores. Tentationibus & perſecutionibus quæ ſibi haud defuere, minimè ſuccubuit, ſed ſtrenuè reſtitit, & ad vltimum ſignis & miraculis à Deo meruit exornari. Obiit cum ſancto fine ann. 1591. Abulæ, apud Conuentum Sancti Antonij, qui eſt 23. Prouinciæ Sancti Ioſeph. Scribit latè de eo Ioannes à Sancta Maria part. 2. chronic. eiuſdem Prouinciæ, libr. 3. cap. 35. 36. & 37. ex vita eius M. S. §. 5.

Beatæ Franciſcetæ, Virginis. e.] Hæc ſoror fuit Beatæ *Euſtochij*, Virginis, cuius pia exhortatione conuerſa ad Chriſtum, monaſticam vitam profeſſa eſt in eodem Montis Virginum Conuentu, Meſſanæ in Sicilia. Multa grauia paſſa eſt à parẽtibus & amicis ingreſſus eius impedire conantibus: ſed iis omnibus, diuina virtute ſuperatis, mirum in modum ſeſe accinxit, ad ſtadium ſupernæ vocationis. Nam pro fundamento ædificandæ perfectionis, humilitatem ponens, ſororum Laicarum ſtatum aſſumpſit, vt abiectiora compleret munia: ſtultamque, fingens ſe eſſe, altiores dignitates cautè diffugiebat. Paupertate altiſſima gaudebat; qua nuſquam veſtibus vtebatur nouis, nec lecto decumbebat proprio, nec loco particulari ſedebat in oratorio, ſeu in menſa; ſed ſemper in pedibus adſtabat. Mira patientia in aduerſis prædita erat. His, aliiſque virtutibus adornata, fœlix exceſſit è vita ann. 1484. Cuius corpus ſepultum eſt in præfato Monaſterio: quæ poſtmodum glorioſa apparuit ſorori ſuæ B. Euſtochio Virgini. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. libr. 7. cap. 8. ad ann. 1484. Toſſinianus libr. 1. Hiſt. Seraphic. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum. 1485. §. 23. à quo *Franciſchina* vocatur. Marulus lib. 4. Hiſtor. §. 6.

Digitized by Google

Hiſtor. ſacrar. Relig. Valerius de Sanctis Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 39. Vvadinghus. Tom. 7. ann. 1484. §. 42. & 43. qui eam vocat *Franciſcam Meſſanenſem*, & Thielmanſ. Tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

VNDECIMO KALENDAS DECEMBRIS.

HIeroſoly... Præſentatio, [a] Dei Genitricis Virginis Mariæ in Templo. In Brabantia Beati [b] Alberti à Leyda, martyris: qui gladiis hæreticorum occubuit. In Italia, Beati [c] Seraphini à Caieta, Confeſſoris: vitæ ſanctitate celebris. Olomuczij in Morauia, Beati [d] Ioannis à Miſna, Confeſſoris: qui vita & miraculis extitit præclarus. Talabricæ in territorio Toletano, Beati [e] Nicolai à Conceptione, Confeſſoris: qui admirabili vitæ ſuæ exemplo, multis extitit cauſa ſalutis, & cæteris perfectionis ſemitam complanauit. Lutetiæ Pariſiorum, Beati [f] Benedicti à Cansfeldio, Confeſſoris: qui generis nobilitate & ſcientia illuſtris, mira humilitate, & obedientia, atque patientia eluxit. Brigantij in Gallœcia, Beatæ Claræ Rodericæ, [g] virginis: quæ incredibili abſtinentia; deuotione, & ſilentio emicans, humilate etiam & charitate ardentiſſima abundauit.

NOVEMBRIS. XXI.

§. 1. PRæſentatio Dei Genitricis. a] Scimus antiquiùs Præſentationis Virginis ſolemnitatem celebrari à Græcis, à Latinis autem paulò tardius. In Gallias tranſiit eiuſmodi feſta dies, ex deuotione potiſſimum Caroli V. cognomento *Sapientis*, Francorum Regis Chriſtianiſſimi: vt teſtatur epiſtola eius data ad Nicolaum Antiſſiodorenſem Epiſcopum anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quinto, qua de re Molanus in Annotat. ad Martyrologium Vſuardi 21. Nouemb. Baronius ibidem in notis ad Martyrologium Romanum. Azorius part. 2. Inſtitut. Moral. libr. 3. capit. 22. quæſt. 1. P. Ribadeneira tom. 2. Flor. Sanctor. in eo Feſto. Carthagena tom. 4. Arcan. Deiparæ, & Ioſeph lib. 18. homil. 9. Sauſſayus, in Martyrolog. Gallicano, hæc die. Quo tempore Philippus de *Meſſeriis* Regni Cypri Cancellarius, in huius Feſti honorem, Metenſe Cœnobium conſtruxit, illudque Monachis Ordinis Cœleſtini tribuit. Deinde Paulus II. Pontif. Max. cùm mala innumera in orbe excreuiſſent ann. 1464. Feſtum hoc approbauit, & ſolemniter celebrari imperauit: indulgentiis etiam (quod & Pius II. Papa eius prædeceſſor recens fecerat) id piè colentibus conceſſit. Patres verò Cœleſtini, in Conuentu generali Pariſienſi anno 1567. Præſentationis Deiparæ ſolemnitatem per cuncta ſui Ordinis Monaſteria Gallicana perpetuò celebrandam ſanxerunt. Sed cùm Pius V. Papa in recognitione Breuiarij Sanctorum Feſta contraxiſſet, & Feſtum Præſentationis Kalendario non adſcripſiſſet, paululum decidit: donec Sixtus V. Pont. Max. reſtituit, per Breue Apoſtolicum, datum 1. die Septembris ann. 1585. iubens vt prædictum Feſtum ſub duplici ritu ab omnibus celebraretur. Verùm huiuſmodi Feſtiuitas ſumma cum veneratione fuit ſemper à Fratribus Minoribus obſeruata: & vt peculiaris propriaq; huiuſce Seraphici Ordinis ſolemnitas retenta: vt liquido patet, tum ex antiquis, nouiſque Miſſalibus ac Breuiariis Fratrum Minor. tum ex Compendio priuilegiorum: & aliis Monumentis huiuſce Ordinis. Porro, Antiquum illud proprium Officium. de Præſentatione B. Mariæ Virg. extat M.S in Bibliotheca San-Victoriana Pariſ. ſub littera I. 12. ibid. S. Iuonis, Confeſſ. Tertiarij, vita & officium Eccleſiaſticum. M. M. 14. ibid. Conceptionis Virginis Officium BBB. 12. & alia his ſimilia.

§. 2. *B. Alberti à Leyda, Martyris.* b] Vir fuit integerrimus, & Concionator eximius; qui iter Antuerpia faciens Ducis-ſyluam, à Geuziis hæreticis, globulo tormenti traiectus fuit ann. 1584. vel ſequente. Agit de eo Sedulius in Hiſtor. Seraphic. vbi de Corollariis Fratrum Minor. Prouinc. inferior. Germaniæ à Geuziis interfectorũ. Corollario 8. Raiſſa ſup. ad 21. Nouemb. qui addit, ſepultum fuiſſe in vicino loci Pago, *Maldert*. Boenerus in Hiſtor. Delineation. martyr. Franciſcan. German. Inferior.

§. 3. *Beati Seraphini à Caieta, Confeſſoris.* c] Prouinciæ Neapolitanæ, ſiue Terræ-laboris erat alumnus, vitæ ſanctitate, & ingenti eruditione præditus: qui ſuarum magnitudine virtutum, atque ſingulari perfectionis exemplo, complures traxit ad virtutis amorem, & diſcipulos non paucos protulit, omni virtute, pietate, atque vitæ ſanctitate inſignes: vti BB. Iacobum *Picœntem*, Antonium *Bitontinum*, Baptiſtam à *Montefalcone*, Cherubinum à *Spoleto*, &c. Floruit circa annum 1425. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. chronic. Minor. libro primo, capite quadrageſimo-tertio. Vvadingh. Tom. 5. ſup. ad ann. 1425. §. 10. & 1449. §. 15. Item. Tom. 6. ad ann. 1453. §. 21.

§. 4. *Beati Ioannis à Miſna, Confeſſoris.* d] Hic primus extitit Vicarius Prouincialis apud Patres Obſeruantinos Prouinciæ Bohemiæ, ſi præfato Marco Vlyſſiponenſi credimus: qui & ipſum vocat Ioannem à Meſſana, part. 3. ſup. lib. 5. cap. 29. ſed hallucinatur: prout diſcimus ex Gonzaga ſecunda part. Origin. Seraphic. Relig. in Prouincia Bohemiæ. Sciendum ergo, quòd cùm ipſa Prouincia Bohemiæ, pluribus Conuentibus mirum in modum excreſceret, atque Fratrum numerus, non ita vulgariter augeretur: tum à Reuerendiſſimo Patre Baptiſta de *Leuanto*, Generali familiæ Obſeruantis Vltramontanæ Vicario nouiter electo: tum quoque à cæteris Patribus, quorum ex munere intererat, in generali Capitulo Mantuæ anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo coacto decretum fuit; vt prædicta Prouincia, in tres, nempè, Polonicam, Auſtriacam, &

Digitized by Google

Bohemicam diuideretur. Quamobrem Reuerendus Pater Petrus de *Neapoli* in Commiſſarium Generalem, ex Apoſtolica Pauli II. Pont. Maximi auctoritate, electus eſt, atque deſtinatus, vt ea opere compleret. Qui in Superiorem Germaniam profectus, aduocatis omnibus Patribus, Cracouiæ, eodem anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo ipſam Bohemię Prouinciam in tres diſtinxit atque diuiſit. Nec tamen vna & eadem ſors ... omnibus accidit: cùm Prouinciæ Auſtriacæ Religioſus Pater Bonauentura *Bauarus*; & Prouinciæ Poloniæ inſignis Pater Marianus *Polonus*, vicarij Prouinciales præfecti ſint: Prouinciæ verò Bohemiæ nullus penitùs Prouincialis Vicarius ...latus fuerit, ſed per integrum biennium ſub ... Patre Ioanne à *Miſna*, eius tantum Commiſſario, manere coacta fuerit. Quo expleto, ipſe Beatus Ioannes à *Miſna*, perrexit in Italiam ad Capitulum generale Vltramontanorum Patrum Obſeruantin. celebrandum, ann. 1469. in Inſula Biſ...tina Prouinciæ Romanæ: cuius opera & ſolicitudine, decretum eſt, vt ipſa Prouincia Bohemiæ, Prouinciæ titulo gauderet, ad eamque erigendam ablegaretur R. Pater Ludouicus in Commiſſarium: qui eodem anno Capitulum Prouinciale celebrauit Vratiſlauiæ, apud Minorum Conuentum: vbi R. Pater Petrus de *Balgothk*, in primum huiuſce Prouinciæ Vicarium Prouincialem electus eſt.

§. 5. His peractis, Beatus Ioannes à *Miſna*, diù ſuperuixit: nempe vſque ad ann. 1492. quo ad Capitulum Prouinciale Olomuczij celebrandum profectus, ibidem fœliciter obdormiuit in Domino: cuius Elogium paucis complexus eſt illuſtriſſimus Gonzaga, *Hoc in Capitulo vltimo (*inquit*) omni ſanctitate, omnique virtute præditus, Pater Frater Ioannes de Miſna (cuius aliquando meminimus) dùm cæteris patribus ex munere adeſſet, diem clauſit extremum, atque præfato in Conuentu Conceptionis B. Virginis honorificè tumulatus fuit.* Hæc ille ſup. in Conuentu 4. prædictæ Prouinc. Tanta autem vitæ perfectione ditatus eſt, vt puerum à morte ſuſcitarit, aliaque quamplura ediderit miracula: vti poſt alios ſcribit idem Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. & lib. 8. cap. 33. ſub ann. 1508. & Vvadingh. Tom. 6. ſup. ad ann. 1453. §. 52 & ann. 1467. §. 8. Item. Tom. 7. ann. 1492. §. 8.

§. 6. *Beati Nicolai à Conceptione, Confeſſ.* e] Habitum Ordinis induit apud Conuentum S. Michaëlis Plici, qui eſt 22. Prouinc. S. Ioſeph, vbi ſtudio litterarum iunxit & pietatis ſpiritum, nunquam à choro, vel oratione abſens. Mortificationi etiam animum dedit & humilitati, magnum virtutis exemplar de ſe præbens omnibus. Diſciplinis crebrò corpus affligebat, quibus addebat ciborum parſimoniam, atque ieiunia. Zelo ſalutis animarum exæſtuans tanta cum pietate peccatorum confeſſiones excipiebat: talique prudentia rem cum ipſis agebat, vt ad ſalutarem pœnitentiam eos adduceret, & ad meliorem vitæ frugem efficaciter induceret. In Prælatum poſtea electus; mirum! quantum ſtrenuè, ſagaciter, & ſolerter id munus obiuerit, quamque charitatiuè ac benignè erga omnes ſe geſſerit: vitia tollebat, culpas caſtigabat, abuſus coercebat, virtutes inſerebat, bonos excitabat, perfectionem ſuadebat, & Religionis obſeruantiam omnibus ſuo exemplo præferebat. Conſortia ſæcularium fugiebat vana, otioſaque verba exhorrebat: de aliquo autem murmurare, aut detrahere, omninò nefas putabat. Diei mortis ſuæ præſcius, Talabricæ obdormiuit in Domino, ſepultus in Conuentu Sannæ, qui eſt 28. Prouinciæ S. Ioſeph. eiuſdem Prones à ſancta Maria, part. 2. Chrum 1600. quo viuinc. libro quarto, cap. 30 uebat.

§. 7. *Beati Be..., ex Cansfeldio, Confeſſ.* f] Anglus *Beati Be..., ex Cansfeldio*, in *Eſſexia* oriundus: nobilitate generis clarus, atque ſcientia apprimè imbutus. Prius vocabatur Guillelmus *Filch*, hæretica prauitate infectus, vſque ad annum 22. ætatis ſuæ, quo errores abiurauit. Paulò poſt in Galliam traijciens, Lutetiam Pariſiorum venit, ibique die 23. Martij, anno 1586. ætatis verò ſuæ 24. Capucinorum habitum ſumpſit: quem & per annos 25. detulit. Summæ fuere illius omnes virtutes. In eo etenim humilitas profundiſſima, obedientia promptiſſima, voluntaria paupertas: patientia admirabilis, amor Dei maximus, oratio ferrentiſſima, inſigniter eluxit. Tanto ſpiritus feruore agebatur in contemplatione rerum cœleſtium, vt ſæpè ſæpiùs in extaſim raptus, mira dulcedine frueretur. Guardianatus officio præclarè functus eſt Carnoti, Rothomagi, &c. Magiſtri etiam munus Nouitiorum ac Iuuenum ſæpè exercuit: ac tandem cùm eſſet confeſſarius Monialium Capucinarum, Pariſiis, ſpiritum Deo reddidit, in Conuentu Aſſumptionis Deiparæ Virginis, anno 1611. ætatis ſuæ 49. hac die. Nonnulla edidit opuſcula in lingua Gallica: è quibus duo perlegi, quibus Tituli præfiguntur, *Regula perfectionis*: Item, *Eques Chriſtianus*. Vita eius copiosè deſcripta eſt per Iacobũ *Bronſſeum*, Doctorem Theologum, in alma Vniuerſitate Pariſienſi. Illius meminit Ioannes Baptiſta à Peruſio, in Præludio ad vitam B. Fœlicis à Cantalitio, Capucini. Galterius in Tabula Chronolog. ſæcul. 17. in ſanctis & illuſtr. viris. Bouerius. Tom. 2. Annal. Capucinor. ad ann. 1610. Quædam ſanctimonialis Monaſterij Bruxellenſis, in Belgio, nomine Agatha *Vviſman*, Ord. ſancti Benedicti: egregias illius virtutes luculenter perſtrinxit, eo Rithmo, quem de eo compoſuit, ſicque incipit.

Ad Beatum Patrem Benedictum Capucinum, Anglum, Proſa.

Aue Pater perbenigne
Flos roſarum Deo digne,
Benedicte, ter Beate,
Cæli gloria ditate. &c.

§. 8. *B. Claræ Virg.* g] Deuotiſſima ſoror extitit: cuius abſtinentia incredibilis, oratio feruentiſſima, humilitas profunda, ſilentium perpetuum, atque charitas ardentiſſima fuit. Diem clauſit extremum anno 1533. In Monaſterio S. Claræ Brigantij, (vulgò *Ouiedo*) ante cuius tranſitum dulciſſimus quidam lyræ ſonus, à ſibi aſtantibus ſororibus auditus eſt. De ea agunt Ganzaga part. 3. ſup. In dicto Monaſterio, quod eſt, 10. Prouinciæ S. Iacobi: & Barrezzus 9. ſup. lib. 2. cap. 15.

DECIMO

Digitized by Google

DECIMO KALENDAS DECEMBRIS.

MAntuæ, Beati [a] Sixti Mediolanenſis, Confeſſoris: qui ſumma paupertate & humilitate, charitate atque puritate pollens, miraculis etiam extitit glorioſus. Ocræ in Aprutio, Beati [b] Timothæi à Monticulo, Confeſſoris: magna abſtinentia, & oratione, necnon ſignis admirandis ſpectabilis. In territorio Cantiani Epiſcopatus, propè Robledilium oppidum, Beati [c] Ioannis à Ponte Veteri Confeſſoris: qui pietati & parſimoniæ deditus, zelo ſalutis animarum, donoque lachrymarum emicuit. Abulæ in Caſtella, Beati [d] Gabrielis à Capitibus, Confeſſoris. Caprariæ in territorio Segobienſi, Beati [e] Ioannis Colmenarij, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Antiquæ Mellariæ, in territorio Cordubenſi, Beatæ [f] Franciſcæ à Cruce, Virginis: quæ Abbatiſſa effecta, charitate, pietate, & iugi paſſionis Dominicæ memoria inſigniter eſt exornata. Vlmeti in territorio Abulenſi, Beatæ Mariç Rugel, Virginis, tertiariç.

NOVEMBRIS XXII.

§. 1. B*Eati Sixti Mediolanenſis, Confeſſ.* a] Cùm ſemel S. Bernardinum *Senenſ.* audiſſet concionantem: tanto virtutis ac perfectionis amore incenſus eſt, vt protinùs habitum Seraphicæ Religionis ſupplex petierit, acceperitque. Hinc, exultans vt gygas, ad currendam Regularis Obſeruantiæ viam, altiſſima paupertate, humilitate ſumma, obedientia promptiſſima, ardentiſſima charitate, oratione continua, atque puriſſima caſtitate, exornatus fuit: quibus virtutibus, tum apud Religioſos, tùm inter ſæculares, non aliter quàm ſplendidiſſimum iubar refulgebat. Plures, variaſque eſt à dæmone perpeſſus inſidias: quas inuicto animo ſuperauit, diuina fretus ope. Sæpè enim fortis Athleta Chriſti, cœleſtibus fauoribus ac viſitationibus recreatus, robuſtior reddebatur ad prælium. Plurimorum Fratrum Magiſter fuit & Pater ſpiritualis, quos ſollicitè erudiebat in Religione, omnique virtute ac ſanctitate: inter quos longè emicuit. B. Bernardinus à *Feltro*, qui cùm minus idoneus eſſet prædicationi, ob linguæ tarditatem, ſigno Crucis facto ſuper eam, confeſtim egregiè concionatus eſt: gratiaſque egit ipſi B. Sixto, cuius meritis id beneficium à Deo acceperat. Erat tunc B. Sixtus Guardianus Conuentus ſancti Franciſci Mantuæ, illicque tandem obijt, an. 1486. clarus miraculis: vbi depingitur cum ramuſculo florum, crucifixo, & lilio albo, in ſignum nitidiſſimæ ſuæ puritatis.

§. 2. Scribit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 4. B. Sixtum diem clauſiſſe extremum, ann. ætatis ſuæ 66. at ſi annos natus 16. ingreſſus eſt Ordinem Minorum, & 60. annis in eo vitam duxerit, vt ibidem ipſemet paulò antea fatetur: profectò mortuus erit anno ſeptuageſimo ſexto. Præterea, Siculum ipſum facit: cùm tamen Mediolanenſis extiterit iuxta Gonzagam 2. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu ſancti Franciſci Mantuano, qui eſt 3. Prouinc. ſancti Antonij. Toſſinianum lib. 2. in Prouinc. S. Antonij, Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 42. Wadingh. tom. 6. ſup. ad ann. 1456. §. 152. & tom. 7. ad ann. 1479. §. 7. ann. 1486. §. 1. & 2. poſt Doneſmundum lib. 6. Hiſtor. Mantuan. pag. 65. & idem Marcus Vlyſſiponenſ. alio in loco, nempe cap. 21. eiuſdem libri admittit: quare dictus erit *Siculus*, ſeu potiùs *Cæcilius*: eo quod in die ſanctæ Cæciliæ Virg. & Mart. obierit. Teſtatur B. Bernardinus de Buſtis, in ſuo Mariali part. 1. ſerm. 9. de Concept. Virg. part. 3. hunc in vita & in morte claruiſſe miraculis. Marianus, lib. 5. cap. 49.

B. Timothæi à Monticulo, Confeſſ.] Vir fuit magnæ abſtinentiæ, vitæque ſanctiſſimæ; orationem quàm maximè diligebat, ſacrum Miſſæ ſacrificium magna cum pietate explebat, demùm meritis ac virtutibus, miraculiſque clarus obijt Ocræ, in Conuentu ſancti Angeli, cuius corpus honeſto loco conditum eſt. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 8. cap. 43. & lib. 9. cap. 47. ad annum 1505. Gonzaga 2. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 13. Prouinc. S. Bernardini. §. 3.

B. Ioannis à Ponte-Veteri, Confeſſ. c] Gallœcus erat natione, Prouinciæ ſancti Iacobi alumnus, omni pietate ac deuotione præclarus, præcipuè verò in ſanctiſſimam Deiparam Virginem, atque myſterium Incarnationis Verbi diuini, necnon Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Ciborum parſimonia maximè delectabatur, & antequam pranderet, peccatorum confeſſionem faciebat: ipſam aiens verum animæ cibum eſſe, quæ magis ſuſtentari ac nutriri debebatur, quàm corpus. Pauperrimus extitit atque humillimus, orationis & abſtinentiæ amantiſſimus erat, dono etiam lachrymarum à Deo exornatus fuit. Egregiè concionabatur ingenti cum animarum fructu, quarum intuitu, Granatam ſummoperè cupiebat adire, vt illic Dei verbum diſſeminaret. Zelo purioris ac ſtrictioris Regularis Obſeruantiæ afflatus, tranſiuit in Prouinciam ſancti Gabrielis: vbi admirandis operibus plenus, & miraculis illuſtris deceſſit è vita, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Angelis. Illius meminere Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 9. cap. 51. ad annum 1530. & Gonzaga part. 3. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Gabrielis. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1214. parag. 21. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. Sanctor. Hiſpaniæ, capite trigeſimo primo. §. 4.

Beati Gabrielis à Capitibus, Confeſſ. d] Orationis prærogatiua, atque cæteris virtutibus inſignitus eſt. Agunt de eo Gonzaga ſup. in Conuentu 15. Prouinc. Conceptionis. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libr. 4. capite 42. ad annum milleſi- §. 5.

mum quingenteſimum ſexageſimum quintum.

§. 6. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* e.] Regulæ ſuæ fuit obſeruantiſſimus hic B. Frater Laicus, & multum orationi deditus: ab omnibus magna in reuerentia habitus. Iacet in Conuentu ſancti Antonij de Capraria, qui eſt 7. Prouinciæ Caſtellæ. Ita Salazar libro ſecundo, Chronic. eiuſdem Prouinc. capite vigeſimo ſecundo.

§. 7. *B. Franciſca, Virg.* f] Vitæ ſanctitate plurimùm emicuit, multùque Spiritualis, & charitate plena extitit: tamque deuota circa paſſionem Dominicam, & dolores Chriſti ſanctiſſimos pro nobis in ea paſſos; vt in meditatione tantæ acerbitatis, velut exanimis corrueret. Iacet in Monaſterio Conceptionis Deiparæ Virginis Antiquæ-Mellariæ, quod eſt 7. Prouinciæ Angelorum, vbi Abbatiſſa floruit teſte Daça. 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 50. ad ann. 1600.

B. Maria Virg. g] Hæc Chriſti ſponſa, admirabili erga pauperes charitate inſigniter eluxit: prædixitque obitus ſui diem: & anno 1535. ad cœlos euolauit. Vide Vvadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1496. §. 30. ex M. SS. Monaſterij S. Eliſabeth de Ieſu, Vlmeti, quod 34. Prouinciæ Conception. Virg. in Hiſpania. §. 8.

NONO KALENDAS DECEMBRIS.

ROſſani in Calabria, Beati [a] Matthæi Rhegini, eiuſdem ciuitatis Epiſcopi: vitæ ſanctitate conſpicui. Biturgiæ in Vmbria, Beati [b] Iacobi à Coronis, Confeſſoris: eximiæ virginitatis ac deuotionis viri, qui ſpiritu prophetico & miraculis claruit. Marianæ in Corſica Inſula, Beati [c] Mariani à Muro, Confeſſoris: virtutibus & ſignis inclyti. Inoioſæ in territorio Ciuitatenſi, Beati [d] Franciſci ab Inoioſa, Confeſſoris: qui Prouincialis miniſter effectus, humilitate, charitate, & oratione, aliiſque pœnitentiæ operibus emicuit, tum virginitate ex integro ſeruata, puriſſimus ad cœlos properauit. In Prouincia Romana, Beati [e] Archangeli à Sauona, Confeſſoris: magnę ſanctitatis viri. In Italia, Beatę [f] Clarę, Mantuanę: vitę integritate, atque ſanctis operibus, præclaræ.

NOVEMBRIS XXIII.

§. 1. BEati Matthæi Rhegini, Epiſcopi. a] Socius aliquandiu fuit grátiſſimus ſancti Bernardini Senenſis, qui cùm poſtea ad Eccleſiam Roſſanenſem in Calabria, aſſumptus eſſet, concupiſcenti animo optauit ibidem Conuentum Fratribus Minoribus, ſub nomine ſancti Bernardini, ann. 1462. extruere, in cuius erectione id mirabile contigit. Occupabatur Roſſanum eo tempore à Græcis, ibidemque officium, ac Miſſæ ſacrificium, ab eiuſdem generis Sacerdotibus, Græco idiomate perficiebatur. Quod cùm tantus Antiſtes ægrè ferret, cuperetque ea omnia Latina lingua, ac iuxta S R. E. ritum præſtari, Græcos Sacerdotes à matrice Eccleſia pepulit, atque ad peculiarem quandam Eccleſiam miſit: iiſdemque Latinos ſacrificulos, qui rem diuinam de Latino more, coram populo facerent, diuinumque officium perſoluerent, ſuffecit. Quapropter exaſperati Græci, nihil penitùs ad huius Monaſterij, quod tunc præfati B Præſulis opera erigebatur, ædificationem conferre volebant; imò potiùs quicquid ædificij à piis Latinis per diem promouebatur, id totum ab illis noctu demoliebatur. Vlturus igitur Deus omnipotens, tantum ſcelus, huiuſmodi ſacrilegos, hac pœna mulctauit: vt quotquot fœtus ex earum fœminis in lucem prodirent, aliqua monſtruoſitate (quod nunquam antea illis acciderat) notarentur. Quibus malis meliores effecti, atque ad ſaniorem reuerſi mentem Græci, tanti facinoris commiſſi veniam à pientiſſimo eorum Epiſcopo ſuppliciter expoſtularunt, ſeſeque ad huius Conuentus D. Bernardino ſacrandi, omnimodam conſtructionem, ex communi ſolemniq; voto aſtrinxerunt. A quo etiam tempore huiuſmodi flagellum, atque monſtruoſitas ab eis receſſit: in cuius recepti beneficij gratiarũ actionem, illi, quod piè ſpoponderunt, religioſiùs reddentes, omnibus primogenitis *Bernardini* nomen imponendum curarunt. Hæc ex Gonzaga 2. part. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu Roſſanenſi, qui eſt 10. Prouinc. Calabriæ. Barezzo 4. part. Chronic. Min. lib. 2. cap. 20. Vvadingh. tom. 5. ſup. ad ann. 1428. §. 6. 1438. §. 28. 1444. §. 46. 1449. §. 13. & 14. Item tom. 6. ad ann. 1460. §. 36. ex Gobellino in Commentarijs Pij 2. lib. 4. Bzouio. ad ann. 1460. §. 27.

Beati Iacobi à Coronis, Confeſſoris. b] Prouinciæ ſancti Franciſci fuit alumnus, natus in Diœceſi Aſſiſiatenſi, vir ſingulari ſanctitate præditus, virginique Deiparæ deuotiſſimus: ſæpè Coronam ex ſexaginta tribus *Aue Maria* & ſex *Pater noſter*, compactam, recitabat in eius honorem. In colloquiis mutuis, in exhortationibus, ſeu concionibus publicis, ſemper de Beatiſſima Dei genitrice Maria tractatum habebat: de laudibus ipſius efficaciſſimè diſſerens, atque omnibus declarans modum recitandi præfatam Coronam Virginis: vt ſic Matrem Chriſti ſalutantes, exorantesque, ac venerantes, gratias non paucas ab omnipotenti Deo, illius interceſſione, mererentur accipere, cuius rei euentu B. Iacobus à *Coronis*, cognomen ſortitus eſt. Dono prophetiæ clarus fuit, pluraque miracula, interuentu ſacratiſſimæ Virginis edidit. Demùm virtutibus & annis cumulatus, poſt Sacramentorum Eccleſiæ, cum deuotione exemplari, ſuſceptionem, tranſiit ad cœleſtem patriam, Biturgiæque ſepultum iacet corpus eius, anima verò in cœlum conſcendere viſa eſt Angelicis choris ſociata. Vixit autem 70 annis in virginitate. De eo agit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part Chronic. Minor. lib. 1. cap. 37. ſub ann. 1410. Carthagena tom. 4. homil Catholic. de Sacris Arcan. Deiparæ lib. vltim. parag. 1. poſt med. & §. 127. De Buſtis part. 12. Marialis, ſerm. 1. part. 3. Salazar. lib. 1. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 27. Poireus Tract. 4. Triplic. Coronæ Virg, cap. 9. §. 2.

Digitized by Google

cap. 9. §. 3. numer. 5. Spinellus. De laudibus Deiparæ virg. cap. 35. §. 9. Vvadingh. tom. 5. ſup. ad ann. 1422. §. 13.

§. 3. *Beati Mariani à Muro, Confeſſ.* c.] Hic eſt, qui vnà cum Patre Matthæo de *Ochiatana*, primum lapidem poſuit, pro Conuentu S. Franciſci Aregnani in Corſica extruendo, anno 1456. Scribit de eo Barezzus, ſup. lib. 1. capite 51. ad annum 1526. quod ſi ita eſt, obijſſet ferè centenarius. Eius meminit Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu 13. & 14. Prouinciæ Corſicæ: vbi teſtatur vita exceſſiſſe in Conuentu ſancti Franciſci Marianæ, in duorum oppidorum, Burgi videlicet atque Luciani confinibus. *Hoc in loco*(inquit) *diem clauſit extremum F. Marianus à Muro, Laicus: vir vtique ſanctiſſimus, ac omni virtute praditus, qui ob miranda, quæ olim patrauit, opera, cælicolis ab omnibus præfati vtriuſque oppidi habitatoribus annumeratur.* Eadem refert Barezzus ſup. Vvadinghus tom. 6. ſup. ann. 1456. §. 247. & tom. 7. ad ann. 1477. §. 17.

§. 4. *B. Franciſci, Confeſſ.* d] Humilitatem maximè adamauit, propter quam nihil vile aut abiectum in Religione arbitrabatur: inde fiebat, vt cuiuis Fratrum inſeruiret tanquam omnium mancipium eſſet ac ſeruus, prompto animo officia indiſtinctè exequeretur: & quamlibet iniuriam, ſeu contrarietatem patienter cum gaudio ſufferret. Virtute caſtimoniæ non minus relucebat, quippe qui virginitatem immaculatam tanta cum puritate ſeruauit; vt linguæ, oculis, vel alteri occaſioni contrariæ haud parceret, quin munditiam cordis ac corporis incontaminatam poſſideret. Huiuſce rei gratia, corpori bellum perpetuò intulit. Abſtinentia & ieiunio, vires eius auferebat, pane, herbis, & aqua ſeipſum reficiens. Deinde cilicio, & diſciplinis aſperrimis, carnem ſpiritui rebellem, comprimebat: habitu vnico, & lacero veſtiebatur: Choro ſemper diu noctuque præſens aderat, extra quem, lectioni, meditationi, & ſanctæ orationi iugiter vacabat. Silentium, & ſolitudinem ſummè expetebat, in qua & ſæpè mentis exceſſum patiebatur, & in extaſim rapiebatur. Frequenter Guardianatus, & Diffinitoriatus (licet inuitus) exercuit, necnon & Prouinciæ toti præfuit: quo in regimine maxima vſus eſt ſemper prudentia, charitate, ſuauitate, vigilantia, & ſolertia. Tandem, cùm infirmitate vltra modum grauaretur, medicorum conſilio, patriam inuiſit: vbi, fœlici agone, vitæ ſuæ terminum expleuit, in feſto S. Clementis Papæ, ann. 1581. ſepultuſque eſt in Eccleſia Parœchiali Pagi Inoioſæ: vti ſcribit Ioannes à ſancta Maria 1. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſephi lib. 2. cap. 37.

B. Archangeli, Confeſſ. e] Sacerdos erat feruentiſſimæ deuotionis, qui reſponſo ſibi facto diuino, per 24. annos, interno ſolatio (non interrupto) gaudere promeruit: ſed è conuerſo, Angelo collaphizante, ſtimulum carnis totidem annis ſubire iuſſus, ſine murmure paruit, & demum victor miraculoſis actibus multis, exceſſit è vita. Florebat circa annum 1600. ita Marianus lib. 5. Chronic ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 56. ex M. S. Monimentis Prouinciæ Romanæ Recollector. §. 5.

B. Clara Mantuana. f] Huius honeſtiſſimæ Fœminæ Gonzaga meminit part. 1. ſup. in BB. 2. ac 3. Ordinis Fœminis; An verò ea fuerit Illuſtriſſima & Religioſiſſima ſoror Clara, Ioannis Franciſci, primi Mantuanorum Marchionis filia (de qua idem part. 2. in Monaſterio 1. Prouinciæ S. Antonij) ignoro: Nullam enim aliam, nomine Claram, Mantuæ inuenio. Vvadingh. tom. 1. ſup. ad ann. 1258. §. 20. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. Algezira in arbore Epylogica totius Ordin. Franciſcani. §. 6.

OCTAVO KALENDAS DECEMBRIS.

APud Ratzels-dorſium in Prouincia Auſtriæ, paſſio Duorum [a] Fratrum Martyrum, qui pro Chriſti fide, ab immaniſſimo Turca capite truncati ſunt. In Mugello Nemore propè Scarperiam Hethruriæ oppidum, Beati [b] Ioannis à Peruſia, Confeſſoris: qui Prouincialatus Tuſciæ munus exercuit, & pietate, vitæ integritate, ac ſanctis moribus decoratus, quieuit in Domino. In Italia, Beati [c] Caroli à Monte Feltro, Confeſſoris, Tertiarij: magnæ ſanctitatis viri. Apud Montem Morinum in territorio Cordubenſi, Beatorum [d] Michaëlis Triguilli, Marci à ſancta Magdalena, Ioannis à ſancto Ludouico, Ioannis item de Carcamo, & Petri de Azpitia, Confeſſorum. Manteæ in Calabria, Beati [e] Antonij Scozetti, Confeſſoris: qui potens opere & ſermone, gloria miraculorum, ante & poſt obitum extitit inſignitus. Matelicæ in Picœno, Beati [f] Franciſci à Fano, Confeſſoris: qui vitam ſolitariam ducens, multarum prærogatiua virtutum emicuit. In Auſtria, Beati [g] Archangeli ab Anſpango, Confeſſoris. Orapeſſæ, in territorio Abulenſi, Beati [h] Petri à Noriega, Confeſſoris: paupertate, oratione, ac pietate ſpectabilis. Apud Veaz oppidum, in Hiſpania, Beatę [i] Mariæ Gonſaluæ, Virginis Tertiariæ; miræ pœnitentiæ, & ſpiritus feruoris Religioſæ.

NOVEMBRIS XXIV.

§. 1. B*Eatorum Fratrum Duorum, Martyrum.* a] Ipſorum glorioſum trumphum paucis perſtrinxit Gonzaga 2. part. Orig. Seraph. Relig. in Prouincia Auſtriæ, ſub finem: vbi ait, præfatos Patres martyrium compleſſe in Ratzelſ-dorſio, propè nouam ciuitatem, ceruicibus abſciſſis, ante ſacrum altare, quod

Digitized by Google

& teſtatur Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3 cap. 24. ad ann. 1541. ac Daça ibid. lib. 3. cap. 49.

§. 2. *B. Ioannis à Peruſia, Confeſſ.* b] Prouinciæ Tuſciæ (dùm ante ann. 1390. adhuc Prouinciæ ſancti Franciſci adiuncta eſſet) Vicarius aliquando Prouincialis extitit. Singulari veneratione B. Virginem Mariam proſequebatur : quæ idcircò illi apparuit in extremis animā agitanti, vt ſua præſentia eum ſolaretur. Obijt in Conuentu Nemoris de *Mugello*, clarus meritis: cuius nomen, ob integerrimam, quam duxit, vitam, candidiſſimoſque mores, in libro vitæ ſcriptum eſſe haud dubium eſt: tum ex reuelatione ab eadem Dei genitrice Beato Franciſco *Papienſi* facta, qua didicit ipſius animam inter cœlites beatitudine gaudere. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Min. lib. 1. cap. 6. & lib. 3. cap. 53. Gonzaga 2. part. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 14. Prouinc. Tuſciæ. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1212. §. 41. & tom. 4. ad ann. 1384. §. 1. tom. 5. 1438. §. 28. & 1441. §. 31. Saluator Vitalis, lib. 7. Chronic. Seraphic. mont. Aluernæ cap. 1.

§. 3. *B. Caroli, Confeſſ.* c.] Vir fuit notæ ſanctitatis, cuius meminerunt B. Bernardinus de Buſtis 2. part. Roſarij Quadrageſimal. ſerm. 27. part. 2. Marulus lib. 4. ſacrar. Religion. hiſtoriæ. Salazar lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap 30. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationib. ſuper Regulam Tertiar. fol. 38. pag. 1. De Sillis in cap. 1. eiuſdem Regulæ, ex Marco Vlyſſiponenſ. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris Tertij Ordin. Minor. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 4. *BB. Michaelis, &c. Confeſſ.* d] Fuit ſemper nominatiſſimus Conuentus S. Franciſci de Monte (qui eſt 4. Prouinciæ Granatenſ.) propè Cordubam, ex eo maximè, quòd ſolitarius ſit, & ad meditandum aptiſſimus. Quapropter haud mirandum eſt, ſi hæc ſacra ædes Virorum cœleſtium capax, piarumque animarum domicilium : & Eremitoria aliquot, mundanis curis expellendis, diuiniſque myſteriis contemplandis aptiſſima, illic extructa, in hunc vſque diem excultiſſimos produxerit Anachoretas. Inter hos fulſerunt BB. Bartholomæus *Guadalupenſis*, Franciſcus *Solanus*, & Ioannes de *Sanctorcaſio* (de quibus ſup. 18. & 21. Februar. ac 6. Auguſt. egimus) quos ſecuti ſunt BB. Patres, quorum nunc memoriam facimus: tantæ in his Eremitoriis abſtinentiæ & virtutis, vt per integros menſes, ad victum ſolum panem, aquam, & poma aliquot adhiberent: imò neque hæc aliquando deguſtarent, ſed nonnumquam intacta in cœnobium reportarent, poſt longas orationes, diuinas extaſes, & crebras corporis macerationes. Qua de re lege Vvadinghum tom. 4. ſup. ad ann. 1397. §. 12. ex M. S. Codice eiuſmodi loci.

§. 5. *Beati Antonij Scozetti, Confeſſ.* e] Patria Manteanus erat in Calabria, qui cùm iuuenis, Venetiis, Theologiæ operam daret, viſa Magiſtri ſui proprietarij horribili funeſtaque morte, ſtatim relictis ſtudiis Calabriam regreditur, & à Conuentualibus ad Patres Obſeruantes tranſiit : inter quos tantū in omni exercitio ſpiritali profecit, vt totius ſpecimen perfectionis euaſerit. Fuit etiam Concionator optimus, ac diſertiſſimus verbi diuini præco: cuius dicēdi vis & facundia, corda audientium ita penetrabat, vt exinde magnum animarum ſequeretur emolumentum. Nam & finita prædicatione, oblatos ſibi infirmos, ſigno crucis ſanabat : & multos peccatores ſua doctrina ad viam iuſtitiæ reducebat. Tandem ſenio confectus, decidit in lectum, an. 1470. & in Conuentu ſancti Bernardini Manteæ ſepultus iacet : miraculis poſt mortem illuſtris. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 5. cap. 35. & Gonzaga part. 2. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 8. Prouinc. Calabriæ : *Quem* (inquit) *corpus B. Antonij Scozetti Manteani, miraculiſque tum in vita, tum quoque in morte, clariſſimi, elegantiſſimè exornat. Qui miranda opera, ab hoc beato viro patrata, ſcire deſiderat, vitam B. Franciſci de Paula conſulat, ſibique abundè ſatisfaciet.* Quibus verbis vult eumdem eſſe cum eo, cuius mentio habetur in vita præfati ſancti Franciſci, Minimorum Inſtitutoris: Vide apud ipſum Marcum Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 9. cap. 10. Bzouium tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1471. §. 36. à quo vocatur Antonius *Eſcocellus*, patria Amaltheus. Vvadingh. tom. 5. ſup. 1436. §. 18. & tom. 6. ad ann. 1470. §. 2. Molanus in Diario Eccleſiaſtic. Medicor. §. 14. Marianus lib. 5. cap. 37.

Beati Franciſci à Fano, Confeſſ. e] Vitam agebat Eremiticam propè Mattelicam in Picœno, quando B. Matthæus *Baſcius*, Capucinorum Auctor, ſuam Congregationem inchoauerat: & ad eum veniens, caputium acuminatum, ad ipſius ſimilitudinem, compoſuit, detulitque cum habitu nouo, iuxta formam ab eodem B. Matthæo *Baſcio* ſibi traditam. Hic vir Religioſiſſimus fuit, & ſingulari vitę ſanctitate prędirus: ſilentio, & rerum cœleſtium contemplationi vacans. Cùm autem finis dierum ſuorum appropinquaret, à multis Fratribus eſt frequenter viſitatus : ſed longè excellentiùs à Virgine ſacratiſſima Dei Matre Maria, quam ſummè venerabatur. Denique dulciſſimum Ieſu nomen deuotiſſimè inuocans, ſpiritum Deo reddidit. Obiit ann. 1526. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſ 3. part. ſup. lib. 9. cap 20. Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad annum. 1525. & 1526. à *Cartoceto* cognominatus. Corbinus lib. 8. ſanctæ Franciad. pag. 174. & 175. §. 6.

Beati Archangeli, Confeſſ. g] Admirandæ Religionis vir fuit : carnibus & piſcibus numquam vſus eſt, ſicut nec ridere, aut iraſci viſus. Poſt cuius obitum eius facies pulchrior apparuit, quàm in vita. Memoratur à Gonzaga ſup. part. 2. in Prouinc. Auſtriæ, ſub finem. Barezzo ſup. lib. 5. capite vigeſimo quinto, ad annum 1570. §. 7.

Beati Petri, Confeſſ. h] Zelo ductus ſalutis animarum traiecit in Indiam, vbi aliquot annos egit, in miniſterio verbi diuini. Exindè in Hiſpaniam reuerſus, vitæ perfectioni operam nauauit. Erat quippe miti animo præditus, paupertatis amantiſſimus, orationi deditus, & in Theologia apprimè eruditus. Moritur, non ſine magna ſanctitatis opinione apud omnes: ſepultus in Conuentu Orapeſſæ, qui eſt 2. Prouinc. Caſtellæ. Ita Salazar ſup. lib. 4. cap. 18. §. 8.

B. Mariæ Virg. i] In cœlum abiit ann. 1577. apud Monaſterium Veenſe, Conceptionis Deiparæ, quod eſt 10. Prouinciæ Carthaginenſ. vide Blaſium Lagbinam in ſuo Memoriali, & Marianum, lib. 6. Chronic. Minor. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 17. Thielmanſ. tom. 1. Vitar SS. Seraphic. Ordin. Collaudatur namque à ſumma vitæ perfectione ; humilitatem cum vera charitate coniungens. Conſumabatur in Domino, his duabus actionibus : Altera, ſeruitiorum proximi ; Altera, compaſſionis egenorum : ſine lecto cubabat : Ieiunia totius anni exactè, vnà cum Quadrageſima ſancti Franciſci, quam *Benedictam* vocamus, ſeruabat : quibus & corporis aſperrimas vſque ad copioſam ſanguinis emiſſionem, addebat. Obedientiæ, rerum ſacrarum, & altaris, erat Obſeruantiſſima. §. 9.

SEPTIMO KALENDAS DECEMBRIS.

IN Flandria, Beatorum [a] plurimorum Martyrum: qui à Geuzijs hæreticis tenti, & diuerſis tormentorum generibus, horrendiſque ſuppliciis ob Religionem Catholicam cruciati, martyrium conſummarunt. In Tuſcia, Beati [b] Alberti, Confeſſoris, Tertiarij. Florentiæ, Beati [c] Dominici Campenſis, Confeſſoris: venerandæ canitiei & ſummæ ſimplicitatis viri. In Vmbria, Beati [d] Vitalis, Confeſſoris, Tertiarij: qui pœnitentiæ operibus, alijſque ſpiritualibus exercitijs iugiter vacans, miraculis copioſis coruſcauit. Apud Monaſterium Tordeſyllarum, in territorio Palentino, Beati [e] Alphonſi, Confeſſoris: humilitate, oratione, & rerum cœleſtium contemplatione inſignis. Elchij, in territorio Oriſuolano, Beatæ [f] Angelæ Martineziæ, Virginis: quæ charitate, deuotione, atque cœlica vita emicuit.

NOVEMBRIS XXV.

§. 1. *Beatorum plurimorum Martyrum.* a] Egregia eorum certamina, & grauiſſima pœnarum genera, quibus martyrij palmam ſibi compararunt, deſcripſerunt Fauſtinus Taſſo, Hiſtor. ſui temporis. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. libro ſexto, cap. 12. ad annum 1572.

§. 2. *Beati Alberti, Confeſſoris.* b] Comes erat *Montiſacuti*, quem & Seraphicus Pater S. Franciſcus habitu Tertij ſui Ordinis induit: vti referunt Ioannes de *Torres*, in Practicis exhortationibus, ſuper Regulam Tertiarior. fol. 37. pag. 2. De Sillis, in cap. 1. eiuſdem Regulæ. Salazar lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 20.

§. 3. *Beati Dominici Campenſis, Confeſſ.* c] Optimus ſenex Laicus Florentiæ deceſſit circa ann. 1440. Cuius gloria cæteris confratribus diuinitùs reuelata eſt eodem die, quo ad cœleſtem patriam migrauit: prout teſtatur Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu Saluatoris Florentiæ (qui eſt 9. Prouinc. Tuſciæ) dùm ait ibidem iacere, *Summa ſimplicitatis Fratris Dominici Campenſis corpus; qui cùm diſcipulus B. Patris Thomæ de Scarlino fuiſſet, nec latum vnguem ab eius veſtigiis, vnquam deuiaſſet, plenus ſanctis operibus, anno Domini* 1440. *vitam terminauit.* Hunc puto eumdem eſſe, cum B. Dominico *Caſtellano*: cuius meminimus ad 8. Nouembris. Vvadingh. tom. 5. ſup. 1440. §. 20. 1447. §. 39. Item tom. 7. ad ann. 1480. §. 6. ex Mariano lib. 5. cap. 42.

§. 4. *Beati Vitalis, Tertiarij Confeſſ.* d] Oriundus erat ex Inſula Aſſiſiatenſi, in loco, vulgari idiomate, nuncupato, *Baſtia*, qui cùm Tertiarius eſſet, vitam aſperrimam ducebat, & pœnitentiam admodum auſteram agebat. Sanctam paupertatem ſummè colebat, vilibus induebatur, totoque tempore vitæ ſuæ nudis pedibus incedebat. Solitaria autem loca petens, paruam quandam ædiculam (quæ vnico tantum milliari ab Aſſiſio diſtabat) propè locum vulgò, *Domina noſtra Lediola*, nuncupatum, cœpit inhabitare: vbi ſoli Chriſto placere ſtudens, ieiuniis, diſciplinis, orationibus, alijſque pijs operibus ſedulò vacabat. Plura viuens egit miracula, ob quæ, vt ſanctus, à populo venerabatur. Poſt obitum verò, ſepultus eſt in Eccleſia Beatiſſimæ Virginis Mariæ, prædicti loci: ad cuius ſepulchrum ingens fit concurſus fidelium, quibus Deus plura confert beneficia, meritis & interceſſione B. Vitalis. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. ſup. lib. 7. cap. 17. ad annum 1490. quo ipſe florebat. Salazar lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 25. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarior. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationib. ſuper eandem Regul. fol. 38. pag. 1. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1491. §. 42.

Beati Alphonſi, Confeſſ. e] Oriundus erat ex Tordeſyllario oppido, vir in ſuis oculis humillimus: de aliis benè iudicans, nullum ſpernens, culpas in ſe commiſſas benignè condonans, & inimicis vltrò parcens. Sibi verò admodum rigoroſus erat, & aſperus; ieiuniis, diſciplinis, cilicio, & aliis pœnitentiis extraordinariis, atque mortificationibus continuò corpus ſuum exercebat. Feruentiſſimus & aſſiduus ſtabat ad orationem: ſemper in cella clauſus, meditationi vel lectioni occupatus, ſæcularium, & curialium mores & loquendi modos, non capiebat, vt nugas æſtimabat: ſolam Sanctorum ſcientiam callebat; tantaque dicendi copia, de oratione, & rebus ſpiritualibus ſermocinabatur, vt audientes in ſtuporem adduceret. Theſaurus virtutum facilè putabatur, cùm eſſet mitis, ſimplex, humilis, abſque malitia, ſine fictione, ſinceræ mentis, & inculpatæ vitæ. Chriſti bonus odor extiterat in omni loco: ideòque, vt ſanctè emiſit ſpiritum, mox è corpore liquor fragrantiſſimus manare cœpit, atque totam domum ſuauiſſimo odore ſuo replere, qui quidem à circumſtanti populo accuratè collectus eſt. Nam tantus ibi fuit hominum concurſus, vt per dies aliquot inſepultum funus iacuerit: pedes oſculabantur & habitum, cuius præſegmina, vti ſanctas venerati ſunt Reliquias, per quas mirabilia operatus eſt Omnipotens, qui glorioſus eſt in Sanctis ſuis. Vide Ioannem à Sancta Maria 2. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 4. cap. 20. ad annum 1600. quo claruit. Sepulturam habuit apud Moniales Clariſſas, huius loci incolas, cùm Conuentus Minorum Fratrum nondum eſſet illic extructus, qui modo pertinet ad nouam Prouinciam S. Pauli. §. 5.

B. Angelæ, Virginis. f] Obiit ſanctiſſimè anno 1526. cuius meminerunt Gonzaga part 3. ſup. in Monaſterio Annuntiationis Beatæ Mariæ Elchij, quod eſt 9. Prouinc. Carthaginenſ. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin Barezzus ſup. lib. 1. cap. 28. Blaſius Laghina in ſuo Memoriali. Marianus lib. 6. Chronic. Minor. Obſeruant. Reformat. cap. 19. & Valerius ſup. cap. 5. Ea mortua multitudo populorum accurſitans, certabat Corol- §. 6.

Digitized by Google

lis Roſariorum contingere ſpecioſam, ſuauè olentem eius faciem, quæ Virgineis moribus, Angelos adæquaſſet in carne: nunc ſimilis Angelis mente mergeretur in Deum.

SEXTO KALENDAS DECEMBRIS.

AGathopoli in Gallia Narbonenſi, Beatorum [a] Antonij Brunelli, & Pontij, Martyrum: quorum prior, cùm eſſet Conuentus illius ciuitatis Guardianus, Concionatorque egregius, à perfidis hæreticis gladio tranſuerberatus, totoque corpore confoſſus interiit. Alter verò, ſocius eius, Diaconus, enſe in capite & pectore percuſſus, ſemimortuus ac exanguis relinquitur: qui triduo in fidei conſtantia expleto, illuſtre martyrium obiit. Captiolæ in territorio Senenſi, Beati [b] Petri Latini, Confeſſoris: charitate, & ſignis admirandis celebris. Corleonis in Sicilia, Beati [c] Anonymi, Confeſſoris: pietate & Religione conſpicui. Scalonæ, in Caſtella, Beati [d] Seraphini, Confeſſoris, eximiæ ſanctitatis viri. Aptæ, in Phocenſi Galliæ Prouincia, Beatæ [e] Delphinæ, Virginis, Tertiariæ; genere, ſanctitate, & miraculorum gloria illuſtriſſimæ.

NOVEMBRIS XXVI.

§. 1. BEatorum *Antonij Brunelli, & Pontij, Martyrum.* a] Ex Podienſi vrbe in Aruernia ducebat originem B. Antonius *Brunellus*: erat autem facundiſſimus Eccleſiaſtes; cuius doctrina tanti habita fuit, Narbonæ, Arelati, & vbicumque locorum conciones habuiſſet: quapropter Montiſpeſſulani Guardianus meritiſſimus inſtitutus eſt, vt ibidem ſuis feruentiſſimis prædicationibus Catholicos foueret, hæreticos verò exagitaret. Verùm, ea ciuitate, ann. 1560. ab ipſis hæreticis capta, Eccleſia ſancti Germani inuaſa eſt: & primò quidem B. Patrem *Brunellum*, hora nona Deum deprecantem, & in medio nauis Eccleſiæ Pſalterium, ſeu Roſarium in honorem Virginis Mariæ inter manus habentem, obſcœnis, pro more hæreticorum, afficiunt calumnijs, ſcommatibuſque animum eius excruciant: deindè nulla habita aut pietatis & doctrinæ, aut ætatis tanti viri ratione, potiſſimè verò exhortationis, quam illis fecit, vt à cœptis deſiſterent, & pœnitentiam agerent, framea corpus eius perforarunt, reliqua membra pugionibus confodientes: ſic intra templi ſepta, oculis in cœlum leuatis, cruoreque ſparſo, ſpiritum reddidit Altiſſimo. Corpus verò per tres dies inhumatum remanſit, donec hæc cruenta crudeliſſimaque perſecutio deſineret graſſari contra Catholicos.

§. 2. In ea etenim rabie, promiſcuè Eccleſiaſticos viros cum plebeis iungentes, non canitiei, non Sacerdotio, aut Virginum pudori parcentes; multos aut iugularunt, aut lapidibus obruerunt. Inter quos repertus eſt bonæ expectationis adoleſcens, oriundus ex Rebellania, in Prouincia, Diœceſis Aquenſis B. Frater Pontius *Chayſſy*, iam Ordine Diaconatus inſignitus, ſociuſque fideliſſimus præfati B. Patris Antonij *Brunelli*: qui eductus extra Eccleſiam, grauiter enſe in capite percutitur, pectore tranſuerberato, & ſeminecis, veluti exanguis, reptando & volutando, ad cuiuſdam piſtoris domum ſe recepit, ibique biduò delituit. Quòd cùm relatum eſſet hæreſiarchæ, nullum non mouit lapidem, vt ſaucium iuuentem deciperet: ſed tanta conſtantia Chriſti martyr, erat præditus, quòd nec milites ferro, nec perfidi Miniſtri hæretici verbis, nec medici promiſſis, nec tandem mulieres blanditiis, eum vſquam amouere à fide, veraque religione potuerint: ſicque triduò, in corpore grauiſſimos dolores, & in animo anguſtias, pro Chriſti nomine ſuſtinuit: & moriens, fidelibus populis ſummæ conſtantiæ exemplum reliquit. Agunt de eo Gonzaga Orig. Seraphic. Religion. part. 1. in Conuentu Montiſpeſſulani, qui eſt 1. Prouinc. ſancti Ludouici. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 16. Daça ibid. lib. 3. cap. 57. Grauina in *voce Turturis*, 2. part. cap. 24. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ibid. lib. 9. cap. 60. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 365. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Elzearius lib. 3. cap. 10. ſacri mont. Oliuet.

Beati Petri Latini, Confeſſ. b] Inſignis fuit vitæ ſanctitate, & charitatem cum cæteris virtutibus copulans, obuium pauperem leproſum, ad ſuæ tunicæ (qua illum cooperuit) contactum, à lepra mundauit: quod factum Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 5. cap. 28. ad annum 1465. (quem ſequitur Bzouius, ad ann. 1471. & Saluator Vitalis lib. 7. Chronic. Seraphic. montis Aluernæ cap. 1.) attribuit B. Ludouico *Senenſi*, de quo infra 21. Decembris. At Gonzaga 2. part. ſup. in Conuentu Capriolæ, qui eſt 2. Prouinc. Tuſciæ, apertè teſtatur contrarium, differentiam inter vtrumque ponens: licet ijdem Senenſes eſſent, ſimulque eodem in Conuentu præfato conſepulti. Vide Daçam 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. à quo *Latinus*, ſimpliciter dicitur. §. 3.

Beati Anonymi, Confeſſ. c] Socius erat B. Pauli à *Corleone*: cuius veſtigia inſectatus, multis virtutibus claruit. Laicus extitit profeſſione, ſed deuotiſſimus & feruidus in opere. Qui in Conuentu ſanctæ Mariæ de Ieſu Corleonenſi ſepultus, maximum ſuæ ſanctitatis ſpecimen dedit: Cùm poſt multos dies ab eius funere elapſos, illius corpus genuflexum, atque complicatis manibus, facie interim ad ſummum altare verſa, inuentum ſit. Quamobrem tanquam Beatus, Deoque charus ab omnibus colitur. Hæc ex Gonzaga 2. part. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 15. Prouinc. Siciliæ. §. 4.

Beati Seraphini, Confeſſ. d] Ingenti ſanctitate claruit apud Conuentum Scalonenſem, qui eſt 15. Prouinc. §. 5.

Caſtellæ:

Caſtellæ: vti refert Salazar in Chronic. eiuſdem Prouinc. lib. 13. cap. 12.

§. 6. *Beata Delphina, Virg.* c] Naſcitur anno 1284. hæc illuſtriſſima Heroina, ſancto Elzeario autem Arriani Comiti, deſponſata, perpetuum cum eo duxit cœlibatum, iura interim coniugij minimè ſpernens, per ſpatium 26. annorum. Ita vt nonnunquam S. Elzeario, & S. Delphina, vnà dormientibus in eodem lecto viſus ſit Chriſtus adſtitiſſe, eiſq; benedixiſſe: quod carmine cecinit Bidermanus lib. 2. Epigrammat. 76.

Ad pacti *Dalphina* tori cùm pergeret vmbram,
 Certa vel in *nupto Virgo* manere *toro*:
Iámque oculos caſto cœpiſſent claudere *ſomno*
 Hinc deſponſa ſuos *Virgo, Vir* inde ſuos,
Arcanum ſubiit *proles pulcherrima* lectum,
 Virgineo proles quæ fuit orta *ſinu*:
Et placidè *ſponſámque* inter *ſponſumque* reſedit,
 Cum geminis *Virgo tertia* Virginibus.
Inſcius obſtupuit ſua gaudia *lectus*, & ipſum
 Delicias nequijt ferre *cubile* ſuas.
Viſa nec eſt *ſponſis* vlla altera gratior *vmbra*,
 Horula nec breuior ducta *ſoporis* erat.
Optent *formoſam* laſciua cubilia *prolem*,
 Pulchrior in *thalamo Virgine* viſa fuit.
Cur fugit ergo *meum proles*, ais, iſta grabatum?
 Sterne-torum *ſimilem*, qui cupis hanc *ſobolem*.

Orbata itaque viro ſancto, ann. 1323. eumdem caſtimoniæ amorem ſeruauit: ita vt virgo puriſſima obierit, admirandis virtutibus inſignita, quam Chriſtus multis decorauit miraculis. Moritur ann. 1360. 26. Nouemb. in Ortu ſolis, ſepultaque eſt Aptæ, in Eccleſia Fratrum Minorum, iuxta virum ſuum D. Elzearium. De ea agunt, quotquot res geſtas S. Elzearij litteræ commendarunt. Extat B. Delphinæ vita antiqua, in Bibliotheca Regia Lutetiana, compoſita per R. P. M. I. Raphaelem Ord. Prædicat. dicata Ludouico XII. Regi Francor. vnà cum Legenda ipſius S. Elzearij: de qua vide ad 27. Septemb. Eamdem conſcripſit Petrus Eberadus. Porrò ipſam B. Delphinam ſimul cum viro ſuo S. Elzeario fuiſſe ex 3. Ord. Minor. fatentur Surius cap. 26. vitæ S. Elzear. Sedulius ibid. in Commentar. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 9. cap. 21. & part. 2. lib. 9. cap. 23. §. 1. Elzearius lib. 2. cap. 5. ſacri mont. Oliuet. Brulius lib. 2. Antiq. Pariſ. pag. 525. De Sillis in cap. 1. Reg. Tertiar. De torres, in practic. exhortationibus ſuper eand. Regul. fol. 39. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1360. §. 1. & 1363. § 16. quo ab Vrbano V. Pap. commiſſa eſt cura Archiepiſcopo Aquenſi, & Epiſcopis Vaſionenſ. & Siſtaricenſ. examinandi vitam & miracula ipſius præclaræ Virginis, vt patet ex litteris eius Apoſtolicis. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1363. §. 11.

QVINTO KALENDAS DECEMBRIS.

ROmæ, Beati [a] Guillelmi à Speluncato, Sagonenſis Epiſcopi; qui doctrina, vitæque integritate pollens, dono prophetiæ ac miraculorum illuxit. Toleti, Beati [b] Michaelis de Buſto, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Pennæ in Aprutio, Beati [c] Petri Pennenſis, Confeſſoris: patientia, & oratione extatica inſignis. Compluti in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [d] Franciſci à Cebreroſo, Confeſſoris: qui humilitate & obedientia exornatus, pietate ac zelo Regularis Obſeruantiæ admodùm emicuit. Apud Calabazanos, Palentinæ Diœceſis oppidum, Beatæ [e] Catharinę Gonzalũę, Virginis: quæ plurium virtutum decorata monilibus, vt ſponſo Chriſto placeret, ab eo miraculis nobilitata eſt, excedens è viuis.

NOVEMBRIS XXVII.

§. 1. B*Eati Guillelmi à Speluncato, Epiſcopi.* a] Sacræ Theologiæ, Iuriſque Canonici Doctor extitit, ac Concionator eximius. Agebat fortè Saſſaris (quæ Inſulæ Sardiniæ ciuitas eſt) Eccleſiaſtem; dum nobilis Matrona, alba tamen, ex coniuge quoque albo, nigrum, Æthiopique ſimillimum, filium pareret, ſibique commiſſum cum ſeruo Æthiope adulterium falsò imponeretur. Quapropter de rei veritate certior effectus (conceperat ſiquidem vxor ex proprio viro, ſed inter concipiendum intentos mentis oculos in quemdam Æthiopem habens, ex illa vehementi imaginatione nigrum concepit) vtrumque coniugem, infantulum, ac Aethiopem, in media totius Saſſarenſis populi corona ſtare iuſſit. Tuncque de ſuggeſtu, infantulo in nomine Chriſti præcipit, vt à ſe ipſo abſque alicuius adiutorio, proprium Patrem peteret: vixque verba compleuerat, quando puerulus aliàs ad ambulandum ineptus (vix enim menſem compleuerat) relicto Aethiope ad matronæ maritum, cum maximo omnium ſtupore perrexit. Quo facto viri ſuſpicio euanuit, mulierque à tanto crimine immunis euaſit: & viro Dei maxima laus acceſſit.

Factus Vicarius Prouincialis Corſicæ Inſulæ, eam Prouinciam prudentiſſimè moderatus eſt. Hinc audiuit optimè, ob vitæ integritatem, & profundiſſimam ſcientiam, apud Corſos, aliaſque nationes, præcipuè verò apud Sixtum IV. Summum Pontificem: eaque de cauſa ab eodem Chriſti Summo Paſtore, Sagonenſis Epiſcopus, necnon Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris de vrbe Vicarius fuit inſtitutus: inſuper & plenariam indulgentiam in fauorem ſacræ ædis ſanctæ Mariæ de Laureto oppidi Caſinchiæ, in Corſica impetrauit, quam poſtea ibidem publicè promulgauit. Hic denique tantus Antiſtes, quòd factioni Ioannis Pauli à *Legha*, tunc vniuerſæ Corſiæ Comitis atque Principis, adhæreret, inſimulatus: Corſica exulare coactus fuit. Tædio igitur ſæcularium rerũ, atque tantæ mutabilitatis, affectus, & quòd paruum, aut nullum fructum conſequutus eſſet in reformatione Cleri Diœceſis ſuæ, Romam petiit; præfatiſque (quos inuitus aſſumpſerat) honoribus, de Pont. Max. conſenſu renuntians, ad Minoriticam vitam, atque quietem §. 2.

Digitized by Google

optatam reuerſus eſt. In qua prædicationis officio, & ſpiritu prophetico, miraculiſque clarus, obdormiuit ſenex in Domino, ann. 1490. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 40. Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 2. in Conuentu Vicenſi, qui eſt 17. Prouinc. Corſicæ. Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1481. §. 27. ann. 1489. §. 25. ann. 1490. §. 4.

§. 3. *Beati Michaelis de Buſto, Confeſſ.* b] Prouinciæ Caſtellæ erat alumnus, maximis animi dotibus præditus, & zelo Regularis Obſeruantiæ inſignis: qui ob eius heroicas virtutes, vitæ integritatem, compoſitos mores, atque maximam Religionem, ab omnibus, quo ad vixit, in ſumma veneratione habitus eſt: & poſt mortem ſummè deſideratus fuit. Floruit ann. 1490. ſepulturamque nactus eſt in Conuentu S. Ioannis Regum Toleti, qui eſt 1. Prouinc. Caſtellæ. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap. 26. ad annum 1495. Gonzaga 3. part. ſup. in eo Conuentu Toletano. Salazar ibid. lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 22. Vvadingh. tom. 7. ſup. ann. 1477. §. 34. & ann. 1495. §. 8.

§. 4. *Beati Petri de Penna, Confeſſoris.* c) Profeſſione Laicus, ſed ingentis ſanctitatis radiis refulſit: laboris patientiſſimus, continuęque orationis amator, qui ſæpius eiſdem intẽtus à Fratribus extra ſenſum, atque à terra ſubuectus viſus eſt. Sanctiſſimam Virginem Mariam Deiparam, ſingulari pietate proſequebatur; in cuius honorem quotidiè Roſarium recitabat. B. Thomæ à *Florentia*, diſcipulus fuit, quem ad amuſſim imitatus eſt: clarebat ann. 1500. mortem haud abſque maxima ſanctitatis opinione obijt in Conuentu ſanctæ Mariæ Pennæ; ibique condigno honore eſt tumulatus. Illius meminerũt Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 8. cap. 43. & lib. 9. cap. 47. Gonzaga part. 2. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. S Bernardini. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 12. cap. 21. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1444. §. 46. 1447. §. 39.

Beat. Franciſci, Confeſſ. d] Humilis, obediens, & deuotiſſimus extitit: in choro, ad orationem, & in cæteris Religionis exercitiis primus. Cùm autem Guardianatus fungeretur officio, zelo Regularis Obſeruantiæ, & paternarum traditionum admodùm flagrabat. Sancti Bonauenturæ doctrinam ſic ad amuſſim callebat, vt ab ipſo Seraphico Doctore cenſeretur didiciſſe. Deuotus erga paſſionem Dominicam, quam ſæpè meditabatur: ſed & Miſſæ ſacrificium magno pietatis affectu peragebat. Cætera eius geſta vide apud Ioannem à ſancta Maria, part. 2. Chronic. S. Ioſeph. lib. 4. cap. 4. ad annum 1590. quo vixit. Iacet in Conuentu ſancti Angeli Cuſtodis, Compluti, qui eſt 21. Prouinciæ ſancti Ioſeph. §. 5.

B. Catharinæ, Virg. e] Memoratur à Gonzaga part. 3. ſup. dũm præcipuas recenſet Moniales: quæ oratione, abſtinentia, ieiunijs, aliiſque ſanctis operibus, inſignes extitere, apud Monaſteriũ ſanctiſſimæ Deiparæ, vulgò, Dominę noſtræ de Cõſolatione *Calabazanos*, quod eſt 3. Prouinciæ Conceptionis in Hiſpania. Inter quas tamen (inquit) longè emicuit ſoror Catharina Gonzales, quæ ex piſtrino, cui ex iniuncto ſibi munere incumbebat, eleuatam à ſacrificante ſacerdote in Eccleſia Hoſtiam, licet plurimi intercederent parietes, proprijs ſæpiùs oculis, conſpicari meruit, atque miraculis claruit. Nam Ferdinando eius nominis, 5. Caſtellæ Rege, ex Cælolyſiæ atque Argina 4. milliare, ab hoc Monaſterio, in oppido *Duennas*, in extremis agente; vt primùm venerabilis huius ſororis os ſibi applicatum fuit, is præter omnium Medicorũ ſpem, ex tempore conualuit. Eadem habet Barrezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 41. ad ann. 1544. Valerius de BB Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 37. Vvadingh. tom. 5. ſup. ad ann. 1449. §. 4. §. 6.

QVARTO KALENDAS DECEMBRIS.

NEapoli in Campania, Beati [a] Iacobi à Marchia, Confeſſoris, qui altiſſima paupertate, charitate, vitæ auſteritate, atque in Deum & homines pietate præditus, virginitatem illibatam perpetuò ſeruauit: tum ſuis feruentiſſimis concionibus infidelium, hęreticorum, ſchiſmaticorumque ingentem conuertit multitudinem: tum ſpiritu prophetico repletus, & miraculis propè innumeris in vita & poſt mortem clarus: meruit à Sede Apoſtolica inter Beatos cœlites recenſeri. In Aprutio, propè Theatem Marrucinorum oppidum, Beati [b] Damiani à Ripa, Confeſſoris: mira ſimplicitate, charitate, ac patientia ſpectabilis. Palmæ in territorio Cordubenſi, Beatæ [c] Annæ Moraleſæ, Virginis, virtute abſtinentiæ, & Dominicæ Paſſionis contemplatione inſignis. Ferrariæ, Beatæ [d] Lucretiæ Virginis, genere ac virtute illuſtriſſimæ.

NOVEMBRIS XXVIII.

§. 1. BEati *Iacobi à Marchia, Confeſſ.* a] Piis, honeſtiſque parentibus natus eſt apud Montem-Brandonem in Piceno, anno 1391. die Dominica, ſummo mane: qua de re *Dominicus* in Baptiſmate vocitatus eſt. Prima rudimenta fidei Chriſtianæ, atque linguæ Latinæ, Offidæ didicit, ſub cuiuſdam pij Presbyteri Magiſterio. Inde Aſculum miſſus, vt humanioribus litteris operam daret: Peruſium poſtea ſe contulit, Iuri Ciuili vacaturus. Cùmque adoleſcens parentibus orbatus eſſet, à quodam viro nobili in domum acceptus eſt, vt filiorum iuuentam inſtrueret, doceretque ea quæ virtutis ac ſcientiæ erant. Florentiam veniens cum præfato nobili viro, vt inibi ius diceret, cœpit Religionis amore inflammari (vigeſimum ætatis annum iam attigerat) & Carthuſiam ingredi decreuit: ſed re in deliberationem poſita, mutauit propoſitum, & Bibienam in Hethruria petiit ad ad commorandum. Vbi cùm Fratribus Minoribus familiariſſimus eſſet, eorum vſus conſilio, ſæculo valedixit; atque Aſſiſij in Conuentu B Mariæ de Angelis Franciſcano habitu indutus, ablegatur in Conuentum Carceris D. Franciſci, pro Nouitiatu conficiendo,

do, *Iacobus* de cætero appellatus, relicto priori *Dominici* nomine ann. 1415. Finito verò anno probationis Aſſiſium rediit; & in eodem Conuentu Portiunculæ, profeſſionem emiſit, cum ingenti omnium lætitia. Adeò enim ſe in humilitate, voluntaria paupertate, Diuinarum rerum contemplatione, vitæ austeritate, ſacris litteris, cæteriſque virtutibus, mirabiliter exercuit: vt breui, in maximum virum atque ſanctiſſimum euaſerit, ita vt vix illud æuum alium ſibi ſimilem habuerit.

§. 2. Quadraginta annis officium prædicationis exercuit, & omnibus fermè diebus concionabatur: tantoque ardore ſpiritus prædicabat, vt ſuis feruentiſſimis concionibus atque exhortationibus, quamplures peccatores & meretrices conuerterit ad pœnitētiam, hæreticos atque ſchiſmaticos Eccleſiæ reconciliarit, & Infideles ſacri aqua baptiſmatis tinxerit. Tribus vicibus ablegatus eſt Commiſſarius Apoſtolicus, in exteras Prouincias: nempe, ab Eugenio IV. Nicolao V. & Calixto III. quorum authoritate Italiam, Sclauoniam, Dalmatiam, Auſtriam, Hungariam, Poloniam, Bohemiam, Saxoniam, Pruſſiam, Ruſſiam, Daniam, Noruegiam, Phrygiam, Germaniam, Daciam, Boſnam, Croatiam, &c. peragrauit.

Nec Geticos ſolùm, aut Dacos, ſed Gallica regna,
Atque Liburnorum, Germanaſque, Illyricaſque
Diuino inflammat, glomeratas famine gentes,
Portentiſque magis, & cæt.

Vti decantat Petruccius infra (lib. 2. ſub. init.) à nobis citandus. Hanc autem ſuſcepit expeditionem, ann. 1447. quam & annis ferè 13. compleuit. Quo tempore, mirum! quot perſecutiones, inſidias, labores, penurias, aliaque grauia, conſtanti animo pro Chriſti nomine, tulerit: quot beneficia ijs populis à Deo precibus ſuis, obtinuerit: quantave miracula cœlitùs ediderit!

§. 3. Romam reuerſus, Generalis Inquiſitor Apoſtolicus contra Fratricellos, alioſque hæreticos in Italia, confirmatur à Calixto III. provt à Nicolao V. Papa, iam antea fuerat inſtitutus. Spiritu prophetico copioſiſſimè abundabat: Franciſco *Saonenſi* Ord. Minor. prædixit eum fore Generalem totius huiuſmodi Ord. ac Cardinalem S. R. E. tandemque Summum Pontificem: provt accidit, vocatuſque eſt Sixtus IV. Oblatos ſibi honores, veluti Archiepiſcopatùm Mediolanenſem, inuicto animo recuſauit. Carne perpetuò abſtinuit, cilicio, acieiuniis, & orationi iugiter intentus erat, diſciplinis & variis pœnitentiæ actibus corpus edomabat: puritatem Angelicam ita diligebat, vt virgo integerrimus permanſerit. Dono lachrymarum irrigabatur in oratione; in aduerſitatibus & infirmitatibus patientiſſimus erat. His igitur & aliis virtutibus exornatus, plenuſque dierum; Neapoli deceſſit è vita, die Iouis 28. Nouemb. ann. 1476. ætatis ſuæ ann. 85. non autem 90. vt errore irrepſit.

§. 4. Sacrum eius corpus delatum eſt intra vrbem, & apud Conuentum ſanctæ Mariæ nouæ tumulatum. Miraculis, non ſolùm in vita, & in morte reſplenduit: ſed & poſt annum à glorioſo, fœlicique ipſius tranſitu, eadem ſic multiplicata ſunt: vt Sixtus IV. Summus Pontifex iis permotus, Diplomate ſuo Apoſtolico, iuſſerit Archiepiſcopo Neapolitano, & Guardiano præfati Conuentus Minor. ipſum exhumare, à terra leuare, & in locum prominentem deponere, vt à fidelibus pia veneratione haberetur. Itaque ad maius ſacellum prædicti Conuentus delatum, & criſtallina reconditū area, honorificentiſſimè cōſeruatur: ad quod etiam Neapolitanus populus incredibili deuotione fertur, biſque in anno reuerenter oſtenditur, videlicet, in Natiuitate Chriſti, & in ſolemnitate Paſchali. Poſtremo ad inſtantiam Caroli VI. Germanor. Imperat. Clemens VII. Maximus, ſcripſit ad Epiſcopos Aſculanum, & Camerinenſem, vt de vita ac miraculis B. Iacobi à *Marchia* proceſſus facerent: ſibique diligenter ſignificarent quæ acta eſſent, ſub Datum Romæ 3. Iulij, ann. 1525. Pontificat. 2. At Vrbanus Papa VIII. per Breue datum Romæ, die 12. Auguſti, ann. 1624. Pontif. ſui anno 2. incipit, *In ſede principis Apoſtolorum, &c.* B. Iacobum de *Marchia*, Beatum nuncupari & haberi conceſſit, ac in Eccleſia ſanctæ Mariæ Nouæ Neapolitanæ ciuitatis, eius feſtum officio & Miſſa celebrari. Poſtea per Breue datum Tuſculi, die 23. Octob. eiuſdem anni, conceſsionem prædictam ad vniuerſum Ordinem Minor. extendit. Demùm, ciuitatis Neapolitanæ deſignatus eſt patronus; Poſtea, die 28. Februarij 1626. ſacra Rituum Congregatio prædictam facultatem, Miſſam & Officium, in dicta ciuitate & per totam Diœceſim, celebrandi conceſſit, (facto verbo cum ſanctiſſimo PP.) & Reliquias dicti Beati in Capella Theſauri reponendi, provt de aliis Protectoribus conceſſum eſt. Agitur nunc de eius canonizatione in Curia, quæ omnia prælo cuſſa ſunt Neapoli apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli, anno 1626.

Egregia eius facta, & miracula deſcripſerunt Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 25. 33. 52. & 62. Item lib. 2. cap. 11. lib. 3. cap. 32. & 60. lib. 4. cap. 21. 27. lib. 5. cap. 27. & 52. Item lib. 6. à cap. 1. vſque ad 29. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de 3. Capitulo Generaliſſimo, ac BB. viris huiuſce Ordinis Item part. 2. in Conuentu 1. 5. & 35. Prouinc. Marchiæ, in Cōuentu 7. Prouinc. Tuſciæ, in Cōuentu 2. Prouinc. Bononienſ. in Conuentu 1. 3. & 20. Prouinc. Terræ Laboris D. Bernardinus de Buſtis, in Roſario concion. per Quadrageſimam part. 1. ſerm. 24. Dominicæ 3. part. 2. Item part. 1. ſerm. 27. part. 2. Boſius de Signis Eccleſ. tom. 1 lib. 7. cap. 1. & lib. 11. cap. 7. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Pius II. de viris illuſtrib. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1268. §. 13. & 14. Item tom. 5. and. 1415. & ſeq. paſſim. & tom. 6. ac 7. Volaterranus lib. 21. Antropolog. De Eremitis. Ciaconus & eius Additionator in Sixto IV. Pap. Spinellus. De laudibus Deipar. Virg. tract. de Virginib. ſect. 2. §. 17. Gononus in Chronico. SS. Deiparæ ſæcul. 14. ad ann. 1470. & 1476. Balinghen. in Calendario Virg. Mariæ hac die: & in Appendic. ſub. 8. Nouemb. Marianus lib. 5. cap. 9. Reggius tom. 2. die 28. Nouemb. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin. Ferrarius in Catalog. Sanctor. hac die, Sabellicus Ænead. 10. lib. 6. Ignatius le Gault, de Sanctitate Roman. Eccleſ. cap. 1. ſect. 2. Carthagena tom. 4. de Arcan. Deipar. homil. Cathol. lib. vltim. parag. 1. Poireus tract. 3. triplicis Coron. Virg. cap. 9 parag. 3. num. 10. Turſelinus lib. 2. Hiſt. Lauretan. cap. 2. Elzearius lib. 1. cap. 16. ſacri mont. Oliuet. Æneas Syluius, in Deſcriptione Europæ cap. 1. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Minor. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad ann. 1476. §. 19. & ſeq. Salazar lib. 1. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 33. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 13. Ioānes à Sancta Maria part. 2. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 4. & alij multi, quos citauimus ad calcem vitæ eius, quam §. 5.

edidimus in lucem ann. 1627. vnà cũ aliis, quas Friardus addidit ad Florem Sanctorum Ribadeneiræ.

§. 6. Porro ann. 1631. menſe Decembri, cùm circa montem Summam, ac Veſuium, ingens terræmotus cœpiſſet, ac Veſvvius voraces ignes nimio furore euomeret, à quintadecima die vſque ad 21. necnon periculum maximum vrbi Neapolitanę immineret: B. ipſe Iacobus bis in aëre apparuit, eam vrbem ſuo patrocinio ab inſtanti incendio protegens. Qua de re Iacobus Mileſius in ſuo relatu, & Galterius in Tabula Chronograph. ſæcul. 17. in Euentib. mirandis. Huius ſancti viri laudes præclaro carmine Sannazar cecinit.

Sancte ſenex, quem nec ſceleris contagia noſtri,
Nec peſſum vitiis ſæcla dedere ſuis.
Æquaſti magnos, qui paupertate triumphos:
Tantus amor niueæ ſimplicitatis erat,
Sylua ſedes, mollis viridique è ceſpite lectus:
Explebant menſas amnis & herba tuas. &c.

Alios verſus Italica lingua edidit Cæſar Capaccius, part. 1. pag. 156. & 157. de Triumphis S. Franciſci à *Paula* apud Neapolim: & Brautius in Martyrolog. Poëtico, hac die, & ante hos omnes, Ioannes Baptiſta *Petruccius* Archiepiſcopus Tarentinus, carmine heroïco, vitam, atque res geſtas huiuſce B. Iacobi conſcripſit, ac Innocentio 8. Pap. dicauit.

§. 7. *Beati Damiani à Ripa, Confeſſ.* [b]] Laicus erat profeſſione, vir ſimplex ac pius, qui curam infirmorum agebat: huius rei gratia miſſus fuit ad ciuitatem ſancti Angeli, vt inibi peſtiferis inſeruiret: cui in via occurrit Seraphicus Pater ſanctus Franciſcus, verbis dulciſſimis ipſum excitans ad tantum charitatis opus aſſumendum, quod æquo animo accepit, atque fideliter & diligenter compleuit. Morte verò appropinquante, haud tremuit: ſed poſitis genibus, brachiis extenſis in modum crucis, oculiſque in cœlum leuatis, ſpiritum Deo reddidit, in Conuentu ſancti Andreæ Theatis, qui eſt 3. Prouinc. ſancti Bernardini. Eius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 3. lib. 7. cap. 39. ad annum 1504.

B. Annæ, Virginis. [c]] Tanta animi compaſſione, §. 8.
& cordis dolore acerbum Dominicæ Paſſionis myſterium, meditabatur, vt tota in lachrymas diffluerct: propter quod per annos viginti cæca reddita, & multis ærumnis vitæ confecta, patientiæ operam dedit. Nudis pedibus ſemper ambulauit, camiſiam nunquam detulit, nec lecto decubuit: virtute abſtinentiæ pollebat, in pane & aqua ſæpius ieiunabat, diſciplinis aſperis & cruentis corpus quotidie affligebat. Sanctiſſimè obijt nomen Ieſu piè inuocando, in cuius morte, lux clariſſima Infirmariam totam illuſtrauit, & odor ſuauiſſimus è corpore ſuo exhalauit. Vti refert Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575. quo floruit.

Beata Lucretia Virg. d] Hac die, ann. 1572. in §. 9.
cœlum migrauit: cùm eſſet Herculis 2. Ducis Ferrariæ, filia primogenita, moribus ac ſanctitate inſignis, honorificè ſepulta in Monaſterio corporis Chriſti Ferrariæ vrbis: ex MSS. & Vvadingh. tom. 6. ſup. ad ann. 1452. §. 63.

TERTIO KALENDAS DECEMBRIS.

IN Hiſpania, Beati [a] Ludouici de Sala, Confeſſoris: qui Cuſtodiæ, nunc Prouinciæ immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ, Cuſtos effectus, magna virtute, magnoque Religionis zelo ditatus erat. Ocræ in Aprutio, Beati [b] Bernardini à Foſſa, Confeſſoris: ſanctitate & eruditione celebris, qui aliquando Procurator Ordinis creatus, præcipuarum virtutum fulgore reſplenduit. Ripæ Limoſani in Apulia, Beati [c] Alexandri de Ripa, Confeſſoris: qui vitæ puritate atque integritate claruit, & potentia aduerſus dæmones admodum valuit. Ferulæ in Sicilia, Beati [d] Antonij Ferulani, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri, & miraculorum gloria illuſtris. In Creta Inſula, Beati [e] Hieronymi Piſtorienſis, Confeſſoris: qui doctrina & eloquentia pollens, humilitate, charitate, atque ſanctitate conſpicuus, migrauit in cœlum. Santareni in territorio Vlyſſiponenſi, Beatę Eliſabethæ [f] à ſancto Hieronymo, Virginis: quæ generis nobilitate, morum grauitate, atque vitæ ſanctitate, extitit Illuſtriſſima.

NOVEMBRIS XXIX.

§. 1. BEati Ludouici de Sala, Confeſſ. a] Antequam Prouincia Cõceptionis in Hiſpania fuiſſet erecta, vocabatur Cuſtodia Sanctoiana (à B. Petro à *Sanctoio* eius Fundatore) ſub Prouincia ſancti Iacobi in Galicia: cuius cuſtodiæ ipſe B. Ludouicus de *Sala* Cuſtos extitit, vſque ad annum 1447. quo virtute Bullæ Eugenij IV. primam celebrans congregationem, alius nomine Vicarij Prouincialis, ſuperior electus eſt. Vide Marcum Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 27. Item lib. 4. cap. 29. Vvadingh. tom. 5. ſup. an. 1439. §. 70. 1443. §. 11. 1446. §. 18. 20. 1447. §. 20. 1450. §. 36. tom. 6. ann. 1459. §. 37. & 38.

§. 2. *Beati Bernardini à Foſſa, Confeſſ.* b] Aquilanus erat, originem habens à *Foſſa* Aprutij oppido; vir vtriuſque Iuris peritus, & in ſcripturis ſacris haud mediocriter verſatus, Apoſtolicus Concionator, atque in aula Pontificia Procurator Ordinis, fragrantem virtutum omnium ſpirans odorem, roſamque & lilium ſuaueolentia ſuperans, concionatorum promouendis & iuuãdis conatibus maximè incubuit, proindè in horum gratiam Latinè & Italicè non pauca digeſſit. Cùm autem inter Patres Prouinciæ Dalmatiæ & Boſnæ exortum eſſet diſſidium, ipſe B. Bernardinus ablegatus eſt Vicarius Prouincialis in has partes: vbi cuncta iurgia protinùs ſedauit, & celebrando Capitulo Prouinciali Iaderæ, illic interfuit vt Vicarius Generalis ac Pręſes: quo tempore has duas Prouincias in vnũ coaluit, authoritate Apoſtolica, ann. 1464. Reuerſus in Italiam, obijt ann. 1503. ætatis verò ſuæ 83. ſepultuſq; eſt honeſto loco, non longè à ſummo altari, Eccleſiæ Con-

uentus

uentus ſancti Angeli, Ocræ in Aprutio. Præclara huius monumenta typis mandari curauit Antonius Amicius à *Foſſa*, Aquilanus, ſancti viri conſanguineus: cuius etiam vitam diligentiſſimè conſcriptam, latinitate donauit, & in epitomen contraxit. De eo agunt Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 5. cap. 27. & lib. 7. cap. 38. copioſiùs. Gonzaga 2. part. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentib. 1. 2. 4. & 13. Prouinc. ſancti Bernardini. Willotus Athenarum Orthodoxar. Franciſcan. littera B. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eo. Sedulius Commentar. ad vitam S. Franciſci cap. 3. §. 8. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1464. §. 13. & 15. ann. 1467. §. 2. ann. 1469. §. 2.

§. 3. *B. Alexandri de Ripa, Confeſſ.* c] Vir vtique fuit ſanctiſſimus atque integerrimus, inſuper & dæmonibus ſummè formidabilis: cùm eorum acies ſæpiſſimè feruentiſſimis ſuis orationibus atque meritis fuderit, ſtraueritque. Floruit circa ann. 1525. & apud Conuentum ſancti Petri Cœleſtini Ripæ Limoſani conditus iacet. Hæc ex Gonzaga part. 2. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 15. Prouinc. ſancti Angeli. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 52. ad annum 1526.

§. 4. *B. Antonij Fernlani, Confeſſ.* d] Ferulæ natus eſt, & adoleſcens Religionem Seraphicam intrauit, in qua ſic profecit, vt omnibus Regulæ obſeruatione, & ſanctitatis exemplo, præluceret: quin & Regina Siciliæ eius virtutis fama permota, ſibi in Confeſſarium delegit. Curauit tunc temporis B. is Pater (qui Regi ac Reginæ Siciliæ gratiſſimus erat) vt ex Regio ærario, iam quodammodo collapſus Conuentus ſanctæ Mariæ de Ieſu, Ferulæ reficeretur, ac ampliaretur. Ergaſtulo autem carnis ſolutus ad aſtra migrauit, ſepelirique voluit in communi Fratrum tumulo, prædicti Conuentus, vbi miraculis clarere meruit. Agit de eo Gonzaga ſup. part. 2. in eodem Conuentu, qui eſt 13. Prouinc. Siciliæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 21. ſub ann. 1540. Daça ibid. lib. 1. cap. 33. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1466. §. 12.

B. Hieronymi, Confeſſ. e] Ad Capucinos ex Obſeruantina Familia migrauit. Claruit in Concilio Tridentino, Cardinalitiam dignitatem à Pio V. Papa ſibi oblatam recuſauit: à quo poſtea in Cretam Inſulam miſſus, ſanctè obdormiuit in Domino an. 1570. Scribunt de eo Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad annum 1570. §. 21. &c. ex Salodienſi, & aliis. Manipulus Fratrum Minor. part. 2. cap. 7. & 8. §. 21. Toſſinianus lib. 3. ſup. Gonzaga part. 1. ſup. in Scriptorib. Franciſcan. Willotus in Athenis Orthodox. Franciſc. Poſſeuinus, ſup. Gononus. In Chronico SS. Deipar. ſæcul. 15. ad ann. 1570. Hylaretus ſerm. feriæ. 5. In paſſione, poſt medium. §. 5.

B. Eliſabethæ à ſancto Hieronymo, Virg. f] Sanctiſſima atque nobiliſſima virgo extitit, Illuſtriſſimi Villæ Regiæ Marchionis filia: fide, ſpe, charitate, ac denique omni virtutum genere, omnique ſanctitate prædita. Obiit Santareni, in Monaſterio ſanctæ Claræ extra muros præfati oppidi. Hæc ex Gonzaga, 3. part. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 5. Prouinc. Portugalliæ. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 39. ad annum 1565. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1359. §. 18. Valerio lib. 4. de SS. Fœmin. Ordin. Minor. cap. 40. §. 6.

PRIDIE KALENDAS DECEMBRIS.

IN India Occidentali, verſus Polum Antarcticum, Beati [a] Ioannis à Padillia, Martyris: qui Barbarorum telis confixus, pro Catholicæ fidei propagatione, glorioſè occubuit. Vindocini, in territorio Carnotenſi, Beatorum [b] Ieſſe & ſocij, quos hæreticus furor ob Eccleſiæ Catholicæ defenſionem, neci dedit. Dixmundæ in Flandria, paſſio Beati [c] Andreæ Dicck, Martyris: qui ab hæreticis vincula, carceres, flagella, & famis inediam pro Chriſto perpeſſus, tandemque ex eorum manibus liberatus, paucis poſt diebus inuictum animum cœlo reddidit. In Apulia, propè Campum-Baſſum, Beati [d] Archangeli à Campo-Baſſo, Confeſſoris: qui incredibili ſanctitate, atque vitæ auſteritate exornatus, Vicarium Prouincialem egit in Prouincia ſancti Angeli. Camerini in Vmbria, Beati [e] Matthæi à ſancto Leone Confeſſoris: eruditione, & virtutum meritis inſignis. Valentiæ, Beati [f] Antonij à ſancto Ioſeph, Confeſſoris, & Concionatoris eximij: qui doctrina, eloquentia, & virtutibus præclarus, ſuis feruentiſſimis concionibus, multis extitit cauſa ſalutis, ac ſancto fine quieuit. In territorio Pariſienſi, apud Malum-Dumum, Beatæ [g] Blanchæ Reginæ Franciæ, matris ſancti Ludouici Gallorum Regis: quæ Tertio Ordini adſcripta, ſanctis operibus vſque in finem vacauit, & poſt mortem miraculis claruit.

NOVEMBRIS XXX.

§. 1. BEati Ioannis à Padillia, Martyris.* a] Prouinciæ Bæticæ fuit alumnus, qui in nouam Hiſpaniam, gentis illius regionis ſalutem ſupramodum anhelans, peruenit; in eáque Tulantzingico Conuentui primus præfuit, qui eſt 1. Prouinciæ ſancti Euangelij. Indè verò vnà cum Beato Martino à *Ieſu*, & aliis, ad Xaliſcanos vſque penetrans, Conuentus Sapotlanenſis Guardianus electus extitit. Cúmque poſt aliquot dies elapſos, an. milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono. Antonius à *Mendoza* nouæ Hiſpaniæ

Prorex, Sibolam Regionem latiſſimam, verſus Antarcticum Polum, ſubiugare cuperet, miſſo eò Franciſco Vaſquez *Coronando*, militiæ Præfecto, ac nouæ Galleciæ Gubernatore, cum armato milite: quinque Minoritas Religione inſignes, ac omni pietate conſpicuos, illis adiunxit comites: (ex quibus alter fuit Beatus Ioannes à *Padillia*) qui quoſvis Infideles ad veræ fidei lumen inducere ſatagerent. Itaque Regione ſubacta, cæteris accedentibus, ipſe cum Beato Ioanne à *Cruce*, Laico, remanſit in oppido Tigneſio, vbi ab incolis, comiter & ſupra modum humaniter excepti, mirabiliter fructificarunt. Expenditurus verò pro gratia Beatus Ioannes, ſibi cælitùs collata creditum talentum, vt primùm à Tigneſianis plurimos indè trium menſium itinere populos abeſſe, natura dociles, hoſpitalitate benignos, atque conuictu pacificos, didicit: ſupra modum gauiſus eſt, atque eò ſuum iter dirigere inſtituit. Cúmque aliquantiſper proceſſiſſet, efferatos, belligeratoſque homines (*Haxiales* vulgò nuncupatos) tenſis in ſe, ſuoſquè ſocios arcubus, toruiſque vultibus accurrentes conſpexit; comites rogauit fuga ſibi conſulere, dùm interim ipſe Barbaros expectaret. Irruentibus itaque maximo impetu illis Infidelibus, Dei famulus Beatus Ioannes genua flexit, eorumque furorem alacri animo, pro Chriſti amore, in ſe excepit. Sicque impiorum ſagittas in ſe recipiens, glorioſo fine, mortalis vitæ curſum concluſit, ad cœloſque euolauit. De eo agunt Gonzaga prima parte Origin. Seraphic. Religion. vbi de ſacris Martyribus Ordin. Minorum ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis apud Indos Occidentales, & parte quarta in Prouincia SS. Petri & Pauli. Item in Conuentu Aſſumptionis Beatæ Mariæ Sapotlanis, qui eſt 27. Prouinc. eiuſdem.. Marcus Vlyſſiponenſis parte tertia Chronic. Minorum libro nono, capite quinquageſimo ſecundo. Barezzus ibid. parte quarta libro tertio, capite decimo octauo, & libro quarto, capite vigeſimo tertio ſub an. 1560. Boſius tomo primo de Signis Eccleſ. libro ſeptimo, capite tertio ſæcul. 16. Rapinæus in Hiſtoria General. Origin. Recollectorum. Decad. 5. parte prima §. 11. & parte ſecunda §. 7. & Decad. 7. parte ſecunda §. 2. Hilarion. à Coſta libro ſecundo Hiſtoriæ Catholicæ pag. 366. Gomara libro ſexto Hiſtoriæ Indiar. Occidental. capite decimo octauo. Picquetus in Catalogo viror. Illuſtrior. Franciſc. Marianus libr. primo, capite trigeſimo, & libro tertio capite tertio. Daça parte quarta Chronic. Minorum libr. ſecundo, capite decimo ſeptimo, & quinquageſimo octauo. Grauina *in voce Turturis*, parte ſecunda, capite vigeſimo quarto.

§. 2. *BB. Ieſſe, cum ſocio, Martyr.* b] Cùm Vindocinum, in manus hæreticorum deueniſſet ann. 1589. die 19. Nouembris B. Ieſſe, Doctor Pariſienſis, necnon Prouinciæ Turoniæ Miniſter Prouincialis, ab eis captus eſt; qui dùm fratres ad martyrium fortiter ſubeundum pro Dei honore, & ſuæ Eccleſiæ defenſione, hortaretur, Die Dominica, ducitur ad patibulum, vbi cum habitu ſuſpendio necatur. Alij verò milites hæretici per Conuentum diſcurrentes, Religioſumque ſocium inuenientes, ipſum gladiis & haſtis interemerunt, & corpus per feneſtras proiecerunt. Vide Daçam quarta parte Chronic. Minor. libro tertio, capite quinquageſimo octauo ex Cornelio libro de Confœderatione Francica, fol. 62.

§. 3. *Beati Andreæ Martyr.* c] Hæreticis Geuziis in Catholicos per Flandriam furentibus, haud Fratribus Minoribus pepercerunt: quare capta Dixmunda ciuitate, & Conuentu Franciſcano expilato, hunc Beatum Patrem, ſenectute, valetudine contraria laborantem apprehenderunt, vinculis ſtrictiſſimè alligarunt, & in carcerem detrudunt. Paucis poſt diebus interiectis, indè extrahentes, virgis & bacillis illum publicè cædunt: quam penè ſemimortuum carcerem repetere cogunt: vbi fame & penuria maceratur. Poſtea pietatis deſertores eum egredi iubent, ac ſeſe in Monaſterium recipere. Quo cùm vix perueniſſet, animam Deo reddidit: ſepultus in Conuentu Dixnumdenſi. Ita habent Thomas Bouchierus, in Hiſtoria Eccleſ. Fratrum Minorum Obſeruantinor. Fauſtinus Taſſo in Hiſtoria ſui temporis. Gonzaga parte prima ſup. in ſacris Martyribus huiuſce Ordin. ſuo æuo, ob fidem Chriſti paſſis in Prouincia Flandriæ. Barrezzus ſup. libro ſeptimo, capite vigeſimo primo, ad annum 1578. Daça ibid. libro tertio, capite ſeptuageſimo ſecundo. Boſius ſup. libro duodecimo, capite vigeſimo ſecundo. Picquetus & à Coſta, ſup. Raiſſa, in Auctario ad Natales Sanctorum Belg. hac die.

B. Archangeli à Campo-Baſſo, Confeſſ. d] Regularis Obſeruantiæ zelator admodum extitit: tanta autem auſteritate ac feruore præditus fuit, vt ad ſedandam tentationem carnis, vitiumque ſuperandum, in foueam niue & glacie plenam ſe iniicerit, ac volutarit. Vicarius Prouinciæ ſancti Angeli factus, eam prudentiſſimè rexit: demùm incredibili ſanctitate refulgens, obdormiuit in Domino apud Conuentum Campi-baſſi: ad cuius exequias, tantus populorum factus eſt concurſus, vt pluribus diebus ſteterit inhumatus, donec vnuſquiſque pro ſua deuotione ſacrum corpus tetigerit, & particulas habitus ipſius, pro Reliquiis Sanctis, aſſumpſerit, quibus expletis magno honore ac reuerentia ibid. ſepultum eſt. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 8. cap. 37. ad ann. 1513. Gonzaga 2. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 6. prædictæ Prouinciæ. §. 4.

B. Matthæi à ſancto Leone, Confeſſ. e] Vir erat doctiſſimus, & in ſpeculatiuis ſcientiis maximè exercitatus, eximiuſque prædicator: qui litteris Apoſtolicis munitus, ſub Datum 11. Septemb. ann. 1528. inter Patres Capucinos Religionis Seraphic. habitum ſumpſit. Verùm cùm id vitæ genus, ac caputij acuminati geſtatio, nonnullis ſummè diſplicerent, ob idque grauia paterentur Capucini; ipſe profugus occultuſque delituit in quadam ædicula, propè pagum S. Venantij extra Camerinum, iuxta Eccleſiam Apoſtolorum, vbi ſanctiſſimè vixit, obiitque: cuius mors pretioſa, Campanarum ex ſe pulſantium ſonitu diuulgata, Duciſſa Camerinenſis pia deuotione commota, ſacrum eius funus ſummo honore curauit deferri in Eccleſiam ſancti Franciſci Camerinenſ. ibique tumulari. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi part. 3. ſup. lib. 9. cap. 26. à quo cognominatur à *ſancto Leone*, cùm Leopolitanus potius dicatur à Leopoli, Vmbriæ ciuitate: vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. ad annum 1528. §. 29. & ann. 1531. §. 9. &c. quo obiit. §. 5.

B. Antonij, Confeſſ. f] Cùm eſſet Beneficiatus, eruditiſſimus, Cōcionator celeberrimus, & Doctor Regens in Vniuerſitate Valentina Hiſpanica, vbi per annos viginti & amplius publicè docuit; fama ſanctitatis Patrum noſtrorum Diſcalceatorum Conuentus S. Ioannis Baptiſtæ de Ripa, propè Valentiam, illectus, decreuit apud ſe, mundo valedicere, ſæculi nugis abrenuntiare, illicque perfectionis tramitem tenere, ac perſequi, Itaque in die Feſto Purificationis S. Virginis Ma- §. 6.

nis Mariæ, cùm ea in vrbe ſolemniter concionaretur, & plura de ſui ac mundi contemptu, deque Chriſti ſequela & imitatione præclarè dixiſſet. Finito ſermone, ſic populum allocutus eſt. Nunc vſque (chariſſimi auſcultatores) verbis & lingua, ſæpè locutus ſum vobis, ſed hodie, ſub veſperum, opere & effectu me oportet prædicare in Eccleſia RR. PP. Diſcalceatorum Conuentus S. Ioannis Baptiſtæ de Ripa: vbi, Deo fauente, habitum Seraphici Patris S. Franciſci ſuſcipiam. Mirum! quàm ingens Procerum, & Optimatum ac Nobilium; Canonicorum, Clericorum, & Scholarium totius Vniuerſitatis, illic adfuerit concurſus: quámque immenſa populi multitudo excreuerit: cunctis ferè, præ deuotione, collachrymantibus, & rei euentu attonitis. Nouitiatum igitur magno cum ſpiritus feruore incœpit, brauiumque perfectionis tanta cum animi contentione, alacritate, & perſeuerantia iniit, vt breui totius virtutis ſpecimen facilè euaſerit. Suæ ſtructuræ ſpiritualis baſim poſuit humilitatem, cui ſuperaddidit pœnitentiæ opera multiplicia, vti diſciplinas aſperrimas, abſtinentias, mortificationes non vulgares, &c. In obedientia, perfectiſſimus extitit, iam enim Chriſtum induerat, ipſumque deguſtauerat: cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue. Modeſtia, grauitate morum, compoſitione corporis, prudentia, vitæ ſanctitate, ac Regulari obſeruantia multùm pollebat. Quare profeſſione emiſſa, Superiores, paulò poſt cum eo diſpenſantes, Confeſſarium & Prædicatorem inſtituerunt. Sicque Valentiæ primã concionem habuit Dominicæ Quinquageſimæ, deinde idem munus per totam Quadrageſimam exercuit. Elegantiſſimè ac diſertè concionabatur, ex ore eius verba egrediebantur, vt faculæ ardentes: quibus audientium aures & corda demulcebat, perſtringebat, inflammabat, inurebat. Ingens fuit animarum fructus, & notabilis in populo vitæ cõmutatio, morumq; emendatio, multi ex clero, extemplò ad Conuentum pergentes, habitum Religionis inſtanter petebant: alij confeſſiones generales agebant. Mulieres etiam peccatrices ac proſtitutæ vltrò ad pœnitentiam conuertebantur, ſicque erat commota vniuerſa ciuitas; vt ſi Quadrageſima longiorem terminum protraxiſſet, vitium penitùs excidiſſet, victrixque virtus blandè animis hominum inſediſſet: eo quòd vox ſermonis eius veluti ſagitta potenter emiſſa corda aſtantium penetrabat, pertingebatque vſque ad diuiſionem animæ & corporis, vitij & virtutis, peccati & gratiæ. Quotidiè prædicabat, & ſæpius bis in die. Suarum autem concionum ſic exordum erat. *Mors, gaudium, infernus, vitium & virtutes. Emitte, Domine, ad iſtos homines, radium de cælo, non igneum, vt eos comburat & perdat; ſed lucidum, vt ipſos illuminet ad cognoſcendum. Amen.* Exinde progrediens per alias vrbes, oppida, & vicos, non minorẽ fructum in horreum Domini reportauit. Sed heu! vt fulgur pertranſiit, & tot fractus laboribus, vitam ſuam breui tempore conſumpſit, ſicque tam pręclara lux mox extincta eſt. Per ann. quippe Nouitiatum egit, & prædicauit ſolummodò nouem menſibus, demptis diebus nouem: cuius vltima concio fuit apud ciuitatem Regiam, poſt quam grauiter ægrotauit. Quare, Valentiam adductus, per menſem & amplius lecto decubuit, ac tandem fœliciter in Domino obdormiuit, frequenter repetitis hiſce verbis, *Ieſu, Maria, Ioſeph.* Audita eius morte, accurrit tantus populi numerus vt eo die haud potuerit ſepeliri; cum publica voce, Apoſtolum. Beatum, Sanctum, acclamantes. Pedes eius oſculabantur, piè manibus, ac Roſariis, corpus tangebant: habitus præſegmina pro Reliquiis certatim capere contendebant. Lege Ioannem à ſancta Maria, part. 2. Chron. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 4. cap. 24. ad ann. 1600. quo floruit.

B. Blancha Regina Franciæ. g] Deſponſata fuit D. Ludouico VIII. anno 1200. qui cùm obijſſet ad Montempenſierum an. 1226. ſummam Regni curam Blancha rexit, demandatam ſuprema mariti Regia voluntate: donec adoleſceret S. Ludouicus, Rex adhuc impubes. Ea Rebus initio adminiſtrandis, quòd mulier, quòd externa, quòd externorum fide conſilioque vteretur, iniquos æmuloſque habuit; alioqui, ſine controuerſia, ſine exceptione, laudibus cumulata. Ferunt illam à puero filium D. Ludouicum IX. Regem. Ita inſtituiſſe, eaque Religione imbuiſſe, vt in animum induceret, malle emori, quàm ſcelus concipere Patrẽ quoque Regem opinio eſt, ea continentia, in ſumma omnium rerum licentia, temporibuſque corruptiſſimis extitiſſe, vt vſum voluptatum intra ſepta matrimonij cohibuerit: vt mirum non ſit: tali vtrinque indole, domeſticiſque inſtitutionibus ac exemplis, ſobolem ſanctam fuiſſe: & ſanctam per ſe matrem, filius vbi adoleuit, etiam ſanctiorem effecit. Vndè cùm ſacræ militiæ crucem, ab Epiſcopo Pariſienſi accepiſſet, bellum Saracenis, in Oriente, illaturus: Matrem cum fideliſſimis amicorum reliquit, quæ procuratione Regni fungeretur. Iam nulla inuidia, quòd initio, ac Rege puero, eius fœminæ ſanctitatem, fidémque perſpexerant mortales: & ea tunc ætate fuerat florentiſſima, formaque egregia: nunc omnia maturitatem ſuam nacta, ætate iam vergente, ac maiore vſu rerum illuſtria erant: nec minus filij ſanctitas matris mores excoluiſſe, quàm inſtitutus à matre videri poterat: inquit P. Æmylius. lib. 7. de Rebus Geſtis Francor. in S. Ludouic. IX. Reg. §. 7.

Mirum! quot laudum encomiis, quantiſque virtutum titulis, eam Reginam extulerint probi Authores. Verè acclamatur: mulier ſapiens ac prudens: dilecta Domini, Deo amabilis, hominibus vtilis, & accepta: raræ prudentiæ fœmina, optima admodum & pia Regina: qua mediante, omnia fauſta fœliciaque Galliarum Regno obuenerunt: Europæ iubar ſplendidiſſimum, Franciæ paradoxum, vera Regiarum Didaſcala ſobolum, vitæ Chriſtianæ exemplar, cunctarum ſpeculum virtutum, perſonarum fidelium amor, terrorq; perfidorum. Eccleſiæ tutrix, nobilium ſuſtentaculum, ciuium mitiſſima Domina, pauperũ nutrix, omniumque ſalus & ſolatium. Hæc & alia quæuis elogia referunt Gaufridus de Bello loco, & Ionuillæus in vita S. Ludouic. IX. Reg. Franc. Papyrus Maſſonus, P. Æmylius, Tillius, Gillius, Nangius. Belforeſtius, Dupleix, &c. in eod. Reg. Boſius de Signis Eccl. tom. 1. lib. 8. cap. 7. Roulliardus cap. 6. vitæ B. Iſabellæ Virg. ſororis ipſius S. Ludouici IX. Reg. Theuetus tom. 2. illuſtr. viror. lib. 4. cap. 4. P. Matthæus in hiſtoria S. Ludouici IX. Reg. Franc. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1252. §. 1. & 2. Paradinus in Affinitatib. Genealog. Franciæ. San-Marthani in hiſt. Geneal. domus Franciæ. Menardus in Notis in Ionuillæum. S. Antonin. 3. part. Chronic. titul. 19. cap. 5. parag. 6. & cap. 9. Bergomaſ. De claris mulierib. cap. 190. §. 8.

Porrò, ipſam Reginam, raræ fuiſſe ſanctitatis fœminam: omninóque ſanctam extitiſſe; teſtantur Ioannes de Columna, Ord. Præd. in Marihiſtoriar. Didacus de Valeria, in hiſtoria Gallor. Marianus lib. 2. cap. 20. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali part. 2. ſerm. 27. part. Gonzag. 1. part. ſup. in BB. ſecundi ac tertij §. 9.

Digitized by Google

Ordin. Wadingus §. 1. P. Æmilius, ſup. Bzouius tom. 17. Annal. Eccleſ. ad ann. 1252. §. 10. Sauſſayus in Appendice ad Martyrologium Gallicanum: quorum quinque primi Authores teſtantur ipſam quoque miraculis claruiſſe.

§. 10. Eam etiam noſtram faciunt, & tertio adiudicant D. Franciſci inſtituto, Marianus ſup. B. Bernardinus de Buſtis, & Gonzaga ſup. Firmamentum trium Ordinum part. 1. tract. de viris ac fœminis illuſtr. huiuſce inſtituti, Antonius Sillenſis, de Priuileg. & Reb. 3. Ordin. Min. lib. 1. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chron. Min. lib. 9. cap. 25. Wadinghus ſup. §. 1. Brulius lib. 2. Antiq. Pariſ. pag. 525. Marulus lib. 4. Hiſt. ſacrar. Relig. Salazar lib. 6. Chron. Prouinc. Caſtellæ cap. 16. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationib. ſup. Regulam Tertiar. fol. 37. pag. 1. & alij, qui & in habitu eiuſdem Ordinis dicunt ſepultam. Quin & ſub vitæ finem, vota Ordinis Ciſtertienſis emiſiſſe, habitumque Religionis ſuſcepiſſe, in quo deceſſit ac ſepulta fuit. Scribunt Codex M. S. Abbatiæ de *Lilio*, propè Melodunum. Chronica S. Dionyſij. Roulliardus, Menardus, & alij ſup.

§. 11. Diſſidere Chronica circa mortis annum, monet Meyerus, ad an. 1252. in Annal. Flandr. Quidam enim aſſignant ann. 1251. alij, an. 1252. ſed ann. 1253. extitiſſe, aſſerere haud dubitamus, cum præfato M. S. Codice Abbatiæ Melodunenſ. & aliis in margine Hiſtor. Franc. Nicolai Gillij additis, Laſſereo, in vita S. Ludouici Reg. poſt Nangium. Ex quibus corrigendus error, apud Mariettam lib. 19. Hiſt. Eccleſ. Sanctor. Hiſpan. cap. 18. dùm illic mendosè ſcribitur deceſſiſſe è vita an. 1230. pro 1253. vt intuenti liquet. De die, non minor eſt difficultas, cùm nonnulli quinto, alij, quarto Kalendas, & 1. die Decembris eam obiiſſe affirment: quos tamē hallucinatos fuiſſe arbitramur, ex èo quòd 5. vel 6. diebus extrema morbi inſtantia laborauerit, iuxta Chronicam S. Dionyſij, Roulliardum, Menardum, &c. Conſtat etenim ſpiritum exhalaſſe, circa horam nonam diei 30. Nouembris, in feſto S. Andræ Apoſtoli. Ita Marianus, ſup.

§. 12. Denique, cùm Lutetiæ Pariſiorum ſpiritum Deo reddidiſſet, corpus eius ſolemni pompa delatum eſt ad Malum Dumū, Gallicè, *Mau Buiſſon*, Monaſterium Virginum Ord. Ciſtercienſ. à ſe fundatum, propè Pontiſaram. Vide Chronicam S. Dionyſij. Cod. M. S. Melodunenſ. Nicolaum Gillium, Belforeſtum, Rouillardum, &c. Brullium in Antiquitat Pariſ. lib. 4. Doubletum lib. 4. Hiſtor. Abbat. S. Dionyſij in Francia, cap. 10. Sauſſayum ſup. Cor verò ipſius exinde tranſlatum fuit ad Abbatiam præfatam de Lilio, Ord. Ciſtercienſ. à ſe fundatā: pro vt teſtatur idem Codex M. S. illius loci. Cui ſubſcribunt Roulliardus in Melodunenſi hiſtoria, vbi de eo cœnobio, pag. 432. Morinus in hiſtoria Waſtinenſi. Vt proinde à nobis meritò corrigendus Ioannes *Touronda* (vir alioqui pius & eruditus) in Notis ad quaſdam Epiſtolas de Amicitia olim contracta, propter S. Maximum, Rhegienſem Epiſcopum, inter Eccleſiam Cathedralem Rhegienſem, & Clerum Vernonenſem pag. 75. & 76. ſcribens ipſam ſanctiſſimam Reginam, cor ſuū in Eccleſia Vernonenſi ſepeliri voluiſſe: vbi vſque in hunc diem tūba vetuſta coopertum cernitur in choro Vernonenſis Eccleſiæ, ad Sequanam, in Neuſtria, Diœceſis Ebroicenſ. qui poſtea à nobis ſuper hoc expoſtulatus, palinodiam cantauit, & errorem ingenuè faſſus eſt. Maximè cum anno 1633. idem cor B. Reginæ repertum fuerit in eadem Abbatia de *Lilio*, cùm chorus antiquus Eccleſiæ deſtrueretur, & in alium locum transferretur, præſente, & aſſentiente illuſtriſſimo atque Reuerendiſſimo D. Octauio à *Bella-Gardia*, Senonenſi Archiepiſcopo: necnon & pientiſſima eiuſdem cœnobij Abbatiſſa, & aliis Monialibus, aſtantibus, pro vt retulit mihi idem Archipræſul, dùm Meloduni moras agerē. Ac poſtea D. Stephanus, vir probitate vitæ ſpectabilis, eiuſdem Abbatiæ digniſſimus Confeſſarius, hæc eadem ſcripſit, miſſis ad me litteris, an. 1638. 22. Martij, in hunc modum. *Anno 1634. die Martis, Ianuarij decima, præſentibus D. Archiepiſcopo Senonenſi, D. de Barraeius eleemoſynario, D. Cheualerio, Sacerdote, & me adſtantibus: R. Abbatiſſa cum omnibus Sanctimonialibus Monaſterij de Lilio, facta eſt apertio loculi lapidei, laminis ferreis plumbo affixis atque ſigillatis occluſi, ſub Tumba Reginæ Blancha, tunc in medio choro Monacharum poſita, reperti: in quo inuenta fuit quadā pyxis, vel vrna ſtānea, & in ea, caro ferè omninò in puluerē redacta, panno ſerico & auro veluti contexto inuoluta; quibus viſis & diligenter inſpectis, totum fuit intra præfatum loculum lapideū iterum repoſitum ac concluſum: ipſumque cum Tumba prædicta tranſlatum, retro maius Altare, à parte ſanctimonialium, vti ab ipſo D. Archiepiſcopo, petierant: quippe quæ ſummè exoptabant fundatricis cor intra chori ſui clauſuram retinere: quarum piis votis vltrò annuens idem D. Archiepiſcopus, ſuo iuſſu, in eum locum illatū eſt, vbi cum honore ac reuerentia nunc vſque conſeruatur. Totius rei geſtæ proceſſus verbalis habetur, extatque apud D. Vicarium Generalem Archiepiſcopi.*

Huc ſiſte gradum, Lector, ne in mendaciorum lacunas, incautus, offendas. Tantis etenim calumniis ipſam B. Reginam laceſſiti ſunt impij detractores: vt charta, licet alba, præ confuſione, rubeſceret, ſi omnium dicacitatū, atque cauillationum in eam impunè euomitarum, meminiſſe oporteret. Horum omnium mendaciorum ſegetem tellus tulit Anglicana, apud Matthæum Pariſium, de Rebus geſtis Anglorum, ſub Henrico III. Rege, Weſtmonaſterienſem, & alios. Quibus aſſentiunt pſeudo-Ionuillæus, ſeu potiùs Antonius. Petrus Riuenſis cap. 76. vitæ S. Ludouic. Reg. Hallianus, & Ioannes Serranus, in Hiſt. Franc. ſub D. Ludouic. IX. Reg. Francor. His etenim opponimus verum Ionuillæū è latebris in lucem productum, induſtria & labore Claudij *Menardi*. Item Gaufridū de Bello-loco: Guillelmum Carnotenſ. Vincentium Beluacenſem, & quoſuis alios teſtes oculatos, ſeu coætaneos, ab his opprobriis, & conuitiis, ſeu rebus fictitiis prorſus immunes. Addunt Hallianus & Serranus, Margaritam Reginam, S. Ludouicum Regem, maritum ſuum, in expeditionem primam contra Sarracenos, proficiſcentem, omninò ſequi voluiſſe, manereque in Regno, eo abſente, renuiſſe; ob ſimultatem, iam inter ſe & Reginam matrem, Regni Regentem, obortam; quod tamen reticet pſeudo-Ionuillæus cap. 17. Imò B. Franciſcus de *Sales*, vir pietate & ſcientia clarus, id attribuit non rixæ aut iurgio: ſed eximio amori ipſius Margaritæ vxoris erga ſanctum Regem, ſponſum ſuum, quem ſummè diligebat, & excolebat, lib. 9. de Amore Dei, cap. 13. §. 13.

Hinc ſumma eius memoria apud Gallos: *Huius* (inquit Sauſſayus, ſup.) *Reginæ piiſſimæ memoriam Reges poſteri, magna in veneratione habuerūt: in cuius honorem, nūmos etiam aureos, effigie eius nomine inſignitos, cudi, & publico vſui exponi, curauerunt.* Sanè, ab eo tempore, ſex Regum Chriſtianiſſimorum proſapia natæ filiæ Regibus Hiſpanis datæ ſunt in matrimonium, & decem Hiſpanica Regia ſtirpe progenitæ, ſeu, ex Auſtriaca propagine ortæ, in Galliam adductæ ſunt §. 14.

noſtris

Auſtriaca propagine ortæ, in Galliam adductæ ſunt noſtris Monarchis copulandæ: quæ tamen ſimul iunctæ, haud tantùm, vel talem Benedictionum cumulum huic florentiſſimæ atque Chriſtianiſſimæ Galliarum Monarchiæ produxerunt: quantum, hæc ſola B. Blancha, Caſtellana, Regina mater S. Ludouici IX. Regis, nobis peperit (vt ſcitè annotauit Petrus Cottonus in Epiſtola Dedicatoria Concion. de præcipuis, ac difficilib. materiis fidei, ad Reginam Franc. ann. 1617.) cuius Regia proles, ſua ſanctitate, cœlum toties inuecta, manet in æternum, & ſua fœcunditate nunc vſque fœliciter regnat in Gallia.

§. 5. Ita in huiuſce ſanctiſſimæ Reginæ commendationem & laudem, dignum duxi hîc apponendum quendam Tractatum M.S. nonnulla de vita, & morte ipſius continentem, ex Necrologio perantiquo, M. S. præfatæ Abbatiæ de *Lilio*, ſub initium, à me ita excerptum.

De Tranſitu Dominæ Blanchæ illuſtriſſimæ Francorum Reginæ.

ANno Domini 1253. 4. Cal. Decemb. die Mercurij, ante feſtum B. Andreæ Apoſtoli, migrauit è ſæculo Domina Blancha Illuſtriſſ. Francor. Regina, videlicet in ciuitate Pariſius. Aſſiſtentibus in medio Palatij circa lectum eius pluribus Monialib. Beatum finem piiſſimæ matris intuentibus, exitumque eius deuotis precibus commendantibus. Abſente vero Domino Rege Ludouico, chariſſimo filio ſuo, & Dominâ Imperatrice Conſtantinopoli, nepte ſua, multiſque aliis Nobilibus & Religioſis aſtantibus, Chriſti munita Sacramentis, plena fide & agnitione, Dominum Deum Creatorem ſuum veraciter agnoſcens, & fideliter confitens, circa horam nonam reddidit ſpiritum veneranda à Deo dilecta Regina, & eſt iſta dies vniuerſis ſanctæ Eccleſiæ fidelibus memoriter retinenda.

De Tranſlatione corporis à ciuitate Pariſienſi in Abbatia Pontiſaræ.

EGredimini & flete omnes Pariſienſium ciues: Egredimini & plangite omnes domeſtici Regni, nobiles & ignobiles, diuites ſimul & pauperes Egredimini & videte Reginam veſtram in diademate, quo coronaſtis eam, tamen ſub ornatu Regio, humili habitu religionis indutam, nunc à vobis tranſlatam, ſed deinceps ad vos minimè redituram. Egredimini Ciſtercenſium Moniales, Egredimini, & videte piiſſimam Matrem, Dominam, & Fundatricem veſtram in ſacro velamine, quo velaſtis eam, ad vos humiliter venientem, vobiſcum vſque ad diem reſurrectionis, reparationem ſui corporis expectantem. O quàm ſtupenda pietas, & admiranda humilitas, magnaque dignatio tantæ excellentiæ! Ciſtercienſem Ordinem ingreditur, & Monialis efficitur, nobilis Regina Franciæ, & quem viuendo præ cæteris Ordinibus toto cordè dilexerat, etiam moriendo pleniſſimè demonſtrabat.

De fletu & planctu ſuper mortem eius.

FLendum nimis erat & dolendum, iam tunc in illo tempore vltra mare morabatur illuſtris Ludouicus Rex Francorum, cum duobus filiis & vxore: & in feretro portabatur per Regiam ciuitatem Regis Matris corpus exanime. Parui erãt adhuc liberi, hæredes Franciæ, & per manus alienorum tractabantur negotia regni. Quis non fleret; quis non doleret? quis poſſet ſe continere à lachrymis in tanto diſcrimine? quis poſſet vnquam ad exequias tãti funeris ſine magno fletu pergere? certè nullus, niſi eſſet inimicus Eccleſiæ. Heu, quomodo deſolata erat inclyta Pariſiẽſis plena populo! Heu, in quanta triſtitia verſabatur ciuitas Regia plena diuitiis, pro morte illuſtriſſimæ Reginæ, quæ in ea pacificè regnauerat, ferè annis 50. Heu, quomodo obſcuratum fuit tunc nobile Regnum? Diſperſa erat vniuerſa Regalis curiæ familia in capite omni platearum. Plorans plorabat omnis Militia Franciæ, tam pro morte Reginæ ſuæ, quàm pro dilatione aduentus Illuſtr. Regis ſui Ludouici, qui ab eis receſſerat, tranſactis iam antea 5. annis. Non enim oportet, nec decens eſt, vt cum tanti ploratus, id eſt recordatio mortis, tam vtilis Dominæ, piiſſimæ matris orphanorum, & iudicis viduarum (quæ materno affectu pauperibus ſemper condoluit) à piorum cordibus, obliuione vlla perpetuò deleatur, cuius apud nos memoria in oratione ſit, apud Angelos verò in honore permaneat ſine fine. Amen.

De ſanctitate & honeſtate vitæ eius.

QVoniam venerabilis Regina præuenta fuit à Domino in benedictionibus dulcedinis, Gloria & honore coronata in Regno Franciæ, gratia & hilaritate laureata in operibus miſericordiæ, quibus decenter ornata, gubernacula Regni, quæ diuina miſeratione ſuſceperat ſapiẽtiſſimè regebat, & per omne tempus vitæ ſuæ, eleemoſynis & orationibus intenta, ſacris lectionibus erudita: timorem Domini pariter & amorem cordi ſuo vehementer impreſſit, per quem vniuerſos Regni hoſtes viriliter ſuperauit. Fuit igitur Regina noſtra moribus egregia, Alphonſi Regis Caſtellæ prudens filia, Ludouici Regis Franciæ vxor inclyta, Ludouici Regis piiſſimi mater honorificata: in beata & eleganti liberorum propagine multipliciter lætabunda. Fuit etiam ſuperni conditoris artificio eleganter compoſita in corpore, in aſpectu, in pulchritudine, nobilioribus inſignita donis naturæ. Ratione verò ſenſuum, & honeſtate morum ſalubriter redimita potioribus donis gratiæ, virtutibus pollens, charitate præcellens, accepit à Domino poteſtatem in populis, libertatem in arbitriis, humilitatem in proſperis, patientiam in aduerſis. Fuit namque iuſtitia inſignis, ſapiẽtia laudabilis, diſcretione mira-

Digitized by Google

bilis, ſpeculũ caſtitatis, exemplum Religionis. Larga, pudica, pia, & quod in ea præfulgidum erat, miſerorum neceſſitatibus ſubuenire paratiſſima, in cũctis operibus ſuis laudabiliter circũſpecta. Erat autem quaſi lignum vitæ in medio Paradiſi, proferens cæleſtis ſapientiæ verba in medio populi ſui cum fructu bonorum operum, quam ſpiritualis vnctio docuerat, quam Dominus in altum extulerat: vt ſub vmbra protectionis illius quieſceret Eccleſia Dei, & per rigorem iuſtitiæ eius, diſſiparentur omnes inimici. Erat quaſi arbor magna, quam Dominus plantauerat in regno Franciæ, quæ fructũ ſuum dabat in tempore ſuo, videlicet cœnobia conſtruendo, firmam pacem Eccleſiis obtinendo, eleemoſynas ſeſtãdo, pauperes recreando, nudos veſtiẽdo, cæteraq; charitatis officia quotidie dulciter adimplendo, & eſca vniuerſorum in ea, quia de plenitudine diuitiarum ſuarum, & de multitudine miſerationum ſuarum accipiebant vniuerſi.

De tranſlatione cordis eius à Pontiſara in iſta Abbatia de Lilio Beatæ Mariæ.

EOdem vero anno quo de hac vita migrauerat venerabilis Regina 3. idus Martij, tranſlatũ eſt piiſſimum cor eius per manus Dominæ Alaydis Abbatiſſæ, cognatæ eius, quondam Comitiſſæ Matiſconenſis, à Pontiſara vbi requieſcebat cũ corpore, & appoſitũ eſt in Monaſterio de Lilio B. Mariæ, in quo nunc requieſcit cũ honore. Notũ fecit Dominus ſalutare ſuum, notũ fecit Regina prudens amorem ſuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam, in cõſpectu chariſſimorum ſuorum, reuelauit Domina clemens humilitatem ſuam: quando voluit, deſiderauit, humiliterque poſtulauit, vt poſt eius obitum, ſeparatio cordis à ſuo corpore fieret: & Abbatiſſa prædicta ſuſciperet illud, & in iſta Abbatia ſua (quam ambæ fundauerant) ſepulturæ traderet, vt Moniales huius Eccleſiæ tam præſentes quàm futuræ, iſtud tam præcellens donum ſemper ante oculos habentes, tanti amoris beneficio, toto corde reminiſcerentur, & pro eius anima Dominum deuotius exorarent, vt Deus omnipotens & clemens, per inſtantiſſima orationum ſuarum ſuffragia, eam à pœnis eius liberare, & in cæleſtis Regni gloria perenniter collocare dignaretur. Factumque eſt ita. Sit nomen Domini benedictum in ſæcula: & in ſempiterno Regno viuat fœliciter Regina Blancha, ante ſolem Iuſtitiæ reſplendeat anima iſtius Dominæ, quæ cor ſuum dedit huic Eccleſiæ in ſignum veræ amicitiæ: vnde magnum dilectionis gaudium infuſum eſt in cordibus noſtris, per pium amorem cordis eius, qui datus eſt nobis. Propterea tibi Domine retributor omnium bonorum grates multas, & pias laudes referimus, Ieſu bone. Notum ſit omnibus hæc audientibus, vel legentibus quod Dominus Reginaldus, venerabilis Epiſcopus Pariſienſis, eiuſd. Reginæ Conſiliarius prudens, & Confeſſor fideliſſimus præſens fuit, & hoc vidit & audiuit, & teſtimonium perhibuit, quòd deuotiſſima Regina adhuc viuens, cor ſuum dedit chariſſimæ cognatæ ſuæ prædictæ Abbatiſſæ, in ſignum mutuæ dilectionis, & eximiæ charitatis. Hic autem Reuerendiſſ. Epiſc. Deo dignus, hunc pretioſiſſimum theſaurum, cum magna reuerentia, & pietate deuota, in iſta Eccleſia B. ac venerabilis Dei Genitricis Mariæ, propriis manibus honorificè tumulauit, Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cum Patre & Spiritu ſancto, per futura ſæcula ſæculorum. Amen.

Vt autem cunctis innoteſcat tempus fundationis huiuſce Monaſterij Mali-Dumi: Hic excerptum profero ex Cod. M. S. Pergameno, in Archiuis Abbatiæ præfatæ aſſeruato, quod gratanter ad nos 24. Nouemb. miſit Reuerendiſſima Abbatiſſa, Soror *Maria Angelica*, pietate & Religione nulli ſecunda: vbi hæc inſeruntur. §. 16.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo ſexto, fundata fuit Abbatia Beatæ Mariæ Regalis iuxta Pontiſaram, ab illuſtri Blancha Dei gratia Regina Francorum, aſſenſu & auxilio, inclyti Principis S. Ludouici Regis Francorum illuſtris filij ſui.

Litteræ Fundationis Abbatiæ de Malo-Dumo.

IN nomine ſãctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amẽ. Vniuerſis in fide Catholica viuentibus, ad quos præſens ſcriptura peruenerit, Blancha Dei gratia, Regina Francorum, Salutem in Domino ſempiternam. Sacro ſanctæ Matris Eccleſiæ Doctores aſſerunt, quòd beatis Angelicis ſpiritibus cedit ad gaudium, ſi renati fonte baptiſmatis, quos difficile eſt in præſenti ſæculo nequam incurſus euadere delictorum, ſuo ſe Creatori affectu erigunt ſalutari. Et cùm ſecundum Apoſtolum, nulla prorſus hominum merita condigna ſint in terris ad ea promerenda, quæ Redemptor eorum diligentibus ſe præſtare perpetuò pollicitus eſt in cælis: expedit humano generi, vt de veritatis Euangelicæ conſilio, cæleſtes amicos acquirat, per quorum merita glorioſa ſuppleatur in ipſo, quod ſibimet deficit ad ſalutem. Nos igitur diuina nobis adminiſtrante clementia, voluntatẽ, & chariſſimi filij noſtri Ludouici Dei gratia Regis Francorum illuſtris interueniente aſſenſu, ob ſanctorum opportuna ſuffragia nobis ſalubrius acquirenda: affectantes decorem domus Domini diligere, cum Propheta, & Diuinum ſeruitium ampliare in ea, ad honorem Omnipotentis Dei, ac ſpecialiter glorioſiſſimæ ſemper Virginis Matris eius, omniumque ciuium ſupernorum, pro ſalute animæ noſtræ, & animarum claræ memoriæ Alfonſi, quondam Regis Caſtellæ illuſtris Genitoris noſtri, & Alienoris Reginæ vxoris eius genitricis noſtræ: & chariſſimi Domini noſtri fœlicis recordationis

Ludouici

Digitized by Google

Ludouici, quondam Regis Francorum illuſtris, ac chariſſimi filij noſtri prædicti, & omnium liberorum noſtrorum, necnon & omnium Anteceſſorum noſtrorum & ſucceſſorum: quandam Abbatiam Ciſtercienſis Ordinis, de proprijs bonis noſtris tēporalibus fundauimus, & ædificari fecimus, ac erigi in Pariſienſi Diœceſi, iuxta Pontiſaram, in villa quæ Alnetum antea vocabatur, quam quidem Abbatiam, Sanctam Mariam Regalem, *eo quòd in honore ac nomine Cœli Reginæ fundata eſt, deinceps decreuimus nominandam. Donauimus etiam in perpetuum, & conceſſimus Abbatiæ memoratæ, ac perſonis ibidem Deo ſeruientibus, & in poſterum ſeruituris, locum ipſum cum fundo, in quo ſita ſunt, Monaſterium, Dormitorium, Refectorium, Cellarium, & omnia ac ſingula ædificia infra ambitum murorum contēta, cum eiſdem ædificijs & muris, ſicuti ſe porportant circumquaque in latum & in longum, dextrorſum & ſiniſtrorſum: quæ omnia acquiſieramus de noſtris proprijs bonis, volentes, & concedentes, quòd Abbatia & Moniales dicti Monaſterij, prædicta omnia & ſingula, vt puram, perpetuam, & omninò liberam eleemoſynam, ac tanquam rem ſuam, & ſui Monaſterij prædicti propriam, poſſideant in perpetuum, liberè & quietè, ſecundum Conſtitutionem Ciſtercienſis Ordinis Regularem eiſdem Monialibus pro vita neceſſarijs, Deo dante, & vita comite, in bonis amplioribus prouiſura. Quod vt robur obtineat, perpetuæ firmitatis præſentem paginam rei ſeriem continentem ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Actum anno gratiæ* 1241. *menſe Martio.*

Verſus exarati circumcirca Tumulum Reginæ Blanchæ.

Ex te Caſtella radians, vt in æthere ſtella,
Prodijt hæc Blancha quam luget natio Franca
Rex Pater Alfonſus, Ludouicus, Rex ſibi ſponſus
Quo viduata regens agit, vt vigeat requie gens
Hinc peregrinante nato, bene rexit vt ante.
Tandem ſe Chriſto cœtu donauit in iſto
Cuius tuta malis viguit gens Franca ſub alis
Tanta prius, talis iacet pauper hic Monialis.

DECEMBER.

Kalendis Decembris.

Aſſiſij in Vmbria, Beati [a] Ioannis à ſancto Conſtantio, Confeſſoris, Seraphici Patris ſancti Franciſci ſocij; qui multis præclarus virtutibus, ſancto fine quieuit. Auximi in Picœno, Beati [b] Gratiani à Romandiola, Confeſſoris: eruditione, zelo ſalutis animarum, atque miraculorum gloria, illuſtris. Apud Agnonem oppidum in Apulia, Beati [c] Thomæ Alemanni, Confeſſoris: miræ abſtinentiæ viri, qui & altiſſima paupertate, oratione, atque Regulari Obſeruantia valdè enituit. Cotiniolæ, in Ramandiola, Beati [d] Antonij Bonfadini, Confeſſoris: qui charitate, humilitate, abſtinentia, & oratione pollens, viuus atque mortuus ſignis admirandis eluxit. Narniæ, Beati [e] Iuſtini à Panigaleo, Confeſſoris. Drepani in Sicilia, Beatæ [f] Innocentię Ricci, Virginis Tertiarię; genere, virtute, ac miraculis nobiliſſimæ.

DECEMBRIS PRIMA DIES.

§. 1. *Beati Ioannis à ſancto Conſtantio, Confeſſoris.* [a]] Miris virtutibus inſignitus eſt, maximè ex conſortio Seraphici Patris S. Franciſci: cuius amantiſſimus ſocius fuit. Obiit verò, iacetque in Eccleſia S. Mariæ de Angelis, propè Aſſiſium. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratribus Minor. prouinc. S. Franciſci ſanctitat. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic Minor. lib. 1. cap. 10. & lib. 6. cap. 55. Firmamentum trium Ordinum, tract. 1. in Memoriali Ordinis Minor. D. Antonin. 3. part. Hiſtor. Titul. 24. cap. 7. Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eo. Idem eſt cum B. *Conſtantino* à ſancto Conſtantio. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1209. §. trigeſimo ſexto. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordinis.

§. 2. *Beati Gratiani à Romandiola, Confeſſoris.* [b]] Hic, non ex Prouincia Romana, (vt quidam hallucinati poſuerunt) ſed ex partibus Romandiolæ, prouincia Bononienſi, oriundus erat. Eximia ſanctitate, profundiſſima doctrina, ac zelo ſalutis animarum, præditus: tum in vita, tum poſt mortem, miraculis claruit. Florebat ann. 1305. obiit, ac ſepultus eſt Auximi, in Conuentu Minorum Fratrum. Eius mirabiliora facta commemorant Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 2. lib. 7. cap. 2. ex B. Bartholomæo Piſano, ſup. in prouincia Marchiæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga ſup. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. qui eum ſocium conſtituit B. Ægidij *Aſſiſiatis*, ſed perperam: agitur enim de eo 30. Martij. Algezira ſup. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1241. §. 21. ex Creſcentio, in Dialogo. Picquetus ſuprà.

Beati Thomæ Alemanni, Confeſſ. [c]] Vir Religioſiſſimus extitit, moribus conſpicuus, vitæ ſanctitate dotatus, Altiſſimæ paupertatis zelator ardentiſſimus, & Regularis Obſeruantiæ cupidiſſimus: Vicarius prouinciæ S. Angeli cùm eſſet, nudis pedibus eam viſitatione ſua luſtrauit: à carne vinoque per 24. annos abſtinuit. Sanctam orationem & contemplationem maximè colebat: quo tempore ingentibus replebatur diuinis conſolationibus. Demùm, in omni virtute conſummatus, omnique ſpiritali exercitio perfectus: ſpiritum Deo reddidit apud Conuentum S. Bernardini Agnonis (qui eſt 8. Prouinc. S. Angeli) ann. 1467. cuius ſepultura magna fidelium veneratione frequentatur. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. lib. 5. cap. 28. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum primum, §. 3. Wadinghus tom. 6. ſup. ann. 1467. §. 13. ex Mariano lib. 5. cap. 36. §. 3.

Beati

§. 4. *Beati Antony Bonfadini, Confeſſoris.* [d]] Ferrarienſis erat natione, Prouincæ Bononienſis alumnus, perfectus in operibus charitatis, humilitatis, & abſtinentiæ, oratione feruentiſſimus, atque miraculis celeberrimus. Obijt Cotiniolæ, Romandiolæ oppido, anno 1482. De quo hæc ſcribit Gonzaga, Origin. Seraph. Relig. part. 2. in Conuentu Cotiniolæ, qui eſt 22. Prouinc. Bononienſ. *Cùm B. Pater Antonius Bonfadinus, Ferrarienſis, ante huius loci conſtructionem, Cotiniolæ, anno ſalutis humanæ* 1482. *mortem obijſſet, atque in maiori Eccleſia à ſæcularibus Sacerdotibus ſepultura traditus eſſet; ad hoc Templum de nouo ædificatum, poſt longam digladiationem, licet ipſis Sacerdotibus inuitis, ac renitentibus, tranſlatus; ſepulchroque quodam marmoreo, cui & ſequens Epitaphium inciſum eſt, reconditus fuit.*

D. O. M.

Ac Diuo Antonio Ferrarienſi.

Hoc Bonfadini ſaxo pia buſta teguntur
Antony; hic viſit ſancta ſepulchra Dei.
Confeſſorque fuit Domini, verbumque Tonantis
Edocuit populos, Chriſticolaſque fidem.
Pro meritis, heu, quanta facit miracula Diui
Franciſci miles! venit in Aſtra Poli.

Illius item meminit part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 56. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eo. Picquetus ſup. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1482. §. 70. poſt Marianum. lib. 5. cap. 47. Sacrum eius corpus integrum, vidi, tetigi, ac piè veneratus ſum, ann. 1620.

§. 5. *Beati Iuſtini, Confeſſoris.* [e]] Laicus erat, & ex Familia Obſeruantium, ad Capucinos tranſiens, magnam ſanctitatis fragrantiam exhalauit. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. ad annum 1547. quo obiit §. 6. &c. ex Petracio, Salodienſi, & aliis.

Beata Innocentia, Tertiar. Virg. [f]] Drepani, in Sicilia, nobilibus parentibus naſcitur, ann. 1599. die 16. April. feria ſexta. Ab ineunte ætate, pietati, virtuti, & temperantiæ operam dedit: ieiunia ab Eccleſia indicta, vnà cum Aduentu Domini ſtrictè ſeruabat. Pompis, & vanitatibus ſæculi, cunctiſque carnis illecebris perpetuò aduerſata eſt; pulcherrima quidem facie, ſed moribus etiam venuſtior, atque elegantior. Itaque vitæ perfectione ſtudens, ann. 1620. die 8. Decemb. in Eccleſia S. Annæ Conuentus FF. Minor. Refformator. Obſeruant. habitum Tertiariarum ſumpſit de manu R. P. Innocentij à Cluſia eiuſdem Ordinis; à quo & ſoror *Innocentia* nuncupata eſt, cùm antea *Diana* vocitaretur. In ea autem vocatione, tantum humilitatis, paupertatis, caſtimoniæ, & obedientiæ ſpecimen præbuit: vt breui cæteris data ſit in Superiorem. Mirè delectabatur ex lectione librorum B. P. Bartholomæi à *Soluthio*: & in meditatione ſua ſic exardeſcebat igne diuini amoris, maximè quando ſacra Euchariſtia reficiebatur, vt raperetur in extaſim. Tandem plena virtutum & bonorum operum, abijt in cœlum ann. 1624. 1. Decemb. die Dominica: cuius corpus apud noſtros Refformatos delatum, integrum, ſuauiſſiméque olens nunc vſque perſeuerat. Quare authoritate Vrbani VIII. Summi Pontificis proceſſus habentur, ſuper vita, morte, ac miraculis pro futura canonizatione, ſub Datum Romæ 17. Februar. ann. 1629. Vitam eius deſcripſit Frater Hieronymus à Sotera, Minor. Obſeruantinus Reformatus illius Confeſſarius; eam verò ampliauit. Iacobillus Fulginas ann 1629.

QVARTO NONAS DECEMBRIS.

IN Saxonia, Beati [a] Electi, Confeſſoris: miraculorum dono conſpicui. Citonij in Vmbria, Beati [b] Anonymi, Confeſſoris: qui vita ſanctiſſima, oratione, atque illuſtrationibus Diuinis emicuit. Apud Montem Compatrium in Hethruria, Beati [c] Angeli à Monte-Leone, Confeſſoris: virtute patientiæ, & pœnitentiæ inſignis: qui miro ſpiritus feruore verbum Dei prædicans: atque orationi & contemplationi inſtantiùs vacans: quamplurimis poſt obitum illuſtratus eſt miraculis. In India Orientali, Beati [d] Antonij Caſalij, Confeſſoris: qui ſtrenuè in Euangelio laborauit, & multa millia Infidelium ad Chriſtum conuertit. Madriti in territorio Toletano, Beati [e] Ioannis de Ladrada, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. In Hiſpania, apud Villam-nouam infantium, Beatæ [f] Annæ Sanchez, Virginis, Tertiariæ.

DECEMBRIS II.

§. 1. BEati *Electi, Confeſſoris.* [a]] Hic Procurator, ſeu Eleemoſynarius extitit Fratrum, miraculorum gloria fulgens: qui vnà cum Beato item Electo, Guardiano (de quo 25. Februarij) apparuit, immenſo lumine circumamictus poſt obitum B. Ioannis (de quo 2. Iunij) gloriam ſuæ beatitudinis illi reuelando: nam ex eius facie, manibus, ac pedibus, tanta lux oboriebatur, vt vix ipſe B. Ioannes in eam poſſet oculos conijcere. Sepultus iacet Kiriis, ſeu apud Conuentum Lumbergenſem, vel Lubechenſem, ſecundum alios. Florebat ann. 1240. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Saxoniæ ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Min. lib. 1. cap. 15. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 3. in Prouinc. Saxoniæ S. Crucis. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1249 §. 9.

Beati Anonymi, Confeſſoris. [b]] Reuerendiſſimus Gonzaga hunc confundit cum B. *Guidone* (de quo 30. Ianuar.) ſocio B. Ægidij ab *Aſſiſio*: vultque eandem eſſe perſonam huius B. Guidonis: ſic enim de eo ait, §. 2.

Digitized by Google

Fuit hic Pater (Guido) *Cluſenſis aliquando Canonicus, vt in Chronicis noſtri Ordinis latius continetur, ſed ſpreta ea dignitate, ſacco indui, pauperemque Chriſtum cum cæteris pauperibus ſequi, quàm diutiù mundo, eiuſque honoribus adhærere maluit: huncque locum ſibi in ſepulturam elegit, tùm quia diuinis excipiendis immiſſionibus aptiſſimus, tum etiam quia eius Magiſtro ac ſocio, B. nempe Patri Ægidio fauorabilis fuit. Hic ſiquidem ille multigenis à Deo virtutibus inſignitus, eiuſque ſuauiſſimo colloquio potitus eſt. Inſuper & duplicem Helyæ ſpiritum, quo multa prædixit diuinitùs accepit, &c.* Hæc ille in Conuentu S. Franciſci propè Citonium, qui eſt 22. Prouinc. Tuſciæ. At B. Bartholomæus Piſanus, antiquus rerum Ordinis indagator, apertè teſtatur lib. 1. Conformitat. fruct. 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. Prouinc. Tuſciæ, ſanctitat. illuſtr. hos Dei ſeruos fuiſſe diſtinctos: nam poſtquam egit de Præfato B. Guidone, hæc de præſenti B. Anonymo ſubiungit verba. *Alius quoque Frater noſter, qui Canonicus fuerat ſancta Muſtiola de Cluſio, vita ſanctiſſima, in die Purificationis, à Virgine viſitatus, Ieſum habuit in ſuis vlnis ad inſtar ſancti ſenis Simeonis.* Sic & Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. ex Toſſinianó lib. 2. in Cuſtodia Cluſina.

§. 3. *Beati Angeli à Monte-Leone, Confeſſoris.* c] Prouinciæ S. Franciſci erat alumnus, cùm audita ſanctitatis fama B. Pauli de *Trincis*, eum adijt, Reformationem amplexus eſt, illique firmiter adhæſit: ipſum ad amuſſim imitari oblectans in virtute, patientia, ac pœnitentia. Sanctæ orationi & contemplationi valdè addictus erat; in qua ſæpè viſitabatur, conſolabaturque diuinis reuelationibus & apparitionibus. Die noctuque mille genuflexionibus occupabatur, ſacrum Miſſæ ſacrificium maxima deuotione celebrabat, ingentique attentione Horas Canonicas perſoluebat. Florentiam miſſus eſt à Præfato B. Paulo, vt B. Ioannis à *Stronconio* Commiſſarij ſocius eſſet: qui ſuis concionibus ita profecerunt erga populum Florentinum, vt exindè fructum reportarint copioſum. Nam & Conuentum Feſulis (qui primus extitit Familiæ Obſeruantinæ in Ethruria) extruxerunt: & plures inibi Deo ſanctiſſimè ſeruierunt. Paulò poſt à Miniſtro Prouinciali ſuſceperunt Conuentus Citonij, Columbarij, & Montis Compatrum: in eoque vltimo infirmatus eſt ad mortem ipſe B. Angelus. Quid Venerando P. Guardiano illius loci, pro obedientiæ merito, coactus; inter alia confeſſus eſt, à triginta annis vllum verbum otioſum ex ore ſuó fuiſſe egreſſum. Hora verò obitus illius inſtante, deuotiſſimus quidam Frater vidit animam eius clariſſima luce circumfuſam in cœlum ſublatam. Poſt mortem plurimis fuit illuſtratus miraculis: cuius chorda parturientibus confert opem & ſolamen. Florebat ann. 1390. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus ſup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Roman. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 7. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. ſup. in eo. Vvadinghus ſup. ann. 1291. §. 73. & tom. 1. ad ann. 1241. §. 14. & tom. 3. ann. 1334. §. 24. ac tom. 4. ad ann. 1390. §. 5. & 1399. §. 65. Frater Iacobus Guarini de Sanctis. Marianus lib. 2. cap. 13. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Franciſcan. Ioannes à ſancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 1. cap. 4. Salazar lib. 1. Chron. Prouinc. Caſtellæ, cap. 33. Iacobillus de SS. Fulginatib. pag. 309.

Beati Antonij Confeſſoris. d] Mira egit tum in India Orientali, tum in Cambaiæ Regno: maximè, cùm ſub Ioanne Caſtrio, Indiæ Prætore: apud Dium validiſſimum propugnaculum, præliatum eſt contra Infidelium phalanges: Chriſtianos milites, ſub hora conflictus, excitans ad pugnam. Qua de re Maffeius lib. 13. Hiſtor. Indicar. verſus fin. ad ann. 1546. *Tum* (inquit) *loco excelſo, vt vndique conſpici poſſet, Antonius Caſalius, Franciſcanus, inſigni pietate ſacrificat: Deumque precatus, vt in hoſtes Eccleſiæ ſacroſancta, formidinem ac terrorem auerteret: Chriſtianos, quo alacriùs capeſſant pugnam, noxis omnibus, Pontificia authoritate, expiatos abſoluit, &c. Vnà Caſalius ornatu quàm auguſtiſſimo trabeatus, Chriſti ad crucem affixi attollens imaginem, concionabundus aderat, &c.* Sicque fœliciter dimicatum eſt, vt eius precibus ad Deum fuſis, noſtri victoriam reportauerint de Mamudio Cambaiæ Rege. Paulò poſt etiam, idem Chriſtianus exercitus, alia potitus eſt victoria contra Idalcam Turcarum Dinaſtam: virtute orationis eiuſdem B. Patris: quæ omnia confirmantur à Iarrico, tom. 3. hiſtor. Indiæ Oriental. lib. 5. cap. 28. circa fin. Maffeium ſecuto, & Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 54. & 55. Eſt autem Cambaiæ Regnum, qua bicornis Indus in mare fertur; ſoli vbertate, finium amplitudine, fluminum, vicorum, vrbiumque frequentia inclytum in primis. In huiuſmodi Regno conſtat Franciſcanos primùm Chriſti Euangelium diſſeminaſſe ab ann. 1510. Illic BB. Antonius *Laurerius*, Antonius *Caſalius*, & alij demorati ſunt, opere & ſermone potentes. Ieſuitæ tandem in labores eorum introire optarunt ann. 1580. ex Iarrico, ſup. tom. 2. lib. 2. cap. 9. & tom. 3. lib. 6. cap. 42. ſub. ann. 1600, at eam ſpiritualem miſſionem ſibi iure debitam rectè aſſeruerunt Minoritæ, quam nunc vſque impensè excolunt. §. 4.

§. 5. *B. Ioannis, Confeſſ.* e] Sacerdos erat, orationem iugiter frequentabat, tantaque aſperitate, & pœnitentiæ operibus, corpus ſuum aſſiduè edomabat, vt quaſi ſenſuum vſu carere putaretur. Piè, ſanctéque efflauit animam, in Conuentu S. Franciſci Madriti (qui eſt 5. Prouinc. Caſtellæ) magna cum ſanctitatis opinione: ita vt tunica qua indutus erat, in complura diſciſſa præſegmina, pro Reliquia pretioſa, ſummè expoſtulata ſit ab optimatibus & Proceribus Regni Caſtellæ. Ita Salazar lib. 2. Chron. Prouinc. Caſtellæ cap. 22.

§. 6. *B. Anna Sanchez, Virg.* f] Socia fuit B. Catharinæ *Ruiz*; mira deuotione, & indefeſſæ orationis virtute pollebat, necnon & Oeconomiæ prudentia, rara extitit; quæ cùm vbique celebris haberetur, miſſa eſt, vt cœnobij matrem ageret ad clauſtrum ſororum Beatarum S. Clementis: cui officio 20. annorum decurſu, ampliſſimis laboribus, & incommodis obſecuta, rediit (relicto flagrantiſſimo conuerſationis odore) in locum priorem: vbi pœnitentiis, vigiliis, & orationum inſtantia, fracta & fatigata, diem vltimum ſanctiſſimè obiit: eius pauperculum ſtratum cum paruo ſuo tuguriolo, ſplendore quodam inſolito irradiatum, aliquamdiu multis inſpicientibus apparuit. Scribunt de ea, Blaſius Laghina, in ſuo Memoriali: & Marianus lib. 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 13. & Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

TERTIO

TERTIO NONAS DECEMBRIS.

IN Palæſtina, Beati [a] Conradi de Allijs, Martyris: qui à Sarracenis, ob Chriſti fidem, capite truncatus, victor migrauit in cœlum. Barcinonę, Beati [b] Pontij Carbonelli, Confeſſoris: doctrina, & vitę ſanctitate atque miraculis celeberrimi. Forani in Picœno, Beati [c] Franciſci à Caſtromilliano, Confeſſoris: qui charitate, humilitate, miroque ſpiritus feruore in oratione, & contemplatione reſplenduit. Florentiæ, Beati [d] Ludouici de Caponibus, Confeſſoris. Saluæterræ in Hiſpania, Beati [e] Michaëlis ab Angelis, Confeſſoris, Prouincię Sancti Gabrielis Diſcalceatorum Fundatoris pręcipui: qui ſui ſtatus zelantiſſimus extitit, & cùm ſanctiſſimam vitam egiſſet, fœliciter ſpiritum in oratione Deo reddidit. Madriti in territorio Toletano, Beati [f] Pauli à Sancta Maria, Confeſſoris: qui pręfuit in ſollicitudine, prębuit in hilaritate, & ſummis virtutibus illuxit. Conſtantię, ad radices Montis Mariani, in ſaltu Caſtullonenſi, Beatę [g] Conſtantię Velaſquezę, Viduæ, huius loci Monaſterij fundatricis; genere, abſtinentia, oratione clariſſimæ.

DECEMBRIS III.

§. 1. BEati Conradi de Allijs, Mart. [a]] Eius ſacrum corpus à Sarracenis in mare proiectum eſt; ſed ſuper eo, in mediis procellis, duo luminaria ſtantia conſpicientes Chriſtiani, illud poſtea ad littus ſepeliunt. Memoratur à B. Bartholomæo Piſano, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Terræ-Sanctæ. Illuſtr. Cod. MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marco Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 15. ſub ann. 1288. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Toſſiniano lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Boſio de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 13. qui B. *Conrado* duos etiam ſocios addit martyres. Wadinghus tom. 3. ad ann. 1314. §. 14. & 1342. paragraph. 61.

§. 2. *Beati Pontij Carbonelli, Confeſſ.* [b]] Vir eximiæ fuit doctrinæ, & ſanctitatis: Magiſter ac Præceptor S. *Ludouici*, Tholoſani Epiſcopi, Ordinis Minor. (non autem S. Ludouici Regis Galliæ, vt mendosè legitur apud Poſſeuinum in Apparatu ſacro) ab eo enim litteris & bonis moribus imbutus extitit. Scripſit Poſtillam in vtrumque Teſtamentum: & poſt mortem ſignis claruit miraculorum. Sepulturam nactus eſt in Conuentu S. Franciſci Barcinonenſ. vbi nunc vſque glorioſus iacet. Illius meminerunt B. Bartholomæus Piſanus ſup. fruct. 8. part. 2. in Fratribus ſanctitate, & doctrina illuſtr. Prouinc. Arragoniæ. Item fruct. 11. part. 2 ibidem, Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 5. cap. 24. Gonzaga ſup. Item in Fratribus doctrina excellent. & part. 3. in Præfato Conuentu, qui eſt 2. Prouinc. Cathaloniæ. Willotus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera P. Item quotquot vitam S. Ludouici Epiſcopi deſcripſere. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1214. §. 30. tom. 2. ann. 1288. §. 33. & ann. 1297. §. 35. Antonius Vincentius de Sanctis Cathaloniæ, lib. 2. fol. 55. Picquetus ſup.

§. 3. *Beati Franciſci à Caſtromilliano, Confeſſ.* [c]] Ingenti charitate feruidus erat: tantóque ſanctæ orationi & contemplationi vacabat, vt ſæpè viſus ſit in extaſim rapi, & in altum ſubleuari à terra. Laicus profeſſione, cùm eſſet, & legere ſcitè noſſet, claroque ingenio ac ſpiritu polleret: optabat cum cæteris Clericis in choro munus obire. Cuius deſiderio vltrò annuens B. Pater Iacobus à *Marchia*, tunc Vicarius Prouinciæ, licentiam dedit illi ſacris Ordinibus initiari: quibus ſuſceptis, ſtudio ita nauauit operam vt breui tempore concionator factus ſit. Sed quid? ſtudio litterarum addictus, omnem gratiam deuotionis, contemplationis donum, extaſim, &c. protinùs amiſit. Quare, facti pœnitens, quantò concupierat extolli, tantò in poſterum niſus eſt deprimi, labori manuum deſeruiens, ſtatumque Laicorum priſtinum amplectens: quo in officio ita perſeuerauit, vt ſanctiſſimè obierit apud Forani Conuentum, ſub ann. 1468. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 5. cap. 29. Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1468. §. 11. ex Mariano lib. 5. cap. 36.

Beati Ludouici, Confeſſoris. [d]] Scribunt Marianus lib. 5. cap. 42. & Wadinghus, hunc nobilem adoleſcentem, anno 1479. deceſſiſſe Florentiæ, in Conuentu Sancti Saluatoris, pòſt dies octo ab obitu B. Dominici *Campenſis*. Qui vt vxorem duceret, dùm multis artibus, neque precibus, neque minis, induci potuit à parentibus, clam ad Minores confugit: inter quos annis quatuor viuens, magna ſanctitatis opinione moritur, viſaque eſt anima illius, præeuntibus multis ſanctis fratribus in cœlum aſſociari. Ita Marianus & ipſe Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1480 §. 6. §. 4.

Beati Michaëlis ab Angelis, Confeſſoris. [e]] Prouinciæ S. Iacobi fuit alumnus, quando ob Reformationem B. Ioanni *Guadalupenſi* fideliter adhæſit; illius amicus ſociuſque factus: vnde & cognominatus eſt à *Corduba*. Eximius Concionator extitit & Confeſſarius, feruidus, deuotus, & orationi maximè deditus: Cuſtodię S. Euangelij, nunc Prouinc. S. Gabrielis Commiſſarius inſtitutus eſt, in abſentia præfati B. Ioannis, quam ſumma prudentia rexit. Multis autem perfunctus laboribus, ſancto fine quieuit Saluæ-Terræ, in Conuentu S. Mariæ de Ieſu, qui eſt 6. Prouinc. S. Gabrielis, vbi ſic de eo loquitur Gonzaga part. 3. ſup. *Præterea hoc in eodem loco, ſanctiſſimam egit vitam, ſanctiſſimamque mortem* §. 5.

Digitized by Google

obijt, atque ſepultus eſt eximiæ Religionis P. F. Michael à Corduba, qui Religioſiſſimus, & ſui ſtatus zelantiſſimus, atque vnus ex fundamentalibus huius Prouinciæ lapidibus fuit. Huius item meminit initio eiuſdem Prouinc. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 17. ſub an. 1533. Rapinæus Hiſtor. vniuerſ. Recollecto. Decad. 3. §. 8. & Decad. 8. part. 1 §. 8. ex Ioanne Bapt. Molez, in Memorial. Prouinc. S. Gabrielis.

§. 6. *Beati Pauli, Confeſſoris.* f] A die ſuſceptionis habitus Franciſcani, tanta cum animi inſtantia viam virtutis cucurrit, vt breui ſuam vocationem certam ſibi fecerit & ſecuram per exercitium orationis & pœnitentiæ, mundi obliuionem, & cœleſtium amorem. Huius Superiores probarunt virtutem, variis temporum interuallis, & diuerſo obedientiæ genere, eum repererunt in omnibus fidelem, conſtantem, & verum Chriſti ſeruum. Claro erat ditatus ingenio, & litteris non mediocriter excultus. Magna charitate, maximoque fructu excipiebat pœnitentes ad confeſſionem. Mœſtos, afflictos, & ægros, mira ſanctitate, atque compaſſione ſolabatur. Ad altare diuina myſteria pertractabat, ſingulari cum pietate & deuotione. Paupere habitu veſtiebatur: vilia officia lætus exercebat, præſentiamque Dei vbique ſibi conciliauit. Factus Guardianus, domum optimi regiminis cœlitùs accepit, ſolerter ac ſagaciter in cunctis ſe gerens. Affabilis, modeſtus, charitatiuus, & pacificus. Omnia omnibus factus, vt omnes lucrifaceret: ſicque Superior vix agnoſcebatur, niſi quando locum teneret in Communitate, vt ſilentij amicus erat, ita otioſitatis & ſcurrilitatis notas omninò fugiebat. Mitto alia, quæ recenſet Ioannes à S. Maria part. 2. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 3 cap. 34. ad ann. 1590. quo claruit. Sepulturam nactus eſt apud Conuent. Sancti Bernardini Madriti, qui eſt 9. eiuſdem Prouinc.

§. 7. *B. Conſtantia, Vidua.* g] Hæc nobilis mulier, orbata marito, ſuis propriis expenſis Conſtantiæ Monaſterium Clariſſarum extruxit atque fundauit, ann. 1579. vbi & ipſa ſecundam S. Claræ Regulam profeſſa, claruit admirabili vitæ ſanctitate. Cibus eius, panis & aqua: oratio autem exercitium ſibi aſſiduum. Sæpè à ſanctiſſima Deipara Virgine viſitabatur, maximè illis nouem vltimis vitæ ſuæ diebus. Memoratur à Gonzaga, ſup. in præfato Monaſterio, quod eſt 5. eiuſdem Prouinc. Angelorum. Daça ſup. lib. 4. cap. 50. ad ann. 1600.

PRIDIE NONAS DECEMBRIS.

IN Yendo Iapponiorum vrbe, Beati [a] Franciſci Galbæ, Martyris: qui per ignem ad cœleſtia euolauit. Apud Montem Aluernum in Ethruria, Beati [b] Guillelmi à Radicophano, Confeſſoris: miræ orationis ac feruoris viri. Senis in Tuſcia, Beati [c] Petri Tecelani, Confeſſoris, ex Tertio Ordine Pœnitentium: qui paupertatis amore, charitate in egenos ac infirmos, humilitate, & ſilentio conſpicuus, prophetiæ dono, ac miraculorum gloria fuit illuſtratus. Palmę in Hiſpania, Beatæ [d] Catharinæ, Virginis: quæ Angelicam propè vitam ducens in terris, Chriſto ſponſo ſociari meruit in cœlis.

DECEMBRIS IV.

§. 1. B*Eati Franciſci Galbæ, Martyr.* [a]] Sæpè noſtrates perſecutionem paſſi ſunt in Iapponio, maximè in Yendo Regni de Quanto vrbe capitali, an. 1605. 1613. 1615. 16 7. & 1619. teſte Soliero tom. 2. hiſtor. Eccleſ. Iappo. lib. 15. cap. 10. lib. 17. cap. 11. & 16. §. 111. cap. 21. §. 170. & lib. 18. cap. 6. §. 63. ſed quoties eiiciebantur, toties illuc reuerſi dira patiebantur. Inter quos B. P. Franciſcus *Galba*, Sacerdos, captus, ann. 1623. igne tandem pro Chriſto comburitur, hac die. Vide Solierum ſup. lib. 20. cap. 2. §. 5. 11. & 13. &c. cap. 4. Galterium in Tabula Chronograph. ſæcul 17.

§. 2. *Beati Guillelmi à Radicophano, Confeſſoris.* b] Tanto ſpiritus feruore orationi vacabat, vt ſæpè tunc temporis, in eius capitis vertice viſus ſit à Fratribus ignis magnus accenſus; vitam duxit perfectione plenam, obiitque apud Montem Aluernum, vbi nunc iacet. Scribunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. Prouinc. Tuſciæ ſanctitat. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 46. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus libro primo, Hiſtor. Seraph. Wadinghus tomo 2. Annal. Minor. ad ann. 1270. §. 27. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 3. *Beati Petri Tecelani, Tertiarij.* c] Oriundus erat ex *Campo*, ſex milliaribus ab vrbe Senenſi diſſito: vxorem duxit, cum qua magnoperè piis operibus ſeſe exercuit. Nam hoſpitalia viſitabant, infirmis ſedulò miniſtrabant, ingenti deuotione eorum vlcera lauabant tergebantque: & pro ſuis viribus, neceſſitatibus eorum charitatiuè cuncta ſuppeditabant: quibus in operibus, vir Dei cœpit ſuauitatem Domini degustare, ita vt breui tempore, haud paruum in vita ſpirituali, progreſſum fecerit. Habitum Tertiariorum, ex conſenſu vxoris accepit: & ex tunc mundi velut contemptor factus, omnia quæ habebat vendidit, vt pauperem Chriſtum imitaretur: & quicquid ex ſua induſtria lucrabatur, pauperibus, præcipuè verecundis, diſtribuebat. Magna charitate compatiebatur egenis & afflictis: nam & ſæpè pro eis intercedebat apud Deum & proximum. Multiplices, horribileſque patiebatur ab aduerſario generis humani, perſecutiones & tentationes: de quibus ſemper victoriam reportabat. Pluries viſus eſt in aëre ſubleuatus, atque lumine cœleſti circumdatus, dùm oraret; ſpiritu etiam prophetico claruit.

§. 4. Mortua vxore, cupiens ſe omninò orationi mancipare, & liberius Deo inſeruire; ſuppliciter petiit à Fratribus, vt intra Conuentum admittere dignarentur: cuius piæ petitioni annuentes, illum acceptarunt,

& cellam

Digitized by Google

& cellam propè Infirmariam aſſignarunt, quò deinceps degeret. Summa humilitate ita exornabatur: vt viliſſimum omnium peccatorem ſe putaret. Iniuria laceſſitus, nuſquam rependit vicem: hilariter errata condonabat, Deumque pro inimicis exorabat. Silentium ad amuſſim ſeruabat, vixque loquebatur, niſi aut neceſſitate preſſus, aut proximi ſalus id requireret: propterea & annis 14. ſtuduerat parcitati linguæ. Semel in die, ad minus, ad Sacramentum Confeſſionis accedebat, magna cum lachrymarum profuſione: quaſi quoddam piaculum grande perpetraſſet. His & aliis virtutum exercitiis iugiter intentus, fœliciter obdormiuit in Domino: cuius ſacrum corpus honorifico ſepulchro tumulatum eſt in Eccleſia Fratrum Minor. Senenſ. ann. 1289. vbi quamplurimis coruſcat miraculis. De eo agit Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 5. cap. 8. 9. 10. & 11. & lib. 7. cap 34. §. 1. ex Mariano lib. 2. cap. 9. Opinorque hunc eumdem eſſe cum illo Beato Petro *Pectinario*, Senenſi, vitæ ſanctitate illuſtri: cuius meminerunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. ſup. fruct. 8. part. 2. & 4. vbi de BB. viris Tertij Ordinis D. Franſc. Gonzaga ibid. ſup. Marcus item Vlyſſiponenſ. part. 1. ſup. lib. 9. cap. 25. Toſſinianus ſup. Wadingh. ſup. ann. 1289. §. 31. 32. & ſeq. Marianus lib. 2. cap. 9. Petrus de Monterone in vita eius: Seraphinus de Leccieto & Simeon, ibid. De Buſtis part. 2. Roſarij Quadrageſimal. ſerm. 27. part. 2. Salazar lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 30. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiar. Ioannes de Torrez, in Practicis exhortationibus ſuper eamdem Regul. fol. 38. & Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beata Catharina, Virg. [d]] Florebat ann. 1525. §. 5.
cunctarum virtutum exemplar: obiitque apud Monaſterium Clariſſarum Vrbaniſtarum Palmæ, quod eſt 21 Prouinc. Angelorum, cuius Elogium illuſtriſſimus Gonzaga ibid. part. 3. Origin. Seraphic. Relig. ita conſcripſit. *Carnis ergaſtulo ſoluta ex hoc loco ad aſtra migrauit Religioſiſſima ſoror Catharina, meritis omninò optima: cuius corpus honeſto loco reconditum, tum apud ſæculares, tum quoque apud ipſas ſorores in maxima veneratione eſt. Nec abs re quidem, cùm Angelicam potius, quàm humanam vitam duxerit, omneſque virtutes ſumma ſollicitudine coluerit.* Eadem teſtatur Barezzus part. 4. Chronic. Min. lib. 1. cap. 28. ſub ann. 1517. Daça ibidem libro tertio, cap. 77. ad ann. 1575. à quo cognominatur de *Angelis*: ab ipſis quippe fuit ſæpè viſitata, tum in vita, tum in morte.

NONIS DECEMBRIS.

IN Picœno, Beati [a] Iacobi à Maſſa, Confeſſoris: vitæ perfectione, oratione, rerumque cœleſtium contemplatione clari. In territorio Guardienſi propè Gulioniſium Apuliæ oppidum, Beati [b] Simonis de Slauis, Confeſſoris: qui humilitate, paupertate, ac deuotione pollens, gratia ſanitatum, & potentia aduerſus dæmones plurimùm emicuit. Arenis in Caſtella, Beati [d] Petri de Albaçeta, Confeſſoris: virtute humilitatis & orationis ſpectabilis. Beneuenti in Hiſpania, Beatę [e] Anonymę, Virginis: quæ perfectioris vitæ amore ſuccenſa, primò ſub virili habitu, deinde agnita, ac Monaſterium Virginum ingreſſa, adeò in omni virtutum genere, pietate ac Religione eluxit, vt cæteris totius ſanctitatis norma facta ſit.

DECEMBRIS V.

§. 1. BEati *Iacobi à Maſſa, Confeſſoris.* a] Floruit hic tempore Generalatus Beati Ioannis *Parmenſis*, ann. 1250. Erat quidem profeſſione laicus, ſed ingentis perfectionis Religioſus. De eo quippe teſtabantur BB. Ægidius, Iuniperus, alijque ſerui Dei; quòd oſtium myſteriorum cœleſtium ſic diuinitus fuiſſet illi reſeratum, vt nullum hominum agnouiſſent in terra, præter ipſum, qui tot Reuelationibus eſſet illuſtratus. Dies noctesque tranſigebat in huiuſmodi rebus referendis, ſeu de ijs pertractandis: veluti egit cum Beato Simone ab *Aſſiſio*. Semel etiam accidit vt raptus in ſpiritu, per tres dies ita ſtetit abſtractus & immobilis, vt mortuus putaretur. Qua de re poſtea præfatum Beatum Ægidium conſulit, prout refert Beatus Bartholomæus Piſanus, hiſce verbis. *Fratri Iacobo de Maſſa, habenti gratiam raptus, petenti à Fratre Ægidio, qualiter à dicta gratia ſe haberet. Reſpondit Frater Ægidius. Nec addas, nec minuas, & fuge multitudinem quantum potes. Et cùm quæreret ille, quid eſſet, quod diceret: Reſpondit Sanctus Frater Ægidius. Quando mens eſt apta introduci ad illa glorioſa lumina Diuinæ bonitatis; nec debet addere præſumptionem, nec diminuere per negligentiam: & debet diligere ſolitudinem, quantum poteſt, ſi vult, quod gratia cuſtodiatur & creſcat.* Hæc ille libro primo, Conformitat. fruct. 8. in Fratribus Minorum, ſanctitat. illuſtribus Prouinciæ ſancti Franciſci. Vbi de Beato Ægidio, ſocio Seraphici Patris Diui Franciſci. Marcus Vlyſſiponenſis prima part. Chronic. Minor. libr. 6. cap. 46. & libro ſeptimo, capite 20. & libro 10. cap. 19. Item parte 2. lib. 4. cap. 49. Gonzaga 1. parte. Origin. Seraphic. Religion. in viris huiuſce Ordinis doctrina illuſtribus, qui ait, vnà cum Willoto Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera I. ipſum deſcripſiſſe hiſtoriam Montis Aluernæ in Tuſcia. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1256. §. 14. & 15.

Beati Simonis de Slauis, Confeſſoris. b] Laicus, vir profectò & profundiſſima humilitate, & maxima ſanctitate clarus, deuotiſſimus ac paupertate Euangelica decoratus; qui ſuis ad Altiſſimum precibus, & infirmis ſanitatem, & dæmoniacis ab immundis ſpiritibus liberationem, adhuc ſuperſtes im- §. 2.

Digitized by Google

petrauit, modóque In dies impetrat. Tandem vitam hanc mortalem terminauit in Conuentu Sancti Ioannis, ſiue Sancti Eremi Gulioniſij, vbi & ſepultus eſt: cuius corpus nunc vſque integrum oſtenditur. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſupra lib. 9. cap. 48. ad ann. 1505.

§. 3. *Beati Petri Confeſſoris.* c] Patria Abulenſis erat, quem ferunt mille virtutibus fuiſſe adornatum. Vir quippe ſemper extitit purus, ſincerus, obediens, humilis, ſectator chori, & orationis aſſiduus, primus in cunctis communitatis comitiis, & cæremoniarum Ordinis zelantiſſimus. Hora integra alios præibat ad Matutinas, omnia paraturus, quibus decantatis manebat in choro ad orationem vſque ad Primam: quòd ſi eſſet hebdomadarius, ab eo loco haud ſe dimouebat, donec pro Miſſa Conuentuali aſſurgeret; ſi autem eo non fungeretur officio, duabus aut tribus Miſſis inſeruiebat, antequam ipſe celebraret: quo completo, orationi rurſus, lectioni, vel labori operam dabat: acediam ſummoperè exhorreſcens. Sæpè Deum precabatur pro animabus in Purgatorio detentis: & ſanctiſſimam Virginem Deiparam, ſingulari proſequebatur deuotione: quem & ipſa viciſſim morte imminente, ſua præſentia, conſolari dignata eſt. Arenis, obiit, in Conuentu Sancti Andreæ de Monte, qui eſt 6. Prouinc. Sancti Ioſeph. Vide Ioannem à Sancta Maria part. ſecunda, Chronic. eiuſdem Prouinc. lib. 4. cap. 6. ad ann. 1590. quo florebat.

§. 4. *Beatæ Anonymæ, Virginis.* d] Gonzaga tertia parte ſup. in Conuentu Sanctæ Mariæ de Capite Albæ, qui eſt 24. Prouinc. S. Iacobi, id refert, quod non ita ante multum temporis accidit. Fuit Sartori cuidam Beneuentano filia nubilis, atque optimis moribus prædita, quam cùm alteri Sartori connubio iungere vellet, illaque omninò recuſaret; magis magiſque furens pater in huiuſmodi nuptias inhiabat. Quamobrem virgo, caſtitatis amantiſſima, ſumpto virili cuiuſdam fratris vterini habitu, intempeſta nocte, dum ſe cæteri omnes ſopori dediſſent, domum egreſſa Sancti Iacobi iter arripuit. Cumque ad hunc Conuentum laſſa applicuiſſet, tanti itineris pertæſa, atque perfectiorem vitam anhelans: Seraphicę Religionis habitum, à loci Guardiano quàm humillimè petiit. Quo denique ſibi conceſſo, adeò in omni virtutum genere, maximè verò in humilitate, atque oratione profecit: vt omnibus fratribus chariſſima, & ſanctitatis exemplum forma facta ſit. Quapropter cum huius Prouinciæ Miniſter Pater Antonius *Guſmanius*, poſt tranſactum quinquennium, iſtac tranſiret, eiuſque Religionem atque ſanctitatem accepiſſet, illam non fœminam, ſed maſculum exiſtimans, ad Subdiaconatum promouere voluit. Quamobrem pia virgo, ne in tantum veniret conſcientiæ diſcrimen, poſtquam ſæpius eumdem Miniſtrum (ſed fruſtrà) vt ſibi ablata tonſura, Fratrum Laicorum ſtatum concedere dignaretur, rogaſſet: ſui ſexus conditionem eidem maximis cum lachrymis aperuit. Qua re cognita, prudens Prouincialis, vt primum vnam vel alteram nobilem matronam deuotam, ad rei veritatem certiùs firmandam adhibuiſſet: eam habitu muliebri indutam ad Monaſterium ſanctæ Claræ Beneuentanum cum cæteris Clariſſis ſororibus veſtiendam, tranſmiſit. Quæ ibi profeſſa, poſtquam quinquennium integrum in omni ſanctitate, Religione, atque pietate vixiſſet, ibidem ſpiritum Deo reddidit. Eadem habent Vuadinghus, tom. 5. ſup. ad ann. 1441. §. 67. Barezzus 4. parte Chronic. Minor. lib. 4. cap. 38. ad ann. 1565. Simile exemplum legas inferius ad 25. Decemb. §. 8. tum apud Vuadinghum ſupra tom. 1. ad ann. 1225. paragraph. vigeſimo tertio, ex Matthæo Pariſio, in geſtis Anglor. de Puella, Burgunda, Minoriſſa.

OCTAVO

Digitized by Google

OCTAVO IDVS DECEMBRIS.

IN India Occidua, Beatorum [a] Anonymorum, Martyrum, à Chichimecis Indis pro Chriſto occiſorum. Hieroſolymis, Beati [b] Ioannis à Mantua, Martyris: qui aliquando lapſus, ſed facti pœnitens, pro fidei defenſione libenter iugulum præbuit. In territorio Antuerpienſi, Beati [c] Nicolai Delfij, Martyris. Aſſiſij in Vmbria, Beati [d] Electi, Confeſſoris: ſpiritu prophetico ſpectabilis. Ibidem, Beati [e] Guidonis, Confeſſoris: qui humilitate, obedientia, atque miraculis floruit. Viennæ in Gallia, Beati [f] Drodonis Maleti, Confeſſoris: ſignis & virtutibus celebris. Auximi, in Picœno, Beati [g] Franciſci Cathalani, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis & paupertatis viri. Manderburgij in Theutonia, Beati [h] Gilberti, Confeſſoris. Catanæ in Sicilia, Beati [i] Ioannis Schifidi, Confeſſoris: qui plenus charitate, innumeris exornatus eſt à Deo miraculis. Pennę in Aprutio, Beati [l] Ægidij Anglani, Confeſſoris: virtute obedientiæ, ac paupertatis, & charitatis inſignis. Calitri, in Apulia, Beati [m] Thomæ de Peſcopagano, Confeſſoris: pietate, orationeque conſpicui. Florentiæ, Beati [n] Philippi de Medicis, Confeſſoris. Capriolæ, propè Senas in Tuſcia, Beati [o] Timothei de Caſoli, Confeſſoris: qui cùm ſingulari prudentia, doctrina, & zelo Regularis diſciplinæ polleret, primùm Vicarij Prouincialis: deinde totius Ordinis Commiſſarij munere præclarè functus eſt. Sagij, in Neuſtria, Beati [p] Ioannis Syluestri, Confeſſoris: qui eruditione & vitæ ſanctitate fulgens, ſæpè Prouincialis, ac demùm Generalis vniuerſæ familiæ Ciſmontanæ Vicarius electus eſt. Molinæ, in Hiſpania, Beati [q] Toruuiæ, Confeſſoris. In India Occidentali, Beatorum [r] Alphonſi à Sancto Bonauentura, & Ludouici de Bolagnos, Confeſſorum: qui diuini igne amoris ſuccenſi, & ſalutis animarum zelo armati, latiſſimas Regiones Paraquay & Guayri, circa fluuium de Plata Chriſtianis legibus imbuerunt, gentes innumeras ad Deum viuum & verum conuerterunt, & multis exantlatis laboribus ac ærumnis ſancto fine quieuerunt. Pini, in Corſica Inſula, Beati [ſ] Bernardini à Prauoli-Balania, Confeſſoris: miraculis clari. Florentiæ, Beatæ [t] Philippæ à Medicæa Virginis & Abbatiſſæ: quæ virtutum omnium excultrix effecta; ſignis etiam illuſtris euaſit.

DECEMBRIS VI.

§. 1. *Beatorum Anonymorum, Martyrum.* [a]] Hi duo fuerunt, quorum prior erat Sacerdos, alter verò Clericus: qui Mexico egreſſi, verſus Chichimecas Indos profecti ſunt, à quibus Martyrij coronam acceperunt. Agit de eis Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. vbi de ſacris martyribus Ordinis Minorum ſuo æuo, ob Chriſti fidem, paſſis, apud Indos Occidentales. Item part. 4. in Prouincia S. Euangelij, ſub Cuſtodia Zacatecenſi, hoc modo. *Anno Domini 1555. duo Fratres Minores de Obſeruantia, quorum vnus erat ſenex & Sacerdos, alter verò iuuenis, Barbaricæ Indorum feritati obuiantes, ab ipſis Infidelibus atrociſſimè cæſi. Horum ſeries martyrij eſt nobis incognita: quia in Regione valdè loginqua, ab ea quam incolunt Hiſpani, iam paſſi fuere, & ſanguinem pro Chriſto fudere.* Eadem prorſus Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 65. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. Dei, lib. 12. cap. 22. Marianus lib. 3. Chronic. ſtrictior Obſeruant. Reformat. cap. 19. Rapinæus in hiſtoria General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 2. §. 3. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 60. referunt.

Beati Ioannis, Martyr. [b]] Laicus erat, qui dùm Hieroſolymis moras necteret, ſummè exoptabat martyrium pro Chriſto ſubire: quare Conuentum egreſſus, abſque alia ſui Superioris licentia, ad Meſquitam Maurorum accedit, & in medio foro publico, Chriſtum intrepidè prædicat vnicum mundi Saluatorem, Mahometem verò virum perditiſſimum, & pſeudoprophetam eſſe. Tunc Turcæ, Mauri, ac Sarraceni, in vnum conuenientes, iraque nimis excandeſcentes; velit ne hæc effata protinus denegare: vel ignem, vim tormentorum, & quæque grauia, ac denique mortem atrociſſimam pati, ab eo ſciſcitantur: quibus perterritus, animoque deficiens, illis protinus adhæſit, Chriſto abnegato. Tunc Fratres, caſum huius pauperis audientes, mirum in modum ſunt triſtes effecti, & ſtatim ad ipſum pergentes, modis omnibus conantur ipſum à dãnatione animæ eripere, monita ſalutis amantiſſimè illi porrigentes. Quibus perſuaſus, diuina fauente gratia, priſtinum decreuit apud ſe recuperare Dei timorem, honorem & amorẽ; feruoreque nimio actus, proſiliuit in medium, ipſos Turcas, erroris in Chriſtum, & crudelitatis in Chri- §. 2.

ſtianos conſtantiſſimè arguens: ſeque vltro velle prioris deſertionis maculas vera confeſſione diluere: & Chriſtum Dominum, vnicum Dei Filium, mundique Saluatorem eſſe: Machometem verò vt ſpurciſſimum hominem, falsò iactari Prophetam. Sui ſanguinis profuſione, conſignari, teſtatumque iri: quæ mox datis ceruicibus, opere comprobauit ann. 1557. Scribunt de eo, Daça ſup. lib. 3. cap. 48. Salazar lib. 2. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 12. Gonzaga parte 1. ſup. in Martyrib. Minor. Terræ Sanctæ. Marianus lib. 6. ſup. cap. 21. in Appendic. Boſius tom. 2. de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 17.

§. 3. *Beati Nicolai, Martyr.* c] Hic in vltimis Tumultibus Belgicis, ann. 1576. propè Antuerpiam, à Geuzijs hæreticis, ob fidem Catholicam, in patibulum actus eſt: teſte Raiſſa, in Auctario ad Natales SS. Belgij, in Addit. ad fin. ex Archiuis Conuentus FF. Minor. Antuerpienſ. Boenerus in Hiſtor. Delineation. Martyr. Franciſcan. Germaniæ inferior.

§. 4. *Beati Electi, Confeſſoris.* d] In tantum ſpiritu prophetico plenus erat, hic Laicus, vt cùm ſemel Petrum, Cardinalem Albanenſem inuiſiſſet; prædixit mortem illi mox futuram, dicens, hodie morieris: quod eodem die euenit. Agunt de eo, B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minor. ſanctitat. illuſtr. Prouinc. D. Franciſci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. Wadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad ann. 1306. §. 24. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 5. *Beati Guidonis, Confeſſoris.* e] Laicus erat profeſſione, humilitate inſignis, perfectæ obedientiæ vir, donóque prophetiæ clarus, atque miraculis fulgens; vocabatur B. Guido Florentinus, ſeu Senenſis, cui B. Leo Aſſiſias, poſt mortem glorioſus apparuit: illius etenim ſocius fuerat amantiſſimus. Mortem Fratribus ſuis prædixit: ſepultuſque eſt Aſſiſij, in eadem Eccleſia, cum ipſo B. Leone. Illius meminerunt Marianus lib. 2. cap. 29. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1271. §. 7. & 1290. §. 16. Gonzaga 3. part. ſup. qui ex vno duos facit: diſtinguit namque B. Guidonem Senenſem; à B. Guidone, qui Aſſiſij quieſcit. B. Aluarus de Planctu Eccleſ. lib. 6. cap. 69. ad fin. Piſanus fruct. 8. part. quarta, circa finem. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. Picquetus ſupra.

§. 6. *Beati Drodonis, Confeſſoris.* f] Huic Angelus in ſpecie viri ſeruiuit in Miſſa, cunctaque neceſſaria ad ſacrificium celebrandum illi ſuppeditauit: licet Eccleſia eſſet omninò deſerta. Alius autem Angelus equum præparauit, vt eo veheretur extra deſertum ipſum; hincque canibus poſt ſe & ſocium nimis latrantibus, ac penè dilacerantibus, ſilentium magna fide impoſuit. De eo egerunt Piſanus ſup. in Prouinc. Burgund. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 1. cap. 31. & libr. 9. cap. 31. Toſſinianus libr. 1. Gonzaga part. 1. ſupr. & part. 3. in Conuentu Viennenſi, qui eſt 38. Prouinc. S. Bonauentur. quo fœliciter obiit. Foderetus ibidem in Deſcriptione eiuſdem Prouinc. ac Picquetus, qui hæc de eo ſubdit. *Hic vero F. Drodo, quondam pro Gregorio X. Pont. Max. in Galliis Legatione functus eſt, anno Domini 1272. vt patet ex quadam ſcriptura iam fere expuncta, quæ eſt in ſuperficie mauſolei ſui, in pariete Septentrionali, ampliſſimæ nauis Eccleſiæ.* Wadinghus ſupra ad ann. milleſimum ducenteſimum octogeſimum ſeptimum, 1289. §. 15. ex Mariano & Picqueto ſupra.

Beati Cathalani, Confeſſoris. g] Vir fuit ſanctitate plenus, & paupertatis Euangelicæ zelantiſſimus. Memoratur à Piſano ſup. in Prouinc. Marchiæ. Gonzaga 1. parte. Wadingho ſup. ad annum 1292. §. 25. & tom. 3. ad annum 1306. §. 24. vbi eum vocat Beatum Franciſcum *Catalanum*. Toſſiniano ſup. & Picqueto. §. 7.

Beati Gilberti, Confeſſoris. h] Humillimus extitit & admodum pius. *Gibertus*, ſeu *Gilbertus* dictus eſt, Manderburgij humatus. Vide Piſanum ſup. in Prouinc. Saxoniæ. Gonzagam ſup. part. 1. Vvadinghum tom. 1. ſup. ad ann. 1249. §. 9. Marpurgi & Picquetum ſup. §. 8.

Beati Ioannis Schiſicti, Confeſſoris. i] Siculus erat natione, patria Moacenſis, omni virtutum genere, præcipuè verò in Deum, atque in proximum, charitate præditus: quapropter innumeris miraculis decorari meruit: vt Gonzaga teſtatur parte 2. ſup. in Conuentu S. Mariæ de Ieſu Catanenſis, qui eſt 6. Prouinc. Siciliæ. Clarebat ann. 1450. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib 1. cap. 28. §. 9.

Beati Ægidij Anglani, Confeſſ. l] B. Ioannis *Capiſtrani* fuit chariſſimus ſocius, atque ſtrenuus omnium virtutum, præcipuè verò obedientiæ, paupertatis, & charitatis æmulator; cuius meritis quidam Colucius Maleonus, patria Penenſis, dùm inſtantiùs ad eius ſepulchrum oraret, à graui, qua laborabat, infirmitate, liberatus fuit. Obiit autem non abſque maxima ſanctitatis opinione, apud Conuentum S. Mariæ Penenſem. Hæc Gonzaga ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. S. Bernardini; poſt Beatum Bernardinum à *Foſſa*, qui mira de eo refert. Vvadinghus tom. 5. ſup ad ann. 1420. §. 15. & 1422. §. 4. §. 10.

Beati Thomæ, Confeſſoris. m] Ex hac mortali vita migrauit, in Conuentu S. Sebaſtiani Calitrenſ. Vir ſanè zelantiſſimus, necnon perpetuæ orationi, dùm viueret, dediciſſimus. Florebat ann. 1480. Eius meminit idem Gonzaga ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 17. Prouinc. S. Angeli. Vvadinghus tom. 7. ad ann. 1480. §. 23. §. 11.

Beati Philippi, Confeſſoris. n] Moritur Florentiæ, in Monaſterio S. Claræ de Monticello. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap. 17. ann. 1491. §. 12.

Beati Timothei, Confeſſoris. o] Laudabilem mortem oppetiit, Capriolæ, in Conuentu Sancti Bernardini: qui Prouinciæ Tuſciæ Vicarius Prouincialis bis extitit, atque tandem totius Ordinis Generalis Commiſſarius eſt effectus. Viuebat ann. 1500. Teſte Gonzaga part. 2. ſup. in hoc 4. Conuentu Prouinc. Tuſciæ. §. 13.

Beati Ioannis Sylueſtri, Confeſſoris. p] Sanctitate atque ſcientia conſpicuus, triennio Prouincialis Vicarius Tholoſæ, Prouinciam (quam modò antiquioris Aquitaniæ vocant). & ſexennio Franciæ Pariſienſis Prouinciam, laudabiliter rexit: demùm ad Ciſmontanam Obſeruantium PP. familiam gubernandam Generalis Vicarius aſſumptus. Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu S. Leonardi, Sagienſ. (qui eſt 1. Prouinc. Franc. Pariſ.) cuius ipſe B. Pater erat alumnus, ſcribit & ex eo Vvadinghus, ſexennio rexiſſe hanc vniuerſam familiam. At triennio tantum præfuiſſe conſtat ex eodem. Gonzaga part. 1. in ſerie Ciſmontanorum Generalium Vicariorum: vbi hæc habentur. *XXII. Vicarius Generalis P. F. Ioannes Sylueſtri,* §. 14.

Digitized by Google

noſtri, in Conuentu Lauallenſi, Prouinciæ Turoniæ Pictanienſ. ann. *Domini* 1505. *electus gubernauit ann.* 3. nempe vſque ad ann. 1508. quo alius ei ſubrogatus legitur. Sic & Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 7. cap. 39. & lib. 8. cap. 33. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1226. §. 62.

§. 14. *Beati Torruuiæ, Confeſſoris.* q] Inter cæteros PP. in Conuentu S. Franciſci Molinenſ. Eccleſia ſepultos, longè emicuit eximiæ Religionis hic B. Pater; cuius ad fidelium animas in Purgatorio exiſtentes, deuotio & affectus fuit incredibilis. Ita Gonzaga 3. part. in Conuentu 19. prouinc. Carthaginenſ. & Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1400. §. 31.

§. 15. *BB. Alphonſi, & Ludouici, Confeſſ.* r] Diximus ſuperius ad 2. diem Iunij, §. 1. iam ab ann. 1538. prædicationem Euangelij exortam fuiſſe his Indicis populis, ſub fœlicibus auſpiciis R. P. Bernardi de *Armenta*, & ſociorum eius: quibus poſtea adiuncti ſunt cooperatores hi BB. Patres, Alphonſus *à ſancto Bonauentura*, & Ludouicus de *Bolagnos*, qui vniuerſas Regiones de *Paraquay*, & *Guayr*, & vtraſque ripas fluuiorum *De la Plata*, *Picer*, *Buay*, &c. vſque ad Braſilium, & Peruanum Regnum perluſtrantes, infinitas gentes Chriſto, ſacra Baptiſmatis vnda, aggregarunt: primi Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrarunt, Templa Idolorum ſolo æquarunt, cruces erexerunt, Eccleſias conſtruxerunt, & cultum diuinum longè latéque ampliarunt. Non ſolùm verbo prædicationis, ſed & vitæ perfectæ, atque virtutum præcipuarum exemplis, necnon ſanctitatis odore admodum pollebant. Intantum excreuit ea noua Chriſtianitas, vt confeſtim Epiſcopum primum ſuſceperit ex eodem noſtro Ordine Franciſcano: vti latius refert Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 34. ex hiſtor. Indiar. part. 2. fol. 124.

Beati Bernardini, Confeſſoris. ſ] Conuentus S. Franciſci Pinenſis (qui eſt 19. Prouinc. Corſicæ) fuit alumnus: in quo obiit, ann. 1566. Memoratur à Gonzaga ibidem part. 2. *Diem* (inquit) *clauſit extremum anno Domini* 1566. *hoc in loco, B. F. Bernardinus à Prauoli Balania, Laicus: cuius corpus, cùm tertio, ab eius tranſitu anno, incorruptum inuentum eſſet, peculiari quadam veneratione coli cœpit. Nec immeritò ſanè: cùm viuens adhuc (vt ex fide dignis teſtibus habetur) iuuenem podagra grauiſſimè laborantem, ad manuum contactum, à tanta afflictione liberauerit.* Eadem confirmat Barezzus quarta parte Chronic. Minor. lib. 5. cap. 5. ſubdens plura adhuc alia in vita edidiſſe miracula. Vvadinghus tom. 7. ad ann. 1486. §. 26. §. 16.

B. Philippæ, Virg. t] Primaria vrbis Florentiæ ſata §. 17.
progenie, & annos nata nouem, Monaſterium *de Monticellis* ingreditur; vbi profeſſione tandem emiſſa, præfuit Abbatiſſa annos vndecim, ſtudens in omni virtute & ſanctitate ſororibus prælucere. Silentij amantiſſima, orationi iugiter intenta, in templo pernoctabat, & zelo Monaſticæ Obſeruantiæ redundabat. Denique meritis cumulata, anno ætatis ſuæ 63. Chriſti verò 1488. hac die, ad cœlos euolauit: vti referunt Marianus lib. 2. cap. 25. Toſſinianus ſup. lib. 1. in ea. Gouſſancourtus tom. 2. Martyrolog. Equit. Melitenſ. fol. 24. & Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1488. §. 4. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordinis.

SEPTIMO IDVS DECEMBRIS.

Aquilæ in Veſtinis, Beati [a] Thomæ Hyberni, Confeſſoris: vita & miraculis clari. Apud Peſciottam Regni Neapolitani oppidum, Beati [b] Franciſci à Peſciotta, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Turri-Lacunæ in Caſtella, Beati [c] Didaci à Stunica, Confeſſoris: qui multis virtutibus pollens, ſancto fine quieuit. Valentię, in Hiſpania, Beati [d] Guillelmi à Spoleto, Confeſſoris: qui mira deuotione in Chriſti Paſſionem ferebatur, & ſpiritu prophetico extitit inſignitus. Plici, in territorio Conchenſi, Beati [e] Iuniperi, Confeſſoris: vitę candore, ſimplicitate, & humilitate conſpicui. Apud Tordeſſillarium Monaſterium, in Territorio Palentino, Beatarum [f] Catharinæ à Gueuarra, & Leonorę Vlloæ, Virginum.

DECEMBRIS VII.

§. 1. BEati *Thomæ Hyberni, Confeſſoris.* a] Hic Religionis cauſa pollicem ex ſimplicitate, ſibi amputauit, ne ad celebrandum cogeretur; plures Diaboli inſidias perpeſſus eſt ac deuicit. Miraculis claret Aquilæ, vbi ſepultus iacet, in Conuentu ſancti Franciſci. Vixit circa annum 1365. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Piſanus libro 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus, Prouinciæ Pennenſis, ſanctitate illuſtribus. Codex MS. Abbatiæ Sancti Victor. Pariſienſ. ibidem. Marcus Vlyſſiponenſ. parte 2. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 29. §. 2 Gonzaga parte prima, Origin. Seraphic. Religion. in Beatis viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1269. §. 13. & ann. 1270. §. 28. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Porrò, quo ad digiti amputationem, Petrus Bleſenſis, Epiſtola 113. & Buſeus ibidem in Notis, referunt; quòd Beatus Marcus ſibi ſcidit pollicem, ne ad ſacros Ordines promoueretur. Exindè tamen culpandus, niſi ex nimia ſimplicitate id fecerit.

Beati Franciſci à Peſciotta, Confeſſoris. b] Claruit §. 2.
ann. 1520. De eo ſcribit Barezzus quarta parte Chronic. Minor. lib. 1. cap. 38. Toſſinianus ſupra. Elzearius lib. 3. cap. 6. Sacri Mont. Oliuet. poſt Gonzagam part. 2. ſupra in Conuentu S. Franciſci Peſciottę, qui eſt 21. Prouinc. Principatus. *Ex hoc quoque oppido* (inquit) *oriundus fuit conſimilis ſanctitatis Pater Franciſcus à Peſciotta Franciſcanus, qui dum ex Hieroſolymis rediret, nautis eius nauis, qua vehebatur, naufragium, antequam tempeſtas exoriretur, cœlo adhuc ſereno, prædixit, eoſque bono animo eſſe*

iuſſit, quandoquidem ſolus ipſe periclitaturus eſſet, quod & rei euentus comprobauit: nam non ita poſt multum temporis, poſtquam diligentiſſimè Fratri ſibi ſocio omnes exceſſus in confeſſione detexiſſet, ſuperueniente maxima tempeſtate, nauique ad littus alliſa, atque cæteris omnibus periculum euadentibus, ſolus ipſe periyt. Quem tamen mortuum, ſed flexis genibus, manibuſque complicatis ad orantis modum, iuxta littus reliqui naufragantes inuenerunt, optimoque loco recondi curarunt.

§. 3. *Beati Didaci à Stunica, Confeſſoris.* c] Magiſter atque Præceptor aliquando extititB. P. Franciſci *Gonzaga* (de quo ſup. 30. April.) Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum, & Epiſcopi Mantuani, de quo vniuerſus Ordo Franciſcanus, ob ſingulares eius dotes, atque eminentes virtutes, plura ſibi pollicebatur. Qui cùm nobiliſſimus eſſet, nihil magis quàm humilitatem affectabat, libenterque omnigenis humilitatis officiis ſe implicabat. Obiit quidem ætate iuuenis, ſed maturitate, vitæque ſanctimonia ſatis ſenex. Cuius corpus cùm in Conuentu ſanctiſſimæ matris Dei Turris-Lacunæ (qui eſt 19. Prouinc. Caſtellæ) ſepultum eſſet, eius vterini Fratres, quorum nobilitas, ſanguiniſque claritas omnibus in propatulo eſt, ex Apoſtolica Pij V. Pontificis Maximi, auctoritate, ad paternum ſepulchrum, in nobiliſſima ciuitate Barcinonenſi conſtructum, tranſtulerunt. Ita ſcribit de eo Gonzaga ſupra parte 3. in præfato Conuentu: & in Conuentu Sanctæ Mariæ de Ieſu, Compluti, qui eſt 2. Prouinc. Caſtellæ. Item Barezzus ſupra lib. 5. cap. 8. ſub ann. 1567. Salazar lib. 4. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 17. Wadinghus tom. 6. ann. 1456. §. 248.

§. 4. *Beati Guillelmi à Spoleto, Confeſſoris.* d] Huius meminerunt, Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Dominæ noſtræ de Ieſu, Valentiæ, qui eſt 9. prouinc. Valentin. Item Barezzus ſup. lib. 7. cap. 31. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1428. §. 9. Nam in eo Conuentu obiit anno 1582. ipſe Beatus Frater Guillelmus, ex valle Spoletana oriundus, profeſſione quidem Laicus, ſed probatiſſimæ vitæ & Religioſiſſimæ conuerſationis. Qui nunquam poſt Matutinas, (quibus ſemper, niſi grauiſſima fortè infirmitate detentus, aderat,) à choro diſcedere viſus eſt; ſed orationi tum vocali, tum quoque mentali intentus, quod reliquum noctis ſupererat, tranſigebat. Præterea in amariſſimam Chriſti Paſſionem tanta teneritudine, tantaque compaſſione ferebatur; vt quoties aliquid de ea, vel audiret, vel cogitaret, in copioſiſſimas prorumperet lachrymas. Cúmque quadam die, per longum temporis ſpatium acerbiſſimos cruciatus, quos Chriſtus Dominus, tum ſub impio ſatellite, tum quoque in Cruce pro mundi redemptione perpeſſus eſſet, intimiùs contemplatus fuiſſet; tanquam è ſomno euigilans, ſpirituque ebrius, ad Eccleſiam acceſſit, ſuggeſtumque conſcendens, coram frequentiſſima corona, tot arcana myſteria aperuit, vt facilè, vnde id hauſerat, iudicauerit, atque peccatricem mulierem ardentiſſimis ſuis adhortationibus à vitiis ad agendam pœnitentiam conuerterit. Huic tanto viro inuidus Dæmon plures tetendit inſidias, eumque ſæpius ſuis illuſionibus atque phantaſmatibus ab oratione auertere niſus eſt: ſed fruſtra. Quamobrem & prophetico ſpiritu, quo plura prædixit, & plurimis aliis prærogatiuis à Deo honorari meruit. Prædixit ſiquidem mulieri in puerperio periclitanti fœlicem partum, atque incolumitatem, eamque iterato à grauiſſimo pectoris dolore ſigno Crucis ex tempore liberauit.

Beati Iuniperi, Confeſſoris. e] Ab *Eſpirilla* in territorio Palentino originem traxit; Laicus profeſſione, qui in Religione ſanctè vixit, cum exemplo vitæ inculpatę: cuius anima, quanto ignara in iis quæ mundi ſunt, tantò purè ac ſincerè Deo inſeruiebat, abſque vlla diſtractione. Multa paſſus eſt à Dæmone, ſed tandem ſuperior de eo triumphauit. Erat quippe orationi deditus, Crucem ligneam manu gerens; ſæpius ſomnum capiebat ad gradus altaris maioris in Eccleſia. Multùm delectabatur in contemplatione Dominicæ Paſſionis: Sacerdotes in tantum venerabatur, vt nuſquam eos alloqueretur niſi genuflexus: deinceps oſculatis eorum manibus benedictionem humiliter expoſcebat. Paupertatis amantiſſimus, atque mira ſimplicitate exornatus fuit. Diem clauſit extremum Plici apud Connentum S. Michaëlis, qui eſt 22. Prouinciæ S. Ioſephi, vbi magna habetur in veneratione. Vide Ioannem à Sancta Maria 2. part. Chronic. huiuſce prouinciæ lib. 4. cap. 25. ad ann. 1600. quo floruit. §. 5.

BB. Catharina & Leonora. f] Prior, ann. 1590. ſanctiſſimè obiit: cuius animam clariſſima in cœlum ſubuehi nubecula, vidit B. Agnes *Lopetia*, extaſim paſſa: Altera verò, ſcilicet B. Leonora Vlloa, eodem anno, cœlum eſt etiam inuecta: in cuius deceſſu, multæ ſorores concentum audierunt Angelorum. prædicta autem B. Agnes, poſt aliquot annos defuncta, meruit ſæpè Chriſtum infantulum ſe alloquentem excipere. Ita Wadinghus ſup. tom. 4. ad an. 1365. §. 12. §. 6.

SEXTO

Digitized by Google

SEXTO IDVS DECEMBRIS.

CONceptio [a] Immaculata Glorioſæ ſemper Virginis Genitricis Dei Mariæ. Catalagirone in Sicilia, Beati [b] Richardi Siculi, Confeſſoris: gratia ſanitatum, poſt eius mortem, illuſtris. In Aprutio, propè Theatem, Marrucinorum oppidum, Beati, [c] Dominici Genuenſis, Confeſſoris, & Cöcionatoris egregij; qui vitæ ſanctitate, ac Regularis obſeruantiæ zelo inclytus, Commiſſarius, fundatorque præcipuus Prouinciæ Sancti Bernardini extitit eximius. In Picœno, Beati [d] Laurentij à Camerino, Confeſſoris: pietate ac Religione ſpectabilis. Cortonij in Hethruria, Beati [e] Andrææ à Cortonio, Confeſſoris, Sancti Bernardini Senenſis ſocij: qui centeſimum annum agens, plenus dierum ac bonorum operum migrauit in cœlum. Toleti, Beati [f] Martini à Ieſu, Confeſſoris, ac Doctoris celeberrimi: humilitate, obedientia, caſtimonia, aliiſque ſummis virtutibus inſignis. Fulginij in Vmbria, Beatę [g] Clarę Fulginatis, Virginis Tertiarię; pietate, & oratione inſignis.

DECEMBRIS VIII.

§. 1. *COnceptio Immaculata, &c.* [a]] Iſtud Feſtū celeberrimum eſt apud Neuſtrios, ſeu Neuſtraſios, vel Normannos: prout latiùs annotabimus, vbi de rebus Neuſtriacis ſermo adierit. Maxima etiam ſolemnitate agitur in toto Ordine Seraphico Fratrum Minorum. Hinc tot Prouinciæ, Conuentus, ac Confraternitates ſub Conceptionis titulo, per vniuerſum orbem eriguntur: immò & peculiaris Ordo Virginum Conceptioniſtarum à Sede Apoſtolica approbatus: quibus omnibus innumerabiles Indulgentiæ per plures Summos Pontifices conceſſæ ſunt. Hoc autem Feſtum receptum eſt à Conciliis Generalibus, videlicet, Báſilienſi ſeſſion. 36. & Tridentino ſeſſion. 5. Itemque confirmatum à Pontificibus maximis, Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. Pio V. Sixto V. &c. inſertumque in Menologio Græcorum, & in Martyrologio ac Breuiario Romano. Ea de re extant quoque Conciones non paucæ, tum priſcorum Patrum, tum recentiorum Authorum. Denique & à cunctis Epiſcopis, totoque populo Christiano, ingenti deuotione, ſub præcepto, id Feſtum ſeruatur. De huiuſmodi re agunt copioſè Alphonſus de Caſarubea, in Compendio Priuilegiorum Ordinis Minorum, verb. *Conceptio Virginis*: Hieronymus à Sorbo ibidem, in ſuis Annotat. Gonzaga de Origin. Seraphic. Religion. Rodericus tom. 1. quæſtion. Regular. quæſt. 57. Baronius in Annotionibus ad Martyrologium Romanum, hac die. Beatus Bernardinus de Buſtis in ſuo Mariali, Ioannes de Carthagena tomo ſecundo, Arcan. Deiparæ, libro primo, & tomo quarto libro decimo octauo, homil. 9. Petrus Galatinus de Arcanis Catholicæ veritatis. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, &c.

§. 2. Haud prorſus mirandum, ſi tot ſodalitates, congregationeſque, hoc glorioſo nomine Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis inſignitæ, ſub cura Fratrum Minorum degant: cùm à tempore B. Ioannis *Dunsij*, Scoti, Doctoris Subtilis: à partibus eius ſtrenuè ſtetit ſacer Ordo Seraphicus. Quod & Iulius II. Papa, apertè teſtatur in Bulla ſua, qua Fratribus Minoribus omninò ſubdit Virgines Conceptioniſtas per Hiſpaniam, hiſce verbis, *Congruum omninò, atque rationi conſonum eſt; vt Fratres, qui ob immaculatam Deparæ Virginis Conceptionem tuendam atque defendendam, tot labores, atque difficultates perpeſſi eſſent, illius ſanctiſſimi nominis & profeſſionis ſororum curam gererent.* Extat in Archiuis Monaſterij Conceptionis Marguedæ, Toletanæ Diœceſis oppidi: vide Gonzagam 3. parte ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 27. Prouinciæ Caſtellæ. Præterea Beatus Bernardinus de *Buſtis*, huiuſce Ordinis alumnus, proprium compilauit Conceptionis officium à Sixto IV. Summo Pontifice approbatum anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo, Pontificatus ſui anno decimo; conceſſitque vt omnes, qui illud, pro ſua deuotione dicere & recitare voluerint, liberè & licitè hoc poſſint & valeant. Ita Alphonſus de Caſarubea ſupra, §. 7. Willotus Athenarum orthodoxar. Franciſcan. littera B. Poſt ipſum Beatum Bernardinum ſupra, ſermone quarto, & 6. parte tertia: cætera vide ſupra octauo Octobris, & infra 15. Decembris. Porrò, illud Conceptionis Virgin. Officium proprium extat in Bibliotheca San-Victoriana Pariſ. ſub littera BBB. 12.

§. 3. *Beati Richardi, Confeſſ.* [b]] Floruit ſanctitate anno milleſimo treccenteſimo ſexageſimo, apud Conuentum Catalagironénſem in Sicilia: vbi & ſepultus iacet, & multos poſt mortem ſanauit ægrotos. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi ſecunda parte Chronic. Minor. libro nono, capite vigeſimo quarto, §. 1. Beato Bartholomæo Piſano, libro primo Conformitat. Fruct. 8. & 11. parte 2. in Fratribus Minoribus Prouinciæ Siciliæ, ſanctitate illuſtribus: Cod. MS. Abbatiæ Sancti Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1355. §. 4. & 1399. §. 63. ex Mariano lib. 4. cap. 12.

§. 4. *Beati Dominici Genuenſis, Confeſſoris.* [c]] Ingentibus gratiis ac perfectionibus ornatus erat: quem tamen Beatus Franciſcus *Papienſis* à graui tentatione & tribulatione liberauit. Erat autem diuini verbi declamator diſertiſſimus, ſuique ſtatus ac profeſſionis mirificus zelator; quapropter à Beato Ioanne à *Stronconio*, Commiſſarius inſtitutus eſt, ſuper 4. Con-

uentibus, Aquilæ videlicet, Theatis, Peenæ, atque Montiſplani, de nouo conſtruendis: vnde poſtea Prouincia Pennenſis, nunc Sancti Bernardini, compacta eſt, pro Fratribus Obſeruantibus. Moram autem fecit in Conuentu Sancti Andrææ Theatis, ex quo, ergaſtulo carnis ſolutus, ad aſtra euolauit: ingens ſui deſiderium, maximamque ſanctitatis famam omnibus derelinquens. Florebat anno 1450. Eius meminit Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 3. cap. 57. Gonzaga 2. part. ſup. in Prouincia S. Bernardini, & Conuentu 2. 3. 4. eiuſdem Prouinc. Toſſinianus ſup. lib. 1. Wadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1415. §. 26. & 1420. §. 14.

§. 5. *Beati Laurentij à Camerino, Confeſſoris.* d] Religioſus extitit admodùm ſpiritualis: qui & ſingulari deuotione proſequebatur ſanctos Angelos, quorum officium piè recitabat quotidiè. In Quadrageſima quandoque miſſus ad Æſium oppidum, pro audiendis pœnitentium confeſſionibus: cùm inibi nullus adeſſet Conuentus Fratrum, & nocte ſuperueniente, verum iter amplius conſpicere poſſet, protinùs illi adfuit Angelus, in forma pulcherrimi iuuenis, qui ducatum viæ præſtitit, & tutò fluuium alioqui periculoſum tranſuadere fecit: immò, & portas oppidi iam clauſas, illi reſerauit: deindè ab oculis eius euanuit. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſi 3. part. ſup. lib. 8. cap. 30. ad ann. 1506.

§. 6. *Beati Andreæ à Cortona, Confeſſoris.* e] Paupertatis Euangelicæ obſeruantiſſimus fuit, atque Sancti Bernardini *Senenſis* ſocius integerrimus, & imitator ſtrenuus: qui centenarius, cum maxima ſanctitatis opinione diem claudens extremum, mortem multò ante præuidit. Claruit apud Conuentum Beatæ Margaretæ Cortonij, vbi & ſepultus iacet. De eo ſcribit Gonzaga 2. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 2 Prouinciæ Tuſciæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 36. ad ann. Chriſti 1580. non quòd eo anno obierit, vel vſque ad id tempus peruenerit: cùm Sanctus Bernardinus, cuius erat ſocius, mortuus ſit ann. 1444. Toſſinianus lib. 2. in Prouinc. Tuſciæ. Wadinghus tom. 5. ſup. ann. 1433. §. 24. & tom. 6. ad ann. 1468. §. 16.

§. 7. *Beati Martini, Confeſſoris.* f] Cognominatur à *Ieſu*, ſeu *de Tſaſa*: vir fuit nobiliſſimus, eruditiſſimus & ſapientiſſimus, Græcis ac Hebraicis litteris copioſè inſtructus: necnon Doctor Theologus in Salmanticenſi Academia, vbi præclarè docuit: ac tandem Madriti in Collegio Eſcuriali à Rege Catholico Philippo II. Lector Cathedraticus inſtitutus. Virtutibus etiam ſic excultus erat à iuuentute, vt relatum ſit de eo, quòd ſanctus ſemper euaſerit ſtudens, Collegiatus, Clericus, & Doctor: imò & Sacerdotum ſui æui exemplar, ac denique ſanctus Religioſus. Itaque vir tantus magna cum pietate habitum Ordinis Seraphici induit apud Conuentum Conceptionis S. Mariæ Virg. (qui eſt 33. Prouinc. S. Ioſephi) Barragiæ, quarto milliari à Madrito. Obedientiam & humilitatem ſummè excoluit; non loquendo & diſputando, ſed opere, & praxi. Paupertatis etiam cupidus, nil omninò in cella tenebat, niſi crucem ligneam, & Codicem Bibliorum, ſi quandoque de nonnullis dubiis interrogaretur, magna cum modeſtia reſponſum dabat, idque breuiter; verba enim eius erant quidem pauca, ſed grauia, & ſapientiæ ſale condita. Die noctuque à choro ſeu oratione nuſquam abſcedebat; ſemper paratus, & expeditus ad inſeruiendum Deo, virtutumque exercitium amplectendum. Extra chorum, ſeu obedientiam, in cella clauſus manebat; orationi vacans, & propriæ ſaluti incumbens. Millies in die gratias Deo agebat de ſua vocatione ad Ordinem Fratrum Minor. Toletum miſſus Lector, Theologiam Fratres docuit: & ſuo exemplo virtutis ſtudium propoſuit. Quis namque omnia referre valeret? puritas animæ, deuotio vera, lachrymarum copia, Sacramentorum frequentia, dolor culparum quantumuis minimarum: ſolitudo, ſilentium, vigiliæ, orationes, ſedula pietas, meditatio continua, & cætera virtutum genera, erant in eo, maximo cum ſpiritus feruore operata; virtute caſtimoniæ ſic illuxit, vt virginitatem ſemper illæſam cuſtodierit, & puritatem in nullo violauerit. A prælaturis etiam in Religione ſeſe omninò abſtinuit, præ humilitate. Cúmque multis virtutum generibus floreret, fœlix ad Dominum perrexit. Copioſè de eo ſcribit Ioannes à S. Maria 2. part. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph lib. 4. cap. 12. ad ann. 1590. quo claruit.

B. Claræ, Virg. g] ſanctimonialis extitit, zelo Regularis obſeruantiæ præfulgida; quæ ſæpè meruit à Seraphico Patre S. Franciſco, apparitionibus conſolari: vti copioſiùs refert Iacobillus de SS. Fulginatib. In vita B. Margaritæ *Dominici*, 13. Iunij, & Vvadinghus tom. 5. ſup. ad ann. 1440. §. 24. Viuebat circa ann. 1500. §. 8.

QVINTO IDVS DECEMBRIS.

APud Zacatecas Indiæ Occiduę populos, Beati a Ioannis Clauſi Martyris: qui pro Chriſti fide à Gentilibus totò corpore telis confoſſus, Martyrij coronam accepit. In Italia Beati b Ludouici à Rotela, Confeſſoris: ſingulari virtutum prærogatiua & ſanctitate vitæ conſpicui. Tanlai in territorio Lingonenſi, Beati c Nicolai Gallieri, Confeſſoris: vita, doctrina, & ſpiritu prophetico clari. Peruſiæ, Beatæ d Luciæ Petri à Fulginio, Virginis Abbatiſſæ; zelo monaſticę obſeruantiæ, & perfectionis Religioſę inſignis. Valentię Beatæ e Margaritę Agullonæ Virginis; quæ paupertate, humilitate, & oratione extatica copioſè exornata, atque in extaſim rapta, Dominicæ Paſſionis memoriâ ſic recolebat, vt & dolorum Chriſti particeps fuerit, & ipſius gloriæ conſors tandem euaſerit.

DECEMBRIS

Digitized by Google

DECEMBRIS IX.

§. 1. BEati Ioannis Clauſi, Martyris.[a]] Dictus eſt *Clauſus*, ſeu à *Serrado*, Hiſpanicè. Sacerdos erat, habitumque Religionis ſuſcepit in Prouincia Sancti Euangelij pluribus virtutibus, maximè obedientia exornabatur. Hic ad quædam conſtruenda ædificia, ex obedientiæ mandato, Xaliſcum promptè perrexit: dúmque in Regione illa Guardianus eſſet Conuentus Zupachani, licentia ac benedictione à proprio prælato petita, ad Indos illos Barbaros Zacatecas, (hoc eſt Chichimecas) conuertendos ſe contulit; quorum aliquos cùm ad veritatis cognitionem, atque Catholicæ fidei confeſſionem redegiſſet, eſſetque doctrinæ Chriſtianæ intentus, vibratis vndique ſagittis ab infidelibus atrociter iaculatur, ſicque exanimatus cum Martyrij corona ad Martyrum Regem, fœlici morte tranſmittitur, circa ann. 1566. Agunt de eo Gonzaga Origin. Seraphic. Relig. part. 4. in Prouincia Sancti Euangelij, vbi de Cuſtodia Zacatecas. Barezzus quarta parte Chronic. Minor. libro tertio, capite 66. Hic idem eſt, vt reor, cuius meminit Gonzaga part. 1. ſup. vbi de ſacris Martyrib. Ordin. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem, paſſis apud Indos Occidentales. *B. P. Ioannes Clauſus* (inquit) *Capotiani Conuentus apud Indos Gardianus, ad Zacatecas Indos gentiles, vt eos conuerteret, pertranſiens, ab iiſdem ſagittis confoſſus eſt*. Item part. 3. in Conuentu Sanctæ Mariæ Magdalenæ, qui eſt 30. Prouinc. Sanctorum Petri & Pauli. Sic & Barezzus ſupra libro quarto, capite trigeſimo ſeptimo, & lib. 8. cap. 72. Rapinæus in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. part. 2. Hilarion à Coſta, lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 366. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Marianus libro ſecundo, capite quadrageſimo ſecundo, & libro tertio cap. 21. Boſius tom. 1. lib. 12. cap. 22. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 51. & 60.

§. 2. *Beati Ludouici à Rotela, Confeſſoris.* [b]] Prouinciæ Sancti Franciſci fuit alumnus: virtutibuſque quamplurimis nitebat, orationis amantiſſimus erat, cuius rei gratia ingentes pertulit à Dæmone tentationes: quas ſuis feruentiſſimis precibus deuicit, ope diuina ſuffultus. Tandem de virtute in virtutem haud ſegniter progreſſus faciens, fœliciter obdormiuit in Domino. Claruit ann. 1505. memoraturque ab eodem Marco Vlyſſiponenſi 3. part. ſup. lib. 8. cap. 31. ad ann. Chriſti 1506.

§. 3. *Beati Nicolai Gallteri, Confeſſoris.* c] Vitæ ſanctitate, ſingularique doctrina, & prophetiæ dono floruit circa ann. 1520. Vide Foderetum in Deſcriptione Prouinc. Burgundiæ: Vbi de Conuentu Tanlaico pag. 897.

§. 4. *Beata Luciæ, Virginis.* d] Religioſo Monaſterio S. Luciæ apud Fulginates, nomen dedit circa ann. 1435. vbi in maxima vitæ bonitate vixit. Ex eo poſtea Superiorum iuſſu ann. 1448. vnà cum 22. ſociis, Peruſiam ablegatur ad Monaſterium Sanctæ Mariæ Montis Lucis, quod eſt 1. Prouinciæ Sancti Franciſci, vt inibi Moniales ad priſtinam Regulæ Obſeruantiam reduceret. Erat quippe virgo vitæ admodum exemplaris, ardentiſſimique zeli circa Monaſticam perfectionem, & Regulæ ac Conſtitutionum praxim. In operibus agendis prima apparebat, in oratione ſtabat feruens & aſſidua, vigiliis & pœnitentiæ actibus dedita, profunda humilitate & plena charitate gaudebat. Quapropter ſemel & iterum, nempe ann. 1459. & 1473. vltrò in Abbatiſſam eſt electa: quod quidem munus, laudabiliter, & ingenti cum pace ac prudentia exercuit. Demùm meritis & virtutibus exornata, ſæculum deſeruit, cælumque inuecta eſt, hac die, ann. 1499. octuagenaria cùm eſſet. Vide Iacobillum de SS. Fulginatib. ſub 22. Iulij pag. 251. & 253. Wadinghum tom. 7. ſup. ad ann. 1499. §. 6.

Beata Margarita, Virginis, [e]] Ex Xatiua in Regno Valentiæ erat oriunda. Ab ineunte ætate, totam ſe Deo deuouens, admirabili mox luce apparuit circumdata; quæ ad motum eius commouebatur, & quocumque greſſus corporis pergebat, inſequebatur: vt proindè à Patre luminum eam precioſam Margaritam ſic eſſe adornatam omnes inſpicientes aduerterent. Viginti annorum facta, virgo omnibus modis tentata fuit, vt matrimonio iungeretur; quibus ſtrenuè obuians prudentiſſima virgo, habitum tertij Ordinis Sancti Franciſci ſuſcepit, votumque caſtitatis emiſit in manibus prælati. Validis tentationibus à Dæmonio ſibi illatis agitata, ad fidei, ſpei, charitatiſque præſidia confugiens, aduerſarij vires exertiſſimè propulſabat, tumque, diſciplinis, ieiuniis, cilicio, corporis nudi ſuper mattas, ſpinas, vepres & vrticas raptatione, ac volutatione omnia tela inimici quantumuis ignita, exauiebat, & extinguebat. Inſignis erat eius obedientia, quâ non ſolùm ſuperiorum, confeſſariorum, ac patrum ſpiritualium iuſſis vltro parebat, ſed & ſolis eorum nutibus ac internis propoſitionibus incunctanter obtemperabat. Paupertatis verò amatrix effecta, eam quoque ſub voto amplexata ad amuſſim ſeruauit. Quapropter rebus cunctis temporalibus à ſe abdicatis, & reiectis, labore manuum deinceps, victum ſibi comparabat. Paupere habitu, & lacera tunica veſtita, inter pauperes publicos prodibat in vulgus, cum illis ad oſtium Conuentus Fratrum Minorum ſtabat, panis fruſtula expetebat, gratanterque comedebat; relictis Procerum, Ducum, & Optimatum lautis dapibus ad ſe, pro pietate miſſis, quas omninò acceptare renuebat. Exindè profundiſſima humilitate pollebat: qua ſe omnium minimam arbitrabatur, cunctorum pedes genibus flexis, oſculabatur & vlcera, prona in terram. Hos amantiſſimè diligebat, iiſque omnia quæritando ſuppeditabat, etiam vſque ad propriam ſubuculam, quam vltro ipſis elargita eſt. §. 5.

Conflictus ſpirituales ei non defuerunt, in multis tribulationibus quæ ſibi euenerunt, quibus arma cœleſtis patientiæ oppoſuit. Totaque cùm Chriſto Crucifixo, amore ardentiſſimo, addicta eſſet Paſſionis Dominicæ myſteria aſſidua meditatione recolebat, obtinuitque à dilectiſſimo ſponſo Chriſto, vt in eorum memoriam, dolores coronæ ſpineæ, & aliarum plagarum, quas in Paſſione, pro noſtra ſalute ſuſtulerat, & ipſa in ſuo corpore ſentiret. Quantum verò ſpectat ad orationis eius feruorem, vix credibilia ſunt, quæ tamen veridica relatione certiſſima eſſe comperimus, nam Cardinales, Patriarchæ, Antiſtites, Principes, Duces, Nobiles, & omnis generis, vtriuſque ſexus, perſonæ, proſtant oculati teſtes: quomodo ſæpè ſæpius orationem habens extaticam, extra ſe rapiebatur in extaſim, ſubleuata in altum à terra etiam vſque ad quartum diem. Tempus mortis ſuæ præноſcens, læta parauit ſe; cui obuiam aduenerunt & ipſe Saluator mundi, vnà cum Seraphico §. 6.

Digitized by Google

Patre Sancto Franciſco, Sancta Elezabeth Hungara, & Beato Nicolao factore Ordinis Minorum: necnon, Sancto Vincentio Ferrerio, & Beato Ludouico Beltranno, Prædicatoribus: in quorum comitatu fœlix anima ipſius in cœlum perrexit. Tribus diebus, vt deuotioni populi fieret ſatis, ſacrum corpus inſepultum manſit, deinde in Conuentum de Sanguine Chriſti, ab Archiepiſcopo Valentino, deportatum, in feretro ad cornu epiſtolæ eſt collocatum: interimque ab omnibus parochiis, ordinibus, & ſocietatibus totius vrbis, frequentatione illuſtratur: tumque tranſactis diebus tribus, terræ humatum eſt in Capella maiore eiuſdem Conuentus ad cornu Epiſtolæ: vbi remanſit vſque ad ann. 1605. menſe Februario, quo idem Archiepiſcopus illud tranſtulit in ſuum Collegium ſeminarium, atque intra ſepulchrum affabrè extructum, recondidit, cum hoc Epitaphio lapidi alabaſtro exarato.

Beata Margarita Agullona, Setabenſis, profeſsionis Franciſcanæ, obijt, IX. Decembris, anno à Natiuitate Domini M. DC. ætatis ſuæ LXIV. Claruit hæc virgo eximia vita pœnitentia, & frequenti extaſi, aſsiduos dolores in eiſdem partibus accepit, in quibus Chriſtus Dominus vulnera, feria quarta, in capite, corona inſtar. Mortua eſt magna opinione ſanctitatis, & funere pietate celeberrimo.

Maximis etiam miraculis coruſcauit tum in vita, ac poſt mortem. De ea copioſè agit Daça ſup. lib. 4. cap. 34. vſque 44. illiuſque meminerunt Ioannes de Torres in Practicis exhortationibus ſuper Regulam Tertiariorum fol. 38. pag. 2. Salazar lib. 5. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 15. à quo Beata *Bullona*, ſimpliciter vocatur. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Ordinis Seraphic.

QVARTO IDVS DECEMBRIS.

MArmandæ in Gallia Aquitanica, Beatorum [a] Ioannis Goſſonij, & Raymundi Roſſelij, Martyrum: quorum prior, iam ſeptuagenarius, plumbeis ſphærulis ab hæreticis traiectus: alter verò gladio percuſſus, animas cœlo reddiderunt, Martyrij palmam conſequuti. In Italia, Beati [b] Thomæ à Thericio, Confeſſoris: pietate, Religione, & zelo altiſſimæ paupertatis inſignis. Vilnæ in Lituania, Beati [c] Staniſlai Huijmacenſis, Confeſſoris: eximia contemplatione & vitę ſanctitate ſpectabilis. Xalapæ in India Occidentali, Beati [d] Franciſci Marguinæ, Confeſſoris: qui ſedulò laborans in prędicatione Euangelij, verbo & exemplo, complures infideles Indos ad Chriſtum adduxit. Baragię in territorio Toletano, Beati [e] Petri à Cęſarauguſta, Confeſſoris: qui mira manſuetudine ac humilitate pręditus, virginitatem perpetuò coluit illęſam, & donis cœleſtibus maximè enituit. Volaterræ in Hethruria, Beatę [f] Eufraſiæ Volaterranæ, Virginis: dono prophetiæ & miraculorum celebris.

DECEMBRIS X.

§. 1. BB. *Ioannis Goſſonij, &c. Martyr.* [a] Hæreticis in Conuentum Minoriticum Marmandæ (quod eſt Aquitaniæ oppidum) ſæuientibus: illum omninò deformarunt. Et quomodo inanimatis condonaſſent, cùm nec ipſis quidem inſontibus pepercerint: in hac enim eorum cruentiſſima perſecutione, duos Martyres nobis pepererunt: B. Ioannem *Goſſonium* ſeptuagenarium, (qui ad palum in medio foro alligatus, atque plumbeis globulis ab hęreticis ob Catholicam Religionem tranſuerberatus, ſpiritum emiſit) & Beatum Raymundum *Roiſſelium*, (qui etiam hæretico gladio confoſſus, interiit) fœlici agone illuſtres. Scribunt de eis, Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in Præfato Conuentu, qui eſt 19. Prouinc. Aquitaniæ Antiquior. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 25. ad ann. 1571. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1291. §. 27.

§. 2. *Beati Thomæ à Thericio, ſeu de Treuio, Confeſſ.* [b] Hic paupertatis Euangelicæ acerrimus fuit propugnator: cuius rei gratia, graues perſecutiones ſuſtinuit vnà cum BB. Conrado ab *Offida*, Petro à *Monticulo*, & aliis ſanctis viris: qui ſimul ad Sedem Apoſtolicam confugientes, benignè ſunt recepti. Ita vt Sanctus Cœleſtinus V. Papa, quamplurimis fauoribus & priuilegiis eos munierit, & ab æmulis ſeparatos, ſua protectione, conſeruauerit. Vide Marcum Vlyſſiponenſem ſecunda parte Chronic. Minor. lib. 5. capite vigeſimo ſeptimo. Wadinghum ſup. ann. 1294. §. 9.

§. 3. *Beati Staniſlai Huijmacenſis, Confeſſoris.* [c] Vir fuit Religioſiſſimus, Polonus natione, qui à Beato Patre Ioanne *Capiſtrano*, Minoritico habitu indutus, in omni virtute ac perfectione, ad vltimum vſque vitæ ſuæ terminum profecit: tantumque patrem, ſui ſtatus authorem, pro viribus imitari ſtuduit, quapropter cum Sanctis beari in cœlis piè creditur. Agunt de eo Gonzaga ſup. part. 1. in BB. viris huiuſce Ordinis, item part. 2. in Conuentu Sancti Franciſci Vilnenſis vrbis, vbi tumulatus iacet. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 19. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. ab eo B. *Staniſlaus* vocatus. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Wading. ſup. tom. 6. ad ann. 1462. §. 79. & ann. 1468. §. 24.

Beati

Digitized by Google

§. 4. *Beati Franciſci Marguina, Confeſſoris.* [d]] Ex Victoria Diœceſis Calaguritanæ in Hiſpania, oriundus erat, prouinciæque Cantabriæ alumnus: qui in Indiam Occiduam traiiciens ann. 1550. poſt aſſecutum Indicum idioma, tot taleſque in Infidelium conuerſione fecit progreſſus, adeoque mitis, humanus, affabiliſque omnibus fuit: vt cuiuis alteri ex præcipuis Dominicæ vineæ illis in partibus, cultoribus comparandus facilè veniat, & ab omnibus Deo dilectus paſſim nuncupatus ſit. Hic igitur tantus vir grauiſſima infirmitate, ex labore & incommodis in ipſa Catholicę fidei prædicatione, contracta, cum maxima ſanctitatis opinione, ac ingens ſui deſiderium confratribus relinquens, in Domino obdormiuit: ſepultuſque eſt Xalapæ, in Conuentu Dominicæ Natiuitatis. Memoratur à Gonzaga part. 4. ſup. in eodem Conuentu, qui eſt 65. Prouinc. S. Euangelij. Barezzo ſup. lib. 4. cap. 22. Rapinæo in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 366. Mariano lib. 2. cap. 51. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. Grauina *in voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 5. *Beati Petri, Confeſſoris.* [e]] A patria cognomen accepit, *Cæſarauguſtanus* dictus. Egit nouitiatum, in Conuentu S. Franciſci de *Tepes*, qui eſt 30. Prouinciæ Sancti Ioſeph. Tanta manſuetudine & affabilitate exornatus erat, vt cæteros in admirationem adduceret. Pax interior, & puritas exterior maximè in eo collucebant. Humilis, charitatiuus, & amabilis ſupra modum extitit. Virginitatem perpetuò ſeruauit: & lethali peccato nuſquam inquinatum ſe ſenſit. Cilicio aſpero, & diſciplinis cruentis corpus edomabat. Deuotiſſimus erat erga myſteria Natiuitatis, & Paſſionis Chriſti: tumque erga Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Cùm Magiſter Nouitiorum factus fuiſſet, eos ſui ipſius exemplo inducebat ad virtutis amorem: eadem mortificationis exercitia agens cum ipſis, & miris documentis Chriſti iugum ſuaue oſtendens. Plura de eo refert Ioannes à Sancta Maria part. 2. Chronic. præfatæ Prouinciæ lib. 4. cap. 30. ad ann. 1600. quo floruit. Obiit ſanctiſſimè apud Conuentum Baragiæ, qui eſt 33. eiuſdem prouinc.

§. 6. *Beata Euſraſia Volaterrana, Virgin.* [f]] Florebat circa ann. 1560. apud Monaſterium Clariſſarum Volaterræ in Tuſcia: vbi & tumulata iacet, inſigni vitæ ſanctitate conſpicua: quippe quæ tam in vita, quàm in morte plurimis claruit miraculis, atque prophetico ſpiritu donata fuit. De ea mentionem faciunt Gonzaga part. 2. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 1. Prouinc. Tuſciæ. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 30. ſub ann. 1564. Valerius lib. 4. cap. 39. de SS. Fœminis Ord. Min.

TERTIO IDVS DECEMBRIS.

LOndini, Natalis Beati [a] Franciſci Belli Martyris: qui pro defenſione Catholicę Religionis ab hæreticis iugulatus eſt. Beneuenti, Beati [b] Monaldi eiuſdem vrbis Archiepiſcopi: vita & eruditione præclari. Rellaniæ in territorio Aquenſi, Beatorum [c] Anonymorum Confeſſorum, Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipulorum; qui ablegati in Galliam, miræ ſanctitatis odorem vbique ſparſerunt. Aquilę in Veſtinis, Beati [d] Baptiſtæ Heluetij, Confeſſoris: eximię ſanctitatis viri. Caſtaneti in territorio Toletanó, Beati [e] Ioannis de Aluarezo, Confeſſoris: charitate & patientia laudabilis. In territorio Hiſpalenſi, Beati [f] Bernardini Biarenſis, Confeſſoris: qui orationibus, diſciplinisque vacans, humilitate ac charitate, necnon, vitæ perfectione admodum enituit. Augnonij in Caſtella, Beati [g] Petri à Guadalaxara, Confeſſoris: virtute abſtinentiæ, oratione, & pœnitentię exercitijs ſpectabilis. Plateæ in Sicilia, Beati [h] Guillelmi à Catalagirone, Confeſſoris: dono prophetię ac miraculorum illuſtris. In Territorio Cordubenſi, Beatæ Agnetis [i] à Sancto Antonio, Virginis: quæ iugi memoriæ Paſſionis Dominicę addicta in terris, meruit tandem ab ipſo conglorificari in cœlis.

DECEMBRIS XI.

§. 1. BEati Franciſci, Martyr. [a]] Ex Anglia oriundus, ſex milliaribus à Vigornia, in parochia Hanburiæ, piis honeſtiſque parentibus naſcitur, anno 1590. *Arthurus Bell.* vocatus, ſed *Franciſcus*, appellatus, quando ex Anglia Hiſpaniam petens, habitum S. Franciſci ſumpſit ann. 1618. in Conuentu PP. Recollector. Prouinc. Coceptionis Virg. vbi virtutum ſummam ſic ad amuſſim inſectatus eſt, vt humilitate, mortificatione, pietate, oratione, labore, obedientia, ac ſpiritus feruore, cæteros anteiret. In Belgium euocatus & prouinciæ incorporatus, Grauelingæ, & Bruxellis, Confeſſarius datus eſt ſanctimonialibus, tum Duaci, Conuentus Recollectorum Anglo-Duacenſis, factus, Prouinc. Deffinitor eſt electus. Cùm autem in Angliã reuerſus eſſet, & in vinea Chriſti impensè laboraret eum vrgebat ardens deſiderium patiendi, ac moriẽdi, pro Chriſto. Cuius piæ petitioni annuens Deus, Londini capitur, incarceratur, variis modis eius conſtantia tentatur, diſputationibus agitur, minis ac tormentis diuexatur; ſed his omnibus, ſuperior euadens: ſententiã mortis, vultu ac voce hilari, excipiens, Hymnum *Te Deum laudamus*, decantauit: lætanterque ibat ad ſupplicium, cúmque fune ſuſpenſus patibulo, veſtibus ſæcularibus exueretur, apparuit habitũ ſacro ſui Ordinis, cum caputio & chorda; quæ ſemper etiam aliàs, ſub exteriori indumento, quod pro more patriæ gerebat, ferre conſueuerat. Paſſus eſt ann. 1643. hac die; cuius ſacras Reliquias venerati ſunt, ſeruaruntque illuſtriſſimus Princeps, Comes Haricurianus, tunc Legatus extraordinarius Regis Chriſtianiſſ. & Ambaſciator Regis Catholici, Londini commorãtes: exindeque Regina-Mater Francor. Reg. Itemque Regina Poloniæ, & aliæ Principiſſæ, Duciſſæ, ac Marchioniſſæ, huiuſce Regni Gallię, (vt cæteros omittam)

Digitized by Google

eaſdem piè conſeruant. Geſta, actus, & Agonem tanti ſerui Dei, primus deſcripſit, ac publici iuris fecit, R.P. Fœlix *Bourdet*, Guardianus Conuentus Patrum Recollector. Rothomagenſ. & Angelus à *Sancto Fraciſco* Guardianus item Conuentus Recollector. Anglo-Duacenſ. in certamine Seraphico Prouinciæ Angliæ: ex quibus corrigendi veniunt: Iacobus *du Boſc*, Minorita Obſeruantinus. In Deſcriptione Martyrij eiuſdem Athletæ Chriſti; item Dominus *de Marſis*, lib. 5. Hiſtoriæ perſecutionis Anglicanæ in Catholicos, hunc Martyrem vocantes, nudè ac ſimpliciter Religioſum *Cordigerum*; cùm contrarium lippis & Tonſoribus conſtet; habitumque induerit, vixerit ac mortuus ſit inter Patres Recollectos, in ſtrictiori noſtræ Regulæ Obſeruantia.

§. 2. *Beati Monaldi, Epiſcopi.* [b]] Hunc Archiepiſcopum Beneuentanum fuiſſe admittimus cum Antonio Poſſeuino in Apparatu ſacro, tom. 2. Salazar in defenſione pro immaculata Concept. Virg. cap. 42. ſæcul. 14. Bellarmin. tom. 7. de Scriptorib. Eccleſ. ſub ann. 1320. Willoto Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera M. At quæ ab ipſis mox adduntur: videlicet, eundem Martyrio coronatum in Arghenga Vrbe Sarracenorum ann. 1332. & alia cætera, quæ aliis conueniunt: haud valemus obſequi. Primò, ob diſſonantiam temporum. Nam ille B. Monaldus, qui eò loci, apud Sarracenos paſſus eſt, Martyrium ſubiit ann. 1288. ſeu 1289. vti oſtendimus 2. Martij, ex S. Antonino, Marco Vlyſſiponenſi, Boſio, & aliis. Igitur Martyr ille Monaldus Arghengæ pro Chriſto occiſus, non eſt iſte Archiepiſcopus: ſed alius ab eo. Secundo, ob differentiam locorum: qui enim Arghengæ Martyrium compleuit, ibidem à Græcis ſepultus eſt: at B. Monaldus (cui attribuuntur tot opuſcula edita) quieuit in pace, apud Conuentum Iuſtinopolitanum, Prouinciæ Dalmatiæ, prout conſtat, ex iis quæ 9. Nouēb. annotauimus: igitur nec B. Monaldus Martyr, nec B. Monaldus Archiepiſcopus præfatus, Authores fuerunt horum operum, quæ in lucem prodierunt, ſed alter diuerſus ab illis: nempè B. Monaldus *Iuſtinopolitanus*: ſic nuncupatus, licet Picœns eſſet, quemadmodum ſuperius ſuo loco demonſtrauimus. Quare hi BB. Monaldi, ſunt tres viri omninò diſtincti, loco, tempore, & dignitate: labunturque errore, qui ex tribus vnum faciunt: aut quæ tribus diuiſim conueniunt, huic vni Archiepiſcopo B. Monaldo coniunctim attribuunt.

§. 3. *Beatorum Anonymorum, Confeſſorum,* [c]] Rellania ciuitas ſita eſt, inter Ciſtericum & Aptam-Iuliam, iuxta Alpes, Diœceſis Aquenſis in Phocenſi Prouincia. Haud longè ab eo extat Conuentus S. Franciſci, qui eſt 21. Prouinc. S. Ludouici: de quo id ſcribit Gonzaga ibid. part. 3. Orig. Seraph. Relig. *Nonprocul ab ea eſt antiquiſſimus Conuentus Fratrum Minorum de Obſeruantia, extructus à ſocijs Beatiſſimi Patris Franciſci, quorum corpora ibidem fœliciſſimè quieſcunt cum maximo honore ac reuerentia.* Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1236. §. 16.

§. 4. *Beati Baptiſtæ Heluetij, Confeſſ.* [d]] Obiit circa ann. 1500. ſepultuſq; eſt in Conuentu S. Bernardini Aquilæ: vbi floruit vitæ ſanctitate. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 9. cap. quadrageſimo ſeptimo.

§. 5. *Beati Ioannis, Confeſſ.* [e]] Erat hic Laicus profeſſione, ingenti charitate repletus, maximè erga egenos & pauperes, quibus erogabat, quicquid manus & affectus eius inuenire poterat. Diu & grauiter infirmatus, patientiſſimè ſe habuit, & vitam ſancto fine concluſit, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Caſtaneto, qui eſt 9. Prouinc. Caſtellæ. Ita Salazar lib. 2. Chron. eiuſdem Prouinc.

Beati Bernardini Biarenſis, Confeſſ. [f]] Prouinciæ §. 6. S. Ioannis Baptiſtæ Diſcalceatorum fuit alumnus: moramque traxit apud Conuentum Dominæ noſtræ de Laureto Monfortij, qui eſt 3. eiuſdem Prouinc. Eximius Dei ſeruus extitit, & ingentis perfectionis vir; magna humilitate ac charitate pollebat, ſanctæ orationis amantiſſimus erat, Deo gratiſſimus & vita ſanctiſſimus. Præfata ſua prouincia egreſſus eſt vt in Indiam ſe conferret; eo fine, vt ſaluti, conuerſioniq; Indorum inſudaret, & martyrium, ſi opus eſſet, ſubiret, pro Chriſti nomine. At contrarium accidit, voluntatique martyrium defuit: nam cùm in Couentum Virginis Deiparæ de Loreto, propè Hiſpalim in Andaluſia, aduenniſſet, infirmatus eſt ad mortem, & paulò poſt ſanctiſſimè obdormiuit in Domino: ad cuius exequias ingens populorum concurſus factus eſt, ob deuotionem, qua omnes ipſum proſequebantur. Agunt de eo Ioannes Ximenez in ſua Chronolog. Prouinc. Sancti Ioannis Baptiſtæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 63. ad ann. 1580. & Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſephi lib. 2. cap. 40. ann. 1580.

Beati Petri, Confeſſ. [g]] Inter Fratres Laicos multùm reſplenduit hic Chriſti ſeruus, charitate erga pauperes plenus; ciborum parſimoniam ſectatus, à carne & vino abſtinuit, ſicque modicè aliis de rebus comedebat, vt vix cenſeretur ſibi ſufficiens ad ſuſtentationem. Secreta infirmitate grauatus, clam, diuque eam patienter ſuſtinuit; nec medico vlcus aperuit, niſi extrema neceſſitate coactus. Non propterea deſtitit à labore manuum, vel penitentias ſuas in aliquo temperauit. Sanctæ orationis ſpiritum in ſe, poſt Matutinas, ita ardenti flamma amoris excitabat, vt genuflexus, ante Auguſtiſſimum Sacramentum, noctis reſiduum conſumeret: recedentibuſque aliis, ipſe aſperrima diſciplina corpus ſuum edomaret. Eo tempore, ſæpè viſus eſt globus igneus miri ſplendoris ſuper eum aſtare. Solitudinem amans, ſæculares omninò deuitabat, qui tamen eum vt ſanctum, à Deo charum ſummè venerabantur. Singularis fuit eius paupertas: ſemper diſcalceatus incedebat, quantumuis grauibus doloribus premeretur in pedibus. Solo, vnicoque habitu, veterano, paupere, & aſpero induebatur: ſolo, vel tabula, vtebatur ad ſomnum capiendum. Tanta reuerentia Sacerdotes proſequebatur, vt nunquam eos alloqueretur, vel ab eis quidpiam acciperet, niſi genuflexus, oſculataque eorum manu. Augnonij in Conuentu S. Sebaſtiani (qui eſt 26. Prouinc. S. Ioſephi) ſpiritum ſanctè emiſit: teſte Ioanne à Sancta Maria, part. 2. ſup. lib. 3. cap. 33. ad ann. 1590. quo floruit. §. 7.

Beati Guillelmi, Confeſſ. [h]] Suæ Regulæ obſeruantiſſimus, in oratione aſſiduus, in vita magnæ exiſtimationis apud omnes fuit, quemque Dominus, quo ad vixit, ſpiritu prophetico: & poſt mortem, illuſtrem miraculis, reddidit. Obiit in Conuentu S. Petri Plateæ (qui eſt 12. prouinc. Siciliç) anno 1592. Iuxta Grauinam in *voce Turturis*, part. 2. cap. vigeſimo quarto. §. 8.

B. Agnetis, Virg. [i]] Tantoperè Paſſionis Dominicæ memoria delectabatur, vt omnia in eius honorem referret: propterea & diſciplinis ſanguinolentis carnem affligebat. Solaque vulnerum Chriſti recordatione ſic ad fletum planctumque excitabatur, vt ex lachrymarum copia, genæ eius adurerentur & maxillæ. §. 9.

Digitized by Google

læ. Sanctam efflauit animam in Monaſterio Bellalcazaris (quod eſt 1. prouinc. Angelorum) circa ann. 1570. Hæc ex Monimentis illius cœnobij, & Daça ſup. lib. 3. cap. 77.

PRIDIE IDVS DECEMBRIS.

IN Romana Inſula, propè Aſſiſium in Vmbria, Beati [a] Conradi Offidani, Confeſſoris: oratione ac contemplatione, humilitate & charitate conſpicui, quem Deus innumeris prope miraculis in vita & poſt mortem mirificauit. Pennę Biliorum in Picœno, Beati [b] Pauli Clodienſis, Confeſſoris: qui ſcientia ac pietate pręclarus, vitam in omni patientia, humilitate, & innocentia exegit. Populæ de Angelis in India Occidentali, Beati [c] Roderici Beneuenuti, Confeſſoris: qui multas ac varias Indorum gentes ad Chriſtum, verbo & exemplo conuertit, demùm ſanctitate clarus, fœlix obdormiuit in Domino. Eborę in Luſitania, Beati [d] Hieronymi à Villa-vitioſa, Confeſſoris: eximię perfectionis, pœnitentiæ, atque in proximos Epydimia laborantes ſummæ charitatis viri. Toleti Beati [e] Ioſephi de Roca Verti, Confeſſoris: genere, virtute, ac Religione, illuſtris. Cadafalſi in territorio Toletano, Beati [f] Andrææ de Vera, Confeſſoris: qui humilitate, oratione, atque mortificatione admodùm enituit. Fulginij, in Vmbria, Beatę [g] Hieronymę Monsfeltriæ, Viduæ: genere, eruditione, & vitæ ſanctitate, illuſtriſſimę.

DECEMBRIS XII.

§. 1. *Beati Conradi de Offida, Confeſſoris.* [a]] Picœns erat natione, oriundus ex Offidano oppido; cùm autem 15. eſſet annorum habitum ſeraphicæ Religionis induit, ſtudioque litterarum addictus, haud paruum incrementum fecit: ſed maiores profectus dedit, dùm veræ, Chriſtianæque ſcientiæ incubuit. Nam perfectionis viam ingenti ſpiritus feruore aggrediens, charitati & humilitati inſtantius adhæſit: quamobrem, & per annos decem coquinæ libenter inſeruiuit, & vltrò ad eleemoſynam petendam exiuit. Moris erat, apud Conuentum montis Aluerniæ in Tuſcia, quoſdam Fratres Sacerdotes deputari ad commorandum intra Sacellum S. Franciſci ſacrorum Stigmatum, vbi & cubicula haberent, ne mendicationis ergo egredi cogerentur, & neceſſaria omnia ſuppeditarentur. Hi diuino tantum celebrando officio, continuiſque meditationibus vacabant: & inter reliquos ſanctitate inſignes ad id munus exequendum à Generali totius Ordinis Miniſtro ſeligebantur. De quorum numero B. Conradus *Offidanus* aliquando fuit. Is itaque cùm inuitùs eo fuiſſet deſtinatus, ſeque tanta habitatione indignum iudicaret, à perdeuota ſorore *Beneuenuta* Anconitana, de tertio Franciſcanorum Ordine, ſanctiſſima fœmina, per litteras petiit, vt ſe indè à Generali Miniſtro amouendum curaret: cui illa ſuaſit, vt pedem figeret, quandoquidem id gratiſſimum Deo futurum, ſibique benè ſucceſſurum eſſe: quod & rei probauit euentus.

§. 2. Concionator egregius extitit, & ſanctitate vitæ inſignis: orationi ac contemplationi intentus, Beatiſſimæ Deiparæ, & Angelorum, aliorumque Sanctorum, præcipuè Beati Ægidij, Diui Franciſci ſocij viſitationibus ſæpè fruebatur. Quinque mortuos, ſuis precibus ad Deum factis, ad vitam reuocauit: & innumera propè miracula in vita ac poſt mortem edidit. Obiit ann. 1306. hac die, dùm prædicaret apud Inſulam Romanam, (quæ vulgò *Baſtia* dicitur) propè Aſſiſium: cuius corpus ibidem humatum eſt. Verùm, poſtea bello inter Peruſinos & Aſſiſiates vigente, Peruſium tranſlatum eſt: ibique in ſacrario Eccleſiæ Sancti Franciſci, in arca lignea, crebris coruſcans miraculis, quieſcit. Agunt de eo Piſanus libr. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouincia S. Franciſci. Item lib. 2. fruct. 2. parte 2. in med. Codex MS. Abbat. S. Victoris Pariſienſis, in Fratribus Minor. ſanctitate illuſtrib. Prouinciæ eiuſdem. Marcus Vlyſſiponenſis 1. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 4. item 2. part. lib. 5. cap. 27. & 28. ac lib. 6. cap. 27. & ſeq. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eo, & lib. 2. in Generali 4. B. Ioanne à *Parma*. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 13. ad ann. 1306. Balinghen in Calendario Virgin. Mariæ ad 2. Februar. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1306. §. 9. Saluator Vitalis lib. 7. Chronic. Seraphic. Mont. Aluernæ cap. 1. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Gonzaga prima part. Origin. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Item part. 2. in Conuentu 17. Prouinc. Tuſciæ. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Minor. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1213. §. 38. & 1215. §. 27. item tom. 2. ad ann. 1254. §. 47. & 1289. §. 27. ac 1294. §. 9. item tom. 3. ann. 1302. §. 8. 1306. §. 7. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 28. & 29. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 13. Ferrarius in Catalog. Sanctor. hac die.

§. 3. *Beati Pauli, Confeſſoris.* [b]] Fuit hic è Foſſa Claudia, apud Venetos, honeſta familia natus; adoleſcente verò ætate, litterarum ſtudiis ſic addictus erat, vt in Philoſophia ac Theologia, necnon in vtroque iure, optimè verſatus ſit: & propterea Generalis Vicarij officio plerumque apud Clodienſes Epiſcopos perfunctus, maximam apud omnes tum prudentiæ, tum pietatis exiſtimationem ſibi compararit. At, perfectioris vitæ deſiderio flagrans, Minorum Fratrum de Obſeruantia habitum ſumpſit; in quo tantopere excelluit, vt nemo vitæ innocentia, nemo morum diſciplina, orationis ſtudio, humilitatis virtute, & auſterioris vitæ cultu, illo præſtantior erat. Verùm audita noua Capucinorum fama, continuò ſe illis adiunxit:

Digitized by Google

vbi tanta admirabilis vitæ præſtantia inter cæteros enituit, totque ſpectatiſſimarum virtutum luce, prima illa Reformationis primordia illuſtrauit: vt quamplurimum ad illius ſtabilitatem, ac ſplendorem ſuo exemplo contulerit: tum denique ann. 1531. diem ſupremum agens, poſteris ſua virtute & ſanctimonia præluxerit. Scribunt de eo copioſè Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 9. cap. 22. 24. & 25. Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1531. §. 1. &c. Grauina ſupra.

§. 4. *Beati Roderici, Confeſſoris.* c] Prouinciæ olim Sancti Iacobi alumnus fuit: qui cùm ingenio polleret, ſalutemque Indorum maximè ſitiret, ad eas partes transfretauit: vbi poſtquam Indicum idioma didiciſſet, tot populos, tum intra Prouinciæ S. Euangelij fines, tum quoque in Xaliſcana Regione, præſertim verò in Valle Vanderana, ad fidem conuertit, vt vix ſibi parem ea in re habuerit. Erat quippè diligentiſſimus Dominicæ vineæ operarius, virtute multa præditus, vita exemplari atque eximia ſanctitate adornatus: quapropter ab omnibus, viuus ac mortuus, maxima in veneratione eſt habitus. Tumulatus iacet in Conuentu S. Franciſci Populæ de Angelis, qui eſt 38. Prouinc. S. Euangelij. Memoratur à Gonzaga ibidem part. 4. ſup. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 19. ſub ann. 1560. Daça ibidem lib. 2. cap. 25. & 30. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ SS. Hiſpan. cap. 19. Rapinæo Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. Mariano Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. lib. 1. cap. 42. & lib. 2. cap. 40. Grauina ſup.

§. 5. *Beati Hieronymi, Confeſſ.* d] Mira ſanctitate floruit: cuius pœnitentia, humilitas, & ad proximum compaſſio, fuere incredibiles: vnde ann. 1580. peſtiferis miniſtrans, ſanctiſſimè occubuit. Teſte Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Sancti Antonij Eboræ qui eſt 12. Prouinc. Pietatis. Barezzo ſup. lib. 7. capite 37.

§. 6. *Beati Ioſephi, Confeſſoris.* e] Nobilis genere, nobilior virtute euaſit, quippe qui ſuæ Regulæ Obſeruantiſſimus extiterit: habitu, victu, & cæteris rebus pauperrimus, tum denique multis pœnitentiæ exercitiis præclarus: ſancto fine quieuit apud Conuentum Ioannis Regum Toleti, qui eſt 1. Prouinc. Caſtellæ, vti refert Salazar lib. 3. Chronic. eiuſdem Prouinciæ cap. 12.

Beati Andreæ, Confeſſoris. f] Iuuenis Religionem Seraphicam intrauit: erat præclari ingenij, & bonæ indolis. Litteris & ſacræ Theologiæ egregiā quidem operam nauauit, ſed in virtute amplius profecit, magno cùm exemplo humilitatis, mortificationis, & totius perfectionis. Factus prædicator, ſic eleganter, facundè, ac efficaciter concionabatur, vt vix parem in eo dicendi genere habuerit. Paupertati addictiſſimus erat, & parcus in veſtitu, victu, ſomno, verbo, &c. ſed largus in ſcientiarum ſtudio, & orationis tempore. Quotidie diſciplinis corpus flagellabat: poſt Matutinas, genuflexus perſeuerabat in oratione. Miſſæ ſacrificium multa cum pietate celebrabat; quo peracto, in cellam ſe recipiebat, aſſiduè lectioni, & ſtudio vacans. Debitum mortis ſoluit apud Conuentum Dominæ noſtræ de Angelis (qui eſt 7. Prouinciæ S. Ioſephi,) propè oppidum Gadafalſum, Hiſpanicè *Gadahalſo*: teſte Ioanne à Sancta Maria 2. part. Chronic. eiuſd. Prouinc. lib. 4. cap. 25. ad ann. 1600. quo floruit. §. 7.

B. Hieronyma Monfeltria, Vidua g] Priùs hæc nobiliſſima Heroina nuncupabatur Baptiſta Monsfeltria, Galeatij Malateſtæ, Piſauri Principis amantiſſima coniux; quæ cùm eruditione ac ſingulari eloquentia polleret; erga ſubditos clemens, in pauperes miſericors, erga omnes affabilis, omnium conciliauit beneuolentiam. Monaſterium, ſub titulo corporis Chriſti, Piſauri fundauit ann. 1439. vbi B. Fœlicis Medæ, Abbatiſſæ, ſolemnes curauit celebrari exequias, ann. 1444. poſt aliquot verò annos à viri diſceſſu Fulgineum veniens, in Monaſterio S. Luciæ, habitum Clariſſarum aſſumpſit ann. 1445. deinceps *Hieronyma* vocata. Illic per labores maximos, quibus religioni operam exactiſſimè dedit, pro adipiſcenda cœleſtium vita, ſumma cum humilitate, morum probitate, & exemplo; ex hoc ſæculo migrauit in cœlum, ann. 1447. Multis memorabilibus documentis, & vitæ ſanctitate claruit: relicto magno ſui deſiderio, & virtutis opinione. Ita Philippus Bergomas, De Claris Fœmin. Chriſtianis. cap. 152. Marianus lib. 5. cap. 14. & Wadinghus tom. 5. ſup. ad an 1439. §. 49. 1444. §. 59. & 1447. §. 61. 63. & 64. Iacobillus de SS. Fulginatib. Ludouicus-Iacob. in Bibliotheca Mulierum ſcript. illuſtr. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 8.

Digitized by Google

IDIBVS DECEMBRIS.

IN Salmaſtro Perſidis, Beatorum [a] Antonij & Aldobrandini, Martyrum. Cholleti, in territorio Maleacenſi, Beatorum [b] Martyrum Aymerici, & ſocij eius: qui in perſecutione hæreticorum Caluiniſtarum, capitibus conquaſſatis, victores abierunt in cœlum. Charriarę in territorio Viennenſi, Beati [c] Ioannis de Tellio, Martyris. Ratiſponæ in Bauaria, Beati [d] Bartholdi, Confeſſoris, & Concionatoris celeberrimi: qui ſuis feruentiſſimis concionibus ad populum, innumeras fidelium animas Chriſto lucratus eſt, & ſignis atque portentis, tum virtutibus maximis, glorioſus migrauit in cœlum. In Tuſcia propè Caſtrum Sancti Geminiani, Beati [e] Bartholi, Confeſſoris, Tertiarij: genere, & virtutibus illuſtris. Auriæ, in Hiſpania, Beati [f] Gonſalui Sancheſij, Confeſſoris: qui auitam nobilitatem virtutum ſplendore ſuperans, miraculorum gloria extitit ſublimatus. In Hethruria, non longè à Caſtillione Aretino, Beati [g] Ioannis-Antonij de Parma, Confeſſoris. Apud Sanſeuerinum Apuliæ oppidum, Beati [h] Iacobi à Turrebona, Confeſſoris. Cobilini, in territorio Gneſnenſi, Beati [i] Iuſtini, Confeſſoris: ſummæ ſimplicitatis & humilitatis viri. Bidgoſtiæ in Polonia, Beati [l] Blaſij Lithuani, Confeſſoris: pietate & charitate celebris. Orioli, in Regno Valentię, Beati [m] Bartholomæi à Sancta Marina, Confeſſoris: virtute abſtinentiæ & orationis dono inclyti. Sangri, in territorio Triuentino, Beati [n] Petri de Ferrazano, Confeſſoris: amore in Chriſtum Dominum conſpicui. Athderę in Hybernia, Diœceſis Limiricenſis, Beati [o] Curcæ, Confeſſoris. Liuiæ, in Territorio Legionenſi, Beati [p] Ioannis à Guaza, Confeſſoris: qui in laboribus & vigiliis aſſiduus, patientia & magno ſpiritus feruore donatus erat. Toleti, Beati [q] Franciſci à Sancta Lucia, Confeſſoris: eximiæ ſinceritatis, puritatis, & patientię viri. Senis in Tuſcia, Beatæ [r] Meę, Tertiarię; Religioſiſſimæ fœminæ. Fulginij, Beatæ [s] Innocentiæ Angeli, Clariſſę: vita Regulari, iugi oratione, ac pœnitentię operibus, emicantis.

DECEMBRIS XIII.

§. 1. B*Eatorum Antonij, &c. Martyrum.* [a]] *Salmaſtra*, ſiue *Salmanaſtra* Perſidis, glorioſo Martyrio obierunt, miraculiſque poſt mortem micuerunt: vti teſtantur, B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. ſanctitat. illuſtrib. in Vicaria Orientis. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in Beatis viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1284. §. 2. prior vocabatur *Antonius*, alter verò *Aldobrandianus*, ſeu *Aldobrandinus* de *Amanatis*, vel *Amannatis*, aut *Ammonatis*; Florentinus, ſeu de *Infangatis*. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Non ſolùm in Perſide, Fratres Minores Euangelium diſſeminauerunt: ſed etiam ad Tartaros haud ſemel adierunt. Primùm ab Innocentio IV. miſſi an. 1245. quo tempore, cùm magnus hominum numerus Euágelium admiſiſſet, paulò poſt, plures illuc operarij deſtinati, Multa Monaſteria inſtituta, deniq; res Chriſtiana fœliciter prorſus adminiſtrata eſt. Iterũ deindè, an 1341. à Benedicto X. Pap. duo ex iiſdem miſſi, tanquá Apoſtolici Legati, cũ aliis ſociis adiunctis; qui item accepta ab illo Imperatore promulgandi Euangelij facultate, multa denuò & Templa & Monaſteria, cum diuini cultus propagatione, multaque animarum conuerſione inſtruxerunt. Anno autem 1332. non parua horum manus in Armeniam ipſam miniſtrauit, inter quos præcipuum ferunt R.P. *Gonzalum Sauratum*, Minoritam doctiſſimum, qui tum concionibus, tum pluribus libris in illam linguam conuerſis, multùm profecit. Eodem etiam fermè tempore, & *Paſchalem* inter Medos, & *Gentilem* inter Perſas, verſatos eſſe accepimus. De quibus ſup. ad 24. Iunij, & 5. Septemb. Vide Platum lib. 2. de Bono ſtat. Relig. cap. 30. & Nicolaum à Ieſu Maria, in Apologia perfectionis vitæ ſpiritual. propoſition. 69. poſt Chronica & Annales noſtri Ordinis.

Beatorum Aymerici, & ſocij Martyrum. [b]] Primi §. 2.
tantum meminit Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 16. aitque hunc magna in veneratione haberi, ob vitæ illius ſanctitatem, illuſtreque pro fide Catholica Martyrium ab eo perpeſſum. At Reuerendiſſimus Antiſtes Gonzaga, duos tunc Martyrio coronatos fuiſſe commemorat, tertia parte ſup. in Conuentu Minorum Cholleti, qui eſt 6. Prouinc. Turoniæ Pictauienſ. dicens. *In ſuperioribus vero ſeditionibus Galliæ, anno Domini 1562. demolitus fuit hic Conuentus ab hæreticis: vbi etiam duo Fratres, magna fide, & incredibili conſtantia, pro confeßione Chriſtiana, Apoſtolica, & Romanæ Religionis, crudeliſſimum, ſed tamen glorioſiſſimum finem ſuſtinuerunt.* paſſi ſunt igitur anno 1562. Cholleti apud præfatum

Conuentum, in extremis Epiſcopatus Maleacenſis finibus ſitum; vbi capitibus eorum confractis vii, ac violentia ſclopetariorum hęreticorum, illuſtre fidei teſtimonium præbuerunt.

§. 3. *Beati Ioannis de Tellio, Martyris.* [c] Crudeliſſimè necatus eſt ab hæreticis anno 1567. propè Charrerias: cognominabatur, *de Tellio*, Gallicè, *du Teilh*. Iuxta Picquetum, in Deſcriptione Prouinciæ Burgundiæ, vbi de Conuentu Charriarum, & Wadinghum tom. 6. ſup. ad ann. 1457. §. 71. at Foderetus ibid. vult ipſum fuiſſe vocatum Ioannem de *Sallio*: eratque Guardianus eiuſdem loci, dùm mortem pro Chriſto excepit.

§. 4. *Beati Bartholdi, Confeſſoris.* [d] Vocitatur etiam *Berchtoldus*, ſeu *Berthuldus*, Ratiſponæ natus, clarus integritate vitæ, atque Chriſtianæ eloquentiæ Orator inſignis. Concionator Magnus in diuerſis Germaniæ Prouinciis, in Thuringia, Bohemia, &c. Huius prædicatoris verba vtilia, & magnifica facta, vt alterius Heliæ, peccatores ad Dominum ducebant; nam multos Vngaros conuertit, cùm infideles Cumani multos ſeduxiſſent. Super caput ipſius in Thuringia, à fide dignis Religioſis vtriuſque ſexus, cùm ſecundum morem faceret, plures coronæ fulgidæ videbantur. Tantum autem profecit vniuerſitati tam populi, quàm cleri, vt omnium in cordibus & auribus fuerit admirandus. Sexaginta amplius millia hominum, imo & ad centum millia, eius conciones frequentaſſe, litteris proditur. Hic fœliciter obiit ann. 1272. in Feſto Sanctæ Luciæ Virginis & Marty. Sepultus Ratiſponæ apud Fratres Minores: cuius ſepulchrum adhuc non ſolùm incolis, ſed & Vngaris venerabile eſt. Scribunt de eo Piſanus, ſup. in Prouinc. Argentinenſi, Codex MS. San-Victorianus, ibid. ſup. Gonzaga part. 1. & Toſſinianus, lib. 1. ſup. Wadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1226 §. 61. & tom. 2. ad ann. 1272. §. 16. & ſeq. item in Additionib. ad 1. tom. §. 23. & ad tom. 2. §. 19. Willotus in Athenis Orthodoxis Franciſcan. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Franciſci cap. 3. §. 8. Chronica Saxoniæ MS. ad ann. 1256. & 1272. Andręas, Presbyter Ratiſponenſ. lib. de Monaſteriis Bauariæ, ann. 1251 Henricus Pantaleo part. 2. de viris illuſtrib. German. ad ann. 1262. Annales Steronis, ann. 1250. & 1253. Chronicon Auguſtenſ. ann. 1253. & Schirenſe, eodem anno. Marianus libr. 2. cap. 17. Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ, in Monaſterio Fabarienſi. Poſſeuinus in Apparatu ſacro, vbi de *B. Dauide*, Minorita. Cruſius part. 3. Annal. Sueuic. lib. 2. cap. 12. Author Metropolis Saliſburgenſis pag. 218. Simlerus in Epitom. Bibliothecæ Gneſneri. Picquetus ſup. Cornelius à Lapide Comment. in Num. cap. 14. verſ. 30. Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſ. ad ann. 1253. §. 8. & 1260. §. 20. qui tamen ſub ann. 1253. §. 11. ex Auentino lib 7. Bojor. Annal. vult hunc fuiſſe Dominicanum; ſed egregiè ac doctè refellitur ab Herwarto, in Mantiſſa errorum Bzouij, in ſua Bauaria: Wadingho ſup. & Nitela Franciſcana pag. 12. Radero in Bauaria ſancta pagina 154. De eo Ferrarius in Catalog. Sanctor. die ſequenti.

§. 5. Vnum haud poſſum pertranſire intactum, quod legitur apud Sancti Antonin. parte tertia Chronic. titul. vigeſimo quarto, capite nono, §. ſecundo, hiſce verbis. *Circa ea tempora in Alemannia ſunt Conuentus Minorum multiplicati: & multi Fratres ſanctitate & miraculis ibi claruerunt. Inter quos fuit Frater Bertholdus, egregius prædicator, in Ratiſpona tumulatus. Hic cùm ſemel contra peccatum quoddam prædicaret, valdè deteſtando, & grauitatem oſtendendo; quædam mulier, quæ tale peccatum commiſerat, audiens, verbi ſpiculo ex arcu tantæ virtutis & efficaciæ proſiliente, percuſſa, tanto dolore compungitur, quod ſpiritum exhalauit. Tunc populo ſuper hoc tumultuante, Frater Bertholdus ſilentium imperauit, & omnibus iniunxit, vt orarent; quòd Dominus ſuper hoc beneplacitum ſuum reuelaret. Ipſo igitur, & aliis orantibus, mulier illa mortua reſurrexit, & dixit: quod ad Diuinum iudicium euocata, propter compunctionem magnam, fuerat ab æterna pœna liberata; ſed vt confiteretur peccatum perpetratum, nec confeſſori intimatum, fuerat propterea à mortuis reuocata. Et inter cætera manifeſtauit, quod eadem hora, qua obierat, ſexaginta millia hominum fuerant in diuerſis partibus orbis ex ſæculo euocata, de quibus tantum tres Purgatorium intrauerant, cæteris in infernum ſepultis: excepto vno Fratre Ordinis Minorum, qui per Purgatorium tranſiens ſubitò, acceptis ſecum duabus animabus, quæ ſibi erant confeſſæ, indè cum eis Paradiſum aſcendit.* Eadem referunt Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 15. & 30. & alij.

§. 6. *Beati Bartholi, Confeſſoris.* [e] Hetruſcus natione, ex oppido Sancti Geminiani fuit oriundus: genere & virtutibus illuſtris: ibidem obiit ann. 1300. cuius corpus delatum eſt ad Eccleſiam S. Auguſtini. Tertij Ordinis Seraphici extitit alumnus, Sacerdoſque ſanctiſſimus. Illius Meminerunt, De Buſtis 2. part. Roſarij Quadrageſimal. ſerm. 27. part. 2. Toſſinianus lib. 1. ſupra in SS, Tertiariis Ordin. Minor. Gonzaga part. 1. ibid. & part. 2. in Conuentu 31. Prouinc. Tuſciæ. Wadinghus ſup. ad ann. 1300. §. 4. Ferrarius ſupra idibus Decembris. Latiùs autem Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 24. & 25. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ordin. Salazar lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap 9. Marianus lib. 3. cap. 15. Thielmanſ. tom. 2. Vitar. SS. Seraphic. Ordin.

§. 7. *Beati Gonſalui Sancheſii, Confeſſoris.* [f] Agit de eo Piſanus his verbis. *In loco Auriæ iacet Frater Gonſaluus Sancij, qui fuit nobilis genere, ſed peſſimus latro & homicida; ſed ad Dominum conuerſus, factus Frater Minor, tantæ fuit humilitatis, quòd ſeruiebat leproſis, eorum lauando vlcera; per quem in virtutibus creſcentem, Deus ſigna oſtendit in vita & poſt mortem.* Hæc ille, lib. 1. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. S. Iacobi: quæ iterum reſumit. fruct. 9. & 11. part. 2. ibid. Toſſinianus lib. 1. eadem confirmat: & Wadinghus ſup. ad ann. 1287. §. 18. & tom. 4. ann. 1361. §. 2. & 3. Tacent vero talia ſcelara, Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 3. in Conuentu S. Franciſci Orenſæ vrbis, qui eſt 13. Prouinc. S. Iacobi. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. ſup. lib. 9. cap. 14 & 15. vbi ipſe conuerſionem eius mirabilem latè deſcribit, dùm grauiſſima infirmitate detentus votum emiſit Religionis Seraphicæ, quod ſanus effectus mox adimpleuit, relictis vxore, ac liberis, diuenditiſque omnibus ſuis bonis. In hoc etenim Ordine aſperrimam, ſanctiſſimamque vitam duxit: obiitque ann. 1361. Sepultus *Auriæ*, vulgò *Orenſæ*; in vita & poſt mortem miraculis clarus. Vocitatur autem B. *Gonſaluus*, ſeu *Gundiſaluus*, *Sanchez*, *Sanchius*, & *Sancheſius*. Picquetus ſup. Marieta lib. 17. hiſtor. Eccleſ. Sanctor. Hiſpan. cap. 8.

§. 8. *Beati Ioannis-Antonij, Confeſſoris.* [g] Huius in oratione aſſiduitas mirabilis prorſus extabat: obiit omnium

Digitized by Google

nium genere virtutum ornatus, ſepulturamque nactus eſt in Conuentu S. Chriſtophori Caſtellionis Aretini, qui eſt 16. Prouinc. Tuſciæ. Vide Gonzagam ibidem part. 2. ſup. Florebat ann. 1440. Wadinghum tom. 5. ſup. ann. 1427. §. 22.

§. 9. *Beati Iacobi, Confeſſ.* [h] Piiſſimus Sacerdos extitit, ſuæque profeſſionis atque ſtatus zelantiſſimus; diem clauſit extremum in Conuentu S. Bernardini, oppidi S. Seuerini, qui eſt 9. Prouinc. S. Angeli. Ita Gonzaga ibid. part 2. ſup. Claruit ann. 1455.

§. 10. *Beati Iuſtini, Confeſſ.* [i] Mira ſimplicitate, atque profundiſſima humilitate exornatus erat: cui Chriſtus paulò antè mortem apparens, bono animo eſſe præcepit, quandoquidem ſe in exantlatorum laborum præmium habiturus eſſet. Eius oſſa honeſto tumulo excepta ſunt in Conuentu Cobilineuſi, qui eſt 6. Prouinc. Poloniæ: vti refert Gonzaga ibid. part. 2. ſup. obiit ann. 1418. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1428. §. 3. ex Chriſtophoro Varſenico, in Catalog. SS. Polon. Item tom. 6. ann. 1456. §. 256. & tom. 7. ad ann. 1483. §. 38. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap 31.

§. 11. *Beati Blaſij, Confeſſ.* [k] Vir fuit deuotiſſimus, atque ſimpliciſſimus, profeſſione laicus, qui & propriis manibus maiorem conſtruxit partem Conuentus Bidgoſtienſis, in quo tandem peſte correptus, obiit ann. 1497. Memoratur à Gonzaga ſup. in eo Conuentu, qui eſt 22. Prouinc. Poloniæ part. 2. Vvadingho ſup. tom. 7. ad ann. 1480. §. 31.

§. 12. *Beati Bartholomæi, Confeſſ.* [l] Laicus erat profeſſione, ſed eximiæ ſimplicitatis, abſtinentiæ, orationis & charitatis: ſancto fine mortuus eſt Orioli, vulgò, Orihuelæ, in Conuentu S. Annæ, & ob ſingulares eius animi dotes, in maiori Sacello, iuxta locum pronuntiandæ Epiſtolæ deputatum, honorificentiſſimè ſepultus eſt. Agit de eo Gonzaga in hoc Conuentu, qui eſt 11. Prouinc. Carthaginenſ. part. 3. ſup. Rapinæus, infra, Decad. 8. part. 1. §. 9. Vvadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1460. §. 50.

§. 13. *Beati Petri, Confeſſ.* [m] Floruit circa ann. 1510. Laicus profeſſus, ſanctitate vitæ notiſſimus: qui adhuc viuens, ſanctiſſimo Chriſti Saluatoris colloquio, ob eius inclytas virtutes, dignari meruit. Moritur, ſepeliturque in Conuentu S. Mariæ Magdalenæ Sangrenſis oppidi, qui eſt 22. Prouinc. S. Angeli. Scribit de eo idem Gonzaga in hoc Conuentu, ſupra part. 2.

§. 14. *B. Curca, Confeſſ.* [n] Vixit hic Frater Laicus magna ſanctitatis opinione, obiitque ſanctiſſimè hac die, anno 1532. iuxta MSS. Hybernica: & Vvadinghum tom. 6. ſup. ad ann. 1464. §. 53.

§. 15. *Beati Ioannis à Gnaza, Confeſſ.* [p] Religioſiſſimus Laicus erat, atque omnibus nominibus ſummè laudandus: nam & in laboribus indefeſſus, in ieiuniis, oratione, atque vigiliis aſſiduus, in charitate ad Deum & proximum feruidus, in aduerſis patientiſſimus, conſtantiſſimuſque, atque Regulæ à ſe profeſſæ obſeruantiſſimus, zelantiſſimuſque extitit. In cuius rei teſtimonium Deus Optimus Maximus Taurinum quendam ciuem graui moleſtaque paralyſi laborantem, ad contactum eius corporis antequam ſepulturæ traderetur, integræ reſtituit ſanitati. Exceſſit è vita ann. 1580. Liuiæ, ſiue Auiæ, vulgò *Villalon* in Conuentu S. Mariæ de Ieſu, qui eſt 26. Prouinc. S. Iacobi. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 37. Rapinæo in Hiſtor. general Origin. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 4. Vvadingho tom. 6. ſup. ad ann. 1470. §. 1.

Beati Franciſci, Confeſſ. [q] Religioſus fuit deuotiſſimus, ſinceritatis & puritatis amator: ſemper in choro, ſeu in oratione, vel ſcriptione, qua multùm excellebat, occupatus. Animam ſanè gerebat ſanctam, diuini amoris plenam, caſtam, & ingenuam, vitij aut malitiæ omninò expertem. Honeſtiſſimus erat, vir vtique facie Angelicus, & caſtitate conſpicuus; patientia etiam enituit in ſua grauiſſima infirmitate. Pie obiit die S. Luciæ Virginis & Martyris, (cui deuotiſſimus erat) ſicut inſtanter optauerat; quæ quidem B Virgo etiam illi tunc apparens, ingenti conſolatione ipſum repleuit: nam eo die natus eſt, habitum Religionis ſuſcepit, profeſſionem emiſit, ac tandem fœliciter vitæ curſum confecit. Sepulturam nactus eſt apud Conuentum S. Ioſephi, propè Toletum, qui eſt 25 Prouinc. S. Ioſephi. Vide Ioannem à S. Maria part. 2. Chronic. eiuſdem Prouinc. lib. 4. cap. 7. ad ann. 1590. quo florebat. §. 16.

Beata Mea, Tertiaria. [r] Virtutibus plena fuit hæc pia & miraculoſa fœmina, ex tertio Ordine Minorum: cuius corpus conditum eſt in Eccleſia Seruitarum Senenſ. Teſte Gonzaga 1. part. ſup. in BB. Fœminis 2. ac 3. Ordin. Seraphic. Vvadingho tom. 2. ſup. ad ann. 1289. §. 39. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. De Buſtis 2. part. Roſarij Quadrageſim. concion. 27. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 17.

Beata Innocentia, [s] Patria Tudertina, & Clariſſa Religioſiſſima extitit: prouecta ætate, ſuſcepto habitu in Monaſterio S. Luciæ Fulginatis, decreuit per viam mandatorum Domini celeriter currere, & quam feriò aggreſſa eſt, vitæ regularis perfectionem, velociter adipiſci; tarditatem acceſſus, ſpiritus feruore compenſatura. Abducta procul à terrenis, mente ſemper cogitabat cœleſtia: in oratione etiam aſſidua: ſingulis diebus veneris; ad ſanguinem vſque ſe caſtigabat, hortabaturque ſodales, vt Chriſto ſanguinem pro nobis innocenter ſpargenti, quem ab eo acceperunt, redderent lætanter. Denique circa ann. 1476. ætatatis ſuæ, centeſimum quintum, ex humanis ſublata, morientis anima, viſa eſt in cœlum ferri in ſimilitudine ſplendidiſſimæ infantulæ. Agunt de ea Iacobillus de SS. Fulginatib. pag. 249. & Vvadinghus tomo ſeptimo ſup. ad ann. 1476. §. 51. §. 18.

Digitized by Google

DECIMONONO KALENDAS IANVARII.

TArbię, in Gallia, Beati [a] Dominici Baraldi, Martyris: qui dùm per Aduentum ſacris concionibus intenderet, ab hæreticis Martyrij palma, pro fidei Catholicæ defenſione, laureatus euaſit. Corizopiti, in Britannia Armorica, Beati [b] Ioannis, cognomento Diſcalceati, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci Diſcipuli: ſignis & virtutibus ſpectabilis. Venetiis, Beati [c] Chariſſimi, Confeſſoris: vitæ ſanctitate conſpicui. Polę, in Iſtria, Beati [d] Othonis, Confeſſoris: gloria miraculorum celeberrimi. Bettonij, in Vmbria, Beati [e] Incogniti, Confeſſoris. Marchenæ, in territorio Hiſpalenſi, Beati [f] Ioannis à Tauira, Confeſſoris: qui mira humilitate, abſtinentia, & oratione extatica floruit. Tullucę, in territorio Mexicano, Beati [g] Andrææ à Caſtro, Confeſſoris: qui ſcientia, & verbo prædicationis, atque ſummis virtutibus præclarus, ſtrenuè laborauit in Indiis Occidentalibus conuertendis ad Chriſtum. Roſarij, in Caſtella, in margine Tietaris fluminis, Beati [h] Franciſci Vellonis, Confeſſoris: oratione, humilitate, & dono lachrymarum exornati. Alcaudetę in Bætica Regione, Beatę [i] Ludouicę à Sandonal, Virginis: quæ vigiliis, orationibus, & carnis macerationi vacans, ſancto fine quieuit.

DECEMBRIS XIV.

§. 1. BEati Dominici Beraldi, Martyris. [a]] Martyrium paſſus eſt ann. 1577. per manus hæreticorum, dū in ciuitate Tarbienſi, per Aduentum ſacras ad populum haberet Conciones. Vide Gonzagam 3. part. Origin. Seraphic. Relig. in Conuentu Mirandano (qui eſt 9. Prouinc. Aquitaniæ recentior.) cuius erat alumnus. Wadinghum tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1283. §. 12. Barezzum 4. part. Chronic Minor. lib. 7. cap. 26. qui tamen in multis corrigendus eſt. Vt patuit ſup. ad 17. Martij. Daçam ibidem lib. 3. cap. 58. ad ann. 1567. Grauinam in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 2. *Beati Ioannis Diſcalceati, Confeſſ.* [b]] Miſſus fuit à Seraphico Patre Sancto Franciſco in Gallias, floruitque vitæ ſanctitate apud Britanniam Armoricam; obiit autem in Conuentu Sanctæ Mariæ Magdalenæ Corizopitenſi, & in Sacello Diui Antonij extat eius ſepultura, craticulis ferreis circumſepta; vbi capitis dolore diuexati, ſanitatem conſequuntur ad illius tumuli contactum. Ita Gonzaga 3. part. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 21. Prouinc. Turon. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1231. §. 40. Albertus Magnus in Hiſtoria Britanniæ Armoricæ, pag. 718. & 730. die ſequenti.

§. 3. *Beati Chariſſimi Confeſſ.* [c]] Patria Clodienſis erat, & ingentibus virtutibus maximiſque miraculis emicuit; cuius ſacrum corpus Venetiis iacet. De eo agunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minoribus, Prouinc. D. Antonij, ſanctitat. illuſtrib. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 44. §. 3. ad ann. 1340. Gonzaga 1. part. ſup. in BB. viris huiuſce Ordinis. Toſſinianus lib. 1. Vvadinghus ſupra tom. 1. ad ann. 1225. §. 24. & tom. 3. ad ann. 1305. §. 3. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 4. *Beati Othonis, Confeſſ.* [d]] Hic quamplurimis fulſit miraculis: quorum copiam recenſent Piſanus ſup. in Prouincia Dalmatiæ. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſis lib. 9. ſupra cap. 10. §. 2. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Religion. Gonzaga ſup. Florebat ann. 1350. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1241. §. 26. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 55. ex Creſcentio in Dialogo. Mariano lib. 2. cap. 15. Bernardo à Beſſa. Picqueto ſup.

Beati Incogniti, Confeſſ. [e]] Eius corpus aſſeruatur apud Patres Conuentuales. Memoratur à Toſſiniano lib. 1. & 3. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 9. eumque puto, quem *Nicolaum* vocat Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1267. §. 19. §. 5.

Beati Ioannis à Tauira, Confeſſ. [f]] Luſitanus erat natione: cuius humilitas, oratio, & abſtinentia tanta fuit, vt vix exprimi queat, quapropter dulciſſimis ſuauibuſque raptibus frui, etiam in hoc mundo, meruit: & maximam ſanctitatis famam moriens in Conuentu Sanctæ Eulaliæ, Marchenæ, omnibus reliquit. Teſtantur Gonzaga part. 3. ſup. in eod. Conuentu, qui eſt 7. Prouinc. Bæticæ. Barezzus ſup. lib. 3. cap. 48. ad ann. 1545. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1428. §. 10. §. 6.

Beati Andreæ à Caſtro, Confeſſ. [g]] Burgis Hiſpaniæ naſcitur nobilibus parentibus, illicque habitum Seraphici Ordinis ſuſcepit: ſacris litteris operam dedit, atque in Religione admodùm profecit. Exindè Salmanticam profectus, ſtudiorum cauſa, mox Hiſpalim peruenit: vbi conſcenſo nauigio, in Indiam Occidentalem traiecit ann. 1540. animarum zelo incenſus. Et vt vineæ iam luxurianti colendæ ac putandæ ſe pararet, mira facilitate Mexinam atque Matlazingitam didicit linguam; iiſque inſtructus, ita feruebat, vt ſingulis Dominicis, ac ſacris feriis, tertio diuerſoque idiomate, diſcretiſque lingua & regione populis confluentibus, prædicaret. Quos prouentus culta à ſe vinea Chriſti tulerit: quot ſimulachra Deorum confregerit, lucos euerterit, Templa ſupremo Numini extruxerit, effatu eſt impoſſibile; abſtinentię; & paupertatis amantiſſimus extitit. Plura edidit opuſcula, inſignis ſui ingenij monimenta. Denique anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Tubucanum vel Tubulcanum, ſeu Tullucanum Conuentum ſuo buſto exornans, & ſuauem §. 7.

ſanctimoniæ

ſanctimoniæ odorem ſpirans, ceſſit è viuis. Agunt de eo Gonzaga parte 4. ſupra in præfato Conuentu, qui eſt 31. Prouinciæ Sancti Euangelij. Barezzus ſupra lib. 7. cap. 26. Willotus Athenarum orthodoxarum Franciſcan. littera *Andreas*. Rapinæus in Hiſt. general. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 3. Marian. lib. 2. cap. 35. Chronic. Refformat. Daça 4. part. Chronic. Minor. cap. 30. ex aliis. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 8. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* h] Religioſus extitit ſuæ Regulæ & profeſſionis obſeruantiſſimus, multa ſanctitate, exornatus exemplaris, taciturnus, obediens, & admodum humilis. Solitudini, orationi, & contemplationi iugiter intentus erat, nonnunquam etiam Canticis ſpiritualibus in laudem Dei & Virginis vacabat. Dono lachrymarum ſic potiebatur, vt ſacrificium Miſſæ haud poſſet celebrare, niſi copioſiſſimis lachrymis illud irrigaſſet. Cûmque triginta tribus annis Deo fideliter in Ordine noſtro inſeruiſſet, ſanctiſſimè moriendo cœleſtia petiuit. Sepulturam nactus eſt in Conuentu Dominæ noſtræ de Roſario, qui eſt 4. Prouinciæ Sancti Ioſephi, vti refert Ioannes à Sancta Maria 2. parte Chronic. eiuſdem Prouinciæ libr. 4. cap. 6. ad annum 1590. quo claruit.

Beata Ludouica, Virginis. i] Patria Cordubenſis erat, quæ carnis macerationibus, vigiliis, orationibus, cæterarumque virtutum incremento, ſedulò intenta: ſanctiſſimè obiit apud monaſterium S. Claræ, Alcandetæ, (quod eſt 9. Prouinc. Granatenſ.) In cuius Eccleſiæ choro ſepulturam nacta eſt, & in eius funere dulciſſimus Angelorum cantus, à circumſtantibus auditus. Hæc Gonzaga ibid. ſup. part. 3. Barezzus lib. 2. cap. 14. ad ann. 1514. & Valerius de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 4. cap. 17. Wadinghus tom. 7. ſup. ad an. 1499. §. 40. §. 9.

DECIMOQVARTO KALENDAS IANVARII.

OCtaua [a] Immaculatę Conceptionis Mariæ Virginis, ſanctiſſimę Deiparæ. In monte Subatio, propè Aſſiſium in Vmbria, Beati [b] Antonij à Fornaya, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis viri. Peruſiæ, Beati [c] Ludouici Theutonici, Confeſſoris, paupertate, oratione, atque caſtitate inſignis: cuius animam cœlos petentem in ipſo tranſitu, vidit Beatus Franciſcus Papienſis. In Scotia, Beati [d] Roberti Creiithij, Confeſſoris: qui Prouincialatus officium bis ſumma prudentia exercuit, & ſanctitate ac miraculis exornatus, ſpiritum Deo reddidit. Populæ de Angelis, in India Occidentali, Beati [e] Ioannis de Alameda, Confeſſoris: qui cùm Religionis obſeruantia, ſanctis moribus, ac verbo prædicationis fulgeret, quamplures Indorum conuertit ad Chriſtum. Apud oppidum Sancti Clementis, in territorio Conchenſi, Beati [f] Didaci à Sancta Maria, Confeſſoris. Romæ Beati [g] Innocentij à Cluſis, Confeſſoris, vita & virtutibus ſpectabilis. Villæ-nouæ, in territorio Giennenſi, Beatę [h] Elizabethæ à Sancta Cruce, Tertiarię, admirandę patientię, continentię, & abſtinentiæ ſororis.

DECEMBRIS XV.

§. 1. OCtaua Conceptionis ſanctiſſima Deipara. a] Solémni ritu celebratur hæc Octaua in toto Ordine Minoritico, tum ob ſingularem deuotionem erga Immaculatam Dei Genitricem, Virginem Mariam: tum ex auctoritate Apoſtolica. Nam ſacro-ſanctum Concilium Baſilienſe, cunctis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, in die feſtiuitatis Conceptionis adſtantibus Miſſarum ſolemniis, centum dies: primis autem vel ſecundis Veſperis totidem: ſermoni verò verbi diuini de ead. feſtiuitate 50. dies, de iniunctis ſibi pœnitentiis, relaxauit an. 1449. At Sixtus IV. Summus Pontifex, ordinauit, quòd omnes & ſinguli fideles, vtriuſque ſexus, qui Miſſam & officium feſti Conceptionis B. Mariæ, cuius initiũ eſt, *Sicut Lilium inter ſpinas*, &c. in ipſo feſto celebrauerint, aut dixerint, vel illius horis Canonicis interfuerint: quoties id fecerint, eandem prorſus indulgentiam conſequantur, quam Vrbanus IV. & Martinus V. & alij Romani Pontifices conceſſerunt illis, qui Miſſam, & Officium, & horas Canonicas, in feſto Corporis Chriſti à primis Veſperis, & per illius Octauam (iuxta Romanæ Eccleſiæ inſtitutionem) celebrant, dicunt, aut Miſſæ officio & horis huiuſmodi interſunt. Quapropter idem Sixtus IV. ſtatuit Octauam de feſto Conceptionis fieri ſolemniter, & officium decantari, ſicut in aliis ſolemnioribus diebus: etiam tempore interdicti (iuxta Bullam Leonis X.) pulſatis campanis & apertis ianuis, excluſis tantum culpabilibus: imò etiã tempore ceſſationis à diuinis. Hæc & plura alia ſume ex Compendio Priuilegiorum Ordin. Minor. verbo, *Conceptio Virginis*. Hieronymo à Sorbo, ibidem in Annotationibus. Roderico tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 57. art. 3. 4. & 5. Carthagena tom. 2. Arcan. Deiparæ lib. 1. homil. 19. §. 2. & tom. 4. lib. 18. homil. 9. Ribadeneira tom. 2. flor. Sanctorum in feſto Conception. Virgin. hac die, & Balighen. in Calendario Virgin. Mariæ.

Beati Antonij à Fornaya, Confeſſ. b] Florebat apud Conuentum in Monte Subatio, (cui carcer Sancti Franciſci nomen eſt, haud longè ab Aſſiſio: eſtque tertius Prouinciæ S. Franciſci) circa ann. Chriſti 1440. Cuius meminerunt Marcus Vlyſſiponenſ. 3. parte Chron. Minor. lib. 1. cap. 7. Vvadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1399. §. 65. §. 2.

Beati Ludouici Theutonici, Confeſſ. c] Vir extitit feruentiſſimus, qui ob eius ſingulares virtutes, preci- §. 3.

FFf

pue verò paupertatem, caſtitatem, diuinique officij zelum, quibus maximè claruit, Deo gratiſſimus fuit; ſui ſtatus amantiſſimus erat, in obedientia perfectiſſimus, & candore animæ præclarus: qui inter orandum inter condenſas arbores à terra abſtractus, atque in altum eleuans, ſæpius à fratribus viſus eſt. Obiit in Conuentu Sancti Franciſci de *Monte*, iuxta Peruſium (qui eſt 4. Prouinciæ Sancti Franciſci) ibique tumulatus eſt, cuius anima tota lucida viſa eſt in cœlum aſcendere, à Beato Franciſcano *Ticinenſi*: Claruit ann. 1450. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi tertia part. ſup. lib. 3. cap. 48. Gonzaga 2. part. Orig. Seraphic. Religion. in præfato Conuentu, qui vocat eum *Teuthonicum* natione, licet Marcus Vlyſſiponenſ. appellet *Heluetium*. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Wadinghus tom. 2. Annal. Min. ad ann. 1291. §. 59. & tom. 6 ad ann. 1451. §. 46. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28.

§. 4. *B. Roberti Creythij, Confeſſ.* d] Hic in ſacra Theologia conſummatiſſimus fuit, licet Doctoratum, vel alium gradum vnquam acceperit: vita exemplari præditus erat, atque Miniſteriatus Prouincialis munere bis laudabiliter functus, ſimilem ſibi in vitæ ſanctitate haud quaquam habuit: vnde tum in vita, tum quoque in morte miraculis clarere meruit. Scribunt de eo Gonzaga 3. part. ſup. in Prouincia Scotiæ. Barezzus 4. part. Chron. Min. lib. 1. cap. 62. Vixit an. 1460. Wadinghus tom. 5. ſup. 1446. §. 17.

§. 5. *B. Ioannis de Alameda, Confeſſ.* e] Prouinciæ Conceptionis fuit alumnus, cum in Indiam traiiciens Occiduam, illic ſuis concionibus, optimiſque exemplis, pinguiſſimos fructus, Dominicum in horreum intulit: plurimiſque Indis ſalutis cauſa extitit. Diem clauſit ſupremum, in Conuentu Sancti Franciſci Populæ de Angelis, qui eſt 38. Prouinciæ S. Euangelij. Sic Gonzaga ibid. part. 4. ſup. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 22. ad an. 1560. Rapinæus in Hiſt. general. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 1. pag. 365. Marianus lib. 2. cap. 40. Chron. Refformat.

§. 6. *B. Didaci, Confeſſ.* f] Augnonij in Conuentu S. Sebaſtiani (qui eſt 26. Prouinc. S. Ioſephi) habitum Religionis ſuſcepit: ſed paulò poſt profeſſionem ex contracto morbo, infirmari cœpit, & nuſquam benè conualuit. Pius admodum erat ac deuotus, & orationi deditus. Necnon patientia & pœnitentia conſpicuus. Scribit de eo Ioannes à Sancta Maria 2. part. Chron. eiuſd. Prouinc. lib. 4. cap. 7. ad ann. 1590. quo vixit. Deceſſit è viuis apud Conuentum S. Franciſci, oppidi S. Clementis, qui eſt 12. Prouinc. Carthaginenſ.

B. Innocentij, Confeſſ. g] Siculus erat natione, Laicus verò profeſſione, qui propter vitæ candorem, & multiplicem virtutum ſplendorē, ſumma in veneratione habitus eſt à Romanis. Deceſſit ann. 1631. hac die, concurrente vniuerſa vrbe, in odorem ſanctitatis, vt defunctum viuo pulchriorem tangerent, oſcularentur, ac venerarentur: apud Conuentum ſancti Petri Montis Aurei, munificentia Galliarum Regis fundati: iuxta MSS. illius domus: & Vvadinghum tom. 6. ſup. ad ann. 1472. §. 82. §. 7.

B. Elizabethæ h] Copioſè de ea ſcribunt Blaſius Laghina in ſuo Memoriali. Marianus lib. 6. cap. 9. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. Ipſa namque profundiſſimæ humilitatis fundamento conſiſtens, conuerſatione propemodum Angelica fuit: rariſſima quoque abſtinentia & continentia. Nam ea quæ dabantur communitati edulia, vix libabat ipſa, ſed aſſeruata, pauperibus diſpertiebatur. Diebus Veneris per an. & vigiliis B. Mariæ Virginis Deiparæ, perinde & longis Quadrageſimis, victitabat ieiunio panis & aquæ: nec erat vllum officium, incommodum, vllumve malum, quod corpori accideret, cuius impulſu ieiunia ſuſtuliſſet. Triginta continuis annis membris debilitata, & clauda: nihilominus pertinaciſſimo gaudio, ſubibat obedientiam Sacriſtæ. Decori Eccleſiæ & Altaris ſummè vacabat, totis verò affectibus meditando & orando, rapiebatur: nec interea ſtrato decumbere viſa, neque lectis iacere comperta fuit: & cùm nec manus ad veſcendum adhibere poſſet, paralyſi quaſi penitùs reſoluta, patientiam tamen huiuſmodi foris oſtendit, vt ne facies quidem doloribus alterata, rugoſa aut quapiam contractione dolens notari poſſet. Tandem, hac die, mundo valedixit, anima inter cœlites indubiè relata: corpus verò humatum eſt in Monaſterio S. Franciſci Villæ-nouæ, quod eſt 11. ProuinciæCarthaginenſis. §. 8.

DECIMOSEPTIMO KALENDAS IANVARII.

Aquis in Gallia, Beati [a] Foraſterij, Confeſſoris: qui ſingulari pietate, obedientia, & paupertate præditus, miraculis quamplurimis glorioſus nunc vſque coruſcat. In Hethruria prope Scarperiam oppidum, Beati [b] Bartholomæi à Florentia, Confeſſoris: qui puritate atque ſimplicitate pollens, integerrimam vitam duxit. Alconcelij, in finibus Caſtellæ & Luſitaniæ, Beati [c] Alphonſi à Manzaneta, Confeſſoris: eximia charitate, patientia, ac ſpiritus feruore, celebris. In Caſtellæ Prouincia, Beati [d] Ioannis Sanchezij, Confeſſoris: dono curationum ſpectabilis. Villæ-Comitis in territorio Braccarenſi, Beatæ [e] Elizabethæ à Sancto Franciſco, Virginis: quæ vita & ſignis admirandis enituit.

DECEMBRIS XVI.

§. 1. Beati *Foraſterij, Confeſſ.* a] Scribit de eo illuſtriſſimus Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Monaſterio Dominicæ Natiuitatis Aquenſi, quod eſt 4. Prouinc. S. Ludouici, qui quamuis tempus, quo floruerit, haud præciſè aſſignauerit, tamē facillimum erit colligere ex ipſius verbis. Sic enim ait. *In præfati Monaſterij Eccleſia quieſcit corpus à ducētis annis, vel circiter, S. P. Foraſterij, quondā Monialiū Cōfeſſ. vir vtiq; mira pietate, ac ſingulari obedientia præfulgens, præcipuè paupertatem Euangelicā coluit, quam velut theſaurū incōparabilem in cœlo reconditū verbo ſimul opere mirificè extollebat. Hic amore Ieſu Chriſti omnia deſpexit,*

Digitized by Google

deſpexit, & Religionem Franciſcanam eſt aggreſſus, ibique magnos progreſſus fecit, & tandem omni perfectione plenus, huic vitæ mortali vltimum valedixit, & honorifico in ſepulchro poſitus fuit: ob cuius merita Deus Optimus Maximus quamplurima, eaque maxima miracula operatus eſt, indieſquè patrat. Licet non ſit Sanctorum catalogo aſcriptus, habetur nihilominus in ſumma reuerentia à fidelibus Chriſtianis. Clauditur eius ſepulchrum ſera fortiſſima, clauesque ſeruant ciuitatis Conſules. Hæc illc. Cui adſtipulantur Barezzus 4. part. Chron. Min. lib. 4. cap. 41. Wadinghus tom. 3. Annal. Min. ad ann. 1337. §. 11.

§. 2. *Beati Bartholomæi à Florentia, Confeſſ.* b] *Mens,* ſiue *Bartholomæus* vocabatur: vir vtique ſimpliciſſimus, & puriſſimus Sacerdos, in quo protoplaſtarum noſtrorum innocentia videbatur renouari, cui etiam auiculæ ad nutum parebant, & ignis quo ſemel cauteriſandus erat in tibia, non ſecus ac Seraphico Patri D. Franciſco contigit, innatum ſibi temperans calorem, leniſſimè vlcus aduſtulauit, ſerpentemque morbum, ne vltra progrederetur, cohibuit. Obiit in Conuentu Nemoris de Mugello, ibique corpus eius quieſcit. Clarebat ann. 1460. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi part. 3. ſup. lib. 8. cap. 33. Gonzaga parte 2. ſupra in dicto Conuentu, qui eſt 14. Prouinciæ Tuſciæ. Wadingho tomo primo ad annum milleſimum ducenteſimum duodecimum, §. quadrageſimo primo, & 1449. §. 15.

§. 3. *B. Alphonſi à Manzaneta, Confeſſoris.* c] De eo id memorabile Chriſtianæ pietatis exemplum profertur. Cùm enim in Italiam triremi Gallica vectus traiiceret, vidiſſetque ibi miſerum quendam hominem ſibi notum ad triremes damnatum; miſericordia (ad inſtar D. Paulini Nolani epiſcopi) motus, quòd ille vxorem cum paruulis reliquiſſet, claſſis præfectum acceſſit, ſibique, quàm humillimè ſupplicauit, vt dimiſſo remige, quòd domui eſſet ſummè neceſſarius, ſe eius loco ſufficere vellet. Cuius ardentiſſimo zelo charitatis commotus præfectus, remigem dimiſit, ſeque rogauit vt apud ſe ſacellani officio functurus, per tantum temporis, quantum illi dimiſſum erat, ſubſiſteret. Quod & lubens ipſe acceptauit, libentiuſque mancipati loco, ſi ei permiſſum fuiſſet, remigaſſet. Expleto autem tempore, dimiſſus, in Hiſpaniam rediit; hancque charitatem vſque ad vltimum vitæ halitum excolens, cum maxima ſanctitatis fama, plenuſque dierum, anno 1569. è viuis exceſſit, ad cœloſquè euolauit: cuius corpus conditum eſt Alconcelij in Conuentu ſancti Gabrielis, qui eſt 14. Prouinciæ ſancti Gabrielis. Hæc ex Gonzaga ibid. part. 3. ſup. item in Prouinc. ſancti Ioſephi. Barezzo ſup. lib. 5. cap. 17. ad an. Chriſti 1570. Rapinæo in Hiſt. general. Origin. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 8. & 11. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 76. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinciæ Sancti Ioſephi lib. 1. cap. 6.

Beati Ioannis, Confeſſ. d] Laicus erat, ſuæ Regulæ zelantiſſimus, & ingentis pœnitentiæ vir. Dono curationum diuinitùs exornatus, innumeros ægros variis infirmitatibus detentos ſanauit; ſola manuum impoſitione, & ſanctiſſimi nominis Ieſu inuocatione, cum nónullis piis orationibus deuotè ab eo recitatis. *S*epultus iacet apud Conuentum Dominæ noſtræ de *Oliua*, qui eſt 13. Prouinciæ Caſtellæ. Ita Salazar lib. 2. cap. 22. Chron. eiuſdem Prouinc. §. 4.

Beata Elizabetha, Virg. e] Claruit circa an. 1560. §. 5. cum maxima autem ſanctitatis fama in Domino obdormiuit apud Monaſterium S. Claræ Villæ-Comitis. Huius vita atque mores omninò mirabiles fuere: in cuius rei teſtimonium Deus plura beneficia, eaque ſtupenda, fidelibus ipſam implorantibus, eiuſque fauorem inuocantibus, ob illius egregia merita, præſtare dignatus eſt. Teſtantur hæc Gonzaga ſupra parte tertia in eo Monaſterio, quod eſt 14. Prouinc. Portugalliæ. Barezzus ſupra libro quarto, capite quadrageſimo, ad annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum quintum. Valerius de Sanctis Fœminis Ordinis Minor. libro quarto, capite quadrageſimo primo. Wadinghus ſup. tom. 5. ad annum milleſimum trecenteſimum decimum octauum, §. quadrageſimo ſexto.

DECIMO SEXTO KALENDAS IANVARII.

APud Calicutum in India Orientali, Beatorum [a] trium Anonymorum Martyrum: à Mauris & Nairis pro Chriſti fide occiſorum, quos ea tellus vti Protomartyres læta ſuſcepit. In Gallia, Beati [b] Nicolai à Lotharingia, Martyris, qui ob veræ fidei confeſſionem, & Catholicæ Religionis defenſionem, ab hæreticis comprehenſus, manibuſque poſt tergum ligatis: ac lingua per medium guttur gladio ſecatum extracta: horribili mortis genere, Martyrium conſummauit. Bononiæ, Beati [c] Franciſci Plateani, Confeſſoris: qui ſcientia, Religione, atque vitæ ſanctitate celeberrimus exiſtens, Nuntij, atque Concionatoris Apoſtolici à diuerſis Summis Pontificibus inſtituti, officio præclarè functus eſt. Vrſuniæ in Aprutio, Beati [d] Chriſtophori Penenſis, Confeſſoris: dono ſanitatum, aliorumque ſignorum admirandorum conſpicui. Beatiæ, in territorio Giennenſi, in Hiſpania, Beati [e] Michaelis Aquilarij, Confeſſoris: ſumma ſimplicitate, vitæ perfectione, & deuotione illuſtris. Roſarij in territorio Toletano ad Tietarim amnem, Beati [f] Petri à Sancta Clara, Confeſſoris: oratione, abſtinentia, & humilitate celebris. Florentiæ, Beatę [g] Conſtantię, Virginis. Vlmeti in territorio Abulenſi, Beatę [h] Ioannę de Sylua virginis, Tertiarię, quę miris pœnitentię operibus iugiter intenta fuit.

Digitized by Google

DECEMBRIS XVII.

§. 1. *Beatorum trium Martyrum.* a] De his agunt Oſorius libro ſecundo Hiſtor. Portugall. ann. 1519. Sedulius Commentar. in vit. Sancti Franciſci capit. 3. §. 8. Gonzaga tertia parte Origin. Seraphic. Relig. in Prouincia Portugalliæ, &4. part. in Prouinc. Sancti Thomæ. Barezzus quarta parte Chronic. Minor. lib. 1. cap. 13. Daça ibidem cap. 44. 45. & 57. Rapinæus, Decad. 5. Hiſtor. general. Origin. Recollector. parte prima, §. tertio. Fabrinus de Iubileo; capite ſexto, vide ſup. ad trigeſimum primum Auguſti, §. vigeſimo ſecundo.

§. 2. *Beati Nicolai à Lotharingia, Martyris.* b] Concionator extitit Prouinciæ Franciæ feruentiſſimus; qui dùm ſemel verbum Dei populo proponeret, tanto impetu contra vitia, deperditoſque mores, maximè verò, aduerſus hæreticos, prædicauit: vt è cathedra diſcedens, abienſque in domum, interceptus ſit ab ipſis hæreticis. Qui mox ligatis poſt tergum manibus ſuper tabulam extenditur, & aperto gutture ac collo, linguam ea via extraxerunt: quo in tormento ſpiritum emiſit. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 58. ann. 1565. Barezzus ibid. part. 4. lib. 7. cap. 5. ad ann. 1573. Gonzaga Orig. Seraphic. Relig. part. 1. vbi de ſacris Martyrib. Ordin. Minor. ſuo æuo ob Chriſti fidem paſſis in Prouinc. Franciæ. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 565. Toſſinianus lib. 2. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Daça ſup. lib. 3. capit. 51. & 57. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 3. *Beati Franciſci Plateani, Confeſſ.* c.] Patria Bononienſis erat, *Plateus*, vel *Plateanus*, ſeu *de Platea*, cognominatus: ſingularis doctrinæ, ſanctitatis atque facũdiæ vir, in diuinis ſcripturis eruditus: & tam in Iure quàm in Philoſophia ſæculari notabiliter doctus, ingenio excellens & concionator egregius: qui ob morum grauitatem, maximamque dicendi vim, Apoſtolicus, per vniuerſam Italiam, Nuntius, atque eiuſdem Sedis Apoſtolicæ prædicator per totũ orbem ab Eugenio IV. Summo Pontifice creatus, inſtitutuſque extitit: quique maximis gratiis, fauoribus, atque priuilegiis, à Nicolao V. Papa, cumulatus eſt. Demùm quampluribus meritis opimus, apud Conuentum S. Pauli *de Monte*, iuxta Bononiam, mortuus eſt, ac ſepultus. Multa opuſcula pretioſo mundoque filo contexuit: quibus nominis ſui memoriã cum laude tranſmiſit ad poſteros. Agunt de eo Trithemius lib. de ſcriptor. Eccleſ. ſub ann. 1410. Gonzaga ſup. part. 1. in viris Ordin. Minor. doctrin. illuſtr. item part. 2. in præfato Conuentu, qui eſt 2. Prouinciæ Bononienſ. Vvillotus Athenar. orthodoxar. Franciſcan. littera F. ann. 1442. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. lib. 1. cap. 43. ad ann. 1427. ait enim eo tempore ipſum Beatum Franciſcum ex Doctore in vtroque Iure, & Magiſtro in Theologia, habitum Religionis ſuſcepiſſe inter Patres Obſeruantes. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1220. §. 17. & tom. 5. ann. 1410. §. 18. & ann. 1427. §. 16. 1440. §. 29. 1444. §. 46. 1445. §. 6. Supplementum Chronic. lib. 14. ad ann. 1406. Geſnerus in Bibliotheca. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 4. *Beati Chriſtophori Pennenſis, Confeſſ.* d] Deuotiſſimus ſimul atque Religioſiſſimus fuit hic Beatus Pater: vitæ ſanctitate claruit Vrſuniæ, in Conuentu Annunciationis B. Mariæ Virginis: vbi & mortuus eſt ac tumulatus. Qui dùm viueret, præmiſſa ad Deum oratione, cui inſtantiſſimus erat, integrã cuidam languenti ſanitatem impetrauit, eademque aliis contulit beneficia; prout atteſtantur Gonzaga part. 2. ſup. in prædicto Conuentu, qui eſt 11. Prouinc. S. Bernardini. Barezzus ſup. lib. 1. cap. 53. ad ann. 1526. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1448. §. 25.

Beati Michaelis Aquilarij, Confeſſ. e] Laicus erat profeſſione, vir deuotiſſimus; & qui à Religionis ingreſſu, imò & à teneris ipſis vngulis Deo fideliſſimè inſeruiuit. Floruit ſanctitate, ann. 1570. Obiitque apud Conuentum S. Franciſci Beatiæ. Eius corpus à ſeptennio ſepultum, cùm fortè effoſſa terra detegeretur, integrum omninò, imputre, atque abſque omni tetro odore inuentum fuit. Quod vt primum Beatianis innotuit, vniuerſa ciuitate ad eius ſepulchrum deuotè concurrente, ab illis vt ſanctus, Deoque carus habitus eſt: plures varioſque in dies, fauores, illius meritis, cœlitùs acceperunt, & in ſuis neceſſitatibus illum inuocantes, potentiſſimum fore apud omnipotentem agnoſcunt. Agunt de eo Gonzaga 3. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 3. Prouinc. Granatenſ. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 35. ad ann. 1580. Vvadinghus ſup. tom. 4. ad ann. 1373. §. 30. §. 5.

Beati Petri, Confeſſ. f] Virtute abſtinentiæ fuit inſignis, pane & aqua Quadrageſimas S. Patris Franciſci excurrebat. Solo, vnicoque habitu, etiam hyemis tempore veſtiebatur, ſemper diſcalceatus incedens: Sibi quidem auſterus, ſed aliis benignus & largus. Humilitate admodùm ſic elucebat, vt dùm Guardianus ſæpiùs eſſet, omnium tamen ſeruum ſe reputaret, ac oſtenderet: amantiſſimè & ſingulari cum reuerentia alloquens ſubditos. Orationi valdè deditus erat, ſomnumque haud capiebat integrum, ſæpiuſque in choro, vel ad gradus maioris altaris. Diſciplinis etiam perpetuo corpus debellabat. Quamdoque infantis Ieſu apparitione dignatus eſt honorari, cum quo & loqui nonnũquam audiebatur. Patientia eius in aduerſa valetudine non modica, aut vulgaris fuit; nil aliud in ore habens, quàm illud Pſalmiſtæ: *Laudate Dominum omnes gentes.* Iacet in Conuentu Dominæ noſtræ de Roſario, qui eſt 4. Prouinciæ S. Ioſeph. Vide Ioannem à S. Maria 2. part. Chronic. eiuſd. Prouinciæ, lib. 4. cap. 30. ad ann. 1600. quo floruit. §. 6.

Beata Conſtantia, Virg. g] Miro ſpiritus feruore efferbuit in propoſito ſeruandæ virginitatis. Obiit ann. 1320. Eius meminere, Dantes Poëta Cantu 2. ſui Purgatorij cap. 4. & cantu 3. Paradiſi cap. 3 Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 1. cap. 54. Marianus lib. 4. cap. 5. Toſſinianus lib. 1. Vvadinghus tom. 3. ann. 1320. §. 4. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. §. 7.

Beata Ioanna, Virg. h] Hæc in iuuentutis flore, de ſua pulchritudine vanè glorìata; pœnitentiæ excita ſpiritu, vultum fœdauit, corpuſque macerauit. Multis verberibus inflictis, quotidiè terram ſanguine rigabat: brachia ferreis craticulis, & collum circulo ſtringebat. Ad dorſum, crucem crebris clauorum aculeis aſperrimam, ſuper nudam carnem ferebat. Pane ſolo & aqua anni partem tranſigebat. Hora tertia, poſt mediam noctem, exurgens, in oratione vſque ad prandium perſeuerabat: & ab hora quinta poſt meridiem, vſque ad Nonam. Pauperem vnum impenſo quotidiè cibo perpetuò alebat: cuius pedes ſæpè deoſculabatur. Multos autem egenos in Feſtiuitatibus Beatæ Mariæ Virginis, cibo §. 8.

potuque

Digitized by Google

potuſque recreabat. Obiit ann. 1617. virtutibus illuſtris, prout ſcripta referunt MSS. monimenta monaſterij S. Eliſabeth de Ieſu Areuali, quod eſt 34. Prouinciæ Conception. Virg. in Hiſpania: Vbi requieſcit: & Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1496. §. 30.

DECIMOQVINTO KALENDAS IANVARII.

VIriæ in territorio Baiocenſi, Beati [a] Oliuerij Iuliani, Martyris. Legnani, in Inſubria, Beati [b] Leonis, Mediolanenſis Archiepiſcopi: ſtrenuæ ſanctitatis, & admirandarum virtutum viri. Pennafelij in territorio Palentino, Beati [c] Petri à Villacretio, Confeſſoris: qui cùm eruditione, vitę auſteritate, atque ſumma Religione floreret, Regularis obſeruantiæ, primus omnium fundamenta in Hiſpania iecit, atque virginitate perpetuò ſeruata, ſanctiſſimè in Domino obdormiuit. Hiſpali in Hiſpania, Beati [d] Ioannis de Salazar, Confeſſoris: mira vitę integritate, dicendi facundia, & pręcipuarum prærogatiua virtutum, ſpectabilis. In India Orientali, Beati [e] Petri Boniferri, Confeſſoris: qui Peguſianis, Talapoidibus, aliiſque Barbaris & efferatis Gentibus Euangelium ſtrenuè prędicauit. Mexici, Beati [f] Franciſci à Corumnia, Confeſſoris, qui vitę integritate, & ſingulari in proximum charitate emicuit. In territorio Toletano, Beati [g] Bartholomęi à Sancta Anna, Confeſſoris; qui prouinciæ Sancti Ioſephi ſanctiſſimè præfuit, & virtutibus plurimùm refulſit. Lorcæ, Beatarum [h] Franciſcæ, & Beatricis Virginum, ac Munueræ, viduæ: quæ tertio Ordini addictæ, Chriſto ſanctè ſunt famulatæ.

DECEMBRIS XVIII.

§. 1. BEati Oliuerij, Martyris. a] Hic ferè ſeptuagenarius (cùm vitam ageret in Neuſtria inferiori, apud Conuentum Virienſem, qui eſt 19. prouinc. Franciæ Pariſ.) ab hæreticis captus, & in Confeſſione Romanæ Eccleſiæ perſeuerans, variis excruciatus tormentis Martyrij curſum abſoluit. Illius meminere Gonzaga part. 1. in ſacris Martyrib. Ordin. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, in præfata prouincia. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chron. Min. lib. 9. cap. 59. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholic. pag. 364. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſiæ lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciſcan. & Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. ab eo vocatus Oliuerius de *Sancto Iuliano.* Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Aurelianenſ. Fernandus lib. 3. Hiſt. Eccleſ. cap. 19. Daça 4. part. Chron. Min. lib. 3. cap. 51. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§. 2. *Beati Leonis Archiepiſcopi Mediol.* b] Nuncupabatur Beatus Leo *Valuaſorius* à familia, aliàs de *Perago*, à Loco natiuo, Archipræſul digniſſimus, & de Religione noſtra Seraphica optimè meritus, cuius inſtituti iam pridem fuerat alumnus: moriens autem præcipuam Legnani Pagi (ad decimum lapidem à Mediolano, verſus Vareſium) Eccleſiam ſibi elegit in ſepulturam. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. Conform. fruct. 8. part. 4. in Fratribus Minor. Pontific. item ibid. part. 2. & fruct. 11. part. 2. in eiſdem Fratribus Prouinc. Mediolanenſ. ſanctit. illuſtr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pariſienſ. ibidem. De Buſtis 2. part. Roſarij Quadrageſimal. concion. 27. Marulus lib. 4. Hiſtor. ſacrar. Religion. Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. in Archiepiſcop. & BB. viris huiuſce Ordinis: item. part. 2. in Conuentu 1. & 14. Prouinciæ Mediolanenſ. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in 1. & 3. Ordin. Minor. item lib. 2. vbi de Epiſcop. Franciſcan. ann. 1240. Willotus Athenar. orthodoxar. Franciſcan. verb. *Leo de Perago.* Wadinghus tom. 1. Annal. Min. ad ann. 1212. §. 55. & tom. 2. ad ann. 1256. §. 45. Item tom. 5. ann. 1432. §. 30. & tom. 7. ad annum 1489. §. 25. ex Morigia in Sanctis Mediolanenſ. cap. 4. Picquetus ſup. Ioannes de Torres in Practicis exhortationibus ſuper Regulam Tertiariorum fol. 37. pag. 1. De Sillis in cap. 1. eiuſd. Regul. Salazar. lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtell. cap. 30. & Panſa, in vita Innocentij 4. ſcribens ipſum B. Leonem ann. 1252. inquiſiuiſſe in miracula B. Petri Veronenſ. paulò antea ab hæreticis occiſi.

Beati Petri à Villacretio, Confeſſoris. c] Hiſpa- §. 3.
nus fuit natione, Prouinciæ Caſtellæ alumnus, & ſacræ Theologiæ Magiſter; cùm in pauperiorem, auſterioremque vitam inhians, quoddam ſpecu propè oppidum Sancti Petri de *Arlanza*, ex Superiorum licentia, petiit: ibidemque per viginti annos continuos, in ſumma paupertate, rigiditate, atque pœnitentia perſeuerauit: vigiliis, ieiuniis, carnis macerationi, & orationi iugiter intentus. Illud ſemper alta mente reuoluens, qualiter Franciſcanum, iam ſummè in Hiſpania, à primæua ſui inſtitutione, collapſum Ordinem, eo, vnde deflexus videbatur, reducere, ac priſtino nitori reſtituere poſſet. Tandem, diuino repletus ſpiritu, ſummoque feruore accéſus, ſpecu egreſſus, in Eremitorium Virg. Mariæ, Deiparæ, de *Saliceto*, inter medios fines oppidorum Tendiliæ, atque Pennafelij, Diœceſis Toletanæ, incidit: quod apprimè contemplatus, illud, tanquam tanto negotio peropportunum, ſibi, ſuiſque aſſeclis, ſumendum cenſuit, non ann. 1376. ſed 1397. quo, Conuentum à fundamentis erexit, & Franciſcanæ Regularis obſeruantiæ prima ſemina inibi iecit. Quæ adeò excreuerunt, vt eorum fructus, non ſolùm ad reliquas Hiſpaniæ Prouincias dimanarint: ſed & ipſos Antipodas ſua dulcedine repleuerint.

Inde ad Conſtantienſe Concilium, licet ſenio confe- §. 4.
ctus, accedens, ab eo, pro pullulante illa Religionis

Seraphicæ plantula, priuilegia Gallis Obſeruantibus conceſſa, retulit: inſuper & à Summo Pontifice Martino V. impetrauit, vt in duobus Conuentibus Aquilariæ & Tribuli, à ſe extructis, ſtatuta à Seraphico Patre D. Franciſco, Conuentui *S. Mariæ de Angelis* olim præfixa, deinceps obſeruarentur. Quibus omnibus ſuauiter diſpoſitis, Neophytum gregem ſuo ſucceſſori, atque chariſſimo Diſcipulo Beato Petro *Pinciano*, committens, in Conuentu Pennafeliano diem vitæ ſupremum egit, quem & in ipſomet Conuentus ingreſſu prædixerat, inquiens: *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi*: cuius corpus conditum eſt honorificè intra alabaſtrinum ſepulchrum. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 1. cap. 10. & lib. 2. cap. 27. Gonzaga 1. part. ſup. vbi de ortu Regularis Obſeruantiæ apud Hiſpanos; & BB. viris huiuſce Ordin. item part. 3. in Prouincia Caſtellæ, & Conuentu 1. eiuſd. & 6.7.8. item in Prouinc. Conceptionis, & Conuentu 6.16.17. Toſſinianus lib. 2. ſup. Picquetus ſup. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1376. §.17.18. &c. ann. 1387. §.4. item tom. 5. ann. 1404. §.14. 1415. §.28. 1421. §. 16. 1422. §. 1. quo obiit. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 20. Ioannes à Sancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph lib. 1. cap. 4. Salazar. lib. 1. Chronic. Prouinc. Caſtellæ cap. 6. 33. 34. & lib. 3. cap. 12. lib. 4. cap. 5. & 8.

§. 5. *Beati Ioannis de Salazar, Confeſſ.* d] Florebat circa ann. 1540. vir quidem grauis, doctus, nobilis, atque ſui ſtatus zelantiſſimus: cuius eruditionis atque dicendi energiam, necnon vitæ integritatem omnes admirabantur. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Sancti Franciſci Hiſpalenſi, qui eſt 1. Prouinc. Bæticæ. Barezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 25. Wadinghus tom. 2. ſup. ann. 1260. § 54.

§. 6. *Beati Petri, Confeſſ.* e.] Gallus erat natione, in Indiamque Orientalem traiiciens, vſque Goam vnà cum Beato Petro *Paſchaſio*, peruenit. Verùm ardentiori flamma ſuccenſus, & ſaluandarum animarum zelo ductus, Pecuacam, ciuitatem, Regni Peguſiani, petiit; atque Luſitanis mercatoribus admixtus, maximam familiaritatem cum Talapoidibus, cõtraxit, qui ſunt veluti ſacrificuli illius patriæ. Horum linguam breuiſſimo temporis ſpatio apprimè deuicit; vndè frequentes diſputationes, tum de eorum erroribus atque ſuperſtitionibus, tum quoq; de Chriſti fide ad ſalutem neceſſariam, deque Chriſtianis myſteriis, habuit: quem illi Talapoides, patienter audiebant, maximéque quòd vxorem reſpueret, pecunias omninò contemneret, &c. venerabantur. Interim ſummus Talapois, Beati Petri patientiæ periculum facturus, pluribus iuuenibus, vt eum propriam domum petentem in medio foro, ceſpitibus, atque lapidibus laceſſerent, præcepit. Ille verò pedem è veſtigio figens, manibus complicatis, atque ad pectus iunctis, tectoque capite, lapides ad ſe veniẽtes, hilari vultu, promptiſſimeque animo excepit. Quod ſacrificulus ille ſummoperè admiratus, iuuenibus, vt à cæpto abſtinerent, imperauit: domumque regreſſus, veniam precatus eſt, iuuenculorum petulantiæ id adſcribens Tandem B. Petrus poſt expletum biennium à Prouinciæ Sancti Thomæ Prælato euocatus, hiſce infidelibus valedixit: & Peguanam vrbem rediit. Memoratur à Gonzaga 4. part. ſupra in Collegio Aquazaimico, quod eſt 6. prædictæ Prouinc. Maffeio lib. 16. Hiſtor. Indic. ſub fin. ad ann. 1556. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 56. & Wadingho tom. 6. ſup, ad ann. 1471. §. 31. qui vult inibi Martyrium ſubiiſſe.

Beati Franciſci, Confeſſ. f] Sanctitatis memoriam reliquit in Indiæ Occiduæ partibus: quippe qui multis ante mortem annis, peculiari Dei beneficio, à cunctis ſenſualitatis motibus liber euaſit. Poſt obitum, corpus illius ſuauiſſimum ſpirauit odorem; carnes autem illius molles, ac tractabiles, inſtar infantis erant. Præter hæc ingenti pœnitentia ferbuit, & zelantiſſima in proximum charitate. Sepultus eſt in Conuentu S. Franciſci, Mexici. Agunt de eo Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 9. cap. 10. Marianus lib. 2. Chronic. ſtrictior. obſeruant. Reformat. cap. 39.

Beati Bartholomæi, Confeſſ. g] Ex ſancti Gabrielis Prouincia, tranſiit ad eam, quæ nunc eſt S. Ioſeph, §. 7.
fuit ſocius BB. Paſcalis *Baylon*, & Petri de *Alcantara*, quorum virtutes ad amuſſim imitatus eſt: ſed maximè eius patientia enituit in ſufferendis tot aduerſis contra Reformationem ſuſcitatis ab æmulis. Bis electus in Prouincialem Miniſtrum, ſubditos rexit ſingulari cum prudentia, charitate, & zelo ſtatus Regularis. Humilitate plurimum pollebat, qua veluti nouitius, erga omnes ſe gerebat: & cunctis vilioribus officiis ſe vltrò mancipabat. Orationi inſtanter vacabat, & contemplationi, ſolitudini, atque ſilentio animum dabat. Ciborum parſimonia admodum delectabatur, parumque ſomno indulgebat. Caſtimoniam excolebat aſſiduè, quam veluti donum ſibi cœlitùs collatum, ſedulò ſeruabat. Demùm meritis præclarus, ad æternas Beatorum ſedes glorioſus perrexit. Vide Ioannem à Sancta Maria part. 2. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 4. cap. 11. ad ann. 1590. quo florebat.

Beatarum Franciſcæ, & ſociarum Virginum. h] B. §. 8.
Franciſca, duas germanas ſorores, *Mariam & Beatricem*, ſocias in Monaſtica obſeruantia, habuit, ſub tertio inſtituto S. Franciſci, cognominabatur autem à *Gerao*. Quibus ſe adiunxit Beata *Munnera*, honoratiſſima matrona, vidua: quæ ſimul Chriſto, tanto ſpiritus feruore, tantaque vitæ perfectione, ſunt famulatæ: vt cæteris virtutum ferè omnium ſpecimen præbuerint, & à Deo ſignis ac portentis fuerint meritò illuſtratæ. Floruerunt circa ann. 1520. Illarum meminerunt Gonzaga in Monaſterio S. Magdalenæ, vbi ſepultæ iacent (quod eſt 13. Prouinc. Carthaginenſ. in Hiſpania) part. 3. ſup. Marianus lib. 6. ſup. cap. 20. ex Blaſio Laghina in ſuo Memoriali. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

DECIMOQVARTO KALENDAS IANVARII.

SAlmurij in territorio Andegauenſi, Beati [a] Guillelmi Cunctiuij, Martyris: ob fidem Catholicam ab hæreticis interempti. In Burgundia, paſſio Beati [b] Pauli Vacellatoris, qui omnem hæreticorum crudelitatem expertus, tormento in eius os exploſo, æternam Martyrij coronam eſt conſequutus. Ribadei in Gallicia, Beati [c] Anonymi, Confeſſoris, Seraphici Patris Sancti Franciſci ſocij: meritis & virtutibus prçclari. Item, Beati [d] Prodri, Confeſſoris. Maceratæ in Picœno, Beati [e] Iacobi à Caniana, Confeſſoris: oratione ac pietate, inſignis. In Prouincia Colonienſi, Beati [f] Ioannis de Ponte, Confeſſoris: ingentis feruoris, & auſteritatis viri. In territorio Piſtorienſi, Beati [g] Georgij Græci, Confeſſoris. Louanij, in Belgio, Beati [h] Martini Vanderi, Confeſſoris: vita & eruditione conſpicui. Guadalfagiaræ in Xaliſcis, Beati [i] Antonij Segobienſis, Confeſſoris, & Concionatoris egregij: qui humilitate, caſtimonia, paupertateque exornatus, pluries Prouincialatus ac Commiſſariatus munia præclarè exercuit: Indorumque ſalutem ſummoperè expetens, & vſque ad extremum vitæ pro Euangelio laborans, plenus dierum ac bonorum operum obdormiuit in Domino. Toleti, Beati Franciſci de Monterroſo, Confeſſoris: qui genere, Angelica ſimplicitate, & caſtimonia exornatus, cæteris pœnitentiæ exercitiis etiam ſe totum dedit. Guadalfagiaræ in territorio Toletano, Beati [m] Andrçæ à Coſta, Confeſſoris: qui Lector Theologus cùm aliis proficeret, oratione, humilitate, abſtinentia, & lachrymis ſibi quoque viam parauit in cœlum. Mantuæ, Beatæ [n] Victoriæ Gonzagç, Virginis, genere, & vitç ſanctitate illuſtriſſimç.

NOVEMBRIS XIX.

§. 1. BEati Guillelmi, *Martyris.* a] De eo ſcripſerunt Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 59. ad ann. 1560. Gonzaga part. 2. Orig. Seraphic. Relig. in ſacris Martyribus, ſuo æuo, pro Chriſto paſſis in Prouincia Turonenſ. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Catholicæ pag. 364. Boſius tom. 1. de ſignis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 9. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Aurelianenſ. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 51. & 58. Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24. Fernandus lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 19.

§. 2. *Beati Pauli, Martyris.* b] Crudele atque horrendum ipſius Martyrium recitant Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. cap. 60. Gonzaga, in Prouincia Sancti Bonauenturæ, & Hilarion ſup. poſt Boſium, & Daçam ſup. ac Auguſtin. Caſtell. in Triumpho Martyr.

§. 3. *Beati Anonymi, Confeſſoris.* c] Ribadeum Gallæcorum oppidum eſt, iuxta quod fundatus eſt Conuentus in honorem Sancti Franciſci ab ipſo Beato Anonymo, illius ſocio, illicque dormitionem mortis accepit: cuius oſſa in quodam Eccleſiæ loco eminentiori recondita, hoc Epitaphio inſigniuntur,

IESVS.

Hic iacent Venerabilia oſſa cuiuſdam Fratris, ſocij Beati Franciſci, qui obiit anno Domini 1222.

Ipſius tamen B. Patris Fundatoris nomen, licet in magna veneratione apud populum ſit; tum ipſos, tum quoque nos omninò fugit. Vide Gonzagam 3. part. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 4. Prouinciæ Sancti Iacobi: & Wadinghum tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1214. §. 10.

Beati Prodri, Confeſſoris. d] Vir fuit humillimus atque modeſtus: glorioſè verò obiit. Memoratur à Gonzaga part. 1. in Beatis viris huiuſce Ordin. & Picqueto ſup. Dubitatur, an ille Tyro fuerit, cuius meminit Vvadinghus tom. 2. ſup. ad ann. 1257. §. 12. §. 4.

Beati Iacobi, Confeſſoris. e] Laicus erat profeſſione: ſed vir eximiæ ſanctitatis ac patientiæ & pietatis: qui dùm in Conuentu Maceratenſi vitam ageret, ad vltimum repertus eſt ibidèm, flexis genibus manibuſque iunctis, inter orandum ſpiritum Deo reddidiſſe. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. ſup. lib. 4. cap. 28. ſub ann. 1460. §. 5.

Beati Ioannis, Confeſſoris. f] Singulari ſpiritus feruore, & corporis auſteritate claruit in Prouincia Colonienſi: tantoque Refformationem iuuit & auxit, vt decem Conuentus Patribus Obſeruantinis addiderit. Illius meminerunt Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 7. cap. 29. ad ann. 1496. Firmamentum trium Ordinum in Memoriali Ordin. Minor. tract. 1. ſub Generali 37. Gonza part. 3. ſup. in Conuentu 4. Prouinc. German. inferior. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1446. §. 6. In eadem Prouincia nuper extinctus eſt R. P. Nicolaus *Vigerius*, Harlemienſis; verus ſol, ſalque terræ, decus & ornamentum noſtri Ordinis: vir vtique Beatus & Sanctus: Doctrina, fide, ac religione, nulli ſecundus: virtutibus ac ſignis admirandis ante & poſt obitum conſpicuus: migrauit in cœlum anno 1628. die 25. Martij, ſepulturam nactus in Conuentus Fratrum Minorum Recollector. Eccleſia ad Oliuas Coloniæ: cuius vitam graphicè deſcriptam Iacobus Polius, Mino- §. 6.

rita eiuſdem inſtituti, Coloniæ ann. 1646. edidit.

§. 7. *Beati Georgij, Confeſſoris.* g] Græcus erat natione, & Laicus profeſſione; vir ſimplex, ac ſanctitate vitæ famoſus, qui ſpiritum Deo reddidit, in Conuentu Montis Sinenſis, propè Piſtorium in Tuſcia: in cuius tranſitu, anima glorioſè conſpecta eſt in cœlum aſcendere, Angelis ac Sanctis quamplurimis ſociata. De eo ſcribit Vlyſſiponenſis ſup. item cap. 44. & Vvadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1496. §. 5. Diuerſus eſt, vt opinor, ab illo Beato Georgio *Albanenſi*, qui in Prouincia Marchiæ obiit, cuius ſuperius meminimus ad 13. Iunij.

§. 8. *Beati Martini, Confeſſoris.* h] Hic Beatus Martinus *Vander-Keele Tournhout*, dicebatur, admodum inſignis extitit. Nam ſacræ Theologiæ Lector, cùm eſſet apud Louanienſes, & Concionator eximius Dei zelo ferueret; auditores ſuos verbo & exemplo ſuæ ſanctæ conuerſationis ad meliorem vitam cogebat. Scripſit opuſcula de 7. donis Spiritus ſancti: De vita quoque contemplatiua, ſed ſermone vernaculo. De numeris autem myſticis ſcripſit ſermone Latino exactiſſimè: Eſayamque Prophetam expoſuit, &c. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Louanienſi (qui eſt primus Prouinc. Germaniæ inferior.) quo deceſſit è vita ann. 1540. Willoto Athenar. orthodaxar. Franciſcan. verbo *Martinus*. Poſſeuino in Apparatu ſacro.

§. 9. *Beati Antonij, Confeſſoris.* i] Inter quamplurimos Patres, ſanctitate inſignes, Guadalfagiaræ, in Conuentu Sancti Franciſci ſepultos, longè emicuit Religioſiſſimus hic B. Antonius, *Segobienſis*, qui optimis moribus in Conceptionis Prouincia apprimè imbutus, quadrageſimumque ſuæ ætatis annum agens, ad Xaliſcos conuolauit; vbi Indicum idioma tanta cura, tantaque diligentia didicit, vt in eo infra breuiſſimi temporis ſpatium peritiſſimus euaſerit, ac per alios quadraginta continuos annos, & vltra, Indicè ſit concionatus. Vitæ præterea rigorem, in quo apud noſtros præfatæ Prouinciæ Recollectos enutritus fuerat, ad vltimum vſque halitum ſeruauit. Nihil ſiquidem eo continentius, nihil vigilantius, pauperius, aut temperantius fuit. In oratione adeò aſſiduus erat, vt ab ea nil aliud curaſſe viſus ſit. Quæ tamen interim, vel charitatis officium, vel obedientiam, vel etiam proximi ſalutem, concernebant; ea quàm diligentiſſimè explebat. Paupertatis etiam cum profundiſſima quadam humilitate coniunctæ amantiſſimus cùm eſſet: factus eſt omnibus benè ac religioſè viuendi norma. In periculoſa quadam rebellione, vbi de totius rei ſumma agebatur; ipſe ſolus ſuis adhortationibus, ſaniſque conſiliis, Indos ad ſaniorem mentem reduxit. Qui tandem, poſtquam Prouincialatus ac Commiſſariatus officiis aliquoties ſumma cum laude, tum in Prouincia SS. Petri & Pauli, tum quoque in aliis quibuſdam functus eſſet: plenus dierum, meritiſque opimus, maximum interim omnibus, præſertim Indis ipſis, à quibus non ſecus ac Pater amabatur, colebaturque, ſui deſiderium relinquens, diem clauſit extremum. Vide Gonzagam 4. part. ſupra in dicto Conuentu Guadalfagiarenſi. Rapinæum in Hiſtor. general. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 3. §. 36. Marianum lib. 2. cap. 52. Chronic. Refformat. Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 30.

§. 10. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* l] Cognominabatur de *Monterroſo*, ſeu ab *Occania*: nobilibus honeſtiſque parentibus natus. Vir humilis valdè, ſilentij amator, & Angelica ſimplicitate adornatus. Animo promptus erat ad obediendum Prælato: & in rebus, agendis diſcretus. Solebat puluere aſpergere quæcumque manducaſſet; ſicque parcè edebat, vt vix ad ſuſtentationem ſufficere videretur; tribus tantum horis, qualibet die, ſomnum capiebat, idque ſuper tabulam, vel aſſeres. Orationi multum vacabat, in cuius meditatione tãtum exardeſcebat ignis in Deum amoris, vt ſudorem, vaporem, & fumum per vultum, caput, totumque per corpus exhalaret, ſed præcipuè in Miſſæ celebratione: cuius tanta ab oculis diffluebat lachrymarum copia, vt altare his omnino maderetur. Caſtimoniam mirificè excolebat, honeſtiſſimuſque erat, tum in verbis, tum in corporis compoſitione: ex quo Minoriticum induit habitum, nuſquam mulierem aſpexit, vel allocutus eſt. Pauperrimus etiam extitit, habitu aſpero, laceroque veſtitus, cum vili cilicio ad carnem. Magiſtrum nouitiorum multo tempore egit, maximo cum animarum fructu atque profectu. Deinde ad Guardianatum ſæpè vocatus eſt. Solebat dicere, *Sibi magis gratum fore, toto vitæ ſuæ tempore, nouitiorum curæ incumbere: quàm vnico die, prælati munus ſubire.* Vigiliis, diſciplinis, ieiuniis, aliiſque carnis mortificationibus aſſiduè ſe exercebat. Charitate in omnes abundabat, maximè in debiles & infirmos. Toleti Beatæ vitæ curſum expleuit, ſepultuſque eſt in Conuentu, S. Ioſephi, qui eſt Prouinciæ S. Ioſephi. Ita Ioannes à Sancta Maria 2. part. Chron. eiuſd. Prouinciæ, lib. 4. cap. 8. ad annum 1590. quo claruit.

§. 11. *Beati Andreæ, Confeſſoris.* m] Dictus eſt B. Andræas de *Tepes*, ſeu à *Coſta*. Litteris admodùm excultus, moribus etiam excelluit. Tum adhuc in ſæculo agens, tum in Religione ſeraphica vitam ducens; in qua ad brauium perfectionis celeriori curſu pertingens, orationi, mortificationi, pœnitentiæ, & cæteris Ordinis Minoritici piis exercitiis, ex integro ſe dedit. Obedientiſſimus erat, & charitatiuus valdè. Tentationes minimè ſibi defuerunt, ſed harum fautorem, Diabolum, ieiuniis, vigiliis, cilicio, humi proſtrationibus, ſuſpiriis, lachrymis, & orationibus, ſtrenuè debellabat. Lector ſacræ Theologiæ institutus, id munus ſingulari ingenio, & dicendi facilitate, ac ſcriptorum claritate, eximiè proſequutus eſt. Humilitati & orationi plurimùm ſtuduit: virtute abſtinentiæ ac pœnitentiæ ſic exornabatur, vt cæteros in admirationem adduceret. Cilicio quippe & diſciplinis frequenter corpus edomabat: in conuerſatione tamen benignus erat & gratioſus, ſagacitate & prudentia pollens, modeſtus ac pius. Zelantiſſimus quoque ſui ſtatus extitit, non ſolum circa eſſentialia Regulæ: ſed etiam in minutiſſimis Religionis ceremoniis, ſtatutis, vel conſuetudinibus, exquiſitè ea omnia ſeruans ad vnguem. Tandem, orando ſanctiſſimè expirauit: iacetque ſepultus in Conuentu S. Antonij Guadalfagiaræ. Vti refert Ioannes à Sancta Maria lib. 4. ſup. cap. 35. ad ann. 1600. quo florebat.

§. 12. *B. Victoriæ, Virg.* n] Moritur ann. 1490. Mantuæ, virgo Religioſiſſima, progenie nobiliſſima virtute, & ſanctitate, non ſolùm conſodalibus, verùm etiam vniuerſis ciuibus gratiſſima, ſummiſque honoribus digniſſima. De ea ſcribunt, Doneſmundus lib. 6. Hiſt. Mantuæ fol. 71. Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1490. §. 8.

DECIMO-

Digitized by Google

DECIMOTERTIO KALENDAS IANVARII.

IN vrbe Sarai, Paſſio Beatorum [a] trium Fratrum, Martyrum: qui pro Chriſti fide, à Sarracenis, necati ſunt. Monaſterij in Vveſtphalia, Beati Ioannis, Confeſſoris: ſignis & virtutibus ſpectabilis. In ciuitate Hildeſemenſi, Beati [c] Conradi, Confeſſoris: qui vita & miraculis coruſcauit. Spiræ, Beati, [d] Colini, Confeſſoris: qui Prouinciæ Argentinenſis Miniſter Prouincalis electus munus ſuum miraculorum gloria decorauit. Fabriani, in Picœno, Beati [e] Mauritij de Argignano, Confeſſoris: dono orationis & lachrymarum conſpicui. Mugelli, prope Scarperiam Hethruriæ oppidum, Beati [f] Benedictini de Gauoraccio, Confeſſoris: qui eruditione & pœnitentia enituit. Cremonæ in Inſubria, Beati [g] Damiani Patauini, Confeſſoris. Piſtorij, in Tuſcia, Beati [h] Alexandri Veronenſis, Confeſſoris: qui oratione extatica, & rerum contemplatione cœleſtium ſublimatus, Angelicam vitam duxit. Sagii, in Neuſtria, Beati [i] Germani Auberti, Confeſſoris: qui Prouincialatus, & Commiſſariatus generalis præclarè functus officio, doctrina & ſanctitate plenus refulſit. Romæ, Beati [l] Thomæ à Sancto Antonio, Confeſſoris: cuius ſanctitatem crebra miracula, in vita & poſt obitum edita, atteſtantur. Legione, in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [m] Franciſci à Sanctis, Confeſſoris: eximiæ orationis, pœnitentiæ & perfectionis viri. Panormi, in Sicilia, Beati [n] Vincentij à Nicotera, Confeſſoris: qui vitæ aſperitate, pœnitentia, ac miraculis emicuit. In Italia, Beatorum [o] Ioſephi à Leoniſſa, Hiacinthi de Caſali, Franciſci Bergomatis, Raynerij à Burgo ſancti Sepulchri & Hieremiæ à Vallachia, Confeſſorum. Piſauri, Beatæ [p] Eugeniæ-Fœlicis, Virginis, Abbatiſſæ: humilitate, charitate, ac ſpiritus feruore, celebris.

DECEMBRIS XX.

§. 1. B*Etaorum trium Fratrum, Martyrum.* a] Apud nonnullos legitur: in *Ianay*, hos Fratres ſuis orationibus primo illuminaſſe quendam cæcum, cùm quo poſtea, pro fide Chriſti Martyrium ſubierunt: ſed melius dicendum eſt, in vrbe *Sarai*, id paſſos eſſe à Sarracenis ann. 1321. Scribunt de eis vetuſtus Author Anglus. MS. in ſuo Polichronico. Wadinghus tom. 3. Annal. Minor. ad annum 1314. §. 14. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Ordin. Minor. vbi de Martyribus.

§. 2. *Beati Ioannis, Confeſſoris.* b] Cognominatur *Piernius*, ſeu de *Peirna*, natus apud Brabantos, in Monaſterio tumulatus: qui & ſanctitate refulſit, & mira peregit. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus Minorib. Prouinc. Colonienſ. ſanctitat. illuſtr. Toſſinianus lib. 2. in Cuſtodia Weſtphaliæ. Gonzaga 1. part. Origin. Seraphic. Relig. in Beatis viris huiuſmodi Ordinis. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1249. §. 9. & tom. 2. ad ann. 1288. §. 38. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan.

§. 3. *Beati Conradi, Confeſſoris.* c] Propter inſignem vitæ eius ſanctitatem & præclara miracula, vulgò nuncupabatur, *Pater Sanctus*, ſeu de *Cœli Porta*. Memoratur à Piſan. ſup. in Prouincia Saxoniæ. Gonzaga ſup. & part. 3. in Prouincia Sanctæ Crucis. Vvadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1249. §. 9. & Picqueto ſup. Toſſiniano lib. 2. in Cuſtodia Alberſtadenſi Succeſſit in Prouincialatu Argentinenſi, B. Terderico ann. 1244.

§. 4. *Beati Colini, Confeſſoris.* d] Nonnumquam extitit Miniſter Argentinenſis Prouinciæ: claruſque miraculis iacet Spiræ apud Germanos ſuperiores. Illius meminerunt Piſanus ſup. fruct. 8. part. 2. in Prouincia Argentinenſ. Gonzaga ſup. part. 1. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghus tom. 1. ſup. ad ann. 1345. §. 18. Picquetus ſup.

Beati Mauritij de Argignano, Confeſſoris. e] De eo illud Elogium ſcribit Beatus Franciſcus Fabrianenſ. in Chronic. Marchiæ MS. *Frater Mauritius de Argignano, prius Canonicus Sancti Venantij, fuit homo ſanctus; magnæ orationis; & multarum lachrymarum, & verus Frater Minor.* &c. Latiùs Vvadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1263. §. 22. & 1268. §. 3. & ann. 1289. §. 29. §. 5.

Beati Benedicti, Confeſſoris. f] Theologus fuit §. 6.
conſummatus, qui & pœnitentiæ perfectioris agendæ ergò, ab Inſtituto S. Augiſtini Ordinis Eremitar. (cui aliquando mancipatus fuit,) ad hanc Religionem Seraphicam conuolauit: cuius nomen, ob illius integerrimam vitam, candidiſſimoſque mores, in libro vitæ ſcriptum eſſe piè creditur. Vide Gonzagam part. 2. ſup. in Conuentu Nemoris de Mugello, qui eſt 14. Prouinc. Tuſciæ. Vvadinghum ſup. tom 1. ad ann. 1212. §. 41. *Benedictus* etiam vocatus eſt. Item tom. 6. ad ann. 1455. quo obiit. §. 94.

Beati Damiani Patauini, Confeſſoris. g] Cognominatus erat *Carrarienſis*, ſeu de *Comitibus*: qui quidem Bergomi floruit doctrina & pietate ſpectabilis, concionibus, lectionibus, & ſanctis operibus, populum ad magnam frugem reducens, ſed Cremonæ obiit, ann. 1401. crebris miraculis glorioſus. Eius §. 7.

Digitized by Google

ſacrum corpus honorificè aſſeruatur Cremonæ : in Conuentu Sanɛti Angeli, qui eſt 8. Prouinc. Bononienſ. vti teſtatum reliquit Gonzaga part. 2. ſup. in eodem Conuentu: & part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Vvadinghus ſup. ad ann. 1267. §. 9. & tom. 4. ad ann. 1400. §. 2. tom. 6. ann. 1461. §. 26. & 27. ac tom. 5. ann. 1425. §. 8. 1439. §. 67. 1449. §. 15. Angelus Portenarius, De Fœlicitat. Paduan. lib. 9. cap. 9. & Scardeonius lib. 2. claſſe 6. Toſſinianus ſup. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Picquetus ſup. Michael Carrarienſ. lib 15. Annal. Ital Beregrinus in vinea Bergomenſ. part. 2. cap. 68. Marius Mutius de Sanctis Bergomatibus. De Buſtis in Roſario Quadrageſim. part. 2. ſerm. 27. part. 2.

§. 8. *Beati Alexandri Veronenſis, Confeſſoris.* h] Sacerdos erat, virque profundiſſimæ contemplationis; qui ob eius inculpatam vitam, infirmum quendam, dùm adhuc viueret, ſigno crucis curare, atque Dæmones ſibi inſtantius inſidiantes propellere meruit; & aliquando inter orandum raptus, atque à terra in altum eleuatus à plurimis Fratribus viſus eſt. Piſtorij obiit, & in Eccleſia Sancti Franciſci ſepultus. Scribit de eo Gonzaga part. 2. ſup. in præſenti Conuentu, qui eſt 8. Prouinc. Tuſciæ.

§. 9. *Beati Germani Auberti, Confeſſoris.* i] Hic Commiſſarij Generalis munere apud Ciſmontanos Patres Obſeruantinos, & Prouincialis Miniſteriatus officio in Prouincia Franciæ Pariſ. tertiò functus eſt. Florebat ann. 1460. Memoratur à Gonzaga part. 3. in Conuentu 1. eiuſdem Prouinc. cuius fuerat alumnus: & Vvadingho tom. 1. ſup. ad ann. 1226. §. 62.

§. 10. *Beati Thomæ à Sancto Antonio, Confeſſoris* l] Hic Corſus natione, ex *Corbaria* oppido originem duxit; habitumque Religionis Seraphicæ induit in Conuentu S. Franciſci Aregnani, maxima humilitate exornatus: orationi aſſiduus erat, & charitate haud modicum feruebat. Tantam denique vitæ perfectionem ſortitus eſt : vt in vita & in morte miraculis quamplurimis claruerit. Cæco viſum, ſigno Crucis, reſtituit. Sanctiſſimè vixit ac mortuus eſt, Romæ in Conuentu Aracœlitano, ibique ſepultus iacet. Eius meminere Gonzoga 1. part. in eodem Conuentu, & part. 2. ſup. in Conuentu Aregnano, qui eſt 14. Prouinciæ Corſicæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 22. ad ann. 1540. Vvadinghus ſup. tom. 2. ann. 1251. §. 57. item tom. 6. ann. 1456. §. 247. Daça 4. parte Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. ad ann. 1517.

§. 11. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* m] Patria erat Segobienſis, qui ex Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis, tranſiit ad Patres noſtros Diſcalceatos, ſpe maioris perfectionis ac pœnitentiæ illectus. Nec eum fefellit concepta opinio. Nam rudi habitu indutus Franciſcano, ſubtus cilicium geſtabat aſperum. Noctem conſumebat in oratione, & diem in Superiorum obedientia: Super mattam, vel tabulam ſomno indulgebat: ſui contemptum & abiectionem ſummè exquirebat. Humillimus quippe vir erat, & paupertatis amantiſſimus. Bis Diffinitor electus eſt ſuæ Prouinciæ S. Ioſephi, & ſemel Commiſſarius Prouincialis ad Capitulum generale Romæ celebrandum: quo in itinere multa paſſus eſt incommoda, nec propterea deſtitit à pio communi exercitio, imò nec orationis tempus aliquando interrupit, vel diſtulit. Neapolim poſtea veniens, ſuis feruentiſſimis concionibus tota commota eſt ciuitas: multiſque extitit cauſa ſalutis. Redux in domum, cùm priſtinis ordinariiſque Religionis ac pœnitentiæ ſpontaneæ ex animo incumberet, in morbum lethalem decidit, qui immortalitatis ſeras aperiret. Quare Sacramentis maxima cum deuotione ſuſceptis, puriſſimum ſpiritum exhalauit: cuius ſanctitatis fama excitatus illuſtriſſimus Legionenſis Antiſtes, & cæteri Religionum prælati, illius exequias piè celebrarunt, apud ipſum Conuentum Legionenſem, vbi Guardianatus fungebatur officio, quando è viuis exceſſit. Scribit de eo Ioannes à Sancta Maria part. 2. Chronic. præfatæ Prouinc. lib. 4. cap. 34. ad ann. 1600. quo clarebat.

Beati Vincentij, Confeſſoris. n] In auſteritate vitæ §. 12.
& patientia præcipuè enituit: erga Beatiſſimam Virginem Mariam deuotione ſingulari flagrabat. Diem mortis ſuæ prædixit, & miraculis illuſtratus, obdormiuit in Domino, ann. 1602. Hæc ex Grauina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

Beatorum Ioſephi, &c. Confeſſorum.] Non eodem §. 13.
tempore mortem obeuntes, cœlos inuecti ſunt; ſed quòd ſimul recenſeantur eodem die, vnà recoluntur, quorum proceſſus, Superiorum authoritate formantur ad finem canonizationis : teſte Ardinghello, in Appendice *Congeminatæ vocis Turturis*, oſtenſione 4. pag. 31. vbi de PP. Capucinor. laboribus in Germania. Corbino lib. 8. ſanctæ Franciad. pag. 192. Bouerio tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1599. & tom. 2. ann. 1612.

Beatæ Eugeniæ Fœlicis, Virginis. p] Socia extitit §. 14.
B. Fœlicis à *Mediolano*, Virginis, & Abbatiſſæ primæ Monaſterij Corporis Domini Piſaurienſis: cui ipſa huiuſmodi officio ſucceſſit; quo in munere tanto laudabiliter ſe geſſit, ſicque ad amuſſim, iuxta exemplar ipſius B. Fœlicis, ſorores ſibi ſubditas rexit: vt tum hac de cauſa, tum ob ingentem humilitatem, & charitatem, aliaſque ſingulares virtutes ac perfectiones, denominata ſit *Eugenia-Fœlix*: quam ita contendebat imitari. Sæpè etiam quidam fulgor cernebatur à facie eius irradiare, in ſignum eximiæ ſanctitatis ſuæ. Hæc ex Marco Vlyſſiponenſi 3. part. ſup. lib. 2. cap. 21. Vvadingh. tom. 5. ſup. ann. 1439. §. 54. 1444. §. 59. & 61. ex Gallucio.

DVODECIMO

DVODECIMO KALENDAS IANVARII.

APud Nouum Mexicum in India Occidentali, Beati [a] Franciſci Lopetij, Martyris: qui à furentibus Indis, perfoſſus iaculis, glorioſè pro Chriſto occiſus eſt. Capriolæ in territorio Senenſi, Beati [b] Ludouici Senenſis, Confeſſoris: qui totius honeſtatis, obedientiæ, atque paupertatis, ſpecimen factus, Tuſciæ Prouincialis Vicarius extitit ſubrogatus, atque ſancto fine quieuit. Rhegij, in Calabria, Beati [c] Bernardini Georgij, Confeſſoris: qui pietate, vitæ perfectione, ac ſumma paupertate præclarus, ſecundus Vicarius Prouincialis Patrum Capucinorum in Calabria extitit, deindè prophetiæ dono, ac meritis cumulatus, ſanctiſſimè vitam finiuit. Elchij, in territorio Valentino Hiſpanico, Beati [d] Iuliani Donati, Tertiarij, Confeſſoris: humilitate, & vitæ puritate inſignis. In Hiſpania, Beati [e] Antonij à Sobrino, Confeſſoris: magnæ ſanctitatis forma celebris. Villæluini in territorio Palentino, Beati [f] Franciſci Garciæ, confeſſoris: probatiſſimæ virtutis & ſingularis diſciplinæ viri. Neapoli, in Campania, Beatæ [g] Mariæ Longæ, nobilis Fœminæ: quæ prima Capucinarum Abbatiſſa inſtituta, ſummis virtutibus admodum emicuit. Bellalcazaris, in territorio Cordubenſi, Beatæ [h] Franciſcæ à ſancto Antonio, Virginis: quæ pœnitentię operibus, & pręclaro virtutum exercitio, viam ſibi parauit in cœlum.

DECEMBRIS XXI.

§. 1. BEati *Franciſci Lopetij, Martyris.* a] Hic Chriſti miles vſque in finem deuotus ac fidelis, etiam in ſæculo fuerat nobilibus parentibus in percelebri Hiſpali ciuitate ortus; inſuper doctrina, virtutibuſque inſignis, dùm annum ageret 17. Religionis habitum in Minoritico Conuentu Xerezano (qui eſt 4. Prouinc. Bæticæ) deuotè receperat. Fuit præterea manſuetudine ac modeſtia multa ornatus, vitæque mortificatione, taciturnitate, ac prudentia conſpicuus. Exindè traijciens in Indiam Occidentalem, Sacerdos factus, commoratus eſt apud Conuentum Mexicanum, vbi ſacræ Theologiæ ſtudiis incumbebat: quando, ad inſtantiam B. Auguſtini *Roderici*, deputatus eſt vnà cum B. Ioanne à *ſancta Maria*, (de quo 9. Iunij) pro aliis conuertendis Indis. Fatribus autem ſocijs præfuit ipſe B. Franciſcus. Qui animarum zelo per Montana loca de Zacatecas tranſeuntes, atque à ciuitate Mexico, Aquilonem verſus, viæ ſtadia 400. ambulantes, ad maximam tandem Indorum multitudinem peruenerunt, hoc eſt, ad diſtinctos 40. ſiue 50. populos, circa 6000. domorum inhabitantes; Regionemque ſeu Prouinciam illam *Nouum Mexicum* nominarunt. Illi autem populi Fratres ipſos benignè ſuſceperunt, de eorumque aduentu gratulati ſunt. Illic itaque Vineæ Domini operam dantes, indefeſſo animo illam excoluerunt. Dùm verò quadam die, ad inſtruendum populum, ex more prodirent; Videns B. Franciſcus quoſdam ex populo ſeſe inuicem odij & inimicitiæ cauſa trucidantes, eos cœpit benignè arguere, hortarique vt iniurias remitterent, & à vindicta, animique rancore deſiſterent. At illi non ſecùs atque amentes & rabidi, feruentia iracundiæ venena euomentes, ſuæ rixæ onus impiè in eum verterunt: illicóque pientiſſimum Patrem iaculis confoderunt, qui in Domino obdormiuit, ann. 1580. Agunt de eo Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de ſacris Martyribus Ord. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem paſſis, apud Indos Occidentales. Item part. 4. in Prouincia ſancti Euangelij, & Cuſtodia Zacatecenſi. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 41. Daça ibid. lib. 2. cap. 2. & 59. vbi vocat eum *Franciſcum Perez*, ſed perperam. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſtor. Cathol. pag. 366. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Mendoſa 1. part. Hiſtor. Chinæ, lib. 3. cap. 7. & 9. Marianus lib. 3. cap. 32. Boſius tom. 1. lib. 12. cap. 22. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

Beati Ludouici Senenſis, Confeſſoris. b] Laicus erat professione, qui ſpeculum honeſtatis, obedientiæ, atque paupertatis omnibus extitit: annoque 1483. huic ſæculo nequam valedixit, ſepultus in Conuentu ſancti Bernardini Capriolæ propè Senas. Cùm autem Sartiani Conuentus (qui tunc Patribus Conuentualibus parebat) à populo Sartianenſi Obſeruantibus offerretur: nec eorum votis acquieſcere vellent, Pius II. Papa, Procerum prædicti oppidi ſupplicatione motus, Beato Ludouico de *Senis*, Prouinciæ Tuſciæ tunc Vicario Prouinciali, in virtute ſanctæ obedientiæ præcepit: vt quàm primùm pulſis Conuentualibus, ipſorum Conuentum, aſcito ſecum certo Fratrum numero, occuparet, atque in poſterum retineret. Cujus Breue, ſub Datum Romæ, 3. Januarij, ann. 1463. in huiuſmet loci Cartophilacio habetur. Ita Gonzaga 2. part. ſup. in præfatis Conuentibus 4. & 29. Prouinc. Tuſciæ. Memoratur à Marco Vlyſſiponenſi 3. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 28. ſub nomine *Ludouici Latini*: ſed mendoſè, confundens illum cum B. *Petro Latini*: qui tamen omninò ſunt diſtincti. Vide 26. Nouemb. ſup. Bzouius vocat eum *Ludouicum de Latinis*; tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1471. §. trigeſimo ſexto. Vvadinghus tom. 5. ſup. 1444. §. 49. & 1445. §. 27 1449. §. 15. & tom. 6. ann. 1455. §. 7 9. & ann. 1451. §. 15. ann. 1463. §. 123. ann. 1468. §. 10. ex Mariano lib. 5. cap. 36. §. 2.

Beati Bernardini, Confeſſoris. c] Rhegij, in Cala- §. 3.

bria, ex nobili illius vrbis Familia ortum duxit; illicque inter Patres Obſeruantes Minoriticum habitum ſumpſit. Tum poſtea, Lutetiam miſſus, eam ibi Diuinarum atque Eccleſiaſticarum litterarum præſtantiam eſt aſſecutus: vt ſumma cum ingenij laude, à Facultate Pariſienſi Doctoratus lauream adeptus fuerit. Græci ſermonis peritiſſimus etiam euaſit; cui & maxima vitæ probitas, ſingularis prudentia ac virtus coniuncta fuit. Qua denique factum eſt, vt cùm animum aſſiduè ad diuinam ſapientiam ac pietatem transferret, regularemque obſeruantiam apud ſuos penè dilapſam lugeret: conſilio cum B. Ludouico Rhegino, (de quo ſup. ad 28. April.) eius amico ac ſocio chariſſimo, inito, Reformationem ſimul vterque omni ſtudio ac ſollicitudine quæreret, quam paulò poſt à Sede Apoſtolica, ann. 1520. impetrauit. Indéque tandem ſeſe Capucinorum Cõgregationi, ann. 1532. adiungunt: vbi tantæ vitæ auſteritate, paupertatis ſtudio, ac cæteris Religioſæ diſciplinæ virtutibus coruſcare cœpit: vt reliquos, ſuo exemplo, ad perfectam Regularis Obſeruantiæ formam inſtrueret. Eximius Verbi Dei præco extitit: tantaque ſpiritus vehementia concionabatur, vt planè mirabiles in populis ad pietatem motus excitaret. Spiritu prophetico etiam exornatus erat, quo inter alia, diem ſui obitus prænunciauit, dùm Prouincialis Vicarij in Calabria munere fungeretur, ann. 1536. circa quartam Aduentus Dominicam. Huius geſta admiranda, ex antiquis M. S. collegit Bouerius tom. 1. Annal Capucinor. ad annum 1536. §. 39. 40. & ſeq. Illius meminere Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu Rhegienſi, qui eſt 1. Prouinciæ ſeptem BB. Martyrum Ordin. Minor. & alij ſup. ad 28. April. vbi de B. Ludouico *Rhegino*.

§. 4. *Beati Iuliani, Confeſſoris.* d] A iuuentute, ſeruitio Fratrum Conuentus Dominæ noſtræ de *Loreto* (qui eſt 3 Prouinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ) mancipatus, propterea *Donati* cognomen accepit. Cùm autem humilitati maximè ſtuderet, viliora & abiectiora munia ſemper exquirebat. Probata eius patientia cum correctionibus & reprehenſionibus aſperis nuſquam alterari potuit. Ieiuniis, vigiliis, nuditate, paupertate, obedientia, & aliis mortificationis generibus ſe aſſiduè exercebat: capite diſcooperto, & nudis pedibus ſemper incedens. Otium ſummoperè exhorreſcebat & acediam: ſi quando clauſus in cella manebat, totum in quietudine ſpiritus, & rerum meditatione cœleſtium conſumebat tempus. Reuerſus ab obedientia, ſeu ab eleemoſyna petenda, non continuò quieti, aut corporis ſubleuationi indulgebat, ſed in Capellam B. Virg. ſe recipiens, genuflexionibus & orationibus ſic vacabat, vt potus & cibi ſæpè omninò obliuiſceretur, maiore ſpirituali refectione paſtus: quo tempore, ingens ſplendor nonnumquam viſus eſt ſuper eum clareſcere. Cúmque his & aliis ſanctis detineretur occupationibus, nuſquam immarcuit ſuæ innocentiæ & puritatis flos, ſed ſemper vernans perſeuerauit & virens vſque in finem vitæ, Florebat circa ann. 1580. Plures, ſub mortis ſuæ tempore, beatam eius animam gloria circumdatam, ab Angelis, cum maximo lumine & odore, in cœlum deportatam conſpexerunt: provt teſtatum reliquit Ioannes à ſancta Maria, part. 1. Chronic. Prouinciæ S. Ioſeph, lib. 2. cap. 49. Sepultus iacet in Conuentu Elchij, qui eſt 1. Prouinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ Diſcalceatorum Hiſpaniæ.

Beati Antonij à Sobrino, Confeſſoris. e] Hic apud §. 5.
Diſcalceatos Hiſpaniæ meritis clarus extitit, necnon Prouinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ Pater, & Regis Catholici à ſacris Concionibus fuit: pro cuius canonizatione, proceſſus nunc fiunt in partibus coram Ordinariis, vti conſtat ex libello Neapoli edito, ann. 1626. apud Typographiam Ioan. Dominici Roncalioli, & Rapinæo, Hiſtor. General. Origin. Recollector. part. 1. præfat. §. 4. Agit de eo Ioannes à ſancta Maria, 2. part. Chronic. Prouinc. ſancti Ioſeph. lib. 3. capite 26. & lib. 4. capite 3. & 18.

Beati Franciſci, Confeſſ. f] Sanctiſſimè obiit ann. §. 6.
1605. in Conuentu Villaluini, qui 21. Prouinc. Conception. Poſt mortem inuentus eſt ferrea cathena cinctus, quæ ab aſſiduitate in carne, iam fermè abſcondebatur, ita Wadinghus tom. 5. ſup. 9. 13. ex ſchedis & monumentis M S S.

Beata Maria Longa, Abbatiſſa. g] Fuit hæc ge- §. 7.
nere Hiſpana, ac Ioannis quondam primi Cancellariæ Regentis, viri in toto Neapolitano Regno primarij vxor. Quæ, cùm in æde Lauretana à diutino morbo eſſet curata, hoſpitale Incurabilium, poſt viri obitum, & Monaſterium ſanctæ Mariæ in Hieruſalem, Neapoli fundauit: quibus ipſa, habitu Tertij Ordinis Minorum ſuſcepto, omnia ſuppeditauit, & omnium ſe obſequiis mancipauit. Verùm poſteà, cùm ſæcularibus exuuiis depoſitis, mundo nuntium remiſiſſet, atque Regulam Monaſticam profeſſa, Paulo III. Summo Pontifice iubente, Monaſterium illud ſub Abbatiſſæ titulo moderandum ſuſcepiſſet, Fratrum Minorum Capucinorum, qui authoritate Apoſtolica, Monaſterium adminiſtrabant, hortatu ac exemplo permota, ſimul cum reliquis huiuſce domus Monialibus, vno conſenſu, primæ & arctiori ſanctæ Claræ Regulæ perpetua ſe voti Religione adſtrinxit, atque inde *Capucinarum* nomen ſortitæ ſunt: vbi Maria *Longa*, cœpit tanta vitæ auſteritate, ac Regularis diſciplinæ Obſeruantia, cæteris prælucere; vt totius ſpecimen perfectionis facile euaſerit. In extaſim rapta, cœleſtia videbat arcana: Dieique ſui obitus haud ignara, ſpiritum Deo reddidit, anno 1542. clara poſt mortem miraculis. Agunt de ea Matthias Salodienſis, tom. 2. fol. 112. Hiſtoria Clericor. Regularium, lib. 1. cap. 4. fol. 24. & Manuſcriptum Prouinciæ Vmbriæ: ex quibus Bouerius tom. 1. Annal. Capucinorum, ad annum 1538. §. 13. & cæt. Item anno 1542. §. 53. & ſequentibus. Cæſar Dangenius in ſua Neapoli ſacra, vbi de Eccleſia ſanctæ Mariæ de Populo.

Beata Franciſca, Virginis. h] Vitæ innocentis, ſin- §. 8.
ceræque mentis fuit hæc Chriſti ſponſa: necnon pœnitentiæ exemplar, & totius perfectionis norma. Solo pane & aqua, cuncta excurrebat ieiunia: aſpero cilicio vtebatur ad carnem, diſciplinis autem ſic frequentibus corpus edomabat, vt exinde copioſum ſanguinem effunderet; à quibus temperare iuſſa eſt Abbatiſſæ præcepto. Orationi iugiter vacabat; à qua, nec Dæmonis aſtutia, aut viſio illius horrenda, ſeu clamor vel ſtrepitus, potuit vllo modo remouere. Quoties enim tentata fuit & diuexata ab aduerſario, toties de eo victoriam reportauit. Diem ſui obitus longè ante præſciuit: ſepulturamque nacta eſt in Monaſterio Bellalcazarenſi, quod eſt 1. Prouinciæ Angelor. Hæc ex informatione vitæ eius: & Monimentis prædicti Monaſterij. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575. quo florebat.

VNDECIMO KALENDAS IANVARII.

IN India Occidentali, Beatorum [a] Alberti Franci, Concionatoris & Martini ab Altamira, Sacerdotis, martyrum. In Italia, Beati [b] Bruni à Colle, Confeſſoris, Tertiarij, eximiæ ſanctitatis viri. Peruſiæ, Beatorum [c] Benedicti Camertis, & Antonij Tudertini, Confeſſorum: vita & prodigijs inſignium. Madriti, in territorio Toletano, Beati [d] Ioannis de Olmillos, Confeſſoris: qui cùm Prouincialatus fungeretur officio, ſic orationi inſtanter vacabat, vt in ea ſæpè raptus in Deum cerneretur. Micaguayani apud Inſulas Salomonis, Beati [e] Bartholomæi Ruyſij, Confeſſoris: qui fide & charitate plenus, Indiam Occidentalem, & Orientalem, Euangelicæ prædicationis cauſa perluſtrauit, Infidelium plures ad Chriſtum conuertit, ac poſt immenſos exantlatos labores, ſancto fine quieuit. Panormi in Sicilia, Beati [f] Franciſci à Calabria, Confeſſoris, Tertiarij; ſanctis operibus pleni. Vlmetæ, in territorio Abulenſi, Beati [g] Antonij Barroſi, Confeſſoris: virtute orationis & abſtinentiæ ſpectabilis. Valentiæ in Hiſpania, Beatę [h] Eſporellanę Virginis, quę ſanctis moribus decorata, Chriſto ſponſo ſociari meruit in cœlis.

DECEMBRIS XXII.

§. 1. BEatorum *Alberti*, *&c. Martyrum.* a] Tempus, quo præcisè hi palmam in Indiæ partibus obtinuerint, minimè refertur: ſed tantum martyrium eorum celebratur à Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 58. in fine, ſub ann. 1595. Horum prior, Gallus natione, Concionator erat: alter, verò Sacerdos, Hiſpanus.

§. 2. *Beati Bruni*, *Confeſſoris.* b] Huius Beati viri Tertiarij meminerunt, Salazar lib. 6. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 18. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiar. ex Marco Vlyſſiponenſi part. 2. Chronic. Minor.

§. 3. *Beatorum Benedicti*, *&c. Confeſſor.* c] Mirum! quàm quotidiana ſuſceperit incrementa ab ann. 1380. puſillus grex nouæ Familiæ Obſeruantium, multiplici fauore principum, quibus religioſa eorumdem vita, exemplariſque conuerſatio placebat: & Superiorum Ordinis patrocinio, quod lubenter præſtabant: vt in ſolitariis locis à ſe derelictis ſuccederent. Hinc multi ex magnis, & Vrbieanis Conuentibus, ad Cœnobiola hæc, & Eremitoria, ſtrictiorem vitam, & arctiorem Regulæ Obſeruantiam amplexuri, tranſibant: & viri nobiles, opibus & dignitate pollentes, à ſæculo ad eorum ſocietatem, tanquam ad ſacrum Aſylum, conuolabant. Inter hos connumerandi, BB. Patres Marcus *Bergomenſis*, Gabriel *Spoletanus*, Franciſcus *Florentinus*, Ioannes *Peruſinus*, &c. quorum ſupra meminimus ad 4. & 6. Iunij, & 22. Auguſt. Hos ſecuti etiam vita, & prodigiis inſignes BB. illi Patres, de quibus nunc agimus, quorum vltimus concionator habebatur celeberrimus: qui omnes in eadem domumcula Conuentus Montis Peruſij, virtutibus Angelicis exornatam duxerunt vitam. Agit de ipſis, poſt alios Vvadinghus, tom. 4. Annal. Minor. ad annum 1384. §. 1. & tom. 5. ad annum 1422 §. 4.

§. 4. *Beati Ioannis*, *Confeſſoris.* d] Vir fuit admodum ſpiritualis & eximiæ orationis, in qua ſæpè raptus patiebatur: ſanctiſſimè obijt, ann. 1529. ſepultuſque eſt Madriti in Conuentu S. Franciſci, qui eſt 5. Prouinc. Caſtellæ; iuxta Salazar lib. 3. ſup. cap. 12.

§. 5. *Beati Bartholomæi*, *Conf.* e] *E Cabra*, apud Andaluziam, in territorio Cordubenſi oriundus erat. Cùm autem Adoleſcens in Indiam transfretaſſet Occiduam, Ordini Seraphico nomen dedit in Prouinc. ſancti Euangelij. Linguam callebat perfectè Indicam, quare, zelo ductus ſalutis animarum, licentiam petiit à Superioribus, vt Mexico, in Inſulas Philippinas traijceret, cum B. Petro *Alp aro*, Prouinc. S. Gregorij Cuſtode: quod & obtinuit, Manilamque veniens, benignè ac comiter exceptus eſt à cunctis iſtius Conuentus patribus: vbi per aliquot tempus, exercitiis communitatis, chori, orationis, & adminiſtrationis Sacramentorum haud ſegniter vacauit. Cognita autem eius virtutis amplitudine, ac zeli ingentis circa Infidelium conuerſionem animarum, ardore nimio, illum ablegarunt Superiores, vnà cum B. Franciſco de *Montilla*, & aliis 4. Fatribus, ad Regnum Cochinum: qua in expeditione, laborum, ac periculorum immenſitatem, Deo duce, ſuperauit. Redux in domum, paulò poſt tamdem aggreditur profectionem, ann. 1583. cum vnico ſocio: Regemque Cochinenſem adiit, à quo perhumaniter eſt exceptus. Illic itaque extructa æde exigua, cum paruo ſacello, moram contraxit: & vt fidei ac ſp i ſuæ optatum finem conſequeretur, necnon ad ſalutem tot Infidelium viam ſibi facilius ageret, noctes ducebat inſomnes, in continua oratione, cum lachrymis feruentiſſimis, rem à Deo obnixè poſtulabat. Nam eius interpres parùm aptus erat, ad tantum negotium peragendum. & in rebus fidei haud ſufficienter verſatus.

§. 6. Diuulgata ſerui Dei fama ſanctitatis, quoquot ægros ac infirmos habebant, ducebant gentiles ad ipſum, ſpe ſanitatis recuperandæ: ſuper quos nomen Dei inuocabat. Euangelia legebat, addebat orationes, & facto ſigno crucis, benedicebat: ſicque, pro maiori parte curabantur: aſſeueranter illis promittens, quod ſi in Deum crederent, & fidem amplecterentur Chriſtianam, ab omnibus, tum corporalibus, tum ſpiritualibus infirmitatibus, [illegible]lerentur immunes. Suis orationibus, pluuiam, de[illegible]e tempus ſerenum, è cœlo obtinuit: aliaque plura beneficia illis

gentibus contulit. Factione autem Luſitanorum & Caſtellanorum exagitatus Maniliam reuertitur: ac paulò poſt, B. Petri Baptiſtæ, Martyris ſocius deſtinatur in Iaponium. Verùm, cùm iam ætate, ac laboribus attritus, nonnullis morbis affectus eſſet, Nangaſachium ire iuſſus eſt, vt ſibi mederetur: quo tempore, patientia eius multùm emicuit, manens in cella, ſolus, in rerum cœleſtium altiſſima contemplatione, & praxi inculpatæ vitæ. Valdè ingemuit, audita paſſione BB. Petri Baptiſtæ, & ſociorum, apud Nangaſachium, eò quod ſummè exoptaſſet eiuſdem martyrij palmam aſſequi: Martyr itaque deſiderio extitit, & rigore vitæ, aſperitate, ieiunio, infirmitate, labore, patientia, atque aliis ærumnis pro Chriſto paſſis, continui martyrij crucem ſuſtulit. Reuertitur tandem, & ad Manilam appulſus, Conuentui de *Micaguayano*, Guardianus inuitùs præficitur: vbi cùm bonis operibus, & vitæ profectui intenderet, præclarus meritis, & annis, octuagenarius, migrauit in cœlum. Egregias eius virtutes recenſet Ioannes à ſancta Maria, 1. part. Chronic. Prouinciæ S. Ioſeph. lib. 2. cap. 47.

§. 7. *Beati Franciſci, Confeſſoris.* f] Tertij Ordinis fuit alumnus: in ieiuniis, vigiliis, & oratione, etiam in extrema ſenectute vſque ad finem, perſeuerauit: obijt Panormi in Conuentu S. Mariæ de Ieſu (qui eſt 3. Prouinciæ Siciliæ) anno Domini 1597. ætatis ſuæ 101. clarus virtutibus. Ita Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

Beati Antonij, Confeſſoris. g] Hic noſtro ſæculo, inſigniter claruit, cuius Elogium Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad annum 1397. §. 17. hiſce verbis comprehendit: vbi de Conuentu Vlmetenſi (qui eſt 33. Prouinciæ Conception.) agit, *Ibidem vitæ finem poſuit anno 1615. Frater Antonius Barroſus, multiplici virtute excultus: mira dexteritate inimicitias ſedabat, nunquam manducabat niſi poſt veſperam, hora ferè poſt meridiem quarta, nihilque in cibum tunc admittebat, præter panem & herbas coctas, vel crudas; ſed inter multos macerandi corporis modos, orandi ſtudium nunquam intermittebat.* §. 8.

Beatæ Eſperollanæ, Virginis. h] Hæc vt ſanctè vixit, ita ſanctiſſimè in Domino obdormiuit: & à reliquis monialibus veluti Chriſto ſponſo ſociata in cœlis creditur, atque veneratur. Ita Gonzaga part. 3. ſup. in Monaſterio Conceptionis B. Mariæ, Valentiæ, quod eſt 1. Prouinciæ Valentiæ. Bareżzus lib. 2. ſup. cap. 12. ad ann. 1514. Valerius de SS. Fœminis Ordin. Min. lib. 4. cap. 15. §. 9.

DECIMO KALENDAS IANVARII.

CHile in India Peruana, paſſio Beatorum [a] Ioannis de Tobar, & ſociorum, Martyrum: qui ob Chriſtianam fidem à Barbaris ſunt interempti. Valentiæ, in Hiſpania, Beati [b] Petri Nicolai, Factoris, Confeſſoris ac Concionatoris eximij: qui ſcientia, & maximis virtutibus præditus, ſæpè Guardianatus munere functus eſt: dehinc ſpiritu prophetico plenus, & miraculorum multitudine, ante & poſt obitum, nunc vſque coruſcat. Caglioſæ in eadem Prouincia, Beati [c] Benedicti Conchenſis, Confeſſoris. Madriti in territorio Toletano, Beati [d] Ægidij à ſancto Ioanne, Confeſſoris: pietate ac Religione inſignis. Villæ-Comitis in Luſitania, Beatę [e] Berengarię, Virginis, & Abbatiſſę: quę ſingulari humilitate, & Regulari Obſeruantia præfulſit.

DECEMBRIS XXIII.

§. 1. BEatorum Ioan. & ſocior. Martyr. a] *Chile*, Indica Regio eſt, intra magnum Peruani Regnum comprehenſa: vbi Prouinciam, ſub titulo SS. Trinitatis de *Chile*, moderabatur B. Ioannes de *Tobar*, quando cum duobus ſociis, ann. 1598. hac die, palmam martyrij accepit de manibus Infidelium: teſte Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 59. ex Monimentis præfatis Prouinciæ Chilenſis.

§. 2. *Beati Nicolai Factoris, Confeſſoris.* b] Naſcitur in Regno Valentiæ, ann. 1520. die 29. Iunij, vocatuſque eſt *Petrus Nicolaus*: qui ab infantia cœpit Deo inſeruire, in ſimplicitate, vitæ candore, & timore Domini. Pietati, ieiuniis, & charitatis exercitiis deditus erat. Xenodochia pauperum ſingulis diebus viſitabat, & languentum, leproſorum, aliorumq; ægrotantium manibus, pedibuſque ardentiſſima infigebat oſcula: Egenis cibos porrigebat, malens pro Chriſto ipſe eſurire, quàm famelicis ex corde neceſſaria non præbere. Adoleſcens factus Franciſcanum habitum, in Conuentu Deiparæ Virg. Valentiæ induit, in eoque per quadraginta quatuor continuos annos ſanctiſſimè perſeuerauit. Annno 1537. die vltima Nouembris Nouitiatum cœpit: & finito probationis tempore, admiſſus eſt ad profeſſionem Dominica 1. Aduentus, ann. 1538. Pulcherrimus erat facie, ſed pulchrior mente & ſpiritu: vt potè donis fermè omnibus ſiue naturæ, ſiue gratiæ decoratus. Acediam ſummè fugiebat, de rebus cœleſtibus frequenter colloquebatur: artes liberales optimè callebat, ſacræ Theologiæ egregiam operam nauauit, ita vt breui Concionator eximius euaſerit.

Carnis macerationi, ieiuniis, diſciplinis, & orationibus iugiter intendebat. Fuit denique abſtinentiſſimus, & ſolo pane & aqua, vel quodam iuſculo reficiebatur ſæpiùs, tribus & vltrà diebus à cibo abſtinuit: ſomnique parciſſimus erat, ſuper tabulam ligneam dormiens, vel aſſeres, capiti, lapide, pro puluinari, ſuppoſito. In media hyeme, ſtagnum nudus ingreſſus, illic tribus horis carnis laſciuiam ſedauit. Integras noctes orationi intentus duxit inſomnes. Extaſim ſæpè patiebatur. Altiſſimam paupertatem, manſuetudinem, profundiſſimamque humilitatem mirè excolebat; ita vt ex animo omnibus cederet, nihilque ſibi gratius accidere §. 3.

Digitized by Google

accidere poſſet, quàm ab alijs reprehendi, redargui, peſſundari, atque vilipendi. Sanctæ obedientiæ amantiſſimus erat, cuius rei gratia, Magiſtri Nouitiorum & iuuenum acceptauit, licet inuitus, officium, & pluries Guardianatus atque Diffinitoriatus munere functus eſt. Cilicio vtebatur ad carnem, nudis pedibus ſemper ambulabat: ſolo habitu, vel vnica tunica veſtiebatur. Puritate conſcientiæ pollebat, caſtiſſimus fuit, & ab omni inquinamento libidinis alienus: tentationibus variis haud caruit, ſed hiſce Dæmonum ſuggeſtionibus nuſquam ſubiacuit, imò has omnes Diuino fretus auxilio facilè deuicit.

§. 4. Paſſionem Dominicam ſæpè meditabatur, ac deflebat: ſummè exoptans eoſdem dolores in ſe ſentire, quos filius Dei pro nobis ſuſtulerat in cruce. Dùm autem ſemel compaſſiua quadam teneritudine, in Dominicum laterale vulnus ferretur, eiuſque meditationi intimiùs intenderet; tali tantoque dolore transfixus fuit, vt transformatus omninò, & in alterum hominem verſus videretur. Et ab eo temporis, quoties præfati vulneris, vel amariſſimæ paſſionis Dominicæ, ſiue inter concionandum, ſiue inter celebrandum, ſiue inter aliquid aliud faciendum, meminiſſe contigit, raptus, atque in extaſim factus eſt. Porrò eius erga Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deuotio, adeò excellens fuit, vt vix exprimi queat. Quid denique, de eius gratia, quâ Chriſtum Dominum, non iam viſibilibus illis ſpeciebus velatum, ſed in propria forma videre promeruit, referam? pluribus, variiſque modis à Chriſto eſt conſolatus: ſed maximè ſua præſentia. Sæpè etiam viſitatus eſt à glorioſa Virgine Deipara, D. Ioanne Euangeliſta, ſancta Vrſula, virgine & martyre, &c.

§. 5. Benè rectéque de omnibus ſentiebat, de nemine iudicium proferens. Mirum verò in modum compatiebatur ijs, qui in mortali peccato perſeuerabant. Quamobrem vt Deus eorum miſereri dignaretur, ſæpè ſæpiſſimè ad ſanguinem vſque ſeipſum flagellabat. Poſtquam enim ſemel per 4. continuas horas Sagunti coram venerabili Euchariſtiæ Sacramento, orationi incubuiſſet; eiuſque facies inter orandum ad ſolis inſtar vniuerſam Eccleſiam colluſtraſſet; ita ſe per integram horam flagellis, pro ijs, qui mortali noxa circumdati erant, cæcidit, vt totum circumquaque pauimentum ſanguine reſperſerit. Porrò ſpiritu prophetico abundantiſſimè illuſtratus, multa prædicebat futura: quampluraque miracula edidit. Qua de cauſa Beatus Ludouicus *Bertrandus*, Ordinis Prædicatorum alumnus, vir ſanctiſſimus, de ipſo B. Nicolao Factore (quem optimè cognoſcebat) loquens, dicere ſolitus erat. *Pater Nicolaus Factor, cùm huius mundi accola ſit, paradiſum obtinet, atque cæleſtibus alterius vitæ delitiis fruitur.* Tandem omni ſanctitate conſpicuus, deceſſit è vita, ann. Chriſti 1583. ætatis ſuæ 63. menſ. 5. dieb. 3. feria 6. circa horam 6. ante meridiem: ſepultus eſt in eodem Conuentu S. Virginis Mariæ de Ieſu Valentiæ: vbi miraculis huc vſque coruſcat. Quare Philippus II Rex Hiſpaniarum, ann. 1586. & Conſules, populuſque Valentinus eodem anno, his commoti, litteras ſupplices dederunt ad Sixtum V. Papam, pro canonizatione ipſius B. Nicolai *Factoris*: cuius authoritate delata cauſa tantæ rei ad conſilium, & examen, nunc à ſacra Rota expedita eſt: prout conſtat ex Typographia Ioannis Dominici *Roncalioli*, ann. 1626. Neapoli. Res eximias, atque miracula conſcripſere R. P. Chriſtophorus Morenus, Prouinciæ Valentiæ Miniſter Prouincialis, libro integro; qui à Ioſepho Ximeno, eiuſdem Ordinis alumno, poſteà auctus eſt. Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis, Item part. 3. in Conuentu 9. Prouinc. Valentiæ. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 8. à cap. 1. vſque ad 56. Hilarion à Coſta, lib. 3. Hiſtor. Catholic. pag. 509. & qui B. Ludouici *Bertrandi*, Dominicani, vitam ſcriptis commendarunt.

Dùm guſtas Factor Domini dulciſſima verba,
Raptus es in cœlum, perfrueriſque Deo.
Indè redis lætus cæleſti nectare plenus,
Atque doces cœlum ſcandere quâ liceat.

Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Carthagena tom. 4. homil. Catholic. de Arcanis Deipar. lib. vltim. §. 1. Elzearius lib. 3. ſacri Mont. Oliuet. cap. 4. 6. 8. & 11. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Marianus lib. 5. cap. 37. & ſeq. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 3. & ſeq. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſ. SS. Hiſpan. cap. 31. Salazar lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 15. & lib. 5. cap. 22. Ferrarius in Catalog. Sanctor. hac die. Boſius tom. 2. de Signis Eccleſ. lib. 9. cap. 13. & lib. 12. cap. 21. Galterius in Tabula Cronograph. ſæcul. 16. ex Coccio, de Signis Eccleſ. art. 11. Rapinæus in Hiſtor. General Origin. Recollect. part. 1. Introduction. §. 49. Gononus in Chronic. SS. Deipar ſæcul. 15 ad ann. 1583. Balinghen. in Appendice ad Calendarium Virg. Mariæ hac die. Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1428. §. 9. Thielmanſ. tom. 1. vitar. SS. Seraphic. Ordin.

Beati Benedicti Conchenſis, Confeſſoris. c] Hiſpanus erat natione, Prouinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ alumnus: qui ſanctitate celebris, obijt in Conuentu vulgò *Caglioſa*, nuncupato. Illius meminit Barezzus ſup. lib. 8. cap 61. poſt Ioannem Ximenes in ſua Chronic. Prouinc. ſancti Ioannis Baptiſtæ. Item Ioannes à ſancta Maria, 1. part. Chron. eiuſdem Prouinc. lib. 2. cap. 4. §. 6.

Beati Ægydij, Confeſſoris. d] Magiſtrum habuit B. Gaſparum à *Sancto Ioſepho*, in Conuentu S. Andreæ Arenis, vbi Nouitiatum egit. Aptum quidem ſe reddidit cunctis ſanctis vitæ religioſæ exercitiis, atque ſingulari cum animi feruore creſcebat in omni genere virtutum, mundi contemptu, ſuique abiectione, humilitate, puritate, & rerum cœleſtium guſtu. Solitudinem ſummè expetebat, in qua cum Deo quietius pertractabat: & orationi, lectioni, ac meditationi moroſius incumbebat. Strictè quoque ſilentium ſeruans, frænum loquacitati poſuit. Factus Guardianus, cœpit amplioribus virtutum radiis collucere: ſicque in humilitate perfectior, in charitate feruentior, in choro & oratione magis aſſiduus, in pœnitentia aſperior euaſit. Ciborum parſimoniæ ſtudebat, cilicio veſtiebatur, in tabula, aut ſuper aſſeres dormiebat. & cæt. Cùm tamen aliis Fratribus benignus eſſet & largus. Madriti exceſſit è vita, ſepultus in Conuentu ſancti Bernardini, qui eſt 8. Prouinciæ ſancti Ioſephi. Vide Ioannem à ſancta Maria, part. 2. ſup. lib. 4. capite 30. ad annum 1600. quo vixit. §. 7.

Beata Berengaria, Virginis. e] Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in Monaſterio ſanctæ Claræ Villæ-Comitis oppidi in Luſitania, quod eſt 14. Prouinc. Portugalliæ. Hiſce verbis, *Viguit hoc in loco à ſuis in-* §. 8.

Digitized by Google

cunabilis, Regularis diſciplina, vitæ candor, atque ſumma patientia: quare plurimæ Religioſæ omni virtutum genere illuſtres ex eo prodiere, &c. Fuit ſemel ſoror quædam nomine Berengaria: quæ humilitatis ergo culinæ obſequiis ſua ſponte ſeſe omnino dederat. Cùmque ſemel de eligenda Abbatiſſa inter ſorores ageretur, illarumque plures ad id munus aſſumi contenderent, cœpit vnaquæque ſigillatim altera inconſulta præfatæ Berengariæ ſorori, quæ nihil minus cogitabat, votum in mente offerre (exiſtimabat vnaquæque ſe ſolam id facturam: nam propter nimiam eius humilitatem, inepta omninò ad id munus obeundum, ab omnibus habebatur) ne dum alteri votum porrigit, illa in Abbatiſſam fortè eligatur. Et ecce dùm ad calculum vota reducuntur, omnia in præfatam Berengariam conueniunt, conſentiuntque. Quæ denique ſic electa, ac tandem à Prælato confirmata, Moniales ſic Diuina voluntate deluſæ, ei obedire detrectabant. Quamobrem ipſi primum Capitulum de religioſo more celebranti pauciſſimæ affuere. Illa verò cum maximo ſpiritus feruore, ait: Quandoquidem meæ ſorores mihi obtemperare renuunt, meque legitimam earum prælatam aſpernantur; ſurgite vos, quæ hoc in loco dormitis, mihique paretote. Ecce ex tempore 7. Moniales, quæ ibidem ſepultæ erant, ex ſuis locellis egredientes, præſto ſibi fuere, nec prius receſſerunt, quàm illis ab ea imperatum fuit. Quo facto exterritæ reliquæ, quæ ſibi tergi verſabantur, multo dociliores redditæ ſunt. Eadem refert Barezzus ſup. lib. 4. cap. 40. ſub ann. 1565. Elzearius lib. 2. cap. 3. ſacri Mont. Oliuet. Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1318. §. 45. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 29. Petrus Caluus in Defenſorio ſacrar. Religion. fol. 294. Valerianus de SS. Fœmin. Ordin. Min. lib. 4. cap. 41.

NONO KALENDAS IANVARII.

IN India Orientali, Beati [a] Martini Guardienſis, Martyris: qui à Malauaribus interceptus, & capite truncatus, victor peruenit ad palmam. Rioncij in Aquitania, Beati [b] Ioannis Parui, Martyris: qui ab hæreticis comprehenſus, poſt aurium abſciſſionem, ferro necatus eſt. Chile in India Peruana, apud Ciuitatem Regiam, Beatorum [c] Duorum Fratrum, Martyrum: qui ab impiis Apoſtatis Indis gladiis & lanceis ſunt trucidati. Laudæ, Beati [d] Leonis Palatini, eiuſdem vrbis Epiſcopi & Confeſſoris. In Gallia, Beati [e] Andrææ Burgundi, Confeſſoris: vitæ integritate & dono orationis præclari. In Corſica Inſula, Beati [f] Franciſci de Maleficiis, Confeſſoris: genere, & virtutibus inclyti. Francæ-Villæ, in Gallia, Beati [g] Ioannis à Francia Confeſſoris: gratia miraculorum illuſtris. Tauri in Caſtella, Beati [h] Didaci à Solorzano, Confeſſoris: virtute caſtitatis, humilitatis, & abſtinentiæ conſpicui. Hiſtonij in Apulia, Beati [i] Pauli de Roio, Confeſſoris. Madriti in territorio Toletano, Beati [l] Ioſephi à ſancta Maria, Confeſſoris: qui Prouinciale munus in Prouincia S. Ioſephi, ſummis virtutibus exornauit. Romæ, Beatæ [m] Theodoræ Annibalis, Virginis, genere & vitæ ſanctitate inſignis.

DECEMBRIS XXIV.

§. 1. *BEati Martini, Martyr.* a] Hic piiſſimus Sacerdos à Malauaribus in mari captus, atque ab eis maximis propoſitis præmiis, vt Catholicæ fidei abrenuntiaret, eorumque ſacrificulus effici vellet ſollicitatus, adeò illorum temeritatem, atque impudentiam increpauit: vt ipſorum gladios in ſe conuerterit, ſicque capite truncatus, occubuerit. Ita Gonzaga 1. part. Orig. Seraphic. Relig. in ſacris Martyribus Ordin. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem, paſſis: apud Indos Orientales. Item part. 4. in Prouinc. ſancti Thomæ, ſub finem. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 71. ſub ann. 1552. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. ſæcul. 16. qui ei etiam ſocium dat F. Aloyſium Amaratum, martyrio coronatum. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Toſſinianus lib. 2. in fin. vbi de India. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 57. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

§ 2. *Beati Ioannis Parui, Martyris.* b] De eo ſcribit Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu Rionceſi, qui eſt 28. Prouinc Aquitaniæ Antiquior. His verbis. *Cum* Religioſus Pater *Ioannes Petrus Sacerdos, hoc ſacrum Monaſterium aliquantulum itineris, ex Patris Guardiani mandato facturus, egreſſus eſſet, à truculentiſſimis hæreticis circumuentus atque poſt aurium abſciſſionem, gladio iterato confoſſus, in Domino occubuit: atque vitam temporalem cum morte, ne potius dicam, hanc mortem cum æterna ac feliciſſima vita commutauit.* Gallicè, vocabatur *Iean Petit*: Latinè *Ioannes Paruus*, non autem *Petrus*. Picquetus ſup.

Beatorum Duorum Fratrum, Martyrum. c] A furentibus Chilenſibus Indis à fide Apoſtatis occiſi §. 3.
ſunt, ann. 1598. quorum primus lanceis confoſſus occubuit: teſte Daça ſup. lib. 2. cap. 59. ex Monimentis Prouinciæ Chilenſis.

Beati Leonis Palatini, Confeſſoris. d] Anno Domi- § 4.
ni 1343. carnis ergaſtulo ſolutus, aſtra petiit: cuius corpus conditum iacet in Eccleſia ſancti Franciſci Conuentus Minor. Landenſ. qui eſt 6. Prouinc. Mediolanenſ. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Vvadingho tom. 2. ſup. ad ann. 1286. §. 8. & tom. 3. ann. 1305. §. 4. 1343. §. 12. & 13. Item ann. 1318. §. 31. quo ad Epiſcopatum eſt euectus. Toſſiniano lib. 2. in Cuſtodia Mediolan.

Beati Andreæ, Confeſſoris. e] Sanctam tranſegit vi- §. 5.
tam cum

tam cum B. Ægidio Aſſiſiate, cuius erat ſocius: vir Gallus natione, & valde deuotus, atque contemplationi deditus. Tanta autem animi contentione vim obedientiæ proſequebatur, vt ipſum etiam Chriſtum, ſibi in ſpecie pulcherrimi infantuli, apparentem, relinqueret, vt Religionis obſequiis pareret. B. Ægidio moriente, ſuperſtes extitit, auitam Prouinciam denuò inuiſit, vbi ſanctè obijt. Scribunt de eo Legenda Italica à B. Leone compilata: Marcus Vlyſſiponenſ. part. 1. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 39. Vvadinghus ſup. tom. 2. ad annum Domini 1262. §. 20. & 40. Item ad annum 1270. §. 27.

§. 6. *Beati Franciſci de Maleficijs, Confeſſoris.* f] Florentinus erat natione, homo deuotus, & paupertatis ac Regulæ ſuæ zelantiſſimus. Nonnunquam demoratus eſt apud montem Aluerniæ in Tuſcia: poſtea traijciens in Corſicam Inſulam, illic ſanctiſſimè obdormiuit in Domino apud Conuentum S. Franciſci in Sylua, qui eſt 3. Prouinc. Corſicæ. Cuius ſacrum corpus diu honorificè ſeruauit Chriſtiana pietas: donec vniuerſa circumquaque Regione à truculentis Turcis deuaſtata, Alcipratum tranſlatum eſt, maxima cum ſæcularium ac Fratrum frequentia in Conuentum ſancti Franciſci Alcipratenſ. id maximè ſollicitante P. Sancto à *Corbario*, tunc huiuſmodi loci Guardiano. Qua de re vide Piſanum, ſup. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. Tuſciæ. Gonzagam part. 1. in BB. viris huiuſce Ordin. Item part. 2. in Conuentu 3. & 24. Prouinc. Corſicæ. Toſſinianum lib. 1. Hiſtor. Seraphic. Vvadinghum tom. 2. ſup. ad annum 1290. §. 16. Picquetum ſup.

§. 7. *Beati Ioannis à Francia, Confeſſoris.* g] Illius meminere Barrezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 19. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. hiſce verbis. *B. Ioannes, Frater fuit vterinus Philippi Parui, Francorum Regis, ſepultuſque in Francauilla: is tres mortuos ſuſcitauit.* Dicitur hic B. Ioannes à *Francia*, vel quia in Francia educatus; ſeu, ob priuilegium Regium matri ſuæ collatum: ſicut & vltimis his ſæculis vidimus factum nonnullis nutricibus Regiis, quibus noua inſignia, & agnomina, Regia munificentia indita ſunt, ſicque error in præfatis authoribus venit expungendus: ſi hoc modo legatur, *B. Ioannes à Francia cognominatus: Frater fuit vterinus Philippi Pulchri, Francorum Regis, &c.*

§. 8. *Beati Didaci à Solorzano, Confeſſoris.* h] Ex Ineſtroſa oriundus erat, Prouinc. S. Iacobi alumnus: qui ann. 1470. diem clauſit extremum Tauri (quæ veteris Caſtellæ ciuitas eſt) in Conuentu S. Franciſci. Huius Religioſi Patris humilitas, caſtitas, paupertas, oratio, abſtinentia, charitas, ac reliquæ virtutes: præcipuè verò in perferendis aſſiduis infirmitatibus, quibus continuò conflictatus fuit, patientia, incredibiles fuere. Qua etiam de cauſa, quodque plurima prophetico ſpiritu prædixerit, ab omnibus Taurinis, ſanctus, Deoque charus habitus eſt. Quibus etiam loci Guardianus renuere nequiuit, quin exanime corpus per integrum diem inſepultum, in Eccleſia remanſerit. Quo quidem die tantus fuit ad ipſum populi concurſus, vt nunquam talis, tantuſque extiterit: & omnium miſerrimus ille haberetur, qui eius pedes, manus, aut habitum deoſculatus non fuiſſet. Sepultus autem fuit ad alterum maioris ſacelli latus. Hæc ex Gonzaga 3. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 35. Prouinc. S. Iacobi. Barezzo ſup. lib. 4. cap. 18. Vvadingho ſup. tom. 2. ann. 1290. §. 29. & tom. 6. ad annum 1470. §. 16.

§. 9. *Beati Pauli de Roio, Confeſſ.* i] Vir fuit Religioſiſſimus, obiit Hiſtonij, in Conuentu ſancti Honorij, qui eſt 5. Prouinc. S. Angeli: iuxta Gonzagam, ibid. part. 2. ſup. & Grauinam, ſup. Vvadinghum tom. 5. ſup. ann. 1440. §. 35.

Beati Ioſephi, Confeſſoris l] Cùm iam eruditiſſimus §. 10.
eſſet in Academia Salmanticenſi, Franciſcanum induit habitum, Cadafalſi inter Patres Diſcalceatos: vbi tantùm mox in omni vitæ perfectione profecit, vt paulò poſt profeſſionem emiſſam, Guardianus Conuentus Dominæ noſtræ de Roſario inſtitutus ſit. Ea in vacatione innotuit eius prudentia, vigilantia, conſtantia, benignitas, & vitæ exemplaritas. Primus quippe erat in labore, in choro, ad orationem, in ſilentio, in vilioribus officiis exercendis, &c. Poſt Matutinas, remanebat in choro ad orationem genuflexus vſque ad Primam: qua expleta Miſſæ ſacrificium deuotiſſimè celebrabat. Profundiſſima pollebat humilitate, propriæque vilitatis cognitione. Quare complura cœlitus dona, vti, deuotionis, orationis, paupertatis, rigoris, aſperitatis, patientiæ, &c. accepit. Nuſquam prioris vitæ ſæcularis recordabatur, niſi cum timore & tremore, deflens priſtinæ huiuſce conditionis miſeriam. Cilicio aſpero carnem iugiter domabat: habitu nunquam vſus eſt niſi pauperiore, rudi, & lacero; lectus eius, aſſeres; vel nuda terra. Multis annis, ſeptem Quadrageſimas Seraphici Patris S. Franciſci ieiunauit: Quadrageſimam vero, quam *Benedictam* vocamus, ſtrictiſſimè ſemper ſeruauit: ſæpè pane & aqua reficiebatur tempore ieiuniorum. Orationem, ieiunia, Officium diuinum, & alia Religionis exercitia, ſuis temporibus exequenda, prætermiſit nunquam; quamtumuis ex itinere feſſus, vel negotiorum cura detentus, ſeu ægritudine grauatus. Nam ſæpè Guardianatus officio functus eſt, itemque Diffinitor, Commiſſarius, & Viſitator Prouinciarum, Cuſtos Cuſtodum, ac Miniſter Prouincialis pluries electus eſt. Quibus in muniis obeundis ſocius potius cenſebatur quàm Prælatus, abſque vlla differentia, niſi in praxi virtutum. Regularis quippe obſeruantiæ zelantiſſimus erat: quapropter mox vt Conuentum eſſet ingreſſus, communitatem extemplò, & ad amuſſim ſequebatur, vti illius loci nouiſſimus inquilinus: tantoque feruore ſtabat ad orationem, vt ſæpius ſubleuatum à terra in altum cuncti fratres viderent, non ſine magna omnium admiratione & ædificatione. Secreta cordium optimè norat, cuique volebat planè referebat. Tandem multis coronatus virtutum ſertis: è viuis receſſit ſeptuagenarius, cuius corpus Madriti humatum eſt in Conuentu ſancti Bernardini, qui eſt 9. Prouinc. S. Ioſephi. Vide Ioannem à ſancta Maria 2. part. Chronic. eiuſdem Prouinciæ, lib. 4. cap. 26. ad annum 1600. quo floruit.

Beatæ Theodoræ, Virg. m] Naſcitur hæc nobiliſſi- §. 11.
ma virgo Romana, ann. 1439. quæ iam adulta effecta, cùm per id tempus R. P. Robertus à *Licio*, poſtea Aquinas Epiſcopus, ex Ordine Minor. Obſeruantin. Prædicator egregius, Romæ concionaretur, ſummo cum auditorum omnium applauſu, & fructu. Hanc itaque concionantem audire cupiens, prædicationibus eius interfuit: cuius verbis mox efficaciter commota, rebus humanis abdicatis, Religioſam vitam inſequi conſtituit. Fama autem ſanctitatis B. Margaritæ *Salmonenſis* illecta, Fulgineum ſe contulit, menſe Iunio, ann. 1450. illicq; apud S. Luciæ Monaſterium, de manu ipſius B. Margaritæ habitum Religionis ſumpſit. Tunc cœpit perfectionis curſum aggredi: tanta cum animi alacritate, vt breui apicem ſe conſe-

quuturam ſperauerit. Erat namque feruida in oratione, affectuoſa in meditatione; in abſtinentia perſeuerans, in mortificatione frequentiſſima, omnium ſororum humillima: quibus aderat ſanctitatis exemplar, & Regularis Obſeruantiæ ſpeculum. Cilicium aſperum deferebat ad carnem, amariſſimè deflebat ob recordationem Dominicæ Paſſionis, & Chriſti mortis. Romam redire inuitatur à Nicolao V. Papa, ann. 1454. quod ſemper complere diſtulit: donec à Pio II. iuſſa, ſummo Pontifici paruit. Romam itaque veniens cum ſociis, ann. 1460. Monaſterium ſancti Coſmæ inhabitauit (quod eſt 1. Prouinc. Romanæ) vbi maiori perfectione exornata, nouem annis, vixit admirabili vitæ ſanctitate, ſæculo quidem vti muta; ſurda, & cæca; ſed Chriſto gratiſſima, à quo, ob animæ eius candorem & puritatem ſæpè viſitari meruit. Fœliciter obiit, hac die, ann. 1469. ſuæ ætatis 59. illicque ſepulta eſt. Prout teſtantur Toſſinianus lib. 1. ſup. in ea. Iacobillus de ſanctis Fulginatib. 24. Decemb. ex Gallonio, & Mariano. Valerius lib. 2. de SS. Fœminis Ordin. Minor. lib. 2. cap. 32. Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 3. cap. 33. Vuadinghus tom. 5. ſup. 1449. §. 51. & tom. 6. ad ann. 1469. §. 11. & 12.

OCTAVO KALENDAS IANVARII.

APud oppidum San-Seuerini, in Picœno, Beati [a] Bentiuolæ, Confeſſoris ac concionatoris eximij; qui ſignis & operibus bonis plenus, dono orationis ac contemplationis cumulatus eſt. Tuderti in Vmbria, Beati [b] Iacoboni Tudertini, Confeſſoris: qui ſcientia, & generis nobilitate illuſtris, pro Chriſto, quæ ſunt ſtulta mundi amplexus eſt, tanto cum ſpiritus feruore, vt & ſingulari vitæ perfectione, & eximia ſanctitate claruerit. Riſagnæ, in Luſitania, Beati [c] Ioannis Paſchaſij, Confeſſoris: Prouinciæ ſancti Ioſephi, præcipui Fundatoris inclyti: qui zelo Regularis Obſeruantiæ plenus, ſummis etiam virtutibus, fuit exornatus. Hondæ in Regno Valentiæ, Beati [d] Aſſenſi Saguntini, Confeſſoris: pietate, & miraculorum gloria celebris. Palentiæ, in Hiſpania, Beati [e] Ludouici Salmanticenſis, Confeſſoris: qui humilitate, charitate, & abſtinentia conſpicuus, prophetiæ dono, atque ſignis admirandis refulſit. Almagri in territorio Toletano, Beati [f] Franciſci de Eſtella, Confeſſoris: qui Prouincialis Miniſter Prouinciæ ſancti Ioſephi factus, multis virtutibus emicuit, tumque dono orationis, & lachrymarum, necnon virginitate illæſa ſeruata exornatus, migrauit ad aſtra. Fulginij, in Valle Spoletana, Beatæ [g] Angelinæ Corbaræ de Termis, Virginis: quæ cùm illuſtriſſima eſſet exorta proſapia, ſæculo renuntians, ac diuitiarum iactantia, opibuſque contemptis, Tertiariarum habitum, orbata marito, ſuſcepit, & prima omnium tria vota Monaſtica profeſſa, ſacræ Tertiariarum Religioni initium dedit; quæ poſtea multarum prærogatiua virtutum inſignis, miraculis in vita, & poſt mortem, nunc vſque coruſcat. In Tuſcia, Beatæ [h] Anonymæ, Virginis.

NOVEMBRIS XXV.

§. 1. BEati Bentiuolæ, Confeſſoris. b] Vir nobili genere ortus, audita ignita B. Pauli Spoletini concione fit frater Minor. Altiſſimæ contemplationis dono potiebatur; ita vt ſemel viſus ſit à quodam plebejano ſacerdote, nomine Maſſæo, per magnum ſpatium in aëre leuatus ſupra montem, dùm orationi vacaret; propter quod ille dimiſſis ſuis beneficijs, factus eſt Frater Minor. Floruit ann. 1188. maximiſque claruit miraculis, vti referunt Piſanus lib. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. Prouinc. Marchiæ ſanctitate illuſtrib. Codex, MS. Abbat. San-Victor. Pariſienſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 6. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. vbi de BB. viris huiuſce Ordin. Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraphic. in eo. Picquetus. In Cathalog. viror. illuſtr. Ordin. Franciſcan. Vuadinghus, tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1232. §. 21. & 22. ex Mariano. lib. 1. cap. 7.

§. 2. *Beati Iacoboni, Tudertini, Confeſſoris.* b] Tuderti in Vmbria natus eſt ex illuſtribus parentibus: qui curam egerunt vt litteris operam daret, in quibus multùm profecit; Doctorque in Iure Ciuili factus, aduocati & cauſidici munere emicuit, ſed faſtu, auaritia, & vanitatibus ſæculi repletus. Mox vxorem nobilem deſponſauit: quæ ita pietatem colebat, vt moriens reperta ſit cilicium ſub veſtimentis gerere ad carnem. Eo exemplo incitatus ad pœnitentiam ipſe Iacobus: ſtatim apud ſe decreuit, ſuperioris vitæ deflens inſtitutum, ſæculo abrenuntiare, vanitatibus valedicere, diuitias deſerere, paupertatem ſectari, & quæ ſtulta ſunt mundi amplecti. Itaque Tertiariorum D. Franciſci ſumpto habitu, humilitati & mundi contemptui iugiter vacauit: atque mortificationis exercitijs ſedulò operam præſtabat, per ſpatium decem annorum. Quibus expletis, Ordinem Minorum ingreditur, in quo mira abſtinentia vixit, frequenter ieiunabat, & hoc in pane & aqua: orationes multiplicabat, humilibus officiis libentius addictus erat, feruentiſſimo amore in Chriſtum exundabat. Tribulationes, & quæcumque alia aduerſa æquo animo

Digitized by Google

animo tolerabat, obſeruantiæ Monaſticæ zelator ardentiſſimus erat, cuius rei gratia multa perpeſſus eſt incommoda, tum à Generali Miniſtro: tum à Bonifacio VIII. Papa. Qui ob ipſius liberrimam reprehenſionem, eum in vincula coniecit ferrea, abſque caputio, ſed magna animi alacritate repletus. Accidit ſemel vt Pontifex quaſi iocosè peteret ab illo, quando è carcere liber abiret: cui vir Dei reſpondit prophetico inſtinctu: *Hinc egrediar, dùm huc intrando adueneris:* quod certiſſimum comprobauit rei euentus. Eadem enim hora, qua idem Pontifex detruſus eſt in carcerem: ex eodem liber dimiſſus eſt B. Iacobus, ann. 1304.

§. 3. Doctrina ſingulari præditus, multa compoſuit elegantibus verſibus, & ſoluta oratione; quibus Deum mirificè laudabat: vi lachrymarum ſuas preces irrigabat: Diuinis colloquiis, & Chriſti apparitionibus, nimis ſolabatur. Tandem morti appropinquans, Sacramenta Eccleſiaſtica accepit de manu B. Ioannis ab *Aluernia*: quo peracto, fœlix obdormiuit in Domino: hac die, an. 1306. Ex Collazono autem, in quo obierat, tranſlatus eſt Tudertum, vbi magna cum ſolemnitate conditus eſt intra Monaſterium ſororum ſanctæ Claræ, de *Monte-ſancto*, extra vrbem: vnde poſtea delatus eſt in Conuentum Minoriticum S. Fortunati, ibique ingenti veneratione colitur. Agunt de eo B. Bartholomæus Piſanus, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratribus Min. ſanctit. illuſtrib. Prouinciæ S. Franciſci. Codex M.S. Abbat. ſancti Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 2. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 27. & 28. lib. 6. cap. 31. & ſequent. & part. 3. lib. 7. cap. 5. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordin. & part. 2. in Conuentu 42. Prouinc. ſancti Franciſci. Toſſinianus lib. 1. Hiſt. Seraph. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord Franciſcan. Cornelius à Lapide, Commentar. in Threnos Ieremiæ, cap. 3. §. 16. & Commentar. in Eccleſiaſtic. cap. 33. verſ. 25. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraphic. Ordin. De Buſtis part. 10. Marial. ſerm. 1. part. 1. Picquequetus in Catalog. viror. illuſtr. Minor. Elzearius lib. 1. ſacri Mont. Oliuet. cap. 13. Aluarus libr. 2. de Planctu Eccleſ. cap. 76. ante med. Nigronus in Commentar. ad Regul. 6. Commun. Societat.. Ieſu §. 2. 5. & Regul. 19. §. 10. Matthæus Raderus 2. part. Viridar. Sanct. cap. 3. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1216. §. 11. & tom. 2. ad annum 1254. §. 47. 1294. §. 9. 1298. §. 24. & tom. 3. ad ann. 1306. §. 7. Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

§. 4. Duo veniunt annotanda. Primum, hunc virum Dei vocari Iacobum de Tuderto, quia ibi natus eſt, ſeu Iacobum *Benedictoli*, tum, quia ſæpè cantica intonando, reboaret ſemper in Laudes *Diuinas*, Deum benedicens: tum, quòd illuſtri eſſet exortus proſapia de *Benedictolis*, ſeu *Benedictis*, apud Tudertum. Secundum conſideratione dignum, eſt (iuxta Gonzagam, ſup. part. 1.) duos BB. Iacobos Tuderti quieſcere: ſic enim ait, *B. Iacobus Tudertinus, Tuderti quoque quieſcit.* Et paulò poſt, *B. Iacoponus Tudertinus, vir mirandæ ſanctitatis, quieſcit in Eccleſia ſancta Claræ propè Tudertum.* Cùm tamen vnus & idem ſit: qui iacuit olim extra vrbem, & nunc intra eam quieſcit: vti ſuperius ſcripſimus ex Marco Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 6. cap. 38. §. 1. Vltimo aduertendum, eſt circa illius obitum, videlicet, quòd in ſolemnitate Natalis Chriſti, cùm in choro audiſſet intonari, *Gloria in excelſis Deo*: ex memoria melliſluæ Natiuitatis Chriſti ex Virgine, & præ dulcedine, ſciſſum eſt cor eius, & plenus iubilo ac ſuauitate migrauit ad Dominum. Iuxta B. Bernardinum de *Buſtis*, ſup. ſerm. 2. part. 2. cuius oſſa decentiùs poſuit Angelus Cæſius, Tudertinus 52. Epiſcopus, teſte Vghello tom. 1. part. 2. Italiæ ſacræ in Epiſcopis Tudertinis. Siſte gradum, mi Lector: & pro gloria Saluatoris recens nati, verbum audias velim, attentè: *Quæritur* (inquit) *S. Hieronymus ſcribens ad Principiam Epiſtol.* 140.) *Quomodo Chriſtus pulchrior ſit cunctis filiis hominum? & reſpondit, quòd abſque paſſionibus Crucis vniuerſis, pulchrior eſt Virgo de Virgine, qui non ex voluntate viri, ſed ex Deo natus eſt*: per operationem Spiritus ſancti. Vnde, ferre non potui, cùm hiſce diebus legerem quoſdam Chriſtianos qui ſe dicunt Catholicos, hanc inurere Chriſto calumniam, quam nec ab inimicis paſſus eſt: vt dicant natum deformem, corpus eius, faciem, cæteraſque corporis membra, fœda fuiſſe & turpia ac deformia: Tinniunt aures hæc audientis, turbanturque oculi ſimilia legentis, horret autem animus tales fuiſſe, qui ſic ſenſerint, ac ſcripſerint. Quare contra huiuſmodi peruerſa obloquentes, iuſto Dei zelo repletus prodiit, R. P. Petrus *Piiartius*, Ordinis Minim. apud Lutetiam Theologus: piiſſimi Saluatoris noſtri gloriam & honorem vindicaturus: qui ann. 1651. Librum edidit: quo de ſingulari Chriſti Ieſu D. N. Saluatoris pulchritudine, aſſertio, defenditur, ac confirmatur ex dictis Sanctorum Patrum, & Doctorum Orthodoxorum: Aduerſariorum verò obiecta diluuntur & exploduntur, piè, eruditè, & catholicè.

§. 5. *B. Ioann. Paſchaſ. Confeſſ.* c.] Præclara huius ſerui Dei facinora copioſè percurrit Ioannes à ſancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. ſancti Ioſephi, lib. 1. cap. 6. & 7. Gonzaga, part. 2. ſup. in Prouincia S. Ioſephi: & in Conuentu S. Iſidori Syluæ Lorianæ, Badeiocianæ Diœceſ. qui eſt 1. eiuſd. Prouinciæ vbi hæc ſubdit: *Hinc recedens venerabilis P. F. Ioannes Paſchaſius, vt Gallæciam repeteret: dùm apud Luſitanos, in quodam pago, cui Riſagna de S. Maria, Luſitanicè nomen eſt, immoratur, in grauiſſimam incidit infirmitatem, ex qua, cum maxima ſanctitatis opinione, mortem ibidem obiit. Et meritò quidem, nam conuerſus ad Dominum, ac Franciſcanam in Prouincia S. Gabrielis ingreſſus Religionem, per Quadraginta annos continuos, tum in ea, tum quòque in hac S. Ioſephi, cuius Author ipſe fuit, adeò paupertatem, humilitatemque coluit, vt à viliſſimo habitu, & pauperrimo mantello, nihil aliud habere perpetuò voluerit: & ictus aliquando in altera maxilla, aliam etiam, iuxta Saluatoris verbum, genuflexus, ac lubens, percutiendum porrexit. Hunc Gallæci, vt Beatiſſ. alterum P. Franciſcum, audiebant venerabanturque, atque eius ſepulchrum (quod honorificè ſatis, pro populi Riſagna modulo, in illius Eccleſia erectum eſt) Plurimi Luſitani à diuerſis infirmitatibus eius meritis liberandi, maxima cum veneratione frequentant. Cuius etiam hauſta terra, ad pellendas ex humanis corporibus febres maximè confert.* Piè moritur, hac die, ann. 1552.

§. 6. *B. Aſſenſi Saguntini, Confeſſ.* d] Profeſſione fuit Laicus, pius, ac ſanctitate inſignitus: cuius tanta fuit ad Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum deuotio, tantaque fides, vt vix humanis verbis explicari queat. Cùm enim hortulum, quem curioſè ad floſculos pro ſummi altaris ornatu legendos colebat, in profeſto Venerabilis Sacramenti omninò floridum vidiſſet, ſummè lætari cœpit: cùmque ſequenti luce, ipſum à vermiculis depaſtum omninò inueniſſet, ad

Digitized by Google

Auguſtiſſimum Sacramentum accurrens, ſupplex Deum precatus eſt, ne ſe permitteret, tanta angi triſtitia: vtque ſibi amiſſos flores, quibus ſanctiſſimum eius corpus in toto feſto exornare valeret reſtituere dignaretur. Mirabile dictu! ſequenti die, cum maxima fiducia ad hortulum accurrens, cum floribus affatim ridentem, vermiculoſque emortuos inuenit, Præterea Diuina glorioſiſſimæ Virginis Matris, eiuſque dilectiſſimi filij, atque Seraphici Patris D. Franciſci præſentia, in ipſa Dominicæ Natiuitatis nocte dignatus honorari, obdormiuit in Domino, apud Conuentum ſanctæ Catharinæ Hondæ ſepultus, vbi magnam habet populi frequentiam, ob ingentia per eum edita miracula. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 12. Prouinc. Valentiæ, Barezzo 4. part Chronic. Minor. lib. 3. cap. 22. ad ann. Chriſti 1540. Daça ibid. lib. 1. cap. 42. Rapinæo in Hiſt. General. Orig. Recollector. Decad. 8. part 1. §. 9.

§. 7. *Beati Ludouici Salmanticenſis, Confeſſ.* e] Huius meminit Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu ſancti Michaelis vrbis Palentinæ, qui eſt 13. Prouinc. ſancti Gabrielis: vbi hæc ſcribit, *Animam cœlo reddidit hoc in loco B. Frater Ludouicus à Salmantica, profeſſione laicus, cuius ad Ordinem receptio mirabilis, humilitas incredibilis, charitas inenarrabilis, atque abſtinentia vix imitabilis, fuere. Quãobrem plurimis prærogatiuis à Deo Opt. Max. honeſtari meruit. Præterea & hominem quendam rabie laborantem, porrecto ſibi aliquantulo panis, ab huiuſmodi morbo liberauit: & plurimis plurima adhuc futura certò prædixit. Et ipſa nocte Dominica Natiuitatis, quam ille dùm viueret, ſumma alacritate, atque deuotione coluerat, è mortali via ad immortalem euolaturus, pro vt ipſe à Domino inſtantiſſimis precibus petierat, finem impoſuit.* Eadem teſtatur Barezzus ſup. lib. 7. cap. 14. ſub annum 1575. refertque gratia miraculorum coruſcaſſe. Rapinæus ſup. §. 8. & Decad. 4. part. 2. §. 4. & Decad. 8. part. 1. §. 8.

§. 8. *Beati Franciſci, Confeſſ.* f] Honeſtate ſingulari præditus, ſic oculorum & linguæ cuſtodiæ inuigilabat, vt mulieres alloqui, aut videre omninò refugeret. Virginitatem quippe integerrimè vſque ad mortem ſeruauit. Humilitatem quoque multùm adamauit, vilia abiectioraque Conuentus obſequia prompto animo exercens. Mortificationi carnis & ſenſus iugiter intendebat: cilicio, diſciplinis, aliiſque pœnitentiæ modis corpus caſtigans. Abſtinentiæ, paupertatis, & Recollectionis erat eximiæ. Nuſquam otioſus, nam vel orabat, legebat, meditabatur, vel labori manuum vacabat. Poſt Matutinas manebat in choro genuflexus ad orationem vſque manè. Deuotiſſimus erat circa myſteria Natalis, & Paſſionis Chriſti: in quibus iugiter mens eius occupabatur. Quis verò pietatem eius in Miſſarum celebratione referre valeret? tanta enim humilitate, reuerentia, & deuotione, talique cordis affectu, & lachrymarum imbre corpus Chriſti tangebat, tractabat, frangebat: vt cùm ſuſcipere vellet totus in lachrymas procumberet & corporalia omninò his reſpergeret. Magiſter Nouitiorum, Guardianus, Diffinitor, Commiſſarius, Viſitator, ac Miniſter Prouincialis extitit: Quo in officio ſanctiſſimè obiit apud Almagrum, ann. 1605. ſepultus in Monaſterio Dominæ noſtræ Planetici, quod eſt 16. Prouinc. Caſtellæ: vti refert Ioannes à ſancta Maria, part. 2. Chronic. Prouinciæ S. Ioſephi, lib. 4. cap. 31. ad ann. 1600. quo vixit.

§. 9. *Beata Angelina Corbara, Virgine Tertiaria.* g] De inſtitutione Tertiariarum tempore Seraphici Patris D. Franciſci, diximus ſuperiùs ad 3. Ianuarij, §. 5. 6. 7. 8. Cùm autem ſacra hæc ſocietas in dies magis, magiſque excreſceret, meliuſque audiret; illuſtriſſima ſimulatque pientiſſima Angelina Corbara à Termis; Ciuitellæ apud Aprutios Comitiſſa, coacta bona illuſtrium iuuencularum manu: Fulginæ, quæ Vmbriæ ciuitas eſt, Monaſterium ſub titulo ſanctæ Annæ ſibi conſtruxit, ann. 1397. & illud cum ſociis ingreſſa, tribus Religionis votis, caſtitatis ſcilicet, obedientiæ, atque paupertatis, emiſſis: ibidem ieiuniis, orationibus, & aliis pœnitentiæ exercitiis intenta, ad mortem vſque ſanctiſſimè perſeuerauit. Cujus exemplo quamplurimæ aliæ virgines permotæ, collatis in medium propriis facultatibus, octo Monaſteria, in quibus ſub habitu, atque legibus Tertij Ordinis Seraphici Patris ſancti Franciſci conuiuerent, in diuerſis Italiæ partibus, poſt breuiſſimi temporis ſpatium ædificari curarunt. Ab his ſacra Tertiariorum Religio initium ſumpſit: Quam Martinus V. & Eugenius IV. Pont. Max. ſtatutis, atque Apoſtolicis conceſſionibus honeſtarunt. Cumque ad harum ſororum exemplum, plurimi quoque viri cœnobia erexiſſent, ibidem ſub habitu ac norma præfati Tertij Ordinis, triplici Religionis voto emiſſo, religioſè commorarentur, & iſti atque illæ ſupra modum multiplicarentur: Leo X. Papa huiuſmodi Tertium Ordinem confirmauit, ſibique propriam Regulam, ab ea quam Nicolaus Papa IV. prius condiderat, vtcumque diſſimilem, anno 1521. die 20. Ianuarij, Pontificatus eius ann. 8. præſcripſit.

Egregia eius opera, virtutes ac miracula, tum in §. 10.
vita, tum poſt obitum, deſcribunt Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. capite 39. ſub ann. 1420. & lib. 3. cap. 33. Marianus lib. 5. cap. 14. Gonzaga 1. part. ſup. vbi de Tertij Ordinis Franciſcani exordio: & part. 2. in Monaſterio ſanctæ Annæ, Foroflaminij, aliàs, Fulginei, quod eſt 10. Prouinciæ ſancti Franciſci. Barezzus ſup. lib. 2. cap. 14. qui eam vocat Corbariæ Comitiſſam: ſicut & Gonzaga part. 2. ſup. aiens præfatum Monaſterium ſanctæ Annæ, fuiſſe conſtructum, an. 1405. ſed melius ann. 1397. à B. ſorore Angelina, Corbariæ olim Comitiſſa, miraculis inſigni. Societatem ac familiaritatem inierat cum B. Margarita (de qua 5. Septemb.) erant enim ambæ ex Aprutio oriundæ: & Fulgineum in Vmbriam aduenerant fermè eodem tempore, vt ibidem Monaſticam vitam profiterentur. B. Angelina autem obiit, non 14. Iulij, vt vult Iacobillus, ſed in die Natali Domini, prout Chriſtus ſibi apparens in feſto ſancti Thomæ Apoſtoli prædixerat, ann. 1459. vt ipſe Iacobillus tandem fatetur in vita B. Margaritæ Salmonenſis, 5. Septemb. Marcus Vlyſſiponenſis ſup. lib. 1. ſcribit, corpus eius ſacrum conditum fuiſſe apud Eccleſiam Fratrum Min. Fulginenſ. vbi vita illius admiranda depingitur, & ſacræ eius Reliquiæ condigno honore venerantur: cui adſtipulatur Iacobillus, at Barezzus (quem ſequitur Valerius lib. 4. cap. 17. de SS. Fœmin. Ord. Minor. ſed perperam) vult ſepulturam, nactam eſſe in Monaſterio ſanctæ Annæ ibid. à ſe extructo: illicq; ingenti populorum deuotione coli. De ea Algezira, in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Wadinghus tom. 4. ſup. ad ann. 1377. §. 3: quo cœlo naſcitur, an. 1392. §. 7. & ſeq. & tom. 5. ann. 1425. §. 24. 1428. §. 17. 1435. §. 18. & ſeq. 1459. §. 76. 1449. §. 51. Vghello tom. 1. Italiæ ſacræ in Epiſcopo 34. Fulginat. Hinc corrigendi veniunt,

Digitized by Google

niunt, Valerius ſup. & lib. 2. cap. 32. ac de Sillis in capite primo Regul. Tertiar. ex vna Beata Angelina duas facientes; videlicet, *à Termis*, & *à Corbaria*, cùm ſola, vnicaque extiterit.

Beata Anonyma, Virg. g] Tanto ſpiritus feruore incenſa fuit, vt ſub forma adoleſcentis Religionem Seraphicam intrauerit, profeſſionemque emiſerit: in Conuentu Capriolæ, propè Senas in Tuſcia: at poſteà agnita, indè educta eſt, & in proximum Monaſterium tranſlata, vbi vitæ ſanctitate emicuit. Teſte Marco Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. lib. 1. cap. 7. Wadingho tom. 4. ſup. ad ann. 1399. §. 66. aliud propè ſimile exemplum paulo ſuperius retulit, §. 57.

SEPTIMO KALENDAS IANVARII.

IN Belgio, Beati [a] Anonymi, Martyris: qui in perſecutione Gueuziorum hæreticorum, gladio peremptus eſt. Oſornij in Chilenſi Indiæ Peruanæ Regione, Natalis Beatorum [b] Duorum Fratrum Martyrum: quos Apoſtatarum à fide barbara crudelitas fame extinxit. Berberiæ in Dalmatia: Beati [c] Andreæ Albanenſis, Confeſſoris: cuius ſanctitatem quamplurima poſt mortem miracula declarant. Fulginij in Vmbria, Beati [d] Matthæi, Confeſſoris, vita & ſignis admirandis glorioſi. In Luſitania, Beati [e] Alphonſi Gagę, Confeſſoris: qui ieiunio, oratione, & ſilentio multùm emicuit. In territorio Firmano, apud Montem ſanctum Picœni oppidum, Beatorum [f] Ludouici à Petroſara, & Bartholomæi ab Offida, Confeſſorum: qui mira ſanctitate ac Religione exornati, quieuerunt in Domino. In Portugallia, propè Pontem Limæ, Beati [g] Saluatoris, Laici, Confeſſoris: paupertate, pietate, ac vitæ perfectione ſpectabilis. Roſarij, in territorio Toletano, Beati [h] Didaci Minoris, Confeſſoris: eximię humilitatis, orationis, & pœnitentię viri. Venetiis. Beatę [i] Fœlicis Veronenſis, Virginis, Abbatiſſę: quæ zelo monaſticæ obſeruantiæ plena, cæteris perfectionis ſpecimen, extitit & norma virtutis.

DECEMBRIS XXVI.

§. 1. BEati Anonymi, Martyris. a] Vitæ ſanctitate clarebat, cùm Gueuſij hæretici Flandriam, inferioremque Germaniam, rapinis, incendiis, & diris vexationibus percurrentes: apud *Honoſcoth*, gladiis eorum eſt occiſus: cuius caput accipiens quidam illorum ſpiculo haſtili impoſuit, vt ſic omnibus pateret, eo quòd viuens contra eos auſus eſſet prædicare, ſectamque ipſorum arguere. Hæc ex Fauſtino Taſſo, hiſtoria ſui temporis. Bouchiero Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Obſeruantinor. Fratrum. Barezzo 4. part. Chron. Minor. lib. 5. cap. 11. ad ann. 1568.

§. 2. *B B. Duorum Frat. Mart.* b] Paſſi ſunt ann. 1598. in perſecutione Indorum Chilenſium Apoſtatarum à fide: iuxta Daçam 4. part. Chron. Min. lib. 2. cap. 59. ex Monimentis Prouinciæ Chilenſis.

§. 3. *B. Andrææ Albanenſ. Confeſſ.* c] Hic complura edidit poſt mortem miracula: Berberiæque tumulatus eſt. De eo Agunt B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. in Fratrib. Min. ſanctit. illuſt. Prouinc. Dalmatiæ part. 2. Cod. M.S. Abbat. S. Victor. Pariſ. ibid. Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 10. §. 2. ad ann. 1350. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huiuſce Ordinis. Picquetus in Catalog. viror. illuſt. Minor. Toſſinianus libr. 2. in Cuſtodia Iadarenſi. Wadinghus ibid. tom. 4. Annal. Min. ad ann. 1355. §. 5. & ann. 1399. §. 55.

§. 4. B. *Matthæi, Confeſſ.* d] Quo tempore floruerit, accipe ex eodem Piſano, ſup. fruct. 8. part. 2. in Prouinc. S. Franciſci: *Item, in Fulgineo, in loco Fratrum, iacet etiam quidam alius Frater, nomine Mattheus: qui etiam temporibus iſtis moriens, ſignis claruit.* Illius adhuc meminit fruct. 11. part. 2. ibid. Toſſinianus lib. 1. ſup. Gonzaga, & Picquetus ſup. Barezzus ſup. lib. 4. cap. 37. Wadinghus ſup. ad an. 1355. §. 2. & 1356. §. 21. quo obiit. Item Iacobillus de SS. Fulginatibus hac die, vbi tamen mendosè habetur ann. 1256. pro 1356. vti Wadingho in tom. 2. ſup. ann. 1256. §. 44.

B. *Alphonſi Gagæ, Confeſſoris.* e] Religioſiſſimus §. 5.
extitit atque deuotus, linguamque Latinam calluit, aliaſq; ſcientias didicit: ſed quia tardioris linguæ eſſet impedimento detentus, ab officio prædicationis ceſſauit, atque inter Patres Prouinc. Portugalliæ Obſeruantes, Conuentualibus relictis, admitti curauit. Hinc vita exemplari ita cæteris illuxit, vt totius virtutis ſpeculum euaſerit. Quaſi quotidiè ieiunabat, dies non paucos abſque vllo cibo tranſigebat: noctu diuque in oratione manebat. ſilentium inuiolabiter obſeruabat, nudis pedibus ſemper incedebat: ſæcularium fugiebat frequentiam, rarò Conuentum egrediebatur, vilibus induebatur, & ſuæ regulæ zelator erat ardentiſſimus. Morte appropinquante, omnia ſuſcepit Eccleſiæ Sacramenta: ſicque ſanctiſſimè ſpiritum exhalauit, ſuauiſſimum ex ſe ſpirans odorem, & ingens ſui deſiderium adſtantibus relinquens. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. lib. 4. cap. 29. ad an. 1460.

BB. Ludouici & Bartholomæi, Confeſſ. f] Prouinc. §. 6.
Marchiæ erant alumni, ſanctis virtutibus exornati, in Deum & proximum ſingulari charitate præfulgidi; obierunt apud Conuentum S. Antonij Montis Sancti oppidi, illicque ſepulti magna veneratione coluntur. Hæc ex Barezzo, ſup. lib. 5. cap. 24. qui addit eos obiiſſe, in die Natali Domini: ſed hallucinatur illius interpres Ioannes *Blancona*: vt patet ex Gonzaga

(à quo, quæ Barrezzus narrat, deſumpſit) 2. part. ſup. in præfato Conuentu, qui eſt 11. Prouinc. Marchiæ. *Ergaſtulo carnis* (inquit) *ſoluti hîc ad aſtra migrarunt eodē & vno anno, qui à Chriſti Natiuitate fuit* 1571. *miræ ſanctitatis, venerabileſque Patres, Ludouicus à Pieroſara, Diœceſis Fabriana pago. & Bartholomeus ab Offida, Picœnti oppido: proue&ta quidem ætatis ambo, cùm octogenarium ad minus annum, eorum vterque clauſerit, amboque maxima religione inſignes.* Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1498. §. 29.

§. 7. *B. Saluatoris, Laici, Confeſſoris.* g] Florebat an. 1580. apud Conuentum S. Antonij propè Pontem Limæ: qui alta quadam præditus virtute, paupertatis & Religionis obſeruantiſſimus, multis fuit oppugnatus Dæmonum inſidiis, ſed ope Diuina ſuffultus eas omnes facilè ſuperauit. Moriens ſingularis ſanctitatis indicia nō pauca confratribus imitanda dereliquit. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in eo Conuentu, qui eſt 4. Prouinc. S. Antonij Portugalliæ. Barezzo ſup. lib. 7. cap. 35. ad ann. 1580. Rapinæo in Hiſtor. General. Orig. Recollector. Decad. 8. part. 1. §. 12. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Wadingho tom. 7. ſup. ad ann. 1480. §. 27.

§. 8. *B. Didaci, Confeſſ.* h] Aſperis diſciplinis & cilicio, vſque ad genua oblongo, carnem ſpiritui ſubiiciebat; cathena quandoque etiam corpus ſtrictè præcingens. Humilitate, puritate, & ſinceritate multum exornatus, malum de proximo nuſquam ſuſpicabatur, vel aliorum imperfectiones intuebatur. Verba eius erant de rebus ſanctis, & optimis, de perfectione, & virtutum praxi, deque Regulari Obſeruantia, & interiore animæ ſtatu ac profectu. Feruidus ſtabat in oratione continua, cuius tempore ſæpe rapiebatur in extaſim. Iacet apud Conuentum Virginis de Roſario, qui eſt 4. Prouinciæ ſancti Ioſephi: vti habet Ioannes à ſancta Maria, part. 2. Chronic. eiuſdem Prouinciæ lib. 4. cap. 30. ad ann. 1600. quo vixit.

B. Fœlicis Veronenſis, Virgin. i] Virgo fuit Religioſiſſima, & virtutibus illuſtris, quæ è Monaſterio Mantuano, vnà cum aliis ſodalibus venit Taruiſium, vt Monaſterium *de Cella*, reformaret, vndè breui tempore domum illam ad rectam viuendi normam reduxit. Exindè poſt biennium euocata, authoritate Eugenij 4. ad Monaſterium Venetum S. Nicolai de Mariano tranſfertur: vt illic ſuppreſſo Ordine S. Benedicti, & diſperſis per alia loca ſororibus antiquis, inſtitueretur illic Ordo S. Claræ: quod fauſtè euenit: tamque inſigni virtutis Magiſterio primas inſtruxit diſcipulas, vt intra breuiſſimi temporis ſpatium inter præcipua Vrbis monaſteria potuerit referri. Vide Wadinghum tom. 5. ſup. ad annum 1439. §. 72. poſt Gonzagam part. 1. ſup. in Monaſterio 4. Prouinc. S. Antonij. §. 9.

SEXTO KALENDAS IANVARII.

TRaiecti, in Brabantia, Beati [a] Hadriani Beuerlonis, Martyris: ob fidem Catholicam, ab hæreticis interfecti. Caſtilloni Aretini in Tuſcia, Beati [b] Manſueti, Confeſſoris: vita & miraculis glorioſi. Muri in Picœno, Beati [c] Maſſæi Seuerinatis Confeſſoris: cuius ſanctitatem miracula crebrò per eum edita teſtantur. Aldenardi, in Belgio, Beati [d] Theodorici, Confeſſoris: ſingulari humilitate præclari. In Italia, Beati [e] Ioannis Fauentini, Confeſſoris: eximiæ ſanctitatis viri. Palmæ, in territorio Cordubenſi, Beati [f] Barnabæ, Confeſſoris: qui magna ſimplicitate, & oratione exornatus, ſpiritu etiam prophetico, atque ſignis admirandis emicuit. Numantiæ, in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [g] Alphonſi à Nebreda, Confeſſoris: qui ſumma integritate, humilitate, & caſtitate, floruit. Mirtyli, in Ora Luſitaniæ ad Oceanum, Beati [h] Bartholomæi Inſulani, Confeſſoris: ingentis pœnitentiæ & abſtinentiæ viri. Guadalaxaræ, in Regno Toletano, Beati [i] Bernardini à Turrigio, Confeſſoris, & Concionatoris eximij: qui verbo prædicationis pluribus profuit, & humilitate, paupertate, ac benignitate in Guardianatus Officio, cunctis ſibi ſubditis illuxit. Compluti: in Hiſpania, Beati [k] Petri à Turribus, Confeſſoris: labore, patientia, & oratione ſpectabilis. Nicoteræ, in Sicilia, Beati [l] Dominici à Calabria, Confeſſoris: qui gratia contemplationis, propheticæ dono ac miraculorum claruit. Iliturgi, in territorio Giennenſi, Beatæ [m] Magdalenæ à Cruce Virginis.

DECEMBRIS XXVII.

§. 1. BEati *Hadriani, Martyr.* a] Cùm eſſet Sacerdos, Concionator, & à ſacris Confeſſionibus in Monaſterio Montis-Lucis propè Traiectū ad Moſam, ab hæreticis interfectus eſt, an. 1576. Ita Arnoldus Raiſſa, in Auctario ad Natales SS. Belg. ad calcem libri: ex Archiuis Conuentus Fratrum Minorum Antuerpienſ. qui eſt 11. Prouinciæ Germaniæ Inferior. Bœnerus in Hiſtoria Delineationis Martyr. Franciſcan. German. Inferior.

B. Manſueti, Confeſſ. b] Hic à ſecretis Confeſſionibus Pontifici Innocentio IV. fuit, eiuſque Capellanus, ac Pœnitentiarius: cuius opera reconciliatos Eccleſiæ Piſanos fuiſſe legitimus anno 1244. Sancto Ludouico IX. Francorum Regi familiaris extitit vti conſtat ex Toſſiniano, qui hæc ſubdit. *Locus Caſtillionis Aretini, quem ſuis miraculis & vita ſanctitate* §. 2.

tate exornauit B. Manſuetus, qui apud S. Ludouicum Francorum Regem in ſummo pretio habitus fuit: à quo etiam accepit, deuotionis cauſa, partem ſacratiſſimæ Coronæ ſpineæ, qua ſanctiſſimum Chriſti caput fuit perforatum. Hæc ille lib. 2. Hiſtor. Seraph. in Prouincia Tuſciæ, vbi de Cuſtodia Aretina. Wadinghus ibid. tom. 4. Annal. Minor. ad annum 1399. §. 44. & tom. 1. ad annum 1244. §. 15. ac tom. 2. ad annum 1265. §. 20. quo Vrbanus IV. multa eidem committit peragenda.

§. 3. *Beati Maſſæi, Confeſſoris.* c.] Hic cùm eſſet plebanus, & vidiſſet B. *Bentiuolam*, in aëre ſubleuatum tempore orationis ſuæ, relictis omnibus, factus eſt Frater Minor, qua in vocatione, vitæ ſanctitate & miraculis claruit. Ita Piſanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minorib. Prouinciæ Marchiæ ſanctitate illuſtrib. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Religionis, in BB. viris huiuſce Ordin. Picquetus in Cathalogo viror. illuſtr. Franciſcan. Wadinghus ſup. tom. 1. ad annum 1232. §. 21. & tom. 2. ad annum 1289. §. 27. & 45. Toſſinianus ſup. in Prouincia Marchiæ, vbi de Cuſtodia Camerini.

§. 4. *Beati Theodorici, Confeſſoris.* d] Fuit humilitate inſignis, iacet Aldenardi in Belgio, ad ripam Schaldis fluminis. Memoratur à Piſano, ſup. in Prouincia Colonienſi. Toſſiniano ibid. ſup. in Cuſtodia Treuirenſi. Gonzaga & Picqueto, ac Wadingho, ſup. tom. 1. ad annum 1249. §. 9.

§. 5. *Beati Ioannis Fauentini, Confeſſoris* e] Huius aliquot oſſa diligentiſſimè aſſeruantur apud Monaſterium Monialium Clariſſarum *Miſericordiæ*, Regij Lepidi, in Æmilia, quod eſt 11. Prouinciæ Bononienſis: teſte Gonzaga ibid. part. 2. ſup.

§. 6. *Beati Barnabæ, Confeſſoris.* f] Hiſpanus erat natione, Laicus profeſſione: cuius Elogium paucis complectitur Gonzaga 3. part. ſup. in Conuentu ſanctæ Mariæ de Bethleem Palmæ, qui eſt 12. Prouinc. Angelorum. *Viam vniuerſæ carnis* (inquit) *hoc in loco ingreſſus eſt admirandæ humilitatis atque ſimplicitatis Frater Barnabas, laicus profeſſus, qui integras noctes integris diebus orationi intentus iungere aſſueuerat; quique prophetico ſpiritu afflatus, plurima adhuc futura certiſſimè prædixit: atque deuotiſſimum libellum, veréque melliflnum, ſub* (viæ ſpiritus titulo) *licet idiota eſſet, nec vel Grammaticales litteras à liminibus ſalutaſſet, artificioſiſſimè edidit: quique tandem mulierem graui morbo laborantem ſtatim à morte integræ ſoſpitati miraculosè reſtituit: & alia quàm plurima miracula, auxilio diuino munitus, edidit.* Eadem referunt Marcus Vlyſſiponenſis 3. part. ſup. lib. 9. cap. 49. ad annum 1502. Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 29. ſup. ann. 1517. Daça ibid. lib. 1. cap. 33. & lib. 3. cap. 23. Rapinæus in Hiſtor. General. Orig. Recollector. part. 1. Decad. 4. §. 7. Marianus lib. 1. cap. 7. Chronic. Reformat. Petrus Caluus in Defenſorio ſacrar. Relig. fol. 296.

§. 7. *Beati Alphonſi à Nebreda, Confeſſoris.*] Fuit etiam hic laicus profeſſus, vir ſummæ integritatis: cuius vita nihil aliud, quàm omnium virtutum extitit ſpeculum. In eo ſiquidem profundiſſima humilitas, ardentiſſima charitas, atque feruentiſſima oratio, à ſui profeſſione ad vltimum vſque mortis inſtans reſplenduit. Qua denique factum eſt, vt à Fratribus inter cœlicolas annumeretur. Obijt ann. 1553. ſepultuſque eſt in Conuentu ſancti Franciſci Numantiæ, qui eſt 13. Prouinc. Conceptionis. Hæc ex Gonzaga ibid. part. 3. ſup. Barezzo ſup. lib. 3. cap. 72. Daça ſup. lib. 3. cap. 23. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24.

Beati Bartholomæi, Confeſſoris. h] Conuentus ſancti Franciſci, duobus milliaribus ab oppido Mirtilo, nunc *Vianna*, propè mare, ad radices montis editiſſimi ſitus eſt: in quo jacet hic ſeruus Chriſti, vir incredibilis pœnitentiæ & abſtinentiæ, quam etiam in morbis non remittebat: erga alios mitiſſimus, erga ſe ſeuerus valdè. Obiit circa annum 1557. iuxta Wadinghum, ſup. tom. 4. ad annum 1392. §. 20. ex Marco Vlyſſiponenſi. Eſt autem præfatus Conuentus 3. Prouinciæ S. Antonij in Portugallia. §. 8.

Beati Bernardini, Confeſſoris. i] Cùm concionator eſſet eximius, ſermones habuit, in Curia Regia Hiſpaniæ Compluti, & in aliis præcipuis Caſtellæ Prouinciæ vrbibus, per ſpatium annorum quinquaginta: quibus mirum in modum profuit. Vir quippe erat vitæ multum exemplaris, ſuæ profeſſionis obſeruantiſſimus. Non minori virtute illuxit in Guardianatus munere, feruentiſſimus quippe & humillimus cùm eſſet, primus omnium ſemper aderat in choro, & aliis muniis obeundis: abiecta ſeu viliora haud dedignatus explere officia: ſumma vigilantia cunctorum neceſſitati occurrebat, benignus & affabilis in omnes: loquacitates, ſeu dicacitates prouidè coercebat, ſui ouilis forma factus virtutis, fœliciter tandem migrauit ad Dominum apud Conuentum Gualdalarenſem (qui eſt 4. Prouinciæ Caſtellæ.) Vti ſcribit Salazar libro 2. Chronic. eiuſdem Prouinciæ, cap. 22. §. 9.

Beati Petri, Confeſſoris. l] Laicus erat profeſſione: tanto ſpiritus feruore plenus, vt non ſolum ſufficiens eſſet ſibi hortum excolere, ad eleemoſynam petendam pergere, &c. ſed & quæuis Conuentus officia, ſi potuiſſet, peragere ſummè exoptabat. Nocte verò adueniente, ſanctæ orationi, flexis genibus, inſtanter vacabat: propter quod & Apoſtema contraxit, pro cuius curatione, prolixam incommoditatem diu, ac patienter tulit. Nil maius aut excellentius, ſeu Religioſo Franciſcano dignius arbitrabatur in hoc ſæculo: quàm aliquid pro Chriſto libenter pati Iacet in Conuentu ſancti Angeli Cuſtodis Compluti (qui eſt 21. Prouinc. ſancti Ioſephi) vbi eius memoria nunc vſque viget: chorda ipſius, velut quoddam Amuletum Diuinum, valet aduerſus nonnullas infirmitates. Vide Ioannem à ſancta Maria 2. part. Chronic. eiuſdem Prouinciæ, lib. 4. cap. 25. ad annum 1600. quo floruit. §. 10.

Beati Dominici, Confeſſoris. m] Hic à prima ſua conuerſione lapſus, dehinc iterum conuerſus, coram ſummo Iudice ſiſtitur, à quo 44. annorum pœnitentiæ agendæ inducias in Religione promeruit: vbi ferè omnibus virtutibus, ſpiritu prophetico, ac gratia contemplationis reſplenduit: miraculis in vita & poſt mortem clarus obiit, ann. 1603. in Conuentu S. Mariæ Ieſu Nicoxiæ. Grauina in *voce Turturis*, ſup. §. 11.

Beatæ Magdalenæ, Virginis. n] Falſis viſionibus aliquando decepta, vel imaginaria ſanctitate inſoleſcens, è Monaſterio S. Eliſabeth Cordubenſi ad iſtud S. Agnetis, intra muros vrbis Iliturgenſis (quod eſt 5. Prouinc. Granatenſis) tranſlata, in eo annis 24. dignos fecit fructus pœnitentiæ, & doloſum vitæ genus vera pietate, & inſigni humilitate compenſauit. Obijt ann. 1560. hac die, ita Vvadinghus tom. 5. ſup. ann. 1430. §. 53. ex monument. MSS. illius loci. §. 12.

Digitized by Google

QVINTO KALENDAS IANVARII.

APud Nouum Mexicum in India Occidentali, Beati [a] Auguſtini Roderici, Martyris: qui pro Chriſto à Barbaris Indis gladio necatus eſt. In Hybernia, Beati [b] Anonymi, Confeſſoris: Patris ſancti Franciſci Diſcipuli. Elchij, in territorio Toletano, Beati [c] Alphonſi Rubij, Confeſſoris: virtute abſtinentiæ, oratione atque humilitate celebris. In Italia, Beati [d] Trebatij Pennenſis Marchiæ, Confeſſoris, & Concionatoris eximij: qui eruditione, humilitate, vitę aſperitate, & zelo ſalutis animarum adornatus, ſancto fine quieuit. Abulæ, in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [e] Petri à Magdalena, Confeſſoris: humilitatis, orationis & ardentiſſimæ charitatis viri. Apud Calabazanos oppidum, in territorio Palentino, Beatæ [f] Annæ ab Heredia, Virginis: dono orationis inſignis.

DECEMBRIS XXVIII.

§. 1. B*Eati Auguſtini Roderici, Martyris.* a] Hic in vico *Niebla*, prope Hiſpalim, ortus: in Indiam poſtea traiiciens, habitum Religionis, in Prouincia S. Euangelij ſuſcepit, vir certè ſanctis virtutum operibus, iugiter addictus, veritatiſque ac ſalutis animarum zelator eximius, (etſi profeſſione Laicus) pro quarum conuerſione aduerſa multa, itinera, labores, & afflictiones æquo animo, pro Chriſto tulit. Cùm igitur anno Domini 1580. idem à Prouincia ſancti Euangelij valdè remotus, per aliquot annos iam in Regione Zacatecarum, inter Indos Chichimecas peregrinatus fuiſſet, zelo ſalutis animarum actus, in pium conuerſionis Barbarorum illorum Infidelium opus, ad hanc ipſam Prouinciam perueniens, ex eadem Fratres quandoque aſſumpſit, vt illuc rediret: Quippe qui feruens ſpiritu, & animarum couerſionem anhelans, indagare explorareque ſtuduit; an in Regione, quæ vlteriùs atque intimiùs Aquilonem verſus extenditur, aliqui Indorũ populi reperirentur. idquequam plurimis diebus perquirens, genteſque innumeras, plebeoſque multos turbidos, ac confuſos reperiens: Mexicum adiit, vt pro eorum conuerſione Fratres ſecum adduceret. Quod pro voto ſibi ſuccedens: BB. Franciſcus Lopetius, & Ioannes à ſancta Maria, cum eo profecti ſunt.

§. 2. Hi duo, non multò poſt, martyrij gloriam ibidem adepti: (quorum meminimus, 9. Iunij, & 21. Decemb.) ſuperſtitem reliquerunt ipſum B. Auguſtinum, qui ſuorum morte, haud territus ſociorum, ſed animoſior affectus: dùm Chriſtiana quadam libertate, atque diuina fretus virtute, illius populi varia delicta, exceſſuſque emergentes liberiùs argueret: poſt breue dierum ſpatium, ab eiuſdem Regionis Infidelibus interemptus fuit. Scribunt de eo Gonzaga 1. part. ſup. in Martyrib. huiuſce Ord. ſuo æuo. pro Chriſto paſſis, apud Indos Occidentales. Item in Prouincia ſancti Euangelij, in fin. part. 4. Barezzus ſup. lib. 7. cap. 41. ſub annum 1580. Hilarion à Coſta lib. 2. Hiſt. Cathol. pag. 366. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Franciſcan. Picquetus ſup. Mendoſa part. 2. Hiſt. Chinæ, lib. 3. cap. 7. & 9. Marianus lib. 3. cap. 33. Boſius tom. 1. lib. 12. cap. 22. Toſſinianus lib. 2. in fine, vbi de India. Daça 4. part. Chron. Min. lib. 2. cap. 59. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Ioannes à ſancta Maria 2. part. Chron. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 3. cap. 14. & 27. Gouſſancourt. tom. 2. martyrolog. Equit. Militens fol. 144.

B. Anonymi, Confeſſoris. b] Hic vnus fuit ex diſcipulis ſancti Franciſci, quos ipſe Seraphicus ablegauerat in Gallœciam: ſed paulò poſt ex Compoſtella in Hyberniam traiiciens, aliquot Monaſteria conſtruxit, & tandem ibi maxima cum ſanctitatis opinione diem clauſit extremum. Memoratur à Gonzaga 3. part. ſup. in Prouinc. Hyberniæ. Wadingho tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1214. parag. 11. & 1230. paragrapho 20. Antonio Daça 1. part. Chronic. M. S. lib. 1. §. 3.

B. Alphonſi, Confeſſoris. c] Laicus erat profeſſione, vixitque raro cum virtutis exemplo, & perfectæ ſanctitatis nota. Siquidem humillimus cùm eſſet, viliora officia feſtinantiùs exquirebat, omnium auxilio præſtò aderat. Diſciplinis, pœnitentiis publicis, & aliis mortificationibus vnà cum nouitiis in choro, ac refectorio, coram communitate, ſemper ſeſe exercebat. Paupertatis cupidiſſimus, veſte lacera, mantello viliori, cæteriſq; rebus abiectioribus, læto animo, vtebatur. Cilicium aſperrimum iugiter deferebat: ſomno parùm indulgebat, nec quietem, niſi ſedens, capiebat. Nuſquam carnem comedit, aut vinum bibit: ſed ſcutellam ex iuſculo pauperibus parato, cum buccella panis modica pro refectione ſumebat. In oratione aſſiduus multùm erat & feruidus; nam Matutinis decantatis, ſtabat in ea vſque ad Primam: propter quod complura ſibi à Deo fuere dona collata: conſpectuſque eſt è Fratribus ſubleuatus à terra, & raptus in extaſim: quo tempore, radij veluti ſolares è ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento emanantes, vultum eius miro ſplendore colluſtrabant. Multi ad eum accurrẽtes, pro neceſſitatibus, afflictionibus, & morbis curandis, opem ipſius obnixè efflagitabant, expoſcebantque aliquid ex iis, quæ ad eum pertinebant, cuius virtute & attactu, ſæpè à quampluribus malis liberabantur. Meritis itaque præclarus, fœlix migrauit ad Dominũ; cuius corpus humatum eſt Elchij in Conuentu ſancti Ioſeph, qui eſt 1. Prouinciæ S. Ioannis Baptiſtæ. Ita Ioannes à ſancta Maria part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 2. cap. 49. ad an. 1580. quo magna cum ſanctitatis fama floruit. §. 4.

B. Trebatij, Confeſſ. d] Hic clarus in familia PP. Conuentualium habetur, ex vitæ ſanctimonia. Fuit quippe inſignis Theologus & Concionator eximius: qui, quo maior apud populos, eò ſeipſo minor æſtimabatur, ſui terrenarumque rerum contemptu. Sicque ſeipſum deiiciens in animo, foris etiam carnem macerabat, §. 5.

rabat,

rabat, aſperrimo cilicio indutus, nihil aliud erat cordi, niſi peccatores Chriſto lucrari; quapropter, Diſcalceatus, ſoloque pane & aqua contentus, per ciuitates & caſtella diſcurrebat, annuntians verbum Dei ſi fortè eos ad pœnitentiam poſſet euocare: ac tandem moritur cum ſanctitatis opinione: teſte Grauina, ſuprà.

§. 5. *Beati Petri, Confeſſ.* [c] Vir fuit ardentiſſima charitate exæſtuans: cùm autem eſſet Guardianus in Conuentu Toletano, ſic ſubditos tenerrimè diligebat, ſic eos prudenter regebat, benignéque corrigebat, vt omnes ad perfectionem efficaciter promoueret. Sæpè ſcribens ad Miniſtrum Prouincialem, rogabat, vt ad ſe mitteret quotquot inueniret per Prouinciam Fratres infirmos: quibus copiosè ſubminiſtraret. Egeniſque liberaliſſimus cùm eſſet, magnam eorum quantitatem piis eleemoſynis refouebat. Humilitatis, obedientiæ, aliarumque virtutum exemplar præbebat inſigne. Orationis erat amantiſſimus, & ſtatus Religioſi zelantiſſimus. Quoties Superior inſtituebatur, toties deponi ipſe precabatur. Abulæ obiit, in Conuentu S. Angeli, qui eſt 21. Prouinc. S. Ioſeph. Ita Ioannes à S. Maria ſup. part 2. lib. 4. cap. 30. ad ann. 1600. quo vixit.

Beata Anna ab Heredia, Virg. [f] Religioſiſſimè Altiſſimo famulata eſt in Monaſterio Dominæ noſtræ de Conſolatione Calabazanos, vbi tanto ſpiritus feruore pietati ſe addixit, vt raptum inter orandum ſæpius paſſa ſit. Floruit ann. 1530. Agunt de ea Gonzaga part. 3. ſup. in prædicto Monaſterio, quod eſt 3. Prouinc. Conception. Barezzus ſup. lib. 3. capite 41. Valerius de SS. Fœmin. Ordin. Minor. lib. 4. cap. 37. Wadinghus tom. 5. ſup. 1449. §. 54. §. 6.

QVARTO KALENDAS IANVARII.

IN territorio Maſſilienſi, paſſio Beati [a] Antonij Carbonati, Laici, Martyris: quem ab hæreticis comprehenſum, ſuo habitu expoliarunt, deinde verendis amputatis, auribus, & naſo excifis, nudum alligarunt ad caudam equi indomiti, ſicque per aſpera loca raptatus, horrendo ſupplicio, ſpiritum Deo reddidit. Apud Culiacanicam Indiæ Occidentalis Regionem, Beati [b] Pauli ab Azauedo, Martyris: ab Infidelibus Indis, ob Chriſti fidem, telis confoſſi. Panormi, in Sicilia, Beati [c] Geraldi à Valentia, Laici, qui virginitatem perpetuò illæſam cuſtodiuit, & virtutum omnium ſpecimen extitit, & viuus atque mortuus infinitis penè miraculis refulſit. Turrigij, in territorio Toletano, Beati [d] Michaelis à Capella, Confeſſoris: abſtinentiæ virtute, ac pietate ſpectabilis. Aurelianis, Beati [e] Philippi Picarti, Confeſſoris, Doctoris ac Concionatoris eximij: qui validus auitę pietatis propugnator, hæreticos Diuinis cùm prædicationibus, tùm factis profligauit. Aureliam bis ab his oppreſſam Apoſtolicæ curæ & operę ſolatiis fulciuit & erexit, ac tandem, morbo repentè dùm verbum Dei prædicaret, oppreſſus, paulò poſt ſancto fine quieuit. Xarandiliæ, in Hiſpania Tarraconenſi, Beati [f] Alphonſi ab Herrera, Confeſſoris: dono orationis & lachrymarum inſignis. Cadafalſi, Toletanæ Diœceſis, Beati [g] Ioannis Pacifici, Confeſſoris: eximię manſuetudinis, obedientiæ, & paupertatis viri. Apud Meacum, in Iapponio, depoſitio Beati [h] Hieronymi à Ieſu, Confeſſoris, & Concionatoris clariſſimi: qui zelo ſalutis animarum ſuccenſus, in Iapponium traiecit, primus omnium in Regno de Quanto, ac Ciuitate Regia de Yendo Chriſtum prędicauit, tum latiſſimas Regiones perluſtrans ac prouincias, innumeros populos ad Deum conuertit, baptizauit, ſigniſque confirmauit. In Sicilia, apud Ciuitatem ſancti Philippi, Beati [i] Didaci à Sinagra, Confeſſoris: virtutibus & miraculis conſpicui. Budę in Pannonia, Beatę [k] Eliſabeth Polonæ, Vngarorum Reginę; Viduæ, Tertiariæ: quæ piis operibus iugiter intenta, fœliciter migrauit ad aſtra.

DECEMBRIS XXIX.

§. 1. BEati Antonij Carbonarij, &c. [a] Agit de eo illuſtriſſimus Gonzaga part. 3. de Origine Seraphicæ Relig. vbi de Conuentu S. Franciſci Maſſiliæ, qui eſt 2. Prouinciæ S. Ludouici, hiſce verbis. *Non procul à Maſſilia, Salonem verſus, in loco qui vulgò, Berra dicitur, quidam deuotus Frater Laicus Antonius Carbonarius, oriundus de Guileſtre, in Delphinatu, Conuentus Maſſilienſis; dùm ex obedientia ſui Patris Guardiani à Salone Maſſiliam rediret, captus eſt à circumcellionibus hæreticis, in arce de Manerba præſidiariis, quem mox habitu deſpoliauerunt, deinde verendis amputatis, auribus, & naſo, nudum alligarunt ad caudam indomiti equi. Per Dumetum igitur & Carduetum crudeliter tractus, crudeli morte ſpiritum Domino reddidit, ſub anno Dominicæ Incarnationis* 1575. Hæc ille, quem ſecuti ſunt Barezzus

Digitized by Google

4. part. Chron. Minor. lib. 7. cap. 11. Daça ibid. lib. 3. cap. 57. & Thomas Bouchierus in Hiſtor. Eccleſ. Martyr. Franciſcan. Hilarion à Coſta lib. 2. hiſtor. Catholic. pag. 366. Fernandus lib. 3. hiſtor. Eccleſ. cap 19. Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Wadinghus tomo 5. ſupra ad annum 1424. §. 14.

§. 2. *Beati Pauli, Martyr.* [b]] Eius rei ſeriem narrat Barezzus ſup. lib. 8. cap. 75. ex Gonzaga part 1. vbi de BB. Martyrib. Ordin. Minor. ſuo æuo, ob Chriſti fidem, apud Indos Occidentales, paſſis. *B. Paulus de Azeuedo, Luſitanus, idem mortis genus, eadem prorſus de cauſa, ab iiſdem ſuſtulit. Quæ latius explicat part. 4. in fin. Prouincia SS. Petri & Pauli. Cùm* (inquit) honeſtiſſimus Pater Frater Paulus Azeuedo, Portuenſis, *poſt ſuſceptum in S. Dominici Prouincia Inſulæ S. Crucis Minoriticum habitum, ac poſt peragratam quoque, non abſque plurium Indorum ad Chriſti fidem conuerſione, ſancti Euangelij prouinciam, in nouam Cantabriam cum tribus eiuſdem Ordinis Fratribus, à Superioribus miſſus eſſet: ac poſt rem ſub Franciſco Pizarra Chriſtiani exercitus Præfecto, Copaſa fœliciter geſtam, Culiacanica regione Barbarorum conuerſioni totis viribus animum intenderet, ab Infidelibus Indis, occaſione cuiuſdam Moraſcati* (*qui illis odioſus, P. Pauli verba perversè interpretans eis referebat*) *ſagittarum turbine confixus, in Domino obiit, &c.* Hæc Gonzaga, qui addit, corpus illius inſepultum ibid. remanſiſſe, cum cæteris aliis Chriſtianis (quos iidem Infideles impiè trucidarant) vſquequò Hiſpani, celeri curſu accurrentes, & illud intactum incorruptumque reperientes, in quadam Eccleſia huiuſce Prouinciæ, honorificè ſepeliendum curarunt, ann. circiter 1585. de eo agit Carolus Rapinæus in Hiſtor. General. Recollect. Decad. 7. part. 2. §. 11. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Marianus lib. 3. cap. 20. Chron. Reformat. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 60. Grauina ſup.

§. 3. *B. Gerardi, Laici.* [c]] Hic B. *Gerardus*, ſeu *Geraldus*, à Valentia, oppido Padi Lombardiæ, ex nobili *Cagnolorum* familia oriundus; vir quidem idiota, ſed ſanctitate vitæ, ac miraculorum gloria fuit notiſſimus. Anno 10. ſeu 12. ætatis ſuæ, patre orbatus, matri laboranti infirmitate podagrum & pthiſis, per annos 10. aut 14. fideliter deſeruiuit. Qua mortua, dùm parentes eum ad capiendam vxorem inducerent, nequaquam illis aſſenſit: ſed omnes facultates Chriſti pauperibus elargiens, ſibique nil retinens, rebus cunctis temporalibus expropriatus eſt: ſicque patria, parentibuſque derelictis, in habitu peregrini, magna cum vitæ auſteritate vixit. Romam primò profectus eſt, deinde Neapolim, poſtea in Siciliam traiecit, vbi in monte Æthna, in quodam eremitorio, vitam ſuam in aſpera pœnitentia tranſegit: ieiuniis, diſciplinis, orationibus, aliiſque corporis macerationibus vacans, vt carnem ſuam ſpiritui ſubijceret. Verùm 40. ætatis ſuæ annum agens, Ordinem FF. Minorum ingreſſus, Seraphici Patris D. Franciſci veſtigiis per omnia cohæſit.

§. 4. Nam amator præcipuus fuit Euangelicæ paupertatis nihil habens præter tunicam cum capucio, & chordam. Auſteritatis extitit inſignis: nunquam comedens niſi panem & aquam, illudque ſemel in die. Lectus eius nuda humus, quamquam à tempore, quo Panormi demoratus, cellam ſibi & oratorium in Capella S. Ludouici Tholoſani Epiſcopi, Aduocati ſui præcipui, elegerit: pro lecto tabula linea, vnius brachij in quadro, vſus ſit, in qua poplites inclinaret ad orationem. Nudis pedibus ſemper incedebat, nil ad pedes deferens. Qui licet arctiſſimæ in ſe eſſet vitæ, in fratribus tamen totus erat liberalis & largus: gratum habens, quicquid boni illis præſtaretur. Caſtiſſimus extitit, vt potè virgo puriſſimus. Miræ fuit etiam obedientiæ, ſuis per omnia obediens Prælatis: cilicio ad carnem vtebatur, humilitate, affabilitate, prudentia, animique ſimplicitate pollebat: propter quæ & alias eius virtutes, quibus maximè refulſit, Deus illum mundo celebrem ſignis ac prodigiis dedit.

§. 5. Poſtquam vero hic ſanctus in Ordine annos 35. vixiſſet, in morbum grauem decidit, diemque mortis ſuæ præſciuit fore vicinum; nam tribus diebus ante illius obitum, apparuit illi B. Virgo Maria Deipara, dulciter eum alloquens & conſolans, ſuper proximo eius deceſſu è vita. Tandem poſt omnia Sacramenta deuotè ſuſcepta, manus iungens & orans, caputq; parumper inclinans, animam Deo reddidit: die Dominica, in feſto S. Thomæ Martyris, Cantuarienſis Archiepiſcopi, hora 3. ann. Chriſti 1343. apud Conuentum Panormitanum. Maximis, & innumeris claruit miraculis, in vita, in morte, & poſt mortem: quorum omnium meminerunt S. Antoninus 3. part. hiſtor. titul. 24. cap. 9. §. 16. B. Bartholomæus Piſanus in Conformitat. D. Franciſc. lib. 1. fruct. 8. & 11. part. 2. Manuſcriptum vetus Abbatiæ S. Victoris Pariſienſ. vbi de BB. viris Ord. Fratrum Minor. Prouinc. Siciliæ. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & part. 3. lib. 1. cap. 8. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huiuſce Ord. Toſſinianus lib. 1. hiſtor. Seraphic. Relig. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad ann. 1256. §. 47. tom. 3. ann. 1322. §. 72. 1343 §. 19. & ſeq. ac tom. 4. ann. 1355. §. 4. Marianus lib. 4. cap. 12. ex Chronicis antiquis Ordinis. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Volaterranus lib. 21. Antropolog. Ferrarius in Catalog. Sanct. ad 30. Decemb. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſæcul. 13. ad ann. 1343. Thielmanſ. tom. 2. vitar. SS. Seraph. Ordin. Balinghen in Calendario Virg Mariæ. 27. Decemb. Brautius in Martyrolog. Poëtico 30. Decemb. Bzouius tom. 14. Annal. Eccleſ. ad ann. 1345. §. 18.

§. 6. *Beati Michaelis, Confeſſoris.* [d]] Laicus fuit profeſſione: cuius vita planè extitit exemplaris, ſæpius pane & aqua reficiebatur pro victu. Mirum! quanta deuotione omnes ferebantur in eum, orationum ſuarum auxilium inſtanter poſtulantes. Sanctiſſimè ſpiritum Deo reddidit apud Conuentum S. Michaelis Turrigij, qui eſt 18. Prouinc. Caſtellæ, quo tempore cella eius immenſo ſplendore, cunctis cernentibus, diuinitùs repleta, apparuit: ad cuius exequias ingens populi concurſus aduenit. Sic Salazar libro ſecundo Chronic. eiuſdem Prouinc. capite vigeſimoſecundo.

§. 7. *Beati Philippi Picarti, Confeſſ.* [e]] Hic inſignis Eccleſiaſtes, & Doctor egregius: habitus eſt meritò ſecundus Aurelianorum Apoſtolus: rara morum integritate, rerumque Diuinarum cognitione præditus. Qui 12. annos Gallia bellis inteſtinis laborante, huic ciuitati terrorum Ducibus, ad perniciem impulſæ, ſic affuit; vt aſſiduo concionum munere fungens, fugatis procul ab ouili Domini Luporum inſidiis, cunctos antiquæ, veræque religionis Catholicæ cultores in officio continuerit, nutantes confirmarit, errantes ad veram Eccleſiam reduxerit, & cuilibet monita ſalutis dederit: tres menſes (vt hæreticorum rabiem deuitaret, Catholiciſque afflictis ſuccurreret) in ſubterraneo loco delituit, multaque alia

grauia

Digitized by Google

grauia, ob fidei conſtantiam, paſſus eſt. Demùm, annum agens 48. dùm in æde ſacra verbum Dei prædicaret, eo zelo quo feriebat, conſumptus, oborta repentè apoplexia, triduò conflictatus, ingenti omnium mœrore, ſanctè in Chriſto moritur, hac die, anno 1570. ſeu 1571. iuxta varium ſupputandi morem. Vitam, ac præclara eius facta recitat ex pluribus Authoribus, Hilarion à Coſta, lib. 2. Hiſt Catholic. pag. 422. & ſeq. Agunt de eo Carolus Sauſſeyus lib. Annal. Aureliā. Gonzag. part. 3. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu Aurelianenſ. qui erat 1. prouinc. Turonenſ. Pratellus tom. 2. de ſtatu & ſucceſſu Eccleſ. ſub anno 1568. Wadinghus tom. 2. ſup. an. 1271. §. 14. Andræas Sauſſayus in Martyrolog. Gallican. Supplemento 30 Decemb. quo fuit ſepultus.

§. 7. *Beati Alphonſi, Confeſſ.* i] Cognominabatur etiam *ab Animabus*, videlicet Purgatorij, ob pietatem qua erga eas flagrabat. Vir erat magnæ puritatis & virtutis: ideoque & dono lachrymarum, & gratia raptus exornatus, orationi multùm vacabat: in qua ſæpè viſus eſt ſubleuari à terra in altum, & vultus eius miro lumine illuſtrari. Quo die migrauit à ſæculo, pio cuidam Sacerdoti pro eo Miſſam celebranti, diuinitùs reuelatum fuit, quòd in cœlum conſcendiſſet eius anima, aliis permultis ſociata, quas ſecum aſſumpſerat ex Purgatorio. Corpus ſepultum eſt in Conuentu Xarandiliæ, qui eſt 5. Prouinciæ Angelorum, teſte Daça ſup. lib. 3. cap. 75. ad ann. 1575. cuius Elogium paucis verbis ſic complexus eſt Gonzaga, ſup. part. 3. in ipſomet Conuentu, vbi de Patribus Religione, moribus, atque ſanctimonia inſignitis: *Inter quos ſanè, longè emicuit P. Alphonſus ab Herrera Sacerdos, qui abſtinentia, vigiliis, manſuetudini, atque charitati, orationis aſſiduitatem perpetuò adhibuit; quique fidelium animas in Purgatorio exiſtentes, adèò commendatas habuit, vt earum Pater paſſim ab omnibus appellitaretur.* Hæc ille. & Wadinghus tom. 7. ſup. ad ann. 1493. §. 54.

§. 8. *Beati Ioannis, Confeſſ.* g] Dictus eſt *Pacificus*, hic B. Frater Laicus, à pacifica bonitate, qua ſic elucebat, vt nemo turbatum eum viderit: nemo verba, niſi lenia, ab eo prolata audierit. Benè de omnibus ſentiebat, nullumque iudicabat, vel de re aliqua ſuſpicabatur niſi bonum. Vir quippe purus erat, innocens, ſinceræ mentis, & ab omni ſpecie mali alienus. Obedientiæ promptè & alacriter parebat, abſque vlla excuſatione; laborique manuum operam dabat, magna cum humilitate, deuotione, & fidelitate. Orationi, ſolitudini, & ſilentio multum vacabat. Paupertatem maximè adamabat, in habitu, veſtitu, & rebus cunctis: pauperes etiam diligenter ſuis eleemoſynis reſouebat, eos tenerrimè videns ac diligens. Sepultus iacet Cadafalſi, in Conuentu Dominæ noſtræ de Angelis, qui eſt 7. Prouinc. S. Ioſephi: vti refert Ioannes à Sancta Maria part. 2. Chronic. eiuſdem Prouinc. lib. 4. ad ann. 1590. quo florebat.

§. 9. *Beati Hieronymi, Confeſſ.* h] Socius olim extitit BB. Petri Baptiſtæ, &c. Martyr. de quibus ſup. 5. Februar. qui eo tempore Nangazachio appulit, quo Iapponiorum Imperator *Taycozama*, crudelem perſecutionem in Chriſtianos excitauerat, ann. 1598. Verùm paulò poſt tyranno è viuis ſublato, aliquantulum reſpirare viſus eſt B. Hieronymus, qui in montibus & ſpeluncis delituerat, verſus Meacum intra Regnum de *Iye*, vbi orationibus, ieiuniis, & diſciplinis vacans, auxilium, fuſis lachrymis obnixè poſtulabat & iuuamen, à Chriſto Domino, meritis & interceſſione ſanctiſſ. ſuæ Genitricis, Virginis Mariæ, & BB. Martyrum Iapponiæ, Petri Baptiſtæ & ſociorum. Itaque è cœlo exauditus, licentia prædicandi Chriſti Euangelium data eſt ab Iyaſu, Regente totius Iapponicæ Monarchiæ inſtituto, qua fretus prodiit in publicum, cœpitque diſperſa congregare, & labefactata reſtaurare, apud Yendum, Meacum, &c. Ipſe fuit, qui primus in Regno de Quanto, & in ciuitate de Yendo, Chriſtum annuntiauit, ædem extruxit, miſſamque celebrauit. Summo etiam in honore à præfato principe habitus eſt, exindéque ſitiens animarum ſalutem, Regi ipſi fidem Chriſti prædicauit libertate non vulgari: Bonzas, Idolorum Sacerdotes, publicis diſputationibus pluries deuicit, gentilium plura millia ſacro baptiſmate tinxit, Dæmones è corporibus eiecit, templa Deo vero & viuo conſecrauit, &c. Iuſſu eiuſdem Regis, è Quanto Regno, Manilam ad Inſulas Salomonis ablegatur Ambaſciator, vt cum Philippinarum Gubernatore res ageret pacis, confœderationis, & commercij. Qua quidem præclarè expleta Legatione, cùm in Iapponium ad Regem eſſet reuerſus, dormitionem mortis accepit; ſepultus apud Conuentum Fratrum Minor. intra paruam Capellam SS. Martyribus prædictis Iappon. dicatam. Vide Ioannem à Sancta Maria, part. 2. Chronic. Prouinc. S. Ioſeph. lib. 3. cap. 25. 26. & 27.

Beati Didaci, Confeſſ. i] Huius ſæculi pompas contemnens, in oratione, vigiliis, extremaque paupertate que, vitam duxit: quotidiè in pane & aqua ieiunabat, ferrea ſubucula, loco tunicæ vtebatur. Clarus miraculis euolauit in cœlum ann. 1602. iacet in ciuitate S. Philippi: memoratur à Grauina, ſup. §. 10.

B. Elizabeth, &c. k] Caſimiri Regis Poloniæ ſoror extitit: quæ Carolo Hungariæ Rege, marito mortuo, ſe totam pietatis operibus, & tertio S. Franciſci inſtituto addixit ann. 1342. cuius pietatem & ſanctitatem multi deprædicant. Simon de Keſa, eius gentis hiſtoricus, eam nullo tempore à virtutibus inſectandis deſtitiſſe: pauperibus & egenis, ſuis manibus largas diſtribuiſſe eleemoſynas, &c. affirmat. Bonfinius Decad. 2. lib. 9. eam multis elogiis commendat: & pientiſſimam fœminam, Matronarum decus vnicum, prudentiæ ac ſanctitatis exemplar appellat. Præter alia Minoribus extructa domicilia; Budæ inſigne Clariſſarum Monaſterium condidit, in quo magnifico conditur ſepulchro. Ita Michouius lib. 4. cap. 30. & 31. Wadinghus tom. 3. ſup. ad ann. 1342. §. 15. & 16. tom. 4. ann. 1378. §. 12. & 13. ac 1381. §. 3. quo ſanctè obiit, hac die, octogenaria maior ac miraculis clara. Piſanus ſup. fruct. 8. Marianus libro quinto, cap. 1. Bzouius ann. 1378, §. 4. §. 11.

Digitized by Google

TERTIO KALENDAS IANVARII.

IN Culiacanica Indiæ Occidentalis prouincia, Beati [a] Ioannis à Ferraria, Martyris: Indorum ſagittis toto corpore, pro Chriſto confixi. In Italia Beati [b] Philippi Geſualdi, Epiſcopi Cariatenſis: qui cùm doctrina, vitę probitate, ac virtutum laude floreret, ex Generali Patrum Conuentualium ad Pontificatum aſſumptus, amplioribus ſanctitatis radiis in orbe refulſit. Aſſiſij, in Vmbria, Beati [c] Stephani Narnienſis, Confeſſoris: miræ charitatis viri. Agnonis, in Apulia, Beati [d] Benedicti Cremonenſis, Confeſſoris: miraculis clari. Pini-Oliuæ, in Regno Valentiæ, Beati [e] Triſtani à Penacoua, Confeſſoris, ac Concionatoris eximij: qui verbo & exemplo multos conuertit ad Dominum, & meritis cumulatus, octuagenarius abiit in cœlum. Apud Oliuam, in Caſtella, Beati [f] Alphonſi à Velaſco, Confeſſoris: vitæ ſinceritate, & pœnitentię exercitiis conſpicui. Tallæ, in Corſica Inſula, Beati [g] Iuliani à Bonifacio, Confeſſoris: ſignis admirandis ſpectabilis. Roſarij, propè Villam-Regiam Dertoſanę Diœceſis oppidum, Beati [h] Martini Ognatini, Confeſſoris: charitate, paupertate, vitæ auſteritate, ac ſpiritu prophetico illuſtris. Apud Cebreros oppidum, in territorio Abulenſi, Beati [i] Pauli de Ieſu, Confeſſoris: qui eruditione, ac Religione pollens, humilitate, oratione, ac ſilentio maximè enituit. Agrigenti, in Sicilia, Beati [k] Ægidij Agrigentini, Confeſſoris: patientia, dono lachrymarum, & ſpiritu prophetico conſpicui. Pariſiis, Beati [l] Mathęi, Abbauillæi, Capucini, Confeſſoris ac Concionatoris Apoſtolici; qui ab hęreticis, in odium fidei Catholicę, lethali veneno intoxicatus, ſed Dei gratia à morte liberatus, ob venenum tamen per intimas medullas diffuſum, diutino languore contabuit, & ſancto fine quieuit. Romæ, Beatæ [m] Margaritæ Columnæ, Virginis: genere, virtutibus, ac miraculorum gloria illuſtriſſimæ.

DECEMBRIS XXX.

§. 1. B*Eati Ioannis, Martyris.* [a]] A *Ferraria*, ſeu ab *Herrera* cognomen accepit, Laicus profeſſione, indiuiduuſque B. Pauli ab *Azouedo* Martyris (de quo die præcedenti) comes: cuiuſdam Moraſcati cauſa, à nonnullis Indis (quos tamen à viginti annis ſacro baptiſmate regenerauerat) telorum vibratione interfectus eſt: cuius ſacrum corpus paulò poſt à Chriſtianis Hiſpanis, debito cum honore ſepultum extitit in Eccleſia Culiacanicæ Regionis, vnà cum reliquiis præfati B. Pauli, circa ann. 1585. Hæc ex Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. vbi de BB. Martyrib. Ordin. Minor. in India Occidentali, pro Chriſto paſſis, & part. 4. in Prouincia SS. Apoſtol. Petri & Pauli, ſub fin. ac in prouincia S. Ioſephi de Iucatan. Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Boſio tom. 1. de Signis Eccleſ. Dei, lib. 12. cap. 22. Mariano lib. 2. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformat. cap. 46. & lib. 3. cap. 30. Coſteo lib. 2. Hiſtor. Catholicæ, pag. 366. Barezzo part. 4. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 75. Daça ibid. lib. 2. cap. 28. Rapinæo in Hiſtor. General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 2. §. 11.

§. 2. *Beati Philippi, Epiſcopi.* [b]] Cognominabatur *Geſualdus* de Caſtro-Villarum, vbi cum 30. annorum ſpatio, Cathedram Magiſtralem rexiſſet Patauij, in Generalem aſſumptus; tanta exemplaritate effulſit, in victus parcitate, in carnis maceratione, ciliciis, & humi cubationibus, carnem ſpiritui ſubiiciendo: vt merito Conuentualis familiæ Generalis inſtitutus à Clemente VIII. & confirmatus per nouem annos Reformationi multùm inſudarit. Tum Epiſcopus creatus, nil de vitæ religioſæ auſteritate diminuens, perfectionem religioſam cum ſuprema præſulatus perfectione coniungens, viuens norma Religioſorum ac Prælatorum, & moriens cum opinione ſanctitatis non leui, habitus eſt. Vti refert Grauina in *voce Turturis*, part. 2. cap. 24. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1399. § 62.

Beati Stephani, Confeſſ. [c]] Vir fuit famoſus, om- §. 3.
nique virtutum genere refertus: cuius perfectiſſima ardentiſſimaque charitas erga Deum & proximum, omnibus fuit in confeſſo. Obiit ac ſepultus eſt in Conuentu S. Mariæ de Angelis, propè Aſſiſium, qui eſt 1. Prouinc. S. Franciſci. Ita Gonzaga ibid. part. 2. ſup. Hunc opinor eumdem eſſe cum eo B. Stephano, Seraphici S. Franciſci diſcipulo, cuius meminit Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 37. 1219. §. 44. 1220. § 3. & tomo ſecundo, ad ann. 1258. §. 10. quo obiit: ex Mariano lib. 1. cap. 6. 16. & 17.

Beati Benedicti, Confeſſ. [d]] Huius Religioſiſſimi §. 4.
Patris Elogium paucis complectitur illuſtriſſimus Gonzaga part. 2, ſup. in Conuentu S. Bernardini Agnonenſi, qui eſt 8. prouinc. S. Angeli. *Ergaſtulo*

carnis

carnis (inquit) *ſolutus, ex hoc loco ad aſtra migrauit B. P. Benedictus Cremonenſis, qui mortalibus conniuens plura miracula edidit. Nam exhauſtā aquis ciſternam ad crucis ſignum exuberare fecit: & locuſtam totas ſegetes abſumentem, eodem crucis ſigno, ab huius patriæ finibus propulſauit: & ſterili principiſſæ Melphitanæ prolis fœcunditatem à Deo Opt. Max. ſuis precibus, impetrauit: & plures Dæmoniacos, alioſque grauiſſimis detentos infirmitatibus, ad eiuſdem ſanctiſſimæ crucis ſignum, curauit: prout & impræſentiarum curat. Obijt autem tantus hic Pater anno à Chriſto nato* 1537. Hæc ille tum ibi, tum in præfatæ Prouinc. initio: & Daça ſup. lib. 1. cap. 42. Wadinghus ſup. tom. 6. ad ann. 1451. §. 59.

§. 5. *Beati Triſtani, Confeſſoris.* [e] A *Penacoua*, Luſitaniæ oppido, in territorio Conimbricenſi, traxit originem & cognomen. Prædicator extitit feruentiſſimus, cuiuſque tanta vis in dicendo fuit, vt quicquid vellet, facillimè ſuggereret. Ipſe enim abuſum emendi & vendendi diebus feſtiuis, qui apud Valentinos ciues præualuerat, è medio abſtulit: & vt homines honeſtiùs in Eccleſiis, atque maiori cum reuerentia genuflecterent & orarent, effecit. Virtutes amantiſſimè inſerebat: vitia verò terribiliter expellebat. Communi ac ſimplici ſtylo concionabatur: ſed tanto ſpiritus feruore, vt duriores ſcinderet ad pœnitentiam. Interrogatus, cur de quatuor nouiſſimis hominis, deque timore ac iuſtitia Dei ſoleret continuò prædicare? Reſpondit. Omnes quidem attollunt, annunciant, ſermocinanturque de miſericordia, vnde multi anſam accipiunt tot ſcelera impunè agendi contra Deum & proximum: pauci verò loquuntur, audiuntque verba de tremendo Iudicio Diuino, quod tamen peccatoribus imminet periculoſiſſimum, niſi reſipiſcant. Orationis amantiſſimus erat: donoque lachrymarum ſic ditatus erat, vt ſacrum Miſſæ ſacrificium haud valeret complere, abſque copia profluentium lachrymarum. Auſteritati, paupertatique addictiſſimus cùm eſſet, ſæpè ieiunabat, pane & aqua contentus, Diſciplinis corpus edomabat: aliiſque piis, pœnalibuſve exercitiis inſiſtebat. Demùm octuagenarius deceſſit è vita, ann. 1548. in Conuentu S. Mariæ de Pino Oliuç. Præcipua eius geſta recitant Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. ſup. in hoc Conuentu, qui eſt 11. Prouinc. Valent. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 35. Marieta lib. 17. Hiſt. Eccleſ. SS Hiſpan. cap. 31. à quo & *Ioannes Triſtanus* vocatur. Wadinghus tom. 5. ſupra 1448. §. 34.

§. 6. *Beati Alphonſi, Confeſſoris.* [f] Eximiæ ſinceritatis fuit hic B. Frater Laicus, magnam pœnitentiam egit toto vitæ ſuæ tempore: diſciplinis aſperrimis, etiam vſque ad ſanguinis profuſionem corpus ſuum caſtigans. Otium ſummoperè fugiebat: propter quod labori manuum ſemper occupabatur, vel orationi vacabat. Somnum mortis accepit in Conuentu Dominæ noſtrę de Oliua, qui eſt 13. prouinc. Caſtellæ. Tantus autem fuit populi concurſus, ob ſanctitatis eius famam permotus, vt nonniſi maxima cum difficultate humari potuerit: Habitus, Roſarij, ſeu alterius rei, etiam manuum pedumq; vnguium, particulas inſtantiſſimè, pro Reliquiis, habere cupientes: vti ſcribit Salazar lib. 2. Chronic. eiuſdem Prouinc. cap. 22.

§. 7. *Beati Iuliani, Confeſſoris.* [g] Obiit ann. 1566. Tallæ, apud Conuentum S. Franciſci, qui eſt 22. prouinc. Corſicæ: prout ibid. teſtatur Gonzaga part. 2. ſup. vbi loquitur, de huiuſce Conuentus Eccleſia. *In qua* (ait) *in Domino requieſcit B. Patris Iuliani à Bonifacio, Sacerdotis: cuius meritis Deus Opt. Max. ipſo die Natiuitatis Virginis Mariæ, Fœminam nomine Syrenam, cuiuſdam Orlanducij Corſi vxorem, à maligno ſpiritu liberauit: & aliam mulierem nomine Thomaſinam, à paralyſi qua grauiſſimè laborabat, curauit. Quamobrem præfati P. Iuliani corpus, quod poſt octennium ab eius morte adhuc integrum perſeuerabat: ex communi Fratrum Sarcophago exhumatum, peculiari quodam loco reconditum eſt.* Eadem refert Barezzus ſup. lib. 5. cap. 5.

Beati Martini, Confeſſ. [h] Habitum Religionis Seraphicæ ſumpſit in Conuentu Dominæ noſtræ de *Roſario*, propè Villam Regiam, oppidum, qui eſt 14. prouinc. S. Ioannis Baptiſtæ, charitate plenus erat erga omnes, maximè infirmos, quibus ita diligenter inſeruiebat: vt nil aliud videretur ſibi operandum, cùm tamen ſemper choro, cum aliis interfuerit, & orationem nunquam prætermiſerit: in qua multùm excellebat. Deuotiſſimus extitit in ſanctam Virginem Deiparam: quæ illi quandoque apparuit filium dulciſſimum in vlnis geſtiens, quem & ipſi amantiſſimè oſtendit: dicens, *Fili mi, perſeuera in meo ſeruitio, præſtò namque præmium recipies.* His confortatus B. Martinus cœpit ampliori feruore ad brauium perfectionis ſeſe accingere. Prolixiùs quippe orabat, in choro poſt Matutinas, genuflexus ſtabat ad orationem vſque ad Primam. Corporis compoſitione, & morum grauitate ſic pollebat, vt intuentes excitaret ad virtutem. In victu & veſtitu, pauperrimus, auſteruſque erat. Simplici, veterano, ac viliori habitu induebatur, cilicium ſubtus eum deferens. Diſcalceatus ſemper incedebat: ſuper mattam, vel tabulam ſomnum capiebat, qualibet nocte diſciplinis corpus atterebat: pane & aqua, vt plurimum ſe ſuſtentabat. Reprehenſiones, obiurgationeſque amabat, ſuos defectus ſibi ab aliis recitari ſummè expetebat: pœnitentias atque mortificationes publicas ingenti cum gaudio requirebat, excipiebat. Spiritu prophetico multa præſciuit: ac ſanctiſſime in Domino obdormiuit. Occurrit populus ad eius exequias, ſancti viri (ſic enim palam eum vocabant) pedes oſculabantur & habitum: ſe fœlices arbitraturi, modò aliqua illius habitus particula potirentur. Teſte Ioanne à S. Maria part. 2. Chronic. prouinc. S. Ioſeph. lib. 4. cap. 7. ad ann. 1590. quo floruit. §. 8.

Beati Pauli, Confeſſoris. [i] Sacerdos erat, Abbaſque Clericorum Regularium, quando noſtrum Ordinem ingreſſus eſt apud Conuentum Cōceptionis B. Mariæ Virg. Barragiæ, qui eſt 33. prouinc. S. Ioſephi. Humilitati, ac mortificationi ita ſe dedit, vt etiam viliora domus munia libenti animo expleret: quantumuis doctus eſſet Theologus, Græcis & Hebraicis litteris apprimè imbutus. Orationi etiam multum vacabat: qua in re oratorio haud illi opus erat, ſed in omni loco puras manus leuabat ad Deum, quem corde, ore, ac ſpiritu obnixè exorabat. Choro ſemper intererat pro officio diuino, deinde in oratione cum aliis, quietè permanebat. Sæpè etiam, ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ad orationem ſtabat, quam ſic feruenter agebat, vt frequentius in ſuſpiria, gemitus, & lachrimas prorumperet vberrimas. Lectoris Theologiæ munus præclarè obiens, charitatis & humilitatis officiis, ſeu exercitiis ſemper primus adfuit. Silentij & pacis fuit obſeruantiſſimus: verba ſcurrilia, & loquacitates omninò fugiens. Paupertatem valdè adamauit, prudentia, puritate, vigilantia, pietateque ſic exornatus: vt cunctis virtutum omnium ſpecimen facilè euaſerit. Diem ſupremum egit apud Conuentum Nominis Ieſu de *Cebreros*, qui eſt 20. §. 9.

Digitized by Google

Prouinc. præfatæ, vti ſcribit Ioannes à S. Maria ſup. cap. 25. ad ann. 1600. quo claruit.

§ 10. *Beati Ægidij, Confeſſoris.* [k] Præter virtutes omnes, patientia in infirmitate multorum annorum, maximè enituit, & dono lachrymarum: inſignitus fuit ſpiritu prophetico, multa prædicens. Obiit in Conuentu S. Nicolai Agrigenti, ann. 1602. poſt mortem ſicut & in vita, ſignis claruit. Ita Granina in *voce Turturis* part. 2. cap. 24.

§ 11. *B. Matthæi, Confeſſoris.* l] Hic poſtquam, ſex annis productum toleraſſet Martyrium, ob venenum ab hæreticis ſibi propinatum variis & acutiſſimis dolorum aculeis exercitatus, ſanctiſſimè obdormiuit in Domino, ann. 1610. iuxta Sauſſayum in Supplemento Martyrologij Gallicani, hac die, & Ignatium Ioſeph. Carmelitam lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. Abbauilleæ, cap. 99.

B. Margaritæ, Virg. [m] Agit de ea Marcus Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 4. cap. 32. Anonymus in eius vita MS. Marianus in Append. lib. 1. Antonius Gallonius de Virginib. Romanis. Wading. tom. 2. Annal. Minor. ann. 1284. quo obiit §. 4. & ſeq. Item tom. 3. ad ann. 1318. §. 41. & tom. 4. ann. 1453. §. 8. Toſſinianus lib. 1. ſup. vbi de 2. Ordin. Minor. ann. 1286. Eius corpus conditum eſt in Eccleſia Monaſterij S. Syluestri: non autem S. Laurentij Panis-Pernæ, vti mendosè legitur apud Gonzagam part. 2. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 2. prouinc. Roman. Vitalis de Algezira in Arbore Epilogica totius Ordin. Franciſcan. Valerius de SS. Fœminis Ordinis Minor. lib. 2. cap. 13. Gononus in Chronico SS. Deipar. ſęcul. 12. ad ann. 1284. Thielmanſ. tom. 2. vitar. Seraphic. Ordin. §. 12.

PRIDIE KALENDAS IANVARII.

GEbennæ, in Gallia, Beatorum [a] Martyrum Didaci & Ioannis, qui propter fidei Catholicę defenſionem ab hęreticis Caluiniſtis tenti, & lapidibus obruti, ad cœlos euolarunt. Podij Velaunorum, Beati [b] Antonij, Confeſſoris: quem miraculorum gloria exornat. In Luſitania, Beatorum [c] Petri Didaci, & Garçiæ Montani, Confeſſorum: qui Regularis Obſeruantiæ pręcipui ſatores in Portugallia, maxima ſimplicitate & vitæ ſanctimonia illuxerunt. Mottæ Philocaſtri, in territorio Nicoterienſi, Beati [d] Iuniperi à Campo, Confeſſoris: ſilentio, abſtinentia, & pœnitentiæ operibus inſignis. Toleti, Beati, [e] Alphonſi, Confeſſoris. Alconcelij, in finibus Caſtellę, Beati [f] Anaſtaſij, Confeſſoris: oratione, & rerum cœleſtium contemplatione ſublimis. In territorio Toletano, Beati [g] Franciſci à Montilla, Confeſſoris, genere, virginitate, virtutumque fermè omnium adeptione illuſtris: qui zelo ſalutis animarum plenus, ad Inſulas Salomonis, Regnaque Chinæ & Iapponiorum traiiciens, multa Infidelium millia conuertit ad Chriſtum: tandem ac poſt tot exantlatos labores, & verè Apoſtolici muneris exercitia, ad præmium vocatus eſt in cœlum. Teigmolagij, in territorio Roſſenſi, Beati [h] Mariarti, Confeſſoris; magnę ſanctitatis viri. Talabricæ, Beati [i] Franciſci à Regibus, Confeſſoris. Piſauri, Beatæ [k] Syrę, Tertiarię; Religione, pietate, & oratione extatica celeberrimæ. Nouariæ, Beatorum [l] Virginum, Lucidæ & Catharinæ.

DECEMBRIS XXXI.

§. 1. BEatorum *Didaci, & Ioan. Martyr.* [a] Cùm hi duo Fratres Hiſpani Romam proficiſcerentur, Gebennam venerunt ad lacum Lemanicum. Nocte autem præcedenti reſponſum mortis cœlitùs acceperât: quo ſignificabatur ad martyrium die ſequenti ſubeundum fore præparatos. Vrbem itaque ingreſſi B. Didacus, paruula cruce lignea manu aſſumpta; cœpit ciuibùs hæreticis fidem Catholicam intrepidè prædicare, ſi fortè ad ſaniorem mentem eos quiret reducere. At illi furore perciti, & veluti inſanientes, tanto lapidum impetu fratres aggreſſi ſunt, vt his obruti, occubuerint, ann. 1601. Hæc Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 4. cap. 51.

§. 2. *Beati Antonij, Confeſſoris.* [b] Vir fuit ſanctiſſimus, miraculis glorioſus, illicque habetur in maxima reuerentia: vti referunt Toſſinianus lib. 2. hiſtor. Seraphic. in Prouincia Burgundiæ, vbi de Viennenſi Cuſtodia. Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad ann. 1400. §. 40. ex Piſano lib. 8. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. ibid. Floruit autem primo naſcentis Ordinis ſæculo.

Beatorum Petri & Garciæ, Confeſſ. c] Hi ſunt, qui vnà cum aliis prouinciæ ſancti Iaçobi alumnis, in Luſitaniam proficiſcentes, ann. 1392. initium Regularis Obſeruantiæ dederunt, cuius rei gratia, ſtatuerunt ſolitarium ſibi locum illic deligere, in quo ſecundum Regulæ ſuæ præſcriptum, religioſius poſſent obſeruare, quæ vouerant. Ne verò temerè facere viderentur, ſed haberent, quo ſe tueri poſſent, aduerſus contradictores & calumniatores, obtinuerunt à Bonifacio IX. Papa Diploma, quo perſpicuè cernitur huius Reformationis fundamentum. Incipit, *Veſtræ deuotionis integritas promeretur.* Datum Romæ apud S. Petrum, 4. Idus April. Pontificatus anno 3. illic itaque vixerunt in maxima ſimplicitate & vitæ ſanmonia, ſub obedientia Miniſtrorum Prouincialium Patrum Conuentualium Prouinciæ Portugalliæ. Prior, Petrus Didacus, vulgò *Diaz*, Sacerdos erat; §. 3.

alter;

Digitized by Google

alter verò laicus. Ita Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. vbi de origine Obſeruantiæ Regularis Portugalliæ. Toſſinianus ibid. ſup. fol. 154. Wadinghus ſup. ad ann. 1392. §. 5.

§. 4. *Beati Iuniperi, Confeſſ.* [d]] Laicus erat, inter Patres Obſeruantes Profeſſus, cùm ad Congregationem Capucinorum tunc exortam tranſiit. Huius inter alias, tres potiſſimum virtutes commendatione dignæ recenſetur. Prima, arctiſſimum quoddam ſilentium fuit, quo tam ſtudioſè ab omni, non tam pernicioſorum, quàm inutilium verborum lapſu cohibere nouerat: vt nemo inane verbum ab ipſius ore elapſum vnquam audierit. Secunda, fuit admirabilis quædam abſtinentiæ virtus, qua omnem gulæ ſenſum ac voluptatem ita ſibi ſubiecerat: vt nullius, quo veſcebatur, cibi guſtu, aut ſapore afficeretur. Tertia, fuit horribilis quædam carnis maceratio, qua nullis tametſi improbis laboribus cedens, nocturnis vigiliis, flagellis, grauiſſimis ponderibus, quaſi qui hoſtem ad internecionem quæreret, corpus perſequi ſolebat: ne ſpiritum ad cœleſtia tendentem retardaret. Atque adeò carnem vſque ad mortem inſecutus eſt: vt poſt ipſius obitum, cùm fratres, vt corpus lauarent, habitu exuiſſent, ferreo thorace, quo carnem eo vſque fatigauerat, contectum reperirent. De eo B. Ludouicus Rheginus, adhuc inter viuos degens, dicere ſolitus erat. *O vtinam, magnam horum ſyluam Iuniperorum Religio noſtra haberet.* Ita MS Monimenta Prouinciæ Rhegienſis: & Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1537. §. 83.

§. 5. *Beati Alphonſi, Confeſſ.* [e]] Anno 1542. molem carnis exuens, pium ad Dominum emiſit ſpiritum; cum magna ſanctitatis fama, ſepelitur corpus eius Toleti, apud Conuentum S. Ioannis Regum (qui eſt 1. Prouinc. Caſtellæ) vbi virtus ipſius innotuit. Erat quippe vir multum exemplaris, & pœnitentiæ operibus deditus. Diſcalceatus, pedeſque ſemper inceſſit, cùm per oppida & pagos diſcurreret, Euangelicæ prædicationis gratia. Zelo namque ſalutis animarum admodùm feruebat, tantaque dicendi energia pollebat, vt ingentem fructum, ſuis concionibus, reportaret. Ita Salazar ſup. lib. 3. cap. 11. Wadinghus tom. 7. ann. 1477. §. 34.

§. 6. *Beati Anaſtaſii Confeſſ.* [f]] Italus erat natione, dignitate Sacerdos: qui in Hiſpaniam profectus, gradum fixit apud prouinciam S. Gabrielis. Vitam propè Angelicam ducens, cœlica etiam contemplatione ſic exornabatur, vt ſæpè in orationem poſitus, ſubleuaretur à terra in altum, tanquam extra ſe raptus. Multoties etiam conflictus inijt cum Dæmoniis, in quibus ſemper ſuperior euadens, victoriam reportauit. Iacet in Conuentu ſancti Gabrielis (qui eſt 14. præfatæ prouinciæ) propè Alconcelium oppidum, teſte Daça lib. 3. ſup. cap. 65. ad ann. 1570. ex Monimentis ipſius prouinciæ.

§. 7. *Beati Franciſci, Confeſſ.* [g]] Nobili exortus proſapia, cœlitùs vocatur ad Religionem Seraphicam, cuius habitum induit apud Patres Diſcalceatos Conuentus Pedroſi, qui eſt 2. Prouinc. S. Ioſephi: vbi totius perfectionis tyrocinium aggreſſus eſt. Solitudini, deuotioni, & ſilentio omninò ſtudens, quicquid temporis illi ſupererat, totum illud in oratione, lectione, & piarum rerum ſcriptione expendebat. Admodùm pauper erat, patiens in aduerſis, & abſtinens in cibis: ſolers & ſagax in rebus agendis. Tanta celeritate obedientiæ parebat ſuperioris, vel inferioris, aut æqualis, vt ſæpè viſus ſit mox calamum, ſi ſcriberet, deponere, litteramque incœptam deſerere. Orationi cùm aſſiduè vacaret, reuelationes haud modicas cœlitùs ſibi factas humillimè excipiebat: cunctaque cordis arcana, ne falleretur, ſtatim confeſſario, vel Patri ſpirituali reſerabat. Donum diſcretionis ſpirituum apprimè callebat, & obſcura quæque diuinitùs ſibi erant patefacta, iniquitatem, & quamlibet offenſam contra Deum vel proximum, odio habebat. Pauperum neceſſitati compatiebatur ex animo, dans ipſis quicquid ſibi poſſibile eſſet. Vili autem & ipſe contectus tunica, cilicium aſperum ſubtus gerebat ad carnem: nuſquam otioſus, ſed labori manuali iugiter addictus, vel orationi. Caſtimoniæ laude præcelluit, virgoque vixit ac deceſſit: ad cuius cuſtodiam haud parum contulere continua illius ieiunia, cilicia, diſciplinæ, abſtinentię, & oculorum demiſſiones: mulierum quippe, aut rei alterius vanæ, aſpectu omninò caruit: deformitatemque vultus ſui (priori venuſtate faciei depoſita) obtinuit, vt ſic ſecurius ageret.

§. 8. Spiritus feruore plenus, ſalutem animarum, maximè Infidelium, ſummè exquirebat. Quapropter, ſub Philippo II. Hiſpaniarum Rege, triginta illis Fratribus Diſcalceatis in Inſulas Philippinas ablegandis adiunctus eſt. Ad Manilam appulſus, à Fratribus huiuſce ciuitatis benignè excipitur, illicque moram per aliquod tempus contraxit, quo anteactæ vitæ ſanctæ inſignia protulit. Nam priſtinis virtutum exercitiis ſubactus; humilitatis, pœnitentiæ, mortificationis, &c. radios protinus emiſit. Labores immenſos, pericula manifeſta, aliaque aduerſa vultu ſereno, cordiſue iubilo, gratanter pertulit; has Inſulas peragendo, Barbaris illis verbum Chriſti annuntiando, quorum quinque millia & vltra conuertit ad fidem, & ſacra baptiſmatis lympha abluit.

§. 9. Exindè in Chinam traijciens, venit in vnam Inſularum Regni Cochini, ſed cognita à Gubernatore, & Chinis eius intentione ac voluntate, quæ in Chriſtianæ fidei plantationem, atque idololatriæ exterminationem tendebat, ad Regem tranſmittitur: qui audita ſerui Dei concione, veritati haud locum dedit, ſed B. Franciſcum Inſula diſcedere extemplò iubet. Itaque nauim aſcendens, progreditur ad aliam Inſulam *Baynam*, ac poſtea: in vrbem *Chanuam*, Haynam, Cantonam, vſque Machao, & Syan: tum etiam Malucum, Iapponium, &c. qua in expeditione, quis referre valebit, quot labores tulerit? quot pericula euaſerit? quot opprobria, verbera, carceres, vincula, & alia quæuis grauia pro Chriſto ſubierit? Manilam reuerſus, electus eſt in Cuſtodem, ad Capitulum Generale Romæ celebrandum, ann. 1587. cui cùm interfuiſſet, Madritum rediit, & in ſua natiua S. Ioſephi prouincia tamdiu ſtetit, quo vſque animam exhalauit, dicens, *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, redemiſti me Domine Deus veritatis.* Almagro namque oppidum vulgò *Almadonar Delcampo*, profectus erat, quo cùm reuerteretur, grauì morbo detentus eſt in itinere, ſicque fœliciter ad Dominum migrauit. Eius eximias virtutes, geſtaque præclara latè percurrit Ioannes à S. Maria, part. 1. Chronic. Prouinc. S. Ioſephi, lib. 2. cap. 43. 44. 45. & 46. Porrò, de miſſione Fratrum Minor. ad præfatum Chinenſe Regnum: lege poſt alios, *Thielmans*, tom. 1. vitar. SS. Ordin. Minor. ſub fin. antequam Miſſionarij Societatis Ieſu illic aduenerint.

§. 10. *Beati Mariartis, Confeſſ.* [h]] Apud Hyberniam, in Cuſtodia Corcagienſi, olim extabat Conuentus Teigmolagenſis, ab hæreticis ferè modò dirutus. Inter reliquos Fratres pietate & virtute præſtantes, qui illic vixerunt, enituit ſub ann. 1598. hic B. Frater

Digitized by Google

Mariartus ô *Heco*, Sacerdos, qui aqua in lac dulciſſimum ſigno crucis conuerſa, infirmum ſanauit. Ita Wadinghus ſup. ad ann. 1389. §. 8. ex Monimentis Hybernicis.

§. 11. *Beati Franciſci, Confeſſ.* i] Facundiſſimus extitit concionator, & vir perfectiſſimus. Huius autem ſerui Dei tanta fuit opinio in populo, vt ann. 1598. inſtante obitus ſui tempore, tota videretur ciuitas Talabrica confluxiſſe ad funus eius inuiſendum: taliſque accurrentium concurſus excreuit, vt præ multitudine vix ingredi valerent: certatim ſummè exoptantes habitus, aut capillorum præſegmina: veluti Reliquias, ſecum aſportare. Porrò, capella, vbi ſacrum eius corpus requieſcit, ita frequentatur à perſonis, pro ſuis neceſſitatibus, ipſum piè inuocantibus, quòd vix vacua populo reperiatur: vti ſcribit Salazar lib. 3. Chronic. Prouinc. Caſtellæ, cap. 12.

§. 12. *Beata Syra, Tertiaria.* k] Hæc eſt illa Religioſiſſima mulier, quæ Syria Italiam petens, B. *Michaelinam*, viduam Piſaurienſem ad virtutis & perfectionis amorem illexit: quod factum ſic in ipſius vita narratur. *Venerat ſub hoc tempus ex Syria Piſaurum, pia, & honeſta fœmina, tertium S. Franciſci inſtitutum profeſſa, quæ pietatis vacans operibus, & victum mendicans, eum perfectionis attigit gradum, vt cœleſtibus intenta meditationibus tota abſorberetur in Deum: & veluti terram faſtidiens, mirificè in aërem efferretur. Fœminam virtute conſpicuam, & fama commendatiſſimam Michaelinam induxit, vt ſecum habitaret: pudicitiæ teſtis eſſet, & magiſtra virtutis. Nihil Syra magis cordi, quàm ſua hoſpitis ſalus; atque vt beneficium rependeret hoſpitij, frequenter pro ea orabat, vt mundi contemptis illecebris, amorem omnem in Deum transferret. Dùm ita deprecaretur die Pentecoſtes, extraſe rapta, & à terra eleuata, oculis in Deum fixis, immobilis haſit totis horis antemeridianis vſque ad veſperam, donec Michaelina à prece turbauit, dicens, quare non comedis ſoror, & lætaris in hac maxima Pentecoſtes ſolemnitate? Paſcha Domini eſt, non licet, ſaltem non decet triſtari, & corpus macerare ieiuniis. Vis, vt columna immobilis, tot horis rigere, & corporis deſpicere neceſſitates? Tempus ludendi, & tempus in Domino gaudendi. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. Syra ab oratione violenter auulſa reſpondit. O ſi ſcires, amica hoſpes, donum Dei, & quàm bonum & iucundum eius interno frui colloquio, me ad hæc externa non reuocares. Si & tu geſtares, quam ſuauis eſt Dominus, mundana omnia tibi amaraſſent: & quicquid Deus non eſt, propter Deum omninò deſpiceres. At illa, fruſtra ſoror mihi defæcatum Dei amorem perſuades, dùm filiolus unicè dilectus, meos occupat ſenſus: & diuitiæ quibus ſufficienter abundo, merum deprimunt affectum, ne liberè ad Deum aſcendat. Si vis, inquit Syra, ab his liberari, Deum concordi prece rogemus, vt ipſe animum tuum ab his nexibus ſoluat: & ſi expediat, tenellum & adhuc innocentem ad ſe trahat Pardinum, antequam malitia mutet intellectum, & faſcinatio nugacitatis decipiat ſenſus illius. Placuit propoſitum, & die ſequenti ſummo manè in Templum Minorum profecta, coram Chriſti Crucifixi imagine orantes, hanc audierunt vocem ab ipſa imagine delapſam. Michaelina, ego te hac cura, & amore leuabo: filium ad me vocabo, & matrem mihi deſponſabo. Mox domum reuerſæ, puerulum languere, & deinde defuncti animam ab Angelis duobus in cœlum efferri conſpexerunt, &c.* Salazar ſup. lib. 6. cap. 16. Wadinghus ſup. ad ann. 1356. §. 23. Marcus Vlyſſiponenſ. & alij, qui geſta B. *Michaelinæ*, deſcripſerunt: ſup. ad 19. Iulij. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiariorum.

§. 13. *BB. Lucida & Catharina.* l] Prior vocabatur Lucida, *Nouarienſis*; eximia erga proximos charitate inſignis; Altera verò Catharina-Franciſca, *Cerina*, olim Abbatiſſa: à pietate, prudentia, & pœnitentia, laudata. Ita MSS. Mediolanenſ. & Nouarienſ. ac Wadinghus tom. 6. ſup. ad ann. 1455. §. 120.

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Pſalm. 67. verſ. 36.

Omnia iudicio Sanctę Eccleſię Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ ſunto.

INDEX

INDEX TOPOGRAPHICVS IN QVO REFERVNTVR

PROVINCIÆ, REGIONES, VRBES, OPPIDA, AC LOCA DE QVIBVS IN HOC Martyrologio Franciſcano fit mentio.

A.

ABBIATÆ, in territorio Mediolanenſi.

IACOBVS à Caſtro Leone, Conf. 13. *Feb.*

ABDARÆ, in Hiſpania.

Maria Guſmania, Virgo. 15. *Februar.*

ABVLÆ in Hiſpania Tarraconenſi.

Alphonſus à Palentina, Confeſſ. 28. *Aug.*

Franciſcus à Valentia, Confeſſ. 22. *Octob.*

Gabriel à Capitibus, Confeſſ. 22. *Nouemb.*

Petrus à Fonte, Confeſſ. 25. *Auguſt.*

Petrus à Magdalena, Confeſſ. 28. *Decembr.*

Petrus à S. Bonauentura, Confeſſ. 16. *April.*

Philippus Barcinonenſis, Confeſſ. 20. *Nouemb.*

ADRIÆ in Apulia.

Laurentius à S. Martino, Confeſſ. 7. *Iunij.*

ADRIS, in Aprutio.

Onuphrius à Caramanico, Confeſſ. 3. *Iunij.*

In ÆMILIA.

Iacobus Donzelus, Confeſſ. 5. *Octob.*

ÆSII, in Picœno.

Angelus Saonenſis, Confeſſ. 25. *April.*

In AFRICA.

Damianus Valentinus, Martyr. 2. *Auguſt.*

Petrus, Martyr. 21. *Ianuar.*

AGATHOPOLI, in Gallia Narbonenſi.

Antonius Brunellus, &

Pontius Chaiſſy, Martyr. 26. *Nouemb.*

AGELLI, in Calabria.

Martinus Bertrannus à Biſſignagno, Confeſſor. 6. *Septemb.*

AGNONIS, in Apulia.

Benedictus Cremonenſis. 30. *Decemb.*

Gaſparinus Inſuber, Confeſſ. 11. *Martij.*

Thomas Alemannus, Confeſſ. 1. *Decemb.*

AGRIGENTI, in Sicilia.

Ægidius Agrigentinus, Confeſſ. 30. *Decemb.*

Cherubinus à Sancta Lucia, Confeſſ. 30. *Auguſt.*

Apud AGVACATLANVM Xaliſcorum oppidum In India Occidentali.

Bernardinus Marmoreus, Confeſſ. 11. *Octob.*

AILLONII, in territorio Saguntino.

Anna ab Angelis, Virgo, Abbatiſſa, 24. *Iulij.*

Maria à S. Paulo, Virgo. 14. *Septemb.*

AIORÆ, in regno Valentiæ.

Ioſeph. à Cardineta, Confeſſ. 4. *Octob.*

In Hybernia prope ciuitatem ALADENSEN.

Felimeus, Martyr, cum ſocio Henrico. 1. *Maij.*

ALANQVERII, in territorio Vlyſſiponenſi.

Acharia à Paſſione, Virgo. 26. *Auguſt.*

Anonymus, Confeſſ. 3. *Februar.*

Maria ab Aſſumptione, Virgo. 22. *Auguſt.*

Zacharias, Confeſſ. 20. *Ianuar.*

ALBAZETI, Diœceſis Carthaginenſ.

Maria de Fonte. 16. *Septemb.*

Marina Aluarez Marci, Vidua. 13. *Februar.*

ALBIÆ, in Gallia.

Elizabeth à Nauarra, Virgo. 11. *Iunij.*

ALBERSTADII, in Germania.

Otho, Confeſſ. 14. *Februar.*

ALBVRQVERQVII, in Caſtella.

Anaſtaſius, Confeſſ. 25. *Iulij.*

Didacus à Monte, Confeſſ. 17. *Octob.*

Ioannes à Bouadiſſia. Confeſſ. 19. *April.*

ALCAMI, in Sicilia,

Archangelus Calataſimus, Confeſſ. 26. *Iulij.*

ALCANTARÆ, in territorio Caurienſi.

Franciſcus à Cruce, Confeſſ. 14. *Februar.*

ALCARAZII, in territorio Toletano.

Catharina Aluarez, Virgo. 1. *Septemb.*

Franciſca à S. Cruce,

Maria de Ortega,

Ludouica à Vendagno, Virgines. 22. *Martij.*

Maria Monacha, Virgo, Tertiaria. 28. *Septemb.*

Maria Mugnozia, Tertiaria. 28. *Maij.*

Maria Ruizia, Virgo, Tertiaria, 7. *Nouemb.*

ALCAVDETÆ, in Bætica Regione.

Ludouica à Sandoual, Virgo. 14. *Decemb.*

Maria Spinoſa, Virgo. 8. *Iunij.*

ALCONCELLI, in finibus Caſtellæ & Luſitaniæ.

Alphonſus à Manzaneta, Confeſſ. 16. *Decemb.*
Anaſtaſius, Confeſſ. 31. *Decemb.*
Didacus Millanus, Confeſſ. 3. *Nouemb.*
Petrus à Beneuento, Confeſſ. 13. *Auguſt.*

ALDENARDI, in Belgio.

Hogerus, Confeſſ. 8. *Nouemb.*
Ioannes Mahuſius, Martyr. 4. *Octobr.*
Theodoricus, Confeſſ. 27. *Decemb.*

ALENCONII, in Neuſtria.

Agnes Viotta, Virgo. 15. *Iuly.*
Gabriel à Nozayo, Virgo. 22. *April.*
Maria Clementij, Virgo. 30. *Marty.*

ALEXANDRIÆ in Ægypto.

Alexander, Confeſſ. 18. *Februar.*

ALEXIANI iuxta Petricagianum Corſicæ Inſulæ oppidum.

Anonymus Martyr. 2. *Maij.*
Stephanus à Renoſo, Confeſſ. 28. *April.*

ALLARISII in territorio Orenſano.

Garçia Blandez, Confeſſ. 20. *Iuly.*

ALMAGRI in territorio Toletano.

Franciſcus de Eſtella, Confeſſ. 5. *Decemb.*

Apud ALMANSAM Regni Murçiæ oppidum Diœceſis Carthaginenſis.

Ioannes de Moya, Confeſſ. 1. *April.*

In LVSITANIA prope ALVERCAM Vlyſſiponenſis Diœceſis oppidum.

Bartholomæus, Confeſſ. 29. *May.*

In AMACHECA, Xaliſcorum oppido.

Simon à Bruxellis, Confeſſ. 30. *May.*

AMALPHI.

Landulphus Carraciolus, Archiepiſcopus. 1. *Marty.*

In territorio AMALPHITANO.

Geſimundus, Confeſſ. 14. *Nouemb.*

AMANDVLÆ in Picœno.

Gabriel ab Æſio, Confeſſ. 4. *Iuny.*

AMARANTII in territorio Braccarenſi.

Anonyma, Virgo. 10. *Octob.*

AMBIANI.

Maria à Borbonio, Virgo Regia. 7. *Septemb.*

AMERIÆ in Vmbria.

Elizabeth, Virgo. 4. *February.*
Simon à Torſiano, Confeſſ. 29. *Iuny.*

In territorio AMERIANO in Vmbria.

Paulus Capetonius, Confeſſ. 8. *Octob.*
Franciſcus Ouarius, Confeſſ. 9. *Iuly.*

ANAGNIÆ.

Haymo, Confeſſ. 3. *Octob.*

ANCONÆ.

Amatus, Confeſſ. 8. *Februar.*
Anonymæ tres ſanctimoniales, ex quibus Antonia Minias, & Clara Firmana. 14. *Februar.*
Anonymus, Martyr. 20. *Octob.*
Gabriel Anconitanus, Ferretus, Confeſſ. 11. *Noueb.*
Hieronymus, Confeſſ. 1. *Ianuar.*
Proſper à S. Angelo, Confeſſ. 19. *Iuly.*
Seruus Dei, Confeſſ. 12. *Marty.*
Simon, Confeſſ. 6. *Septemb.*

ANDRIÆ in Apulia.

Sandus Tarentinus, Confeſſ. 14. *Auguſt.*

In ANGLIA.

Godofredus, Martyr. 21. *Iuly.*
Guillelmus Holmus, Confeſſ. 27. *Aug.*
Rodulphus Epiſcopus Erfordienſ. 14. *April.*
Thomas Pakingont,
Bonauentura Roo,
Ioannes Tint, &
Richardus Carteret, Martyres. 9. *Auguſt.*

Triginta duo Martyres. 31. *Iuly.*

ANNONIACI in territorio Viuarienſi.

Guillelmus, Confeſſ. 8. *Nouemb.*

ANSANI in Aprutio.

Hieronymus à Stronconio, Confeſſ. 3. *Iuly.*

ANTICHERÆ iuxta Cordubam veterem.

Franciſcus de Villari, Confeſſ. 8. *May.*

ANTICOLIS in Latio.

Franciſcus Titelmanus, Confeſſ. 12. *Septemb.*

ANTIQVÆ MELLARIÆ in territorio Cordubenſi.

Franciſca à Cruce, Virgo, Abbatiſſa. 22. *Nouemb.*
Ildephonſi, Conf. 24. *Februar.*
Ioanna à Sancto Stephano, Virgo. 15. *Iuny.*
Maria à S. Hieronymo, Virgo Abbatiſſa. 29 *April.*
Maria de Ieſu, Virgo. 2. *April.*

In territorio ANTISSIODORENSI.

Stephanus Maugiſius, Martyr. 10. *Septemb.*
Gregorius Bournius, & Matthæus. *Ibid.* §. 2.

ANTVERPIÆ.

Cornelius à Zirichzea, Confeſſ. 21. *Februar.*
Ioannes Troius, Confeſſ. 11. *Februar.*

In territorio ANTVERPIENSI.

Nicolaus Delfins, Martyr. 6. *Decemb.*

APAMIÆ in Gallia Narbonenſi.

Petrus à Molerio, & ſocius Diaconus, Martyres, 16. *Nouemb.*
Petrus de Pulchro Monte, &
Ioannes Rauletus, Martyres. 3. *Marty.*

In APRVTIO.

Franciſcus Gallus, Confeſſ. 8. *Auguſt.*
Gregorius de Beldico, Conf. 24. *Septemb.*
Ioannes à Capiſtrano, Confeſſ. 27. *April.*
Manſuetus, Confeſ. 14. *Iuly.*
Melioratus, Confeſ. 5. *Februar.*

APTÆ in Phocenſi Galliæ prouincia.

Delphina, Virgo, Vidua, Tertiar. 26. *Nouemb.*
Garſenda, Tertiaria. 8. *Nouemb.*

In APVLIA.

Bernardinus à Nuceria. 14. *Nouemb.*
Gerardus, Confeſ. 2. *Februar.*
Ioannes, Confeſ. 1. *Martii.*
Vitalis Albanenſis, Confeſ. 19. *Octob.*

AQVILÆ in Veſtinis.

Antonia à Florentia, Abbatiſſa. 28. *Februar.*
Apollonius Aquilanus, Confeſ. 30. *Martii.*
Baptiſta Heluetius, Confeſ. 11. *Decemb.*
Bernardinus Senenſis, Confeſ. 20. *Maii.*
Octaua eiuſdem. 27. *Maii.*
Et Tranſlatio. 17. *Maii.*
Bonauentura de Antredocho, Virgo. 24. *Iunii.*
Iacoba Aquilana, Virgo. 27. *Iulii.*
Innocentius à S. Angelo, Confeſ. 6. *Februar.*
Iulius Alemannus, Confeſ. 30. *Septemb.*
Ioanna & Catharina à Vino, Tertiariæ. 3. *Maii.*
Ludouica Aquilana, Virgo. 17. *Iunii.*
Maſchius Aquilanus, Confeſſ. 4. *Septemb.*
Matthæus à Leoniſſa, Confeſ. 21. *Iunii.*
Paula à Fulgineo, Virgo. 26. *Ianuar.*
Philippus à Carponeto, Confeſ. 22. *April.*
Thomas Hybernus, Confeſ. 7. *Decemb.*
Vincentius Aquilanus, Confeſ. 28. *April.*

AQVILARIÆ, non longè ab Aranda Duriana, Oſmannæ Diœceſis oppido.

Petrus à Regala, Confeſ. 31. *Martii.*

AQVIS in Gallia.

Antonius à Segouia, Confeſ. 1. *April.*
Foraſterius, Confeſ. 16. *Decemb.*

Petrus

Petrus Aureolus, Archiepiſcop. Cardinalis. 27 *April.*
Roſtagnus, Confeſ. Tertiarius. 23. *Maii.*

AQVIS in Prouincia Ianuenſi.

Michael Aquenſis, Confeſ. 11. *Octob.*

IN AQVITANIA.

Bernardinus Molmerius, Martyr. 24 *Martii.*
Ioannes Cozerius, Martyr. 17. *Martii.*

In Monaſterio ARCELLÆ propè Patauium.

Helena Paduana, Virgo. 4. *Nouemb.*
Lucia, Virgo. 25. *Septemb.*

ARCVBVS in territorio Hiſpalenſi.

Antonius à Zamorra, Confeſ. 5. *Iulii.*

In Territorio ARDFERTENSI apud Hyberniam.

Donatus.
Philippus, &
Mauritius, Martyres. 20. *Iulii.*

ARELATE in Gallia.

Bertrandus à Bollega, Confeſ. 7. *Septemb.*
Monaldus, Confeſ. 2. *April.*

ARENIS, in Caſtella.

Didacus Maculatus, Confeſ. 16. *Februar.*
Ioannes à S. Maria, Confeſ. 2. *April.*
Petrus de Albaceta, Confeſ. 5. *Decemb.*
Petrus Alcantarenſis, Confeſ. 18. *Octob.*

ARETII, in Tuſcia.

Antonius Nerus, Confeſ. 19. *Iunii.*
Benedictus Aretinus, Confeſ. 31. *Auguſti.*

AREVALI, in territorio Abulenſi.

Aldonza Lopetia, Virgo, Tertiaria, Abbatiſſa. 6. *Nouemb.*
Anna ab Areuallo, Virgo. 25. *Februar.*
Beatrix à Gueuarra, Virgo. 8. *Iunii.*
Eliſabeth Verdugo, Virgo, Tertiaria. 5. *Iunii.*
Laurentius Rapariegos, Confeſ. 3. *Iunii.*
Maria Pimentes, Virgo. 17 *Auguſt.*
Sanctia Martinez à Montaluo, Vidua, Tertiaria. 27. *Iunii.*

ARGENTONII, in territorio Sagienſi.

Margarita a Lotharingia, Vidua. 2. *Nouemb.*

ARGILÆ, in Mauritania.

Franciſcus Cirianus, ſeu Zizanus. 18. *Ianuar.*
Michael Agullonis, Martyr. 17. *Maii.*

ARIMÆ, in Iapponia.

Apollinaris, Martyr. 31. *Maii.*

ARIMINI.

Andræas, cognomento Dulcis, Confeſ. 28. *Iunii.*
Anonymus, Martyr. 22. *Auguſt.*
Clara Sanctimonialis. 2. *Februar.*
Franca, Virgo. 7. *Octob.*
Ioannes Barrotus, Confeſ. 4. *Nouemb.*
Robertus Malateſta, Confeſ. Tertiar. 10. *Octob.*

ARIOLANI, in Corſica Inſula.

Petrus à Brieta, Confeſ. 15. *Februar.*

Apud Ciuitatem ARMALECH, in Tartaria.

Richardus Epiſcopus,
Franciſcus Paſchalis,
Raymundus Laurentius,
Petrus, &
Ioannes, Martyres. } 24. *Iunii.*

In ARMENIA.

Angelus à Spoleto, Martyr. 2. *April.*
Ioannes, Rex Armeniæ, Confeſ. 1. *Octob.*

ARGVATÆ, in territorio Nurſino.

Paulus Hiſpellas, Confeſ. 22. *Octob.*

In ARZENGA, ciuitate Sarracenorum.

Monaldus de Ancona.
Franciſcus de Petriolo, &

Antonius Mediolanenſis. Martyres. 16. *Martii.*

ASCVLI, in Marchia Anconitana.

Conradus, Confeſſ. 19. *April.*
Petrus à Florentia, Confeſ. 25. *Septemb.*
Seraphinus, de Monte Granari. Confeſ. 26. *Octob.*

ASSISII.

Ægidius de Capotiis, Confeſ. 22. *Auguſt.*
Agnes Aſſiſias, Virgo. 16. *Nouemb.*
Agnes Bernardi, Virgo. 3. *Martii.*
Amata, Virgo. 20. *Februar.*
Angelus Tancredus, Confeſ. 13. *Februar.*
Antonius à Stronconio, Confeſ. 7. *Februar.*
Balbina, Virgo. 11. *Martii.*
Barbarus, Confeſ. 14. *Maii.*
Beatrix, Virgo. 25. *Ianuar.*
Benedicta, Virgo, Abbatiſ. 19. *Octob.*
Beneuenuta, Virgo. 29 *Ianuar.*
Bernardus à Quintaualle, Confeſ. 10. *Iulii.*
Bernardus à Viridante, Confeſ. 11. *Iunii.*
Cæcilia Cacciaguera, Virgo. 14. *Iunii.*
Chriſtina, Virgo. 21. *Ianuar.*
S. Clara, Virgo, Abbatiſſa. 12. *Auguſt.*
Octaua eiuſdem, & 19. *Auguſt.*
Tranſlatio. 2. *Octob.*
Conſecratio Eccleſiæ Conuentus S. Franc. 20. *April.*
Dedicatio Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum. 1. *Auguſt.*
Electus, Confeſ. 6. *Decemb.*
Franciſca, Virgo. 8. *Ianuar.*
Franciſca à Colle medio, Virgo. 26. *Martii.*
S. Franciſcus, Confeſ. 4. *Octob.*
Octaua eiuſdem, & 11. *Octob.*
Tranſlatio. 25. *Maii.*
Guido, Confeſ. 29. *Septemb.*
Guido, Confeſ. 6. *Decemb.*
Guillelmus Anglicus, Confeſ. 7. *Martii.*
Hortulana, Vidua. 2. *Ianuar.*
Iacoba à ſeptem ſoliis, Vidua. 8. *Februar.*
Iacobus, Confeſ. 7. *Iunii.*
Illuminatus, Confeſſ. 5. *Maii.*
Ioannes à Luca, Confeſ. 14. *Maii.*
Ioannes à S. Conſtantio, Confeſ. 1. *Decemb.*
Ioannes cognomento Simplex, Confeſ. 2. *Maii.*
Leo, Confeſ. 15. *Nouemb.*
Maſſæus Marinianus, Confeſ. 17. *Nouemb.*
Pacifica, Virgo. 24. *Martii.*
Paganus Torniellus, Confeſ. 9. *Nouemb.*
Petrus à Catanio, Confeſ. 10. *Martii.*
Philippa Leonarda à Ghiſiliero, Virgo 13. *Octob.*
Ruffinus, Confeſſ. 14. *Nouemb.*
Sabinus de Campello, Confeſ. 7. *Iulii.*
Stephanus Narnienſis, Confeſ. 30. *Decemb.*
Syluester, Confeſ. 4. *Martii.*
Valentinus Narnienſis, Confeſ. 6. *Iunii.*

Propè ASSISIVM.

Anonyma, Virgo. 16. *Nouemb.*

ASTÆ.

Ioachimus à Leuanto, Confeſ. 23. *Ianuar.*

ASTVDILII, in territorio Palentino.

Catharina à Mendoza, Virgo Abbatiſſa. 15. *Martii.*

ASTVRICÆ AVGVSTÆ, in Hiſpania Tarraconenſi.

Maria Alphonſi, Virgo, Abbatiſſa. 2. *Maii.*
Ioannes, Confeſ. 8. *Nouemb.*
Ioannes, Confeſ. 15. *Nouemb.*

ATHERÆ in Hybernia Diœceſ. Limiricenſ.

B. Curca, Confeſ. 13. *Decemb.*

ATHI, in Hannonia.

Ioannes Mahubertus, Confeſ. 24. *Auguſt.*

Digitized by Google

ATIENZÆ, in territorio Saguntino.
Antonius, Confeſſ. 10. *Martij.*
ATOIAQVE I, apud Xaliſcos Indiæ Occident. Populos.
Ferdinandus à Secura, Confeſſ. 20. *Iulij.*
ATONGVIÆ de Balea, in territorio Vlyſſiponenſi.
Alphonſus de Taide, Confeſſ. 13. *Nouemb.*
Petrus à Clauibus, Confeſſ. 30. *Iunij.*
ATTREBATI, in Gallia.
Thomas Graultius, Confeſſ. 31. *Iunij.*
AVGNONII in Caſtella.
Petri à Guadalaxara, Confeſſ. 11. *Decemb.*
AVGVSTÆ VINDELICORVM.
Dauid, Confeſſ. 15. *Nouemb.*
Tardericus, Confeſſ. 27. *Septemb.*
AVINIONE, in Gallia.
Bertrandus à Turre, Epiſcopus, Cardinalis. 30. *Iulij.*
Bona-Gratia, Confeſſ. 2. *Martij.*
Franciſca à Claromonte, Virgo, Abbatiſſa. 6. *Septem.*
Ludouicus Columbus, Confeſſ. 8. *April.*
Petrus Martinus, Confeſſ. 3. *Maij.*
In Pago AVINIONENSI.
Antonius Gaijns, &
Ioannes Vachetus, Martyr. 2. *Ianuar.*
In territorio Toloſano apud AVINIONETTVM oppidum.
Stephanus, &
Raymundus, Martyres. 29. *Maij.*
AVNONII, in territorio Toletano.
Alphonſus ab Aſperilla, Confeſſ. 26. *April.*
Alphonſus à Valconeta, Confeſſ. 22. *Ianuar.*
Ioannes Ruizius, Confeſſ. 21. *April.*
AVRELIACI, in Aruernia.
Franciſcus Pogetius, Martyr. 17. *Nouemb.*
Rigaldus, Confeſſ. 16. *Septemb.*
AVRELIANI.
Philippus Picartus, Confeſſ. 29. *Decembr.*
Sex Martyres. 29. *Iulij.*
In territorio AVRELIANENSI.
Nicolaus Trieti, Martyr. 22. *Maii.*
AVRIÆ, in Hiſpania.
Gonſaluus Sanchez, Confeſſ. 13. *Decemb.*
Ioannes à Gandia, Confeſſ. 13. *Iulij.*
In AVSTRIA.
Amadæus, Confeſſ. 25. *Iunij.*
Andræas Leubs, Confeſſ. 13. *Octob.*
Archangelus ab Aſpango, Confeſſ. 24. *Nouemb.*
In Prouincia AVSTRIÆ.
Medardus, Confeſſ. 9. *Februar.*
Apud AVTLANVM Xaliſcorum, in India Occidua oppidum.
Franciſcus à Cruce, Confeſſ. 8. *Iunij.*
AVXIMI, in Picœno.
Beneuentus, Epiſcopus, 22. *Martij.*
Franciſcus Catalanus, Confeſſ. 6. *Decemb.*
Gratianus à Romandiola, Confeſſ. 1. *Decemb.*
Philippus Aſculanus, Confeſſ. 9. *Maii.*
AVXONIÆ, in Burgundia.
Anna, &
Coletta, Virgines. 29. *Iulii.*
AZOTI, in Idumæa.
Philippus Anicienſis, Martyr. 7. *Martii.*

B.

BADEIOCII, in Tractu Extremæ Duræ, territorij Hiſpalenſis.
Alphonſus de Tapia, Confeſ. 2. *Iunii.*
Antonius Argentarius, Confeſ. 16. *Septemb.*
Bernardinus à Sancto Ioanne, Confeſ. 4. *Iunii.*
Didacus Hernandez, Confeſſ. 5. *Iunii.*
Ioannes à Salualeone, 23. *Septemb.*
Martinus à Numbela, Confeſſ. 29. *Iulii.*
BAIOCIS, in Neuſtria Inferiori.
Gregorius Lombardus, Confeſſ. 30. *Iulii.*
In territorio BAIOCENSI.
Andræas Montanus, &
Petrus Brotus, Martyres. 4. *Ianuar.*
Apud BALNEENSES, in Hethruria.
Ioanna à Sancta Maria. 22. *Ianuar.*
BAMBERGÆ, in Bauaria:
Catharina Zollerina, Virgo Abbatiſſa. 21. *Martii.*
BARAGIÆ, in territorio Toletano.
Petrus à Cæſar-Auguſta, Confeſ. 10. *Decemb.*
BARBEZILII, in Xantonia.
Petrus Coſetus, Martyr. 19. *April.*
BARCINONE, in Cathalonia.
Agnes Perandia, Virgo, Abbatiſſa, &
Clara, Virgo. 17. *Septemb.*
Alphonſus Lupus, Confeſ. 7. *Iunii.*
Benedictus à Valentia, Confeſ. 15. *April.*
Boixus, Confeſſ. 13. *Maii.*
Conſtantia, Vidua, Regina Aragon. 17. *Iulii.*
Delphina, Vidua. 6. *Iunii.*
Eſtuniga, Confeſ. 6. *Iunii.*
Petrus à Campo, Confeſ. 6. *Ianuar.*
Pontius Carbonellus, Confeſ. 3. *Decemb.*
Sicardus, Confeſ. 22. *Maii.*
In territorio Lucenſi propè BARGAM Tuſciæ oppidum.
Franciſcus de Barga, Confeſ. 19. *Iulii.*
Ludouicus Michael à Barga, Confeſ. 30. *April.*
BARII, in Apulia.
Adamus Rufus, Confeſſ. 22. *Septemb.*
BASILEÆ, in Heluetia.
Iacobus à Porta, Confeſſ. 21. *Iunii.*
BASTIÆ in territorio Aſſiſienſ.
Bonauentura, Confeſ. Laicus. 18 *April.*
BEATIÆ, in territorio Giemenſi.
Catharina de Ieſu, Virgo. 9. *Iulii.*
Catharina Roderica, Virgo. 10. *Iulii.*
Franciſca Peralta, Virgo. 1. *Iulii.*
Michael Aquilarius, Confeſ. 17. *Decemb.*
In BELGIO.
Anonymi 4. Martyres. 6. *Iulii.*
Anonymus, Martyr. 26. *Decemb.*
Arnoldus, Martyr. 25. *Octob.*
Ioannes à Louanio, Confeſ. 11. *Martii.*
Liuinus Brecthius, Confeſ. 11. *Iunii.*
Voiſlaus, Martyr. 18. *April.*
Apud BELGIVM, inter medios fines Gandenſium, atque Burgarum.
Guillelmus Olis, Martyr. 10. *Februar.*
BELLALCAZARII, in territorio Cordub.
Alphonſus à Cruce, Confeſ. 8. *Nouemb.*
Antonius à Cruce, Confeſ. 15. *Iunii.*
Catharina de Columna, Virgo. 17. *Iulii.*
Catharina à ſancto Gabriele, Virgo. 3. *Auguſt.*
Franciſca de ſancta Clara, Abbatiſſa. 6. *Auguſt.*
Franciſca à ſancto Antonio, Virgo 21. *Decemb.*
Iſabella à Soto Maiore, Virgo. 1. *April.*
Ludouicus à Cruce, Confeſ. 20. *April.*
Maria à Conceptione, Virgo. 4. *April.*
Maria ab Incarnatione, Virgo. 13. *Maii.*

Maria

Digitized by Google

Maria à ſancto Antonio, Virgo. 17. *Auguſt.*
Philippa à Soto Maiore, Virgo. 11. *Iunij.*

BELLICII.

Petrus de Petra, Confeſſ.
Ioannes Grangerus, Confeſſ.
Martinus Petri, Confeſſ. 26. *Ianuar.*

BELVISII. in territorio Palentino.

Alphonſus Suarez, Confeſſ. 24. *Iunij.*
Auna ab Aſſumptione, Virgo. 12. *Septemb.*
Beatrix à Cruce, Virgo, Abbatiſſa. 6. *Februar.*
Catharina à Magdalena, Virgo, Abbatiſſa. 14. *Iulij.*
Didacus Saffranus, Confeſſ. 25. *Octob.*
Franciſca de Belen, Virgo. 18. *Iuny*
Franciſcus de Conſtantina, Confeſſ. 12. *Iulij.*
Franciſcus à Rota, Confeſſ. 8. *Martij.*
Franciſcus à Villa-bona, Confeſſ. 5. *Februar.*
Ioanna à Baptiſmo, Virgo. 12. *Iunii.*
Ioanna à Præſentatione, Virgo. 21. *Iulii.*
Ioannes à Coria, Confeſſ. 25. *April.*
Iſabella à ſancto Franciſco, Virgo. 28. *Auguſt.*
Magdalena à Sepulchro, Virgo, Abbatiſſa. 26. *Iulij.*
Maldonata, Vidua. 9. *Nouemb.*

BENEVENTI, in Hiſpania.

Anonyma, Virgo. 5. *Decemb.*
Leo, Confeſſ. 19. *Nouemb.*

BENEVENTI, in Italia.

Monaldus, Archiepiſcopus. 11. *Decemb.*

BENICARLONI, in territorio Dertoſano.

Anonymus, Confeſſ. 17 *April.*
Gabriel Francus, Confeſſ. 8. *Februar.*
Michael Borraſius, Confeſſ. 4. *Iunii.*

BENNARII in Pedemontano Princip.

Paula Gambara, Comitiſſa. 24. *Ianuar.*

BERBERIÆ, in Dalmatia.

Andræas Albanenſis, Confeſſ. 26. *Decemb.*

BERGERACI, in Aquitania.

Petrus Toelatus, Martyr. 30. *Auguſt.*

BERGOMI.

Amadeus de Antoniato, Confeſſ. 8. *Ianuar.*
Daniel à Nimbro, Confeſſ. 6. *Iulij.*

BERNAII, in territorio Lexouienſi.

Andræas Guez, Martyr. 10. *Martij.*

BERNONII, in Britannia Armorica.

Stephanus Brule-fer, Confeſſ. 5. *Auguſt.*

BETTONII, in Vmbria.

Ioannes de Laudibus, Confeſſ. 6. *Septemb.*
Incognitus, Confeſſ. 14. *Decemb.*
Iordanus, Confeſſ. 12. *Martij.*

BEVALLIÆ in Corſica Inſula.

Petrus à Brieta, Confeſſ. 14. *Februar.*
Leo de Petra-Bruni, Confeſſ. 18. *April.*

BEVANIÆ, in territorio Fulginenſi.

Iacobus, &
Philippus, Martyres. 2. *Septemb.*
Nicolaus, Confeſſ. 21. *Iulii.*

BIBLIÆ, in Corſica Inſula.

Martinus à Roccha, Confeſſ. 1. *Septemb.*

BIDGOSTIÆ, in Polonia.

Blaſius Lithuanus, Confeſſ. 13. *Decemb.*

BIDINII, in Bulgaria.

Antonius.
Gregorius,
Nicolaus,
Thomas, &
Ladiſlaus, Martyres. 12. *Februar.*

BIGVLIÆ, in Corſica Inſula.

Paulus Bigulianus, Confeſſ. 27. *Septemb.*

Apud BILBILE oppidum in Hiſpania Tarraconenſi.

Caſſula, Confeſſ. 19. *April.*

BINASCHII, in territorio Mediolanenſi.

Balthaſar à Clauario, Confeſſ. 17. *Octob.*

BITECTI, in Apulia.

Iacobus ab Illyrico, Confeſſ. 17. *April.*

BITHI in Sileſia.

Alexius Hungarus, Confeſſ. 27. *Iulii.*

BITVRGIÆ, in Vmbria.

Chriſtophorus Papienſis, Confeſſ. 5. *Februar.*
Euphroſyna, Vidua. 14. *Septemb.*
Iacobus à Coronis, Confeſſ. 23. *Nouemb.*
Petrus Peruſinus, Confeſſ. 10. *Auguſt.*

Apud BITVRICAS.

Ioanna, Regina Franciæ, Virgo, Vidua. 4. *Febr.*
Maſſæus, Confeſſ. 26. *Februar.*

In Pago BITVRICENSI.

Guido, Martyr. 10. *Iulij.*
Petrus Odion, Martyr. 14. *Apri.*

BLAILÆ, in territorio Aruernenſi.

Franciſcus Simon, Confeſſ. 14. *Octob.*

BLESIS, in territorio Carnotenſi.

Ioannes Vicinus, Martyr. 21. *Ianuar.*

In BOHEMIA.

Ioannes Hercuder, Martyr. 10. *Octob.*

BONILIÆ oppido in Caſtella.

Ioannes Linarius, Confeſſ. 19. *April.*

BONONIÆ.

Alexander V. Papa, 4. *Maii.*
Appollonia, Vidua. 11. *Martii.*
Bonizus, Confeſſ. 17. *Auguſt.*
Catharina Bononienſis, Virgo, Abbatiſſa. 9. *Martii.*
Franciſcus Plateanus, Confeſſ. 17. *Decemb.*
Guido de Spathis, Confeſſ. 23. *Auguſt.*
Guillelmus à Cortemilio, Confeſſ. 16. *Iunii.*
Hieronymus Garibbeius, Confeſſ. 22. *Octob.*
Honorius à Monte-Granario, Confeſſ. 8. *Iunii.*
Iacobus de Primadiciis, Confeſſ. 14. *Auguſt.*
Illuminata Bemba, Virgo. 18. *Martii.*
Ioanna de Lambertinis, Virgo. 12. *April.*
Mathæus Fauentinus, 29. *Ianuar.*
Nicolaus de Pepulis, Confeſſ. 1. *Maii.*
Paula-Baptiſta à Mezavacca, Virgo. 3. *Octob.*

In territorio BONONIENSI.

Ludouicus, Martyr. 13. *Martii.*

BORBÆ, in Luſitania.

Franciſcus à Gattà, Confeſſ. 19. *Februar.*
Petrus Melgarus, Confeſſ. 3. *April.*

In BOSNA Croatiæ.

Ioannes Arragonenſis, Confeſſ. 5. *Octob.*
Peregrinus de Saxonia, Epiſcopus Boſnæ. 28. *Ian.*

In BRABANTIA.

Albertus à Leyda, Martyr. 21. *Nouemb.*
Martinus Suetens, Martyr. 9. *April.*

BREMÆ, in Saxonia.

Electus, Confeſſ. 26. *Maii.*

BRIELÆ, in Hollandia.

Nicolaus Picchius,
Hieronymus,
Guilaldus,
Nicaſius,
Theodoricus,
Antonius,
Godofridus,
Franciſcus,
Antonius,
Petrus. &

Digitized by Google

Cornelius, Martyres. 9. *Iulij.*

Ibidem.

Anonymi duo, Martyres. 9. *Iulij.*

BRIGANTI, in Gallœcia.

Clara Roderica, Virgo. 21. *Nouemb.*

In Phocenſi Prouincia, apud Caſtrum BRINCOLAM.

S. Ludouicus, Epiſcopus, Toloſanus. 19. *Auguſt.*

Octaua eiuſdem. 26. *Auguſt.*

In BRITANNIA Armorica.

Tranſlatio S. Iuonis, Confeſſ. Tertiarij. 27. *Octob.*

BRIVÆ, in Aquitania,

Stephanus à Borda, &

Antonius de Pulchro Viſu, Martyres. 20. *April.*

BRIXIÆ.

Franciſcus ab Aragonia, Confeſſ. 20. *Iunij.*

Mathias Bellintanus, Confeſſ. 29. *Iulij.*

Apud oppidum BROCAS, in Hiſpania.

Antonius Alcantarenſis, Confeſſ. 18. *Auguſt.*

BRVFORTII, in Picœno.

Humilis, &

Pacificus, Confeſſores. 7. *Auguſt.*

Simon ab Aſſiſio, Confeſſ. 11. *Auguſt.*

BRVLIANI, in territorio Nucerino, in Vmbria.

Ioannes de Vallibus, Confeſſ. 4. *April.*

Apud BRVTIVM, in Rhegienſi Prouincia.

Bonauentura à Raticina, Confeſſ. 25. *Februar.*

BRVXELLÆ, in Brabantia,

Ioannes Grayus, Martyr. 5. *Iunij.*

BVDÆ, in Pannonia.

Eliſabeth, Vidua. 29. *Decemb.*

Petrus, Confeſſ. 16. *Nouemb.*

BVLCANII, in Aprutio.

Benedictus Hydropicus, Confeſſ. 12. *Martij.*

In territorio BVRDIGALENSI.

Thomas Illyricus, Confeſſ. 13. *Maij.*

BVRGII, in Sicilia.

Franciſcus à Camerota, Confeſſ. 29. *April.*

BVRGIS, in Hiſpania Tarraconenſ.

Anonymi 4. Confeſſ. 10. *Septemb.*

Eliſabeth à Turre, Virgo. 6. *Maij.*

Gaudentia, Virgo, Abbatiſſa 14. *Ianuar.*

Lupus, Confeſſ. 19 *Maii.*

Martinus, Confeſſ. 10. *Ianuar.*

Apud BVRGVM ſancti Andeoli, in territorio Viuarienſi.

Martinus, Martyr. 16. *Iunii.*

Apud BVRGVM ſancti Sepulchri,

Raynerius, Confeſſ. 1. *Nouemb.*

In BVRGVNDIA.

Anonyma, Virgo & Martyr. 12. *Iunij.*

Paulus Vaſcellator, Martyr. 19. *Decemb.*

Plurimi Martyres. 8. *Februar.*

Vincentius Fortis, Martyr. 12. *Iunii.*

Apud BVYSSERAM Caſtrum, propè Giennum Diœceſ. Antiſſiodorenſ.

Ioannes Pariſotus, Martyr. 18. *Octob.*

C

CABILLONE, in Gallia.

Ioannes à Portugallia, Confeſſ. 11. *Nouemb.*

CADAFALSI, in territorio Toletano.

Andræas de Vera, Confeſſ. 12. *Decemb.*

Franciſcus à Magdalena, Confeſſ. 7. *April.*

Franciſcus ab Oliua, Confeſſ. 1. *Octob.*

Ioannes Pacificus, Confeſſ. 29. *Decemb.*

CÆSAR-AVGVSTÆ, in Arragonia.

Agnus Lupus, Epiſcopus Marrochiæ. 1. *Maii.*

Angela à Verueto, Virgo. 16 *Maii.*

Bartholomæus à Victoria, Confeſſ. 27. *April.*

Ioannes Alcozius, Confeſſ. 10. *Nouemb.*

Ioannes Gomeſius, Confeſſ. 31. *Maii.*

Maria Lopetia à Viel, Virgo. 17. *Maii.*

Maria Loriena, Virgo. 14. *Martij.*

Magdalena Magalonia, Virgo. 21. *April.*

Nicolaus ab Orbita, Confeſſ. 28. *Ianuar.*

Vitalis, Confeſſ. 3. *Februar.*

CAGLIOSÆ in Regno Valentiæ.

Benedictus Conchenſis, Confeſſ. 23. *Decemb.*

CAIETÆ, in Regno Neapolitano.

Girardus, &

Simon, Confeſſ. 12 *April.*

Apud CALABAZANOS oppidum Diœceſ. Palentinæ.

Anna ab Heredia, Virgo. 28. *Decemb.*

Balthazar, Confeſſ. 19 *Octob.*

Catharina Gonſalua, Virgo. 27. *Nouemb.*

Catharina Menriquia, Virgo. 9. *Iunij.*

Catharina Queueda, Virgo. 18. *Septemb.*

Mentia Aualos, Virgo. 15. *Ianuar.*

In CALABRIA.

Bernardinus Randanus, Confeſſ. 10. *Ianuar.*

Franciſcus Bouolinus, Confeſſ. 2. *April.*

Petrus, Confeſſ. 19. *Octob.*

CALARIS: in Sardinia.

Saluator ab Horta, Confeſſ. 18. *Martii.*

Apud CALICVTVM, in India Orientali.

Anonymi tres Martyres. 17. *Decemb.*

CALITRI, in Apulia.

Thomas de Peſcopagano, Confeſſ. 6. *Decemb.*

CALLII, in Vmbria.

Ioanninus, Confeſſ. 21. *April.*

CALPE, in territorio Gaditano.

Didacus Guſmanius, Confeſſ. 29. *Martii.*

Ioannes à Cordouilla, Confeſſ. 28. *Octob.*

Apud CALVVM-MONTEM, Diœceſ. Lingonenſis.

Honoratus à Campigneo, Confeſſ. 16. *Septemb.*

CAMARI, in Sicilia.

Andræas ab Arragonia, Confeſſ. 5. *Februar.*

Andræas Camarinus, Confeſſ. 25. *Martii.*

Antonius Æthiops, Confeſſ. Tertiarius. 23. *Auguſt.*

Ioannes Camerinus, Confeſſ. 28. *Auguſt.*

CAMBERIACI, in territorio Gratianopolitano.

Ioanna Duruæi, Virgo, Abbatiſſa. 1. *Iunij.*

Ioannes à Mauritania, Confeſſ. 22. *Iunij.*

Maria Caualiera, Virgo, Abbatiſſa. 4. *Ianuar.*

CAMERINI.

Angelus à Spoleto, Confeſſ. 2. *Februar.*

Bernardus à Fabriano, Confeſſ. 5. *Auguſt.*

Bernardus ab Offida, Confeſſ. 6. *Iunij.*

Ioannes Parmenſis, Confeſſ. 19. *Martii.*

Mathæus à ſancto Leone, Confeſſ. 30. *Nouemb.*

Petrus à Caderola, Confeſſ. 25. *Iulii.*

Petrus à Moliano, Confeſſ. 25. *Iulii.*

Apud CAMIGNAM Luſitaniæ oppidum, ad oſtium Minij fluminis.

Dominicus à ſancto Iuliano, Confeſſ. 14. *April.*

CAMPANIÆ, in Lucania.

Damianus à Campania, Confeſſ. 28. *Iunii.*

Digitized by Google

CAMPANIANI Veientum.
Stephanus à Caſtello, Confeſſ. 17. *Februar.*

CAMPLIS, in Aprutio.
Baptiſta à Florentia, Confeſſ. 9. *Martij.*

Apud CAMPVM-BASSVM, in Apulia.
Ambroſius à Ciuitella, Confeſſ. 15. *Septemb.*
Anonymi duo, Confeſſores. 10. *Nouemb.*
Archangelus à Campo Baſſo, Confeſſ. 30. *Nouemb.*
Cherubinus Bergomas, Confeſſ. 6. *Februar.*
Franciſcus Aragonus, Confeſſ. 15. *Februar.*
Gratianus à Caſtanetolo, Confeſſ. 4. *Iunij.*
Innocentius Taurinus, Confeſſ. 2. *Februar.*
Ludouicus Placentinus, Confeſſ. 29. *April.*
Marcus à Bononia, Confeſſ. 29. *Iulij.*
Paulus de Petra-Roya, Confeſſ. 15. *Iulij.*
Raphael Taurinus, Confeſſ. 12. *Iunij.*
Syluester Guidonius, Confeſſ. 25. *Octob.*

In CANARIA magna.
Emanuel Lomadus, Confeſſ. 26. *Octob.*

CANEÆ in Creta Inſula.
Ignatius Apirenſis, Confeſſ. 1. *Septemb.*

Apud CANTONAM Chinæ Prouinciam,
Antonius à ſancto Gregorio, Confeſſ. 8. *April.*

CANTVARIÆ in Anglia.
Ioannes Pechanus, Archiepiſcopus. 24. *April.*

CAPISTRANI in Aprutio.
Angelus à Canoſa, Confeſſ. 28. *Ianuar.*

CAPRARIÆ, in territorio Segobienſi.
Ioannes Colmenarius, Confeſſ. 22. *Nouemb.*
Ioannes Leganez, Confeſſ. 5. *Nouemb.*

CAPRIOLÆ iuxta Senas in Tuſcia.
Bartholomæus Lucenſis, Confeſſ. 11. *Martij.*
Ioannes-Franciſcus Belans, Confeſſ. 20. *Septemb.*
Ludouicus Senenſis, Confeſſ. 21. *Decemb.*
Madanus Senenſis, Confeſſ. 17. *Maij.*
Paulus Teutonicus, Confeſſ. 10. *Februar.*
Petrus-Latinus, Confeſſ. 26. *Nouemb.*
Timothæus de Caſoli, Confeſſ. 6. *Decemb.*
Vicentius Senenſis, Confeſſ. 20. *Auguſt.*

CARAVILLÆ in Hungaria.
Ioannes, Confeſſ. 14. *Nouemb.*
Henricus Teutonicus, Confeſſ. 17. *Nouemb.*

CARCASSONÆ in Gallia.
Barralis, Confeſſ. 8. *Septemb.*
Bonauentura Brochartus, Confeſſ. 6. *Iunij.*

CARIATI in Calabria.
Thomas à Randano, Confeſſ. 3. *Martij.*

Apud CARINIENAM, Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum.
Sicardus Diſcalceatus, Confeſſ. 22. *Maij.*

CARMONÆ in Diœceſi Hiſpalenſ.
Lucia Sanctia, Vidua. 18 *Februar.*

CARNOTÆ propè Alanquerium, in territorio Vlyſſiponenſi.
Alphonſus Saccus, Confeſſ. 21. *Septemb.*
Didacus Arias, Confeſſ. 17. *Iulij.*
Vaſcus Correa, Confeſſ. 25. *Iulij.*

CARNOTI in Gallia.
Mennas-Iacobus, Confeſſ. 10 *April.*
Petrus Morſelinus, Confeſſ. 5. *Septemb.*

CARPI in Inſubria.
Camilla Pica, Virgo. 26. *Iulij.*
Stephanus, Confeſſ. 27. *April.*

CARAVACCÆ in Hiſpania.
Petrus ab Ecceca, Confeſſ. 19. *Martij.*

CARRIONI de Comitibus, in territorio Palentino.
Franciſcus Numantinus, Confeſſ. 7. *Iulij.*
Ludouica ab Aſcenſione. 28. *Octob.*

CARTHAGINE in Coſtaria cana Indiæ Occiduæ Regione.
Alphonſus Betanços, Confeſſ. 20. *Iunij.*

Apud CASCEREZ oppidum in territorio Aurienſi.
Ioannes de Turribus, Confeſſ. 20. *Nouemb.*
Petrus Ferrerius, Confeſſ. 1. *Februar.*

CASCIÆ in Vmbria.
Pax Confeſſ. 7. *Iunij.*

CASINCHIÆ, propè Venzolaſcam, Corſicum oppidum.
Franciſcus à Venzolaſca, Confeſſ. 20. *Iulij.*
Vincentius à Venaco, Confeſſ. 26. *Maij.*

CASSALIÆ, in territorio Hiſpalenſi.
Anonyma, Virgo. 21. *Auguſt.*
Antonius Pintus, Confeſſ. 23. *Iulij.*

CASSANI in Apulia.
Ioannes de Parma, Confeſſ. Laicus 1. *Nouemb.*
Ioannes de Penna, Confeſſ. Laicus. 21. *Maij.*

CASSENTINI, propè Puppium, Diœceſ. Aretinæ.
Torellus Puppianus, Confeſſ. 16. *Martij.*

CASTANEÆ in territorio Vlyſſiponenſi.
Didacus Peregrinus, &
Franciſcus de Tallauera Reginæ, Confeſſ. 22. *Iunij.*

CASTANETI, in territorio Toletano.
Ioannes de Aluarezo, Confeſſ. 11. *Decemb.*
Mentia à Conceptione, Virgo. 19. *Ianuar.*

Apud CASTANHEIRAM Luſitaniæ pagum.
Ioannes ab Outeiro, Confeſſ. 6. *Februar.*

In CASTELLA.
Andræas à Valconeta, Confeſſ. 21. *April.*
Ioannes ab Occania, Confeſſ. 6. *April.*
Ioannes Ruys, Confeſſ. 28. *Iulij.*
Ioannes Sanchez, Confeſſ. 16. *Decemb.*
Ioannes à Trinitate, Confeſſ. 6. *Nouemb.*
Petrus à Pegna, Confeſſ. 14. *Nouemb.*
Petrus de Turre Ionzillo, Confeſſ. 22. *Auguſt.*

Apud CASTILLIONEM Aretinum in Tuſcia Aretinæ Diœceſis.
Franciſcus à Caſtro Durante, Confeſſ. 1. *Februar.*
Franciſcus à Lauda, Confeſſ. 7. *Februar.*
Georgius ab Erballio, Confeſſ. 16. *Octob.*
Ioannes-Antonius de Parma, Confeſſ. 13. *Decemb.*
Manſuetus. Confeſſ. 27. *Decemb.*

CASTRVLEI in territorio Cremonenſi.
Franciſcus, Confeſſ. 23. *Septemb.*
Laurentius, Confeſſ. 28 *Iunii.*

CASTRI-CÆSARIS in Archiepiſcopatu Burgenſi.
Martinus à ſancta Maria Virgine, Confeſſ. 13. *Iunii.*

Apud CASTRVM Culminum maiorum Diœceſ. Hiſpalenſis.
Catharina de Porta, Abbatiſſa. 15. *Iunii.*

In Tuſcia propè CASTRVM nouum Carfaniani.
Iacobus Papienſis, Confeſſ. 31. *Maii.*

Apud CASTRVM FLORENTINVM in Hethruria.
Donatus à Ferraria, Confeſſ. 24 *Octob.*
Veridiana. 1. *Februar.*

Apud CASTRO-GELOSIANVM Aquitanor oppidum.
Petrus Veronenſis, &
Ioannes Moretus, Martyres. 26. *Martii.*

Apud CASTRVM-LAVRI, in territorio Placentino.
Nicolaus Mirandulenſis, Confeſſ. 24. *Septemb.*

In Vmbria, propè CASTELLVM-

Digitized by Google

LVNIANVM.
Raphael Nurſinus, Confeſſ. 22. *Iunij.*
In CASTRO MILIO.
Philippus de Tudertinus, Confeſſ. 8. *Nouemb.*
In CASTRO NVNTIA apud Corſicam inſulã.
Marianus Brandius, Confeſſ. 23. *Iunij.*
In Tuſcia propè CASTRVM PISCIVM.
Vincentius Gallus, Confeſſ. 28. *Maij.*
Apud CASTRVM PLEBIS, in Hethruria.
Herculanus de Piegala, Confeſſ. 28. *Maij.*
Iacobus, Martyr. 15. *Ianuar.*
CASTRO RODVLPHI, in territorio Bituricẽſi.
Bonocontrus, Confeſſ. 11. *Septemb.*
In Tuſcia, propè CASTRVM S. GEMINIANI.
Bartholus, Confeſſ. Tertiarius. 13. *Decemb.*
Apud CASTRVM SAPHET in Syria.
Iacobus, &
Hieremias, Martyres. 25. *Iunij.*
Apud CASTRVM VILLANVM Diœceſis Lingonenſis.
Paulus Tonnelierus, &
Tuſſanus Fortinus, Martyres. 5. *Martij.*
Guardianus Conuentus illius loci, Mart. 8. *Martii.*
Tres Anonymi, Martyr. 11. *Martii.*
Apud CASTRVM-VILLARVM, in territorio Caſſanenſi.
Petrus à ſancto Andræa, Confeſſ. 15. *April.*
Apud CASTVLLONENSEM SALTVM in Hiſpania.
Andræas, Confeſſ. 6. *Septemb.*
CATALAGIRONE in Sicilia.
Antonius Scalmatus, Confeſſ. 27. *Ianuar.*
Iacobus à Catalagirone, Conf. 28. *Ianuar.* & 16. *Ap.*
Richardus Siculus, Confeſſ. 8. *Decemb.*
CATANÆ in Sicilia.
Ioannes Schiſictus, Confeſſ. 6. *Decemb.*
Leo Cathaneus, Confeſſ. Laicus. 22. *Feb.*
CATHARÆ in Dalmatia.
Adamus, Confeſſ. 31. *Iulii.*
CATVRCI Cemenorum.
Chriſtophorus, Confeſſ. 31. *Octob.*
Franciſcus de Cardaillaco, Epiſcopus. 23. *Martii.*
Apud CAYRVM Babylonis.
Bartholomæus Martinnozzus, Martyr. 30. *April.*
Ioannes Etheus, Martyr. 11. *April.*
Nicolaus à Monte-Coruino,
Franciſcus Neapolitanus, &
Petrus Romanus, Martyres. 4. *April.*
Apud CEBREROS oppidum, in territorio Abulenſi.
Paulus de Ieſu, Confeſſ. 30. *Decemb.*
CELENTIÆ in Apulia.
Leo Lechenſis, Confeſſ. 19. *Octob.*
CELLETÆ in territorio Claromontano.
Ioannes Oſerus, Confeſſ. 2. *Februar.*
Apud CEPTAM in Mauritania Tingitana.
SS. 7. Martyres, Daniel, Samuel, Angelus, Donulus Leo, Nicolaus & Hugolinus. 13. *Octob.*
Apud CERETH in Valachia minori.
Anonymi duo Martyres. 11. *Maii.*
CHARRERIÆ in territorio Viennenſi.
Claudius Girardus, Confeſſ. 7. *Maii.*
Ioannes de Tellio, Martyr. 13. *Decemb.*
CHAVLI in India Orientali.
Antonius, Martyr. 14. *Octob.*
Apud CHELVAM in Regno Valentiæ oppidum.
Incognitus, Confeſſ. 17. *Februar.*

CHERII in Pedemontano Principatu.
Alexander Mediolanenſis, Confeſſ. 7. *Septemb.*
CHERSII in Dalmatia.
Michael Albanenſis, Confeſſ. 29. *Ianuar.*
CHIAPALÆ in Xaliſcis Indiæ Occiduæ Populis.
Michael à Bononia, Confeſſ. 15. *Septemb.*
Apud CHICHIMECAS Indiæ Occidentalis.
Hyacinthus à ſancto Franciſco, Confeſſ. 20. *Febr.*
CHILE in India Peruana.
Anonymi, Martyres. 18. *Februar.*
Anonymus, Martyr. 14. *Maii.*
Antonius à ſancto Michaele Epiſcopus. 18. *Ianuar.*
Ioannes de Tobar, & ſocij, Martyres. 23. *Decemb.*
CHOLETTI in territorio Maleacenſi.
Duo Anonymi, Martyres. 31. *Auguſt.*
Aymericus, & ſocius eius, Martyres. 13. *Decemb.*
CITONII in Vmbria, ſeu in Hethruria, territorij Cluſentini.
Anonymus, Confeſſ. 2. *Decemb.*
Guido, Confeſſ. 30. *Ianuar.*
Petrus Gallus, Confeſſ. 2. *Martii.*
Petrus à Trauanda, Confeſſ. 17. *Ianuar.*
Apud CIVITATEM ANGELORVM in India Occidentali.
Sebaſtianus de Apparitio, Confeſſ. 25. *Februar.*
Apud CIVITATEM CASTRENSEM.
Ioannes Tranquerias, Martyr. 3. *Octob.*
CIVITATIS NOVÆ, in territorio Firmano.
Iacobus à Monte Sancto, Confeſſ. 12. *Maii.*
Apud CIVITATEM REGIAM in Caſtella.
Petrus Ahumada, Confeſſ. 27. *Octob.*
CHILE in India Peruana, apud Ciuitatem Regiã.
Anonymi duo, Martyres. 24. *Decemb.*
In CIVITATENSI Hiſpaniæ vrbe.
Chriſtophorus Catanæus, Confeſſ. 5. *April.*
Hadabona, Virgo. 3. *Septemb.*
CIVITATVLÆ in Minorica Balearium Inſula.
Bartholomæus Genectar,
Franciſcus Colis, &
Amarella, ſanctimonialis Clariſſa, Martyr. 6. *Maii.*
In territorio CLAROMONTENSI.
Petrus Guarrigueius, Mart. 27. *Octobr.*
CLOSIS in territorio Bituricenſi.
Iulianus, Martyr. 23. *Martii.*
CLVSIS in territorio Gebennenſi.
Ioannes de Parcu, Confeſſ. 25. *Martii.*
Ludouicus Gebennenſ. Confeſſ. 10. *Nouemb.*
COBELINI in territorio Gneſnenſi.
Iuſtinus, Confeſſ. 13. *Decemb.*
COCOLANIS in India Occidua.
Stephanus ab Antiqua-Mellaria, Confeſſ. 22. *Iulii.*
COENOMANIS.
Electus, Confeſſ. 22. *Februar.*
Apud COLLEM-VITOLVM, propè Piſciam, in Tuſcia.
Iacobus de Camerata, Confeſſ. 9. *Iunii.*
COLONIÆ.
Ioannes Duns, Scotus, Confeſſ. 8. *Nouemb.*
Nicolaus Vigerius, Confeſſ. 19. *Decemb.*
In Prouincia COLONIENSI.
Gunterius à Brabantia, Confeſſ. 3. *Auguſt.*
Ioannes de Ponte, Confeſſ. 19. *Decemb.*
Theodoricus de Oſenburck, Confeſſ. 6. *Martii.*
COLPHANI in Picœno.
Franciſcus à Calderola, Confeſſ. 12. *Septemb.*
COLVMBARII in Hethruria.
Guido à Bolſena, Confeſſ. 21. *April.*
Nicolucius Senenſis, Conf. Tertiarius. 30. *Auguſt.*

Philippus

Digitized by Google

COMI in Inſubria.
Michael. à Carcano, Confeſſ. 15. *Octob.*
Philippus à Caſtella, Confeſſ. 1. *Maij.*
COMPLVTI in territorio Toletano.
Alphonſus Sartor, Confeſſ. 18. *April.*
Benedictus à ſancto Torquatio, Confeſſ. 26. *Octob.*
S. Didacus, Confeſſ. 12. *Nouemb.*
Octaua eiuſdem. 19. *Nouemb.*
Franciſcus de Alalpardo, Confeſſ. 30. *Octob.*
Franciſcus à Cebreroſo, Confeſſ. 17. *Nouemb.*
Franciſcus à Turribus, Confeſſ. 28. *Iulij.*
Franciſcus Ximenus Cardinal. 8. *Nouemb.*
Ioannes de Arcu, Confeſſ. 11. *April.*
Ioannes Pegnauerius, Confeſſ. 9. *Octob.*
Iulianus à ſancto Auguſtino, Confeſſ. 8. *April.*
Petrus à Turribus, Confeſſ. 27. *Decemb.*
Sebaſtianus à ſancta Maria, Confeſſ. 7. *April.*
COMPOSTELLAE.
Petrus de Nauclares, Confeſſ. 5. *Martij.*
Martinus de Carraſcoſa, Confeſſ. 30. *Auguſt.*
Catharina de Salazar, Virgo. 15. *April.*
CONCAE-CAMPORVM in territorio Palentino.
Catharina Agueuarra, Virgo. 16. *Iunij.*
Catharina à ſancto Paulo, Virgo. 28 *Ianuar.*
Franciſca Gueuarra, Virgo. 23. *Februar.*
Catharina de Salazar, Virgo. 15. *April.*
Ioanna à Gueuarra, Virgo, Abbatiſſa. 18. *Iunij.*
Franciſca Catharina de Salazar. 13. *April.*
Maria Montalua, Virgo. 21. *Maij.*
Mentia Velez de cœlis, Virgo. 2. *Septemb.*
CONCHAE VALERIAE in Caſtella.
Ioannes de Villa-Maiori, Confeſſ. 24. *Septemb.*
CONDOMI in Aquitania.
Raymundus Roedanus, Martyr. 8. *Auguſt.*
CONEGLIANI in territorio Cenetenſi.
Marcus Hungarus, Confeſſ. 2. *Maij.*
CONSENTIAE in Calabria.
Angelus Conſentinus, Confeſſ. 10. *Nouemb.*
Antonius Citrarius, Confeſſ. 11. *April.*
Ioannes à Caſtro-Villari, Confeſſ. 16. *April.*
Zacharius Conſentinus, Confeſſ. 16. *Februar.*
CONSTANTIAE ad radices Montis Mariani in Saltu Caſtullonenſi.
Conſtantia Velaſquez, Vidua 7. *Decemb.*
CONSVEGRAE in territorio Toletano.
Franciſcus à ſancto Ioſeph, Confeſſ. 6. *April.*
CONYMBRIAE in Luſitania.
S. Eliſabeth, Vidua, Tertiaria, Regina Portugalliæ. 4. *Iulij.*
Iacobus de Hita, Confeſſ. 20. *Auguſt.*
CORBARIAE in Inſula Corſica.
Ambroſius à Corbaria, Confeſſ. 16. *Octob.*
In CORCYRA, Ionij Maris Inſula.
Franciſcus à Baiona, Confeſſ. 25. *Maij.*
CORDVBAE.
Franciſca de Heruas, Virgo. 24. *Iulij.*
Ludouica de Pareia, Virgo. 19. *Septemb.*
Maria à Ieſu, Virgo. 12. *Iunij.*
In territorio CORDVBENSI.
Agnes à ſancto Antonio, Virgo. 11. *Decemb.*
CORIAE in Hiſpania.
Franciſcus à Beluiſio, Confeſſ. 4. *Octob.*
CORISOPITI in Britannia Armorica.
Ioannes, cognomento Diſcalceatus, Conf. 14. *Decẽb.*
CORLEONIS in Sicilia.
Anonymus, Confeſſ. 26. *Nouemb.*
Paulus à Corleone, Confeſſ. 29. *Iulij.*

CORNETI in Apulia.
Beneuentus Eugubinus, Confeſſ. 27. *Iulij.*
In CORSICA Inſula.
Franciſcus de Maleficiis, Confeſſ. 24. *Decemb.*
Ioannes Parens, Confeſſ. 1. *Ianuar.*
Ioannes de Taglia, Confeſſ. 7. *Maii.*
CORTONII in Hethruria.
Andreas à Cortonio, Confeſſ. 8. *Decemb.*
Gilla, Tertiaria. 23. *Septemb.*
Guido, Confeſſ. 12. *Ianuar.*
Inuentio capitis B. Guidonis, Confeſſ. 12. *Iunii.*
Hadriana, Tertiaria. 11. *Auguſt.*
Iacobus à Cortona, Confeſſ. 8. *Iulii.*
Ioannellus, Confeſſ. 1. *Februar.*
Iulianus Cortonenſis, Confeſſ. 7. *Iunii.*
Margareta à Cortona. 22. *Februar.*
CORTRACI in territorio Tornacenſi.
Antonius Benaldus, Confeſſ. 30. *Iulii.*
CORVMNIAE Gallœcorum.
Anonymus, Confeſſ. 16. *Ianuar.*
COSTENII in Polonia.
Bernardinus, Confeſſ. 14. *Septemb.*
COTINIOLAE in Romandiola.
Albertus de Marcheſiis, Confeſſ. 10. *Iunii.*
Antonius Bonfadinus, Confeſſ. 1. *Decemb.*
CRACOVIAE in Polonia.
Alexius, Confeſſ. 8. *Octob.*
Ioannes & Iuſtinus, Confeſſ. 31. *Maii.*
Leonardus, Confeſſ. 28. *Septemb.*
Salomæa, Virgo, Vidua, Regina. 17. *Nouemb.*
Simon à Lipnica, Confeſſ. 18. *Iulii.*
Staniſlaus Corzep. Confeſſ. 11. *Nouemb.*
CREMONAE in Inſubria.
Damianus Patauinus, Confeſſ. 20. *Decemb.*
In CRETA Inſula.
Hieronymus Piſtorienſis. 29. *Nouemb.*
CROPANI in territorio Catanzariano.
Paulus de Ambroſijs, Confeſſ. 8. *Ianuar.*
In territorio Toletano, iuxta CVBAM pagum.
Ioanna à Cruce, Virgo, Abbatiſſa, Tertiaria. 3. *Maii.*
In CVLIACANICA Indiæ Occidentalis Prouincia.
Paulus ab Azeuedo, Martyr. 29 *Decemb.*
Ioannes à Ferraria, Martyr. 30. *Decemb.*
CVLMIÆ in Pruſſia.
Iutta, vidua Tertiaria. 30 *April.*
Ioannes Pruterus, Confeſſ. 21. *Iunii.*
In CVMANA Indiæ Occidentalis Regione.
Dionyſius, Martyr. 27. *Octob.*
CVNII in Pedemonte.
Angelus à Clauaſio, Confeſſ. 11. *April.*
In CVZCO.
Ioannes Callellera, Conf. 12. *Iunii.*
In Inſula propè Cyprum, Martyres. 25. 22. *Auguſt.*

D

IN DACIA
Ioannes à Batfordio, Confeſſ. 18. *Maii.*
Ioannes à Gatfordio, Confeſſ. 3. *Nouemb.*
DAIMIELI in Caſtella.
Catharina Euangeliſta, Virgo, Tertiaria, Abbatiſſa. 14. *Nouemb.*
In DALMATIA Vide Cherſij in Dalmatia.
DAMASCI in Palæſtina.
Anonymi tres, Martyres. 19. *Nouemb.*
Sexdecim Fratres, Martyres. 16. *Februar.*

Digitized by Google

DAMIATÆ in Ægypto.
Franciſcus à Chriſto, Martyr. 5. *Iulij.*
In Ægypto, propè DAMIATAM.
Franciſcus Spoletanus, Martyr. 1. *Ianuar.*
In ciuitate DIEnſi, in Gallia.
Electus, Confeſſ. 8. *Auguſt.*
DISTEMII in Brabantia.
Anonymi ſex, Martyres. 25. *Octob.*
DIXMVNDÆ in Flandria.
Andræas Dicck, Martyr. 30. *Nouemb.*
DOLÆ in territorio Veſuntino.
Petrus Dolenſis, Confeſſ. 6. *April.*
In Apulia propè DOMVM CALENAM, pagum.
Ioannes Arragonus, Confeſſ. 23. *Iulij.*
Iuſtus, Confeſſ. 13. *Septemb.*
DONZENACHI in Aquitania.
Ioannes, &
Martinus, Martyres. 16. *Iunij.*
DREPANI in Sicilia.
Innocentia Ricci, Virgo Tertiaria. 1. *Decemb.*
DVBLINII in Hybernia.
Cornelius Dubenius, Epiſcopus & Martyr, 1. *Februar.*
Thomas Geraldinus, Martyr. 16. *Septemb.*
DVNI in Hybernia.
Ioannes Olorcanus, Martyr. 21. *Ianuar.*
DVRANTII in Picœno.
Ioannes à Fano, Confeſſ. 5. *Martij.*
DYRRACHII in Macedonia.
Antonius Archiepiſcopus, 15. *Martij.*

E

EBOLI in territorio Salernitano.
Antonius Romanus, Confeſſ. 27. *Martij.*
EBORÆ in Luſitania.
Hieronymus à Villa-vitioſa. 12. *Decemb.*
EBROICIS in Gallia.
Dionyſius Pontanus, Martyr. 23. *April.*
In territorio EBROICENSI.
Ludouicus Grippius, Martyr. 22. *Iulij.*
In ÆGYPTO.
Alexander-Ioannes, Martyr. 28. *Iulij.*
Ioannes Calaber, Martyr. 13. *Ianuar.*
Ioannes Zuaza, Martyr. 4. *Ianuar.*
Liuinus, Martyr. 1. *Auguſt.*
ELCHII in Regno Valentiæ, in territorio Oriſuolano.
Alphonſus Rubius, Confeſſ. 28. *Decemb.*
Angela Martinez. Virgo. 25. *Nouemb.*
Didacus Carrera, Confeſſ. 22. *Ianuar.*
Franciſcus à Valentia, Confeſſ. 24. *Ianuar.*
Iulianus, Confeſſ. Donatus Tertiarius. 21. *Decemb.*
Ludouicus ab Aracilio, Confeſſ. 19. *Ianuar.*
In Hethruria iuxta EMPOLIM oppidum.
Bartholomæus ab Anglario, Confeſſ. 25. *Maij.*
ENCHVSIÆ Batauorum.
Daniel,
Cornelius,
Ioannes,
Ludouicus,
Hadrianus Angelbertus, Martyres. } 25. *Iulij.*
ENCOLISMÆ in Gallia.
Michael Greletus, Petrus Bonellus, Ioannes Virolantus, & Ioannes Aprilis, Martyres. 9. *Septemb.*
ENNÆ in Sicilia.
Angelus à Catalagirone, Confeſſ. 20. *Auguſt.*

EREMITÆ Vallis Saxi propè Fabrianum.
Antonius Purus, Confeſſ. 7. *Auguſt.*
Franciſcus à Libra, Confeſſ. 20. *April.*
ERFORDIÆ in Turingia.
Benedictus, Confeſſ. 5. *Nouemb.*
EVECOPIÆ in Suetia.
Laurentius, Archiepiſcopus. 5. *Martij.*
EVGVBII in Vmbria.
Franceſchina, Virgo. 4. *Martij.*
Franciſca Eugubina. 12. *Februar.*
Thomas, Confeſſ. 24. *Maij.*

F

FABRIANI, in Picœno.
Bonacura, &
Thomas, Confeſſores. 20. *Maij.*
Creſcens-bene, Confeſſ. 13. *Octob.*
Damianus, &
Raynaldus, Confeſſ. 5. *Iulij.*
Franciſcus Fabrianenſis, Confeſſ. 20. *April.*
Franciſcus, Confeſſ. 6. *Auguſt.*
Gratia, Confeſſ. 2. *Auguſt.*
Hugolinus, &
Iacobus, Confeſſores. 11. *Maij.*
Mauritius de Argignagno, Confeſſ. 20. *Decemb.*
Maximus Zanzalinus, Confeſſ. 2. *Septemb.*
Raynerius, Confeſſ. 5. *Septemb.*
Apud FACVM in Iapponio.
Ludouicus Sotellus, & ſocij, Martyres. 25. *Auguſt.*
FALEZII in territorio Sagienſi.
Petrus Picquetus,
Ioannes Benedictus, &
Petrus Sagienſis, Martyres. 28. *Iulij.*
FANI in Picœno.
Hieronymus à Pedona, Confeſſ. 4. *Maij.*
FERRARIÆ.
Hieronymus à Monte Politiano, Confeſſ. 23. *Ianuar.*
FERVLÆ in Sicilia.
Antonius Ferulanus, Confeſſ. 29. *Nouemb.*
Matthæus Ferulanus, Confeſſ. 22. *Iulij.*
FESSÆ in Mauritania.
Andræas Spoletanus, Martyr. 11. *Ianuar.*
Martinus à Spoleto, Martyr. *idem.*
FESSVLIS in Tuſcia.
Carolus à Monte-Granello, Confeſſ. Tertiarius 7. *Septemb.*
Clemens à Caponibus, Confeſſ. 25. *Februar.*
Franciſcus Florentia, Confeſſ. 22. *Auguſt.*
Gualterius, Confeſſ. 2. *Ianuar.*
Petrus de Scarperia, Confeſſ. 27. *April.*
Sebaſtianus Florentinus, Martyr. 23. *Septemb.*
FIGIACI apud Ruthenos, Diœceſis Cathurcenſis.
Ademarus de Felſinio, Confeſſ. 29. *Iulij.*
FIRMI in Picœno.
Adamus, Confeſſ. 16. *Maij.*
Ambroſius à Lombardia, Confeſſ. 5. *Iunij.*
Bonauentura Firmanus, Confeſſ. 18. *Septemb.*
Hieremias, Virgo. 25. *April.*
Ludouicus Vrbinas, Confeſſ. 18. *Februar.*
Nicolaus Firmanus, Confeſſ. 12. *Nouemb.*
In FLANDRIA.
Plurimi Martyres. 35. *Nouemb.*
FLORENTIÆ.
Accurſus, Confeſſ. 2. *Ianuar.*
Ægidius Florentinus, Confeſſ. 7. *Septemb.*
Andræas de Gollo, Confeſſ. 10. *Maij.*
Andræas de Tuderto, Confeſſ. 6. *Martij.*

Angelus

Digitized by Google

Angelus Bonſius, Confeſſ. 2. *Ianuar.*
Antonius à Piſcina. 14. *Nouemb.*
Balthaſar Florentinus, Confeſſ. 4. *Maij.*
Benedictus, Confeſſ. 3. *Martij.*
Benedictus Florentinus, Confeſſ. 6. *Septemb.*
Bernardus Scarlatenſis, Confeſſ. 12. *Martij.*
Clara de Vbaldinis, Vidua, Abbatiſſa. 27. *Februar.*
Conſtantia, Virgo. 17. *Decembr.*
Dominicus, Confeſſ. 8. *Nouemb.*
Dominicus Campenſis, Confeſſ. 25. *Nouemb.*
Euangeliſta à Cortonio, Confeſſ. 2. *Februar.*
Franciſcus, Franciſci, Confeſſ. 27. *Auguſt.*
Franciſcus Petri-Gori, Confeſſ. 29. *Iulij.*
Gaſpar à Barga, Confeſſ. 4. *April.*
Hieronymus de Stufa, Confeſſ. 11. *Februar.*
Humiliana, Vidua, Tertiaria. 19. *Maij.*
Humilis, Confeſſ. 3. *Nouemb.*
Illuminatus, Confeſſ. 9. *Iulij.*
Ioanna, &
Lucia de Vbaldinis, Virgines. 30. *Maij.*
Ioannes-Franciſcus Caſalenſis, Confeſſ. 26. *Septemb.*
Ioſeph, Confeſſ. 12. *Septemb.*
Ludouicus de Caponibus, Confeſſ. 3. *Decemb.*
Michael Florentinus, Confeſſ. 17. *Martij.*
Nicolaus Vganius, Confeſſ. 14. *Octob.*
Onuphria Comitiſſa,
Franciſca à Burgaro, &
Ioanna ab Onuphriis, Virgines, Tertiariæ. 7. *Iulij.*
Philippa à Medicæa, Virgo, Abbatiſſa. 6. *Decemb.*
Philippus de Medicis, Confeſſ. 6. *Decemb.*

In FLORIDA Americæ Prouincia.

Balthaſar, &
Petrus, Martyres. 12. *Maij.*
Michael ab Occania,
Petrus de Corpa,
Petrus à Velaſco,
Blaſius Rodericus, &
Antonius, Martyres. 8. *Septemb.*

FOGGIÆ in Apulia.

Iacobus ab Aſſiſio, Confeſſ. 19. *Iunij.*

FOINISÆ in Boſna Argentinenſi.

Angelus à Verboſa, Confeſſ. 7. *Iunij.*

FONSALIDÆ in Hiſpania.

Maria à Chriſto, Virgo, Abbatiſſa. 17. *April.*

FORANI in Picœno.

Franciſcus à Caſtro-Milliano, Confeſſ. 3. *Decemb.*

FORILIVII in Romandiola.

Hieremias, Confeſſ. Tertiarius. 30. *Iulij.*
Iacobus Vagarellus, Confeſſ. 2. *Nouemb.*

FOROSEMPRONII in Picœno.

Ioſephus à Colleamato, Confeſſ. 28. *Iunij.*

In Canaria apud FORTEM-VENTVR. Inſulam.

Anonymi 5. Martyres. 10. *Septemb.*
Ioannes à ſancto Torcaſio, Confeſſ. 18. *Februar.*
Ludouicus Lucenſis, Confeſſ. 27. *Auguſt.*

In Septimania propè FOSSAS MARIANAS.

Petrus Manquius, Martyr. 11. *Ianuar.*

FRANCÆ-VILLÆ in Gallia.

Ioannes à Francia, Confeſſ. 24. *Decemb.*

Apud FRANCAM-VILLAM in Hungaria.

Ioannes, Confeſſ. 14. *Februar.*

FRAXINETI in Hiſpania Tarraconenſi.

Bernardus à Fraxineto, Archiepiſcopus. 18. *Octob.*

FVLGERII.

Ioannes Guidrius, &
Ioannes à Luſia, Martyres. 12. *Iunij.*

FVLGINII in Vmbria.

Agnes à Peſcara, Virgo. 12. *Nouemb.*
Alexandrina, Virgo, Abbatiſſa. 3. *April.*
Angela Fulginas, Vidua. 4. *Ianuar.*
Angelina Corbara de Termis, Virgo, Abbatiſſa, Vidua, Tertiaria. 25. *Decemb.*
Angelina Antonij à Spoleto, Virgo. 20. *Auguſt.*
Antonius Hungarus, Confeſſ. 13. *Maij.*
Bernardina Antonij, Virgo. 25. *Martij.*
Catharina de Pazzis, Virgo. 25. *Auguſt.*
Catharina à Valente, Virgo. 27. *Octob.*
Cæcilia à Coppoli, Virgo, Abbatiſſa. 2. *Ianuarij.*
Clara Fulginas, Virgo, Tertiaria. 8. *Decemb.*
Dominicus Surianus, Confeſſ. 25. *Iulij.*
Fœlix, Virgo. 23. *Auguſt.*
Franciſca ab Andræa, Virgo. 25. *Auguſt.*
Franciſcus Brixienſis, Confeſſ. 26. *Auguſt.*
Gabriela à Peruſio, Virgo. 21. *Iulij.*
Gemma Sulmonenſis, Vidua. 24. *April.*
Hermannus, Confeſſ. 8. *Februar.*
Hieronyma Monsfeltria, Vidua. 12. *Decemb.*
Ioanna Fulginas, Virgo. 23. *Ianuar.*
Lucidæ, Virgo, Tertiaria. 12. *Iulij.*
Margarita Dominici, Virgo, Abbatiſſa. 13. *Iunij.*
Maria Baptiſta Buttaroni, Virgo. 5. *Iunij.*
Maria à Maſſa, Virgo. 20 *Septemb.*
Martinus Fulginas, Confeſſ. 15. *Martij.*
Matthæus, Confeſſ. 26. *Decemb.*
Pacificus Clemerius, Confeſſ. 25. *Iulij.*
Paſchalina, Virgo. 4. *Februar.*
Paulus de Trincis, Confeſſ. 17. *Septemb.*
Petrus Tudertinus, Confeſſ. 11. *Octob.*
Thomas, Confeſſ. Tertiarius. 15. *Septemb.*
Scholaſtica, Virgo fulginas. 30. *Octob.*

G

GALDARIS in Canaria Magna.

Antonius à Soſa, Confeſſ. 12 *Octob.*
Petrus de Montibus, Confeſſ. 31 *Maij.*

In GALLIA.

Alexander de Villa Dei, Confeſſ. 3. *Februar.*
Andræas Burgundus, Confeſſ. 24. *Decemb.*
Anonyma, Virgo. 24. *Februar.*
Antonius Farinerius, Confeſſ. 24. *Iulij.*
Antonius Valiotus, &
Hubertus à Curia, Martyres. 4. *Iunij.*
Deſiderius Lotharingus, Confeſſ. 17. *Nouemb.*
Electus Aurelianenſis, Confeſſ. 24. *Septemb.*
Euſtachius de Curia, Confeſſ. 1. *Februar.*
Franciſcus Tarellus, Martyr. 14. *Iunij.*
Guillelmus Abrincus, Confeſſ. 18. *Octob.*
Guillelmus Ieſſelimi, Confeſſ. 10 *Ianuar.*
Gentianus,
Ægidius,
Guillelmus,
Gratianus, &
Clemens Martyres. } 25. *Martij.*
Ianinus, Confeſſ. Ioannes, Confeſſ. 18. *Ianuar.*
Ioannes Bonellus, Confeſſ. 4. *Februar.*
Ioannes Galterus, Confeſſ. 15. *Auguſt.*
Ioannes-Iulianus, Confeſſ. 16. *Septemb.*
Ioannes Liothus, Martyr. 25. *Martij.*
Ioannes Moquetus, Confeſſ. 21. *Septemb.*
Ioannes Muro, Confeſſ. 27. *Auguſt.*
Ioannes Tilletus, Confeſſ. 17. *Iulij.*
Ludouicus Balleius, &
Ludouicus Panetius, Martyres. 12. *April.*
Nicolaus Amans, Confeſſ. 5. *Octob.*
Nicolaus à Lotharingia, Martyr. 17. *Decemb.*

Digitized by Google

Petrus, Confeſſ. *16. Ianuar.*
Petrus Chambonus, Confeſſ. *6. Iunij.*
Petrus Martinez, Confeſſ. *27. Septemb.*
Radulphus, Confeſſ. *12. April.*
Thomas à Curia, Confeſſ. *11. Auguſt.*

In GALLIA Narbonenſi.

Bartholomæus Sircardus, Confeſſ. *8. Iulii.*
Claudius, Confeſſ. *12. Martij.*
Guido Mirapicenſis, Confeſſ. *23. Iunij.*

IN GALLIA Tranſalpina.

Ludouicus à Mantua, Confeſſ. *7. Iunij.*

Apud GALIBALYVM MOMONIÆ, in Hybernia Monaſterium.

Dermitius Mulronius, Martyr. *2. Martii.*

In GALLOECIA.

Bencaſa, Confeſſ. *16. Septemb.*
Leonora Roderica, Virgo, Abbatiſſa. *5. Ianuar.*
Petrus de Almanco, Confeſſ. *4. Septemb.*

Apud GANDAVVM in Belgio.

Coletta Boyletta, Virgo, Abbatiſſa. *6. Martij.*
Ioannes Amicus, Martyr. *18. Iunij.*
Petrus Prus, Martyr. *19. Nouemb.*

GANDIÆ in Regno Valentiæ.

Andræas Hibernon, Confeſſ. *18. April.*

GARACICI in Canaria.

Ludouicus à Lerma, Confeſſ. *26. Iulij.*
Michael, Confeſſ. *20. Februar.*

In territorio Coriano, propè GATTAM oppidum.

Cyprianus, Confeſſ. *1. Ianuar.*
Michael, Confeſſ. *27. Iulij.*

GAZÆ in Palæſtina.

Guillelmus Stabienſis, Martyr. *8. Auguſt.*

GEBENNÆ in Gallia.

Anonyma, Virgo. *19. Iulij.*
Claudia Meancea, Virgo, Abbatiſſa. *18. Auguſt.*
Didacus, &
Ioannes, Martyres. *31. Decemb.*

GENVÆ.

Angelus Aſtenſis, Confeſſ. *31. Martij.*
Anonymus, Confeſſ. *12. Auguſt.*
Belengerius à Monte-Acuto, Confeſſ. *31. Ianuar.*
Bonifacius à Riparolo, Confeſſ. *20. Iunij.*

In GERMANIA.

Coleta, Virgo. *4. Iunij.*
Gerardus, Martyr. *30. Iulij.*
Ioannes Quieſdeber, Confeſſ. *18. Septemb.*
Rodingerus, Confeſſ. *16. Martij.*

IN GERMANIA apud Brecticolam.

Fidelis, Martyr. *11. Iulij.*

GERTRVDI-BERGÆ apud Batauos.

Guillelmus Gondanus, Martyr. *4. Septemb.*

GIENNI in Hiſpania.

Catharina ab Angelis, Virgo. *1. Ianuar.*
Maria à Gratia, Virgo. *7. Martij.*
Maria à ſancto Franciſco, &
Franciſca à ſancto Antonio, Virgines. *8. April.*
Mentia à Mendoſa, Virgo. *25. Maij.*
Quiteria à Cruce, Virgo. *23. Maij.*

In GOANA Indiæ Orientalis Prouincia.

Iacobus Borbanus, Confeſſ. *4. Maij.*

In India Orientali propè GOAM.

Ioannes, & ſocij, Martyres. *17. Auguſt.*

GORDONII in territorio Cathurcenſi.

Carolus Luſachius,
Henricus,
Petrus Vaboleſius,
Arnaldus Virganuſtus, &
Petrus Quartus, Martyres. } *6. Iunij.*

GOVDÆ in Hollandia.

Ioannes Rixtelus, &
Adrianus Lambertus, Martyres. *25. Octob.*

GRANATÆ.

Beatrix à Bellomonte, Virgo. *11. April.*
Eliſabeh Gonſalua, Virgo. *5. Ianuar.*
Ioannes à Cætina, &
Petrus Duennas, Martyres. *19. Maij.*
Leonora à Sancto Ioanne, Virgo Abbatiſſa. *10. Ianuarij.*
Ludouica à Cruce, Vidua, Abbatiſſa. *1. Octob.*

GRANGANORI.

Vincentius Confeſſ. *11. Iunii.*

GRATIANOPOLI.

Ioanna Bella, Virgo Abbatiſſ. *25. Ianuar.*
Michael Daniel, Confeſſ. *10. Septemb.*

GRAETII in Valle Reatina.

Antonius de Arrabaldis, Confeſſ. *5. Iunij.*
Ioannes, Confeſſ. Tertiarius. *2. Nouemb.*
Paulus Siculus, Confeſſ. *7. Februari.*

GRINONII in territorio Toletano.

Franciſca à Sancta Anna, Virgo, Abbatiſſa, Tertiaria. *5. Nouemb.*

GRONINGAE in Friſia.

Matthias Becherus, Confeſſ. *20. April.*

GVADALAXARAE in Regno Toletano.

Bernardinus à Turrigio, Confeſſ. *27. Decemb.*

GVADALCANALI in territorio Legionenſi.

Ioannes de Gongora, Confeſſ. *2. Iulij.*

GVADALFAGIARAE in Caſtella territorij Toletani.

Andræas à Coſta, Confeſſ. *19. Decemb.*
Andræas de Loçoya, Confeſſ. *11. Octob.*
Blaſius de Monte, Confeſſ. *19. Iulij.*
Didacus Dux, Confeſſ. *16. Octob.*
Maria Fernandes Coronel. vidua. *3. Iulij.*

GVADALFAGIARAE in Xaliſcis Indiæ Occident.

Angelus à Valentina, Confeſſ. *12. Octob.*
Antonius Segobienſis, Confeſſ. *19. Decemb.*
Daniel Italus, Confeſſ. *28. Februar.*
Franciſcus Orapeſſanus, Confeſſ. *25. April.*
Hieronymus à Cruce, Confeſſ. *21. Februar.*

GVADALVPE.

Benedictus à Cogolutho, Confeſſ. *11. Maij.*

Apud GVAINAMOTAM CHICHIMECARVM Indiæ Occiduæ Populorum Pagum.

Andræas ab Aiala,
Franciſcus Aegidius, & ſocij, Martyres. *4. Auguſt.*

In territorio Nurſino propè GVALDVM.

Petrus Tertiarius, Confeſſ. *29. Iunij.*
Martius,
Saluetrus, &
Philippus, Confeſſ. } *8. Octob.*

In territorio GVARDIENSI, Propè GVLIONISIVM Apuliæ oppidum.

Matthæus, Confeſſ. Tertiarius. *12. Nouemb.*
Simon de Slauis, Confeſſ. *5. Decemb.*

GVATEMALAE in India Occidentali.

Franciſcus Colmenarius, Confeſſ. *24. April.*
Gonzaluus Mendez, Confeſſ. *5. Maij.*

Apud Indiam Occident. in Prouincia GVAXACATLANA.

Franciſcus Laurentius, cum ſocio Ioanne, Martyres. *15. Ianuar.*

Digitized by Google

H

HADRIÆ in Aprutio.
Andræas de Andria, Confeſſ. 14. *Martij.*
HALSBACHAE in Germania Superiori.
Ioannes Gontingerius, Confeſſ. 9. *April.*
In HETHRVRIA.
Andræas à ſancto Geminiano, Confeſſ. 26. *Septemb.*
Anonymus, Confeſſ. 17. *Septemb.*
Ioannes Pratenſ. Confeſſ. 26. *Septemb.*
Matthæus de Caſtellione Aretino, Confeſſ. 20. *April.*
Minnius Altamannus, Confeſſ. 6. *Septemb.*
Paulus de Prato, Confeſſ. 15. *Martij.*
Petrus à Colle, Confeſſ. Tertiarius. 21. *Auguſt.*
Rolandinus, Confeſſ. 27. *Octob.*
HIEROSOLYMIS.
Duo Anonymi, Martyres. 7. *Nouemb.*
Anonymus, Martyr. 24. *Auguſt.*
Coſmas à Sancto Damiano, Martyr. 15. *Auguſt.*
Deſponſatio Virg. Mariæ. 8. *Martij.*
Gondiſaluus, Martyr. 16. *Maij.*
Ioannes à Mantua, Martyr. 6. *Decemb.*
Iuniperus Siculus, Martyr. 28. *Februar.*
Nicolaus de Taulicis,
Donatus de Ruticinio,
Petrus Narbonenſis, &
Stephanus de Tunellis, Martyres, 11. *Nouemb.*
Præſentatio Dei Genitricis Virgin. Mariæ 21. *Nouemb.*
In ciuitate HILDESEMENSI.
Conradus, Confeſſ. 20. *Decembr.*
HISPALI in Hiſpania.
Aluarus Pelagius, Epiſcopus. 5. *Iulij.*
Chriſtophorus à Toleto, Confeſſ. 7. *Nouemb.*
Eluira à Villa-Sicca, Vidua, Abbatiſſa. 7. *April.*
Ioannes de Salazar, Confeſſ. 18. *Decemb.*
Leonora Guſmania, Virgo, Abbatiſſa. 21. *Iunij.*
Ludouicus de Sandoual, Confeſſ. 29. *Maii.*
Ludouicus ab Vtrera, Confeſſ. 2. *Octob.*
In territorio HISPALENSI.
Bernardinus Biarenſis, Confeſſ. 11. *Decemb.*
In HISPANIA.
Alphonſus Marinus, Confeſſ. 4. *Iunii.*
Andræas Rodericus, Confeſſ. 14 *Nouemb.*
Anonymus, Confeſſ. 31. *Iulij.*
Antonius à Sobrino, Confeſſ. 21. *Decemb.*
Dominicus à Frontera, Confeſſ. 6. *Iulij.*
Eliſabeth ab Oſorio, Virgo. 6. *Nouemb.*
Franciſcus à Cordouilla, Confeſſ. 24. *Maij.*
Franciſcus Doziechus, Confeſſ. 29. *Iulij.*
Iacobus, Confeſſ. 1. *Martij.*
Ioannes de Aquila, Confeſſ. 5. *Februar.*
Ioannes Picus, Confeſſ. 31. *Octob.*
Ioannes à ſancta Maria, Confeſſ. 25. *Septemb.*
Ludouicus de Sala, Confeſſ. 29. *Nouemb.*
Olalia Gomezia, Vidua, Tertiaria. 9. *Maii.*
Petrus Sileras, Confeſſ. 21. *Octob.*
Petrus à Spe, Confeſſ. 6. *Auguſt.*
HISPELLI in Vmbria.
Andræas Cacciolus, Confeſſ. 3. *Iulij.*
Balbina, Virgo. 3. *Februar.*
HISTONII in Apulia.
Aloyſius à Gulioniſio, Confeſſ. 15. *April.*
Archangelus de Agnone, Confeſſ. 6. *Iunij.*
Chriſtophorus à Campo Baſſo, Confeſſ 14. *Auguſt.*
Franciſcus Thomaſſinus à Campo Baſſo, Confeſſ. 16. *Octob.*

Iacobus de Petrucis, Epiſcopus. 4. *Februar.*
Illuminatus de Saluis, Confeſſ. 31. *Iulij.*
Marcus à Ferraria, Confeſſ. 1. *Februar.*
Paulus de Roio, Confeſſ. 24. *Decemb.*
Sebaſtianus à Celenta, Confeſſ. 11. *Septemb.*
Stephanus Germanus, Confeſſ. 1. *Ianuar.*
HONDAE in Regno Valentiæ.
Aſſenſus Saguntinus, Confeſſ. 25. *Decemb.*
In Caſtullonenſi Saltu, propè HORNACVELOS oppidum.
Bernardinus à Caſtro Viridi, Confeſſ. 4. *Maij.*
Apud HORTENSEM vrbem in Hethruria.
Theobaldus ab Aſſiſio, Confeſſ. 29. *Ianuar.*
In HVNGARIA.
Pelbartus à Themaſvvar, Confeſſ. 26. *Maij.*
HVSSARIÆ in Germania.
Hugo, Confeſſ. 7. *Auguſt.*
In HYBERNIA.
Anonymus, Confeſſ. 28. *Decemb.*
Ferallus, Confeſſ. 16. *Ianuar.*
Ioannes à Gautfordio, Confeſſ. 5. *Septemb.*
Ioannes à Vvatfordio, Confeſſ. 23. *Februar.*
Patricius, Epiſcopus. 17. *Martij.*
Patricius Hælius Epiſcopus & Martyr cum ſocio Cannacio. 14. *Septemb.*
Philippus, Confeſſ. 26. *Ianuar.*

I

IAFANAPATANI in India Orientali.
Melchior Vlyſſiponenſis, Martyr. 17. *Septemb.*
In IAPPONIO.
Apollinarius Francus, & ſocij martyres. 12. *Septemb.*
Feſtum ſanctiſſimi nominis Ieſu. 14. *Ianuar.*
Apud ILBAM Tyrreni maris Inſulam.
Baptiſta de Rotano, Confeſſ. 15. *Iulij.*
ILERDÆ in Hiſpania Tarraconenſi.
Segrianus, Confeſſ. 10. *Octob.*
ILLESCIS in Hiſpania.
Agnes à Conceptione, Virgo, Abbatiſſa. 24. *Ianuarij.*
Illiturgi in territorio Giennenſi
Agnes cana, Virgo. 5. *Februar.*
Clara Serrana, Virgo. 4. *Maij.*
Franciſca Baldinia, Virgo. 14. *Martij.*
Magdalena à Cruce, Virgo. 27. *Decemb.*
IN INDIA OCCIDENTALI.
Albertus Francus. 22. *Decemb.*
Alphonſus à ſancto Bonauentura, Confeſſ. 2. *Decemb.*
Andræas Cordubenſis, Confeſſ. 21. *Maij.*
Anonymi, martyres. 6. *Decemb.*
Arnaldus de Baſſacio, Confeſſ. 20. *Auguſt.*
Bernardinus Saguntinus, Confeſſ. 23. *Octob.*
Bernardus Bertrandus Coſinus, martyr. 19. *Ianuar.*
Ioannes de Palo, Confeſſ. 21. *Maij.*
Ludouicus de Bolagnos, Confeſſ. 6. *Decemb.*
Martinus ab Altomira, martyr. 22. *Decemb.*
In INDIA OCCIDENTALI, verſus polum Antarcticum.
Ioannes à Padillia, Martyr. 30. *Nouemb.*
Apud INDOS ORIENTALES.
Aloyſius Villalupus, Martyr. 13. *Februar.*
Antonius Caſalius, Confeſſ. 2. *Decemb.*
Antonius Laurerius, Confeſſ. 3. *Nouemb.*
Ioannes Albuquertius, Goanus Epiſcopus. 16. *Iunij.*
Ioannes Eluaſius, &
Sixtus, Martyres. 28. *Auguſt.*

Digitized by Google

Ioannes Numantinus, Confeſſ. 25. *Auguſt.*
Ludouicus à Cruce, Confeſſ. 23. *Ianuar.*
Martinus Guardienſis, Martyr. 24 *Decemb.*
Martyres 4. 3. *April.*
Petrus Boniferrus, Confeſſ. 18. *Decemb.*
Stephanus, Martyr. 21. *Octob.*
INOIOSÆ in territorio Ciuitatenſi.
Franciſcus ab Inoioſa, Confeſſ. 23. *Nouemb.*
In INSVBRIA.
Ludouicus Biaſſon, Confeſſ. 14. *Iunij.*
Plurimi Martyres. 6. *Nouemb.*
Petrus de Archagnano Martyr. 20. *Ianuar.*
INSVLÆ, in territorio Lingonenſi.
Claudius Reignatus, Confeſſ. 25. *Maii.*
Franciſcus Parodus, &
Claudius Moncaretus, Martyres. 24. *Auguſt.*
Apud INSVLAM S. GERMANI in India Occidentali.
Ludouicus à Fonteſalita, Confeſſ. 10. *Auguſt.*
In ROMANA inſula propè Aſſiſium in Vmbria.
Conradus Offidanus, Confeſſ. 12. *Decemb.*
INTERAMNÆ.
Petrus Podianus, Confeſſ. 23. *Auguſt.*
Simon à Campo-Regali, Confeſſ. 27. *Septemb.*
In ITALIA.
Agnellus ab Aluerna, Confeſſ. 31. *Iulij.*
Albertus Piſanus, Confeſſ. 2. *Septemb.*
Angelus de Burgo S. Sepulchri, Confeſſ. 7. *Iulii.*
Antonius Bitontinus, Confeſſ. 25. *Septemb.*
Antonius Paganus Vinctus, Confeſſ. 10. *Iulii.*
Antonius Velochius, Confeſſ. 22. *Septemb.*
Bartholomæus, Confeſſ. 3. *Ianuar.*
Benedictus à Grætio, Confeſſ. 26. *Iunii.*
Benedictus de Piratro, Confeſſ. 28. *Octob.*
Bonifacius de Senis, Confeſſ. 8. *Februar.*
Brunus à Colle, Confeſſ. Tertiarius 22. *Decemb.*
Cæſarius Spirenſis, Confeſſ. 1. *April.*
Carolus à Dendano, Confeſſ. Tertiarius. 17. *Septembris.*
Catharina Ciaulina, Virgo. 9. *Ianuar.*
Clara Mantuana. 23. *Nouemb.*
Dominicus à Padua, Confeſſ. 13. *Auguſt.*
Franciſcus Nouarienſis, Confeſſ. 29. *April.*
Gerardus, Confeſſ. 15. *Iunii.*
Iacobus Manfredus, Confeſſ. 28. *Iulij.*
Ioannes à Campo Baſſo, Confeſſ. 28 *Septemb.*
Ioannes Fauentinus, Confeſſ. 27. *Decemb.*
Ioannes de Plano Carpini, Confeſſ. 1. *Auguſt.*
Ioſeph. à Leoniſſa,
Mathæus Florentinus,
Michaël de Maſſa, 2. *Februar.*
Iuniperus, &
Maſſæus de Terracina,
Franciſcus Bergomas.
Raynerius à Burgo, &
Hieremias à Vallachia, Confeſſ. 20. *Decemb.*
Laudonus à Monte-Feltro, Confeſſ. Tertiarius. 29. *Iulij*
Laurentius Panormitanus, Confeſſ. 15. *April.*
Philippus, Confeſſ.
Benedictus, &
Marcus Maſcainus. 28. *Maij.*
Leonardus, Confeſſ. 1. *Iunii.*
Lucius, Confeſſ. Tertiarius. 24. *Auguſt.*
Ludouicus à Rotela, Confeſſ. 9. *Decemb.*
Ludouicus à Vincentia, Confeſſ. 21. *April.*
Paulus ab Aſſiſio, Confeſſ. 18. *Nouemb.*
Paulus Brixienſis, Confeſſ. 11. *Decemb.*
Petrus Hiſpanus, Confeſſ. 24. *Septemb.*
Petrus de Lauecchia, Confeſſ. 16. *Nouemb.*
Philippus Geſualus, Epiſcopus. 30. *Decemb.*
Ruffinus Ferentinus, Confeſſ. 26 *Auguſt.*
Seraphinus à Caieta, Confeſſ. 21. *Nouemb.*
Thomas à Thericio, Confeſſ. 10. *Decemb.*
Trebatius Pennenſis, Confeſſ. 28. *Decemb.*
In IVDÆA.
Ioachim B. Virgin Pater. 20. *Martij.*
Ioſeph ſponſus B. Virg. 19. *Martij.*
IVCATANI in India Occidentali.
Didacus Landa Epiſcopus. 6. *Auguſt.*
IVLIANÆ in Sicilia.
Bonauentura Melitenſis, Confeſſ. 27. *Octob.*
Simon à Cataraxibetta, Confeſſ. 11. *Octob.*
IVLIO-DVNI, in Gallia,
Michael Deſmans,
Ioannes de Malay, &
Yuo Boyer, Martyres. 3. *Ianuar.*
IVSTINOPOLI in Iſtria.
Monaldus, Confeſſ. 9. *Nouemb.*
IXIDOLII in Gallia Aquitanica.
Petrus Blancartus, Martyr. 21. *Octob.*
IZATLANIS apud Xaliſcos Indiæ Occidentalis Populos.
Ioannes Calerus, Martyr.
Item tres Martyres, Tertiarij. 30. *Octob.*

K

KIRIIS in Saxonia.
Conradus à Stongle, Confeſſ. 17. *April.*

L

LAFRAE in Caſtella.
Alphonſus ab Amygdalecto, Confeſſ. 4. *April.*
Ioannes de Guinaldo, Confeſſ. 9 *Septemb.*
LAMACI in Luſitania.
Ioannes à ſancto Lazaro. Confeſſ. 9. *April.*
LANCASTRIAE In Anglia.
Martinus de S. Fœlice, Martyr. 7. *Auguſt.*
In LATIO.
Ioannes Guadalupenſis, Confeſſ. 11 *Septemb.*
Nicolaus de Canino, Confeſſ. 5. *Septemb.*
Nicolaus Volſcus, Confeſſ. 23. *Auguſt.*
Sanctus de Parma, Confeſſ. 25. *Auguſt.*
LAVDAE.
Amicinus à Lauda, Confeſſ. 7. *Auguſt.*
Antonius, Confeſſ. 12. *Ianuar.*
Iacobus Oldus, Confeſſ. Tertiar, 20 *April.*
Leo Palatinus, Epiſcopus. 24. *Decemb.*
Manſueta, Virgo. 11. *Octob.*
Veronica Sommaria, Virgo. 13. *Septemb.*
LAVERNAE in Calabria.
Matthæus à Meſuraca, Confeſſ. 3. *Octob.*
LAVRENTIANI in Baſilicata Prouincia.
Aegydius Laurentianus, Confeſſ. 1. *Februar.*
LAVRI in Campania.
Nicolaus Thomacellus, Confeſſ. 10. *April.*
Petrus de Aierola, Confeſſ. 30. *Iulij.*
LAVTRICI in Aquitania.
Franciſcus Pellicerius,
Antonius de Rupe,
Hieronymus Graiſſetus,
Alexius Samſon, 4. *Martij.*
Rogerius Viguerius, &
Ioannes Richardus, Martyres.

LEGIONE in Hiſpania Tarraconenſi.
Franciſcus à Sanctis, Confeſſ. 20. Decemb.
LEGNANI in Inſubria.
Leo, Archiepiſcopus, Tertiarius. 18. Decemb.
LEMOVICIS in Gallia.
S. Martialis, Epiſcopus. 7. Iunij.
Robertus Preuoſtus, Confeſſ. 30. Octob.
Apud LENSENSE oppidum Diœceſ. Attrebatenſ.
Pacificus, Confeſſ. 10. Iulij.
LEOPOLI in Ruſſia.
Iacobus Archiepiſcopus. 20. Octob.
Ioannes de Ducla, Confeſſ. 29. Septemb.
Plurimi Fratres Martyres. 28. Maij.
LERENÆ in territorio Legionenſi.
Ioanna Chaccho, Vidua. 9. Maij.
LEYDE Batauorum.
Cornelius Muſſius, Martyr. 8. Septemb.
LEZIGNIANI in territorio Narbonenſi.
Bona, Virgo. 26. Octob.
LIEVANI in territorio Palentino.
Ioannes à Rupe, Confeſſ. 7. Septemb.
LIMÆ apud Peruanum in India Occident. Regnum.
Alphonſus Alcanniſez, Confeſſ. 5. Martij.
Franciſcus Solanus, Confeſſ. 13. Iulij.
Apud LIMIRAM Hyberniæ ciuitatem.
Thadæus Dalaih, Martyr. 1. Ianuar.
LIVIÆ in territorio Legionenſi.
Didacus Villalonius, Confeſſ. 17. Iunij.
Ioannes à Guaza, Confeſſ. 13. Decemb.
LOHANETI in territorio Trecorenſi.
S. Iuo, Confeſſ. Tertiarius. 19. Maij.
Apud Monaſterium LONGI-CAMPI, Diœceſ. Pariſ.
Blancha, Virgo. 26. April.
Eliſabeth, Virgo, Regia Francica. 31. Auguſt.
Ioanna à Nauarra, Virgo. 3. Iulij.
Ioanna, &
Margarita, Virgines. 19. Auguſt.
Magdalena à Britannia, Virgo. 29. Martij.
LONDINI in Anglia.
Antonius Brorbeus, Martyr. 17. Iulij.
Chriſtophorus à S. Clara, Martyr. 1. Nouemb.
Godofredus, Martyr. 22. Iulij.
Ioannes Baptiſta, Martyr. 12. Octob.
Ioannes Foreſtus, Martyr. 23. Maij.
Richardus Riſbeus, &
Hugo Richeus, Martyres. 3. Iunij.
Paulus à ſancta Magdalena, Martyr. 17. April.
Thomas Belchianus, Martyr. 3. Auguſt.
Thomas Cortus, Martyr. 27. Iulij.
LOO in Brabantia.
Ioannes Cuyber, Martyr. 6. Martij.
LORCÆ in territorio Carthaginenſi.
Eliſabeth Pontia, Vidua. 30. April.
Franciſca, &
Beatrix à Gerao Virgo, ac
Munuera, Vidua, Tertiaria. 18. Decemb.
Franciſca Pontia, Virgo. 19. Februar.
Maria Sanctia, Virgo. 20. Martij.
LOVANII in Brabantia.
Adamus Saſboldus, Confeſſ. 21. Martij.
Amandus à Zireeckzea, Confeſſ. 8. Iunij.
Balthaſar à Myriaca, Confeſſ. 14. Iulij.
Franciſcus Meerbecanus, Martyr. 24. Iulij.
Ioannes ab Amſterodamo, Martyr. 6. April.
Ioannes Patritius, Confeſſ. 12. Iunij.
Ioannes Puteanus, Martyr. 3. Auguſt.
Martinus Vanderus, Confeſſ. 19. Decemb.
Matthias Felſius, Confeſſ. 30. Septemb.
Nicolaus de Aſca, Confeſſ. 5. Februar.
Theodoricus à Monaſterio, Confeſſ. 2. Februar.
LOVITII in Polonia.
Ioannes Smolha, Confeſſ. 12. Martij.
LOVLEÆ in territorio Algarbienſi.
Antonius Nebriſſenſis, Confeſſ. 1. Martij.
LVBLINI in territorio Cracouienſi.
Peregrinus, Confeſſ. 15. Iulij.
Tyburinus de Froda, Confeſſ. 10. Octob.
LVCÆ in Tuſcia.
Bernardinus à Bibiena, Confeſſ. 15. Maij.
Chriſtophorus Criuellus, Confeſſ. 12. Februar.
Hieronymus Gallus, Confeſſ. 3. Maij.
Paulus Iouia, Confeſſ. 3. Iunii.
LVCERIÆ in Apulia.
Franciſcus à Luceria, Confeſſ. 6. Octob.
Incognitus, Confeſſ. 14. Nouemb.
Ioannes à Stronconio, Confeſſ. 8. Maij.
LVGDVNI.
S. Bonauentura, Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſ. 14. Iulii.
Octaua S. Bonauenturæ Epiſcopi. 21. Iulij.
Tranſlatio S. Bonauenturæ Epiſcop. Cardinalis. 14. Martij.
Hieronymus à Mediolano, Confeſſ. 25. Martij.
Ioannes Burgenſis, Confeſſ. 19. Auguſt.
Ioannes Gayetus, Martyr. 28. Martij.
Ioannes Tiſſerandus, Confeſſ. 8. Septemb.
Apud LVGVM Diœceſ. Imolenſis oppidum in Romandiola.
Bona-vita, Confeſſ. 1. Martij.
LVNEBVRGI in Saxonia.
Ioannes, Confeſſ. 2. Iunij.
LVNELLI, in Gallia Narbonenſi.
Claudius-Gabriel Faber,
Animundus, &
Ioannes Capucius, Martyres. 1. Martij.
Martyres Anonymi. 15. Septemb.
In LVSITANIA.
Alphonſus Gaga, Confeſſ. 26. Decemb.
Alphonſus Portalegrenſis, Confeſſ. 8. Iulij.
Antonius ab Eluas, Confeſſ. 3. Iunii.
Antonius à Santareno, Confeſſ. 19. Februar.
Balthazar à Plagis, Confeſſ. 24. Februar.
Georgius Quadrus, Confeſſ. 6. Auguſt.
Gonſaluus Vlyſſiponenſis, Confeſſ. 2. Martii.
Marcus Vlyſſiponenſis, Epiſcopus. 11. Septemb.
Petrus Didacus, &
Garçias, Montanus, Confeſſ. 31. Decemb.
Petrus ſtella, Confeſſ. 4. April.
LVTETIÆ PARISIORVM.
Aliza Burgotta Recluſa, Tertiaria. 29. Iunij.
Ambroſius Itinerarius, Diaconus, Confeſſ. 25. Iulij.
Angelicus, Confeſſ. 11. Iulij.
Angelus à Ioyeuſa, Confeſſ. 28. Septemb.
Anonymus, Confeſſ. 25. Februar.
Benedictus à Canſfeldio, Confeſſ. 21. Nouemb.
SS. Dionyſius Areopagyta, & ſocij, Martyres. 9. Oct.
Franciſcus Dahyus Confeſſ. 27. Auguſt.
Guillelmus de Militona, Confeſſ. 15. Septemb.
Gondiſaluus de Valbona, Confeſſ. 12. April.
Ioannes Gallenſis, Confeſſ. 14. Ianuar.
Iulianus Alemannus, Confeſſ. 9. Februar.
S. Ludouicus, Galliæ Rex, Confeſſor, Tertiarius. 25. Auguſt.

Digitized by Google

Venantius, Confeſſ. 1. *Septemb.*

M

MACERATÆ, in Picœno.
Antonius à Monte Sicardo, Confeſſ. 4. *Iunii.*
Bernardus Foroſempronienſis Confeſſ. 31. *Martij.*
Iacobus à Caniana, Confeſſ. 19. *Decemb.*
Paulus à Marchia, Confeſſ. 31. *Martii.*
In MACHAO Cantonæ Prouinciæ apud Chinas vrbe.
Petrus ab Alpharo, Confeſſ. 2. *April.*
Apud MADERAM Inſulam in Luſitania.
Petrus à Guardia, Confeſſ. 27. *Iulij.*
MADRITI, in territorio Toletano.
Ægidius à Sancto Ioanne, Confeſſ. 23. *Decemb.*
Antonius à Secura, Confeſſ. 5. *Maij.*
Didacus à S. Martino, Confeſſ. 20. *Maij.*
Hieronymus a Torregionſillio, Confeſſ. 23. *Martii.*
Ioannes Baptiſta à Madrigalo, Confeſſ. 24. *Iunii.*
Ioannes de Ladrada, Confeſſ. 2. *Decemb.*
Ioannes de Olmillos, Confeſſ. 22. *Decemb.*
Ioſephus Albis, Confeſſ. 29. *Octob.*
Ioſeph à Sancta Maria, Confeſſ. 24. *Decemb.*
Melchior à Gratia, Confeſſ. 13. *Octob.*
Narciſſus-Ioannes, Confeſſ. 13. *Septemb.*
Paulus à Sancta Maria, Confeſſ. 3. *Decemb.*
Petrus à Sancta Maria, Confeſſ. 23. *Iunii.*
MAGDEBVRGI.
Erethdus, Confeſſ. 8. *Iunii*
Iacobus Taruiſinus, Confeſſ. 25. *April.*
Simon Anglicus, Confeſſ. 3. *Nouemb.*
MAGDVNI in territorio Aurelianenſi.
Ioannes Teudrigus, Martyr. 1. *Septemb.*
Rodulphus Giametus, Martyr. 24. *Martii.*
Apud OPPIDVM MAHOMIS in maiorica Inſula.
Anonymi duo Martyres. 9. *Martii.*
In MAIORICA Balearenſium Inſula.
Bartholomæus Catanius, Confeſſ. 27. *Februar.*
Garçia Bada, Confeſſ. 8. *Septemb.*
Petrus-Ioannes Calafatus, Confeſſ. 10. *Maii.*
Raphael Serra, Confeſſ. 10. *Octob.*
MALEGNANI in Inſubria.
Bernardinus de Buſtis, Confeſſ. 8. *Maii.*
MALETI in Inſubria.
Archangelus à Triuilio, Confeſſ. 27. *Februar.*
Antonius à Modoetia, Confeſſ. 26. *Martii.*
Franciſcus à Piceleone, Confeſſ. 10. *April.*
MALIPVRGI, in India Orientali.
Antonius Patronus, Confeſſ. 2. *Iulij.*
In territorio Pariſienſi, apud MALVM-DVMVM.
Blancha, Vidua, Regina Fräciæ, Tertiaria. 30. *Nou.*
MANDERBVRGII in Teutonia.
Gilbertus, Confeſſ. 6. *Decemb.*
Lucolphus, Confeſſ. 6. *Maii.*
MANDONI, in Picœno.
Gabriel ab Æſio, Confeſſ. 4. *Iunii.*
MANIARETIBVS, in Luſitaniæ, & Caſtellæ confinio, ad tertium ab oppido Valentiæ Alcantarenſis, in Diœceſ. Caurienſi, lapidem.
Antonius Lopetius, Confeſſ. 9. *Octob.*
Iacobus Italus, Confeſſ. 27. *Martii.*
MANICIS-CAPHRORVM in India Orientali.
Franciſcus, Martyr. 5. *Auguſt.*
MANILÆ in Inſulis Philippinis.
Ioannes Clemens, Confeſſ. 11. *Maii.*

MANTEAE, in Calabria
Antonius Scozetus, Confeſſ. 24. *Nouemb.*
MANTVAE.
Angelica, Virgo. 3. *Iulij.*
Bartholomæus Bergomas, Confeſſ. 3. *Iulij.*
Beneuenutus, Confeſſ. 30. *Iulii.*
Cæcilia Gonzaga, Virgo. 23. *Septemb.*
Fräciſchina Mediolanẽſis, Virgo Abbatiſſa. 17. *Febr.*
Franciſcus Bazo, Confeſſ. 18. *Ianuarii.*
Franciſcus à Gonzaga, Epiſcopus. 30. *April.*
Paula à Gonzaga, Virgo. 14. *Septemb.*
Paula Malateſta, Vidua. 17. *Martii.*
Paula de Monte-Alto, Virgo. 4. *Auguſt.*
Seraphinus Mantuanus, Confeſſ. 25. *Martij.*
Sixtus Mediolanenſis, Confeſſ. 22. *Nouemb.*
Sixtus à Riparola, Confeſſ. 17. *Nouemb.*
MARCHENAE in territorio Hiſpalenſi.
Ioannes à Tauira, Confeſſ. 14. *Decemb.*
Petrus à Ronda, Confeſſ. 9. *April.*
Petrus à Turribus, Confeſſ. 27. *Auguſt.*
Apud MARCHIAM ANCONITANAM.
Bernardus ab Auximo, Confeſſ. 28. *Maij.*
Philippus, Confeſſ. 22. *Iunii.*
MARIANAE in Corſica Inſula.
Marianus à Muro, Confeſſ. 23. *Nouemb.*
MARMANDAE in Gallia Aquitanica.
Ioannes Goſſonius, &
Raymundus Roſſelius, Martyres. 10. *Decemb.*
Apud MARPVRGVM Germaniæ oppidum.
Conradus Marpurgenſis, Confeſſ. 3. *Nouemb.*
S. Elizabeth, vidua, Regia, Tertiaria. 19. *Nouemb.*
Tranſlatio S. Eliſabeth, Viduæ, Tertiariæ 1. *Maij.*
In Africa apud MARROCHOS.
Agnellus, Fezienſis Epiſcopus. 14. *Martij.*
SS. Berardus,
Petrus,
Accurſius,
Adiutus, &
Otho, Martyres. 16. *Ianuar.*
Leo,
Hugo,
Dominicus & alij duo Martyres. 16. *Septemb.*
MASSÆ, in Tuſcia.
Bernardus, Confeſſ. 15. *Octob.*
MASSACII, in Picœno.
Ioannes Eremicola, Confeſſ. 22. *April.*
Ioannes à Fabriano, Confeſſ. 2. *Martij.*
Petrus Neapolitanus, Confeſſ. 30. *Iulij.*
MASSILIÆ.
Antonius Carbonatius, laicus, Martyr. 21. *Decemb.*
Dulcelina, Virgo. 29. *Octob.*
Hugo à Digna, Confeſſor. 21 *Februar.*
Träſlatio S. Ludouici, Epiſcopi Toloſani, 8. *Nouemb.*
S. Maria Magdalena, 22. *Iulij.*
MASSVRÆ vide MESVRAGÆ.
MATELICAE, in Picœno.
Franciſcus à Fano, Confeſſ. 24. *Nouemb.*
Mathiæ à Nazaræis, Virgo, Abbatiſſa, 30. *Iunij.*
MATISCONAE, in Gallia.
Ioannes Gibboſus, Mart. 2. *Octob.*
Apud MATOZINHOS Luſitaniæ oppidum Diœceſ. Portuenſ.
Ioannes de Pouoa, Confeſſ. 6. *Septemb.*
MAVRITANIAE, apud Vnellos in Neuſtria.
Margareta Parua, &
Ioanna Parua Virgines & Martyres. 26. *Septemb.*
MAVSIACI, in Aquitania.
Fortis,

Digitized by Google

Gallardus, & alius Martyres. 7. *Ianuarii.*
Apud MEACVM in Iapponio.
Hieronymus à Ieſu, Confeſ. 29. *Decemb.*
Ioannes à Sancta Maria, Martyr. 14. *Auguſt.*
In MECHIOACANO Indiæ Occidentalis Regno.
Hieronymus, Confeſ. 25. *Octob.*
Ioannes Badia, Confeſ. 8. *Octob.*
MECHLINIÆ, in Brabantia.
Henricus Harphius, Confeſſ. 13. *Iulii.*
Petrus Mechlinienſis, Confeſſ. 1. *Iulij.*
Pierona Hergodſa. Tertiaria. 16. *Mart.*
Rodulphus Delphius, Mart. 25. *Iulii.*
MEDAMÆ, in Calabria.
Paulus Sinopolitanus, Confeſſ. 5. *Septemb.*
MEDIOLANI.
Albertus Morigius, Confeſ. 26. *Iunii.*
Albertus de Sartiano, Confeſſ. 15. *Auguſt.*
Amadæus, Confeſſ. 10. *Auguſt.*
Angela Cæcilia à Reinis Virgo. 13. *Nouemb.*
Angela Gabriela, Virgo. 2. *Auguſt.*
Angela Catharina, Virgo, Abbatiſſa. 27. *April.*
Angela Fœlix Parliona, Virgo. 7. *Maii.*
Angela Seraphina de Dauerijs, Virgo. 9. *Februar.*
Anſelmus, Confeſſ. 23. *Februar.*
Bartholomæus à Luciano, Confeſſ. 6. *Ianuar.*
Beatrix, Virgo. 15. *Ianuar.*
Beatrix à Ruſconibus, Tertiaria. 16. *Martii.*
S. Carolus Borromæus, Archiepiſcop. 4. *Nouemb.*
Chriſtophorus à Modoetia, Confeſſ. 18. *Nouemb.*
Chriſtophorus à Variſio, Confeſ. 29. *Septemb.*
Dorothæa Liſſonia, Virgo. 11. *Septemb.*
Fœlix Beſuta, Virgo. 30. *April.*
Franciſcus à Canobio, Confeſſ. 28. *Februar.*
Hieronymus Hiſpanus, Confeſſ. 30. *Octob.*
Hieronyma-Seraphina, Virgo, Abbatiſſa. 27. *April.*
Iacoba de Climatis, Virgo, Abbatiſſa. 12. *Nouemb.*
Ioanna Maria, Virgo. 2. *Nouemb.*
Ioannes Faſſatius, Confeſſ. 6. *Martij.*
Ioſeph Fernenſis, Confeſſ. 5. *Ianuar.*
Iſabella Criuella, Virgo. 17. *Maii.*
Laura Fœlix de Saulis, Virgo. 10. *Auguſt.*
Laurentius à Bagnacauallo, Confeſſ. 12. *Februar.*
Maria Ludouica, Virgo. 29. *Ianuar.*
Maria Mediolanenſ. Virgo. 16. *Iunij.*
Paula Iſabella Mediolanenſ. Virgo. 2. *Iunii.*
Maria Magdalena, Virgo. 5. *April.*
Modeſta à Soncino, Virgo. 11. *Ianuar.*
Paula Maria, Virgo. 27. *Ianuar.*
Perpetua, Virgo 15. *Septemb.*
Scholaſtica, Virgo. 11. *Februar.*
Seraphinus à Caſtillione, Confeſſ. 6. *Nouemb.*
In Inſubria, propè MADIOLANVM.
Plurimi Martyres. 6. *Nouemb.*
Antiquæ MELLARIÆ, in Hiſpania.
Ildephonſus. Confeſſ. 24. *Februar.*
MERITÆ in Lucatanica Indiæ Occident. Regione.
Franciſcus à Turre, Confeſſ. 26. *Maii.*
MESSANÆ, in Sicilia.
Electus, Confeſſ. 26. *Ianuar.*
Euſtochium, Virgo, Abbatiſſa. 22. *Ianuar.*
Franciſcetta, Virgo. 20. *Decemb.*
Seraphinus à Franco Forte, Confeſſ. 22. *Iulii.*
Simon, Confeſſ. 21. *Auguſt.*
MESSAPIÆ, in Calabria.
Iacobus Malphictanus, Confeſſ. 28. *Auguſt.*
MESVRACAE, in Calabria.
Franciſcus à Cropanio, Confeſſ. 5. *Nouemb.*
Petrus à Belcaſtro, Confeſ. 3. *Septemb.*
METHYMNAE DE CAMPO, in territorio Salmanticenſi.
Agnes ab Ortega, Virgo. 15. *April.*
Franciſca à Bracamonte, Virgo. 6. *Iulij.*
Lucas à Valle-Viridi, Confeſſ. 2. *April.*
In METHYMNA DE POMAR, Cantabriæ, oppido.
Lopetius à Salinis, Confeſſ. 24. *Februar.*
METHYMNAE ROSECAE, in territorio Palentino.
Franciſcus Mugnoz, Confeſſ. laicus. 31. *Martii.*
Franciſcus à Polanco, Confeſſ. 26. *April.*
Ioannes à Campo, Confeſſ. laicus. 6. *Februar.*
Laurentius, Confeſſ. laicus. 1. *Ianuar.*
Thereſia Enriguez, vidua, Tertiaria. 31. *Octob.*
In MEXICO.
Alphonſus ab Herrera, Confeſſ. 6. *April.*
Alphonſus de Moliana, Confeſſ. 31. *Martii.*
Alphonſus Ordonnezius, Confeſſ. 18. *April.*
Alphonſus de Roſis, Confeſſ. 6. *Februar.*
Alphonſus de Scalona, Confeſſ. 10. *Martii.*
Antonius Ciuitatenſis, Confeſſ. 13 *Septemb.*
Antonius Maldonatus, Confeſ. 9. *April.*
Antonius de Nueta, Confeſſ. 30. *Septemb.*
Antonius à Sancto Ioanne, Confeſſ. 12. *Iunij.*
Chriſtophorus Ruitius, Confeſ. 25. *Martii.*
Franciſcus à Corumnia, Confeſſ. 18. *Decemb.*
Franciſcus de Ledeſma, Confeſ. 5. *Septemb.*
Franciſcus Legionenſis, Confeſſ. 28. *Martii.*
Franciſcus de las Naucas, Confeſſ. 29. *Iulij.*
Franciſcus à Soto, Confeſſ. 18. *Auguſt.*
Franciſcus Torallus, Epiſcopus. 20. *April.*
Franciſcus Ximenez, Confeſ. 31. *Iulij.*
Garçia de Cineros, Confeſſ. 20. *Septemb.*
Iacobus à Monte, Confeſ. 1. *Maii.*
Iacobus de Penna, Confeſſ. 14. *Nouemb.*
Iacobus à Teſtera, Confeſſ. 8. *Auguſt.*
Ioannes Burnon, Confeſſ. 22. *Martii.*
Ioannes Fucherus, Confeſ. 30. *Septemb.*
Ioannes de Gaona, Confeſſ. 27. *Septemb.*
Ioannes à Granata, Confeſſ. 10. *Maii.*
Ioannes Oſorius, Confeſ. 2. *Septemb.*
Ioannes à Perpiniano, Confeſ. 10. *Iunij.*
Ioannes à Sancto Franciſco, Confeſſ. 30. *Iulij.*
Ioannes à Zumarraga, Archiepiſcopus. 14. *Iunij.*
Lucas de Almadobar, Confeſſ. 11. *Iulij.*
Marcus à Nicia, Confeſſ. 25. *Martii.*
Michael à Beneuento, Confeſſ. 30. *Maij.*
Petrus à Gandauo, Confeſſ. 29. *Iunij.*
Toribius à Beneuento, Confeſ. 9. *Auguſt.*
In territorio MEXICANO.
Franciſcus Donzel,
Petrus Burgenſis, Martyres. 8. *Ianuar.*
Apud nouum MEXICVM in India Occidentali.
Auguſtinus Rodericus, Martyr. 28. *Decemb.*
Franciſcus Lopetius, Martyr. 21. *Decemb.*
Ioannes à Sancta Maria, Martyr. 9 *Iunij.*
MICAGVAYANI apud Inſulas Salomonis.
Bartholomæus Ruys, Confeſſ. 22. *Decemb.*
MILETI, in Calabria.
Franciſcus Rheginus, Confeſſ. 16. *Auguſt.*
MIRABELLI, in territorio Pictauienſi.
Nicolaus Clementellus, &
Ioannes Torigneus, Martyres. 26. *Auguſt.*
MIRANDVLAE in Inſubria.
Innocentius Carpenſis, Confeſ. 16. *Iulij.*

Digitized by Google

Raphael, Confeſſ. 16. *Septemb.*

MIRTYLI in ora Luſitaniæ ad Oceanum.

Antonius à Sancto Vincentio, Confeſſ. 12. *Maij.*

Bartholomæus Inſulanus, Confeſſ. 27 *Decemb.*

Galterius, Confeſſ. 14. *Martii.*

Gundiſaluus Marinius, Confeſſ. 26. *Iuly.*

Rubinus Gallus, Confeſſ. 2. *Iulij.*

MISNÆ.

Theodoricus, Confeſſ. 6. *Iulij.*

MODOETIÆ in Inſubria.

Catharina, Mediolanenſis Duciſſa, Tertiaria. 29. *Octob.*

Ludouicus Biaſſo, Confeſſ. 14. *Iunij.*

MOHACI, in Sicilia

Antonius à Giarratana, Confeſſ. 5. *April.*

MOLINÆ, in Hiſpania.

Teruuia, Confeſſ. 6. *Decemb.*

MOLVCIS.

Antonius à Sancta Anna Martyr, 24. *Iunij.*

Blaſius Palominus, &

Ioannes de Palma Martyres. 6. *Ianuar.*

Sebaſtianus à Sancto Ioſepho, Martyr. 18. *Iunii.*

MONACI, in Bauaria.

Marguardus, Confeſſ. 29. *Maij.*

MONASTERII, in Weſtphalia.

Henricus Africanus, Confeſſ. 5. *Iulii.*

Ioannes, Confeſſ. 20. *Decemb.*

MONCELLI in territorio Beluacenſi.

Ioanna à Luxemburgo, Virgo, Tertiaria. 12. *Nouem.*

Petronilla de Troya, Virgo, Abbatiſſa. 24. *Septemb.*

MONDRAGONII, in Campania.

Paulus Siculus, Confeſſ. 3. *Nouemb.*

In Hethruria apud MONTEM ALVERNIÆ.

Bernardus à Mandela, Confeſſ. 3. *April.*

Clemens, Confeſſ. 5. *Auguſt.*

Commemoratio Impreſſionis Stigmatum Sancti Franciſci. 17. *Septemb.*

Franciſcus Catanius, Confeſſ. Tertiarius. 15. *Nou.*

Guillelmus à Radicophano, Confeſſ. 4. *Decemb.*

Ioannes à Firmo, Confeſſ. 9. *Auguſt.*

Marianus à Luco, Confeſſ. 1. *Ianuar.*

Rolandus, Confeſſ. Tertiarius. 30. *Iunij.*

In MONTE ARENARVM, Diœceſis Abulenſis.

Ioannes de Ieſu, Confeſſ. 3. *Septemb.*

Apud MONTEM-BRISONEM, Secuſianorum oppidum, in Gallia.

Ioannes Baſſonus,

Franciſcus Bourgoing,

Antonius Malin, &

Stephanus Cortant, Martyres, 16. *Iulij.*

Apud MONTEM CÆLIVM, in territorio Coriano.

Anonymus de Caſſalibus, Confeſſ. 24. *Martii.*

Ioannes à Spinoſa, Confeſſ. 7. *Septemb.*

Apud MONTEM CALERIVM in Pedemontano Tractu.

Gabriel à Iaueno, Confeſſ. 5. *Maij.*

Apud MONTEM-CAROLVM, in Tuſcia.

Angelus de Groppina, Confeſſ. 26. *Iunij.*

In MONTE-CASALI, propè Biturgiam in Vmbria.

Tres Anonymi, Confeſſ. 28. *Auguſt.*

Antonius Cyrnæus Confeſſ. 11. *Auguſt.*

Plures Confeſſ. 7. *Nouemb.*

Apud MONTES CASPIOS, in Ormeria.

Conradus de Saxonia, &

Stephanus ab Vngaria, Martyres. 5. *April.*

In MONTE CASSINO.

Humilis, Offidanus, Confeſſ. 6. *April.*

Apud MONTEM-COMPATRIVM in Hethruria.

Angelus à Monte Leone, Confeſſ. 2. *Decemb.*

Renaldus Reatinus, Confeſſ. 27. *Februar.*

Apud MONTEM-FALCONEM, in Vmbria.

Clara, Virgo, Abbatiſſa 17. *Auguſt.*

Franciſcus à Stroncenio, Confeſſ. 15. *April.*

Margareta. 13. *Marty.*

Apud MONTEM-FERRANDVM in Aruernia, Diœceſis Claromontenſis.

Guillelmus Mariconus, Confeſſ. 14. *Martij.*

Philippus Longus, Confeſſ. 14. *Martii.*

Sabbatianus, Confeſſ. 28. *Auguſt.*

In MONTE-FLASCONE, prope Viterbium.

Ioannes Teutonicus, Confeſſ. 24. *Septemb.*

MONTIS GVISCARDI, in Occitana Prouincia.

Antonius, cognomento Abbas, Martyr. 1. *Septemb.*

Apud MONTEM LEONINVM, in Vmbria.

Ambroſius à Miliano, Confeſſ. 6. *April.*

Apud MONTEM LIBANVM, in Phœnicia.

Griphonus, Epiſcopus 18. *Iulii.*

MONTIS LVCI, propè Spoletum.

Antonius Ariminenſis, Confeſſ. 21. *Septemb.*

MONTI-LVCII, in territorio Bituricenſi.

Ioannes Focaldus, Confeſſ. 16. *Maij.*

In territorio Eboracenſi, apud MONTEM-MAIOREM nouum Luſitaniæ oppidum.

Chriſtophorus Alcazara, Confeſſ. 24. *Octob.*

Ioannes Narachius, Confeſſ. 13. *Octob.*

In Hiſpania ad Radices MONTIS MARIANI in Caſtullonenſi Saltu.

Ioannes à Popula, Confeſſ. 6. *Octob.*

Ioannes à Silis, Confeſſ. 21. *Iulii.*

In MONTE MONCARIO, propè Alconcelium Hiſpaniæ oppidum.

Didacus Villanouanus, Confeſſ. 23. *Iunij.*

Apud MONTEM-MORENVM, in territorio Cordubenſi.

Michael Triguillus,

Marcus à Sancta Magdalena,

Ioannes à Sancto Ludouico,

Ioannes de Carcamo, &

Petrus de Azpitia, Confeſſ. 24. *Nouemb.*

Apud MONTEM-MVRVM, propè Scarlinum in Tuſcia.

Gaſparus à Florentia, Confeſſ. 10. *Februar.*

Ladiſlaus ab Hungaria, Confeſſ. 20. *Septemb.*

Marinus Maſſainus, Confeſſ. 21. *Septemb.*

Sylueſter Senenſis, Confeſſ. 31. *Martii.*

Apud MONTEM ODORISIVM in Apulia.

Antonius à Lioniſſa, Confeſſ. 28. *Iulij.*

Apud MONTEM-PESSVLANVM in Gallia Narbonenſi.

Andræas Robertus, Martyr. 12. *Octob.*

Berengarius-Bertrandus-Raymundus, Confeſſ. 30. *Ianuar.*

S. Rochus, Confeſſ. 16. *Auguſt.*

MONTIS-PLANI, in Aprutio.

Ioannes Lombardus, Confeſſ. 30. *Maii.*

Thomas, Confeſſ. 22. *Septemb.*

Apud MONTEM-POLITIANVM, in Hethruria.

Angelinus Daneſius, Confeſſ. 16. *Iunij.*

Bartholomæus Puccius Franciſcus, Confeſ. 6. *Maij.*

Apud MONTEM-REGALEM, in Aquitania.

Franciſcus

Franciſcus Lardegarius, &
Iacobus Laggerius, Martyres. 26. Octob.
Apud MONTEM-REGALEM, in Pedemontano Principatu.
Balthaſar à Caſtro-Nouo, Confeſſor. 25. April.
Apud MONTEM-SANCTVM, in Picœno Diœceſis Firmanæ.
Gerardus de Monte, Confeſſ. 21. April.
Ludouicus à Petro Sara, &
Bartholomæus ab Offida, Confeſſores. 26. Decemb.
In Iudæa apud MONTEM SION,
Duodecim Fratres Martyres. 1. Octob.
In MONTE SVBATIO, prope Aſſiſium.
Antonius à Fornaya, Confeſſ. 15. Decemb.
Barnabas ab Interamna, Confeſſ. 17. Februar.
In MONTE TABOR.
Transfiguratio Chriſti Saluatoris. 6. Auguſt.
Ad Radices MONTIS VOSAGI, propè Pagum Bauonum, in territorio Tullenſi.
Claudius Roletus, Martyr. 3. Maij.
MONTAONI, in Hethruria.
Vbaldus, Tertiarius, Confeſſ. 1. Maij.
In Monaſterio de MONTICVLO apud Florentiã.
Helcia à Puccio, Virgo. 20. Iunii.
MONTILIÆ, in Hiſpania.
Anna à Cruce, Vidua. 26. April.
Bartholomæus Guadalupenſis, Confeſſ. 21. Februar.
Elizabeth à Sancto Iacobo Virgo. 3. Nouemb.
Maria à Luna, Virgo. 14. April.
Mentia à Sancto Martino, Virg. Abbatiſſa. 17. Iunii.
Petrus ab Angelis, Confeſſ. 27. Ianuarii.
MONTINIACI, in Aquitania.
Eſmalius Vinagrius, Martyr. 18. Auguſt.
IN MOREA.
Electus ac ſocij, Martyres. 1. Iulij.
In oppido MORLVPO 14. milliari ab vrbe Roma.
Moricus Siculus, Confeſſ. 16. Ianuar.
Sanctus, Confeſſ. 13. Ianuar.
MORONI, in Apulia.
Andræas à Guirola, Confeſſ. 16. April.
Bonauentura de Collo Obtorto, Confeſſ. 23. Septemb.
Guillelmus à Caſtellione, Confeſſ. 2. Iunii.
Modeſtus de ciuitate, Confeſſ. 7. Septemb.
Paſchalis à Caſtelleto, Confeſſ. 10. Auguſt.
MORTARII, in Inſubria.
Cæcilia à Cotignola, Virgo. 9. April.
Elizabeth, Virgo. 22. Maij.
Hyppolita à Malegnano, Virgo. 18. Iulii.
MOSTEIRI, in territorio Tudenſi.
Alphonſus Aurienſis, Confeſſ. 20. April.
Ioannes à Baſto, Confeſſ. 28. Ianuar.
MOTICÆ in territorio Syracuſano.
Didacus à Motica, Confeſſ. 29. Auguſt.
MOTTÆ PHILOCASTRI, in territorio Nicoterienſi apud Calabriam.
Iuniperus à Campo, laicus. 31. Decemb.
Ludouicus Rheginus, Confeſſ. 28. April.
Michael Apruſtenſis, Confeſſ. 5. Iulij.
MVGELLI, propè Scarperiam Hethruriæ oppidum.
Bartholomæus à Florentia, Confeſſ. 16. Decemb.
Benedictinus de Gauoraccio, Confeſſ. 20. Decemb.
Ioannes à Peruſia, Confeſſ. 24. Nouemb.
MVLIANI, in Picœno.
Iacobus à Falerono, Confeſſ. 25. Iulij.
MVLVSENI, in Germania.
Hermannus de Geſtaghen, Confeſſ. 21. Ianuar.
MVRCIÆ, in Hiſpania.
Blaſius à Villalua, Confeſſ. 13. Auguſt.
Didacus, Confeſſ. 4. Iunij.
Violanta à Corduba, 18 Maii.
MVRIS Diœceſ. Compoſtellanæ.
Arias de Freſno, Confeſſ. 22. Februar.
MVRIVALLIS, in Picœno.
Albertus à Coſſignano, Confeſſ. 1. Martii.
Georgius Albanus, Confeſſ. laicus. 13 Iunii.
Maſſæus Seuerinas, Confeſſ. 27. Decemb.
MVSSIPONTI, in Lotharingia.
Philippa à Geldria, Vidua, Regina Siciliæ. 26. Febr.
MVTINÆ.
Gerardus, Confeſſ. 25. Auguſt.
Thomas de Farignano Patriarcha & Cardinalis. 19. Nouemb.
MYANIS, in territorio Gratianopolitano.
Iacobus Occens, Confeſſ. 26. Ianuar.

N

NAGANSACHI, in Iapponia.
Petrus Baptiſta,
Martinus ab Aſcenſione,
Franciſcus Blanco.
Philippus à Ieſu,
Gonſaluus Garcia,
& Franciſcus à Sancto Michaele, &
Septemdecim alij Martyres Tertiarij. 5. Februar.
Richardus de Sancta Aua,
Petrus,
Vincentius,
Leo, &
Lucius, Martyres. 10. Septemb.
In territorio NANNETENSI.
Franciſcus Durdania,
Ioannes Tixier, &
Franciſcus Butault, Martyres. 1. Auguſt.
NARBONÆ.
Electus, 6. Ianuar.
Petrus Ioannes Oliui, Confeſſ. 6. Martij.
NARNIÆ.
Iuſtinus à Panigaleo, Confeſſ. 1. Decemb.
Matthæus Narnienſis, Confeſſ. 9. Ianuar.
Matthæus Narnienſis, Confeſſ. 12. Iunij.
Petrus Arietenſis, Confeſſ. 28. Iunij.
NASI, in Sicilia.
Franciſcus Galatinus, Confeſſ. 21. Septemb.
NAVIS, in Tuſcia.
Andræas de Groſſeto, Confeſſ. 20. Auguſt.
Anonymus, Confeſſ. 3. Auguſt.
NAZANI, in Latio.
Stephanus Molina, Confeſſ. 24. Octob.
NEAPOLI, in Campania.
Apoſtolus, Confeſſ. 17. Februar.
Auguſtinus Aſſiſias, Confeſſ. 4. Octob.
Bartholomæus Agricola, Confeſſ. 13. Martij.
Dauid, Confeſſ. 4. Auguſt.
Donatus, Confeſſ. 29. Martij.
Franciſcus Gallus. 18. Septemb.
Iacobus à Marchia, Confeſſ. 28. Nouemb.
Ioannes-Angelus de Cingulo, Confeſſ. 26. April.
Ioannes Baptiſta Piſaurienſis, Confeſſ. 7. Nouemb.
Ioannes Illyricus, Confeſſ. 24. Iunij.
Magdalena à Conſtantio, Tertiaria. 26. Maii.
Maria longa, Abbatiſſa. 21. Decemb.
Philippus de Aqueriis, Confeſſ. 18 Maii.
Sancia Regina, Vidua, 28. Iulij.
Venantius à Fabriano, Confeſſ. 6. Maij.

Digitized by Google

NEMAVSI, in Gallia Narbonenſi.
Balthaſar à Prato,
Ioannes Chaluetus,
Guillelmus Scofre, &
Ioannes Lantret, Martyres. 13. *Nouemb.*
NETI, in Sicilia Diœceſ. Syracuſ.
Dominicus Melitenſis, Confeſſ. 1. *Februar.*
Bernardinus, Confeſſ. 1. *April.*
Antonius Laliotta, Confeſſ. 1. *April.*
Apud NETINOS, ibid.
Antonius Niger, Confeſſ. 14. *Martii.*
Conradus, Confeſſ. 19. *Februar.*
NICOSIÆ, in Cypro.
Henricus Rex, Confeſſ. 17. *Septemb.*
NICOTECAE, in Sicilia.
Dominicus à Calabria, Confeſſ. 27. *Decemb.*
In NIGRO PONTE.
Matthæus, Confeſſ. 15. *Septemb.*
Petrus, Confeſſ. 9. *Octob.*
NIORTII, in Pictauia.
Ruello, Martyr. 7. Iunij.
NOLAE, in Campania.
Reginaldus ab Vrſſunia, Confeſſ. 5. *Iunij.*
Apud NONTRONIVM Aquitanorum oppidum.
Matthæus Monſaionius,
Ioannes Borſerianus, &
Ioannes Broſierius, Martyres. 16. *April.*
NOVARIAE.
Catharina, Virgo. 31. *Decemb.*
Concordia, Virgo. 1. *Auguſt.*
Franciſcus Nouarius, Confeſſ. 29. *April.*
Lucida, Virgo. 21. *Decemb.*
Margarita Torniella, Virgo. 13. *Auguſt.*
Matthæus Nolius, Confeſſ. 7. *Auguſt.*
Thomas Caccius, Confeſſ. ibid.
NOVESII, in Germania.
Nicolaus, Confeſſ. 13. *April.*
NOVIOMAGI Diœceſ. Colonienſis.
Ioannes Brugmanus, Confeſ. 19. Septemb.
NOVOCOMI.
Vincentius à Como, Confeſ. 13. *Nouemb.*
MOZORETI, in Sequanis.
Anonymus, Confeſ. 11. *Iulij.*
NVCERIAE Sarracenorum.
Angelus à Speculo, Confeſ. 28. *Auguſt.*
NVCERIAE, in Vmbria.
Bartholomæus de Baſſama, Confeſ. 20. *Auguſt.*
NVGAROLI, in Aquitania.
Ioannes à Lana, &
Ioannes Vanglius, Martyres. 17. *Septemb.*
NVMANTIÆ, in Hiſpania Tarraconenſi.
Alphonſus à Nebreda, Confeſſ. 27. *Decemb.*
Ioannes Tozalius, Confeſſ. 7. *Iunij.*
NVMIDIÆ NOVÆ, in Africa.
Raymundus Lullus, Martyr. 29. *Iunii.*
NVRSIÆ, in Vmbria.
Antonius, Confeſſ. 10. *Maij.*
Ioannes Nurſinus, Confeſſ. 3. *Nouemb.*
Ioannucius de Valle-terrena, Confeſſ. 25. *Iannar.*
Lucia, Virgo. 12. *Iannar.*
Onuphrius Sarzanenſis, Confeſſ. 26. *Februar.*
Onuphrius Seggianus, Confeſſ. 23. *Septemb.*
NVSSIÆ, in territorio Colonienſi.
Electus, Confeſſ. 8. *Septemb.*

O

OCCANIÆ, in territorio Toletano.
Alphonſus Borroxius, Confeſſ. 16. *Iulij.*
Maximus, Confeſſ. 21. *Iannar.*
OCRAE, in Aprutio.
Ambroſius à Populo, Confeſ. 24. *Martij.*
Bernardinus à Foſſa, Confeſ. 29. *Nouemb.*
Timothæus à Monticulo, Confeſſ. 22. *Nouemb.*
OCTODVRI, in Caſtella veteri.
Maria à Turribus, Virgo, Abbatiſſa. 9. *Septemb.*
Apud OLIVAM, in Caſtella.
Alphonſus à Velaſco, Confeſſ. 30. *Decemb.*
OLOMVCZII, in Morauia.
Ioannes à Miſna, Confeſſ. 21. *Nouemb.*
OMVRAE, in Iapponio.
Petrus ab Aſcenſione, Martyr. 22 *Maij.*
ORAPESSAE, in territorio Abulenſi.
Didacus de Abuſeio, Confeſſ. 18. *Auguſt.*
Franciſcus à Galiſteo, Confeſſ. 19. *Martij.*
Hieronymus de Yelues, Confeſſ. 16. *April.*
Ioannes de Alcazari, Confeſſ. 18. *Iulij.*
Maria à Toleto, Virgo. 8. *Iunij.*
Petrus à Noriega, Confeſ. 24. *Nouemb.*
ORBAE, in Sabaudia Diœceſ. Lauſanenſ.
Ludouica, Vidua. 7. *Auguſt.*
Philippina Chaalonia, Virgo. 16. *Octob.*
In partibus ORIENTIS.
Duo Anonymi Martyres. 7. *Auguſt.*
Antonius de Roſatis, Martyr. 24. *Februar.*
Franciſcus Triuultius, Confeſſ. 13. *Auguſt.*
Guillelmus, Martyr. 12. *Nouemb.*
Hugo à Pancera, Confeſſ. 5. *Martij.*
In ORIENTIE, in Medorum Imperio.
Iacobus de Florentia Epiſcopus & Martyr. 20. *April.*
ORIOLI in Regno Valentiæ.
Bartholomæus à Sancta Marina, Confeſſ. 13. *Decem.*
Matthæus de Valentia. 24. *Septemb.*
Apud Regnum ORMVZIANVM, in India Orientali.
Fernandus, Epiſcopus Goanus. 26. *April.*
ORNANI, in Corſica.
Incognitus, Confeſſ. 28. *Iunij.*
ORTENSII, in Aquitania.
Bertrandus à Lazanoba, Martyr. 17. *Octob.*
ORTONAE, in Aprutio.
Blaſius Aquilanus, Confeſſ. 27. *Iunij.*
Laurentius de Villa-magna, Confeſſ. 6. *Iunij.*
OSCAE, in Hiſpania Tarraconenſi.
Ludouicus Bertranus, Confeſſ. 21. *Februar.*
OSONII, in Chilenſi Indiæ Peruanæ Regione.
Duo Anonymi, Martyres. 26. *Decemb.*
OSSEMII, in Germania.
Ioannes, Confeſſ. 19. *Februar.*
OVETI ASTVRVM.
Alphonſus à Palenzuela, Epiſcopus. 9. *Septemb.*
Petrus Compater, Confeſſ. 15. *Iunij.*
OXONII, in Anglia.
Angelus Piſanus, Confeſſ. 13. *Martij.*
Ioannes Anglicus, Confeſſ. 13. *Martij.*

P

PALCI prope Pratum in Tuſcia.
Angelus de Florentia, Confeſſ. 29. *Septemb.*
Bernardus Echeſius, Confeſſ. 7. *Septemb.*

PALENTIAE.

Digitized by Google

PACTAE, in Sicilia.
Antonius de Ceriatana, Confeſſ. 2. *Septemb.*
PALENTIÆ.
Alphonſus à Spina, Confeſſ. 24. *Iulij.*
Blancha Henriquez, Virgo. 5. *Maij.*
Catharina Tortolez, Virgo. 10. *Nouemb.*
Franciſcus à Fraxineto, Confeſſ. 18. *Iulij.*
Ioannes à Vite, Confeſſ. 19. *Septemb.*
Ludouica Villalobos, Virgo. 11. *Februar.*
Ludouicus Salmanticenſis, Confeſſ. 15. *Decemb.*
In PALESTINA.
Adamus, Confeſſ. 25. *Octob.*
S. Anna, Vidua. 26. *Iulij.*
Conradus de Alliis, Martyr. 3. *Decemb.*
Septem Martyres. 17. *Ianuar.*
In Villa PALHAES ad Tagum Portugalliæ fluuium.
Martinus à Sancta Maria, Confeſſ. 17. *Iulij.*
PALMÆ, in territorio Cordubenſi.
Anna Moralez, Virgo. 28. *Nouemb.*
Barnabas, Confeſſ. 28. *Decemb.*
Catharina à Regibus, Virgo. 13. *Ianuar.*
Catharina, Virgo. 4. *Decemb.*
Leonora Porto-Carriera, Virgo. 23. *Octob.*
Leonora à Sancto Franciſco, Virgo. 16. *April.*
Maria de Ieſu, Virgo. 23. *Maij.*
Maria à Ieſu, Virgo. 11. *Iulij.*
Maria ab Incarnatione, Virgo. 13. *April.*
Maria à Porto-Carriero, Virgo. 23. *Octob.*
Maria à Sancto Franciſco, Virgo. 18. *April.*
PALMÆ, in Canaria.
Ioannes à Via, Confeſſ. 12. *Auguſt.*
PANORMI, in Sicilia.
Benedictus, cognomento Niger, Confeſſ. 25. *Ianuar.*
Benignus Romanus, Confeſſ. 26. *Martij.*
Clara à Catana, Vidua. 19. *April.*
Eliſabeth, Virgo, Tertiaria. 4. *Februar.*
Franciſcus à Calabria, Confeſſor, Tertiarius. 22. *Decemb.*
Franciſcus, Saccenſis, Confeſſ. 29. *Martij.*
Gerardus à Valentia, Confeſſ. laicus. 29. *Decemb.*
Hieronyma à Meſſana, Vidua. 2. *Decemb.*
Ioannes à Buca, Confeſſ. 8. *Auguſt.*
Matthæus ab Agrigento, Epiſcopus 7. *Ianuar.*
Vincentius à Nicoxia, Confeſſ. 20. *Decemb.*
PAPIÆ.
Bernardinus Tomitanus, Feltrenſis, Confeſ. 28. *Septembris.*
In PARAGVAYO apud Indiam Occiduam, circa fluuium de Plata.
Alphoſus à S. Bonauentura, Confeſſ. 6. *Decemb.*
Ludouicus de Bolagnos, Confeſſ. 6. *Decemb.*
PARISIIS, vide in LVTETIA ſup.
Alexander Alenſis, Confeſſ. 20. *Octob.*
S. Elzearius, Confeſſ. Tertiarius. 27. *Septemb.*
Mathæus Abbauillæus, Confeſſ. 30. *Decemb.*
Nicolaus Lyranus, Confeſſ. 23. *Octob.*
PASQVARII apud Mechioacanicum, Indiæ Occidentalis Regnum.
Martinus à Ieſu, Confeſſ. 25. *Septemb.*
PATAVII.
S. Antonius Luſitanus, Confeſſ. 13. *Iunii.*
Octaua S. Antonij Luſitani. 20. *Iunij.*
Tranſlatio S. Antonij, Confeſſ. 15. *Februar.*
Bartholomæus Vrbinas, Confeſſ. 7. *Auguſt.*
Fidentius, Confeſſ. 31. *Ianuar.*
Lucas, Confeſſ. 17. *Februar.*
PENÆ, in Aprutio.
Ægidius Anglanus, Confeſſ. 6. *Decemb.*
Franciſcus Pennenſis, Confeſſ. 2. *Nouemb.*
Iacobus, Confeſſ. & Petrus Confeſſ. laicus. 6. *Septemb.*
PENNÆ BIBLIORVM, in Picœno.
Paulus Clodienſis, Confeſſ. 12. *Decemb.*
Apud oppidum de PENNA Sancti Ioannis.
Ioannes de Penna, Confeſſ. 3. *April.*
PENNAE Sancti Marini in Picœno.
Gratianus, Confeſſ. 30. *Martij.*
PENNAFELLII, in territorio Palentino.
Petrus à Villacretio, Confeſſ. 18. *Decemb.*
PENNERANDÆ in territorio Salmantino.
Didacus à Sazedo, Confeſſ. 11. *Septemb.*
Ioannes à Sanctis, Confeſſ. 30. *Iulij.*
Thomas à Sancto Franciſco, Confeſſ. 20. *Auguſt.*
PERONÆ, in territorio Nouiodunenſi.
Anonymus, Confeſſ. 16. *Octob.*
PERPINIANI in Comitatu Ruſcinonenſi.
Franciſcus Ximenez, Epiſcopus & Patriarcha. 14. *Nouemb.*
Paulus, Martyr. 12. *Ianuar.*
PERVSIAE.
Aegidius, Aſſiſias, Confeſſ. 23. *April.*
Bartholomæus ab Apona, Confeſſ. 31. *Auguſt.*
Benedictus Camers, & Antonius Tudertinus. 22. *Decemb.*
Bernardinus à Gualdo, Confeſſ. 24. *Septemb.*
Franciſcus Æſinus, Confeſſ. 18. *April.*
Henricus, Confeſſ. 13. *Martij.*
Ioannes à Nurſia, Confeſſ. 18. *April.*
Lucia Petri à Fulgineo, Virgo, Abbatiſſa. 9. *Decemb.*
Ludouicus Teutonicus, Confeſſ. 15. *Decemb.*
Martinus IV. Papa. 29. *Martij.*
Nicolaus Aſſiſias, Confeſſ. 16. *Iunij.*
Ruffinus à Sancto Vrſo, Confeſſ. 15. *Auguſt.*
Senſus, Confeſſ. 17. *Septemb.*
Ventura, Confeſſ. 28. *Auguſt.*
Apud PESCIOTTAM, Regni Neapolitani oppidum.
Franciſcus à Peſciotta, Confeſſ. 7. *Decemb.*
PETROCHII in Hiſpania.
Franciſcus à Zamorra, Confeſſ. 11. *Maij.*
Ioannes, Confeſſ. 13. *Nouemb.*
PHANI AFRICANI, in Aquitania.
Guillelmus, Confeſſ. 29. *Ianuar.*
Apud PHILIPPINAS Inſulas.
Ruffinus à Sperança, Confeſſ. 5. *Octob.*
PHILOCASTRI, in territorio Nicoterien.
Iuniperus à Campo, Confeſſ. 31. *Decemb.*
In PHOCENSI, Galliæ Prouincia.
Raymundus Gaufredus, Confeſſ. 18. *Iunij.*
In PICOENO.
Angelus à Typherno, Confeſ. 22. *Martij.*
Beneuenuta Anconenſis, Vidua. 9. *Ianuar.*
Conradus Spoletanus, Confeſ. 19. *Maij.*
Gerardus à Florentia, Confeſſ. 15. *Iulij.*
Galterius Piſanus, Confeſſ. 2. *Martij.*
Iacobus Auximanus, Confeſſ. 5. *Iulij.*
Iacobus à Maſſa, Confeſſ. 5. *Decemb.*
Ioannes de Monte S. Mariæ Confeſſ. 23. *Septemb.*
Iulianus à Fabriano, Confeſ. 26. *Iulij.*
Laurentius à Camerino, Confeſ. 8. *Decemb.*
Lucas Aſculanus, Confeſ. 2. *Octob.*
Lucidus, Confeſ. 10. *April.*
Matthæus à Montone, Confeſ. 15. *Iunij.*
Matthæus à Rubiano, Confeſ. 4. *Iulij.*
Maximus Zanzalinus, Confeſ. 2. *Septemb.*

Nicolaus à Francia, Confeſſ. 20. *Februar.*
Petrus à Macerata, Confeſſ. 29. *Octob.*
Petrus à Monte Vlmo, Confeſſ. 23. *Februar.*
Raymundus, Confeſſ. 21. *Iunij.*
Richardus, Epiſcopus, Tertiarius. 7. *Auguſt.*
Rizerius à Mutia, Confeſſ. 7. *Februar.*

PICI in Caſtella veteri.

Chriſtophorus Brauus, Confeſſ. 26. *April.*

PICTAVIS.

Gualterus Pictauienſ. Epiſcopus. 22. *Ianuar.*
Simon, Confeſſ. 6. *Februar.*

PILEI, prope Anagniam.

Andræas, Confeſſ. 1. *Februar.*

PINCIIS, in Caſtella.

Antonius à Gueuara, Epiſcopus. 24. *Octob.*
Beatrix Hermoſilla, Virgo. 2. *Martij.*
Franciſcus à Vera, Confeſſ. 20. *Auguſt.*
Hieronymus Oliuarius, Confeſſ. 29. *Auguſt.*
Ioannes à Sancta Cruce, Confeſſ. 26. *Iulij.*
Ioannes à Teſſeda, Confeſſ. 8. *Februar.*
Petrus à Sanctojo, Confeſſ. 7. *April.*

PINI, in Corſica Inſula.

Bernardinus à Prauoli Balania, Confeſ. 6. *Decemb.*

PINI OLIVAE, in Regno Valentiæ.

Triſtanus à Penacoua, Confeſſ. 30 *Decemb.*

PIPERNI, in territorio Tarracinenſi.

Leonardus à Fulgineo, Confeſſ. 10 *Februar.*

PISAVRI, in Picœno.

Anaſtaſius Mediolanenſis, Confeſ. 7. *Octob.*
Eugenia Fœlix, Virgo, Abbatiſſa. 20. *Decemb.*
Fœlix à Meda Virgo, Abbatiſſa. 30. *Septemb.*
Franciſca à Fano, Virgo. 30. *Ianuar.*
Franciſcus Cichus, Confeſ. Tertiarius. 4. *Auguſt.*
Magdalena de Tizon, Virgo. 25. *Iunii.*
Michaelina, Vidua, Tertiaria. 19. *Iunii.*
Seraphina à Columna, Vidua, Abbatiſſa. 8. *Septemb.*
Syra, Tertiaria. 31. *Decemb.*

PISIS, in Tuſcia.

Antonius à Sancto Ioanne, Confeſſ. 29. *Martii*
Bartholomæus Piſanus, Confeſ. 4. *Nouemb.*
Bona, Virgo. 24. *April.*

PISTORII, in Tuſcia.

Alexander Veronenſis, Confeſſ. 20. *Decemb.*
Georgius Græcus, Confeſſ. 19. *Decemb.*

PISTIAE, in Valle Spoletana.

Ioannes de Vallibus, Confeſ. vide Bruliani, ſup.

PLACENTIAE, in Hiſpania.

Ioannes à Beluiſo, Confeſſ. 29. *Martii.*

PLACENTIÆ, in Italia.

Baptiſta, Virgo, Tertiaria. 13. *Ianuarii.*
Franciſcus Mayronis, Confeſ. 26. *Iulii.*
Marcus à Bononia, Confeſſ. 27. *Martii.*

In PLAIA oppido Inſulæ Tertiæ, Luſitaniæ.

Catharina de Ornelas, Virgo. 26. *Iulii.*

In India Occidentali ad PLATAM Fluuium.

Ioannes Bernardus, Martyr. 2. *Iunii.*

PLATÆÆ, in Sicilia.

Anonyma, Tertiaria. 7. *Februar.*
Guillelmus à Catalagirone, Confeſ. 11. *Decemb.*
Ludouicus à Catalagirone. 31. *Iulii.*
Margareta Calaxibetta, Virgo. 8. *Martii.*
Thomas à Catalagirone, Confeſſ. 5. *Februar.*

PLICI, in territorio Conchenſi.

Georgius, Confeſſ. 5. *Februar.*
Iuniperus, Confeſſ. 7. *Decemb.*
Sebaſtianus à Caſis, Confeſ. 12. *Maii.*

Apud PODIVM BONITIVM, in Tuſcia.

Bartholomæus à Colle, Confeſ. 15. *Martii.*
Bona, Vidua, Tertiaria. 5. *Auguſt.*
Franciſcus à Sancto Stephano, Confeſ. 6. *Februar.*
Lucheſius à Sancto Caſſano, Confeſſ. 28. *April.*
Marcus à Cortona, Confeſſ. 16. *Februar.*

PODII VELAVNORVM.

Antonius, Confeſſ. 31. *Decemb.*

POLÆ, in Iſtria.

Otho, Confeſſ. 14. *Decemb.*

POLINIACI, in territorio Veſuntino.

Claudia à Corceyo, Virgo, Abbatiſſa. 8. *Auguſt.*

POLITII, in territorio Cæphaludenſi.

Gandulphus, Confeſ. 17. *Septemb.*

POLOCI in Lithuania.

Bonauentura, Martyr. 21. *Maii.*

Apud PONTOESIAM, Vilcaſſini oppidum Diœceſ. Rothomagenſ.

Ioannes Coignetus, Confeſſ. 1. *Martii.*

In Portugallia, apud PONTEM LIMAE.

Petrus à Carnota, Confeſſ. 11. *Iulii.*
Saluator, Confeſ. 26. *Decemb.*

PONTIS VEDRI, in territorio Compoſtellano.

Ioannes Nauarretus, Confeſ. 14. *Octob.*

POPVLAE DE ANGELIS, in India Occidua.

Didacus Olartes, Confeſſ. 18. *Septemb.*
Franciſcus de Villabar, Confeſſ. 31. *Martii.*
Ioannes de Alameda, Confeſſ. 15. *Decemb.*
Ioannes de Beiari, Confeſſ. 27. *Auguſt.*
Martinus à Sarmiento, Epiſcopus. 30. *Auguſt.*
Melchior à Beneuento, Confeſſ. 20. *Octob.*
Michael à Turre Ionzillo, Confeſſ. 11. *Septemb.*
Rodericus Beneuenutus, Confeſ. 12. *Decemb.*

Apud ciuitatem PORTVENSEM, in Luſitania.

Eliſabeth ab Annuntiatione, Virgo, Abbatiſſa, 23. *Maii.*

POSNANIAE, in Polonia.

Gabriel, Confeſſ. 12. *Octob.*
Michael Cantor, Confeſ. 12. *Auguſt.*
Nicolaus à Coſlicio, Confeſſ. 9. *Octob.*

POTOCIAE, in Lithuania.

Martyres quinque. 21. *Martii.*

POTOSI, in Peruano Regno.

Gaſparus à Valle viridi, Confeſ. 1. *Martii.*

PRAGAE, in Bohemia.

Agnes, Virgo. 6. *Martii.*
Martyres 14. 2. *Februar.*

PRATI, in Hethruria.

Vbertinus à Sancto Caſſiano, Confeſ. 13. *Iunii.*

PRINCILAVIAE, in Bohemia.

Gerardus, Confeſ. 8. *Nouemb.*

PROCENII, in Latio.

Thobias, Confeſſ. 17. *Nouemb.*

IN PRVSSIA.

Conradus, &
Voiſlaus, Martyres. 2. *Nouemb.*

PTOLEMAIDE, in Palæſtina.

74. Clariſſæ, Virgines, &
50. Fratres Minores, Martyres. 18. *Maii.*

Apud PVEBLAM, Caſtellæ, oppidum.

Maria Calderona, Virgo, Abbatiſſa. 27. *Martii.*

PVPPII, in Tuſcia.

Iacobus Barletanus, Confeſſ. 26. *Octob.*

PVTEOLIS, in Campania.

Bernardinus Peruſinus, Confeſ. 29. *Iulii.*

Q

IN QVADRO BABILONIÆ.
Ioannes à Monte-Politiano, Martyr. 15. *April.*
QVAVNAOACII, in India Occidua, verſus Mexicum.
Ferdinandus à Leiua, Confeſſ. 22. *Octob.*
Franciſcus Simbron, Confeſſ. 17. *April.*
Apud QVEPIANOS, Indiæ Occidentalis.
Ioannes Pizarrus, Martyr. 1 *Ianuar.*

R

RAGVSII.
Euangeliſta à Peruſia, Confeſſ. 5. *Auguſt.*
RAMÆ, in Boſna Argentinenſi.
Martyres ſex, 21. *April.*
In Aquitania propè RAPISTANVM.
Antonius de Turno, &
Gerardus Bonetus, Martyr. 20. *Martij.*
RATISPONÆ, in Bauaria.
Bartholdus, Confeſſ. 13. *Decemb.*
Apud RATZELSDORFIVM in Prouincia Auſtriæ.
Anonymi duo Martyres. 24. *Nouemb.*
REATE, in Sabinis.
Angelus Picœns, Confeſſ. 17. *Iunij.*
Ioannes-Andræas, Confeſſ. 20. *Martij.*
Thomas à Scarlino, Confeſſ. 31. *Octob.*
RECANETI, in Picœno.
Beneuenutus, Confeſſ. 5. *Februar.*
Compagnus, Confeſſ. 6. *Februar.*
REDONIS, in Gallia.
Radulphus, Confeſſ. 26. *Ianuar.*
RELLANIÆ, in territorio Aquenſi.
Anonymi, Confeſſ. 11. *Decemb.*
RHEGII, in Calabria.
Bernardinus Georgius, Confeſſ. 21. *Decemb.*
Ioannes Baptiſta Candela, Confeſſ. 1. *Nouemb.*
RHEMIS, in Gallia.
S. Remigius, Epiſcopus, 1. *Octob.*
RIBADEI in Gallicia.
Anonymus, Confeſſ. 19. *Decemb.*
RIFAGNÆ, in Luſitania.
Ioannes Paſchaſius, Confeſſ. 15. *Decemb.*
RILONII, in Prouincia Colonienſi.
Adulphus, Confeſſ. 16. *Februar.*
Electus, Confeſſ. 2 *April.*
Electus, Confeſſ. 3. *Nouemb.*
RIONCII, in Aquitania.
Ioannes Paruus, Martyr, 24. *Decemb.*
RIPALIÆ in territorio Lauſanæ.
Amadeus, Epiſcopus Cardinalis. 13. *Ianuar.*
RIPÆ LIMOSANI, in Apulia.
Alexander de Ripa, Confeſſ. 29. *Nouemb.*
Franciſca, Tertiaria. 22. *Octobr.*
RIPÆ SARDANÆ, apud Caſtrum plani Meleti, non longè ab vrbe Fanenſi.
Antonius Vrbinas, Tertiarius. 6. *Februar.*
RIPARIÆ Diœceſis Lexouienſis in Neuſtria.
Ioannes Bourgus, Martyr. 18. *Martii.*
In territorio Cantiano, non longè à ROBLEDILIO oppido.
Anonymus, Confeſſ. Tertiarius. 5. *Iulij.*
Franciſcus Ciuitatenſis, Confeſſ. 5. *Februar.*
Ioannes à Ponte-vedra, Confeſſ. 22. *Nouemb.*
Petrus Cordubenſis, Confeſſ. 5. *Octob.*

In Romana Prouincia apud ROCCAM-ANTIMI, ſeu Antiquam.
Antonius à Puteo-fidone, Confeſſ. 4. *April.*
Martinus Guſmanus, Confeſſ. 15. *Martij.*
Apud ROCCHAM-CONTRATAM, in Picœno.
Pacificus, Confeſſ. 6. *Maij.*
ROMÆ.
Altrudis. 22. *Iunij.*
Angelus à Calaſſio, Confeſſ. 26. *Octob.*
Angelus de Paſſu, Confeſſ. 23. *Auguſt.*
Angelus Pincianus, Confeſſ. 22. *Iunij.*
Barnabas à Piſtorio, Confeſſ. 12. *Iulii.*
Bartholomæus à Soluthio, Confeſſ. 15. *Nouemb.*
Bernardinus Aſtenſis, Confeſſ. 12. *Maij.*
Bonauentura, Confeſſ. 13. *Februar.*
Sancta Brigitta, Vidua, Tertiaria. 2. *Iulij.*
Cæſar Pergamus, Confeſſ. 20. *Nouemb.*
Catharina, Vidua, Regina, Tertiaria. 25. *Octob.*
Domitilla, Virgo, Abbatiſſa. 16 *Februar.*
Electus, Confeſſ. 29. *Maii.*
Euangeliſta-Marcellinus, Confeſſ. 3. *Ianuar.*
Fœlix à Cantalicio, Confeſſ. 18. *Maii.*
Fœlix à Peruſio, Virgo, Abbatiſſa. 31. *Maii.*
Franciſca, Vidua. 9. *Martii.*
Franciſcus à Francia, Confeſſ. 11 *Feb.*
Franciſcus Ouignonius, Cardinalis. 21 *Septemb.*
Guillelmus à Speluncato, Epiſcopus 27. *Nouemb.*
Innocentius à Cluſis, Confeſſ. 15. *Decemb.*
Ioanna à Fœlicibus. 16. *Ianuar.*
Ioannes ab Hortis, Confeſſ. 3. *Febr.*
Ioannes Baptiſta à Leuanto, Confeſſ. 24. *Febr.*
Ioannes à Teſſeda, Confeſſ. 8. *Febr.*
Iulianus Salodienſis, Confeſſ. 6. *Octob.*
Iuniperus, Confeſſ. 4 *Ianuar.*
Ludouica de Alberthonis, Tertiaria. *vltim. Ianuar.*
Ludouica, Virgo Romæ. 19. *Februar.*
Margarita Columna Virgo. 30. *Decemb.*
Margareta Sulmonenſis, Virgo, Abbatiſſa. 5. *Septemb.*
Martinus, Confeſſ. 3. *Martii.*
Nicolaus ab Auximo, Confeſſ. 23 *Februar.*
Nicolaus à Sardinia, Confeſſ. 21. *Februar.*
Nuntia, Vidua, Tertiaria. 1. *Nouemb.*
Onuphrius, Confeſſ. 18. *Martij.*
Philippus Rauennas, Confeſſ. 1. *Auguſt.*
Sabbatinus, Confeſſ. 2. *Februar.*
Seraphina, Virgo, Abbatiſſa. 20. *Octob.*
Thomas à Sancto Antonio, Confeſſ. 20. *Decemb.*
Theodora Annibalis, Virgo. 24. *Decemb.*
Zacharias à Valcamonica, Confeſſ. 10. *Feb.*
In Prouincia ROMANA.
Archangelus à Sauona, Confeſſ. 23. *Nouemb.*
Valerianus Viterbienſis, Confeſſ. 6. *Ianuar.*
In ROMANDIOLA.
Ioannes Rauennas, Confeſſor, Tertiarius. 16. *Iunii.*
ROSARII ad Ripam Tietaris amnis, Diœceſ. Abulenſis.
Chriſtophorus de Cabazuelas, Confeſſor. 15. *Iulii.*
Didacus Minor, Confeſſ. 26. *Decemb.*
Franciſcus Vellon, Confeſſ. 14. *Decemb.*
Lucas à Martyribus, Confeſſ. 1. *Auguſt.*
Petrus à Sancta Clara, Confeſſ. 17. *Decemb.*
ROSARII, propè Villam Regiam Dertoſanæ Diœceſis oppidum.
Martinus Ognatinus, Confeſſ. 30. *Decemb.*
ROSSANI, in Calabria.

Digitized by Google

Matthæus Rheginus, Epiſcopus. 23. *Nouemb.*
Petrus de Padulis, Confeſſ. 29. *Maij.*

ROTHOMAGI.

Nicolaus Dionyſius, Confeſſ. 18. *Maij.*

RVPELLÆ, in territorio Xantonenſi.

Ioannes à Rupella, Confeſſ. 3. *Februar.*

RVREMVNDÆ, in Geldria.

Iacobus Seurremans, Martyr. 1. *Maij.*
Ioannes, & ſocij, Martyres. 24. *Iunii.*
Reynerius à Lintris, &
Gorgonius à Maldeberto, Martyres. 23. *Iulij.*

Apud RVTHENOS, in Gallia.

Gabriel ab Aue Maria, Confeſſ. 27. *Auguſt.*
Petrus Borgelarius.
Petrus Tauzietius, &
Ioachimus Dardanius, Martyres. 31. *Octob.*

S

Apud SACAPVM Mechioacanicum Indiæ Occiduæ oppidum.

Antonius Beceta, Confeſſ. 7. *Maij.*

SAFRÆ, in territorio Pacis Auguſtanæ.

Didacus,
Blaſius, &
Ioannes, Confeſſ. 17. *Auguſt.*

SAGII, in Neuſtria.

Ægidius, Confeſſ. 25. *Septemb.*
Germanus Aubertus, Confeſſ. 20. *Septemb.*
Ioannes Bruſo, &
Dominicus Godardus, Martyres. 24. *Martii.*
Ioannes Sylueſter, Confeſſ. 6. *Decemb.*
Stephanus à Barguello, Martyr. 12. *April.*

SAGVNTI, in Hiſpania.

Anonymus, Confeſſ. 19. *Iulij.*

SALERNI.

Lucia, Virgo. 26. *Septemb.*

SALICETI, in Caſtella.

Didacus à Barrhona, Confeſſ. 3. *Februar.*
Matthæus Sanctorcazij, Confeſſ. 12. *Martij.*
Petrus à Gamarra, Confeſſ. 30. *Iunij.*
Petrus à Paſtrana, Confeſſ. 7. *Octob.*

Apud SALINAS Superiores Boſnæ Argentinæ.

Petrus Soliutrus, Confeſſ. 18. *Octob.*

SALMANTICÆ.

Agnes Salmanticenſ. Virgo. 2. *Iulij.*
Anna Maria à Sancto Ioſepho, Virgo. 14. *Maij.*
Antonius Saguntinus, Confeſſ. 21. *Martii.*
Didacus Lugenſis, Confeſſ. 10. *Nouemb.*
Ioannes Hortolanus, Confeſſ. 11. *Ianuar.*
Maria Suarez, Vidua. 1. *Martii.*
Petrus à Carrione, Confeſſ. 8. *Septemb.*

In SALMASTRO PERSIDIS.

Antonius, &
Aldobrandinus, Martyres. 13. *Decemb.*
Guillelmus Anglicus, Martyr. 23. *Ianuar.*

SALMVRII, in territorio Andegauenſi.

Guillelmus Cunctiuius, Martyr. 19. *Decemb.*

SALVE-TERRÆ, in Hiſpania.

Michael ab Angelis, Confeſſ. 3. *Decemb.*

SAMBORIÆ in Ruſſia.

Ioannes de Hungaria, &
Boguſlaus, Martyres. 15. *Maii.*

SANDECIÆ, in Polonia.

Iolanta, Vidua. 23. *April.*
Kunegundes, Virgo, Vidua, Regina. 14. *Iulij.*

In Prouincia S. ANGELI.

Blaſius à Conto, Confeſſ. 6. *Februar.*

In Aprutio, iuxta vrbem S. ANGELI.

Seraphinus Theathinus, Confeſſ. 20. *Septemb.*

In Tuſcia, apud oppidum S. ANGELI de Vena.

Liberatus, Confeſſ. 26. *Auguſt.*

In Apulia, propè SAN-BONVM.

Franciſcus de Oretino, Confeſſ. 6. *Septemb.*

Apud oppidum SANCTI CLEMENTIS, in territorio Cochenſi.

Didacus à Sancta Maria, Confeſſ. 15. *Decemb.*

SAN-GENESII, in Picœno.

Marinus à Sancta Victoria, Confeſſ. 9. *Nouemb.*

Apud SANCTAM ILLVMINATAM, in agro Tudertino.

Ioannes ab Auellino, Confeſſ. 2. *Iulij.*
Ioannes Tentialbena, Confeſſ. 9. *Maij.*

In Aquitania, propè SANTI MACHARII oppidum.

Bernardus à Turga,
Bernardus Boerinus,
Bernardus Daleneus, &
Bernardus Geneſius, Martyres. 28. *Septemb.*

Apud SANCTVM MARCVM in Calabria.

Franciſcus San-Marcianus, Confeſſ. 22. *Septemb.*

In Picœno apud S. MARINI oppidum.

Dominicus, Confeſſ. 27. *Ianuar.*

In territorio Larinenſi, propè oppidum SANCTI MARINI, in Apulia.

Angelus de Slauis, Confeſſ. 7. *Septemb.*
Petrus, Confeſſ. 1. *Iunij.*

Apud SAN MARTINVM in territorio ciuitatenſ.

Ioannes Munnius, Confeſſ. 11. *Iulij.*

Apud SAN MILIANVM Aquitanorum oppidum.

Mathurinus de Pulchro viſu, Martyr. 31. *Auguſt.*

Apud S. NOCITVM, in Calabria.

Matthæus Citrarius, Confeſſ. 13 *Iunii.*

Apud ciuitatem S. PHILIPPI, in Sicilia.

Didacus à Sinagra, Confeſſ. 29. *Decemb.*

Apud S. ROMVLVM, Liguriæ oppidum.

Balthaſar à Vigone, Confeſſ. 17. *Iunii.*

Apud S. SEBASTIANI oppidum, in Gomera Canariæ Inſula.

Didacus Mugnoſius,
Gumiel, &
Antonius à Sancta Maria, Martyres. 30. *Auguſt.*

Apud SAN-SEVERINVM oppidum in Apulia.

Angelus ab Iſchitella, Confeſſ. 7. *Nouemb.*
Antonius de Ripa, confeſſ. 27. *Iunij.*
Bernardinus à Porſena. confeſ. 23. *Martii.*
Franciſcus à Codonia, confeſ. 20. *Octob.*
Iacobus à Turrebona, confeſ. 13. *Decemb.*
Ioannes Baptiſta, confeſ. 30. *Iulii.*

SAN-SEVERINI, in Picœno.

Peregrinus à Falerone, confeſ. 5. *Septemb.*
Bentiuola, confeſ. 25. *Decemb.*

SAN-SEVERI in Tuſcia.

Paulinus, confeſ. 19. *Iulii.*

SANGRI, in territorio Triuentino.

Franciſcus à Ripa, confeſ. 7. *Septemb.*
Petrus de Farrazano, confeſ. 13. *Decemb.*

SANTARENI, in territorio Vlyſſiponenſi.

Eliſabeth à S. Hieronymo, Virgo. 29. *Nouemb.*
Helena à Sancto Antonio, Virgo. 18. *Nouemb.*
Maria à Plagis, Virgo. 13. *Iulii.*

Apud SANTONAS, in Gallia.

Franciſcus Mirambellus, Martyr. 6. *Octob.*

In vrbe SARAI, Tartarorum.

Anonymi tres Martyres. 20. *Decemb.*
Stephanus Hungarus, Martyr. 22. *April.*

Apud SARDINIAM Inſul.

Pacifi-

Digitized by Google

Pacificus à Cerano, Confeſſ. 4. *Iunii.*
SARINIENÆ, in Arragonia.
Michael Moronus, Confeſſ. 27. *Februar.*
SARTIANI, in Tuſcia.
Angelus à Ciuitella, &
Ioannes Riccius, Confeſſ. 28. *April.*
SAXI-FERRATI in territorio Nucerino.
Alexander Vinciolus, Epiſcop. Nuceræ. 17. *Nouemb.*
In SAXONIA.
Electus, Confeſſ. 25. *Februar.*
Electus, Confeſſ. 2. *Decemb.*
Iordanus, Confeſſ. 7. *Nouemb.*
Plures Martyres. 14. *Martij.*
SCALONÆ, in Caſtella.
Antonia Pachiera, Virgo. 10. *Maii.*
Franciſca Guaſcina, Virgo. 17. *Ianuar.*
Franciſcus Pachieta, Virgo. 29. *Maii.*
Ioanna Pachiecha, Virgo. 20. *April.*
Seraphinus, Confeſſ. 26. *Nouemb.*
SCAPETIANI, in territorio Senegallienſi.
Bonauentura Rhegienſis, Confeſſ. 7. *Septemb.*
Euſebius Anconitanus, Confeſſ. 11. *Ianuar.*
SCARIS, in Gothia.
Algothus, Confeſſ. 19. *Auguſt.*
SCARLINI, in Tuſcia.
Antonius Senenſis, Confeſſ. 30. *Ianuar.*
Petrus-Antonius à Cortona, Confeſſ. 26. *Ianuar.*
Polydorus Romanus, Confeſſ. 5. *Martii.*
SCOTANETI prope Montē-barochiū in Picœno.
Sanctus, Confeſſ. 14. *Auguſt.*
In SCOTIA.
Hieronymus Lindſayus, Confeſſ. 14. *Septemb.*
Robertus Creiithius, Confeſſ. 15. *Decemb.*
Robertus Stuardus, Confeſſ. 27. *Maii.*
SEGOBIÆ, in Hiſpania Tarraconenſi.
Antonius à Sancta Maria, Confeſſ. 18. *Iulii.*
Catharina de San-millan, Virgo. 1 *Februar.*
Eliſabeth Peralta, Virgo, Tertiaria. 3. *Iunii.*
Ioannes à Soto, Confeſſ. 6. *Martij.*
Ioanna Lopetia, Virgo. 22. *Septemb.*
Maria de Heredia, Virgo. 1. *Februar.*
Maria Pennaloſa, Virgo. 10. *April.*
Maria Ramirez, Virgo. 1. *Februar.*
Maria à Sancto Spiritu, Virgo. 3. *Ianuar.*
SEGOBRICÆ.
Petrus à Villa-noua, Confeſſ. 2. *Februar.*
In Hethruria iuxta SENAM-LONGAM.
Marcus Pecorarius, Confeſſ. 31. *Iulij.*
SENIS, in Tuſcia.
Franciſcus de Linari, Confeſſ. 23 *April.*
Ioannes Riſtorus, Confeſſ. 15. *Febr.*
Mea, Tertiaria. 13. *Decemb.*
Petrus Tecelanus, Confeſſ. Tertiarius. 4. *Decemb.*
Apud SEPTEMPEDANOS in Picœno.
Paulus à Leuanto, Confeſſ. 2. *Martij.*
SERGNII, in Apulia.
Angelus Storrens, Confeſſ. Tertiarius. 29. *Iulij.*
Bernardinus à Riuo-Nigro, Confeſſ. 21. *Septemb.*
SERRÆ CAPROLÆ in Prouincia S. Angeli.
Vrbanus à Manfredonia, Confeſſ. 19. *Iulii.*
SERRÆ-PETRONVM Camerinenſ. Diœceſ.
Ioannes de Martello, Confeſſ. 11. *Martii.*
SETABIS, in territorio Valentino Hiſpanico.
Blaſius à Canetta, Confeſſ. 31. *Martii.*
Petrus Nietus. Confeſſ. 26. *Iulij.*
SEZANII, in territorio Trecenſi.
Iulianus Formons, Confeſſ. 28. *Martii.*
In SICILIA.
Antonius à Catalagirone, Confeſſ. 8. *Martii.*
Bartholomæus à Montaluano, confeſ. 27. *Maii.*
Bonauentura ab Agrigento, confeſ. 16 *Octob.*
Euſtochium, Vidua, Tertiaria. 17. *Octob.*
Gandulphus Agrigentinus, confeſ. 28. *Februar.*
Hieronymus Agrigentinus, confeſ. ibid.
Hieronymus Panormitanus, confeſ. 19. *Nouemb.*
Innocentius à Sancta Lucia, confeſ. 9 *Febr.*
Plures Martyres. 2. *April.*
Paulus à Palatiolo, confeſ. 21. *Octob.*
cæt. vide CATALAGIRONE in Sicilia.
SIGNIÆ, prope Florentiam.
Ioanna Signienſis, 6. *April.*
SINSONZÆ Mechioacanorum in India Occidentali Auguſtæ.
Martinus Gilbertus, confeſ. 3. *Octob.*
Petrus à Garrobiliis, confeſ. 19. *April.*
In Picœno apud SIROLVM Anconit. Diœceſ.
Petrus à Monticulo, confeſ. 19. *Februar.*
SLVSÆ in Flandria.
Ioannes Pennemanus, Martyr. 24. *Iunii.*
SPIRÆ.
Colinus, confeſſ. 20. *Decemb.*
Ioannes Spirenſis, confeſ. 30. *Iunii.*
SPOLETI.
Antonius Tegrinus, confeſ. 15. *Maii.*
Bonauentura à Monte-Regali, confeſ. 20. *Auguſt.*
Cherubinus Spoletanus, confeſ. 4. *Auguſt.*
Demetrius Inſuber, confeſ. 21. *April*
Franciſcus Papienſis, confeſ. 16. *Auguſt.*
Gregorius, confeſ. 8. *Auguſt.*
Ioſephus Eugubinus, confeſ. 5. *Octob.*
Simon à Collazano, confeſ. 1. *Nouemb.*
Theobaldus, confeſ. 30. *Iuny.*
STAMNI in Raguſio.
Andræas à Sardinia, confeſ. 9. *April.*
Ioannes ab Anglia, confeſ. 8. *Iulij.*
STAMPIS, in territorio Senonenſi.
Ludouicus de Plana, Martyr. 29. *Iulij.*
STELLÆ in Aquitania.
Petrus Romerus, &
Ioannes Lazeanus, confeſ. 26. *Iuny.*
In Valle STIGNANA, in Apulia.
Ludouicus à Croneto, confeſ. 6. *Februar.*
STRIGONII in Hungaria.
Ægidius, confeſ. 12. *Martii.*
Gallus, confeſ. 28. *Octob.*
STVRNIS, in Calabria.
Hieronymus à Meſuraca, confeſ. 6. *Auguſt.*
SVFFIANI in Picœno.
Incognitus, confeſ. 6. *Septemb.*
SVLMONE, in Pelignis.
Antonius Sulmonenſis, confeſ. 15. *Octob.*
Philippus Aquilanus, confeſ. 4. *Maij.*
SVRRENTI in Picœno.
Cherubinus à Ciuitella, Martyr. 12. *Maij.*
SVRRIGII, in Burgundia.
Maria à Corbeya, Virgo, Abbatiſſa. 8. *Maii.*
SYRACVSIS.
Geruaſius Hyrminenſis, confeſ. 4. *Ianuar.*
Ioannes, confeſſ. 18. *Nouemb.*
In SYRIA.
Duo Anonymi, Confeſſ. 27. *Septemb.*
Anonymi duo Martyres. 31. *Ianuar.*
Ioannes Neapolitanus, Diaconus, Martyr. 12. *Iulij.*
T
TALABRICÆ, in territorio Toletano.
Franciſcus à Regibus, Confeſſ. 31. *Decemb.*

Digitized by Google

Ioannes à Spinula, Confeſſ. 25. *Februar.*
Nicolaus de Conceptione, Confeſſ. 21. *Nouemb.*
TALLÆ in Corſica Inſul
Iulianus à Bonifacio, Confeſſ. 30. *Decemb.*
Apud THAMNAM vrbem in India Orientali.
Thomas de Tolentino,
Iacobus Paduanus,
Petrus Senenſis, &
Demetrius Tafelic, Martyres. 9. *April.*
TAMPRICI, in Panuco apud Indiam Occiduam.
Andræas de Olmos, Confeſſ. 8. *Auguſt.*
TANLAI, in territorio Lingonenſi.
Nicolaus Gallierus, Confeſſ. 9. *Decemb.*
TARASCI, in Gallia Narbonenſi.
S. Martha, Virgo 29. *Iulii.*
TARBIÆ in Gallia.
Dominicus Beraldus, Martyr. 14. *Decemb.*
TAREQVATI, in Mechioacanico Indiæ Occidentalis Regno.
Iacobus à Dania, Confeſſ. 29. *Octob.*
Ioannes à Sancto Michaele, Confeſſ. 3. *Martii.*
TARNOVIÆ in Polonia.
Victorinus, Diaconus, Confeſſ. 9. *Iulii.*
In CONFINIO Tartarorum.
Hungari, Martyr. 22. *Auguſt.*
TARVISII.
Galterius, Epiſcopus, Tertiarius. 24. *Auguſt.*
TAVRI, in territorio Zamorrenſi.
Didacus à Solorzano, Confeſſ. 24. *Decemb.*
Franciſcus de Villamiſſar, Confeſſ. 4. *Iunij.*
Stephanus Coruinus, Confeſſ. 12. *Februar.*
TAVRINI, in Gallia Trans-Alpina.
Laurentius, Confeſſ. 20. *Martii.*
TAVROMINII, in Sicilia.
Cherubinus Meſſanenſis, Confeſſ. 22. *Martii.*
TEIMOLAGII, in territorio Roſſenſi.
Mariartus, Confeſſ. 31. *Decemb.*
TENEREMVNDÆ, in Belgio.
Archangelus Scotus, Confeſſ. 2. *Auguſt.*
TETZCVCI, in India Occidentali territorij Mexicani.
Ioannes de Aora, Confeſſ. 18. *Iulij.*
Ioannes à Ripa, Confeſſ. 25. *Iunij.*
Michael de Garrouillas, Confeſſ. 15. *Iunii.*
In TEVTONIA.
Iutta, Virgo. 19. *Martii.*
Apud THEATEM Marrucinorum oppidum in Aprutio.
Baptiſta à Caniano, Confeſſ. 25. *Iulii.*
Bartholomæus à Fabriano, Confeſſ. 9. *Nouemb.*
Damianus à Ripa, Confeſſ. 28. *Nouemb.*
Dominicus Genuenſis, Confeſſ. 8. *Decemb.*
Marcus Theatinus, Confeſſ. 2. *Nouemb.*
THENIS in Brabantia.
Thomas à Beringhem, Martyr. 27. *Auguſt.*
THVRII apud Aprutium in Rhegienſi Prouincia.
Bonauentura à Raticina, Confeſſ. 25. *Februar.*
TIBVRI.
Euangeliſta à Sublacu, Virgo. 30. *Iulii.*
TIFERNI, in Vmbria.
Iacobus, Confeſſ. 17. *Septemb.*
Leonardus, Confeſſ. 11. *Iunii.*
Paulus Aſſiſias, Confeſſ. 7. *Septemb.*
TLACVBÆ, in territorio Mexicano.
Ioannes Flores, Confeſſ. 17. *Maii.*
Ioannes Foreſius, idem.
Apud TOCCVM, in territorio Theatino.
Liberatus de Ciuitella. 26. *Maij.*
TLAMANALCI, in India Occidentali.
Martinus à Valentia, Confeſſ. 31. *Auguſt.*
TOLETI.
Alphonſus. Confeſſ. 31. *Decemb.*
Antonius Ortizius, Confeſſ. 12. *Martii.*
Antonius Burgenſis, Confeſſ. 28. *Ianuar.*
Alphonſus à Zamorra, Confeſſ. 16. *Septemb.*
Bartholomæus à Sancta Anna, Conf. 18. *Decemb.*
Beatrix à Sylua, Virgo, 16. *Auguſt.*
Deodatus, Confeſſ. 19. *Nouemb.*
Didacus à Luminibus, Confeſſ. 13. *Auguſt.*
Franciſcus de Monteroſo, Confeſſ. 19. *Decemb.*
Franciſcus à Montilla, Confeſſ. 31. *Decemb.*
Franciſcus à Sancta Lucia, Confeſſ. 13. *Decemb.*
Franciſcus à Sancto Ioſepho, Confeſſ. 2. *Auguſt.*
Franciſcus de Yeppes. Confeſſ. 19. *Octob.*
Herueus, Confeſſ. 13. *Maii.*
Ioachim à Villalupo, Confeſſ. 26. *April.*
Ioanna Regina, Tertiaria. 27. *Maii.*
Ioanna Roderica, Vidua. 6. *Ianuar.*
Ioſeph de Rocca-verti, Confeſſ. 11. *Decemb.*
Maria Gonſalua, Virgo. Tertiaria. 29. *Auguſt.*
Maria Suarez à Toleto, Vidua, Abbatiſſa. 5. *Iulii.*
Martinus à Ieſu, Confeſſ. 8. *Decemb.*
Martinus Ruizius, Confeſſ. 25. *Auguſt.*
Melchior ab Herba, confeſ. 1. *April.*
Michael de Buſto, confeſ. 27. *Nouemb.*
TOLOSÆ.
Melchior Flauius, confeſ. 17. *Martii.*
Michael Mogotus, confeſ. 14. *Februar.*
Oliuerius Maillardus, confeſ. 21. *Iulii.*
Apud Monaſterium TORDESYLLARIVM, in territorio olim Palentino, nunc Valliſoletano.
Alphonſus, confeſ. 25. *Nouemb.*
Catharina à Gueuarra, &
Leonora Vlloa, Virgines. 7. *Decemb.*
Catharina Soliſia, Virgo. 28. *Octob.*
Ginebra à Ponſeca, Virgo. 29. *Septemb.*
Ioanna de Ordaz, Virgo. 21. *Februar.*
Maria à Queto, Virgo. 23. *Iulij.*
Apud TOROALTVM, Flandriæ oppidum,
Achatius puer. 11. *Iunii.*
TRAGVRII, in Dalmatia.
Ioannes à Bucca, confeſ. 13. *Auguſt.*
TRAIECTI ad Moſam in Brabantia.
Hadrianus Beuerlo, Martyr. 27. *Decemb.*
Iacobus Diſtemenſis, confeſ. 6. *Septemb.*
TRANI, in Apulia.
Petrus, confeſ. 9. *Martii.*
Apud TRANSYLVANIAM.
Ioannes Tudertinus, Martyr. 4. *Iunii.*
In territorio TREVIRENSI.
Guillelmus Strauus, &
Chriſtianus Sui, Martyres. 10. *Februar.*
TRIBVLI, propè Valle-Oletanum Diœceſ. Palentinæ.
Bernardinus ab Areuallo, confeſ. 24. *Auguſt.*
Ioannes Calaguritanus, confeſ. 14. *Auguſt.*
Ioannes Henriquez, confeſſ. 22. *Maii.*
In territorio TRIDENTINO.
Fredebaldus, confeſ. 7. *Septemb.*
TRIOCLÆ, in Sicilia.
Guillelmus à Vintimilio, confeſ. 1. *Ianuar.*
TRIVILI in Inſubria.
Cherubinus Torniellus, confeſſ. 27. *Iulii.*
Franciſcus Torniellus, confeſſ. 8. *Octob.*

Digitized by Google

Apud TVCHPANICVM XALISCORVM in India Occidua oppidum.
Ioannes à Cruce, Confeſſ. 6. *Iulij.*
TVDELÆ, in Nauarra.
Gerardinus, Confeſſ. 11. *Iunij.*
In territorio TVDENSI.
Ioannes à Baſto, Confeſſ. 29. *Iannar.*
TVDERTI, in Vmbria.
Ægidius Reggienſis, confeſſ. 3. *Iulij.*
Guillelmus Coronatus, confeſſ. 3, *Iannar.*
Iacobonus Tudertinus, confeſſ. 25 *Decemb.*
Petrus à Galliendo, confeſſ. 18. *Auguſt.*
Rogerius, confeſſ. 5. *Iannar.*
Apud TVLANTZINGVM, Mexicani territorij oppidum.
Ferdinandus Baſſacius, confeſſ. 14. *Septemb.*
TVLLÆ, in India Occidentali.
Chriſtophorus à Zamorra, confeſſ. 16. *Martij.*
Petrus de Caſtello, confeſſ. 5. *Nouemb.*
TVLLI LEVCORVM in Gallia.
Conradus Probus, Epiſcopus Tullenſ. 21. *Auguſt.*
TVLLVCÆ, in territorio Mexicano.
Andræas à Caſtro, confeſſ. 14. *Decemb.*
TVRGONÆ, in Germania inferiori.
Haſſus, confeſſ. 15. *Nouemb.*
TVRRIGII in territorio Toletano.
Michael à Capella confeſſ. 29. *Decemb.*
TVRRI-LACVNÆ, in Caſtella.
Didacus à Stunica, confeſſ. 7. *Decemb.*
Franciſcus Orteſius, confeſſ. 14. *Martii.*
TVRRI-LAVRETANÆ, in territorio Hiſpalenſi.
Maria Manuelis, Vidua, 31. *Martii.*
TVRRIBVS-NOVIS, in Luſitania.
Helena, à Latere, Virgo, Tertiaria. 13. *Maij.*
TVRRINGÆ, in Perſide.
Gentilis à Matelica, confeſſ. 5. *Septemb.*
TVRONIS.
Helyas de Bourdeilla, Archiepiſcopus & Cardinalis. 5. *Iulij.*
Maria de Sillè. 28. *Martii.*
TVSCANELLÆ, in Hethruria.
Guillelmus à Cordella, confeſſ. 28. *Februar.*
In TVSCIA.
Albertus, confeſſ. Tertiarius. 25. *Nouemb.*
Andræas de Plano, confeſſ. 20. *Martii.*
Anonyma, Virgo. 25. *Decemb.*
Bonitius Vollaterranus, Tertiarius, confeſſ. 11. *Iunij.*
Bonromæus de Bonromæis, confeſſ. 14. *Iulij.*
Dominicus Bononienſ. confeſſ. 16. *Iulii.*
Gabriel à Spoleto, confeſſ. 6. *Iunii.*
Girardus, confeſſ. Tertiarius. 13. *Maii.*
Thobia, Vidua. 1. *Martij.*
TVVANI, in Corſica Inſula.
Anonymi, confeſſ. 7. *Octob.*
Apud oppidum WALTSEENSE Diœceſ. Conſtantienſ.
B. Eliſabetha Reytenſis, Virgo Tertiaria. 7. *Ian.*

V

VALENCENIS in Hannonia.
Guillelmus,
Iacobus, &
Ioannes, cum duobus aliis, confeſſores. 11. *Iunii.*
Martyres plures. 22. *Martij.*
VALENTIÆ, in Hiſpania.
Antonius Nugnez, confeſſ. 29. *Septemb.*
Antonius à S. Ioſeph, confeſſ. 30. *Nouemb.*
Baptiſta Mercator, confeſſ. 6. *Iunij.*
Barbara Traueria, Virgo. 12. *Maij.*
Clara Buillia, Virgo. 6. *Decemb.*
Chriſtophorus Plateanus, confeſſ. 15. *Octob.*
Dominicus Guallartus, confeſſ. 18. *Maij.*
Eſporellana, Virgo, 22. *Decemb.*
Franciſcus-Antonius, confeſſ. 2. *Februar.*
Franciſcus Ximenez, confeſſ. 16. *Auguſt.*
Guillelmus à Spoleto, confeſſ. 7. *Decemb.*
Hieronymus Steua, confeſſ. 27. *Octob.*
Ioannes Paſtor, confeſſ. 2. *Auguſt.*
Ioannes, &
Petrus, Martyres. 29. *Auguſt.*
Margarita Agullona, Virgo. 9. *Decemb.*
Petrus Arragonius, confeſſ. 5. *Iunij.*
Petrus Nicolaus Factor, confeſſ. 25. *Decemb.*
VALENTIÆ, in territorio Coriano.
Antonius Lopetius, confeſſ. 9. *Octob.*
In territorio VALENTINENSI, in Gallia.
Hieronymus à Condriaco, Martyr. 25. *Iunij.*
Petrus-Paſchalis, &
Catellanus, Martyres, 11. *Februar.*
VALISOLETI in territorio Palentino.
Ioannes à Theſſeda, confeſſ. 8. *Februar.*
VALLIS, in Iſtria.
Iulianus, confeſſ. 4. *Nouemb.*
VALLIS-ARRAGI, in Hiſpania.
Aldonza Pantoxia, Virgo, Tertiaria, Abbatiſſa. 7. *Septemb.*
In VALLE-ASPERA, ad Teſſam in Apulia.
Epiphanius Teuthonicus, confeſſ. 7. *Iunii.*
Incognitus Tornaretenſis, confeſſ. 26. *Auguſt.*
Ioanna & Catharina à vino, Tertiaria, 24. *Octob.*
Apud VALLEM DE RAGO, in territorio Zamorrenſi.
Rodericus Martinez de Lara, confeſſ. 13. *Iunij.*
VALLISERII, in Vmbria.
Chriſtina à Sancta Cruce. 10. *Martij.*
In VALLE-STIGNANA ad Radices Gargani Montis Apuliæ.
Ludouicus à Croneto, confeſſ. 6. *Februar.*
Apud VALLEM VIRIDEM, Hiſpaniæ Vlterioris oppidum.
Ioannes à Capraria, confeſſ. 8 *April.*
VALLONIIS, Diœceſ. Conſtantienſis in Neuſtria inferiori.
Guillelmus Seruaſerius, Martyr. 18. *Iunij.*
Apud VALVERDEM oppidum Diœceſ. Hiſpalenſ.
Bernardus à Laredo, confeſſ. 16. *April.*
In oppido VARALLO, Diœceſ. Nouarienſ.
Bernardinus Caimus, confeſſ. 9. *Februar.*
VARISII in territorio Medíolanenſi.
Gneſnenſ.
Paulus Brixienſis, confeſſ. 21. *Iannar.*
In VARTHA Poloniæ oppido Diœceſ.
Melchiſedech, confeſſ. 14. *Iannar.*
Raphael, confeſſ. 11. *Martij.*
Apud Vaſtum Aymonis in Prouincia S. ANGELI.
Dominicus, confeſſ. 8. *Nouemb.*
VAVRI, in Aquitania.
Guillelmus Reriachus,
Stephanus Regnacus, &
Iacobus Lambertus, Martyres. 21. *Auguſt.*
VBETÆ, in Bætica Prouincia.
Ioannes Garidus, Tertiarius, confeſſ. 9. *Nouemb.*
In Hiſpania, apud oppidum VEAZ, Diœceſ. Carthaginenſis.
Bernardina de Rota, Virgo Tertiaria. 4. *Octob.*
Brigitta Gonſalez, Virgo, Tertiaria, 15. *Octob.*

Digitized by Google

Euphraſia Roderica, Virgo, Tertiaria, 15. *Auguſt.*
Franciſca Roderica, Vidua, Tertiaria. 20. *Maii.*
Maria Gonſalua, Virgo, Tertiaria. 24. *Nouemb.*

VELADÆ in territorio Abulenſi.

Petrus à Valentia, confeſſ. 26. *Iulii.*

RENETIÆ.

Beatrix à Rayneriis, 10. *Septemb.*
Chariſſimus, confeſſ. 14. *Decemb.*
Fœlix Veronenſis, Virgo, Abbatiſſa. 26. *Decemb.*
Franciſcus Pauperculus, confeſſ. 11. *Nouemb.*
Lucia Veneta. 21. *Ianuar.*
Matthæus Baſcius, confeſſ. 3. *Auguſti.*

VERCELLIS.

Antonius à Cremona, confeſſ. 25. *Ianuar.*
Barbara Mediolanenſ. Virgo, Abbatiſſa. 19. *Nouemb.*

VEROLADI, in territorio Burgenſi.

Caſildis Caldenoria, Virgo. 14. *Maij.*
Maria à Velaſco, Virgo, 9. *Octob.*

VESVNTIONE, in Gallia.

Anonyma, Vidua. 1. *Maii.*
Henricus à Belna, confeſſ. 23. *Februar.*
Simonetta, Virgo. 7. *Ianuar.*

VIENNÆ ALLOBROGVM.

Anonymus, confeſſ. 8. *Martii.*
Drodo Maletus, confeſſ. 6. *Decemb.*
Guillelmus, confeſſ. 8. *April.*
Michael à Peruſio, confeſſ. 11. *Martii.*

In territorio VIENNENSI in Auſtria.

Martyres decem & octo. 24. *Ianuar.*

VIGLEVANI, in Inſubria.

Chriſtophorus Mediolanenſis, confeſſ. 5. *Martii.*

Apud VILACKVM, in Pannonia.

Ioannes Capiſtranus, confeſſ. 23. *Octob.*

VILLALPANDI, in territorio Legionenſi.

Ioannes, &
Antonius. 31. *Ianuar.*

VIMARANI, in Diœceſ. Bracarenſi.

Gualterus, confeſſ. 2. *Auguſt.*
Rodericus Robicius, confeſſ. 27. *Ianuar.*

VINDOCINI, in territorio Carnotenſi.

Ieſſe, & ſocij, Martyres. 30. *Nouemb.*

VILLÆ CASTINÆ, in Caſtella.

Bartholomæus ab Anduxari, confeſſ. 31 *Octob.*

VILLÆ-COMITIS, in territorio Bracarenſi.

Berengaria, Virgo, Abbatiſſa. 23. *Decemb.*
Catharina Veaz, Virgo. 18. *Octob.*
Eliſabeth à Sancto Franciſco, Virgo. 16. *Decemb.*
Eliſabeth à Sancto Ludouico, Virgo. 7. *Maij.*
Maria à Sepulchro, Virgo. 24. *Auguſt.*
Guiomar à Sancto Antonio, Virgo. 25. *Iuly.*

VILLÆ FRANCIÆ, in Aquitania.

Ioannes Guillotus, Martyr. 10. *Ianuar.*

VILLÆ FRANCHÆ, in territorio Aſturicenſi.

Iuſtus, confeſſ. 7. *Auguſt.*
Sanctus, confeſſ. 16. *Nouemb.*
Maria à Loſada, Virgo. 6. *Ianuar.*

VILLÆ-FRANCÆ, in territorio Lugdunenſi.

Anonymi tres, confeſſ. 30. *Aug.*
Ioannes à Rupe-ſciſſa, confeſſ. 1. *Iunii.*

VILLÆ-LONGÆ, in territorio Vlyſſiponenſ.

Beatrix à S. Franciſco, Vidua, Tertiaria, 14. *Nouemb.*

VILLÆ LVINI, in Diœceſ. Palentina.

Antonius Morenus, confeſſ. 29. *Martii.*
Franciſcus Garcia, confeſſ. 21. *Decemb.*
Michael Gonſalez, confeſſ. 26. *April.*

VILLÆ-NOVÆ ARCHIEPISCOPI, in territorio Giennenſi.

Eliſabeth à Sancta Cruce, Tertiaria, 15. *Decemb.*
Maria Gomezia, Virgo, Tertiaria. 11. *Maii.*
Tiraſia-Sanctia, Vidua. 9 *Ianuar.*

VILLÆ-NOVÆ de Fraxino in Hiſpania.

Ioannes de Badonali, confeſſ. 7. *Octob.*

VILLÆ-NOVÆ INFANTIVM, in Hiſpania.

Anna Sanchez, Virgo. 2. *Decemb.*
Bernardina de Monte Maiore, Virgo, Tertiaria. 21. *Septemb.*
Catharina Ruys, Virgo. 3. *Ianuar.*
Didacus Ximenez, confeſſ. 6. *Iuny.*
Elizabeth de Rota. 5. *April.*

VILLÆ-NOVÆ DE SCAPHA FRACTA, in Caſtella.

Elizabeth Lopetia, Tertiaria. 27. *Septemb.*
Franciſcus Moneus, confeſſ. 24. *Maii.*
Ioannes à Sancto Michaele, confeſſ. 5. *Februar.*
Rodericus à Beluiſio, confeſſ. 9. *Maii.*

VILLÆ NOVÆ DE SERENA, in Hiſpania.

Gaſpar à Sancto Ioſepho, confeſſ. 2. *Iunii.*
Ioannes à Solitudine, confeſſ. 2. *Iunii.*

Apud VILLAM-REGIAM oppidum Dertoſanæ Diœceſ. in Regno Valentiæ.

Paſchalis Baylon, confeſſ. 17. *Maii.*

Apud VILLAM-SILLOS in territorio Palentino.

Clara Martinez, Vidua Tertiaria. 3. *April.*
Franciſcus Oblatus, confeſſ. 2. *Februar.*
Petrus à Conymbria, Laicus. 19. *Iulii.*

VILLÆ VITIOSÆ in Hiſpania.

Alphonſus ab Erena, confeſſ. 20. *Iulii.*
Franciſcus à Melo, confeſſ. 11. *Iulii.*
Leo Luſitanus, confeſſ. 9 *Februar.*
Marcus à Porta legra, confeſſ. 27. *Martij.*

VILLENÆ in territorio Carthaginenſi.

Alphonſus Rodericus, confeſſ. 22. *Februar.*
Rochus Morenus, confeſſ. 1. *Auguſt.*

VILNÆ, in Lithuania.

Gaſtoldus Vilnenſis, &
Staniſlaus Cracouienſis, Epiſcopi, Martyres, cum trigenta ſex Fratribus. 24. *Maij.*
Staniſlaus Huijmacenſis, confeſſ. 10. *Decemb.*
Vlricus, &
Martinus, Martyres. 7. *Auguſt.*

VIMARANI Diœceſ. Braccarenſ. in Luſitania.

Rodericus Robicus, confeſſ. 27. *Ianuar.*
Galterius, confeſſ. 2. *Auguſt.*

VINCENTIÆ.

Marcus à ſancta Maria, confeſſ. 19. *Martii.*

VIRDVNI.

Agatha. 10. *Iunii.*

VIRIÆ in Neuſtria, Diœceſ. Baiocenſis.

Iulianus Maigneſius,
Ioannes Bunius,
Guillelmus Montanus, &
Ioannes Merenſis, Martyres. 3. *Septemb.*
Oliuerius Iulianus, Martyr. 18. *Decemb.*
Petrus Goſſetus, Martyr. 13. *Septemb.*

VISCARII in Apulia.

Chriſtianus à ſancto Donato, confeſſ. 30. *Maij.*
Ioannes ab Iſchitella, confeſſ, 10. *Iunii.*

VISOCHII in Boſna.

Martyres 5. 26. *Martii.*

VISVS in territorio Toletano.

Catharina Lopetia, Vidua, Tertiaria. 15. *Maii.*

Digitized by Google

Ioannes Martinez, Tertiarius, Confeſ. 24. *Iulii.*
VITERBII.
S Roſa, Virgo, Tertiaria. 4. *Septemb.*
Soldanerius, Confeſ. 29. *Iulii.*
VIVERI, in territorio Mindonienſi.
Conſtantia à Caſtro, vidua, Tertiaria. 14. *Iunii.*
VLMETI in Diœceſi Abulenſi.
Agnes Bizerra, virgo, Tertiaria. 31. *Iulii.*
Agnes à Ferro, Tertiaria. 13. *Iunii.*
Antonius Barroſus, Confeſ. 22. *Decemb.*
Catharina de Ouadia, virgo, Tertiaria. 13. *Auguſt.*
Maria, Rugel, virgo, Tertiaria. 22. *Nouemb.*
Vrraca Rodriguez Bezerra, vidua, Tertiaria. 29. *Iunii.*
VLTRAIECTI ad Rhenum.
Bartholomæus à Mildeburgo, Confeſ. 11. *April.*
VLYSSIPONE in Luſitania.
Agnes à Deo, Virgo, Abbatiſſa. 20. *Ianuar.*
Agnes à ſancto Dominico, virgo. 12. *Octob.*
Anna à Conceptione, virgo. 9. *Auguſt.*
Eufraſia, virgo, Abbatiſſa. 5. *Octob.*
Ioannes, Confeſ. 24. *Iulii.*
Laurentius à Brunduſio, Confeſ. 22. *Iulii.*
Leonora à Regibus, virgo. 18. *Ianuar.*
Martinus à Martinis, Confeſ. 26. *Februar.*
Apud VMBRAIDAM GVERCII in Inſubria.
Petrus de Archagnano, Martyr. 20. *Ianuar.*
In VMBRIA.
Alexander à Peruſio, Confeſ. 10. *Septemb.*
Andræas Senenſis, Confeſ. 27. *Martii.*
Arnaldus, Confeſ. 17. *Iunii.*
Baldus Eugubinus, Confeſ. 26. *Iulii.*
Gentilis à Spoleto, Confeſ. 6. *Februar.*
Marcus Bergomas, Confeſ. 4. *Iunii.*
Petrus de Aſiſio, Confeſ. 6. *Martii.*
Stephanus Fulginas, Confeſ. 25. *Iulii.*
Stupa, Confeſ. 29. *Ianuar.*
Vitalis, Confeſ. Tertiarius. 25. *Nouemb.*
VOLATERRÆ in Hethruria.
Andrea de Bandinis, virgo. 20. *Iulii.*
Apollonia Pighineſia, virgo. 24. *Maii.*
Auguſtinus Volaterranus, Confeſ. 5. *Iulii.*
Benedictus Hortulanus, Confeſ. 19. *Sept.*
Cæcilia Volaterrana, virgo. 30. *Octob.*
Clara Paluia, virgo. 14. *Octob.*
Domicilla de Falconinis, virgo. 30. *Auguſt.*
Eufraſia Volaterrana, virgo. 10. *Decemb.*
Maria de Burgo, virgo. 21. *Octob.*
Michael Volaterranus, confeſ. 16. *Iulii.*
VRATISLAVIÆ in Sileſia.
Alexander Iauorenſis, Confeſ. 29. *Septemb.*
VRBE-VETERI.
Ambroſius à Maſſa, confeſſ. 10. *Nouemb.*
Moricus, confeſ. 30. *Martii.*
Seuerinus, Confeſſ. 24. *Februar.*
VRBINI.
Dominicus Lioneſius, confeſ. 20. *April.*
Donatus Vrbinas, confeſ. 24. *Iulii.*
Eliſabeth Malateſta, vidua. 12. *Octob.*
Gaſparus Vrbinas, confeſ. 6. *Iunii.*
Iacobus Camerſ. Laicus. 6. *Februar.*
Iacobus Mediolanenſ. confeſ. 27. *Auguſti.*
Ioannes, Confeſ. Tertiarius. 22. *Auguſt.*

Ioannes è Callio, confeſ. 5. *Iulii.*
Petrus Hiſpanus, Confeſ. 24. *Iunii.*
Pelingotus, Confeſ. Tertiarius. 1. *Iunii.*
VRIÆ in Apulia.
Franciſcus Dyarrachinus, confeſ. 17. *Maii.*
VRSSVMIÆ in Aprutio.
Chriſtophorus Penenſis, confeſ. 17. *Decemb.*
Apud VTINVM FORI-IVLII oppidum.
Odoricus de Portu Naano, confeſ. 14. *Ianuar.*
Apud WALTSEENSE oppidum Conſtantienſ. Diœceſ.
Eliſabeth Reytenſis, virgo. 7. *Ianuar.*
WARSSAVIÆ in Polonia.
Ladiſlaus à Gelnono, Confeſ. 6. *Februar.*
Ludouicus de Varka, Confeſ. 6. *Septemb.*
Nicolaus à Coſtikio, confeſ. 5. *Iunii.*
WERMEBVRGI in Saxonia.
Ioannes, Confeſ. 27. *Octob.*
VXENTI SALENTINORVM. in Apulia.
Angelus Pelitenſis, Confeſſ. 21. *Iulii.*
VZECIÆ in Gallia.
Rogerius, Confeſ. 15. *Septemb.*

X.

XALAPÆ in India Occidentali.
Franciſcus Marguina, Confeſ. 10. *Dec.*
XALISCIS in India Occidentali.
Antonius Collaris, Martyr. 15. *Nouemb.*
XARANDILIÆ in Hiſpania Tarraconenſi.
Alphonſus ab Herrera, Confeſ. 29. *Decemb.*
XERESII DE EQVITIBVS in Territorio Pacenſi.
Antonius Ortitius, Confeſ. 15. *Auguſt.*
Hieronymus ab Ariza, Confeſ. 21. *Septemb.*
Maria à Ieſu, virgo, Tertiaria. 17. *Nouemb.*

Y.

In YANDO, Iapponiæ vrbe.
Franciſcus Galba, Martyr. 4. *Decemb.*

Z.

Apud ZACATECAS Indiæ Occiduæ Populos.
Ioannes Clauſus, Martyr. 9. *Decemb.*
Ioannes à Tapia, Martyr. 23. *Aug.*
ZAMORRÆ.
Bartholomæus de Aranda, Confeſ. 12. *Iulii.*
Gaſparus, Confeſ. 19. *Auguſt.*
In territorio ZAMORRENSI.
Alphonſus à Purificatione, Confeſ. 24. *Septemb.*
ZEILAMI in India Orientali.
Martinus à Guarda, &
Ludouicus Amaranthus, Martyres. 11. *April.*
Martyres duo. 11. *Septemb.*
In India Orientali propè ZEILAMICAM Inſulam.
Ioannes, Martyr. 23. *Auguſt.*
Sex Martyres. 1. *Iulii.*
Theodoricus Loet, Martyr. 1. *Iulii.*

Digitized by Google

NOMINA SANCTORVM, AC BEATORVM, QVORVM LOCVS in Martyrologio Franciſcano non indicatur.

ANtonius de Barriales, Confeſſ.	7. *Maii.*
Archangela, Virgo,	25. *Septemb.*
Catharina Ciaulina, Virgo, Tertiaria.	9. *Ianuar.*
Conceptio immaculata glorioſæ Virgin. Deiparæ.	8. *Decemb.*
Octaua Immaculatæ Conceptionis Virg.	15. *Decemb.*
Dominicus Hungarus, Martyr.	22. *Auguſt.*
S. Gabriel, Archangelus.	24. *Martii.*
Iſabella Loſada, Vidua.	5. *Martii.*
Magdalena à ſancto Antonio, Virgo.	8. *Octob.*
Melchiades.	23. *Martii.*
Pacificus Spoletanus, Martyr.	8. *Septemb.*
Petrus à Xereſio, Confeſſ.	2. *Maii.*
Prodrus, Confeſſ.	19. *Decemb.*
S. Raphael, Archangelus.	20. *Nouemb.*
Viſitatio Beatiſſimæ Mariæ Virginis.	2. *Iulii.*
Vrſula à Conceptione, Virgo.	14. *Auguſt.*

INDEX

Digitized by Google

INDEX
NOMINVM OMNIVM
SANCTORVM AC BEATORVM,
qui in hoc Martyrologio continentur, ordine Alphabetico deſcriptus.

A.

S. Accurſius, Martyr, in Africa. 16. Ianuar.
Accurſius, Confeſſ. Florentiæ, Laicus. 2. Ianuar.
Accurſus, Martyr. 16. Ianuar.
Achatia à Paſſione, Virgo, Alenquerij. 26. Auguſt.
Achaz Toraltanus, Confeſſ. Tertiarius. 11. Iulii.
Adamus, Confeſſ. Catharæ. 31. Iulij.
Adamus, Confeſſ. Firmi. 16. Maij.
Adamus, Confeſſ. in Palæſtina. 25. Octob.
Adamus, Martyr, Polociæ. 21. Martii.
Adamus Rufus, Confeſſ. Barij. 22. Septemb.
Adamus Saſboldus, Confeſſ. Louanij. 21. Martii.
Ademarus de Felſinio, Confeſſ. Figiaci. 29. Iulii.
S. Adiutus, Martyr, in Africa. 16. Ianuar.
Adolphus, Confeſſ. Rilonij. 16. Februar.
Ardolphus, Ardolphi, Martyr, Witembergæ. 14. Martii, in Annotationibus, §. 2.
Adulphus, idem.
Ægidius Agrigentinus, Confeſſ. Agrigenti. 30. Decemb.
Ægidius Anglanus, Confeſſ. Penæ. 6. Decemb.
Ægidius Aſſiſias, Confeſſ. Peruſiæ, Laicus. 23. April.
Ægidius de Capotiis, Confeſſ. Aſſiſij. 22. Auguſti.
Ægidius Cottereau, Martyr, in Gallia. 25. Martii.
Ægidius Florentinus, Confeſſ. Florentiæ, Laicus. 7. Septemb.
Ægidius Laurentianus, Confeſſ. Laurentiani, Laicus. 1. Februar.
Ægidius Reggienſis, Confeſſ. Tuderti. 3. Iulii.
Ægidius, Confeſſ. Sagij. 25. Septemb.
Ægidius à ſancto Ioanne, Confeſſ. 23. Decemb.
Ægidius, Confeſſ. Strigonij. 12. Mart.
Agathà Amallera, Virg. & Martyr, Ciuitatulæ. 25. Ianuar.
Agatha, Monialis, Virduni. 10. Iunij
Agnellus de Aluernia, Confeſſ. in Italia. 13. Iulij
Agnellus, Fezenſis Epiſcopus. 14. Mart
Agnellus Piſanus, Conf. Oxonij. 13. Mart
Agnes, Aſſiſias, Virgo, Abbatiſſa, Aſſiſij. 16. Nouemb
Agnes, Aſſiſias, Virgo, ibid. 3. Mart.
Agnes Bizerra, Virgo Tertiaria Vlmeti. 31. Iulij.
Agnes Bohemica, virgo, Pragæ. 6. Mart.
Agnes Cana, virgo, Illiturgi. 5. Februar.
Agnes à Conceptione, virgo, Abbatiſſa, Illeſcis. 24. Ianuar.
Agnes à Deo, virgo, Abbatiſſa, Vlyſſipone. 20. Ianuar.
Agnes à Ferro, Tertiaria, Vlmeti. 13. Iunii.
Agnes Lopetia, virgo, Tordeſyllarij. 6. Martij.
Agnes ab Ortega, virgo, Methymnæ-Campi. 15. April.
Agnes Peranda, virgo, Abbatiſſa, Barcinone. 17. Septemb.
Agnes à Peſcara, virgo, Fulginij. 12. Nouemb.
Agnes, virgo, Salmanticæ. 2. Iulii.
Agnes à ſancto Antonio, virgo, Bellalcazari. 11. Decemb.
Agnes à ſancto Dominico, virgo, Vlyſſipone. 12. Octob.
Agnes Viotta, virgo, Alenconij. 15. Iulij.
Agnus, Marrochiorum Epiſcopus Cæſar-Auguſtæ, idem cum Lupo, infra.
Aimericus, Martyr, Cholleti. 13. Decemb.
Albertus à Coſſignano, confeſſ. Muri-Vallis. 1. Martii.
Albertus Francus, Martyr, Indiæ. 22. Decemb.
Albertus à Layda. Martyr, in Brabantia. 21. Nouemb.
Albertus de Marcheſiis, confeſſ. Cotiniolæ. 10. Iunii.
Albertus Morigius, conf. Mediolani. 26. Iunii.
Albertus, Montis-Acuti Comes, Tertiarius, in Tuſcia. 25. Nouemb.
Albertus Piſanus, confeſ. Mediolani. 15. Aug.
Aldobrandinus de Amanatis, Martyr. Salmaſtræ. 13. Decemb.
Aldonſa Lopetia, virgo, Tertiaria. Areuali. 6. Nouēb.
Aldonza Pantoxia, virgo, Abbatiſſa, Tertiaria, Vallis-Arragi. 7. Septemb.
Aletha. Vide Aliza.
Alexander Alenſis, confeſ. Pariſiis. 20. Octob.
Alexander Iauorenſis, conf. Vratiſlauiæ. 29. Septemb.
Alexander Inſuber, conf Alexandriæ. 18. Februar.
Alexander Ioannes, Italus, Martyr, in Ægypto. 28. Iulij.

Alexander, Mediolanenſis, Confeſſ. Cherij. 7. *Sept.*
Alexander à Peruſio, confeſſ. Tertiarius, in Vmbria. 10. *Septemb*
Alexander 5. Pap. Bononiæ. 4. *Maii.*
Alexander de Ripa, Confeſ. Ripæ-Limoſani. 29. *Nouemb.*
Alexander Venciolus, Epiſcopus Nuceriæ. 17. *Nou.*
Alexander Veronenſis, confeſſ. Piſtorij. 20. *Decemb.*
Alexander de Villa-Dei, Confeſſ. 3. *Februar.*
Alexandrina Sulmonenſis, virgo Abbatiſſa, Fulginij. 3. *April.*
Alexia. Vide Aliza.
Alexius, Confeſſ. Cracouiæ. 8. *Octob.*
Alexius Hungarus, Confeſ. Bithi. 27. *Iulii.*
Alexius Samſon, Martyr, Lautrici. 4. *Mart.*
Algothus, Confeſſ. Scaris in Gothia. 9. *Auguſt.*
Alizæ Burgota, Tertiaria, Pariſiis. 29. *Iunii.*
Aloyſia Auendagno. Vide Ludouica.
Aloyſius Amaranthus. Vide Ludouicus.
Aloyſius à Gulioniſio, Confeſ Hiſtonij. 15. *April.*
Aloyſius Villalupus, Martyr, in India Occident. 13. *Februar.*
Alphonſus Alcannizes, Confeſſ. Laicus, Limæ. 3. *Mart.*
Alphonſus ab Amigdaleto, Confeſ. Laſræ, Laicus. 4. *April.*
Alphonſus ab Aſperilla, confeſſ. Aunonij. 26. *April.*
Alphonſus Aſtudillo, Confeſſ. Toleti. 31. *Decemb.*
Alphonſus Aurienſis, confeſſ. Moſteiri. 20. *April.*
Alphonſus à Baiona, confeſ. in Belgio: vide Iacobus Sportularius.
Alphonſus Betanços, confeſſ. Carthagine in India Occidentali. 20. *Iunii.*
Alphonſus Borroxius, Confeſſ. Occaniæ. 16. *Iulii.*
Alphonſus à Cruce, conf. Bellalcazarij. 8. *Nouemb.*
Alphonſus ab Erena, Confeſſ. Vitioſæ, Laicus. 20. *Iulij.*
Alphonſus ab Herrera, Confeſſ. Mexici. 6. *April.*
Alphonſus de Herrera, Confeſſ. Xarandiliæ. 29. *Decemb.*
Alphonſus Gaga, Confeſſ. in Hiſpania. 26. *Decemb.*
Alphonſus Lupus, Confeſ. Barcinone. 7. *Iunii.*
Alphonſus à Manzaneta, Confeſſ. Alconcelij. 16. *Decemb.*
Alphonſus Marinus, Confeſ. in Hiſpania. 4. *Iuni.*
Alphonſus de Molina, Confeſ. Mexici. 18. *Mart.*
Alphonſus à Nebreda, Confeſſ. Numantiæ, Laicus. 27. *Decembr.*
Alphonſus Ordonnez, Confeſſ. Mexici. 18. April.
Alphonſus à Palanzuela, Epiſcopus Ouetenſis, ibid. 19. *Septemb.*
Alphonſus à Palentia, confeſ. Abulæ. 28. *Aug.*
Alphonſus à Portalegra, Confeſſ. in Luſitania. 8 *Iuly.*
Alphonſus à Purificatione, confeſ. in territorio Zamorenſi. 24. *Septemb.*
Alphonſus Rodericus, Confeſ. Villenæ. 22. *Februar.*
Alphonſus de Roſis, Confeſ. Mexici. 6. *Feb.*
Alphonſus Rubius, Confeſſ. Elchij, Laicus. 28. *Decemb.*
Alphonſus Saccus, Confeſ. in Luſitania. 21. *Septemb.*
Alphonſus Salus, idem.
Alphonſus à ſancto Bonauentura, Confeſ. 6. *Decemb.*
Alphonſus Sartor, Confeſſ. Compluti. 16. *April.*
Alphonſus de Scalona, Confeſ. Mexici. 10. *Martii.*
Alphonſus à Spina, Confeſ. Palentiæ, 24. *Iulii.*
Alphonſus Suarez, Confeſſ. Beluiſij. 24. *Iuly.*
Alphonſus de Taide, conf. Atonguiæ. 13. *Nouemb.*
Alphonſus de Tapia, Confeſſ. Badeiocij. 2. *Iunii.*
Alphonſus à Tordeſyllario, confeſ. ibidem. 25. *Nouemb.*
Alphonſus à Valconeta, conf. Aunonij. 22. *Ianuar.*
Alphonſus Velaſcus, conf. Oliuæ, Laicus. 30. *Decem.*
Alphonſus de Villa-Lupo: vide Aloyſius ſup.
Alphonſus à Zamorra, Confeſſ. Toleti. 16. *Septemb.*
Alpharus idem cum Aluaro.
Altrudis, Romæ. 22 *Iunii.*
Aluarus Pelagius, Epiſcopus Syluienſis, Hiſpali. 5. *Iulii.*
Amadeus de Antoniato, Confeſſ. Bergomi. 8. *Ianuar.*
Amadæus Confeſ. in Auſtria. 25. *Iunii.*
Amadæus Epiſcopus Card. Ripaliæ. 13. *Ianuar.*
Amadæus Luſitanus, Confeſſ. Mediolani. 10. *Auguſt.*
Amadæus à Stongle: vide Conradus, infra.
Amandus à Zireechzea, Confeſ. Louanij. 8. *Iunii.*
Amarella, Monialis, Martyr, Ciuitatulæ. 6. *Maii.*
Amata, virgo, Aſſiſij. 20. *Februar.*
Amator, qui & Amadæus Luſitanus, ſup.
Amatus Confeſſ. Anconæ. 8. *Februar.*
Amatus à Zireechzea: vide Amandus, ſup.
Ambroſius à Ciuitella, Confeſ. apud Campum-Baſſum. 15. *Septemb.*
Ambroſius à Corbaria, Confeſ. ibid. Laicus. 16. *Octob.*
Ambroſius Itinerarius, confeſ. Lutetiæ. 25. *Iuly.*
Ambroſius à Lombardia, confeſſ. Firmi. 5. *Iunii.*
Ambroſius à Maſſa, confeſſ. Vrbe-veteri, 10. *Nouembris.*
Ambroſius à Miliano, Confeſſ. apud Montem-Leoninum. 6. April.
Ambroſius de Pepulo, confeſ. Ocræ. 24. *Mart.*
Amicinus à Lauda, confeſ. Laudæ. 7. *Auguſti.*
Anaſtaſius, confeſſ. Albuquerquij. 25. *Iulii.*
Anaſtaſius Italus, confeſſ. Alconcelij. 31. *Decemb.*
Anaſtaſius Mediolanenſis, confeſ. Piſauri. 7. *Octob.*
Andræa de Bandinis, virgo, Volaterræ. 20. *Iulii.*
Andræana: vide Hadriana, infra.
Andræas ab Aiala, Martyr, Guainamotæ. 4. *Aug.*
Andræas Albanenſis, conf. Berberiæ. 26. *Decemb.*
Andræas Anagninus, conf, S.R.E. Cardinalis Pilei. 1. *Februar.*
Andræas ab Andria, confeſ. Hadriæ. 14. *Mart.*
Andræas, conf. Arquatæ, idem ac Hiſpellas, infra.
Andræas ab Arragonia, conf. Camari. 5. *Februar.*
Andreas Burgundus, Conf. in Italia. 24. *Decemb.*
Andræas Cacciolus, confeſſ. idem ac Hiſpellas, infra.
Andræas Camarinus, confeſſ. Camari. 25. *Martij.*
Andræas à Caſtro, confeſ. Tullucæ. 14. *Decemb.*
Andræas confeſſ. apud Caſtullonenſem Saltum, Laicus. 6. *Septemb.*
Andræas de Collo, confeſſ. Florentiæ. 10. *Maii.*
Andræas Cordubenſis, confeſ. in India Occidentali, Laicus. 21. *Maij.*
Andræas à Cortonio, confeſ. Cortonæ. 8. *Decemb.*
Andræas à Coſta, confeſſ. Guadalfagiaræ. 19. *Decem.*
Andræas Diick, Martyr, Dixmundæ. 30. *Nouemb.*
Andræas Dulcis, confeſ. Arimini. 28. *Iunii.*
Andreas de Groſſeto, confeſ. Nauis. Laicus. 10. *Auguſt.*
Andræas Guez, Martyr, Bernaij. 10. *Martii.*
Andræas à Guirola, conf. Moroni. 16. *April.*
Andræas Hiſpellas, confeſſ. Hiſpelli. 3. *Iunii.*
Andræas Hungarus, Martyr, idem cum Antonio de Saxonia, infra.
Andræas Hybernon, confeſ. Gandiæ. 18. *April.*

Digitized by Google

Andræas Iuernenſis, Confeſ. idem.
Andræas de Lacchis, Confeſ. idem ac Hiſpellas, ſupra.
Andræas de Leubs, Confeſſ. in Auſtria, 13. *Octob.*
Audræas de Loçoya, Confeſ. Guadlaſagiaræ. 11. *Octob.*
Andręas Mediolanenſis, Martyr, idem cum Antonio, infra.
Andræas Montanus, Martyr, in territorio Baiocenceņſi. 4. *Ianuar.*
Andræas de Olmos, Confeſ. Tamprici. 8. *Auguſt.*
Andræas de Plano, Confeſ. in Tuſcia. 20. *Martij.*
Andræas Roberti, Martyr, Mon-Peſſulani, Laicus. 12. *Octob.*
Andræas Rodericus, Confeſ. in Hiſpania, Laicus. 14. *Nouemb.*
Andræas de Roſatis: vide Antonius, infra.
Andræas à Sancto Geminiano, Confeſ. in Hethruria. 26. *Septemb.*
Andræas à Sardinia, Confeſ. Stamni. 9. *April.*
Andræas Senenſis, Confeſſ. in Vmbria, Laicus. 27. *Martii.*
Andræas à Spoleto, Martyr, Feſſę. 9. *Ianuar.*
Andræas de Tuderto, Confeſ. Florentiæ, Tertiarius. 6. *Martii.*
Andræas à Valconeta, Confeſ. in Caſtella, Laicus. 21. *April.*
Andræas de Vera, Confeſ. Cadafalſi. 12. *Decemb.*
Andræas de Yeppes: vide à Coſta, ſup.
Angela Cæcilia à Reynis, Virgo, Mediolani. 13. *Nouemb.*
Angela Gabriela, Virgo, Mediolani. 2. *Aug.*
Angela-Fœlix Parpaliona, Virgo. Mediolani. 7. *Maii.*
Angela-Catharina, Virgo, Abbatiſſa. Mediolani. 27. *April.*
Angela Fulginas, Vidua, Tertiaria, Fulginij. 4. *Iannarii.*
Angela-Seraphina de Daueriis, Virgo, Mediolani. 9. *Februar.*
Angela Martinez, Virgo, Elchij. 25. *Nouemb.*
Angela à Verueto, Virgo, Cæſar-Auguſtæ. 16. *Maii.*
Angelica Virgo, Mantuæ. 3. *Iulii*
Angelicus, Confeſ. Lutetiæ. 11. *Maii.*
Angelina Antonij, Virgo, Fulginij. 20. *Aug.*
Angelina Corbara de Termis, Virgo, Vidua, Tertiaria, Fulginij. 25. *Decemb.*
Angelinus Daneſius, Confeſ. in Monte Politiano, Tertiarius. 16. *Iunii.*
Angeluccius, idem cum Aſpeculo.
Angelus ab Altamura, idem qui & Pelitenſis, infra.
Angelus Aſtenſis, Conf. Laicus Genuæ. 31. *Martij.*
Angelus Bonſius, Confeſ. Florentiæ. 12. *Ianuar.*
Angelus Biturgianus, Confeſſ. in Italia 7. *Iulij.*
Angelus de Calaſſio, Confeſ. Romæ. 29. *Octob.*
Angelus à Catalagirone, Confeſ. Ennæ. 20. *Auguſt.*
Angelus de Canoſa, Confeſſ. Capiſtrani, Laicus. 28. *Ianuar.*
S. Angelus, Martyr, in Cepta. 13. *Octob.*
Angelus de Ciuitella, Confeſ. Sartiani, Laicus. 28. *April.*
Angelus Clarenus: vide Ioannes Clarenus.
Angelus à Clauaſio, confeſ. Cunij. 11. *April.*
Angelus Conſentinus, Confeſſ. Conſentiæ, 10. *Nouembris.*
Angelus de Florentia, Confeſſ. Palci. 29. *Septemb.*
Augelus de Groppina, Confeſſ. apud Montem-Carolum, Laicus. 16. *Iunii.*
Angelus à Ioyeuſa, Confeſſ. Pariſiis. 28. *Septemb.*
Angelus ab Iſchitella, Confeſſor. San-Seuerini. 7. *Nouemb.*
Angelus à Monte-Leone, Confeſſ. in Monte Compatrio. 2. *Decemb.*
Angelus de Paz, ſeu à Paſſu, Confeſſ. Romæ. 23. *Auguſt.*
Angelus Pelitenſis, Conf. Vxenti. 21. *Iulij.*
Angelus Picœns, Confeſſ. Reate, Laicus. 17. *Iunii.*
Angelus Pincianus, Confeſſ. Romæ. 22. *Iulij.*
Angelus Piſanus, idem, qui & Agnellus Piſanus, ſupra.
Angelus à Saliceto, Confeſ. idem cum Angelo de Valentia, infra.
Angelus Saonenſis, Confeſſ. Æſij. 15. *April.*
Angelus de Slauis, Confeſſ. San-Martini, Laicus. 7. *Septemb.*
Angelus à Speculo, Confeſſ. Nuceriæ, Laicus. 28. *Auguſt.*
Angelus à Spoleto, Confeſſ. Camerini. 2. *Februar.*
Angelus à Spoleto, Martyr, in Armenia. 2. *April.*
Angelus Storrens, Confeſſ. Sergnij, Tertiarius. 29. *Iulij.*
Angelus Tancredus, Confeſſ. Aſſiſij. 13. *Februar.*
Angelus à Typherno, Conf. in Picœno. 22. *Martii.*
Angelus à Valentia, Conf. Guadalphagiaræ. 12. *Octob.*
Angelus à Verboſa, Confeſſ. Foinizæ. 7. *Iunij.*
Animundus de Sabaudia, Martyr, Lunelli, Laicus. 1. *Martij.*
S. Anna, Vidua, Deiparæ Mater, in Palæſtina. 26. *Iulij.*
Anna ab Angelis, Virgo, Abbatiſſa, Aillonij. 24. *Iulij.*
Anna ab Areuallo, Virgo, Areualli, Tertiaria. 25. *Februar.*
Anna ab Aſſumptione, Virgo, Beluiſij. 12. *Septemb.*
Anna de Beſſeyo, Virgo, Auxoniæ. 29. *Iulij.*
Anna à Conceptione, Virgo, Vlyſſippone. 9. *Aug.*
Anna à Cruce, Vidua, Montillæ. 26. *April.*
Anna ab Heredia, Virgo, apud Calabazanos. 28. *Decemb.*
Anna Maria à ſancto Ioſepho, Virgo, Salmanticæ. 14. *May.*
Anna Moralez, Virgo, Palmæ. 28. *Nouemb.*
Anna Sanchez, Virgo, Villæ-Nouæ Infantium, Tertiaria. 2. *Decemb.*
Anonyma Albenſis, Virgo, Beneuenti. 5. *Decemb.*
Anonyma, Virgo, Amaranthij. 10. *Octob.*
Anonyma, Virgo, Aſſiſij. 16. *Nouemb.*
Anonyma Virgo & Martyr, in Burgundia. 12. *Iunij.*
Anonyma Virgo, Caſſaliæ. 21. *Auguſt.*
Anonyma Virgo, in Gallia. 24. *Februar.*
Anonyma Virgo, Gebennæ, 19. *Iulii.*
Anonyma, Tertiaria, Platææ. 7. *Februar.*
Anonyma Virgo, in Tuſcia. 25. *Decemb.*
Anonyma Vidua, Veſuntione. 1. *Maii.*
Anonymæ tres, Anconæ. 14. *Februarij.*
Anonymi, Confeſſ. Antiochiæ. 27. *Septemb.*
Anonymi, Confeſſ. Biturgiæ. 7. *Nouemb.*
Anonymi, Confeſſ. Rellaniæ. 11. *Decemb.*
Anonymi, Confeſſ. Tuuani. 7. *Octob.*
Anonymi duo Confeſſ. Caietæ, Laici. 11. *April.*
Anonymi duo, Confeſſ. Campi-Baſſi. 10. *Nouemb.*
Anonymi duo, Confeſſ. Valencenis, Laici. 11. *Iunij.*
Anonymi quatuor Confeſſores, Burgis in Hiſpania. 10. *Septemb.*
Anonymi tres, Confeſſores, in Monte-Caſali. 28. *Auguſt.*
Anonymi tres. Cōf. Villæ-Francæ, in Gallia. 30. *Aug.*

Digitized by Google

Anonymi viginti, Confeſſores, in Inſubria. 6. *Nouemb.*
Anonymus Confeſ. Alanquerij. 3. *Februar.*
Anonymus Confeſ. Benicarloni. 17. *April.*
Anonymus de Caſſalib. Confeſ. 24. *Maii.*
Anonymus, Confeſ. Citonij. 2. *Decemb.*
Anonymus, Confeſ. Corleonis, Laicus. 26. *Nouemb.*
Anonymus, Confeſſ. Corunniæ. 16. *Ianuar.*
Anonymus Confeſ. Genuæ. 12. *Auguſt.*
Anonymus Confeſ. in Hethruria. 17. *Septemb.*
Anonymus Confeſ. in Hiſpania. 31. *Iulii.*
Anonymus Confeſ. Hyberniæ. 28. *Decemb.*
Anonymus Confeſ. apud Montem-Cælium, Laicus. 24. *Maii.*
Anonymus Confeſ. Nauis. 3. *Auguſt.*
Anonymus Confeſ. Nozoreti. 12. *Iulii.*
Anonymus Confeſ. Pariſiis, Laicus. 25. *Februar.*
Anonymus Confeſ. Peronæ. 16. *Octob.*
Anonymus Confeſ. Ribadei. 19. *Decemb.*
Anonymus Confeſ. propè Robledilium, Tertiarius. 5. *Iunii.*
Anonymus Confeſ. Sagunti. 29. *Iulii.*
Anonymus Confeſ. Viennæ. 8. *Martii.*
Anonymus Martyr, Alexiani. 2. *Maii.*
Anonymus Martyr, Anconæ. 20. *Octob.*
Anonymus Martyr, infra cum Petro Moliero, Apameæ.
Anonymus, Martyr, Arimini. 22. *Auguſt.*
Anonymus Martyr, in Belgio. 26. *Decemb.*
Anonymus Martyr, Caſtri Villani. 8. *Martii.*
Anonymus Martyr, Chile, Laicus. 14. *Maii.*
Anonymus Martyr, ſup. cum Aimerico, Choletti.
Anonymus Martyr, ſup. cum Andræa ab Aiala, Guainamotę.
Anonymus Martyr, Hieroſolymis, Laicus. 24. *Auguſt.*
Anonymus, Martyr, infra cum Forti-Viuato, Mauciaci.
Anonymus Martyr, infra cum Electo, Moreæ.
Anſelmus, Confeſ. Mediolani. 23. *Februar.*
Antonia à Florentia, Virgo Abbatiſſa, Aquilæ. 28. *Februar.*
Antonia Minias, Anconæ. 14. *Februar.*
Antonia Pachieca, Virgo, Scalonæ. 10. *Maii.*
Antonius Abbas, Martyr, propè Montem Giſcardum. 1. *Septemb.*
Antonius Æthiops Confeſ. Tertiarius, Camari. 23. *Auguſt.*
Antonius Alcantarenſis, Confeſ. Broçæ 18. *Auguſt.*
Antonius Argentarius, Confeſ. Badeiocij. 16. *Septemb.*
Antonius Ariminenſ. Confeſ. Montis-Lucij. 21. *Sep.*
Antonius de Arrabaldis, Confeſ. Gratij. Idem cum Burgo Reatino, infra.
Antonius Confeſ. Atienſæ, Laicus. 10. *Martii.*
Antonius de Balocho, idem, qui & Velochius infra.
Antonius Barriales, Confeſ. apud mare Indicum. 7. *Maii.*
Antonius Barroſus, Confeſ. Vlmetæ. 22. *Decemb.*
Antonius Benault, Confeſ. Cortraci. 30. *Iulii.*
Antonius Beteta, Confeſ. Sacapi. 7. *Maii.*
Antonius Bitontinus, Confeſ. in Italia. 25. *Septemb.*
Antonius Bonfadinus, Confeſ. Cotiniolæ. 1. *Dec.*
Antonius Brobeus, Martyr, Londini. 17. *Iulii.*
Antonius Brunellus, Martyr, Mon-Peſſulani. 26. *Nouemb.*
Antonius Burgenſis, Confeſ. Toleti, Laicus. 28. *Ianuar.*
Antonius à Burgo Reatino, Confeſ. 5. *Iunii.*
Antonius Carbonarius, Mart. iuxta Maſſiliã. 29. *Dec.*
Antonius Caſalius, Confeſ. in India Orientali. 2. *Decemb.*
Antonius à Catalagirone, Confeſ. in Sicilia, Laicus. 8. *Martii.*
Antonius de Ceriatana, conf. Laicus, Pactæ in Sicilia. 2. *Septemb.*
Antonius Confeſ. Villalpandi. 31. *Ianuar.*
Antonius Martyr, Chauli, Laicus. 14. *Octob.*
Antonius Citrarius, Confeſ. Conſentiæ, Laicus. 11. *April.*
Antonius Ciuitatenſis, Confeſſ. Mexici. 13. *Sept.*
Antonius Collaris, Martyr, Xaliſcis 15. *Nouemb.*
Antonius à Cremona, Confeſ. Vercellis. 25. *Ianuar.*
Antonius à Cruce, Confeſ. Bellalcazari. 15. *Iunii.*
Antonius Cyrnæus, Confeſ. apud Montem-Caſalem in Vmbria. 11. *Auguſt.*
Antonius d'Eluas, Confeſ. in Luſitania. 3. *Iunii.*
Antonius Duiſco, Martyr, Naganzachi, Tertiarius. 5. *Februar.*
Antonius Dyrrachienſis Archiepiſcopus, ibidem. 15. *Martii.*
Antonius Eſcocellus: vide Scozetus, infra.
Antonius Farinerius, Confeſ. in Gallia. 24. *Iulii.*
Antonius Ferrarienſis, qui & Bonfadinus, ſup.
Antonius Ferulanus, Confeſ. Ferulæ. 26. *Nouemb.*
Antonius à Fornaya, Confeſ. in Monte Subatio. 15. *Decemb.*
Antonius de Furno: vide de Turno, infra.
Antonius de Gauaciis: vide à Landa.
Antonius à Giarratana, Confeſ. Mohaci: 5. *April.*
Antonius Gonſaluus, vide à Segobia.
Antonius Graijns, Martyr, iuxta Auinionem. 2. *Ian.*
Antonius à Gueuarra, Mendonienſis Epiſcopus, Pinciis. 24. *Octob.*
Antonius Hormaer, Martyr, Gorcomij. 7. *Iulii.*
Antonius Hornanienſis, Martyr, Brielæ. 9. *Iulii.*
Antonius Hungarus, Confeſ. Fulginij, Tertiarius. 13. *Maii.*
Antonius Laliotta, conf. Neti. 1. *April.*
Antonius à Lauda, conf. Laudæ, Laicus. 12. *Ianuar.*
Antonius Lauretius, confeſ. in India Orientali 3. *Nouemb.*
Antonius à Lioniſſa, confeſſ. in Monte-Odoroſio. 28. *Iulii.*
Antonius Lopetius, confeſſ. Valentiæ Hiſpaniæ. 9. *Octob.*
Antonius Maldonatus, conf. Mexici. 9. *April.*
Antonius Malinus, Martyr, Mon-briſoni. 16. *Iulii.*
Antonius, Martyr, Floridæ. 8. *Septemb.*
Antonius Mediolanenſis, Martyr, Arzengæ. 16. *Mart.*
Antonius à Modoetia, conf. Maleti. 26. *Mart.*
Antonius à Monte-Leone, idem cum Stronconio, infra.
Antonius à Monte-Sicardo, confeſ. Maceratæ. 4. *Iunii.*
Antonius Morenus, confeſſ. Villæluini. 29. *Martii.*
Antonius Naganzachius, Tertiarius, Martyr, Nazanſachi. 5. *Februar.*
Antonius Nebriſſenſis, conf. Loulcæ. 1. *Martii.*
Antonius Nerus, conf. Aretij. 19. *Iunii.*
Antonius Niger, conf. Netini, Tertiarius. 14. *Mart.*
Antonius Nueta, conf. Mexici. 30. *Septemb.*
Antonius Nugnes, conf. Valentię. 29. *Septemb.*
Antonius, conf. Nurſiæ, Laicus. 10. *Maii.*
Antonius Ortizius, conf. Toleti. 12. *Martii.*
Antonius Ortitius, conf. Xereſij. 15. *Auguſti.*
S. Antonius à Padua, conf. Patauij. 13. *Iunii.*

Antonius

Digitized by Google

Antonius Paganus-Vinctus, conf. in Italia. 10. *Iulii.*
Antonius Pattonus, conf. Malipurgi. 2. *Iulii.*
Antonius Petronius, idem.
Antonius à Piſcina, conf. Florentiæ. 14. *Nouemb.*
Antonius Pintus, conf. Caſſaliæ. 23. *Iulii.*
Antonius, conf. Podij. 31. *Decemb.*
Antonius de Pulchro viſu, Martyr, Briuæ. 20. *April.*
Antonius Purus, confeſ. Eremitæ. 7. *Auguſt.*
Antonius à Puteo-Fidone, confeſ. propè Roccam-Antiquam, Tertiarius. 4. *April.*
Antonius à Ripa, confeſſ. San-Seuerini, Laicus. 27. *Iulii.*
Antonius Romanus, Confeſ. Eboli. 27. *Martii.*
Antonius de Roſatis, Martyr, in Oriente. 24. *Feb.*
Antonius à Rupe, Martyr, Lautreci. 4. *Martij.*
Antonius Saguntinus, Confeſ. Salmanticæ. 21. *Mart.*
Antonius Martyr, Salmaſtræ. 13. *Decemb.*
Antonius à Sancta Anna, Martyr, Moluccæ, Laicus. 24. *Iunii.*
Antonius à ſancto Gregorio, Confeſſ. Chinæ, Laicus. 8 *April.*
Antonius à ſancto Ioanne, Piſis. 29. *Martii.*
Antonius à ſancto Ioanne, Confeſſ. Mexici. 12. *Iunii.*
Antonius à ſancto Ioſeph, Confeſſ. Valentiæ. 30. *Nouemb.*
Antonius à ſancta Maria, Martyr, Gomeræ. 30. *Aug.*
Antonius à ſancta Maria, Confeſſ. Segobiæ. 18. *Iulii.*
Antonius à ſancto Michaele, Epiſcopus Chile. 18. *Ianuar.*
Antonius à ſancta Regina, idem cum Antonio Senenſi, infra.
Antonius à ſancto Vincentio, Confeſſ. Myrtilli. 12. *Maii.*
Antonius à Santareno, Confeſſ. in Luſitania. 19. *Februar.*
Antonius de Saxonia, Martyr, Bidinij. 12. *Februar.*
Antonius Scalmatus, Confeſ. in Sicilia. 27. *Ianuar.*
Antonius Scozettus, Confeſſ. Manteæ. 24. *Nouemb.*
Antonius à Secura, Confeſſ. Madriti. 5. *Maij.*
Antonius à Segobia. Confeſſ. Aquis. 1. *April.*
Antonius Segobienſis, Confeſſ. Guadalfagiaræ. 19. *Decembr.*
Antonius Senenſis, Confeſſ. Scarlini. 30. *Ianuar.*
Antonius Sobrinus, Confeſ. in Hiſpania. 21. *Decemb.*
Antonius à Soſa, Confeſſ. Galdaris. 12. *Octob.*
Antonius à Soto-Maiore: vide à Cruce, ſup.
Antonius à Stronconio, Confeſ. Aſſiſij. 7. *Februar.*
Antonius Sulmonenſis, Confeſ. Sulmonæ. 15. *Octob.*
Antonius Tegrinus, Confeſ. Spoleti. 15. *Maii.*
Antonius Tudertinus, Confeſ. Peruſiæ. 22. *Decemb.*
Antonius à Turno, Martyr, propè Rapiſtanum. 20. *Martij.*
Antonius Valera, Zamorrenſis. 14. *Auguſt.*
Antonius Valiotus, Martyr, in Gallia. 4. *Iunii.*
Antonius Velochius, Confeſ. in Italia. 22. *Septemb.*
Antonius, Vercellenſis, idem.
Antonius de Villa Sancti Ioannis, Confeſſ. Piſis. 29. *Martii.*
Antonius Vrbinus: vide Bartholomæus.
Antonius Wertenſis, Martyr, Brielæ. 9. *Iulij.*
Antonius Zamorrenſis, Confeſſ. Arcubus. 5. *Iulii.*
Antonius de Zuniga: vide à Cruce, ſup.
Apollinaris, Martyr, Arimæ. 31. *Maij.*
Apollinarius Francus, Martyr, in Iapponio. 12. *Sep.*
Apollonia, Pighineſia, Virgo, Volaterræ. 24. *Maij.*
Apollonia, Vidua, Tertiaria, Bononiæ. 12. *Martii.*
Apollonius Aquilanus, Confeſſ. Aquilæ. 30. *Mart.*
Apoſtolus, Confeſſ. Neapoli, Tertiarius. 17. *Septemb.*
Archangela Tardera, Virgo, Tertiaria. 26. *Septemb.*
Archangelus de Agnone, Confeſſ. Hiſtonij. 6. *Iunii.*
Archangelus ab Anſpango, Confeſſ. in Auſtria. 24. *Nouemb.*
Archangelus Calataſimus Confeſ. Alcami. 26. *Iulii.*
Archangelus à Campo-Baſſo, Confeſſ. iuxta Campum-Baſſum. 30. *Nouemb.*
Archangelus à Sauona, Confeſ. in prouincia Romana. 23. *Nouemb.*
Archangelus à Scotia, Confeſ. Teneramundæ. 2. *Auguſti.*
Archangelus à Triuillio, Confeſſ. Maleti. 27. *Feb.*
Arias de Freſno, Confeſ. Muris. 22. *Februar.*
Arnaldus à Baſſacio, Confeſſ. in India Occidentali. 20. *Auguſt.*
Arnaldus Virganuſtus, Martyr, Gordonij. 6 *Iunii.*
Arnoldus, Confeſ. in Vmbria. 17. *Iunii.*
Arnoldus Martyr, in Belgio. 25. *Octob.*
Aſſenſus Saguntinus, Confeſſ. Hondæ, Laicus. 25. *Decemb.*
Athanaſius Mediolanenſis: vide Anaſtaſius, ſup.
Auguſtinus Aſſiſias, Confeſſ. Neapoli. 4. *Octob.*
Auguſtinus Rodericus, Martyr, in nouo Mexico. 28. *Decemb.*
Auguſtinus Volaterranus, Confeſſ. Laicus, Volaterræ. 5. *Iulij.*

B.

Balbina, Aſſiſias, Virgo, Aſſiſij. 11. *Mart.*
Balbina, Virgo, Hiſpelli. 3. *Februar.*
Baldus Eugubinus, Confeſ. in Vmbria. 26. *Iulii.*
Balthaſar, Confeſſ. apud Calabazanos, Laicus. 19. *Octob.*
Balthaſar à Caſtro-nouo, Confeſſ. in Monte-Regali. 25. *April.*
Balthaſar à Clauario, Confeſſ. Binaſchij. 17. *Octob.*
Balthaſar à Florentia, Confeſſ. Florentiæ. 4. *Maii.*
Balthaſar, Martyr, Floridæ. 12. *Maij.*
Balthaſar à Miryaca, Confeſ. Louanij. 14 *Iulii.*
Balthaſar à Plagis, Confeſſ. in Luſitania. 24. *Septemb.*
Balthaſar à Prato, Martyr, Nemauſi. 13. *Nouemb.*
Balthaſar Rauaſchius, idem, qui & à Clauario, ſupra.
Balthaſar à Vigono, confeſſ. apud San-Romulum. 17. *Iulij.*
Baptiſta à Caniano, Confeſſ. Theate. 25. *Iulij.*
Baptiſta à Florentia confeſſ. Camplis. 9. *Mart.*
Baptiſta Heluetius, confeſſ. Aquilæ. 11. *Decemb.*
Baptiſta Mercator, confeſſ. Valentiæ. 6. *Iunii.*
Baptiſta de Rotano, confeſſ. Ilbæ, Laicus. 15. *Iulii.*
Baptiſta, Virgo, Tertiaria, Placentiæ. 13. *Ianuar.*
Barbara, Mediolanenſis, Virgo, Abbatiſſa, Vercellis. 19. *Nouemb.*
Barbara Traueria, Virgo, Valentiæ. 12. *Maii.*
Barbarus conf. Aſſiſij. 14. *Maij.*
Barnabas ab Interamna, confeſſ. in Monte Subatio. 17. *Februar.*
Barnabas, confeſ. Palmæ, Laicus. 27. *Decemb.*
Barnabas à Piſtorio, confeſſ. Romæ, Laicus, 12. *Iulii.*
Barralis, confeſſ. Carcaſſonæ. 8. *Septemb.*
Bartholdus, confeſſ. Ratiſponæ. 13. *Decemb.*
Bartholomæus Agricola, confeſ. Neapoli. 13. *Mart.*
Bartholomæus de Aiano: vide, ab Apona.
Bartholomæus Albizius, vide Piſanus, infra.
Bartholomæus de Anduxar, confeſ. Villæ-Caſtinæ. 1. *Octob.*
Bartholomæus ab Anglario, conf. Empoli. 25. *Maii.*

Bartholomæus Apona, Confeſſ. Peruſiæ. 12. *Auguſt.*
Bartholomæus de Aranda, Confeſſ. Zamorræ. 12. *Iulii.*
Bartholomæus baro, Confeſſ. in Italia, Tertiarius. 3 *Ianuarii.*
Bartholomæus de baſſama, Confeſſor. Nuceriæ. 20. *Auguſt.*
Bartholomæus bergomas, Confeſſ. Mantuæ. 31 *Iulii.*
Bartholomęus Caſtaneus, confeſ. in Maiorica Inſula. 27. *Februar.*
Bartholomæus Catanius, idem.
Bartholomæus à Colle, confeſ. apud Podium-Bonitium. 15. *Martii.*
Bartholomeus, Confeſ. Aluercæ. 29. *Maii.*
Bartholomęus de Eugubio, vide baro, ſup.
Bartholomęus à Fabriano, confeſ. in Aprutio. 9. *Nouemb.*
Bartholomæus à Florentia, confeſ. Scarperiæ. 16. *Decemb.*
Bartholomæus Genectar, Martyr, Ciuitatulæ. 6. *Maij.*
Bartholomæus Guadalupenſis, confeſſ. Montiliæ. 21. *Februar.*
Bartholomæus Inſulanus, conf. Myrtili. 27. *Decēb.*
Bartholomæus Siccardus, conf. in Gallia. 8. *Iulii.*
Bartholomæus Lucenſis, conf. Capriolæ. 11. *Mart.*
Bartholomęus à Luciano, conf. Mediolani. 6. *Ianuar.*
Bartholomæus Martinozzius, Martyr, apud Cayrum. 30. *April.*
Bartholomæus à Middelburgo, conf. Vltraiecti. 11. *April.*
Bartholomæus à Montaluano, confeſ. in Sicilia. 27. *Maii.*
Bartholomæus de Offida, confeſ. in Monte Sancto. 26. *Decemb.*
Bartholomeus Piſanus, conf. Piſis. 4. *Nouemb.*
Bartholomæus Puccius-Franciſcus, conf. in Monte Politiano. 6. *Maij.*
Bartholomęus Ruys, confeſ. Micaguayani. 22. *Dec.*
Bartholomæus à ſancta Anna, conf. in territorio Toletano. 18. *Decemb.*
Bartholomæus à ſancta Marina, confeſ. Orihuelæ, Laicus. 13. *Decemb.*
Bartholomeus à Soluthio, confeſſ. Romæ. 15. *Nouemb.*
Bartholomæus à Victoria, confeſ. Cæſar-Auguſtę, Laicus. 27. *April.*
Bartholomæus Vrbinas, confeſ. Patauij. 7. *Aug.*
Bartholomæus de Yano: vide de Apona.
Bartholus, conf. apud Caſtrum San-Geminiani. Tertiarius. 13. *Decemb.*
Beatrix Virgo, Mediolani. 15. *Ianuar.*
Beatrix Aſſiſias, virgo, Aſſiſij. 25. *Ianuar.*
Beatrix à Bellomonte, virgo, Granatæ. 11. *April.*
Beatrix à Cruce, virgo, Abbatiſſa, Beluiſij. 6. *Febr.*
Beatrix Gerao, virgo, Lorcæ, Tertiaria. 18. *Decemb.*
Beatrix de Gueuarra, virgo, Areuali. 8. *Iunii.*
Beatrix Hermoſylla, virgo, Pinciis, Tertiaria. 2. *Martii.*
Beatrix à Rayneriis, Venetiis. 10. *Septemb.*
Beatix à Ruſconibus, Mediolani, Tertiaria. 16. *Martii.*
Beatrix à ſancto Franciſco, vidua, Villę-Longæ, Tertiaria. 15. *Nouemb.*
Beatrix à Slua, virgo, Toleti. 16. *Auguſt.*
Belirgerius de Monte-acuto, conf. Genuę. 31. *Iann.*
Belingerius de Monticulo, idem.
Bencaſa, Tudertinus, conf in Gallæcia. 16. *Septemb.*
Benedicta, virgo, Abbatiſſa, Aſſiſij. 19. *Octob.*
Benedictinus à Gauoraccio, conf. Mugelli. 20. *Decēb.*
Benedictus Aretinus, conf. Aretij. 31. *Auguſt.*
Benedictus Camers, conf. Peruſiæ. 22. *Decemb.*
Benedictus à Cansfeldio, conf. Pariſiis. 21. *Nouemb.*
Benedictus à Cogolutho, conf. Guadalupæ. 11. *Maii.*
Benedictus, confeſ. in Italia. 18. *Maii.*
Benedictus, Conchenſis, conf. Caglioſæ. 23. *Decem.*
Benedictus Cremonenſis, confeſ. Agnonis. 30. *Decemb.*
Benedictus, conf. Erfordiæ. 5 *Nouemb.*
Benedictus Florentinus, conf. Florentiæ. 6. *Septemb.*
Benedictus à Gauoraccio: vide Benedictinus, ſup.
Benedictus à Grætio, conf. in Italia. 26. *Iunii.*
Benedictus Hortolanus, conf. Volaterræ. 19. *Septemb.*
Benedictus Hydropicus, conf. Bulcanij. 11. *Mart.*
Benedictus à Mugello, confeſ. Florentiæ, Laicus. 3. *Martii.*
Benedictus Niger, conf. Panormi. 25. *Ianuar.*
Benedictus de Piratro, conf. in Italia. 28. *Octob.*
Benedictus de Regno Apuliæ, Martyr, Bidinij. 12. *Februar.* §. 1.
Benedictus à ſancto Fratello: vide Niger, ſup.
Benedictus à ſancto Lorino: vide Hortolanus, ſup.
Benedictus à ſancto Torquatio, confeſ. Compluti. 26. *Octob.*
Benedictus à Valentia, conf. Barcinone. 15. *April.*
Beneuenuta Anconenſis, vidua, in Picœno, Tertiaria. 9. *Ianuar.*
Beneuenuta, virgo, Aſſiſij. 29. *Ianuar.*
S. Beneuenutus, Auximanus Epiſcopus, Auximi. 22. *Martii.*
Beneuenutus Eugubinus, confeſ. Corneti, Laicus. 27. *Iunii.*
Beneuenutus, confeſ. Mantuæ, Laicus. 30. *Iulii.*
Beneuenutus, conf. Recaneti, Laicus. 5. *Februar.*
Benignus Romanus, confeſ. Panormi, Laicus. 26. *Martii.*
Bentiuola, conf. San-Seuerini. 25. *Decemb.*
S. Berardus, Martyr. Marrochiæ. 16. *Ianuar.*
Berengaria, virgo, Abbatiſſa, Villæ-Comitis. 23. *Decemb.*
Berengarius-Bertrandus-Raymundus, conf. Monpeſſulani. 30. *Ianuar.*
Bernardina Antonij, virgo, Abbatiſſa, Fulginij. 25. *Mart.*
Bernardina à Monte-Maiore, virgo, Villæ-nouæ Infantium, Tertiaria. 21. *Septemb.*
Bernardina à Rota, Veaz, Tertiaria. 4. *Octob.*
Bernardinus ab Aluernia, qui & Mandela, infra.
Bernardinus ab Areuallo, confeſ. Tribuli. 24. *Auguſt.*
Bernardinus Aſtenſis, conf. Romæ. 12. *Maii.*
Bernardinus Biarenſis, conf. Loreti. 11. *Decemb.*
Bernardinus à Bibiena, conf. Lucæ. 15. *Maii.*
Bernardinus de Buſtis, conf. Malegnani. 8. *Maii.*
Bernardinus Caimus, conf. Varalli. 9. *Februar.*
Bernardinus à Caſtro-Viridi, conf. apud Hornacuelos. 4. *Maii.*
Bernardinus à Conceptione, confeſ. Aguacatlani. 11. *Octob.*
Bernardinus à Feltro, conf. Papiæ. 28. *Septemb.*
Bernardinus à Foſſa, confeſ. Ocræ. 29. *Nouemb.*
Bernardinus Georgius, conf. Rhegij. 21. *Decemb.*
Bernardinus à Gualdo, confeſ. Peruſiæ. 24. *Septemb.*
Bernardinus à Laredo: vide Bernardus.
Bernardinus à Mandela: vide Bernardus, infra.
Bernardinus Marmoreus, conf. 11. *Octob.*

Bernardinus

Digitized by Google

Bernardinus Molmerius, Martyr, in Aquitania. 24. *Mart.*
Bernardinus à Neto, confeſ. Neti. 1. *April.*
Bernardinus à Nuceria, confeſ. in Apulia. 14. *Nou.*
Bernardinus Peruſinus, confeſſ. Puteolis. 29. *Iulii.*
Bernardinus Polonus, confeſ. Coſtenij. 14. *Septemb.*
Bernardinus à Porſena, conf. San-Seuerini. 23. *Mart.*
Bernardinus à Prauoli, confeſ. Pini. 6. *Decemb.*
Bernardinus Randanus, conf. in Calabria. 10. *Ianuar.*
Bernardinus Rhegienſis, vide Bernardinus Georgius, ſupra.
Bernardinus à Riuo-nigro, confeſ. Sergnij. 22. *Sept.*
Bernardinus Saguntinus, confeſ. in India Occidentali. 23. *Octob.*
Bernardinus Scarlatenſis: vide Bernardus, infra.
S. Bernardinus Senenſis, Confeſ. Aquilæ. 20. *Maii.*
Bernardinus Tomitanus, qui & à Feltro, ſup.
Bernardinus à Turrigio, confeſſ. Guadalaxaræ. 27. *Decemb.*
Bernardus Antichus: vide Fabrianens.
Bernardus Auximanus, Confeſſ. in Italia. 28. *Maii.*
Bernardus Boerinus, Martyr, San-Macharij. 28. *Septemb.*
Bernardus Bertrandus Coſinus, Martyr, in India Orientali. 19. *Ianuar.*
Bernardus Dalencus, Martyr, San-Macharij. 28. *Septemb.*
Bernardus Echeſius, Confeſſ. Palci. 7. *Septemb.*
Bernardus à Fabriano, confeſ. Camerini. 5. *Auguſt.*
Bernardus Foroſempronienſis, confeſ. Maceratæ, Laicus. 31. *Martii.*
Bernardus à Fraxineto, confeſ. Cæſar-Auguſtanus Archiepiſcopus, Fraxineti. 18. *Octob.*
Bernardus Hungarus, idem, qui à Mandela.
Bernardus Geneſius, Martyr, San-Macharij. 28. *Septemb.*
Bernardus à Laredo, Confeſſ. Valuerdæ, Laicus. 16. *April.*
Bernardus à Mandela, confeſſ. Aluernæ, Laicus. 3. *April.*
Bernardus, Confeſſ. Maſſæ. 15. *Octob.*
Bernardus ab Offida, Confeſſ. in Picœno. 6. *Iunii.*
Bernardus à Quintaualle, confeſ. Aſſiſij. 10. *Iulii.*
Bernardus à ſancto Ioanne, conf. Badeiocij. 4. *Iunii.*
Bernardus Scarlatenſis, conf. Florentiæ. 12. *Mart.*
Bernardus à Turga, Martyr, San-Macharij. 28. *Septemb.*
Bernardus Viridantius, conf. Aſſiſij. 11. *Iunii.*
Bertholdus: vide Bartholus, ſup.
Bertrandus à Baiona, conf. vide à Turre, infra.
Bertrandus Berengarius, qui & Berengarius, ſup.
Bertrandus à Bollega, conf. Arelate. 7. *Septemb.*
Bertrandus à Lazanoba, Martyr, Ortenſij. 17. *Octob.*
Bertrandus à Turre, Epiſcopus Tuſculanus, Cardinalis, Auenione. 30. *Iulii.*
Beta Reytenſis: vide Eliſabetha, infra.
Blancha, Henriquez, virgo Palentiæ. 5. *Maii.*
Blancha, virgo Regia, Francica, Longi-Campi. 26. *April.*
Blancha, vidua, Regina Franciæ, Pariſiis, Tertiaria. 30. *Nouemb.*
Blaſius confeſſ. Safræ, Laicus. 17. *Auguſt.*
Blaſius Aquilanus, conf. Ortonæ. 27. *Iunii.*
Blaſius à Caneta, conf. Setabi. 31. *Mart.*
Blaſius à Comite, Conf. 6. *Februar.*
Blaſius Lithuanus, conf. Bidgoſtiæ. 13. *Decemb.*
Blaſius de Monte, conf. Guadalfagiaræ. 19. *Iulii.*
Blaſius Palominus, Martyr, Molucis. 6. *Ianu.*
Blaſius Rodericus, Martyr, Floridæ. 8. *Septemb.*
Blaſius à Villalua, confeſ. Murçiæ. 13. *Auguſt.*
Boguſlaus Martyr, Samboriæ. 15. *Maii.*
Boixus, confeſ. Barcinone. 13. *Maii.*
Bona, virgo, Lezigniani. 26. *Octob.*
Bona, virgo, Piſis. 24. *April.*
Bona, vidua, Podij-Bonitij, Tertiaria. 5. *Auguſt.*
Bonacura, confeſ. Fabriani. 20. *Maii.*
Bona-Gratia, confeſ. Auenione. 2. *Mart.*
Bonauentura ab Agrigento, conf. in Sicilia, Laicus. 16. *Octob.*
Bonauentura ab Antredocho, virgo, Aquilæ. 24. *Iunii.*
S. Bonauentura à Balneo-Regio, Epiſcopus Albanenſis, Cardinalis, Lugduni. 14. *Iulii.*
Bonauentura Brochartus, conf. Carcaſſonæ. 6. *Iunii.*
Bonauentura de Collo-obtorto, confeſſ. Moroni. 23. *Septemb.*
Bonauentura, confeſ. Laicus Baſtiæ. 18. *April.*
Bonauentura Duiſco, Martyr, Tertiarius, Nangazachi. 5. *Febr.*
Bonauentura Firmanus, conf. Firmi. 18. *Septemb.*
Bonauentura Lithuanus, Martyr, Poloci. 21. *Maii.*
Bonauentura Melitenſis, confeſſ. Iulianæ. 27. *Octob.*
Bonauentura à Monte Regali, confeſſ. Spoleti. 20. *Auguſt.*
Bonauentura à Raticina, confeſ. Thurij, Laicus. 25. *Februar.*
Bonauentura Rhegienſis, confeſ. Scapetiani. 7. *Septemb.*
Bonauentura Roo, Martyr, in Anglia. 9. *Aug.*
Bonauentura Velitrenſis, confeſſ. Romæ, Laicus. 13. *Februar.*
Bona-vita, confeſſ. apud Lugum. 1. *Martii.*
Bonifacius à Riparolo, confeſſ. Genuæ. 10. *Iunii.*
Bonifacius de Senis, confeſ. in Italia. 8. *Februar.*
Bonitius Volaterranus, confeſ. in Tuſcia, Tertiarius. 11. *Iulii.*
Bonizus, confeſ. Bononiæ. 17. *Auguſti.*
Bonocontrus, confeſſ. Caſtri Rodulphi. 11. *Septemb.*
Bonromæus de Bonromæis, conf. in Tuſcia. 14. *Iulii.*
Brigitta Gonzalez, virgo, Veaz, Tertiaria. 15. *Octob.*
S. Brigitta, virgo, Romæ, Tertiaria. 23. *Iulii.*
Brunus à Colle, confeſ. Tertiarius, in Italia. 22. *Decemb.*

C.

CÆcilia Caccia-guerra, virgo, Aſſiſij. 14. *Iunii.*
Cæcilia Coppoli, virgo, Abbatiſſa, Foro Flaminij. 2. *Ianuar.*
Cæcilia à Cotiniola, virgo, Mortarij. 9. *April.*
Cæcilia Gonzaga, virgo, Mantuę. 23. *Sept.*
Cæcilia Volaterrana, virgo, Volaterræ. 30. *Octob.*
Camilla Pia, virgo, Carpi. 26. *Iulii.*
Campagnus, idem ac Compagnus, infra.
Candidus Ranceius, confeſſ. San-Georgij. 27. *Aug.*
Cannacius à Ruuerche, Martyr, in Hybernia. 14. *Septemb.*
S. Carolus Borrhomęus, Mediolanenſ. Archiepiſcopus, Cardinalis. 4. *Nouemb.*
Carolus à Dendano, conf. in Italia, Tertiarius. 17. *Septemb.*
Carolus Luſachius, Martyr. Gordonij. 6. *Iunii.*
Carolus à Monte-Feltro, confeſ. Feſſulis, Tertiarius. 24. *Nouemb.*
Carolus à Monte-Granello, confeſſ. in Italia, Tertiarius. 7. *Septemb.*
Cæſar Pergamus, confeſſ. Romæ. 20. *Nouemb.*

Digitized by Google

Cæſarius Spirenſis, confeſ. in Italia. 1. April.
Caſildes Calderonia, virgo, Veroladi. 14. Maij.
Caſulla, conf. Bilbili. 19. April.
Catellanus, Martyr, Valentiæ Allobrogum. 11. Feb.
Cathalanus, confeſ. Auximi. 6. Decemb.
Catharina de Angelis, Virgo, Gienni. 1. Ianuar.
Catharina de Angelis, virgo, Palmæ. 4. Decemb.
Catharina Aluarez, virgo, Alcazarij, Tertiaria. 1. Septemb.
Catharina Bononienſis, virgo, Abbatiſſa, Bononiæ. 9. Martii.
Catharina Ciaulina, virgo, Tertiaria. 9. Ianuar.
Catharina à Columna, virgo, Bellalcazari. 17. Iunii.
Catharina Euangeliſta, virgo, Abbatiſſa, Daimieli, Tertiaria. 14. Nouemb.
Catharina Franciſca Cerina Nouariæ, 31. Decemb.
Catharina Gonſalua, virgo, apud Calabazanos. 27. Nouemb.
Catharina à Gueuarra, virgo, Conchæ. 8. Iunij.
Catharina à Gueuarra, virgo, Tordeſylarij. 7. Nouemb.
Catharina de Ieſu, virgo, Beatię. 9. Iulii.
Catharina Lopetia, vidua, Viſei, Tertiaria. 15. Maii.
Catharina à Magdalena, virgo, Abbatiſſa, Beluiſij. 14. Iulii.
Catharina Mediolanenſis, vidua, Tertiaria, Modoetiæ. 29. Octob.
Catharina à Mendoza, virgo, Aſtudilij. 19. Mart.
Catharina Menriquia, virgo, apud Calabazanos. 9. Iunii.
Catharina de Ornelas, virgo, Plaiæ. 26. Iunii.
Catharina de Pazzis, virgo, Florentiæ. 25. Aug.
Catharina de Porta, virgo, apud Culmina Maiora. 15. Iulii.
Catharina Queuada, virgo, apud Calabazanos. 18. Septemb.
Catharina de Quadia, virg. Tertiaria Vlmeti. 13. Aug.
Catharina à Regibus, virgo, Palmæ. 13. Ianuar.
Catharina, Regina Boſnæ, Romæ, Tertiar. 25. Octob.
Catharina Rodriguez, virgo, Beatiæ. 17. Ianuar.
Catharina Ruiz, virgo, Villæ-nouæ Infantium, Tertiaria. 3. Ianuar.
Catharina de Salazar, virgo, Conchæ. 13. April.
Catharina à ſancta Clara, virgo, Beatiæ. 10. Iulii.
Catharina à ſancto Gabriele, virgo, Bellalcazarii. 3. Aug.
Catharina de San Millan, virgo, Segouiæ. 1. Feb.
Catharina à ſancto Paulo, Conchæ. 28. Ianuar.
Catharina Soliſia, virgo, Tordeſyllarij. 28. Octob.
Catharina Tortolez, virgo, Palentiæ. 10. Nouemb.
Catharina Veaz, virgo, Villæ-Comiti. 18. Octob.
Catharina à Valente, virgo, Fulginij. 27. Octob.
Catharina à Vino, Tertiaria, in Apulia. 24. Octob.
Catharina Zolleria, virgo, Abbatiſſa, Bambergæ. 21. Mart.
Chariſſimus, confeſ. Venetiis. 14. Decemb.
Cherubinus Bergomas, confeſ. Campi-Baſſi. 6. Februar.
Cherubinus à Ciuitella, Martyr, Surrenti. 12. Maii.
Cherubinus Meſſanenſis, confeſ. Taurominij. 22. Martii.
Cherubinus à ſancta Lucia, confeſ. Agrigenti. 30. Auguſti.
Cherubinus à Spoleto, conf. Spoleti. 4. Auguſt.
Cherubinus Torniellus, conf. Triuili. 27. Iunii.
Chriſtiana, virgo, Aſſiſij. 21. Ianuar.
Chriſtianus à ſancto Donato, conf. Viſcarij, Laicus. 30. Maii.
Chriſtianus Sui, Martyr, Treuiris. 10. Februar.
Chriſtina: vide Chriſtiana, ſup.
Chriſtina à S. Cruce, Valliſerij, Tertiaria. 10. Mart.
Chriſtophorus Alcazera, conf. apud Montem-Maiorem. 24. Octob.
Chriſtophorus Brauus, confeſ. Caſtellæ Veteri. 26. April.
Chriſtophorus de Cabezuelas: vide à Roſario, infra.
Chriſtophorus à Campo-Baſſo, confeſ. Hiſtonij. 14. Auguſt.
Chriſtophorus Cathaneus, confeſ. in Ciuitatenſi vrbe. 5. April.
Chriſtophorus, conf. Cathurci. 31. Octob.
Chriſtophorus Criuellus, confeſ. Lucæ, Laicus. 12. Februar.
Chriſtophorus Mediolanenſis, confeſ. Vigleuani. 5. Martii.
Chriſtophorus à Modoetia, confeſ. Mediolani. 18. Nouemb.
Chriſtophorus Papienſis, confeſſ. Biturgiæ, Laicus. 5. Februar.
Chriſtophorus Penenſis, conf. Vrſſuniæ 17. Decemb.
Chriſtophorus Plateanus, conf. Valentiæ. 15. Octob.
Chriſtophorus à Roſario, conf. in Hiſpania. 15. Iulii.
Chriſtophorus Ruitius, conf. Mexici. 25. Mart.
Chriſtophorus à ſancta Clara, Martyr, Londini. 1. Nouemb.
Chriſtophorus à Toleto, conf. Hiſpali. 7. Nouemb.
Chriſtophorus à Variſio, conf. Mediolani. 26. Septemb.
Chriſtophorus à Zamorra, conf. Tullæ. 16. Mart.
Chunegundes, virgo, Sandeciæ. 14. Iulii.
Clara de Aquilatiis Arimini. 21. Februar.
S. Clara Aſſiſias, virgo, Abbatiſſa, Aſſiſij. 12. Aug.
Clara Barcinonenſis, virgo, Barcinone. 17. Septemb.
Clara Builia, virgo, Valentiæ. 6. Octob.
Clara à Catana, virgo, Panormi, Tertiaria. 19. April.
Clara Firmana, Anconæ. 14. Februar.
Clara Fulginas, virgo, Fulginij, Tertiar. 8. Decemb.
Clara Mantuana, virgo, in Italia. 23. Nouemb.
Clara Martinez, Vidua, Villæ-Sillos, Tertiaria. 3. April.
Clara à Monte-Falcone, virgo, Abbatiſſa, Tertiaria, ibid. 17. Auguſt.
Clara Paluia, virgo, Volaterræ. 14. Octob.
Clara à ſancta Cruce: vide Sancia Regina.
Clara Roderica, virgo, Brigantij. 21. Nouemb.
Clara Sancia, infra Sancia Regina.
Clara Serrana, virgo, Illiturgi. 4. Maii.
Clara de Vbaldinis, vidua, Abbatiſſa, Florentiæ. 27. Februar.
Clara Veneta, virgo, Venetiis. 28. April.
Clara Viterbienſis: vide Roſa, infra.
Claudia à Corceyo, Virgo, Abbatiſſa, Poliniaci. 8. Auguſt.
Claudia Meancia, virgo, Gebennę. 18. Auguſt.
Claudius, confeſ. in Gallia Narbonenſi. 12. Mart.
Claudius-Gabriel, Faber, Lunelli. 1. Mart.
Claudius Giraldus, confeſ. Charreriæ. 7. Maii.
Claudius Mocardetus, Martyr, Inſulę. 24. Aug.
Claudius Moncaretus, idem.
Claudius Reignatus, confeſ. Inſulę. 25. Maii.
Claudius Roletus, Martyr, ad Vogeſum Montem. 3. Maii.
Clemens, confeſ. Aluernæ. 5. Auguſt.

Clemens

Digitized by Google

Clemens à Caponibus, Confeſſ. Feſſulis; Laicus. 25. *February.*
Clemens Galloys, Martyr, in Gallia. 25. *Martii.*
Coletta Auſtriaca, virgo, in Germania. 4. *Iunij.*
Coletta Boyletta, Virgo, Abbatiſſa, Gandaui. 6. *Mart.*
Coletta Doyſéler, virgo, Auxoniæ. 19. *Iulij.*
Colinus, Confeſſ. Spiræ. 20. *Decemb.*
Compagnus, Confeſſ. Recaneti. 6. *Februar.*
S. Conceptio immaculata Deiparæ, Virginis. 8. *Decemb.*
Concordia, virgo, Nouariæ. 1. *Auguſt.*
Conradus de Alliis, Martyr, in Palæſtina. 3. *Decembris.*
Conradus, Confeſſ. Aſculi. 19. *April.*
Conradus, Confeſſ. Hildeſemij. 20. *Decemb.*
Conradus, Confeſſ. Marpurgi. 3. *Nouemb.*
Conradus, Confeſſ. apud Netinos, Tertiarius. 19. *Februar.*
Conradus, Martyr, in Pruſſia. 2. *Nouemb.*
Conradus de Offida, Confeſſ. in Romana Inſula. 12. *Decemb.*
Conradus Probus, Epiſcopus Tullenſ. 21. *Aug.*
Conradus de Saxonia, Martyr, apud Montes Calpios. 5. *April.*
Conradus Spoletanus, Confeſſ. in Picœno. 19 *Maii.*
Conradus à Stongle, Confeſſ. Kiriis. 17. *April.*
Conſecratio Eccleſiæ Aſſiſiatenſis. 20 *April.*
Conſtantia à Caſtro, Vidua, Viueri, Tertiaria. 14. *Iunij*
Conſtantia, Virgo, Florentiæ. 17. *Decemb.*
Conſtantia Velaſquez, Vidua, Conſtantinæ. 3. *Decemb.*
Conſtantia, Vidua, Regina Siciliæ. 17 *Iulij.*
Conſtantius à ſancto Conſtantio: idem cum Ioanne à ſancto Conſtantio, infra.
Cornelius Batauodurus, Martyr, Brielæ, Tertiarius. 9. *Iulij.*
Cornelius Dunenſis Epiſcopus, & Martyr, Dublinij. 1. *Februar.*
Cornelius Muſſius, Martyr, Leydæ. 8. *Septemb.*
Cornelius à Platea, Martyr, Enchuſiæ. 25. *Iunii.*
Cornelius à Zirichzea, Confeſ. Antuerpiæ. 21. *Febr.*
Coſmas Tagnia, Martyr, Naganzachi, Tertiarius. 5. *Februar.*
Coſmas à ſancto Damiano, Martyr, Hieroſolymis. 15. *Auguſt.*
Coſmus à ſancto Franciſco, idem
Creſcens-Bene, Confeſſ. Fabriani. 13. *Octob.*
Curca, Confeſſ. Laicus, Hybernus. 13 *Decemb.*
Cyprianus de Villalmiel, Confeſſ. Gattæ. 1. *Ianuarii.*

D.

DAmianus à Campanea, Confeſſ. ibid. 28. *Iunij.*
Damianus Carrarienſis, Confeſſ. Cremonæ. 20. *Decemb.*
Damianus, Confeſ. Fabriani. 5. *Iulij.*
Damianus Patauinus, idem ac Carrarienſis, ſup.
Damianus à Ripa, confeſ. propè Theatem, Laicus. 28. *Nouemb.*
Damianus Valentinus, Martyr, in Africa. 2. *Aug.*
Daniel Arendock, Martyr, Enchuſiæ. 25. *Iunii.*
S. Daniel, Martyr, apud Ceptam in Mauritania. 13. *Octob.*
Daniel, Italus, confeſ. Guadalfagiaræ, Laicus. 28. *Februar.*
Daniel, à Nimbro, confeſ. Bergomi. 6. *Iunii.*
Dauid, Confeſſ. Auguſtæ Vindelicorum. 11. *Nouemb.*
Dauid, confeſ. Neapoli. 4. *Auguſt.*
Delphina, Virgo, Vidua, Aptæ, Tertiaria. 26. *Nouemb.*
Delphina, Vidua, Barcinone. 6. *Iunii.*
Demetrius, Inſuber, confeſ. Spoleti. 21. *April.*
Demetrius, Martyr, Tamnæ. 9. *April.*
Deodatus, confeſ. Toleti. 19. *Nouemb.*
Dermitius Mulronius, Martyr. 21. *Martii.*
Deſiderius Lotharenus, confeſ. in Gallia. 17. *Nouembris.*
Deſponſatio Virg. Mariæ, Hieroſolymis. 8. *Martij.*
Didacus de Abuſeio, confeſ. Orapeſſæ. 18 *Auguſt.*
Didacus Arias, confeſ. Carnotæ. 17. *Iulij.*
Didacus Barahona, confeſſ Saliceti. 3. *Februar.*
Didacus Carrera, confeſ. Elchij. 22. *Ianuar.*
Didacus Diſcalceatus, confeſ. Carinienæ. 22. *Maii.*
Didacus Dux, confeſ. Guadalfagiaræ. 16 *Octob.*
Didacus Guſmanus, Confeſ. Calpe. 29. *Martij.*
Didacus Hernandez, confeſ. Badeiocij. 5 *Iunij.*
Didacus Landa, Epiſcopus Iucatanenſis, Iucatani. 6. *Auguſt.*
Didacus Lucenſis, Confeſſ. Salmanticæ, Laicus. 10. *Nouemb.*
Didacus à Luminibus, confeſſ Toleti. 13 *Auguſt.*
Didacus Maculatus, confeſ. Arenis. 16 *Februar.*
Didacus, Martyr, Gebennæ. 31. *Decemb.*
Didacus Millanus, confeſ. Alconcelij. 3. *Nouemb.*
Didacus Minor, confeſ. Roſarij. 26. *Decemb.*
Didacus à Monte, confeſſ Alburquerquij. 17. *Octob.*
Didacus à Motyca, Laicus, confeſſ. Motycæ. 29. *Auguſt.*
Didacus Mugnoſius, Martyr, Gomeræ. 30. *Aug.*
Didacus, confeſſ. Murciæ, Laicus. 4 *Iunii.*
Didacus Olartes, confeſſ. Populæ. 18 *Septemb.*
Didacus Peregrinus, conf. Caſtaneæ. 22. *Iunii.*
Didacus Saffranus, confeſ. Beluiſij. 13. *Octob.*
Didacus à ſancta Maria, confeſ. Augnonij. 25. *Decembris.*
Didacus à ſancto Martino, confeſ. Madriti, Laicus. 20. *Maij.*
Didacus à ſancto Alexio, confeſ. Laicus. 17. *Aug.*
S. Didacus à ſancto Nicolao, confeſ. Compluti, Laicus. 12. *Nouemb.*
Didacus à Sazedo, confeſſ. Pennerandæ, Laicus. 11. *Septemb.*
Didacus à Sinagra, confeſſ. in ciuitate S. Philippi. 29. *Decemb.*
Didacus à Solozarno, conf. Tauri. 24. *Decemb.*
Didacus à Stunica, confeſ. Turri-Lacunæ. 7. *Decembr.*
Didacus Villa-lonius, confeſ. Liuiæ. 17. *Iunii.*
Didacus Villa-nouanus, confeſ. in Monte Moncario, Laicus.
Didacus Ximenes, confeſ. Villæ nouæ Infantium. 6. *Iunij.*
S. Dionyſius Areopagita, Martyr, Pariſienſ. Epiſcopus, Lutetiæ. 9 *Octob.*
Dionyſius, Martyr, Cumanę, Laicus. 27. *Octob.*
Dionyſius Pontanus, Martyr, Ebroicis. 23. *April.*
Domicilla de Falconinis, virgo, Volaterræ. 30. *Auguſt.*
Dominicus Beraldus, Martyr, Tarbiæ. 14. *Martij.*
Dominicus Bononienſis, Confeſſ. in Tuſcia. 16. *Iulij.*
Dominicus à Calabria, Confeſſ. Nicoteræ. 27. *Decembris.*

Dominicus Campenſis, confeſ. Florentiæ, Laicus. 25. *Nouemb.*
Dominicus à Caſtellione Florentino, confeſſ. Florentiæ, Laicus. 8. *Nouemb.*
Dominicus à Frontera, Confeſ. in Hiſpania, Laicus. 6. *Iulii.*
Dominicus Gallartus, confeſ. Valentiæ. 18. *Maii.*
Dominicus Genuenſis, confeſſ. Theate. 8. *Deceb.*
Dominicus Godardus, Martyr, Sagij. 24. *Martij.*
Dominicus, Hungarus, Martyr. 22. *Auguſt.*
Dominicus à Leone: vide à Leoniſſa.
Dominicus à Leoniſſa, conf. Vrbini. 20. *April.*
Dominicus Martyr, Polonię. 21. *Mart.*
Dominicus Melitenſis, confeſ. Neeti, Laicus. 1. *Februar.*
Dominicus, Martyr, Africæ. 16. *Septemb.*
Dominicus à Padua, confeſ. in Italia. 13. *Aug.*
Dominicus à ſancto Iuliano, confeſſ. Camignæ. 14. *April.*
Dominicus Surianus, confeſ. Fulginij. 25. *Iulij.*
Dominicus, confeſ. San-Marini. 27. *Ianuar.*
Domitilla, virgo, Romę. 16. *Feb.*
Donatus Aquitanus, Martyr, Hieroſolymis. 11. *Nouembris.*
Donatus à Ferraria, Confeſſ. apud Caſtrum Florentinum. 24. *Octob.*
Donatus Hinrecan. & ſoc. Martyr, Ardferti. 20. *Iulii.*
Donatus, Confeſ. Neapoli. 29. *Mart.*
Donatus Ruthenenſis, idem cum Aquitano, ſup.
Donatus Vrbinas, Confeſſ. Vrbini. 24. *Iulii.*
S. Donulus, Martyr, apud Cęptam in Mauritania. 13. *Octob.*
Dorothæa Liſſonia, Virgo, Mediolani. 11. *Septemb.*
Drodo, Confeſ. Viennæ. 6. *Decemb.*
Dulcelina, virgo, Marſiliæ, Tertiaria. 29. *Octob.*
Dulcina, eadem.

E.

Electus, Confeſ. Aſſiſij. 6. *Decemb.*
Electus, Confeſ. Aurelianis. 24. *Septemb.*
Electus, Confeſ. Bremæ. 26. *Maii.*
Electus, Confeſ. Cœnomanis. 21. *Februar.*
Electus, Confeſſ. Meſſanę. 26. *Ianuar.*
Electus, Confeſ. Narbonę, Laicus. 6. *Ianuar.*
Electus, Confeſſ. Nuſſiæ. 8. *Septemb.*
Electus, Confeſ. Rilonij. 2. *April.*
Electus, Confeſ. Rilonij. 3. *Nouemb.*
Electus, Confeſ. Romæ. 29. *Maii.*
Electus, Confeſ. in Saxonia. 25. *Februar.*
Electus, Confeſ. in Saxonia. 2. *Decemb.*
Electus, Martyr, Africæ. 16. *Septemb.*
Electus, Martyr, in Morea, Laicus. 1. *Iulii.*
Eliſabeth ab Annuntiatione, Virgo, Abbatiſſa, in ciuitate Portuenſi. 23. *Maii*
Eliſabeth à Francia, quæ & Iſabella, infra.
Eliſabeth à Gonſalua, virgo, Granatæ. 5. *Ianuar.*
S. Eliſabeth ab Hungaria, Vidua, Marpurgi, Tertiaria. 19. *Nouemb.*
Eliſabeth Lopetia, Vidua, Villæ-nouæ, Tertiaria. 27. *Septemb.*
Eliſabeth Malateſta, Vidua, Vrbini. 12. *Octob.*
Eliſabeth à Nauarra, Virgo, Albiæ. 11. *Iunij.*
Eliſabeth Oſoria, in Hiſpania. 6. *Nouemb.*
Eliſabeth Peralta, Virgo, Segobiæ. 6. *Iunii.*
Eliſabeth Polona, Vidua, Tertiaria, Budæ. 29. *Dec.*
Eliſabeth Pontia, Vidua, Lorcæ, Tertiaria. 30. *April.*
S. Eliſabeth, Portugalliæ Regina, Vidua, Conimbriæ, Tertiaria. 4. *Iulii.*
Eliſabeth Reytenſis, Virgo, Vaaltſeeni, Tertiaria. 7. *Ianuar.*
Eliſabeth de Rota, Villæ-Nouæ Infantium, Tertiaria. 5. *April.*
Eliſabeth à ſancta Cruce, Villæ-nouæ, Tertiaria. 15. *Decemb.*
Eliſabeth à ſancto Franciſco, virgo, Villæ-Comitis. 16. *Decemb.*
Eliſabeth à ſancto Hieronymo, virgo, Santareni. 29. *Nouemb.*
Eliſabeth à ſancto Iacobo, virgo, Montiliæ. 3. *Nouemb.*
Eliſabeth à ſancto Ludouico, Virgo, Villæ-Comiti. 7. *Iunii.*
Eliſabeth à Turre, virgo, Burgis. 6. *Maii.*
Eliſabeth Verdugo, Virgo, Areuali, Tertiaria. 5. *Iunii.*
Eliſabeth, Virgo, Ameriæ. 4. *Februar.*
Eliſabeth, Virgo, Mortarij. 22. *Maii.*
Eliſabeth, Virgo, Panormi, Tertiaria. 4. *Februar.*
Eluira, à Villa-Sicca, Vidua, Abbatiſſa, Hiſpali. 7. *April.*
Elyas à Bourdeilla, Turonenſis Archiepiſcopus, Cardinalis, Turonis. 5. *Iulii.*
S. Elzearius à Sabrano, Confeſ. Pariſiis, Tertiarius. 27. *Septemb.*
Emanuel Lomadas, Confeſ. in Canaria Magna. 26. *Octob.*
Emilliana: vide Humiliana, infra.
Engelbertus Terborgius, Martyr, Enchuſiæ, Laicus. 25. *Iunii.*
Epiphanius, Inſuber, Confeſ. apud Vallem-Aſperam, Laicus. 7. *Iunii.*
Epiphanius, Teutonicus, qui & Inſuber, ſup.
Erecthdus, Confeſ. Magdeburgi. 8. *Iunii.*
Erethfridus, idem.
Eſmalius Vinacrius, Martyr, Montiniaci. 18. *Auguſt.*
Eſporellana, Virgo, Valentiæ. 22. *Decemb.*
Eſtuniga, Confeſ. Barcinonæ. 3. *Iulii.*
Euangeliſta à Cortonio, Confeſ. 2. *Februar.*
Euangeliſta Marcellinus, Conf. Romæ. 3. *Ianuar.*
Euangeliſta à Peruſio, Confeſ. Raguſij. 5. *Aug.*
Euangeliſta à Sublacu, Virgo, Tiburi. 30. *Iulii.*
Eufraſia, Virgo, Abbatiſſa, Vlyſſipone. 5. *Octob.*
Eufraſia Roderica, virgo, Veaz. 15. *Auguſt.*
Eufraſia Roderica, Virgo, Volaterr. 10. *Decemb.*
Eugenia Fœlix, Virgo, Abbatiſſa, Piſauri. 20. *Decembris.*
Euphroſina, Vidua, Biturgiæ, Tertiaria. 15. *Sept.*
Euſebius Anconitanus, Confeſ. Scapetiani. 11. *Ianuar.*
Euſtachius de Curia, Confeſ. in Gallia. 1. *Feb.*
Euſtochium, Vidua, in Sicilia. 17. *Octob.*
Euſtochium, Virgo, Abbatiſſa, Meſſanæ. 22. *Ianuar.*

F.

Felimeus Hara, Martyr, propè Aldam Vrbem, Laicus. 1. *Maii.*
Ferallus, Confeſ. in Hybernia. 26. *Ianuar.*
Ferdinandus Baſſacius, Confeſſ. Tulantzingi. 14. *Septemb.*
Ferdinandus Epiſcopus: vide Fernandus, infra.
Ferdinandus à Leiua, Confeſ. Quauhnoacij, Laicus. 22. *Octob.*
Ferdinandus à Secura, Confeſ. Atoiaquei. 10. *Iulij.*

Fernandus

Fernandus Vaqueyrus, Epiſcopus, Ormuzij. 26. *April.*
Fidelis, ex Sigmaringa, Martyr, in Brecticola Germaniæ. 11. *Iunij.*
Fidentius, Confeſ. Patauij. 31. *Iannar.*
Fœlix Beſuta, Virgo Mediolani. 30. *April.*
Fœlix de Cantalicio, Confeſ. Romæ Laicus. 18. *Maij.*
Fœlix à Meda. Virgo, Abbatiſſa, Piſauri. 30. *Septemb.*
Fœlix Alfana, à Peruſio, Virgo, Abbatiſſa, Romæ. 31. *Maii.*
Fœlix, Virgo, Fulginij. 23. *Auguſt.*
Fœlix Veronenſis, Virgo, Abbatiſſa, Venetiis. 26. *Decemb.*
Foraſterius, Confeſ. Aquis. 16. *Decemb.*
Fortis Vinctus, Martyr, Mauciaci. 7. *Iannar.*
Franca, Virgo, Arimini. 7. *Octob.*
Franciſca ab Andræa, Virgo, Fulginij. 25. *Auguſt.*
Franciſca Baldiuia, Virgo, Illiturgi. 14. *Martii.*
Franciſca de Belen, Virgo, Beluiſij. 28. *Iunii.*
Franciſca à Bracamonte, Virgo, Methymnæ-Campi. 6. *Iulij.*
Franciſca à Burgaro, Virgo, Florentiæ, Tertiaria. 7. *Iulii.*
Franciſca à Claromonte, Virgo, Abbatiſſa, Auenione. 6. *Septemb.*
Franciſca à Collemedio, Virgo, Aſſiſij. 16. *Mart.*
Franciſca à Cruce, Virgo, Abbatiſſa, Antiquæ-Mellariæ. 22. *Nouemb.*
Franciſca Eugubina, Eugubij, Tertiaria. 11. *Febr.*
Franciſca à Fano, Virgo, Piſauri. 30. *Iannar.*
Franciſca Gaſcina, Virgo, Scalonæ. 17. *Iannar.*
Franciſca Gerao, Virgo, Lorcæ, Tertiaria. 18. *Dec.*
Franciſca de Heruas, Virgo, Cordubæ. 24. *Iulii.*
Franciſca à Gueuarra, Virgo, Conchæ. 23. *Febr.*
Franciſca Meſſanæ, infra Franciſceta.
Franciſca Pachieca, Virgo, Scalonæ. 29. *Maii.*
Franciſca Peralta, Virgo, Beatiæ. 1. *Iulii.*
Franciſca Pontia, Virgo, Lorcæ, Tertiaria. 19. *Feb.*
S. Franciſca de Pontianis, Vidua, Romæ, Tertiaria. 9. *Martij.*
Franciſca Rodriguez, Vidua, Veaz, Tertiaria. 20. *Maij.*
Franciſca à ſancta Anna, Virgo, Abbatiſſa, Grinionij, Tertiaria. 5. *Nouemb.*
Franciſca à ſancto Antonio, Virgo, Bellalcazari. 21. *Decemb.*
Franciſca à ſancto Antonio, Virgo, Gienni. 8. *April.*
Franciſca à ſancta Clara, Abbatiſſa, Bellalcazari. 6. *Auguſt*
Franciſca à ſancta Cruce, Virgo, Alazarij, Tertiaria. 21. *Martii.*
Franciſca, Virgo, Aſſiſij. 8. *Iannar.*
Franciſca, Ripę-Limoſanæ, Tertiaria. 22. *Octob.*
Franciſcetta, Virgo, Meſſanæ. 10. *Nouemb.*
Franciſchina, Meſſanæ, eadem.
Franciſchina, Virgo, Eugubij. 4. *Mart.*
Franciſchina Mediolanenſ. Virgo, Abbatiſſa, Mantuæ. 17. *Februar.*
Franciſcus Ægidius, Martyr, Guainambtæ. 4. *Aug.*
Franciſcus Æſinus Confeſ. Peruſiæ. 18. *April.*
Franciſcus de Alalpardo, Confeſſ. Compluti. 30. *Octob.*
Franciſcus de Alexandria, Martyr, Armalech. 24. *Iunii.*
Franciſcus ab Angelis, infra idem Franciſcus Quingnonius.
Franciſcus Antonius, Conf. Valentiæ. 2. *Febr.*
Franciſcus ab Arragonia, Confeſ. Brixiæ. 20. *Iunij.*
Franciſcus Arragonus, Conf. apud Campum Baſſum. 15. *Februar.*
S Franciſcus Aſſiſias, Conf Aſſiſij. 4. *Octob.*
Franciſcus à Bajona, Confeſſ. Corcyræ. 25. *Maii.*
Franciſcus de Barga, Conf. propè Bargam. 19. *Iulii.*
Franciſcus Bazo, Confeſſ. Mantuæ. 18. *Iunij.*
Franciſcus Becarius, idem ac Papienſis, infra.
Franciſcus Belans: vide Ioannes, infra.
Franciſcus Bell. Londini, Martyr. 11. *Decemb.*
Franciſcus à Beluiſio, Confeſ. Coriæ. 4. *Octob.*
Franciſcus Bergomas, Confeſ. in Italia. 20. *Decemb.*
Franciſcus Blanco, Martyr, Naganzachi. 5. *Februar.*
Franciſcus Bouolinus, in Calabria. 2. *April.*
Franciſcus Bourgouinus, Martyr, apud Montem-Briſonem. 16. *Iulii.*
Franciſcus Brixienſis, Confeſſ. Fulginij. 26. *Auguſt.*
Franciſcus Bruxellenſis, Martyr. Brielæ. 9. *Iulii.*
Franciſcus de Buſto: vide Michael, infra.
Franciſcus Butaldus, Martyr, in territorio Nannetenſi, Laicus. 1. *Auguſt.*
Franciſcus à Calabria, Confeſ. Panormi, Tertiarius. 22. *Decemb.*
Franciſcus à Calderola, Conf. in Picœno. 12. *Septemb.*
Franciſcus à Camerota, Conf. Burgij. 29. *April.*
Franciſcus à Canobio, Confeſ. Mediolani. 28. *Feb.*
Franciſcus de Cardailhaco, Cathurcenſis Epiſcopus Cadurci. 23. *Martii.*
Franciſcus Carpinterus, Martyr, Naganzachi, Tertiarius. 5. *Februar.*
Franciſcus à Cartoceto: vide à Fano, infra.
Franciſcus à Caſtro Durante, Confeſ. apud Caſtellionem Aretinum. 1. *Februar.*
Franciſcus à Caſtro Miliano, Confeſ. Forani, Laicus. 3. *Decemb.*
Franciſcus Cathalanus, Confeſ. vide Cathalanus, ſupra.
Franciſcus Cathanius, Conf. in Monte-Aluerno, Tertiarius. 15. *Nouemb.*
Franciſcus de Cebreros, Conf. Compluti. 27. *Nou.*
Franciſcus à Chriſto, Martyr. Damiatæ. 5. *Iulij.*
Franciſcus Cichus, Confeſſ. Tertiarius, Piſauri in Picœno. 4. *Auguſt.*
Franciſcus Cichus, vide à Libra, infra.
Franciſcus Cirianus, Martyr, Argillæ. 18. *Iannar.*
Franciſcus Ciuitatenſis, Confeſſ. Robledilij. 5. *Febr.*
Franciſcus à Codonia, Confeſſ. in Apulia, Laicus. 20. *Octob.*
Franciſcus Colis, Martyr, Ciuitatulæ, 6. *Maii.*
Franciſcus Colmenarius, Confeſſ. Guatemblæ. 24. *April.*
Franciſcus, Confeſ. Caſtrulei. 23. *Septemb.*
Franciſcus, Confeſſ. Fabriani. 6. *Auguſt.*
Franciſcus de Conſtantina, Confeſ. Beluiſij. 12. *Iulij.*
Franciſcus à Cordouilla, Conf. in Hiſpania 24. *Maij.*
Franciſcus à Corunnia, Confeſ. Mexici. 18. *Decemb.*
Franciſcus à Cropanio, Conf. Meſuracæ. 5. *Nou.*
Franciſcus à Cruce, Confeſſ. Alcantaræ. 14. *Feb.*
Franciſcus à Cruce, Confeſ. Autlani. 8 *Iunii.*
Franciſcus Dayus, confeſſ. Lutetiæ. 27. *Auguſt.*
Franciſcus Donaclus, Martyr, in territorio Mexicano. 8. *Iannar.*
Franciſcus Doxiechus, Confeſſ. in Hiſpania 29. *Iulij.*
Franciſcus Durdania, Martyr, in territorio Nannetenſi. 1. *Aug.*
Franciſcus Dyrrachinus, Confeſſ. Vriæ. 17. *Maii.*
Franciſcus de Eſtella, Conf. Almagri. 25. *Decemb.*
Franciſcus à Fabriano. 22. *April.*

Franciſcus à Fano, Confeſſ. Matelicæ. 24. *Nouemb.*
Franciſcus à Firmo: vide de Petrilo, infra.
Franciſus à Florentia, Confeſ. Feſſulis. 22. *Auguſt.*
Franciſcus Franceſchi, idem.
• Franciſcus à Francia, Confeſ. Romæ, Laicus. 9. *Febr.*
Franciſcus Franciſci, Confeſſ. Florentiæ. 27. *Auguſt.*
Franciſcus à Fraxineto, Confeſſ. Palentiæ. 18. *Iulij.*
Franciſcus Galatinus, Confeſ. Naſi. 21. *Septemb.*
Franciſcus Galba, Martyr, Yendo. 4. *Decemb.*
Franciſcus à Galiſteo, Confeſſ. Orapeſſæ. 19. *Mart.*
Franciſcus Gallus, Confeſſ. in Aprutio. 8. *Auguſt.*
Franciſcus Gallus, Confeſ. Neapoli. 18. *Septemb.*
Franciſcus Garcia, Confeſ. Villæluini. 21 *Decemb.*
Franciſcus de Gatta, Confeſſ. Borbæ, Laicus. 16. *Febr.*
Franciſcus Gonzaga, Mantuanus, Epiſcopus Mantuæ, 30. *April.*
Franciſcus ab Inojoſa, Confeſſ. Ibi. 23. *Nouemb.*
Franciſcus Lardegarius, Martyr, apud Montem-Regalem. 26. *Octob.*
Franciſcus à Lauda, Confeſſ. apud Caſtillionem Aretinum. 7. *Februar.*
Franciſcus Laurentius, Martyr, in prouincia Guaxacatlana, 15. *Ianuar.*
Franciſcus à Ledeſma, Confeſ. in Mexico. 5. *Septemb.*
Franciſcus Legionenſis, Confeſſ. Mexici. 28. *Martii.*
Franciſcus à Libra, Confeſ. Fabriani. 20. *April.*
Franciſcus de Linari, Confeſſ. Senis. 25. *April.*
Franciſcus Lopetius, Martyr, apud nouum Mexicum, 21. *Decembr.*
Franciſcus à Luceria, Confeſſ. ibid. Laicus. 6. *Octob.*
Franciſcus à Magdalena, Confeſſ. Gadafalſi, Laicus. 7. *April.*
Franciſcus à Marquina, Confeſ. Xalapæ. 10. *Decemb.*
Franciſcus, Martyr, Manicis Caphrarum. 5. *Auguſt.*
Franciſcus Mayronius, Confeſ. Placentiæ. 26. *Iulij.*
Franciſcus Medicus, Martyr, Nagaſachi, Tertiarius. 5. *Februar.*
Franciſcus à Melo, Confeſ. Vitioſæ. 11. *April.*
Franciſcus Meorbecanus, Martyr, Louanij. 24. *Iulij.*
Franciſcus Mirambellus: vide Mirambellus infra.
Franciſcus Moneus, Confeſſ. Villæ-nouæ. 24. *Maij.*
Franciſcus à Montepolitiano, Confeſſ. Senis. 19. *Iulij.* §. 8.
Franciſcus de Monterroſo, Conf. Toleti. 19. *Decemb.*
Franciſcus à Montillia, Confeſſ. in territorio Toletano. 8. *Decembr.*
Franciſcus Mugnoz, Confeſſ. Laicus. 31. *Martii.*
Franciſcus de Las Naucas, Confeſ. Mexici. 29. *Iul.*
Franciſcus Neapolitanus, Martyr, apud Cayrum. 4. *April.*
Franciſcus Nouarienſis, Confeſſ. in Italia. 29. *April.*
Franciſcus à Nouaria, Confeſſ. ibid. §. 1.
Franciſcus Numantinus, Confeſſ. Carrioni de Comitibus. 7. *Iulij.*
Franciſcus Oblatus, Confeſſ. 2. *Februar.*
Franciſcus ab Occania, idem cum Monterroſo, ſup.
Franciſcus ab Oliua, Confeſſ. Cadafalſi. 1. *Octobr.*
Franciſcus Orapeſſanus, Confeſſ. Guadalſagiaræ. 25. *April.*
Franciſcus Oratinus, Confeſ. apud S. Bonum Laicus. 6 *Septemb.*
Franciſcus Orteſius, Confeſſ. Turri-Lacunæ. 24. *Martii.*
Franciſcus Ouarius, Confeſſ. in territorio Ameriano. 9. *Iulij.*
Franciſcus à Palemone, idem ac Rheginus, infra.
Franciſcus Papienſis, Confeſſ. Spoleti. 16. *Auguſt.*
Franciſcus Parodus, Martyr, Inſulæ. 24. *Auguſt.*
Franciſcus Pauperculus, Confeſſ. Venetiis, Laicus. 11. *Nouemb.*
Franciſcus Pelliceriys, Martyr, Lautreci. 4. *Martij.*
Franciſcus Pennenſis, Confeſſ. Pennæ. 2. *Nouemb.*
Franciſcus Pennemans: vide Ioannes, infra.
Franciſcus à Peſciotta, Confeſſ. ibid. 7. *Decemb.*
Franciſcus Petri & Gori, Confeſſ. 29. *Iulij.*
Franciſcus de Petriolo, Martyr, in Arzengha. 16. *Martij.*
Franciſcus à Pice-Leone, Confeſſ. Laicus. Maleti. 10. *April.*
Franciſcus Plateæus, Confeſ. Bononiæ. 17. *Decemb.*
Franciſcus Pogetus, Martyr, Aureliaci. 17. *Nouemb.*
Franciſcus à Polanco, Confeſſ. Methymnæ Roſecæ. 26. *April.*
Franciſcus à Politiano: vide, Petri & Gori, ſup.
Franciſcus Quignonius, Cardinalis Romæ. 21. *Sept.*
Franciſcus à Regibus, Confeſ. Talabricæ. 31. *Decemb.*
Franciſcus Rheginus, Confeſſ. Mileti. 16. *Auguſt.*
Franciſcus à Ripa, Confeſſ. Sangri. 7. *Septemb.*
Franciſcus à Rota, Confeſ. Beluiſij. 8. *Martii.*
Franciſcus Saccenſis, Confeſſ. Panormi. 29. *Martij.*
Franciſcus à Sancto Bonauentura, Martyr, in Iappo-nio. 12. *Septemb.*
Franciſcus à Sancto Homero, ſeu Audomaro: vide Franciſcus Gallus, ſup.
Franciſcus à Sancto Ioſepho, Confeſ. Conſuegræ. 6. *April.*
Franciſcus à Sancto Ioſepho, Confeſſ. Toleti. 2. *Auguſt.*
Franciſcus à S. Lucia, Confeſſ Toleti. 13. *Decemb.*
Franciſcus à Sancto Marco, Confeſ. San-Marci. 22. *Septemb.*
Franciſcus à S. Michaele, Martyr, Naganſachi, Laicus. 5. *Februar.*
Franciſcus à Sancto Stephano, Confeſ. propè Podium Bonitium. 6. *Februar.*
Franciſcus à Sanctis, Confeſ. Legione. 20. *Decemb.*
Franciſcus Simbron, Confeſ. Quauhnaoacij 17. *April.*
Franciſcus Simonis, Confeſ. Blaſæ. 14. *Octob.*
Franciſcus à Soriano, Confeſ. Romæ. 7. *Iulij.*
Franciſcus à Soto, Confeſ. Mexici. 18 *Auguſt.*
Franciſcus Soſanus, Confeſ. in India Occidentali. 13. *Iulij.*
Franciſcus Spoletanus, Martyr, in Ægypto. 1. *Ianuar.*
Franciſcus à Stronconio, Confeſ. iuxta Montem-Falcum. 15. *April.*
Franciſcus à Suria, qui & Numantinus, ſup.
Franciſcus de Talauera Reginæ, Confeſ. Caſtaneæ. 21. *Iunii.*
Franciſcus Tarellus, Martyr, in Gallia. 14. *Iunii.*
Franciſcus Thomaſſinus, Confeſ. Hiſtonij. 16. *Octob.*
Franciſcus Thomaſucius, idem.
Franciſcus Titelmanus, Confeſ. Anticoli. 12. *Septemb.*
Franciſcus Torellus, Iucatanus Epiſcopus, Mexici. 20. *April.*
Franciſcus Torniellus, Confeſ. Triuili. 8. *Octob.*
Franciſcus Triuultius, Confeſ. in Oriente. 1. *Auguſt.*
Franciſcus à Turre, Confeſſ. Meritæ. 26. *Maii.*
Franciſcus à Turribus, Confeſſ. Compluti. 28. *Iulii.*
Franciſcus Turrigianus: vide à Turre, ſup.
Franciſcus à Valentia, Confeſ. Abulæ. 22. *Octob.*
Franciſcus à Valentia, Confeſ. Elchij, Laicus. 24. *Ianuar.*

Franciſcus

Franciſcus Vellon, confeſſ. Roſarij. 14. *Decemb.*
Franciſcus Venzolaſcha, Confeſſ. Caſinchiæ. 20. *Iuly.*
Franciſcus à Vera, confeſſ. in Caſtella. 20. *Aug.*
Franciſcus de Villabar, confeſſ. Populæ de Angelis. 31. *Mart.*
Franciſcus à Villa-Bona, Confeſſ. Beluiſij. 5. *Februar.*
Franciſcus de Villamizar, Confeſſ. Tauri. 4. *Iunii.*
Franciſcus de Villar, Confeſ. Anticheræ. 8. *Maii.*
Franciſcus Ximenez, Archiepiſcopus Toletanus, Cardinalis, Compluti. 8. *Nouemb.*
Franciſcus Ximenez, Confeſſ. Valentiæ. 16. *Auguſt.*
Franciſcus Ximenius, Confeſſ. Mexici. 31. *Iulii.*
Franciſcus Ximenez, Epiſcopus Perpinian. 14. *Nou.*
Franciſcus de Yeppes, Confeſ. 19. *Octob.*
Franciſcus à Zamorra, confeſſ. Petrochij, Laicus. 11. *Maii.*
Franciſcus Ziranus, Martyr, Argillæ, idem cum Ciriano, ſup.
Franciſcus de Yeppes, Confeſſ. Toleti. 19. *Octob.*
Fredebaldus, Confeſ. in territorio Tridentino. 7. *Septemb.*
Fulgentius: vide, Fidentius ſup.

G.

Gabriel ab Æſio, Confeſ. Amandulę. 4. *Iunii.*
Gabriel Anconitanus Ferretus, confeſſ. Anconę. 12. *Nouemb.*
S. Gabriel Archangelus. 24. *Mart.*
Gabriel ab Aue Maria, Confeſſ. apud Ruthenos. 27. *Auguſt.*
Gabriel à Capitibus, Confeſ. Abulæ. 22. *Nouemb.*
Gabriel Duiſco, Martyr, Naganzachi, Tertiarius. 5. *Februar.*
Gabriel Francus, Confeſſ. Benicarloni. 8. *Feb.*
Gabriel Iauenus, Confeſ. Moncallierij. 5. *Maij.*
Gabriel Polonus, confeſſ. Poſnaniæ. 12 *Octob.*
Gabriel à Spoleto, Confeſſ. in Tuſcia, 6. *Iunii*
Gabriela à Nozayo, virgo, Alenconij. 22. *April.*
Gabriela Peruſina, virgo, Fulginij. 11. *Iulii.*
Gallardus Vineus, Martyr, Mauſiaci. 7. *Ianuar.*
Gallus, confeſſ. Strigonij. 28. *Octob.*
Galterius de Brugis, Pictauienſis Epiſcopus, Pictauij. 22. *Ianuar.*
Galterius, Confeſſ. Feſſulis, Tertiarius. 2. *Ianuar.*
Galterius, Confeſſ. Mirtyli, Laicus. 14. *Martii.*
Galterius, Confeſſ. Vimarani. 2. *Auguſt.*
Galterius Piſanus, Confeſſ. in Picœno. 2. *Mart.*
Galterius, Taruiſinus Epiſcopus, Taruiſij, Tertiarius. 24. *Auguſti.*
Gandulphus Agrigentinus, Conf. in Sicilia. 28. *Feb.*
Gandulphus, Confeſſ. Politij. 17. *Septemb.*
Garçenda, Aptæ, Tertiaria. 8. *Nouembris.*
Garçia Bada, Confeſſ. Maioricæ. 8. *Septemb.*
Garçia Blandez, Confeſſ. Allarizij. 20. *Iuly.*
Garçia de Ciſneros, Confeſ. Mexici. 20. *Septemb.*
Garçia Montanus, Confeſſ. in Luſitania, 31. *Decemb.*
Gaſpar, idem ac Gaſparus, infra.
Gaſparinus Inſuber, Confeſſ. Agnonis. 11. *Mart.*
Gaſparus à Barga, Confeſſ. Florentiæ, Laicus. 4. *April.*
Gaſparus à Florentia, Confeſ apud Montem-Murum. 10. *Februar.*
Gaſparus à ſancto Ioſepho, Confeſſ. Villæ-nouæ de Serena. 2. *Iunii.*
Gaſparus à Valle-viridi, Confeſ. Potoſi. 1. *Mart.*
Gaſparus à Vimiojo, Confeſſ. Zamorræ. 19. *Auguſt.*
Gaſparus Vrbinas, Confeſ. Vrbini, 6. *Iunii.*
Gaſtoldus, Vilnenſis Epiſcopus, Martyr, Vilnæ. 24. *Maii.*
Gaudentia, virgo, Abbatiſſa, Burgis. 14. *Ianuar.*
Gaudioſa, eadem.
Gemma, Sulmonenſis, vidua, Fulginij. 24. *April.*
Gentianus Cordier, Martyr, in Gallia. 25. *Mart.*
Gentilis à Matelica, Martyr, Turringæ. 5. *Septemb.*
Gentilis à Spoleto, Confeſ. in Vmbria, Laicus. 6. *Februar.*
Georgius Albanenſis, Confeſſ. Laicus, Muri. 13. *Iunii.*
Georgius à Caſtellaria, confeſſ. 16. *Octob.* §. 3.
Georgius Cebalius. Vide ab Erballio.
Georgius ab Erballio, Confeſſ. apud Caſtellionem Aretinum, Laicus. 16. *Octob.*
Georgius Græcus, Confeſſ. Piſtorij, Laicus. 19. *Decemb.*
Georgius Quadrus, confeſ. in Luſitania. 6. *Auguſt.*
Georgius, Confeſ. Plici, Laicus. 5. *Februar.*
Gerardinus, Confeſ. Tudelæ. 11. *Iunii.*
Gerardus Bonetus, Martyr, propè Rapiſtanum. 20. *Martii.*
Gerardus, Confeſ. in Apulia. 2. *Februar.*
Gerardus, Confeſ. Caietæ, Laicus. 12. *April.*
Gerardus, confeſ. in Italia. 15. *Iunii.*
Gerardus, Confeſ. Mutinæ. 25. *Auguſt.*
Gerardus Confeſ. Princilauiæ. 8. *Nouemb.*
Gerardus à Florentia, confeſſ. in Picœno, Laicus. 15. *Iuly.*
Gerardus, Martyr, in Germania. 30. *Iulii.*
Gerardus de Molmerio, Martyr in Aquitania. 24. *Martij.* §. 3.
Gerardus à Monte Sancto, confeſ. ibid. 21. *April.*
Gerardus à Valentia, confeſſ. Panormi, Laicus. 29. *Decemb.*
Gerardus à Villa-magna, confeſ. in Tuſcia, Tertiar. 13. *Maii.*
Germanus Aubertus, confeſ. Sagij. 20. *Decemb.*
Geruaſius Hyrminenſis, confeſ. Syracuſis, Laicus. 4. *Ianuar.*
Gilbertus, confeſ. Manderburgij. 6. *Decemb.*
Gilbertus Nicolaus. Vide Nicolaus Gilbertus, infra.
Gilia, Tertiaria, Cortonæ. 23. *Septemb.*
Gilla, eadem.
Ginebra à Fonſeca, virgo, Tordeſyllarij. 29. *Septemb.*
Giſmundus, Confeſ. Amalphi. 14. *Nouemb.*
Godefridus Meruellanus, Martyr, Brielæ. 9 *Iulii.*
Godofredus, Martyr, in Anglia. 22. *Iulii.*
Gondiſaluus Marinus, confeſ. Myrthili. 26. *Iuly.*
Gondiſaluus Martyr, Hieroſolymis, Laicus. 16. *Maii.*
Gondiſaluus à Valbona, confeſ. Lutetiæ. 13. *April.*
Gonſaluus Garçia, Martyr, Nagansachi, Laicus. 5. *Februar.*
Gonſaluus Mendez, confeſ. Guatemalæ, 5. *Maii.*
Gonſaluus Sanchez, confeſ. Auriæ. 15. *Decem.*
Gonſaluus Vlyſſiponenſis, Confeſſ. in Luſitania. 2. *Martii.*
Gorgonius à Malderto, Martyr, Ruremundæ. 23. *Iul.*
Gratia, confeſ. Fabriani. 2. *Auguſt.*
Gratianus à Caſtanetolo, confeſ. apud Campumbaſſum. 4. *Iulii.*
Gratianus, confeſ. Pennæ Sancti Marini. 30. *Martii.*
Gratianus Moyſant, Martyr, in Gallia. 25. *Martii.*
Gratianus à Romandiola, conf. Auximi. 1, *Decemb.*
Gregorius de Beldico, conf. in Aprutio. 24. *Septemb.*

Digitized by Google

Gregorius Bourniſet, Martyr Antiſſiod. 10. *Septemb.* §. 2.
Gregorius, confeſſ. Spoleti. 8. *Auguſt.*
Gregorius de Iadera, Martyr, Bidinij. 12. *Februar.*
Gregorius Lombardus, confeſſ. Baiocis. 30. *Iulii.*
Gregorius de Tragurio, idem cùm Iadera, ſup.
Gryphon, Epiſcopus, apud Montem-Libanum. 18. *Iulij.*
Guido Aſſiſias, qui & Florentinus, infra.
Guido à Bolſena, confeſſ. Columbarij. 21. *April.*
Guido à Cetonio, Confeſ. Citonij. 30. *Ianuarii.*
Guido, confeſ. Aſſiſij. 29. *Septemb.*
Guido, confeſ. Cortonæ. 12. *Iannar.*
Guido à Florentia, confeſ. Aſſiſij, Laicus. 6. *Decembr.*
Guido Germanus, Martyr, in Pago Bituricenſi. 10. *Iulij.*
Guido Mirapicenſis, Confeſſ. in Gallia Narbonenſi. 23. *Iunii.*
Guido Senenſis, confeſ. qui & Florentinus, ſup.
Guido de Spathis, confeſ. Bononiæ. 23. *Aug.*
Guilaldus Damus, Martyr, Brielæ. 9. *Iulij.*
Guilbertus, qui & Gilbertus, Manderburgenſ. ſupra.
Guillelmus Abrincus, confeſ. in Gallia. 18. *Octob.*
Guillelmus Anglicus, confeſ. Aſſiſij. 7. *Mart.*
Guillelmus Anglicus, Martyr, Salmaſtræ. 23. *Ian.*
Guillelmus à Bolſena: vide, Guido ſup.
Guillelmus Bourgongne, Martyr, in Gallia. 25. *mart.*
Guillelmus Campanus, vide à Caſtro-Maris, infra.
Guillelmus Canetibius, Martyr, in Oriente. 12. *Nou.*
Guillelmus à Caſtellione, Confeſſ. Moroni, Laicus. 2. *Iunii.*
Guillelmus de Caſtro-Maris, Martyr, in Syria. 8. *Auguſt.*
Guillelmus à Catalagirone, Confeſſor, Plateæ. 11. *Decembris.*
Guillelmus, Confeſſ. Annoniaci. 8. *Nouemb.*
Guillelmus, Confeſ. Valencenis. 11. *Iunii.*
Guillelmus, Confeſſ. Viennæ. 8. *April.*
Guillelmus à Cordella, Confeſ. Tuſcanellæ. 28. *Februar.*
Guillelmus Coronatus, Confeſſ. Tuderti. 3. *Iannar.*
Guillelmus à Cortemilio, confeſ. Bononiæ. 16. *Iunii.*
Guillelmus Cortonenſis: vide Iulianus, infra.
Guillelmus Cunctiuius, Martyr, Salmurij. 19. *Dec.*
Guillelmus Goudanus, Martyr, Gertrudi-Bergæ. 4. *Septemb.*
Guillelmus Holmus, Confeſſ. in Anglia. 27. *Auguſt.*
Guillelmus Holſt: vide, Olis, infra.
Guillelmus Ioſſelini, Confeſſ. 10. *Iannar.*
Guillelmus Mariconus, Confeſſ. Montisferrandi. 14. *Martij.*
Guillelmus à Militoni, Confeſſ. Lutetiæ. 15. *Septemb.*
Guillelmus Montanus, Martyr, Viriæ. 3. *Septemb.*
Guillelmus Olis, Martyr, in Belgio. 10. *Februar.*
Guillelmus à Radicophano, Confeſſ. apud Montem Aluernum. 4. *Decemb.*
Guillelmus Reriachus, Martyr, Vauri. 21. *Auguſt.*
Guillelmus à Sancto Africano, Confeſſ. in Aquitania. 29. *Iannar.*
Guillelmus Scofre, Martyr, Nemauſi. 13. *Nouemb.*
Guillelmus Seruaſerius, Martyr, Valloniis. 18. *Iunii.*
Guillelmus à Speluncato, Epiſcopus Sagonenſis, Romæ. 27. *Nouembris.*
Guillelmus à Spoleto, Confeſſ. Valentiæ, Laicus. 7. *Decemb.*
Guillelmus Stabienſis, ſup. de Caſtro-Maris.
Guillelmus Strauus, Martyr, Treuiris. 10. *Februar.*
Guillelmus à Vintimilio, Confeſſ. Triocliæ. 1. *Iann.*
Guiomar à Sancto Antonio, Virgo, Villæ-Comitis. 25. *Iulii.*
Gumiel, Martyr, in Canaria. 30. *Auguſt.*
Gunterius de Barbaria, Confeſſ. in prouincia Colonienſi. 3. *Auguſt.*
Gunterius de Barrauia, idem.
Gunterius de Brabantia. idem.

H.

Hadabona, Virgo, in Vrbe Ciuitatenſi. 3. *Septemb.*
Hadriana, Cortonij, Tertiaria. 11. *Aug.*
Hadrianus Beuerlo, Martyr, Traiecti. 27. *Decemb.*
Hadrianus Gandenſis, Martyr, Enchuſiæ, Laicus. 25. *Iunii.*
Hadrianus Lambertus, Martyr, Goudæ. 25. *Octob.*
Haſſus, Confeſſ. Turgonæ. 15. *Nouemb.*
Haymo, Confeſſ. Anagniæ. 3. *Octob.*
Helcia à Puccio, Virgo, propè Florentiam. 20. *Iunii.*
Helia Pulcia, virgo, eadem.
Helena à Latere, virgo, Turribus-Nouis, Tertiaria. 13. *Maii.*
Helena Paduana, virgo Patauij. 4. *Nouemb.*
Helena à S. Antonio, Virgo, Santareni. 18. *Nouemb.*
Henricus Africanus, Confeſſ. Monaſterij. 5. *Iulij.*
Henricus à Balma, Confeſſ. in Burgundia. 23. *Febr.*
Henricus à Belna, idem.
Henricus Femlandhaid, Martyr, in Hybernia, Laicus. 1. *Maii.*
Henricus Harphius, Confeſſ. Mechliniæ. 13. *Iulij.*
Henricus, Martyr, Gordonij. 6. *Iunij.*
Henricus, Rex Cypri, Confeſ. Nicoſiæ. 17. *Sept.*
Henricus, Rex Daciæ, confeſſ. Peruſiæ, Tertiarius. 13. *Martis.*
Henricus Teuthonicus, confeſſ. Carauillæ. 17. *Nouemb.*
Herculanus à Piegala, Confeſſ. in Hethruria. 28. *Maii.*
Hermannus, Confeſſ. Fulginij. 8. *Februar.*
Hermannus Confeſſ. Muluſeni. 21. *Iannar.*
Hernandus, Epiſcopus: vide Fernandus, ſup.
Heruæus, Confeſſ. Toleti. 13. *Maii.*
Hiacinthus à S. Franciſco, Confeſſ. apud Chichimecas. Laicus. 20. *Februar.*
Hieremias de Lambertenghis à Cumo, Confeſ. Forliuij, Tertiarius. 30. *Iulii.*
Hieremias, Martyr, in Syria. 25. *Iunii.*
Hieremias à Valachia, confeſ. in Italia. 20. *Decemb.*
Hieremias, à Firmo, Virgo. 25. *April.*
Hieronyma à Meſſana, Vidua, Panormi. 2. *Decemb.*
Hieronyma Monsfeltria, vidua, Fulginij. 12. *Decemb.*
Hieronyma-Seraphina, virgo, Abbatiſſa. Mediolanſ. 27. *April.*
Hieronymus Agrigentinus, Conf. in Sicilia. 28. *Feb.*
Hieronymus ab Ariza, conf. Xereſij. 21. *Septemb.*
Hieronymus à Condriaco, Martyr, in territorio Valentinenſi. 25. *Iuny.*
Hieronymus, confeſſ. Anconæ, Tertiarius. 1. *Iannar.*
Hieronymus, conf. in Mechioacano Regno. 25. *Octob.*
Hieronymus à Cruce, Conf. Guadalfagiaræ. 21. *Feb.*
Hieronymus Gallus, Conf. Lucæ. 3. *Maij.*
Hieronymus Garribeus, Conf. Bononiæ. 22. *Octob.*
Hieronymus Graiſſetus, Martyr, Lautreci. 4. *Mart.*
Hieronymus Hiſpanus, Confeſſ. 31. *Octob.*
Hieronymus à Ieſu, Conf. apud Meacum. 29. *Dec.*
Hieronymus Lindſayus, Conf. in Scotia. 14. *Septemb.*
Hieronymus

Digitized by Google

Hieronymus à Mediolano, confeſ. Lugduni. 25. *Martii*.
Hieronymus à Meſuraca, confeſ. Sturnis. 6. *Auguſt*.
Hieronymus à Monte-Politiano, Confeſſ. Ferrariæ. 23. *Ianuar*.
Hieronymus Oliuarius; confeſ. Pinciis. 29. *Auguſt*.
Hieronymus Panormitanus, confeſ. 9. *Nouembris*.
Hieronymus à Pedona, confeſſ. Fani. 4. *Maii*.
Hieronymus Piſtorienſis, confeſ. in Creta Inſula. 29. *Nouemb*.
Hieronymus Stephanus & Steua, idem.
Hieronymus à Steua, confeſ. Valentiæ. 27. *Octob*.
Hieronymus à Stronconio, confeſ. Anſani. 3. *Iulii*.
Hieronymus de Stufa, Confeſ. Florentiæ. 11. *Februar*.
Hieronymus à Torregionſilio, confeſ. Madriti. 23. *Martii*.
Hieronymus à Villa-vitioſa, Confeſſ. Eboræ. 12. *Decemb*.
Hieronymus Wertenſis, Martyr, Brielæ. 9. *Iulii*.
Hieronymus de Yelues, Confeſſ. Orapeſſæ. 16. *April*.
Hyppolita à Malegnano, Virgo, Mortarij. 18. *Iulij*.
Hogerus, confeſ. Aldenardi. 8. *Nouemb*.
Honoratus à Champignyo, Conf. apud Caluum-Montem. 26. *Septemb*.
Honorius à Monte-granello, Confeſſ. Bononiæ. 8. *Iunii*.
Horbeus, qui & Heruæus ſup.
Hortolana, Vidua, Aſſiſij. 2. *Ianuar*.
Hubertus à Curia, Martyr, in Gallia. 4. *Iunii*.
Hudo, Confeſ. Huſſariæ. 7. *Auguſt*.
Hugo, idem.
Hugo à Digna, confeſſ. Maſſiliæ. 21. *Februar*.
Hugo, Martyr, Africæ. 16. *Septemb*.
Hugo Pançera, confeſ. in Oriente. 5. *Mart*.
Hugo de Prato, idem.
Hugo Richeus, Martyr, Londini. 3. *Iunii*.
Hugolinus, Confeſ. Fabriani. 11. *Maii*.
Sanctus Hugolinus, Martyr, apud Ceptam in Mauritania.
Humiliana, Vidua Florentiæ, Tertiaria. 19. *Maij*.
Humilis, Confeſ. Brufortij. 7. *Auguſt*.
Humilis, Confeſ. Florentiæ. 3. *Nouemb*.
Humilis Offidanus, Conf. in monte Caſſino. 6. *April*.

I.

IAcoba Aquilana, Virgo, Aquilæ. 27. *Iulij*.
Iacoba de Chiuatis, Virgo, Abbatiſſa, Mediolani. 11. *Nouemb*.
Iacoba à Septem-Solis, Vidua, Aſſiſij, Tertiaria. 8. *Februar*.
Iacobonus de Benedictolis, idem cum Tudertino.
Iacobonus, Tudertinus, Confeſ. Tuderti. 25. *Decem*.
Iacobus ab Aſſiſio, confeſſ. Foggiæ. 19. *Iunii*.
Iacobus Auximanus, Confeſſ. in Picœno. 5. *Iulij*.
Iacobus Balectarius, idem cum Barletta.
Iacobus à Bario, Confeſſ. Puppij, Laicus. 26. *Octob*.
Iacobus Barletanus, idem.
Iacobus Borba, Confeſ. in Goana prouincia. 5. *Maii*.
Iacobus de Camerata, Confeſſ. apud Collem Vitolum, Laicus. 9. *Iunii*.
Iacobus Camers, Confeſſ. Laicus Vrbini. 6. *Feb*.
Iacobus à Caniana, Confeſ Maceratæ, Laicus. 19. *Decemb*.
Iacobus à Caſtro Leone, Confeſſ. Abbiatæ. 13. *Feb*.
Iacobus à Catalagirone, Confeſ. ibid. Laicus. 28. *Ianuar*.
Iacobus, Confeſ. Aſſiſij. 7. *Iunii*.
Iacobus Confeſ. Pennæ. 9. *Septemb*.
Iacobus, Confeſ. Tiferni, Laicus. 17. *Septemb*.
Iacobus à Coronis, confeſſ. Biturgię. 23. *Nouemb*.
Iacobus à Cortona, Confeſſ. Cortonij. 8. *Iulii*.
Iacobus à Dania, Confeſ. Tarequati 29 *Octob*.
Iacobus Diſtemienſis, Confeſ. Traiecti, Laicus. 6. *Septemb*.
Iacobus Donzeli, Confeſ. in Æmylia. 5. *Octob*.
Iacobus à Fabriano, confeſſ. ibid. 11. *Maii*.
Iacobus à Falerone, confeſſ. Muliani. 25. *Iulii*.
Iacobus à Florentia, Epiſcopus Zaiotonenſis, martyr, in Oriente. 20. *April*.
Iacobus Gayetus, Martyr: vide Ioannes, infra.
Iacobus de Hita, Confeſſ. Conymbriæ. 20. *Auguſt*.
Iacobus ab Illyrico, Confeſſ. Bitecti, Laicus. 27. *April*.
Iacobus Italus, confeſ. Maniaretibus, Laicus. 27. *Mart*.
Iacobus Laggerius, Martyr, apud Montem-Regalem, Laicus. 26. *Octob*.
Iacobus Lambertus, Martyr, Vauri. 21. *Auguſt*.
Iacobus de Lauda, Martyr, in Hethruria, Tertiarius. 15. *Ianuar*.
Iacobus de Laude, vel Lauderus, idem.
Iacobus à Maiorica, confeſſ. in Hiſpania. 1. *Mart*.
Iacobus Manfredus, Confeſſ. in Italia. 28. *Iulij*.
Iacobus à Marchia, Confeſ. Neapoli. 28. *Nouemb*.
Iacobus, Martyr, Fulginij. 2. *Septemb*.
Iacobus de Maſſa, Confeſſ. in Picœno, Laicus. 5. *Decemb*.
Iacobus Mediolanenſ. Confeſſ. Vrbini. 27. *Auguſt*.
Iacobus Melphicthanus, confeſſ. Meſſanæ. 28. *Auguſt*.
Iacobus à Monte, Confeſſ. Mexici. 11. *Maii*.
Iacobus à Monte Sancto, Confeſſ. Ciuitatis nouæ, Laicus 12. *Maii*.
Iacobus Occens, Confeſ. Myanis. 26. *Ianuar*.
Iacobus Oldus, Confeſſ. Tertiar. Laudæ. 20. *April*.
Iacobus de Padua, Martyr, in India Orientali. 9. *April*.
Iacobus Papienſis, Confeſſ. Carfaniani, Laicus. 31. *Maii*.
Iacobus de Pariſio, confeſſ. idem cum à Catalagirone ſup. 16. *April*.
Iacobus de Penna, Confeſ. Mexici. 14. *Nouemb*.
Iacobus de Petruciis, Lorienſis Epiſcopus, Hiſtonij. 4. *Februar*.
Iacobus de Podio, Martyr, apud Caſtrum Saphet. 25. *Iunii*.
Iacobus de Porta, Confeſſ. Baſileæ. 21. *Iunii*.
Iacobus de Primadizzis, Confeſſ. Bononiæ. 14. *Auguſt*.
Iacobus Ruchem, Archiepiſc. Leopolienſ. 20. *Octob*.
Iacobus Scurremans, Martyr, propè Rurεmundam. 1. *Maii*.
Iacobus Sportularius, Confeſſ. Valencenis. 11. *Iunii*.
Iacobus Taruiſinus, conf. Magdeburgi. 23. *April*.
Iacobus Teſtera, Confeſſ. Mexici. 8. *Aug*.
Iacobus Tudertinus, vide Iacobonus, ſup.
Iacobus à Turre-bona, Confeſſ. Sanſeuerini. 13. *Decemb*.
Iacobus Vagarellus, Confeſſ. Forliuij. 2. *Nou*.
Ianinus, Confeſ. in Gallia. 25. *Auguſt*.
Ieſſe, Martyr, Vindocini. 30. *Nouemb*.
S. Feſtum Sanctiſſimi Nominis Ieſu. 13. *Ianuar*.
Ignatius ab Apiros, confeſ. Caneæ, in Creta Inſula. 1. *Septemb*.

Digitized by Google

Ildelfonſus, Confeſſ. Antiquæ-Mellariæ, Laicus. 24. *Februar.*
Illuminata Bemba, virgo, Bononiæ. 18. *Martii.*
Illuminatus, Confeſſ. Florentiæ, Laicus. 9. *Iulij.*
Illuminatus, Confeſſ. Aſſiſij. 5. *Martij.*
Illuminatus de Saluis, Confeſſ. Hiſtonij. 31. *Iulij.*
Incognitus, Confeſſ. Bettonij. 14. *Decemb.*
Incognitus, Confeſſ. Cheluæ. 17. *Februar.*
Incognitus, Confeſſ. Ornani. 28. *Iulii.*
Incognitus, Confeſſ. Suffiani. 6. *Septemb.*
Incognitus Tornaretenſis, conf. Teſſæ. 26. *Auguſt.*
Innocentia Angeli, Fulginij. 13. *Decemb.*
Innocentia Ricci, Virgo, Drepani, Tertiaria. 1. *Decemb.*
Innocentius Carpenſis, Conf. Mirandulæ. 16. *Iulii.*
Innocentius à Cluſis, Romæ. Laicus. 15. *Decemb.*
Innocentius à Sancto Angelo, Confeſſ. Aquilæ. 6. *Februar.*
Innocentius à S. Lucia. conf. in Sicilia. 9. *Februar.*
Innocentius Taurinus, Confeſſ. propè Campum-Baſſum. 2. *Februar.*
S. Ioachim, Confeſſ. in Iudæa. 20. *Martii.*
Ioachim à Leuanto, Confeſſ. Aſtæ, Laicus. 23. *Ianuar.*
Ioachim, Martyr, apud Ruthenos. 31. *Octob.*
Ioachim Saguierus, Martyr, Naganzachi, Tertiarius. 5. *Feb.*
Ioachim à Villa-Lupo, Confeſſ. Toleti. 26. *April.*
Ioanna à Baptiſmo, virgo, Beluiſij. 12. *Iunii.*
Ioanna Bella, virgo, Gratianopoli. 25. *Ianuar.*
Ioanna à Brabantia, virgo, apud Longum-Campum. 19. *Aug.*
Ioanna Charron, Vidua, Lerenæ. 9. *Maij.*
Ioanna à Cruce, Virgo, Abbatiſſa, propè Cubam, Tertiaria. 3. *Maii.*
Ioanna Duruæi, Virgo, Abbatiſſa, Camberiaci. 1. *Iunii.*
Ioanna à Fœlicibus, Romæ, Tertiaria. 16. *Ianuar.*
Ioanna Florentiæ, Tertiaria. 7. *Iulij.*
Ioanna, Franciæ Regina, Virgo, Vidua, Bituricis, 4. *Februar.*
Ioãna Fulginas, Virgo Fulginij. 23. *Ianuar.*
Ioanna à Gueuarra, virgo, Abbatiſſa, Conchæ-Camporum. 18. *Iunij.*
Ioanna de Lambertinis, virgo Bononiæ. 12. *April*
Ioanna à Luxemburgo, virgo. Tertiaria Moncelli. 12. *Nouemb.*
Ioanna Lopetia, virgo, Segobiæ, Tertiaria 22. *Septemb.*
Ioanna Maria, virgo, Mediolani. 2. *Nouemb.*
Ioanna à Nauarra, virgo, Regia, Longi-Campi. 3. *Iulii.*
Ioanna de Ordaz, virgo, Tordeſyllarij. 21. *Feb.*
Ioanna Pachieca, virgo, Scalonæ. 19. *April.*
Ioanna Parua, Virgo, Martyr, Mauritaniæ. 26. *Septemb.*
Ioanna à Præſentatione, virgo, Beluiſij. 31. *Iulij.*
Ioanna, Regina Caſtellæ, Tertiaria, vidua, Toleti. 27. *Maii.*
Ioanna Roderica, vidua, Toleti. 6. *Ianuar.*
Ioanna à Sancta Maria, apud Balneenſes, Tertiaria. 22. *Ianuar.*
Ioanna à ſancto Stephano, virgo, Antiquæ-Mellariæ. 15. *Iunij.*
Ioanna Signienſis, in Tuſcia, Tertiaria. 16. *April.*
Ioanna de Sylua, virg. Areual. Tertiar. 17. *Decemb.*
Ioanna Vbaldina, virgo, Florentiæ. 30. *Maij.*
Ioanna à Vino, in Apulia, Tertiaria. 24. *Octob.*
Ioannellus, confeſ. Cortonæ, Tertiarius. 1. *Febr.*
Ioannes ab Aiala: vide Andræas ſup.
Ioannes Alameda, Confeſſ. Populæ de Angelis. 15. *Decemb.*
Ioannes Albanenſis: vide à Bucca infra.
Ioannes Albuquertius, Confeſſ. Epiſcopus in India Orientali. 16. *Iunii.*
Ioannes de Alcazari, confeſ. Orapeſſæ, Laicus. 18. *Iulij.*
Ioannes Alcozius, Confeſſ. Cæſar-Auguſtæ, Laicus, 19. *Nouemb.*
Ioannes Alexander, Martyr: vide Alexander Ioannes ſup.
Ioannes de Aluarez, Confeſſ. Caſtaneti, Laicus. 11. *Decemb.*
Ioannes ab Aluerna, Confeſſ. vide Ioannes à Fermo, infra.
Ioannes ab Aluiano: vide ab Auellino, infra.
Ioannes ab Amſterodamo, Martyr, Louanij. 6. *April.*
Ioannes Amicus, Martyr, Gandaui. 18. *Iunii.*
Ioannes-Andræas à Piſtorio, Confeſ. Reate, Laicus. 20. *Mart.*
Ioannes Angelus, qui &, à Cingulo, infra.
Ioannes ab Anglia, Confeſ. Stamni. 8. *Iulii.*
Ioannes Anglicus, Confeſ. Oxonij, in Anglia. 13. *Mart.*
Ioannes Antonius de Parma, Confeſ. iuxta Caſtellionem Aretinum. 13. *Decemb.*
Ioannes de Aora, confeſſ. Tetzuci. 18. *Iulii.*
Ioannes Aprilis, Martyr, Engoliſmæ. 9. *Septemb.*
Ioannes ab Aquila, Confeſ. in Hiſpania. 5. *Febr.*
Ioannes de Arcu, Confeſſ. Compluti. 11. *April.*
Ioannes ab Arragonia, Confeſ. in Boſna Croatia. 5. *Octob.*
Ioannes Arragonus, confeſſ. propè Domum-Calenam. 23. *Iulii.*
Ioannes Ataidius: vide Alphonſus, ſup.
Ioannes ab Auellino, confeſ. apud S. Illuminatam. 2. *Iulii.*
Ioannes de Auricalco, confeſ. in Apulia. 1. *Martii.*
Ioannes Badia, Confeſ Mechioacani. 8. *Octob.*
Ioannes de Badonali, confeſ. Villæ-nouæ, Laicus. 7. *Octob.*
Ioannes Baptiſta, Candela, Confeſ. Rhegij. 1. *Nouemb.*
Ioannes Baptiſta, Confeſ. San-Seuerini. 30. *Iulii.*
Ioannes Baptiſta à Leuanto, Confeſ. in Liguria. 24. *Februar.*
Ioannes Baptiſta, à Madrigallo, Confeſ. Madriti. 24. *Iunii.*
Ioannes Baptiſta, Martyr, Londini. 12. *Octob.*
Ioannes Baptiſta Nurſinus, Confeſ. Peruſiæ. 18. *April.*
Ioannes Baptiſta, Piſaurienſis, Confeſ. Neapoli. 7. *Nouemb.*
Ioannes Baptiſta à Talliacarne, idem cum Leuanto, ſup.
Ioannes Baroncius, Confeſ. Arimini. 4. *Nouẽb.*
Ioannes Barrotus, idem.
Ioannes Baſſonus, Martyr, Mombriſoni. 16. *Iulii.*
Ioannes à Baſto, Confeſ. in territorio Tudenſi, Laicus. 28. *Ianuar.*
Ioannes à Batfordio: vide à Watfordio, infra.
Ioannes de Beiari, Confeſ. Populæ de Angelis. 27. *Aug.*
Ioannes à Beluiſio, conf Placentiæ, Laicus. 29. *Mart.*
Ioannes Benedictus, Marty, Falezij. 28. *Iulii.*
Ioannes Bernardus, Martyr, in India Occidentali ad Platam fluuium. 2. *Iunii.*
Ioannes Bonelli, confeſ. in Gallia. 4. *Februar.*

Digitized by Google

Ioannes Bonuiſius: vide à Luca, infra
Ioannes Borſeianus Martyr, Nontronij. 16. *April.*
Ioannes à Bouadiglia, confeſſ. Albuquerquij. 19. *April.*
Ioannes Bourge, Martyr, Ripariæ. 18. *Martii.*
Ioannes Boyer: vide Iuo infra.
Ioannes Broſierius, Martyr, Nontronij. 16. *April.*
Ioannes Brugmannus Conf. Nouiomagi. 19. *Sept.*
Ioannes à Bruſo, Martyr, Sagij. 24. *Mart.*
Ioannes Buca, Confeſſ. Panormi. 8. *Aug.*
Ioannes Bucca, confeſſ. Tragurij. 13. *Aug.*
Ioannes à Buccha, vel Bucchò, idem.
Ioannes Bunius, Martyr, Viriæ. 3. *Septemb.*
Ioannes Burgenſis, confeſ. Lugduni. 19. *Auguſt.*
Ioannes Burnon, Confeſſ. Mexici. 22. *Mart.*
Ioannes Calaber, Martyr, in Ægypto. 13. *Ianuar.*
Ioannes Calaguritanus, confeſſ. Tribuli. 14 *Auguſt.*
Ioannes Calerus, Martyr, Itzatlanis. 30. *Octob.*
Ioannes Callelena, confeſ. Cuzco. 12. *Iunii.*
Ioannes à Callio, confeſſ. Vrbini. 5. *Iulii.*
Ioannes Camarinus, confeſ. Camari, Laicus. 26. *Auguſt.*
Ioannes à Campo, confeſ. in Methymna Roſeca, Laicus. 6 *Februar.*
Ioannes à Campo-Baſſo, confeſ. in Italia. 28. *Sept.*
Ioannes Campanus: vide Petrus, infra.
Ioannes Capiſtranus, Confeſ. in Aprutio. 27. *April.*
Ioannes Capiſtranus, Confeſſ. apud Vilackum. 23. *Octob.*
Ioannes à Capraria, confeſ. apud Vallem-viridem, Laicus. 8. *April.*
Ioannes Caputius, Martyr, Lunelli. 1. *Mart.*
Ioannes à Carcamo, Confeſſ. apud Montem-Morenum. 24 *Nouemb.*
Ioannes à Caſtro-Villari, Confeſſ. Conſentiæ. 16. *April.*
Ioannes à Cetina, Martyr, Granatæ. 19. *Maii.*
Ioannes Chaluetus, Martyr, Nemauſi. 13. *Nouemb.*
Ioannes Cambonus, Confeſſ. vide Petrus Chambon.
Ioannes Chambonius, Martyr, Donzenachi. 16. *Iunii.*
Ioannes à Cingulo, confeſ. Neapoli. 26. *April.*
Ioannes Clarenus, idem.
Ioannes Clauſus, Martyr, apud Zacatecas. 9. *Decemb.*
Ioannes Clemens, confeſ. Manilæ, Laicus. 11. *Maii.*
Ioannes Coignetus, confeſ. Pontiſaræ. 1. *Mart.*
Ioannes Colmenarius, confeſſ. Caprariæ, Laicus. 22. *Nouemb.*
Ioannes à Cordouilla, confeſ. Calpe. 28. *Octob.*
Ioannes à Coria, confeſ. Beluiſij. 25. *April.*
Ioannes Coſetus, idem, Cozerius, infra.
Ioannes Cozerius, Martyr, in Aquitania. 17. *Mart.*
Ioannes Cretenſis: vide à Gandia, infra.
Ioannes à Cruce, confeſ. Tuchpani, Laicus 6. *Iulii.*
Ioannes à Cruce: vide à ſancta Cruce, infra.
Ioannes Cuiper, Martyr, Loo 6. *Martii.*
Ioannes Diſcalceatus, confeſ. Corizopiti. 14. *Decemb.*
Ioannes Dualepolitanus, confeſ. Leopoli. 29. *Septemb.*
Ioannes de Dukla, idem.
Ioannes Dunſius, confeſ Coloniæ. 8. *Nouemb.*
Ioannes Eluaſius, Martyr, Goæ. 28. *Auguſt.*
Ioannes Eremicola, confeſ. Maſſacij, Tertiarius. 22. *April.*
Ioannes Fremita, idem cum Ioannello ſup.
Ioannes Etheus, Martyr, apud Cayrum. 11. *April.*
Ioannes à Fabriano, confeſ. Maſſacij. 2. *Mart.*
Ioannes à Fano, confeſ. Durantiæ. 5. *Mart.*
Ioannes Faſſatius, confeſ. Mediolani. 6. *Mart.*
Ioannes Fauentinus, confeſſ. in Italia. 27. *Decemb.*
Ioannes à Ferraria, vide ab Herrera, infra.
Ioannes à Firmo, confeſ. apud Montem Aluernum. 9. *Auguſt.*
Ioannes Flores, confeſ. Tlacubæ, Laicus. 17. *Maii.*
Ioannes Focaldus, confeſ. Montis Lucij. 16. *Maii.*
Ioannes Foreſtus, Martyr, Londini. 23. *Maii.*
Ioannes à Francia, confeſ. Franchæ-villæ. 24. *Decemb.*
Ioannes Franciſcus Belans, confeſ. Capriolæ. 20. *Septemb.*
Ioannes Franciſcus Caſalenſis, confeſ. Florentiæ. 26. *Septemb.*
Ioannes Francherus, confeſ. Mexici. 30. *Septemb.*
Ioannes Fucherus, idem,
Ioannes Gallenſis, confeſ. Pariſiis. 14. *Ianuar.*
Ioannes Galterius, confeſſ. in Gallia. 15. *Auguſt.*
Ioannes de Gandia, confeſ. Auriæ. 13. *Iulii.*
Ioannes de Gaona, confeſ. Mexici. 27. *Septemb.*
Ioannes Garidus, confeſ. Vbetæ, Tertiarius. 9. *Nouemb.*
Ioannes de Gatfordio, confeſ. in Dacia. 3. *Nouemb.*
Ioannes à Gautfordio, confeſ. in Hybernia. 5. *Septemb.*
Ioannes Gayetus. Martyr, Lugduni. 28. *Mart.*
Ioannes Gibboſus, Martyr, Matiſcone. 2. *Octob.*
Ioannes Giuidrius, Martyr, Fulgerij. 12. *Iunii.*
Ioannes Gomeſius, confeſ. Cæſar-Auguſtæ, Laicus. 31 *Maii.*
Ioannes à Gongora, confeſſ. Guadalconalis. 2. *Iulii.*
Ioannes Gontigerius, conf. Halsbaſchæ. 9. *April.*
Ioannes Goſſonius, Martyr, Marmandæ. 10. *Decemb.*
Ioannes Gozerius, Martyr, in Aquitania. 17 *Mart.*
Ioannes de Grætio, confeſſ. Grætij, Tertiarius. 2. *Nouemb.*
Ioannes Graius, Martyr, Bruxellæ. 5. *Iunii.*
Ioannes à Granata, confeſ. Mexici. 10. *Maii.*
Ioannes Grangerus, confeſ. Beluiſij. 26. *Ianuar.*
Ioannes à Guadalupe, confeſ. in Latio. 11. *Septemb.*
Ioannes à Guaza, confeſ. Liuiæ, Laicus. 13. *Decemb.*
Ioannes Guillotus, Villæ-Francæ. 10. *Ianuar.*
Ioannes de Guinaldo, confeſ. Laicus, Lafræ. 9. *Sept.*
Ioannes Henriquez, confeſ. Tribuli. 22. *Maii.*
Ioannes de Hercuder, Martyr, in Bohemia. 10. *Octob.*
Ioannes ab Herrera, Martyr, Culiacani, Laicus. 30 *Decemb.*
Ioannes ab Hortis, confeſ. Romæ. 3. *Februar.*
Ioannes Hortulanus, confeſ. Salmanticæ, Laicus. 11. *Ianuar.*
Ioannes Hungarus, confeſ. apud Francam-Villam. 14. *Februar.*
Ioannes de Hungaria, Martyr, Samboriæ. 15. *Maii.*
Ioannes de Ieſu, confeſ. Arenis. 3. *Septemb.*
Ioannes ab Iſchitella, confeſ. Viſcarij. 10. *Iunii.*
Ioannes Illyricus, confeſ. Neapoli. 24. *Iunii.*
Ioannes Iulianus, confeſ. in Gallia. 16. *Septemb.*
Ioannes de Ladrada, confeſ. Madriti. 2. *Dec.*
Ioannes Lana, Martyr, Nugaroli. 17. *Septemb.*
Ioannes de Landibus, confeſſ. Bettonij. 6. *Septemb.*
Ioannes Lahtret, Martyr, Nemauſi. 13. *Nouemb.*
Ioannes Lazeanus, confeſ. Stellæ. 26. *Iunii.*
Ioannes Leganez, conf. Caprariæ, Laicus. 5. *Nouemb.*
Ioannes Linarius, confeſ. Boniliæ, Laicus. 29. *April.*
Ioannes Liothus, Martyr, in Gallia. 25. *Mart.*
Ioonnes Lobedanus, idem, cum Pruteno.

Digitized by Google

Ioannes Lombardus, confeſ. Montiſplani. 30. *Maii.*
Ioannes à Louanio, confeſ. in Belgio. 11. *Mart.*
Ioannes à Luca, confeſſ. Aſſiſij. 14. *Maii.*
Ioannes Lucarellus, &
Ioannes Baptiſta Piſaurienſ. ſup.
Ioannes à Luſia, Martyr, Fulgerij. 12. *Iunii.*
Ioannes Mahubertus, & Maubertus, infra.
Ioannes Mahuſius, Martyr, Aldenardi. 4. *Octob.*
Ioannes de Malayo, Martyr, Iulioduni. 3. *Ianuar.*
Ioannes à Mantua, Martyr, Hieroſolymis. 6. *Dec.*
Ioannes à Martello, confeſſ. Serræ. 12. *Mart.*
Ioannes Martinez, Martyr, Babyloniæ. 15. *April.*
Ioannes Martinez, confeſ. Viſus, Tertiarius. 24. *Iulii.*
Ioannes Martyr, cum Franciſco-Laurentio, ſup.
Ioannes Martyr, in India Orientali. 17. *Auguſt.*
Ioannes Mattarius, Confeſſ. Valentenis. 11. *Iunij.*
Ioannes Maubertus, Confeſſ. in Hannonia. 24. *Aug.*
Ioannes à Mauritania, confeſ. Camberiaci, 22. *Iunii.*
Ioannes Merenſis, Martyr, Viriæ. 3. *Septemb.*
Ioannes Minius de Muro, Cardinalis. 27. *Aug.* §. 1.
Ioannes à Miſna, confeſ. Olmuczij. 21. *Nouẽb.*
Ioannes Monaldus, vide, Monaldus, infra.
Ioannes à Montepolitiano, Martyr, vide Martinez, ſup.
Ioannes de Monte S. Mariæ, confeſ. in Picœno. 23. *Septemb.*
Ioannes Moquetus, confeſ. in Gallia. 22. *Sept.*
Ioannes Moretus, Martyr, Caſtri-Geloſiani. 26. *Mart.*
Ioannes de Moya, confeſ. Almanſæ. 1. *April.*
Ioannes Munniz, Confeſſ. Laicus, San-Martini. 11. *Iulii.*
Ioannes Muro, Confeſſ. in Gallia. 27. *Auguſt.*
Ioannes Narachius, confeſ. apud Montem-maiorem nouum. 13. *Octob.*
Ioannes à Nardis, Martyr, Enchuſiæ. 25. *Iunii.*
Ioannes Nauarretus, confeſ. Pontis-vedri. 14. *Octob.*
Ioannes Neapolitanus, martyr, in Syria. 11. *Iulii.*
Ioannes Niger, martyr, Armalech, Tertiarius. 24. *Iunii.*
Ioannes Numantinus, confeſ. in India Orientali. 25. *Auguſt.*
Ioannes Nurſinus, confeſ. Nurſiæ, 3. *Nouemb.*
Ioannes à Nurſia, confeſſ. Peruſiæ. 18. *April.*
Ioannes ab Occania, confeſ. in Caſtella. 6. *April.*
Ioannes de Olmillos, confeſ. Madriti. 22. *Decemb.*
Ioannes Olorcan, martyr, Duni. 21. *Ianuar.*
Ioannes Oſerus, Confeſ. Celletæ. 2. *Februar.*
Ioannes Oſorius, Confeſſ. Mexici, Laicus. 2. *Septemb.*
Ioannes ab Outeiro, Confeſſ. Caſtanheiræ. 6. *Februar.*
Ioannes Pacificus, Confeſſ. Cadafalſi. 29. *Decemb.*
Ioannes à Padillia, in India Occidentali. 30. *Nouemb.*
Ioannes de Palma, martyr, Molucis. 6. *Ianuar.*
Ioannes de Palo, Confeſ. in India Occidentali. 21. *Maii.*
Ioannes de Parcu, Confeſſ. Cluſis. 25. *Mart.*
Ioannes Parens, Confeſſ. in Corſica. 1. *Ianuar.*
Ioannes Pariſinus, martyr, Buyſſierę. 18. *Octob.*
Ioannes de Parma, Confeſſ. Camerini. 19. *Mart.*
Ioannes de Parma, Confeſ. Laicus Caſſane. 1. *Nouẽ.*
Ioannes Paruus, martyr, Riuncij. 24. *Decemb.*
Ioannes Paſchaſius, Confeſſ. Rifagnæ. 25. *Decemb.*
Ioannes Paſtor, Confeſ. Valentiæ. 2. *Auguſt.*
Ioannes Patricius, Confeſ. Louanij. 12. *Iunij.*
Ioannes Pechanus, Cantuarienſis Archiepiſcopus, ibid. 24. *April.*
Ioannes Pegnaluerius, Confeſ. in territorio Toletano 9. *Octob.*
Ioannes de Penna, Confeſſ. apud Pennam S. Ioannis Baptiſtæ. 3. *April.*
Ioannes de Penna, confeſ. Caſſani, Laicus. 21. *Maii.*
Ioannes de Penna: vide, de Pierna, infra.
Ioannes Pennemans, Martyr, Scluſæ. 24. *Iunii.*
Ioannes à Perpiniano, Confeſ. Mexici. 10. *Iunii.*
Ioannes à Peruſio, Confeſ. in Mugello nemore. 24. *Nouemb.*
Ioannes Petrochius, confeſ. Petrochij. 13 *Nouemb.*
Ioannes Picus, Confeſ. in Hiſpania, Laicus 31. *Octob.*
Ioannes Piernus, confeſſ. Monaſterij. 20. *Decemb.*
Ioannes Piſarrus, marty, apud Quepianos. 5. *Ianuar.*
Ioannes de Plano Carpini, confeſ. in Italia. 1. *Auguſt.*
Ioannes à Ponte, confeſ. Coloniæ. 19. *Decemb.*
Ioannes à Ponte-Vedra, confeſ. propè Robledilium. 22. *Nouemb.*
Ioannes à Popula, confeſ. in Monte-Mariano. 6. *Octob.*
Ioannes à Portugallia confeſ. Cabillone. 11. *Nouemb.*
Ioannes de Pouoa, Confeſſ. apud Matozinhos. 6. *Septemb.*
Ioannes de Pozalmuro, Confeſ. vide Tozalius, infra.
Ioannes Pratenſis, Confeſ. in Hethruria. 26. *Septemb.*
Ioannes Prutenus, confeſ. Culmiæ. 21. *Iunij.*
Ioannes Puteanus, martyr, Louanij. 3. *Auguſt.*
Ioannes Quieſdeber, confeſ. in Germania. 18. *Septembris.*
Ioannes Quizuya, martyr, Naganzachi Tertiarius. 5. *Februar.*
Ioannes Rauennas, confeſ. in Romandiola, Tertiarius. 16. *Iunii.*
Ioannes Rauletus, vide Roletus.
Ioannes Rex Armeniæ, Confeſſor in Armenia. 1. *Octob.*
Ioannes Riccius, conf. Sartiani, Laicus. 28. *April.*
Ioannes Richardus, martyr, Lautreci. 4. *Mart.*
Ioannes à Ripa, Confeſ. Tetzcuci. 25. *Iunii.*
Ioannes Riſtorus, Confeſ. Senis. 15. *Februarij.*
Ioannes Rixtellus, martyr, Goudæ. 25. *Octob.*
Ioannes Roletus, martyr, Apamiæ. 3. *Mart.*
Ioannes Ruizius, Confeſ. in Caſtella. 28. *Iulii.*
Ioannes à Rupe, Confeſ. Lieuani. 7. *Sept.*
Ioannes à Rupella, Confeſ. in Gallia. 3. *Februar.*
Ioannes à Rupe ſciſſa, Conf. Villæ-Francæ. 2. *Iunii.*
Ioannes Ruys, Confeſ. Aunonij. 21. *April.*
Ioannes de Salazar, Confeſ. Hiſpali. 18. *Decemb.*
Ioannes à Salua Leone, Confeſ. Badeiocij. 23. *Septemb.*
Ioannes Sanchez, Confeſſ. in Caſtella, Laicus. 16. *Decemb.*
Ioannes à Sancta Cruce, Confeſ. Pinciis. 26. *Iulii.*
Ioannes à Sancta Maria, Confeſ. Arenis. 2. *April.*
Ioannes à Sancta Maria, Conf. in Hiſpania. 25. *Septemb.*
Ioannes à S. Maria, martyr, in nouo Mexico. 9. *Iunii.*
Ioannes à S. Maria, martyr, Meaco. 14. *Auguſt.*
Ioannes à S. Martha, Martyr, idem.
Ioannes à Sanctis, Confeſſ. Pennerandæ, Laicus. 30. *Iulii.*
Ioannes à S. Bernardo, martyr: vide Ioannes Bernardus ſup.
Ioannes à Sancto Conſtantio, Confeſ. Aſſiſij. 1. *Decemb.*

Ioannes

Digitized by Google

Ioannes à Sancto Franciſco, Confeſ. Mexici. 30. *Iulij.*
Ioannes à ſancto Lazaro, Confeſ. Lamaci. 9. *April.*
Ioannes à S. Ludouico, Confeſ. apud Montem-Morenum. 24. *Nouemb.*
Ioannes à S. Michaele, Confeſ. Villæ-nouæ, Laicus. 5. *Februar.*
Ioannes à S. Michaele Safræ, Laicus. 17. *Auguſt.*
Ioannes à S. Michaele, Confeſ. Tarequati. 3. *Mart.*
Ioannes à S. Torquatio, Confeſ. in Canaria. 18. *Febr.*
Ioannes Schifictus, Confeſ. Catanæ. 6. *Decemb.*
Ioannes Scotus, vide Dunſius, ſup.
Ioannes à Serrado, vide Clauſus, ſup.
Ioannes à Sillis, Confeſſ. apud Marianum-Montem. 21. *Iulii.*
Ioannes Simplex, Confeſſ. Aſſiſij. 2. *Martii.*
Ioannes Slonka, Confeſſ. Cracouiæ. 31. *Maij.*
Ioannes Smolha, Confeſ. Louitij. 12. *Martii.*
Ioannes à Solitudine, confeſ. Villæ-nouæ, Laicus. 2. *Iulii.*
Ioannes à Soria, Confeſ. Vide Ioannes Numantinus, ſup.
Ioannes à Soto, Confeſ. Segouiæ. 6. *Iunii.*
Ioannes à Spinoſa, Confeſ. apud Montem-Cælium. 7. *Septemb.*
Ioannes à Pinula. Conf. Talabricæ, Laicus, 25. *Febr.*
Ioannes Spirenſis, Confeſſ. Spiræ. 30. *Iunii.*
Ioannes à Spiritu ſancto, vide Ioannes Calerus, ſup.
Ioannes à Stenical, idem cum Spirenſi, ſup.
Ioannes Straminæus, Confeſ. Valencenis. 11. *Iunij.*
Ioannes à Stronconio, confeſſ. in Italia. 8. *Maii.*
Ioannes Suarez, Confeſſ. vide Alphonſus, ſup.
Ioannes Sylueſter, Confeſſ. Sagii. 16. *Decemb.*
Ioannes de Tagliacotio, conf. in Corſica. 7. *Maii.*
Ioannes de Tapia, Martyr, Zacatecis. 23. *Auguſt.*
Ioannes à Tauira, Confeſſ. Marchenæ. 14. *Decemb.*
Ioannes de Tellio, Martyr, Charriæ. 13. *Decemb.*
Ioannes Tantialbena, Confeſ. San-Illuminatæ. 9. *Maij.*
Ioannes Teſſeda, Confeſſ. Valliſoleti. 8. *Februar.*
Ioannes Teudriquus, Martyr, Magduni. 2. *Septemb.*
Ioannes Teutonicus, Confeſſ. in Monte-Flaſcone. 24. *Septemb.*
Ioannes Tilletus, Confeſſ. in Gallia. 17. *Iulii.*
Ioannes Tiſſerandus, Confeſſ. Lugduni. 8. *Septemb.*
Ioannes Tixierus, Martyr, Nannetæ. 1. *Aug.*
Ioannes de Tobar, Martyr, Chile. 23. *Decemb.*
Ioannes Torigneus, Martyr, Mirabelli. 26. *Auguſt.*
Ioannes Tozallus, Confeſſ. Numantiæ. 7. *Iunii.*
Ioannes Trenquerius, Martyr, apud Ciuitatem Caſtrenſem. 3. *Octob.*
Ioannes à Trinitate, Confeſſ. in Caſtella. 6. *Nou.*
Ioannes Triſtanus: vide Triſtanus, infra.
Ioannes Troius, Confeſſ. Antuerpiæ. 11. *Februar.*
Ioannes Tudertinus, Martyr, Tranſſyluaniæ. 4. *Iunii.*
Ioannes Tuit, Martyr, in Anglia. 9. *Auguſt.*
Ioannes de Turribus, Conf. apud Caçeres. 20. *Nou.*
Ioannes Vachetus, Martyr, Auenione. 2. *Ianuar.*
Ioannes de Vallibus, Confeſſ. Piſtiæ, Brulani. 4. *April.*
Ioannes Vanglius, Martyr, Nugaroli. 17. *Decemb.*
Ioannes à Via, Confeſſ. Palmæ. 12. *Aug.*
Ioannes à Via, Confeſſ. in Vmbria, Laicus. 12. *Aug.* §. 8.
Ioannes Vicinus, Martyr, Bleſis. 22. *Ianuar.*
Ioannes à Villa-Maiori, Confeſ. Conchæ-Valeriæ. 24. *Septemb.*
Ioannes Virolantus, Martyr, Engoliſmæ. 9. *Septemb.*
Ioannes à Vite, Confeſſ. Palentiæ. 19. *Septemb.*
Ioannes Wallenſis: vide Gallenſis, ſup.
Ioannes à Watfordio, Conf. in Hybernia. 23. *Feb.*
Ioannes à Watfordio, Confeſſ. in Dacia. 18. *Maij.*
Ioannes à Zarzuela, vide à Spinula, ſup.
Ioannes Zuaza, Martyr, in Ægypto. 4. *Ianuar.*
Ioannes Zumaraga, Mexicanus Archiepiſcopus, Mexici. 14. *Iunij.*
Ioannes, Conf. in Apulia. 1. *Martii.*
Ioannes Confeſſ. Aſturicæ. 8. *Nouemb.*
Ioannes, Confeſſ. Carauillæ. 14 *Nouemb.*
Ioannes Confeſſ. Aſturicæ. 15. *Nouemb.*
Ioannes, Confeſſ. in Gallia. 18. *Ianuar.*
Ioannes, Confeſſ. Oſſemij. 19. *Februar.*
Ioannes, Confeſ. Luneburgæ. 2. *Iunij.*
Ioannes, Confeſſ. Syracuſæ. 18. *Nouemb.*
Ioannes, Confeſ. Villalpandi. 31. *Ianuar.*
Ioannes, Confeſ. Vlyſſipone. 24. *Iulii.*
Ioannes, Confeſ. Vrbini, Tertiarius. 22. *Aug.*
Ioannes, Confeſ. Wermeburgi. 27. *Octob.*
Ioannes, Martyr, Gebennæ. 31. *Decemb.*
Ioannes, Martyr, Guaxacatlanæ, cum Franciſco Laurentio, ſup.
Ioannes, Martyr, Ruremundæ. 24. *Iulii.*
Ioannes, Martyr, Valentiæ. 29. *Auguſt.*
Ioannes Martyr, propè Zeilamicam Inſulam. 23. *Auguſt.*
Ioanninus, Confeſ. Callij, Tertiarius. 21. *April.*
Ioannucius de Penna, idem cum Ioanne de Penna S. Ioannis ſup.
Ioannucius de Valle-Terrena, Confeſſ. Nurſiæ, Laicus. 25. *Ianuar.*
Iolanta, vide Iuliana, infra.
Iordanus, Confeſſ. Bettonij, Laicus. 12. *Mart.*
Iordanus, Confeſ in Saxonia. 7. *Nouemb.*
Sanctus Ioſeph, Genitricis Dei ſponſus, in Iudæa. 19. *Martij.*
Ioſeph Albiz, Confeſ. Madriti. 29. *Octob.*
Ioſeph à Cardineta, Confeſſ. Aioræ. 4. *Octob.*
Ioſeph à Colle-Amato, Confeſſor, in Piceno. 28. *Iunij.*
Ioſeph, Confeſ. Florentiæ. 12. *Septemb.*
Ioſeph Eugubinus, Confeſ. Spoleti. 5. *Octob.*
Ioſeph à Ferno, Confeſ. Mediolani. 5. *Ianuar.*
Ioſeph ab Hipporedia, Conf. San-Georgij. 27. *Aug.*
Ioſeph de Leoniſſa, Confeſ. in Italia. 20. *Decemb.*
Ioſeph Mediolanenſis: vide à Ferno, ſup.
Ioſeph à Rocca-verti, Confeſſ. Toleti. 12. *Decemb.*
Ioſeph à Sancta Maria, Conf. Madriti. 24 *Decemb.*
Iſabella Criuella, virgo, Mediolani. 17. *Maii.*
Iſabella Loſa, vidua. 5. *Martii.*
Iſabella à S. Franciſco, Virgo, Beluiſij. 8. *Auguſt.*
Iſabella, ſoror S. Ludouici Reg. Franc. Virgo, Longi-Campi. 31. *Auguſt.*
Iſabella à Soto-Maiore, Virgo, Bellalcazari. 2. *April.*
Iulia, Virgo, Mediolani. 22. *Iunij.*
Iuliana, Vidua Gueſnæ. 22. *April.*
Iulianus Alemannus, qui & Teutonicus, infra.
Iulianus Alemannus, Confeſſ. Aquilæ. 30. *Septemb.*
Iulianus à Bonifacio, Confeſ. Tallæ. 30. *Decembris.*
Iulianus, Confeſ. Vallis in Iſtria. 4. *Nouemb.*
Iulianus Cortonenſis, Conf. Cortonæ. 7. *Iunii.*
Iulianus Donatus, Conf. Elchij, Tertiar. 21. *Decemb.*
Iulianus à Fabriano, Confeſ. in Piceno. 26. *Iulij.*
Iulianus Formons, Conf. Sezanij. 28 *Mart.*
Iulianus Maigneſius, Martyr, Viriæ. 3. *Septemb.*
Iulianus, Martyr, Gloſis. 23. *Martii.*
Iulianus Salodienſis, Conf. Romæ. 6. *Octob.*

Digitized by Google

Iulianus à S. Auguſtino, Conf. Compluti. 8. *April.*
Iulianus à Spira, idem cum Teutonico, infra.
Iulianus Teutonicus, Confeſ. Pariſiis. 9. *Februar.*
Iuniperus à Campo, Confeſ. Mottæ-Philocaſtri. 31. *Decemb.*
Iuniperus ab Eſpirilla, confeſ. Plici, Laicus. 7. *decem.*
Iuniperus, Confeſ. Romæ, Laicus. 4. *Ianuar.*
Iuniperus de Terracina, Confeſ. 2. *Februar.*
Iuniperus Siculus, Martyr, Hieroſolymis. 23. *Feb.*
S. Iuo, Confeſſ. Lohaneti, Tertiarius. 19. *Maii.*
Iuo Boyerus, Martyr, Iulioduni. 3. *Ianuar.*
Iuſtinus, Confeſ. Cobilini. 13. *Decemb.*
Iuſtinus, Confeſ. Cracouiæ. 31. *Maii.*
Iuſtinus à Panigaleo, Confeſ. Narniæ, Laicus. 1. *Dec.*
Iuſtus, Conf. propè Calenam Domum. 13. *Septemb.*
Iuſtus, Confeſ. Villæ-Franchæ. 7. *Aug.*
Iutta, Virgo, in Germania, Tertiaria. 19. *Mart.*
Iutta, Vidua Tertiaria, Culmiæ. 30. *April.*

L.

LAdiſlaus ab Hungaria, Confeſ. apud Montemmurum. 20. *Septemb.*
Ladiſlaus ab Hungaria, Martyr, Bidinj. 12. *Maii.*
Ladiſlaus à Gelrono, Confeſſ. Warſſauiæ. 6. *Februar.*
Lanceſlaus, idem cum Ladiſlao Hungaro.
Land nus: idem cum Laudono.
Landulphus, Archiepiſcopus Amalphitanus. 1. *Mart.*
Landus Tarentinus, Confeſ. Andriç. 14. *Auguſt.*
Landulphus: vide Lucolphus, infra.
Latinus: vide Petrus, infra.
Laudonus à Monte-Feltrio, confeſ. Tertiarius. 29. *Iul.*
Laura-Fœlix, de Saulis, Virgo, Mediolani. 10. *Aug.*
Laurẽtius de Alexandria, Martyr, Armalech. 24. *Iun.*
Laurentius, Archiepiſcopus Vpſallenſis, Euecopiæ. 5. *Mart.*
Laurentius à Bagnacauallo, confeſ. Mediolani. 12. *Februar.*
Laurentius à Brunduſio, confeſſ. Vlyſſipone. 22. *Iuly.*
Laurentius à Camerino, confeſ. in Picœno. 8. *Dec.*
Laurentius, confeſ. Caſtrulei. 28. *Iuny.*
Laurentius, Confeſ. Methymnæ-Roſecç, Laicus. 1. *Ianuar.*
Laurentius, Confeſſ. Taurini. 20. *Martii.*
Laurentius à Fabriano, Confeſ. in Monte-Aluernæ. 14. *Auguſt.*
Laurentius à Firmo, Confeſſ. idem.
Laurentius Panormitanus, Conf. in Italia. 15. *April.*
Laurentius Rapariegos, Confeſ. Areuali, Laicus. 3. *Iunii.*
Laurentius à Sancto Martino, Confeſ. Adriæ, Laicus. 7. *Iunii.*
Laurentius de Villa-Magna, Confeſ. Ortonæ. 6. *Iunii.*
Leo Carazuma, Martyr, Naganzachi, Tertiarius. 5. *Februar.*
Leo, Catanenſis, Confeſ. Catanæ, Laicus. 2. *Febr.*
Leo, Confeſſ. Aſſiſij. 15. *Nouemb.*
Leo, Confeſ. Beneuenti. 19. *Nouemb.*
Leo Lechenſis, Confeſ. Celentiæ, Laicus. 19. *Octob.*
Leo Luſitanus, Confeſ. Vitioſæ. 9. *Februar.*
S. Leo, Martyr, Ceptæ. 13. *Octob.*
Leo, Martyr, Marrochij. 16. *Septemb.*
Leo, Martyr, Nangazachi. 10. *Septemb.*
Leo Palatinus, Laudenſis Epiſcopus, Laudæ. 24. *Decemb.*
Leo de Perago, Mediolanenſis Archiepiſcopus, Legnani. 18. *Decemb.*
Leo de Petra Buni, Confeſ. Beuallię. 18. *April.*
Leonardus ab Aſſiſio, Confeſ. in Italia. 11. *Iunii.*
Leonardus, Confeſ. Cracouiæ. 28. *Septemb.*
Leonardus, Confeſ. Tiferni. 11. *Iunii.*
Leonardus à Fulgineo, Confeſ. Piperni. 10. *Februar.*
Leonora Guſmania, Virgo, Abbatiſſa, Hiſpali. 21. *Iunii.*
Leonora Porto-Carriera à Vega, Virgo, Abbatiſſa, Palmæ. 25. *Octob.*
Leonora à Regibus, Virgo, Vlyſſipone. 18. *Ianuar.*
Leonora Roderica, Virgo, Abbatiſſa, in Gallœcia. 5. *Ianuar.*
Leonora à ſancto Franciſco, Virgo, Palmæ. 16. *April.*
Leonora à ſancto Ioanne, Virgo, Abbatiſſa, Granatæ, Tertiaria. 10. *Ianuar.*
Leonora Vlloa, Virgo, Tordeſſyllari. 7. *Decemb.*
Liberatus à Ciuitello, confeſ. Tocci. 26. *Maii.*
Liberatus, confeſ. in Tuſcia, S. Angeli de Vena. 26. *Auguſt.*
Liuinus Brectius, confeſ. Louanij. 11. *Iunii.*
Liuinus, Martyr, in Ægypto. 1. *Auguſt.*
Lopetia à Viel, Virgo, Cęſar-Auguſtæ. 17. *Maii.*
Lopetius à Salinis, confeſ. Methymnæ. 24. *Februar.*
Lucas de Almadobar, confeſſ. Mexici. Laicus. 11. *Iunii.*
Lucas Aſculanus, confeſ. in Picœno. 2. *Octob.*
Lucas, confeſ. Patauij. 17. *Feb.*
Lucas à Martyribus, confeſ. Roſarij. 1. *Auguſt.*
Lucas à Valle-viridi, confeſſ. Methymnæ-Campi, 2. *April.*
Lucheſius, confeſſ. apud Podium Bonitium, Tertiarius. 28. *April.*
Lucia Petri, Fulginas, Virgo, Abbatiſſa, Peruſiæ. 9. *decemb.*
Lucia Sanctia, Vidua, Carmonę. 18. *Ianuar.*
Lucia Virgo, Sicula Tertiaria, Salerni. 26. *Septemb.*
Lucia Vbaldina, Virgo, Florentiæ. 30. *Maii.*
Lucia Veneta, Venetiis, Tertiaria. 21. *Ianuar.*
Lucia, Virgo, Nurſiæ, Tertiaria. 12. *Ianuar.*
Lucia, Virgo, Arcellæ. 25. *Septemb.*
Lucida, Virgo, Fulginij, Tertiaria. 12. *Iulii.*
Lucida, Nouarienſ. Virgo, Nouariæ. 31. *Decembris.*
Lucidus, confeſ. in Picœno. 10. *April.*
Lucius, qui & Lucheſius, ſup.
Lucius, confeſ. in Italia, Tertiarius. 24. *Auguſt.*
Lucius de Freitas, Martyr, in Iapponio, Tertiarius, 10. *Septemb.*
Lucolphus, confeſ. Manderburgij. 7. *Maii.*
Lucretia, Virgo, Ferrariæ. 28. *Nouemb.*
Ludouica de Alberthonis, Romæ, Tertiaria. *vltima Ianuar.*
Ludouica Aquilana, Virgo, Aquilæ. 17. *Iunii.*
Ludouica ab Aſcenſione Abbatiſſa, Carrioni. 28. *Octob.*
Ludouica Auendagno, Virgo, Alcazarij, Tertiaria. 22. *Martij.*
Ludouica à Cruce, Vidua, Abbatiſſa, Granatæ. 1. *Octob.*
Ludouica, Virgo, Peruſina, Romæ. 16. *Feb.*
Ludouica de Pareia, Virgo, Cordubæ. 19. *Sept.*
Ludouica à Ruſconibus: vide Beatrix, ſup.
Ludouica à Sabaudia, Vidua, Orbæ. 7. *Auguſt.*
Ludouica à Sandoual, Virgo, Alcaudetę. 14. *Decemb.*
Ludouica Villalobos, Virgo, Palentiæ. 11. *Februar.*
Ludouicus Amarantius, Martyr, Zeilamij. 11. *April.*
Ludouicus ab Aracilio, confeſ. Elchij. 19. *Ianuar.*

Ludouicus

Digitized by Google

Ludouicus Baleius, Martyr, Meldiſ. 13. *April.*
Ludouicus Beltranus, Hueſcæ, Laicus. 21. *Februar.*
Ludouicus Biaſſo, Confeſ Modoetiæ. 14. *Iunii.*
Ludouicus de Bolagnos, Confeſ. in India Occidentali. 6. *Decemb.*
Ludouicus de Caponibus, Confeſſ. Florentiæ. 3. *Decemb.*
Ludouicus à Catalagirone, Confeſſ. Plateæ, Laicus. 31. *Iulij.*
Ludouicus Columbus, Confeſ. Auenione. 8 *April.*
Ludouicus à Croneto, Confeſſ. in Valle Stignana, Laicus. 6. *Februar.*
Ludouicus à Cruce, Confeſ. Beſſalcazari. 20. *April.*
Ludouicus à Cruce, Confeſſ. in India Orientali. 23. *Ianuar.*
Ludo. Duiſco Martyr Naganſachi tertiarius. 5. *Febr.*
Ludouicus à Fonte-Salita, Confeſſ. in Inſula S. Germani. 10. *Auguſt.*
Ludouicus Gebennenſis, Confeſ Cluſis. 10. *Nouemb.*
Ludouicus Grippus, Martyr, in territorio Ebroicenſi. 22. *Iulij.*
Ludouicus Groppina. Idem.
Ludouicus Heluetius, idem ac Teutonicus, infra.
Ludouicus Latinus, vide, Senenſis, infra.
Ludouicus à Lerma, Confeſſ. Garacici. 26. *Iulij.*
Ludouicus Lucenſis, Confeſ. in Canaria. 27. *Auguſt.*
Ludouicus Lupus: vnde Alphonſus, ſup.
Ludouicus à Mant ua, Confeſſ. in Gallia Tranſalpina. 7. *Iunij.*
Ludouicus Michael de Barga, Confeſſ. in territorio Lucenſi. 30. *April.*
Ludouicus Panetius, Martyr, Stampis. 13. *April.*
Ludouicus de Petra Serra, Confeſ. apud Montem-Sanctum. 26. *Decembris.*
Ludouicus Placentinus, Confeſ. apud Campum Baſſum. 29. *April.*
Ludouicus de Plana, Martyr, Stampis. 29. *Iulij.*
Ludouicus Rhegienſis, Confeſ. Mottę-Philocaſtri. 28. *April.*
S. Ludouicus, Rex Franciæ, Lutetiæ Pariſiorum, Tertiarius. 25. *Auguſt.*
Ludouicus à Rotela, Confeſſ. in Italia. 9. *Decemb.*
Ludouicus de Sala, Confeſ. in Hiſpania. 29. *Nouemb.*
Ludouicus Salmanticenſis, Confeſ. Palentiæ, Laicus, 25. *Decemb.*
Ludouicus à Sandoual, Confeſ. Hiſpali. 29. *Maii.*
Ludouicus Saſſandra, Martyr, apud Facum. 25. *Auguſt.*
Ludouicus Senenſis, Confeſſ. Capriolæ, Laicus. 21. *Decemb.*
Ludouicus Sotellus, Martyr, apud Facū. 25. *Auguſt.*
Ludouicus à Soto Maiore: vide Ludouicus à Cruce ſup.
Ludouicus Teutonicus, Confeſ. Peruſiæ. 15. *Decemb.*
S. Ludouic. Toloſanus Epiſcopus, Brincolę. 19. *Aug.*
Ludouicus de Varka, Confeſ. Warſſauiæ. 6 *Septemb.*
Ludouicus Villalupus: vide Aloyſius, ſup.
Ludouicus à Vicentia, Confeſſ. in Italia. 21. *April.*
Ludouicus Voetz, Martyr, Enchuſiæ. 25. *Iunii.*
Ludouicus Vrbinas, Confeſ. Firmi. 18. *Februar.*
Ludouicus ab Vtrera, Confeſ. Hiſpali. 2. *Octob.*
Ludouicus, Martyr, in territorio Bononiēſi. 25. *Mart.*
Ludouicus, Martyr, apud Facum, Tertiarius. 25. *Auguſt.*
Ludouicus Odoricus: vide Odericus, infra.
Lupus, Confeſſ. Burgis. 19. *Maii.*
Lupus, Epiſcopus Marrochienſ. 1. *Maii.*
Lupus de Salazar; vide Lopetius de Salinis, ſup.

M.

Magdalena à Britannia, Virgo, Longi Campi. 29. *Martii.*
Magdalena à Conſtātio, Neapoli, Tertiaria. 26. *Maii*
Magdalena à Cruce, Virgo, Iliturgi. 27. *Decembris.*
Magdalena à Magalonia, Virgo, Cæſar-Auguſti. 21. *April.*
Magdalena à S. Antonio, Virgo. 8. *Octob.*
Magdalena à Sepulchro, Virgo, Abbatiſſa, Beluiſij. 22. *Iulii.*
Magdalena de Tizon, Virgo, Piſauri. 25. *Iunii.*
Maldonata, Vidua, Beluiſij, Tertiaria. 9. *Nouemb.*
Manſueta, Virgo, Laudæ. 11. *Octob.*
Manſuetus, Confeſ. in Aprutio. 14. *Iulii.*
Manſuetus. Confeſ. Caſtellioni Aretini. 27. *Decemb.*
Maguardus, Confeſ. Vranſlauiæ. 29. *Maii.* §. 6.
Marcellinus: vide Euangeliſta Marcellinus, ſup.
Marcuatus, idem cum Marguardo, infra.
Marchio à Cortona: vide Marcus, infra.
Marcus Bergomas, Confeſ. in Vmbria. 4. *Iunii.*
Marcus à Bononia, Confeſ. Placentiæ. 27. *Martij.*
Marcus à Bononia, Confeſ. apud Campum-Baſſum. 29. *Iulii.*
Marcus, Confeſ. Corneclanij, Laicus. 2 *Maij.*
Marcus à Cortona, Confeſ. apud Podium Bonitium. 16. *Februar.*
Marcus Fantucius, vide à Bononia Placentiæ, ſup.
Marcus à Ferraria, Confeſ. Hiſtonij. 1. *Februar.*
Marcus Hungarus: vide Marcus, Coneclanij, ſup.
Marcus Maſcanius, Confeſ. in Italia. 28. *Maij.*
Marcus à Mediolano: vide Martinus.
Marcus de Monte-Lupone. Confeſ.
Marcus à Nicia, Confeſ. Mexici. 25. *Martii.*
Marcus Pecorarius, Confeſ. iuxta Senam-Longam. 31. *Iulii.*
Marcus Porcarius, idem.
Marcus à Porta-Legra, Confeſ. Villæ Vitioſæ, Laicus. 27. *Martij.*
Marcus à S. Magdalena, Confeſ. apud Montem-Morenum. 24. *Nouemb.*
Marcus à S. Maria, Confeſ. Vincentiæ. 19. *Mart.*
Marcus Theatinus, Confeſ. Theate. 2. *Nouemb.*
Marcus Vlyſſiponenſis, Epiſcopus, in Luſitania. 11. *Septemb.*
Margareta Agullona, Virgo, Valentiæ, Tertiaria. 9. *Decemb.*
Margareta à Brabantia, Virgo, apud Longum Campum. 19. *Auguſt.*
Margareta à Calaxibetta, Virgo, Plateæ. 8. *Mart.*
Margareta à Columna, Virgo, Romæ. 30. *Decemb.*
Margareta de Cortona, Cortonij, Tertiaria. 22. *Feb.*
Margareta Dominici, Virgo Abbatiſſa Fulginij. 13. *Iunii.*
Margareta Fulginas, eadem.
Margareta, apud Montem-Falconem, Tertiar. 13. *Mart.*
Margareta à Lotharingia, Vidua, Argentonij. 2. *Nouemb.*
Margareta Parua, Virgo, Martyr, Mauritaniæ. 26. *Septemb.*
Margareta Sulmonenſis, Virgo, Abbatiſſa, Romæ. 5. *Septemb.*
Margareta Torniella, Virgo Nouariæ. 13. *Auguſt.*
Maria Alphonſi, Virgo Abbatiſſa, Aſturicæ. 2. *Maij.*

Digitized by Google

Maria ab Aſſumptione, virgo, Alenquerij. 22. Aug.
Maria Baptiſta Butaroni, virgo, Fulginij. 5. Iunii.
Maria à Borbonio, Virgo, Ambiani. 7. Septemb.
Maria à Burgo, virgo, Volaterræ. 21. Octob.
Maria Calderona, virgo, Abbatiſſa, Pueblæ, ſeu Populæ. 27. Martii.
Maria Caualiera, virgo, Abbatiſſa, Camberiaci. 4. Ianuar.
Maria à Chriſto, virgo, Abbatiſſa, Fonſalitæ. 17. April.
Maria Clementij, virgo, Alenconij. 30. Maii.
Maria à Conceptione, virgo, Bellalcazari. 4. April.
Maria à Corbya, virgo, Abbatiſſa, Surrigij. 8. Maii.
Maria Fernandez Coronel, vidua, Guadalfagiaræ. 3. Iulii.
Maria de Fonte, Albazeti. 16: Septemb.
Maria Gerao, virgo, Tertiaria, Lorcæ. 18. Dec.
Maria Gomeſia, virgo, Villæ-nouæ, Tertiaria. 11. Maii.
Maria Gonzalua à Fonte, virgo, Toleti, Tertiaria. 29. Aug.
Maria Gonzalua, virgo, Veaz, Tertiaria. 24. Nou.
Maria à Gratia, Virgo, Gienni. 7. Mart.
Maria Gumaſnia, Virgo, Abdaræ. 15. Februar.
Maria de Heredia Virgo, Segobiæ. 1. Februar.
Maria de Ieſu, Virgo, Antiquæ-Mellariæ. 2. April.
Maria de Ieſu, Virgo, Cordubæ. 12. Iunii.
Maria de Ieſu, Virgo Palmæ. 23. Maii.
Maria de Ieſu, Virgo, ibid. 11. Iunij.
Maria à Ieſu, Virgo, Tertiar. Xereſii. 17. Nouemb.
Maria ab Incarnatione, Virgo, Bellalcazari. 13. Maii.
Maria ab Incarnatione, Virgo, Palmæ. 13 Maii. §. 8.
Maria Longa, Vidua, Abbatiſſ. 21. Decemb.
Maria Lopetia: vide Lopetia à Viel, ſup.
Maria Loriena, Virgo, Cæſar-Auguſtæ. 15. Martij.
Maria à Loſada, Virgo, Villæ-Franciæ. 6. Ianuar.
Maria Ludouica Caſtella, Virgo, Mediolani. 29. Ianu.
Maria à Luna, Virgo, Montiliæ. 14. April.
S. Maria Magdalena, Maſſiliæ. 22. Iulii.
Maria Magdalena, Mediolanenſ. Virgo, Mediolani. 15. April.
Maria Manuel, Vidua, Turri Lauretanæ. 31. Mart.
Maria à Maſſa, Virgo, Fulginij. 20. Septemb.
Maria Mediolanenſ. Virgo, Mediolani. 16. Iulii.
Maria à Mendoſa, Vide, Mentia, infra.
Maria Monacha, Virgo, Alcazarij. 28. Septemb.
Maria à Mõtalua, Virg. Cõchæ Camporũ. 21. Maii.
Maria Mugnez, Alcarazij, Tertiaria. 28. Maii.
Maria de Ortega, Virgo, Alcazarij Tertiaria. 21. Mart.
Maria Pauper, Vidua, Abbatiſſa, Toleti. 5 Iulij.
Maria Pennaloza, Virg. Segobiæ, Tertiaria. 10. April.
Maria Pimentes, Virgo, Areuali. 17. Auguſt.
Maria à Plagis, Virgo, Santareni. 13. Iulii.
Maria à Porto-Carrerio, Virgo, Palmæ. 12. Auguſt.
Maria à Queto, Virgo, Tordeſyllarij. 23. Iunii.
Maria Ramirez, Virgo, Segouiæ. 1. Februarij.
Maria Rugel, Virgo Tertiaria Veneti. 22. Nouemb.
Maria Ruizia, Virgo, Alcarazij, Tertiaria. 7. Nouẽb.
Maria à S. Antonio, Virgo, Bellalcazari. 27. Ianuar.
Maria à S. Franciſco, Virgo, Gienni. 8. April.
Maria à S. Franciſco, Virgo, Palmæ. 18. April.
Maria à Sancto Hieronymo, Virgo, Abbatiſſa, Antiquæ Mellariæ. 29. April.
Maria à S. Martino: vide Mentia, infra.
Maria à S. Paulo, Virgo, Aillonii. 14. Septemb.
Maria Sanctia, Virgo, Lorcæ, Tertiaria. 20. Martii.
Maria à Sepulchro, Virgo, Villæ-Comitis. 24. Aug.
Maria de Sillè, Turonis, Tertiaria. 28. Martij.
Maria à Spinoſa, Virgo, Alcaudetæ. 8. Iulij.
Maria à Spiritu-ſancto, Segobiæ, Tertiaria. 3. Ianuar.
Maria Suarez, à Toleto: vide Maria Pauper, ſup.
Maria Suarez, Vidua, Salmanticæ. 1. Martii.
Maria à Toleto, Virgo, Orapeſſæ. 8. Iunii.
Maria à Turribus, Virg. Abbatiſſa, Octoduræ. 9. Sept.
Maria à Velaſco, Virgo, Veroladi. 9. Octob.
Marina Aluarez-Marci, Vidua. Albazeti. 13. Februar.
Marina de Chriſto, Virgo, Cordubæ. 14. Iunii.
Marina à Turribus, vide, Maria, ſup.
Marianus Brandius, Confeſſ. in Caſtro-Nuntia Laicus. 23. Iunii.
Marianus Cluſinus: vide Senenſis, infra.
Marianus à Luco, Confeſſ. in Monte-Aluerno, Laicus. 1. Ianuar.
Marianus à Muro, Conf. Marianę, Laicus. 23 Nouemb.
Marianus Senenſis, Confeſſ. Capriolæ. 17. Maii.
Marinus Maſſainus, Confeſſ. apud Montem-murum. 22. Septemb.
Marinus à S. Victoria, Conf. San-geneſij. 9 Nouemb.
Marguardus de Meiſmaler, Cõfeſ. Monaci. 29. Maij.
Mariartus, Confeſſ. Teigmolagij. 31. Decemb.
S Martha, Virgo, Taraſci. 29. Iulij.
S. Martialis, Epiſcopus, Lemouicis. 7. Iunii.
Martinus 4. Pap. 29. Martii: Peruſiæ.
Martinus de Altamira, Martyr, Indiæ. 22. Decemb.
Martinus ab Aſcenſione, Martyr, Naganzachi. 5. Febr.
Martinus Belga, Confeſ. Romæ. 3. Martii.
Martinus Bertrannus à Beſignano, Confeſ. Agelli, Laicus. 6. Septemb.
Martinus de Carraſcoſa, Conf. Conchæ. 30 Auguſt.
Martinus, Confeſſ. Burgis. 10. Ianuar.
Martinus à Ieſu, Confeſſ. Paſquarii. 25. Septemb.
Martinus Didirannus, Martyr, Donzenachi. 16. Iunii.
Martinus Fulginas, Confeſſ. 15. Mart.
Martinus Gibertus, Confeſ. Sinſonzæ. 3. Octob.
Martinus à Guarda, Martyr, in India Orientali. 24. Decemb.
Martinus Guſmanius, Confeſſ. apud Roccam-Antimi. 15. Mart.
Martinus Hadenſis, Martyr, Vilnæcaſtri. 7. Auguſt.
Martinus à Ieſu: vide à Corumna, ſup.
Martinus à Martinis, Confeſ. Vlyſſipone, Laicus. 26. Februar.
Martinus Martyr, Polociæ. 11. Mart.
Martinus Martyr, apud Burgum S. Andeoli. 16. Iunij.
Martinus, Martyr, Nagãzachi, Tertiarius. 5. Februar.
Martinus Narnienſis, Confeſſ. in Italia. 9. Ianuar.
Martinus à Numbela, Confeſſ. Badeiocij. 29. Iulij.
Martinus Ognatiui, Confeſſ. Roſarij. 30. Decemb.
Martinus Petrus, Confeſſ. Bellicij. 26. Ianuar.
Martinus à Rocca, Confeſ. Bibliæ. 1. Septemb.
Martinus Ruiſius, Confeſſ. Toleti. 25. Auguſt.
Martinus à S. Maria, Confeſ. in Villa Pallhaes. 17. Iul.
Martinus à S. Felice Martyr, Lancaſtriæ. 7. Auguſt.
Martinus à S. Maria Virgine, Confeſ. Laicus Caſtri-Cæſaris. 13. Iunij.
Martinus à Sarmiento, Tlaxcallanorum Epiſcopus, Populæ de Angelis. 30. Auguſt.
Martinus à Spoleto, Martyr idem cum Andria.
Martinus Suetens, Martyr, in Brabantia. 9. April.
Martinus Vſaſa: vide, à Ieſu, Toleti, ſup.
Martinus à Valentia, Confeſſ. Tlamanalci. 31. Auguſt.
Martinus Vander, Confeſ. Louanii. 19. Decemb.
Martius, Confeſſ. in territorio Nurſino. 8. Octob.
Martyres Aconenſes. 18. Maij.

Martyres

Digitized by Google

Martyres Belgæ, apud Valencenas. 22. *Mart.*
Martyres in Burgundia, 8. *Feb.*
Martyres Chilenſes. 18. *Febr.*
Martyres Gualina-motæ. 4. *Auguſt.*
Martyres in Morea. 1. *Iulij.*
Martyres duo, Auſtriæ. 24. *Nouemb.*
Martyres duo, Brielæ. 9. *Iulij.*
Martyres duo Chile. 23. *Decemb.*
Martyres duo Cholleti. 31. *Auguſt.*
Martyres duo, apud Ciuitatem Regiam, in Chilenſi Regione. 24. *Decemb.*
Martyres duo Hieroſolymis. 7. *Nouemb.*
Martyres duo, in India Occidentali. 6. *Decemb.*
Martyres duo, in India Orientali. 17. *Auguſt.*
Martyres duo, Maioricæ. 9. *Mart.*
Martyres duo, Marrochij. 16. *Septemb.*
Martyres duo, in Syria. 31. *Ianuar.*
Martyres duo, in partibus Orientis. 7. *Aug.*
Martyres duo, Oſornij, in Chilenſi Regione. 26. *Dec.*
Martyres duo, Valachiæ. 11. *Maij.*
Martyres duo, Zeilami. 11. *Septemb.*
Martyres duodecim, in Monte Syon. 1. *Octob.*
Martyres, Flandrenſes. 25. *Nouemb.*
Martyres, Inſubres. 6. *Nouemb.*
Martyres, Leopoli. 28. *Maij.*
Martyres, Lunelli. 15. *Septemb.*
Martyres, in Sicilia. 2. *April.*
Martyres octodecim, Auſtriæ. 24. *Ianuar.*
Martyres quatuor, in Belgio. 6. *Iulii.*
Martyres quatuor, in India Orientali. 3. *April.*
Martyres quatuordecim, Pragenſes. 2. *Februar.*
Martyres quinque, Canarienſes. 10. *Septemb.*
Martyres quinque, Lithuaniæ. 21. *Martii.*
Martyres quinque, in Vilna Caſtro. 11. *Maii.*
Martyres quinque, Viſochij. 26. *Martii.*
Martyres, Saxones. 14. *Martij.*
Martyres ſeptem, in Palæſtina. 17. *Ianuar.*
Martyres 17. Nangazachij. 5. *Februar.*
Martyres ſex, Aurelianis. 29. *Iulij.*
Martyres ſex, Diſtemij. 25. *Octob.*
Martyres ſex, Ramæ. 21. *April.*
Martyres ſexdecim, Damaſci. 16. *Februar.*
Martyres tres, Calicuti. 17. *Decemb.*
Martyres tres, Caſtri-Villani. 11. *Mart.*
Martyres tres, Damaſci. 19. *Nouemb.*
Martyres tres, Izatlanis. 30. *Octob.*
Martyres tres, in Sarai. 20. *Decemb.*
Martyres triginta duo, in Anglia. 31. *Iulii.*
Martyres Triginta ſex, Vilnæ. 24. *Maij.*
Martyres 25. propè Cyprum. 22. *Auguſt.*
Martyres Zutphanienſes. 1. *Iulii.*
Maſchius Aquilanus, conf. Aquilæ, Laicus. 7. *Sept.*
Maſchius à Gratia, vide Melchior, infra.
Maſſæus, conf. Bituricis. 26. *Februar.*
Maſſæus Marinianus, conf. Aſſiſij. 17. *Nouemb.*
Maſſæus Seuerinas, conf. Muri. 27. *Decemb.*
Maſſæus de Terrena, conf. 2. *Februar.*
Matthæus Abbauillæus, conf. pariſiis. 30. *Decemb.*
Matthæus ab Agrigento, Epiſcopus, Panormi. 3. *Ian.*
Matthæus Baſcius, conf. Venetiis. 3. *Auguſt.*
Matthæus de Caſtillione Aretino, Confeſſ. in Hethruria, Laicus. 20. *April.*
Matthæus Citrarius, Conf. apud S. Nocitum. 13. *Iul.*
Matthæus, Conf. Fulginij. 26. *Decemb.*
Matthæus, Conf. Gulionaij, Tertiarius. 12. *Nouemb.*
Matthæus, Conf. in Nigroponte. 15. *Septemb.*
Matthæus Fauentinus, conf. Bononiæ. 29. *Ian.*
Matthæus Ferulanus, conf. Ferulæ. 22. *Iulij.*
Matthæus Florentinus, Conf. 2. *Febr.*
Matthæus à Leoniſſa, Conf. Aquilæ. 21. *Iunii.*
Matthæus à Leopoli, vide à Sancto Leone, infra.
Mattheus Matthæi, Martyr, Antiſſiod. 10. *Sept.* §. 2.
Matthæus à Meſuraca, Conf. Lancianæ. 3. *Octob.*
Mattheus Monſajonius, Mart. Nontronij. 6. *April.*
Matthæus à Montone: vide Matthias, infra.
Matthæus Narnienſis, Conf. 12. *Iunij.*
Matthæus Nolius, conf. Nouariæ. 7. *Auguſt.*
Matthæus Picquetus: vide Petrus, infra.
Matthæus Picœns, conf. Venetiis. 29. *Iulij.*
Matthæus Rheginus, Epiſcopus, Roſſanij. 23. *Nou.*
Matthæus Rubianus, conf. in Picœno. 4. *Iulii.*
Matthæus à S. Leone, Conf. Camerini. 30. *Nouemb.*
Mattheus Santorcazij, Conf. Saliceti. 12. *Mart.*
Matthæus de Valentia, Conf. Orioli. 24. *Sept.*
Matthia à Nazaræis, Virgo, Abbatiſſa, Matelicæ. 30. *Iunii.*
Matthias Becher, Conf. Groningę. 20. *April.*
Matthias Bellintany, Conf. in Italia. 20. *Iulii.*
Matthias Feliſius, Conf. Louanij 30. *Septemb.*
Matthias Martyr, Nanganzachi. 5. *Februar.*
Matthias à Montone, Conf. in Picœno. 15. *Iunii.*
Matthias Salodienſis, vide Bellintanus.
Mathurinus de Pulchro-Viſu, Martyr, apud S. Milianum. 31. *Auguſt.*
Mauritius de Argiguano, Conf. Fabriani. 20. *Dec.*
Mauritius: vide Moricus, infra.
Mauritius Oſcallan. Mart. in Hybernia, Ardeferti. 20. *Iulii.*
Maximus, Conf. Occaniæ. 21. *Ianuar.*
Maximus Zanzalinus, Conf. Fabriani. 2. *Septemb.*
Mea, Senis, Tertiaria. 13. *Decemb.*
Medardus, Conf. in Auſtria. 9. *Febr.*
Melchiades fœmina. 23. *Mart.*
Melchior Aquilanus, idem, cum Maſchio, ſup.
Melchior à Beneuento, Conf. Populæ de Angelis. 20. *Octob.*
Melchior Flauius, Confeſſ. Toloſæ. 17. *Mart.*
Melchior à Gratia, Conf. Madriti. 13. *Octob.*
Melchior de Hierba, Conf. Toleti. 1. *April.*
Melchior Vlyſſiponenſis, Martyr, Iafanapatani. 17. *Septemb.*
Melchiſedech, Conf. Varthæ. 15. *Ian.*
Melioratus, Conf. in Aprutio. 5. *Feb.*
Mennas Iacobus, Conf. Carnoti. 10. *April.*
Mentia Aualos, Virgo, in territorio Palentino. 15. *Ian.*
Mentia à Conceptione, Virgo, Caſtanoti. 19. *Ian.*
Mentia à Mendoza, Virgo, Gienni. 25. *Maii.*
Mentia à S. Martino, Virgo, Abbatiſſa, Montiliæ. 17. *Iulii.*
Mentia Velez de cœlis, Virgo, Conchę. 10. *Septemb.*
Methardus, idem, qui & Medardus, ſup.
Meus à Florentia, vide Bartholomæus ſup.
Michael de agnon, Mart. Floridæ. 8. *Septemb.*
Michael Agullon, Mart. Argilæ. 17. *Maii.*
Michael Albanenſis, Conf. Cherſij. 29. *Ianuar.*
Michael de Alberthis: vide Florentinus, infra.
Michael ab Angelis, Conf. Saluaterræ. 3. *Decemb.*
Michael Aprutienſis, Confeſſ. Moteæ-philocaſtri. 5. *Iulii.*
Michael Agonenſis, Confeſſ. Ianuenſi. 11. *Octob.*
Michael Aquitarius, Conf. Beatiæ, Laicus. 17. *Dec.*
Michael de Barea: vide Ludouicus-Michael de Barga, ſup.
Michael à Beneuento, Confeſſ. in territorio Mexicano, Laicus. 30. *Maii.*

Michael à Bononia, Conf. Chiapalæ. 15. *Septemb.*
Michael Borraſius, Conf. Benicarloni. 4. *Iulij.*
Michael de Buſto, Confeſſ. Toleti. 27. *Nouemb.*
Michael Cantor, Confeſſ. Poſnaniæ, 12. *Auguſt.*
Michael à Capella, Confeſ. Turrigij. 29. *Decemb.*
Michael à Carcano, Confeſ. Comi. 15. *Octob.*
Michael, Confeſſ. Garacici, Laicus. 20. *Februar.*
Michael, Confeſſ. Gattæ, Laicus. 27. *Iul.*
Michael, Confeſſ. Viennæ. 11. *Martij.*
Michael à Corduba: vide ab Angelis, ſup.
Michael Coſaquius, Martyr, Nanganzachi. 5. *Febr.*
Michael Daniel, Confeſſ. Gratianopoli. 10. *Septemb.*
Michael Deſmans, Martyr, Iulioduni. 3. *Ianuar.*
Michael à Florentia, Confeſſ. Florentiæ. 17. *Martij.*
Michael à Garrouillas, Confeſſ. Tetzcuci 15. *Iunii.*
Michael Gonſalez, Villeluini Conf. 28. *April.*
Michael Grilletus, Martyr, Engoliſmæ. 9. *Septemb.*
Michael Mediolanenſ. vide à Carcano, ſup.
Michael de Maſſa, Confeſſ. 1. *Februar.*
Michael Mogottus, Conf. Toloſæ, Laicus. 14. *Febr.*
Michael Moronus, Conf. Sariuienæ, Laicus. 27. *Feb.*
Michael ab Oceania: vide de Agnon, ſup.
Michael à Peruſio, Viennæ. 11. *Mart.*
Michael à Torrejonzillo, Confeſſ. populæ de Angelis. 12. *Septemb.*
Michael Triguillus, Conf. apud Montem-morenum. 24. *Nouemb.*
Michael Volaterranus, Conf. Volaterræ, Laicus. 16. *Iulij.*
Michaelina: Vidua, Piſauri, Tertiaria. 19. *Iunii.*
Minnius Altimanus, Conf. in Hethruria. 16. *Sept.*
Mirambellus, Martyr, apud Santonas. 6. *Octob.*
Modeſta Soncinas, Virgo, Mediolani. 11. *Ianuar.*
Modeſtus de Ciuitate, Conf. Moroni. 7. *Septemb.*
Monaldus de Ancona, Mart. in Arzengha. 16. *Mart.*
Monaldus, Beneuentanus Archiepiſcopus Beneuenti. 11. *Decemb.*
Monaldus, Confeſſ. Arelate. 2. *April.*
Monaldus Iuſtinopolitanus, Confeſſ. Iuſtinopoli. 9. *Nouemb.*
Moricus Siculus, Conf. Morlupi, Laicus. 16. *Ian.*
Moricus, Confeſſ. Vrbe veteri. 30. *Martij.*
Munuera, Vidua, Lorcæ, Tertiaria. 18. *Decemb.*

N

NArciſſus Ioannes, Conf. Madriti. 13. *Sept.*
Nicaſius Heſius, Martyr, Brielæ. 9. *Iulij.*
Nicolaccius: vide Nicoluccius, infra.
Nicolaus Amantis, Confeſſ. in Gallia. 5. *Octob.*
Nicolaus-Antonius Vganius, Confeſſ. Florentiæ. 14. *Octob.*
Nicolaus de Aſca, Confeſ. Louanij. 5. *Februar.*
Nicolaus Aſſiſias, Conf. Peruſiæ, Laicus. 16. *Iunii.*
Nicolaus ab Auximo, Confeſſ. Romæ. 23. *Februar.*
Nicolaus de Canino, Confeſſ. in Latio. 5. *Septemb.*
Nicolaus Clementellus, Martyr, Mirabelli. 26. *Auguſt.*
Nicolaus à Conceptione, Confeſſ. Talabricæ. 21. *Nouemb.*
Nicolaus à Coſlicio, Confeſ. Poſnaniæ. 9. *Octob.*
Nicolaus à Coſtikio, Conf. Warſſauiæ, Laicus. 5. *Ian.*
Nicolaus Delphius, Martyr, propè Antuerpiam. 6. *Decemb.*
Nicolaus Dionyſius, Confeſſ. Rothomagi. 18. *Maii.*
Nicolaus Factor, Conf. Valentiæ. 23. *Decemb.*
Nicolaus Firmanus, Conf. in Piceno. 12. *Nouemb.*
Nicolaus à Francia, Confeſſ. in Piceno. 20. *Febr.*
Nicolaus Gallierus, Confeſſ. Tanlai. 9. *Decemb.*
Nicolaus à Gautfordio: vide Ioannes ſup.
Nicolaus Gilberti: vide Gabriel ab Aue Maria, ſup.
Nicolaus Vulganius: vide Vganius, infra.
Nicolaus Humilis, Confeſſ. vide Nicolaus Nuſiæ, infra.
Nicolaus Hūgarus: vide Nicolaus de Marchia, infra.
Nicolaus Lotharenus, Martyr, in Gallia. 17. *Decemb.*
Nicolaus de Lyra, Confeſſ. Pariſiis. 23. *Octob.*
Nicolaus de Marchia, Martyr, Bidini. 12. *Februar.*
S. Nicolaus, Martyr, Ceptæ. 13. *Octob.*
Nicolaus Mirandulanus, Confeſſ. apud Caſtrum Lauri. 24 *Septemb.*
Nicolaus, Confeſſ. Nuſiæ, in Germania, Laicus. 13. *April.*
Nicolaus à Monte Coruino, Martyr, apud Cairum 4. *April.*
Nicolaus de Nicia: vide Nicolaus Dionyſius, ſup.
Nicolaus ab Orbita, Conf. Cæſar-auguſtæ, Laicus. 28. *Ianuar.*
Nicolaus Paſſer, vide, à Coſtikio.
Nicolaus à Pater noſter, Conf. Beuiniæ. 11. *Iulij.*
Nicolaus de pepulis, confeſ. Bononię. 1. *May.*
Nicolaus Pichius, Martyr, Brielæ. 9. *Iulij.*
Nicolaus à Rheno, vide Nicolaus Nuſiæ, ſup.
Nicolaus à Sardinia, confeſſ. Romæ. 21. *Februar.*
Nicolaus à Sebenico: vide de Taulicis, infra.
Nicolaus Sebuicenſis, idem.
Nicolaus de Siluanis, vide Nicoluccius, infra.
Nicolaus de Taulicis, Martyr, Hieroſolymis. 11. *Nouemb.*
Nicolaus Thomacellus, Confeſſ. Lauri. 10. *April.*
Nicolaus Trietus, Martyr, in territorio Aurelianenſi. 22. *Maij.*
Nicolaus Vganius: vide Nicolaus Antonius, ſup.
Nicolaus Vigerius, Conf. Coloniæ. 19. *Decemb.* §. 6.
Nicolaus Volſcus, Conf. in Latio, Laicus. 23. *Auguſt.*
Nicolaus Waterfordienſis: vide Ioannes, ſup.
Nicoluccius, Conf. Colūbarij, Tertiarius. 30. *Auguſt.*
Nuntia, Vidua, Romæ, Tertiaria. 1. *Nou.*

O

OCtaua S. Antonij. 20. *Iunij.*
Octaua S. Bernardini, Conf. 27. *Maii.*
Octaua S. Bonauenturæ, Epiſcopi. 21. *Iulij.*
Octaua S. Claræ, Virgin. 19. *Auguſt.*
Octaua Cōceptionis Deiparæ, Marię Virg. 15. *Dec.*
Octaua S. Didaci, Confeſſ. 19. *Nouemb.*
Octaua S. Franciſci, Confeſſ. 11. *Octob.*
Octaua S. Ludouici, Epiſcopi. 26. *Auguſt.*
Odoricus, Miſnæ: vide Theodoricus, infra.
Odoricus, ſeu Odericus de portu-Naano, Confeſſ. Vtini. 14. *Ianuar.*
Olalia Gomeſia, Vidua, in Hiſpania, Tertiaria. 9. *Maij.*
Oliuerius Iulianus, Martyr, Viriæ. 18. *Decemb.*
Oliuerius Maillardus, Confeſſ. Toloſæ. 21 *Iul.*
Onuphria, Virgo, Florentiæ. 7. *Iulii.*
Onuphrius, Confeſſ. Romæ, Laicus. 18. *Martij.*
Onuphrius à Caramanico, Confeſſ. Adriæ. 3. *Iunii.*
Onuphrius Sarzanenſis, confeſ. Nurſiæ, Laicus. 26. *Februar.*
Onuphrius à Seggiano, conf. Nurſiæ, Laicus 23. *Sept.*
Oſoria, Virgo, Alcarazij, Tertiaria. 2 *Decemb.*
Otho, confeſ. Alberſtadij. 24. *Februar.*
S. Otho, Martyr, Marrochij. 16. *Ianuar.*

Otho, confeſ. Polæ 14. *Decemb.*

P

Pacifica Aſſiſias, Sanctimonialis, Aſſiſij. 24. *Mart.*
Pacificus à Cerano, conf. apud Tertianam Inſulam. 24. *Iunii.*
Pacificus Clemencius, confeſ. Fulginij. 25. *Iuly.*
Pacificus, confeſ. in Picœno. 17. *Auguſt.*
Pacificus, confeſſ. Roccæ-Contratæ, 16. *Maii.*
Pacificus Poletanus, Martyr. 8. *Septemb.*
Pacificus Picœns, Confeſ. Lenſij. 10. *Iulii.*
Paganus Torniellus, confeſ. Aſſiſij. 9. *Nouemb.*
Paſchalis Baylon, confeſ. apud Villam-Regiam, Laicus, 7. *Maii.*
Paſcalis à Caſtelleto, confeſ. Moroni. 10. *Auguſt.*
Paſcalis Hiſpanus, Martyr, in Armalech. 24. *Iunii.*
Paſcalis de Victoria, idem.
Paſcalina, Virgo, Fulginij, Tertiaria. 4. *Februar.*
S. Patricius, Epiſcopus, in Hybernia. 17. *Martii.*
Patricius Hælius, Epiſcopus & Mart. in Hybernia. 14. *Septemb.*
Paula-Baptiſta à Meza-vacca, Virg. Bononiæ. 13. *Oct.*
Paula à Fulgineo, Virgo, Aquilæ. 26. *Ianuar.*
Paula Gambara, Bennarij, Tertiaria 24. *Ianuar.*
Paula Gonzaga, Virgo Mantuę. 19. *Septemb.*
Paula Iſabella, Mediolanenſ. Virgo Mediolani. 2. *Iul.*
Paula Malateſta, vidua, Mantuę. 17. *Martij.*
Paula Maria, Virgo Mediolani. 17. *Ianuar.*
Paula de Monte-Alto, Virgo Mantuæ. 4. *Auguſt.*
Paulinus, conf. Sanſeueri. 19. *Iulii.*
Paulus de Ambroſiis, conf. Cropani Tertiar. 8. *Ian.*
Paulus Aſſiſias, confeſ. in Italia. 18. *Nouemb.*
Paulus Aſſiſias, confeſ. Tiferni, Laicus. 7. *Septemb.*
Paulus de Azedo, Martyr, Culiacani. 29. *Decemb.*
Paulus Bigulianus, confeſ. Biguliæ. 27. *Septemb.*
Paulus Brixienſis, confeſ. 21. *Ianuar.*
Paulus Capetonius, confeſ. in territorio Ameriano. 14. *Iuly.*
Paulus Clodienſis, confeſ. Pennæ Billorum. 2. *Dec.*
Paulus, confeſ. Arquatæ. 22. *Octob.*
Paulus Corleonenſis, confeſ. Corleonis. 29. *Iuly.*
Paulus Ibariquius, Martyr, Naganſachi, Tertiarius. 5. *Februar.*
Paulus de Ieſu, confeſ. apud Cebreros. 30. *Decemb.*
Paulus Iouia, confeſ. Lucæ. 3. *Iunii.*
Paulus à Leuato, conf. apud Septé-pedanos. 2. *Mart.*
Paulus à Marchia, confeſ. Maceratæ. 31. *Martii.*
Paulus, Martyr, Perpiniani. 12. *Ianuar.*
Paulus à Palatiolo, confeſ. in Sicilia. 21. *Octob.*
Paulus de Perra-Roya, confeſ. apud Campum-baſſum, Laicus. 15. *Iuny.*
Paulus de Prata, confeſ. in Hethruria. 15. *Mart.*
Paulus à Randatio, conf. Triocæ, Laicus. 27. *Iuny.*
Paulus à Roio, confeſ. Hiſtonii. 24. *Decemb.*
Paulus à S. Clara, Martyr, in Iapponio. 12. *Septemb.*
Paulus à S. Magdalena, Martyr. Londini. 17. *April.*
Paulus à S. Maria, confeſ. Madriti. 3. *Decemb.*
Paulus Siculus, confeſ. Græcii Laicus 7. *Februar.*
Paulus Siculus, confeſſ. Mondragonij. 3. *Nouemb.*
Paulus Sinopolitanus, confeſ. Medamæ. 5. *Sept.*
Paulus Spoletinus, vide à Marchia, ſup.
Paulus Suziquius, Martyr, Naganzachi, Tertiarius, 5. *Februar.*
Paulus Teutonicus, Conf. Capriolæ. 10. *Februar.*
Paulus Tonilierus, Martyr, Caſtri-Villani. 5. *Mart.*
Paulus de Trincis, Confeſſ. Fulginij, Laicus. 17. *Sept.*

Paulus Trioclenſis: vide à Randatio, ſup.
Paulus Vaſcellator, Martyr, in Burgundia. 19. *Dec.*
Paulutius à Fulgineo.
Paulutius à Trincis, idem cum Paulo, ſup.
Pax Reatinus, Conf. Caſciæ. 7. *Iunii.*
Pax Theatinus, idem.
Pelbartus de Themaſwar, Conf. in Hungaria. 27. *Maii.*
Pelingotus, Conf. Vrbini, Tertiarius. 1. *Iuny.*
Peregrinus, Confeſſ. Lublini. 15. *Iuly.*
Peregrinus à Falerono, Conf. San-Seuerini, Laicus 5. *Septemb.*
Peregrinus de Saxonia, Epiſcopus Boſnæ. 28. *Ian.*
Perpetua, Virgo Mediolani. 14. *Septemb.*
Petronilla, vide Pierona, infra.
Petronilla, de Troya, Virgo, Abbatiſſa, Moncelli. 24. *Septemb.*
Petrus Abulenſis, Mart. apud Iapponium. 10. *Sept.*
Petrus Ahumada, Conf. in Ciuitate Regia. 27. *Mart.*
Petrus ab Aierola, Conf. Lauri. 30. *Iuly.*
Petrus de Albaçeta, Confeſſ. Arenis. 5. *Decemb.*
Petrus de Alcantara, Confeſſ. Arenis. 18. *Octob.*
Petrus Almancus, Conf. in Galloecia. 4. *Septemb.*
Petrus Alpharus, Confeſſ. Chinæ. 2. *April.*
Petrus ab Angelis, Confeſſ. Montiliæ. 27. *Ianuar.*
Petrus Antonius à Cortona, Confeſſ. Scarlini. 26. *Ianuar.*
Petrus de Archagnagno, Mart. in Inſubria. 20. *Ian.*
Petrus Arietenſis, Confeſſ. iuxta Caſtrum S. Vrbani. 28. *Iuny.*
Petrus Arragonus, Confeſſ. Valentiæ. 5. *Iuny.*
Petrus ab Aſcenſione, Martyr, Omuræ 22. *May.*
Petrus Aſchanus, Martyr, Brielæ. 9. *Iulii.*
Petrus de Aſſiſio, Confeſſ. in Vmbria. 6. *Marty.*
Petrus ab Aſſumptione, vide ab Aſcenſione, ſup.
Petrus Aureolus, Aquenſis Archiepiſcopus, Cardinalis, Aquis. 27 *April.*
Petrus de Azpitia, Confeſſ. apud Montem-Morenum. 24. *Nouemb.*
Petrus-Baptiſta, Mart. Naganzachi. 5. *Febr.*
Petrus à Belcaſtro, Confeſſ. Meſuracæ, Laicus. 3. *Septemb.*
Petrus à Beneuento, Confeſſ. Alconcelij. 15. *Auguſt.*
Petrus Berotus, Martyr, in territorio Baiocenſi. 4. *Ianuar.*
Petrus Blancattus, Martyr, Ixidolij. 22. *Octob.*
Petrus Bonellus, Martyr, Engoliſmæ. 9. *Septemb.*
Petrus Bonferrus, vide Petrus Gallus, infra.
Petrus Borgelarius, Mart. apud Ruthenos. 31. *Octob.*
Petrus à Brieta Confeſſ. Beuallię. 14. *Februar.*
Petrus Burgenſis, Martyr, in territorio Mexicano. 8. *Ianuar.*
Petrus à Caderola, Conf. Camerini. Laicus. 2. *Iulii.*
Petrus à Cæſar-Auguſta, Conf. Baragiæ. 10. *Decemb.*
Petrus à Campo, Confeſſ Barcinone. 6. *Ianuar.*
Petrus à Carnota, Confeſſ. propè Pontem Limæ. 11. *Iulii.*
Petrus à Carrione, Confeſſ. Salmanticæ. 8. *Sept.*
Petrus de Caſtello, Confeſſ. Tullæ. 5. *Nouemb.*
Petrus à Cathanio, Confeſſ. Aſſiſij. 10. *Martii.*
Petrus Chambonus, Conf. in Gallia. 6. *Iunii.*
Petrus à Clauibus, Conf. Atonguiæ. 30. *Iunii.*
Petrus à Colle, Conf. in Hethruria, Tertiarius. 21. *Auguſt.*
Petrus à Golta, idem.
Petrus Compater, conf. Oueti. 15. *Iunii.*
Petrus, conf. Budæ. 16. *Nouemb.*
Petrus, conf. in Calabria. 19. *Octob.*

Digitized by Google

Petrus, confeſſ. in Gallia. 16. *Ianuar.*
Petrus, confeſſ. in Nigroponte. 9. *Octob.*
Petrus, confeſſ Laicus Pennæ. 9. *Septemb.*
Petrus, confeſſ. Trani. 9. *Martii.*
Petrus à Conymbria, confeſſ. in Hiſpania. 18. *Iulii.*
Petrus à Corduba, confeſſ. iuxta Robledilium. 5. *Octob.*
Petrus à Corpa, Martyr, Floridæ. 8 *Septemb.*
Petrus Goſetus, Martyr, Barbezilij. 19 *April.*
Petrus Didacus, confeſſ. in Luſitania. 31. *Decemb.*
Petrus Dolenſis, confeſſ. Dolæ. 9. *April.*
Petrus Duegnaz, Mart. Granatę, Laicus. 19. *Maii.*
Petrus ab Ecceca, confeſſ. Cara-vaccæ. 16. *Mart.*
Petrus de Ferrazano, confeſſ. Sangri, Laicus. 13. *Decemb.*
Petrus Ferrerius, confeſſ. apud Caſcerez. 1. *Febr.*
Petrus à Florentia, confeſſ. Aſculi. 25. *Septemb.*
Petrus à Fonte, confeſſ. Abulæ. 25. *Auguſt.*
Petrus Franciſcus Gorus, conf. Florentiæ. 29. *Iulij.*
Petrus Francus, vide Gallus, Citonij, infra.
Petrus de Galliculo, confeſſ. Tuderti. 18. *Auguſt.*
Petrus de Galliendo, idem.
Petrus Gallus-Bonferrus, confeſſ. in India Orientali. 18. *Decemb.*
Petrus Gallus, confeſſ. propè Citonium, Laicus. 2. *Martii.*
Petrus à Gamarra, confeſſ. Saliceti. 30. *Iulii.*
Petrus à Gandauo, confeſſ. Mexici. 29. *Iunii.*
Petrus à Garda, confeſſ. Maderæ, Laicus. 27. *Iulij.*
Petrus à Garrobiliis, confeſſ. Sinſonzæ. 19. *April.* & 19. *Iulii.*
Petrus Gorus, vide Franciſcus Gori, ſup.
Petrus Goſſetus, Martyr, Viriæ. 13. *Septemb.*
Petrus à Guadalaxara, cōf. Augnonij, Laicus. 11. *Dec.*
Petrus à Gualdo, confeſſ Tertiarius. 29. *Iunii.*
Petrus de Guardia, vide à Garda, ſup.
Petrus Guarrigueius, Martyr, in territorio Claromontenſi. 7. *Octob.*
Petrus Guſeſius, vide Sagienſis, infra.
Petrus de Guyez, idem.
Petrus Hoës, idem.
Petrus Hiſpanus Clarenus, confeſſ. in Italia. 24. *Septemb.*
Petrus Hiſpanus, confeſſ. Vrbini, Tertiarius. 24. *Iunii.*
Petrus Ioannes Calafatus, conf. Maioricæ. 10. *Maii.*
Petrus Ioannes Olivi, confeſſ. Narbonæ. 6. *Mart.*
Petrus Latinus, confeſſ. Capriolæ. 26. *Nouemb.*
Petrus Lauecchia, confeſſ. in Italia. 16. *Nouemb.*
Petrus à Macerata, confeſſ. in Picœno. 29. *Octob.*
Petrus à Magdalena, confeſſ. Abulæ. 28. *Decemb.*
Petrus Marcellus, Martyr, Armalech, Laicus. 24. *Iunij.*
Petrus Martina, confeſſ. Aletij in Regno Neapolitano. 27. *Septemb.* §. 6.
Petrus Martinez, confeſſ. in Gallia. 27. *Septemb.*
Petrus Martinus, confeſſ. Auenione. 3. *Maij.*
Petrus, Martyr, in Africa. 21. *Ianuar.*
Petrus, Martyr, apud Cayrum. 4. *April.*
Petrus, Martyr, Floridæ. 12. *Maii.*
S. Petrus, Martyr, Marrochij. 16. *Ianuar.*
Petrus, Martyr, Valentiæ, Laicus. 29. *Aug.*
Petrus Mechlinienſ. Mechlinię. 1. *Iulii.*
Petrus Melgarius, confeſſ. Borbæ, Laicus. 3. *April.*
Petrus Menquius, Martyr, ad Foſſas-Marianas. 11. *Ianuar.*
Petrus Molerius, Martyr, Apamiæ. 16. *Nouemb.*
Petrus à Moliano, confeſſ. Camerini. 25. *Iulii.*
Petrus à Monte-Vlmi conf in Picœno. 23. *Februar.*
Petrus à Montibus, confeſſ. Galdari, Laicus. 3. *Maii.*
Petrus à Monticulo, confeſſ. Siroli. 19 *Februar.*
Petrus Morſelinus, confeſſ. Carnoti. 5. *Septemb.*
Petrus à Mura, vide à Gandauo, ſup.
Petrus de Nanclarez, confeſſ. Compoſtellæ. 5. *Mart.*
Petrus Narbonenſis, Martyr, Hieroſolymis. 11. *Nouemb.*
Petrus Nauarrus, vide à ſancto Bonauentura, infra.
Petrus Neapolitanus, confeſſ. Maſſacij. 31. *Iulii.*
Petrus-Nicolaus-Factor, vide Nicolaus Factor, ſupra.
Petrus Nietus, conf. Setabis. 26. *Iulii.*
Petrus à Noriega, conf. Orapeſſæ. 24. *Nouemb.*
Petrus Odion, Martyr, in Pago Bituricenſi. 24. *April.*
Petrus de Padulis, confeſſ. Roſſani. 29. *Maii.*
Petrus à Paſchalia, Martyr, in territorio Valentinenſi. 11. *Februar.*
Petrus à Paſtrana, confeſſ. Saliceti. 6. *Octob.*
Petrus Pectinarius, confeſſ. Senis, Tertiarius. 4. *Decemb.*
Petrus à Pegna, conf. in Caſtella. 14. *Nouemb.*
Petrus de Penna, confeſſ. Pennæ, Laicus. 27. *Nouemb.*
Petrus Peruſinus, confeſſ. Biturgiæ, Laicus. 10. *Auguſt.*
Petrus de Petra, conf. Bellicij. 26. *Ianuar.*
Petrus Pichetus, Martyr, Faleziæ. 28. *Iulij.*
Petrus de Podio, conf. Interamnæ. 23. *Auguſt.*
Petrus de Prouincia, vide Petrus Marcellus, ſup.
Petrus Prus, Martyr, Gandaui. 19. *Nouemb.*
Petrus de Pulchro-Monte, Martyr, Apamiæ. 3. *Martii.*
Petrus Quartus, Martyr, Gordonij. 6. *Iunii.*
Petrus Regalada, conf. Aquilariæ. 31. *Martii.*
Petrus Romanus, Martyr, in Ægypto, Tertiarius. 4. *April.*
Petrus Romerus, conf. Stellæ. 26. *Iunii.*
Petrus à Ronda, conf. Marchenæ. 9. *April.*
Petrus Sagienſis, Martyr, Faleſiæ. 29. *Iulii.*
Petrus à ſancta Clara, conf. Roſarij. 17. *Decemb.*
Petrus à ſancta Maria, conf. Madriti. 23. *Iunii.*
Petrus à ſancto Andrea, confeſſ. Caſtri-Villarum. 15. *April.*
Petrus à ſancto Bonauentura, confeſſ. Abulæ. 16. *April.*
Petrus à ſancto Martino, Confeſſ. San-Martini. 1. *Iulii.*
Petrus à ſancto Seuerino, Vide Petrus Hiſpanus Clarenus, ſup.
Petrus à Sanctoio, conf. Pinciis. 7. *April.*
Petrus de Scaperia, conf. Feſulis. 27. *April.*
Petrus de Senis, Martyr, Tamnæ. 10. *April.*
Petrus Silleras, conf. in Hiſpania. 21. *Octob.*
Petrus Soliutri, confeſſ. apud Salinas Boſnæ Argentinæ. 18. *Octob.*
Petrus à Spe, conf. in Hiſpania. 6. *Auguſt.*
Petrus à Stella, conf. in Luſitania. 4. *April.*
Petrus Tauzietius, Martyr, apud Rhutenos. 31. *Octob.*
Petrus Tecelanus, vide Pectinarius, ſup.
Petrus Textor, idem.
Petrus Tonelierus, vide Paulus, ſup.
Petrus Toelatus, Martyr, Bergeraci. 30. *Auguſt.*
Petrus à Trauanda, conf. Citonij. 17. *Ianuar.*

Digitized by Google

Petrus de Trincis, Martyr, vide Narbonenſis, ſup.
Petrus Tudertinus, Confeſſ. Fulginij. 11. *Octob.*
Petrus Turgonis, vide Mechlinienſis, ſup.
Petrus de Turreionzillo, Confeſſ. in Caſtella. 22. *Auguſt.*
Petrus à Turribus, Confeſſ. Marchenæ. 27. *Auguſt.*
Petrus à Turribus, Confeſſ. Compluti, Laicus. 27. *Decemb.*
Petrus Vaboleſius, Martyr, Gordonij. 6. *Iunij.*
Petrus à Valentia, Confeſſ. Veladæ. 26. *Iulij.*
Petrus à Velaſco, Martyr, Floridæ. 8. *Septemb.*
Petrus Veronenſis Martyr, apud Caſtro-Geloſianum. 26. *Martii.*
Petrus à Villa Cretio, Confeſſ. Pennafelij. 18. *Dec.*
Petrus à Villa-noua, Confeſſ. Segobricæ. 2. *Februar.*
Petrus à Xerezio, Confeſſ. apud mare Indicum. 2. *Maij.*
Petrus Xuquexico Adauctus, Martyr Naganzachi, Tertiarius. 5. *Februar.*
Philippa à Geldria, Siciliæ Regina, Muſſiponti. 26. *Februar.*
Philippa Leonarda, Virgo, Aſſiſij. 13. *Octob.*
Philippa Medicæa, Virgo, Florentiæ. 6. *Decemb.*
Philippa à Soto Maiore, Virgo, Bellalcazari. 11. *Iunii.*
Philippina Chalonia, Virgo, Orbæ. 16. *Octob.*
Philippinus à Caſtella, vide Philippinus infra.
Philippinus Anicienſis, Martyr, Azoti. 7. *Mart.*
Philippus de Aquera, Confeſſ. Neapoli. 18. *Maij.*
Philippus Aquilanus, Confeſ. Sulmone. 4. *Maij.*
Philippus Aſculanus, Confeſ. Auximi. 9. *Maij.*
Philippus à Barcinone, Confeſſ. Abulæ. Laicus. 20. *Nouemb.*
Philippus à Carponeto, Confeſſ. Aquilæ. 22. *April.*
Philippus à Caſtella, Confeſſ. Columbarij, Laicus. 1. *Maii.*
Philippus Cluan. Confeſſ. in Hybernia. 26. *Ianuar.*
Philippus, Confeſ. in Marchia Anconitana. 22. *Iunij.*
Philippus, Confeſſ. in Italia. 28. *Maii.*
Philippus à Duratio, vide Franciſcus Dyrrachinus, ſupra.
Philippus Eremita, Conf. propè Gualdum. 8. *Octob.*
Philippus Geſualdus, Epiſcopus, in Italia. 30. *Decem.*
Philippus à Ieſu, Martyr, Naganzachi. 5. *Februar.*
Philippus Longus, Confeſſ. apud Montem-Ferrandum. 14. *Martij.*
Philippus de Medicis, Confeſ. Florentiæ. 6. *Decemb.*
Philippus Oſeus, Martyr, Ardferti. 20. *Iulij.*
Philippus, Martyr, Beuaniæ. 2. *Septemb.*
Philippus Picartus, Confeſſ. 29. *Decemb.*
Philippus Rauennas, Confeſ. Romæ, Laicus 1. *Auguſt.*
Philippus à Rhegio, vide de Aquera, ſup.
Philippus Tudertinus, Confeſ. in Caſtro-Milio, Laicus. 8. *Nouemb.*
Philippus Vaboleſius, vide Petrus, ſup.
Pierius, vide Petrus in Calabria, ſup.
Pierona Hergodſa, Mechliniæ, Tertiaria. 16. *Martii.*
Pilingotus, vide Pelingotus, ſup.
Placidus, vide Lucidus, ſup.
Polydorus Romanus, Confeſſ. Scarlini, Laicus. 5. *Martii.*
Pontius Carbonellus. Confeſſ. Barcinone. 3. *Decemb.*
Pontius Chayſſi, Diaconus Martyr, apud Montem-Peſſulanum. 26. *Nouemb.*
Portiunculæ Feſtum: ſeu Dedicatio S. Mariæ Angelorum. 2. *Auguſt.*
S. Præſentatio S. Mariæ Virginis. 21. *Nouemb.*
Prodrus, Confeſ. 19. *Decemb.*
Proſper à ſancto Angelo, Confeſſ. Anconæ. 19. *Iulij.*
Pyrona, vide Pierona, ſup.

Q

Qvadrus, vide Georgius, ſup.
Quiteria à Cruce, Virgo, Gienni. 23. *Maii.*

R

Radulphus, Confeſſ. in Gallia. 12. *April.*
Radulphus, Confeſſ. Rhedonis. 26. *Ianuar.*
Radulphus Delphius, Martyr, Mechliniæ. 25. *Iulii.*
S. Raphael, Archangelus. 20. *Nouemb.*
Raphael, Confeſ. Polonus Varthæ. 11. *Martii.*
Raphael, Confeſſ. Mirandulæ. 16. *Septemb.*
Raphael, Nurſinus, Confeſſ. propè Caſtellum Lunianum. 22. *Iunij.*
Raphael Serra, Conf. in Maiorica Inſula. 10. *Octob.*
Raphael Taurinus, Confeſſ. Campi-Baſſi. 12. *Iunij.*
Raymundus Barraui, vide Barralis, ſup.
Raymundus Carbonnerius, Martyr, Auinionetti. 29. *Maii.*
Raymundus, Confeſſ. in Picœno. 21. *Iunij.*
Raymundus Gaufredi, Confeſſ. in Phocenſi Prouincia. 18 *Iunii.*
Raymundus Lullus, Martyr, in Africa, Tertiarius. 29. *Iunij.*
Raymundus de Prouincia, Martyr, apud Armalech. 24. *Iunii.*
Raymundus Prouincialis, vide Berengarius-Bertrandus-Raymundus, ſup.
Raymundus Roedanus, Martyr, Condomi. 8. *Auguſt.*
Raymundus Roiſſelius, Martyr, Marmandæ. 10. *Decemb.*
Raymundus Ruffus, Martyr, idem, qui & de Prouincia, ſup.
Raynaldus, Confeſſ. Fabriani. 5. *Iulij.*
Raynaldus de Raymundis, idem cum Carbonnerio, ſupra
Raynaldus Reatinus, Confeſſ. apud Montem-Compatrum. 27. *Februar.*
Raynerius de Aretio, Confeſſ. 27. *Februar.*
Raynerius Bononiæ, Confeſſ. ibid.
Raynerius à Burgo ſancti Sepulchri, Confeſſ. in Italia, Laicus. 20. *Decemb.*
Raynerius, Confeſſ. Burgi ſancti Sepulchri, Laicus. 1. *Nouemb.*
Raynerius, Confeſ. Fabriani. 5. *Septemb.*
Raynerius à Lintris, Martyr, Ruremundæ. 23. *Iulij.*
Raynerius de Marianis, Confeſſ. 127. *Februar.* §. 2.
Raynerius de Senis, Confeſſ. ibid.
Redus, eſt Carolus à Monte-Grauello, ſup.
Reginaldus ab Vrſſunia, Confeſſ. Nolæ, in Campania, Laicus. 5. *Iunij.*
Reginaldus, idem cum Arnaldo, Vmbriæ, ſup.
Renaldus, idem.
Relandinus eſt Rolandinus, infra.
S. Remigius, Rhemenſis Epiſcopus, Rhemis. 1. *Octob.*
Richardus Aureliaci, vide Rigaldus, infra.
Richardus de Burgundia, Epiſcopus & Martyr, apud Armalech. 14. *Iunii.*
Richardus Carteretus, Martyr, in Anglia. 9. *Auguſt.*
Richardus, Foroſampronienſis Epiſcopus, in Picœno, Tertiarius. 7. *Auguſt.*
Richardus Riſbeus, Martyr, Londini. 3. *Iunii.*

Digitized by Google

Richardus à ſancta Anna, Martyr, in Iapponio. 10. *Septemb.*
Richardus à ſancta Aua, idem.
Richardus Siculus, Confeſſ. Cathalagirone. 8. *Decemb.*
Richerius à Mutio, confeſ. in Picœno, 7. *Februar.*
Rigaldus, confeſ. Aureliaci. 16. *Septemb.*
Rizerius, vide Richerius, ſup.
Robertus, Comes Guidonis, vide Guido Aſſiſij, ſupra.
Robertus Creiithius, confeſ. in Scotia. 15. *Decemb.*
Robertus Malateſta, confeſ. Arimini, Tertiarius. 10. *Octob.*
Robertus Preuoſtus, confeſſ. Lemouicis. 30. *Octob.*
Robertus Stuardus, confeſ. in Scotia. 27. *Maii.*
S. Rochus, confeſ. in Monte Peſulano, Tertiarius. 16. *Auguſt.*
Rochus Morenus, confeſſ. Villenæ. 1. *Auguſt.*
Rodericus à Beluiſio, confeſſ. propè Villam-nouam. 9. *May.*
Rodericus Beneuenutus, conf. Populæ de Angelis. 12. *Decemb.*
Rodericus Martinez, conf. apud Vallem de Rago. 13. *Iunii.*
Rodericus Robicus, conf. Vimani. 27. *Ianuar.*
Rodingerus, conf. in Germania. 16. *Martii.*
Rodogerus, idem.
Rodulphus Erfordienſis Epiſcopus, in Anglia. 14. *April.*
Rodulphus Giametus, Martyr, Magduni. 24. *Mart.*
Rogerius, confeſ. Tuderti. 5. *Ianuar.*
Rogerius, confeſ. Vzetiæ. 15. *Septemb.*
Rogerius Viguerius, Martyr, Lautrici. 4. *Mart.*
Rogerus, Hogerus, ſupra.
Rolandinus, Confeſſ. in Hethruria. 27. *Octob.*
Rolandinus, Confeſſ. apud Montem-Aluernum, Tertiarius, 30. *Iunii.*
S. Roſa, Virgo, Viterbiæ, Tertiaria. 4. *Septemb.*
Roſtagnus, Confeſſ. Aquis, Tertiarius. 23. *Maii.*
Rubinus Gallus, Confeſſ. Myrtilli. 2. *Iunii.*
Ruello, Martyr, Niortij. 7. *Iunii.*
Ruffinus Aſſiſias, Confeſſ. Aſſiſij. 14. *Nouemb.*
Ruffinus Ferezanus, Confeſſ. 26. *Auguſt.*
Ruffinus à Sperança, Conf. ad Inſulas Philippinas. 5. *Octob.*
Ruffinus à ſancto Vrſo, Conf. Peruſiæ. 15. *Auguſt.*

S

SAbbatinus, Confeſſ. Romæ. 2. *Februar.*
Sabbathius, idem.
Sabbatianus. Conf. Montis-Ferrandi. 28. *Aug.*
Sabina Aluarez, vide Marina, ſup.
Sabinus de Campello, Conf. Aſſiſij. 7. *Iulij.*
Salomæa, Virgo, in Polonia. 17. *Nouemb.*
Salonica, eadem.
Saluator ab Horta, Conf. Calaris, Laicus. 18. *Mart.*
Saluator, Confeſſ. iuxta Pontem-Limæ, Laicus. 26. *Decemb.*
Saluetrus, Conf. propè Gualdum. 8. *Octob.*
S. Samuel, Martyr, Ceptæ. 13. *Octob.*
Sancia Martinez à Montaluo, Vidua, Areuali, Tertiaria. 27. *Iunii.*
Sancia, Siciliæ Regina, Vidua, Neapoli. 28. *Iulij.*
Sancia, Virgo, Alcarazij, Tertiaria. 29. *Septemb.*
Sanctiſlaus, vide Staniſlaus, infra.
Sanctus, Conf. Scotaneti, Laicus. 14. *Auguſt.*
Sanctus, Conf. Villæ-Francæ. 16. *Nouemb.*
Sanctus de Parma, Conf. in Latio. 25. *Auguſt.*
Sanctus à Ripa, Conf. Morlupi. 13. *Ianuar.*
Sauinus, vide Sabinus, ſup.
Scholaſtica, Virgo, Mediolani. 10. *Feb.*
Scholaſtica, Virgo, Fulginas. 30. *Octob.*
Sebaſtianus de Apparitio, Conf. in India Occid. 25. *Febr.*
Sebaſtianus à Caſis, Conf. Plici, Laicus. 12. *May.*
Sebaſtianus à Celenta, Conf. Hiſtonij. 11. *Septemb.*
Sebaſtianus Florentinus, Mart. Feſſulis 25. *Septemb.*
Sebaſtianus à ſancto Ioſepho, Martyr, Molucis. 18. *Iunii.*
Sebaſtianus à ſancta Maria, Conf. Compluti, Laicus. 7. *April.*
Segrianus, Conf. Ilerdæ. 10. *Octob.*
Senſus, Conf. Peruſiæ, Laicus. 17. *Septemb.*
Seraphina de Columna, Vidua, Abbatiſſa, Piſauri. 8. *Septemb.*
Seraphina Romana, Virgo, Romæ. 20. *Octob.*
Seraphinus à Caietta, Conf. in Italia. 21. *Nouemb.*
Seraphinus, conf. Scalonæ. 26. *Nouemb.*
Seraphinus, Conf. Aſculi. 26. *Septemb.*
Seraphinus à Caſtillione, Confeſſ. Mediolani. 6. *Nouemb.*
Seraphinus à Francofurte, Conf. Meſſanæ. 22. *Iunii.*
Seraphinus Mantuanus, Conf. Mantuæ. 25. *Mart.*
Seraphinus de Monte Granari, Conf. Aſculi. 16. *Octob.* Laicus.
Seraphinus Theatinus, Conf. iuxta vrbem S. Angeli. 20. *Septemb.*
Seruus Dei, Confeſſ. Anconæ. 12. *Mart.*
Seuerinus, Confeſſ. Vrbe-veteri. 14. *Februar.*
Sicardus, conf. Barcinonæ. 22. *Maii.*
Sigiſmundus, vide Giſiſmundus, ſup.
Simon Aimonis, Conf. Meſſanæ. 21. *Auguſt.*
Simon Armenius, idem.
Simon ab Aſſiſio, Conf. in Italia. 11. *Auguſt.*
Simon à Bruxellis, Conf. Amachecæ, Laicus. 30. *May.*
Simon à Campo-Regali, Conf. Interamnæ. 27. *Septemb.*
Simon à Cataraxibetta, Conf. Iulianæ. 11. *Octob.*
Simon à Collazono, Conf. Spoleti. 1. *Nouemb.*
Simon, Confeſſ. Anconæ. 6. *Septemb.*
Simon, Confeſſ. Caietæ, Laicus. 12. *April.*
Simon, Confeſſ. Magdeburgi. 3. *Nouemb.*
Simon, conf. Pictauis. 6. *Februar.*
Simon à Lipinicza, conf. Cracouiæ. 18. *Iulii.*
Simon de Slauis, conf. Gulioniſij, Laicus. 5. *Decemb.*
Simon à Torſiano, conf. Ameriæ. 29. *Iunii.*
Simoncillus, vide à Campo-Regali, ſup.
Simonellus, idem.
Simonetta, Virgo, Veſuntioni. 7. *Ianuar.*
Simonettus, eſt Simon à Collazono, ſup.
Sixtus, Martyr, propè Goam. 28. *Auguſt.*
Sixtus Mediolanenſis, conf. Mantuæ. 22. *Nouemb.*
Sixtus à Riparola, conf. Mantuæ. 17. *Nouemb.*
Soldanerius, conf. Viterbij. 29. *Iulii.*
Spinoſa, Virgo, vide Maria Spinoſa, ſup.
Staniſlaus Corzep. conf. Craconiæ. 11. *Nouemb.*
Staniſlaus, Martyr, cum ſociis Leopoli. 28. *Maii.*
Staniſlaus, Cracouienſis Epiſcopus & Martyr, Vilnæ 24. *Maii.*
Staniſlaus Huijmacenſis, conf. Vilnæ. 10. *Decemb.*
Stephanus ab Antiqua Mellaria, conf. Cocolanis. 22. *Iulij.*
Stephanus à Barquello, Martyr, Sagij. 12. *April.*
Stephanus à Borda, Martyr. Briuæ. 20. *April.*
Stephanus Bruleſer, conf. Bernonij. 5. *Auguſt.*

Stephanus

Digitized by Google

Stephanus à Caſtello, Confeſſ. Campaniani, Laicus. 17. *Februar.*
Stephanus, Confeſſ. Carpi. 27. *April.*
Stephanus Cortant, martyr, apud Montem Briſſonem. 16. *Iulij.*
Stephanus Coruinus, Confeſſ. Tauri. 32. *Februar.*
Stephanus Fulginas, Confeſſ. in Vmbria. 25. *Iulij.*
Stephanus Germanus, Confeſſ. Hiſtonij. 1. *Ianuar.*
Stephanus ab Hungaria, Martyr, apud Saraim. 22. *April.*
Stephanus de Hungaria, Martyr, in Ormetia. 5. *April.*
Stephanus Maugis, Martyr, Antiſſiodori. 10. *Sept.*
Stephanus Molina, Confeſſ. Nazani. 24. *Octob.*
Stephanus de Narbona, Martyr, Auinionetti. 29. *Maij.*
Stephanus Nardinus, ſeu Varadinus, vide ab Hungaria, apud Saraim, ſup.
Stephanus, Martyr, iuxta Goam. 21. *Octob.*
Stephanus Narnienſis Confeſſ. Aſſiſij. 30. *Decemb.*
Stephanus à Regnaco, Martyr, Vauri. 21. *Auguſt.*
Stephanus à Renoſo, Confeſſ. Alexiani, Laicus. 28. *April.*
Stephanus de Tunellis, Martyr, Hieroſolymis. 11. *Nouemb.*
S. Stigmata ſacra, Seraphici Patris S. Franciſci, in Monte Aluerno. 17. *Septemb.*
Stupa Confeſſ. in Vmbria, Tertiarius. 29. *Ianuar.*
Syluester, Confeſſ. Aſſiſij. 4. *Martij.*
Syluester Guidonius, Conf. Campi-Baſſi. 25. *Octob.*
Syluester Senenſis, Conf. apud Montem-Murum. 31. *Martij.* à Radicondolo, idem.
Syra, Piſauri, Tertiaria. 31. *Decemb.*

T

Tartericus, Confeſſ. Auguſtæ Vindelicorum. 27. *Septemb.*
Terdericus, idem
Thadæus Dalaih, Martyr, Limiræ. 1. *Ianuar.*
Theobaldus ab Aſſiſio, Confeſſ. apud Hortenſem Vrbem. 29. *Ianuar.*
Theobaldus, Conf. Spoleti. 30. *Iunii.*
Theodora, Virgo, Romæ. 24. *Decemb.*
Theodoricus, Confeſſ. Miſnæ. 6. *Iulij.*
Theodoricus Loet, Martyr, & Socij Zutphaniæ. 1. *Iulij.*
Theodoricus Eindemus, ſeu, Emſerius, Martyr, Brielæ. 9. *Iulij.*
Theodoricus à Monaſterio, Confeſſ. Louanij. 2. *Februar.*
Theodoricus de Oſembruch, Confeſſ. in territorio Colonienſi. 6. *Martij.*
Thereſia Enriquez, Methymnæ Roſecæ, Vidua Tertiaria. 6. *Martij.*
Thobia, Vidua, in Tuſcia, Tertiaria. 1. *Martij.*
Thobias, Confeſſ. Proceni. 17. *Nouemb.*
Thomas Alemannus, Confeſ. Agnone. 1. *Decemb.*
Thomas Belchianus, Martyr, Londini. 3. *Auguſt.*
Thomas à Beringhen, Martyr, Thenis. 27. *Auguſt.*
Thomas Caccius, Confeſ. Nouariæ. 7. *Auguſt.*
Thomas à Catalagirone, Confeſſ. Plateæ. 5. *Februar.*
Thomas, Confeſſ. Eugubij. 24. *Maij.*
Thomas, Confeſſ. Fabriani. 20. *Maij.*
Thomas, Confeſ. Montiſplani. 22. *Septemb.*
Thomas Cortus, Martyr, Londini. 27. *Iulij.*
Thomas Coſaquyus, Martyr, Naganzachi, Tertiarius. 5. *Februar.*

Thomas à Curia, Confeſſ. in Gallia. 11. *Auguſt.*
Thomas à Farignano, Patriarcha, & Cardinalis Epiſcopus, Mutinæ. 19. *Nouemb.*
Thomas à Florentia, vide à Scarlino.
Thomas à Fulgineo, Martyr, Bidinij, Laicus. 12. *Februar.*
Thomas Geraldinus Martyr, Dublinij in Hybernia. 16. *Septemb.*
Thomas Graultius, Confeſſ. Attrebati. 31. *Iulij.*
Thomas à Gualdo, Vide Thomaſſinus, infra.
Thomas Hybernus, Confeſſ. Aquilæ. 7. *Decemb.*
Thomas illyricus, Confeſſ. in territorio Burdigalenſi. 13. *Maij.*
Thomas Pakingont, Martyr, cum ſoc. in Anglia. 9. *Auguſt.*
Thomas de Peſcopagano, Confeſſ. Calitri. 6. *Decemb.*
Thomas Randanus, Confeſſ. Cariati, Laicus. 3. *Martii.*
Thomas à ſancto Antonio, Confeſſ. Romæ. 10. *Decemb.*
Thomas à ſancto Franciſco, Confeſſ. Pennerandæ. 10. *Auguſt.*
Thomas à Scarlino, Confeſſ. Reate. 31. *Octob.*
Thomas de Thericio, Confeſſ. in Italia. 10. *Decemb.*
Thomas Tolentinas, Martyr, Tannæ. 9. *April.*
Thomas de Treuio, vide de Thericio, ſup.
Thomas Xico, Martyr, Naganzachi. 5. *Februar.*
Thomaſſinus Fulginas, Confeſſ. Fulginij, Tertiarius. 15. *Septemb.*
Thomaſius, vide Maſchius, ac Fulginas.
Thomaſucius, idem
Timotheus de Caſoli, Confeſſ. Capriolæ. 6. *Decemb.*
Timotheus à Monticulo, Confeſſ. Ocræ. 22. *Nou.*
Tiraſia-Sanctia, Vidua, Villæ-nouæ, Tertiaria. 9. *Ianuar.*
Torellus Puppianus, Confeſſ. Caſſentini, Tertiarius. 16. *Martij.*
Toribius à Beneuento, Confeſ. Mexici. 9 *Auguſt.*
Toribius Motolinia, idem.
Toruuia, Confeſſ. Molinæ. 6 *Decemb.*
S. Transfiguratio Chriſti, in Monte Thabor. 6. *Auguſt.*
Tranſlatio ſancti Antonij Luſitani, Confeſſ. 15. *Februar.*
Tranſlatio S. Bernardini, Senenſ. Confeſſ. 17. *Maij.*
Tranſlatio ſancti Bonauenturæ, Epiſcopi Cardinalis. 14. *Martij.*
Tranſlatio S. Claræ Virginis, Abbatiſſæ. 2. *Octob.*
Tranſlatio ſanctæ Eliſabethæ, Viduæ, Tertiariæ. 1. *Maii.*
S. Tranſlatio ſancti Franciſci, Confeſſ. 25. *Maij.*
Tranſlatio B. Guidonis à Cortona, Confeſſ. 12. *Iunii.*
Tranſlatio ſancti Iuonis, Confeſ. 27. *Octob.*
Tranſlatio ſancti Ludouici Epiſcopi. 8. *Nouemb.*
Trebatius Pennenſis, Confeſ. in Italia. 28. *Decemb.*
Triſtanus à Penacoua, Confeſ. Pini Oliuæ. 30. *Decemb.*
Tuſſanus Fortinus, Martyr, Caſtri-villani. 5. *Martii.*
Tyburtinus de Froda, Confeſſ. Lublini. 11. *Octob.*

V

Valentinus Narnienſis, Confeſſ. Aſſiſij. 6. *Iunii.*
Valerianus Viterbienſis, Conf. in Prouincia Romana. 6. *Ianuar.*
Vaſcus Carrea, Confeſſ. Cornotæ. 25. *Iul.*

Digitized by Google

Vbaldus, Confeſſ. Montaoni, Tertiarius. 1. *May.*
Vbertinus à ſancto Caſſiano, Confeſſ. Prati. 13. *Iulii.*
Venantius, Conf. Pariſijs, Laicus. 1. *Septemb.*
Venantius à Fabriano, Confeſſ. Neapoli. 6. *Maii.*
Venceſlaus Martyr. Poloniæ. 21. *Martii.*
Ventura, Confeſſ. Peruſiæ, Laicus. 28. *Auguſt.*
Viridiana, apud Caſtrum Florentinum, Tertiaria. 1. *Februar.*
Veronica Sommariua, Virgo, Laudæ. 13. *Septemb.*
Victoria Gonzaga Mantuæ. 19. *Decemb.*
Victorinus Confeſſ. Tarnouiæ. 9. *Iulii.*
Vincentius Aquilanus, Confeſſ. Aquilæ, Laicus. 28. *April.*
Vincentius à Como, Confeſſ. Nouocomi. 13. *Nou.*
Vincentius, Confeſſ. Cranganori. 11. *Iunii.*
Vincentius Fortis, Martyr, in Burgundia. 12. *Iunii.*
Vincentius Gallus, Conf. propè Piſciam. 28. *Maii.*
Vincentius à Nicotera, Conf. Panormi. 10. *Decem.*
Vincentius à ſancto Ioſepho, Martyr, in Iapponio. 10. *Septemb.*
Vincentius Senenſis, Conf. Capriolæ. 20. *Auguſt.*
Vincentius à Venaco, Confeſſ. Caſinchiæ, Laicus. 26. *Maii.*
Viſitatio B. Mariæ Virg. Deiparæ. 2. *Iulii.*
Violanta à Corduba, Vidua, Nurciæ, Tertiaria. 18. *Maij.*
Vitalis Albanenſis, Confeſſ. in Apulia, Laicus. 19. *Octob.*
Vitalis, Confeſſ. Cæſar Auguſtæ. 3. *Februar.*
Vitalis, Confeſſ. in Vmbria, Tertiarius. 25. *Nouemb.*
Viualdus, vide Vbaldus, ſup.
Vlricus, Martyr, in Vilna-Caſtro. 7. *Auguſt.*
Voiſlaus, Martyr, in Pruſſia. 2. *Nouemb.*
Voiſlaus Belga, Martyr, in Belgio. 8. *April.*
Vrbanus à Manfredonia, Confeſſ. Serræ Caprolæ. 19. *Iulij.*
Vrraca-Roderica Bezerra, Vidua, Vlmeti, Tertiaria. 29. *Iunij.*
Vrſula à Conceptione. 14. *Auguſt.*
Willehaldus, vide, Guilaldus, ſup.

Z

ZAcharias, Confeſſ. Alenquerij. 20. *Ianuar.*
Zacharias Conſentinus, Confeſſ. Conſentiæ, Laicus. 16. *Februar.*
Zacharias à Valcamonica, Confeſ. Romæ. 10. *Februar.*
Zacheus, vide Zachariam conſentinæ.
Ziga, Zinga, & Ziuga: vide Chunegundes, ſup.

Digitized by Google

INDEX
RERVM PRÆCIPVARVM,
QVÆ IN HOC OPERE
CONTINENTVR.

Quarum prior numerus paginam, poſterior paragraphum indicabit.

A

B. AChatij, pueri, quinque annorum mirabilis vita, pag. 251 & 252. §. 2.
B. Adami Saſboldi Epitaphium carmine compoſuit B. Cornelius Muſius, Martyr. 127. 2
B. Adulphus, ſub mortem conſolatur à ſanctiſſ. Virgine Deipara, ab eaque inuitatur ad præmium. 723
B. Ægidius ſæpius cur inclamaret: Pariſius, Pariſius quare deſtruis Ordinem S. Franciſci. 178. 4
B. F. Ægidium S. Franciſci ſocium, inuiſit Peruſiæ commorantem ſanctus Ludouicus Rex: miraque amborum conſalutatio. 397. 37
B. Agatha fundatrix Monaſterij S. Claræ Virdunenſ. 250. 5
B. Agnes à Conceptione, prima Abbatiſſa Monaſterij Deiparæ, apud Illeſcas. 36. in Calend.
B. Agnes à Deo, prima Abbatiſſa Monaſterij Deiparæ, de Spe, apud Vlyſſiponem. 30. in Calend.
B. Angelus Piſanus, primus Cuſtos Franciæ. 112. 1
idem primus Prouincialis Miniſter in Anglia. 3. ibid.
Æneas Syluius corrigitur. 406. 52. 522. 21
B. Albertus Piſanus, ſecundus Miniſter Prouincialis Angliæ. 429. 3
B. Albertus à Sartiano, Legatus Apoſtolicus, ad Æthiopiæ Imperatorem mittitur. 370. 4
Ingentem multitudinem ſchiſmaticorum, & hæreticorum: maximè vero Armenorum, Iacobitarum, & Græcorum ad vnitatem fidei deduxit. *ibid.*
B. Aldonſa Lopetia fundatrix, & prima Abbatiſſa Monaſterij Areuali. 542. 5
B. Alexandri Alenſis, ad Ordinem Minorum ſingularis vocatio. 513. 3
Doctor irrefragabilis, & *Doctor Doctorum*, ac *Fons vitæ*, merito appellatus. 514. 4
B. Alexander de Villa Dei Doctrinale compoſuit. 50. §. 7.
Algezira corrigitur. 549. 1
Chinam proficiſcuntur BB. Petrus Alpharus, & Antonius à ſancto Gregorio: tum P P. Martinus Ignatius, Martinus Loyola, Ioannes Baptiſta, Piſaurenſis. 256. §. 4. 5
B. Alphonſus Betanços, primus Chriſtum Coſtaricanis Indis annuntiauit. 268. 3
Idem primus Prouinciæ S. Georgij de Niçaragua, fundator fuit. *ibid.*
BB. Alphonſus à ſancto Bonauentura, & Ludouicus de Bolagnos vniuerſas Regiones de *Paraquay*, & *Guayr*, necnon vtraſque ripas fluuiorum *de la Plata*, *Picer*, *Buay*, &c. vſque ad Braſilium, & Peruanum Regnum perluſtrantes, infinitas gentes Chriſto aggregarunt. 235. 2. 597. 15
B. Alphonſus Borroxius, primus Vicarius Prouincialis Patrum Obſeruantium Prouinciæ Caſtellæ. 309. 2
B. Alphonſus ab Herrera, cur ab *Animabus* etiam cognominatus. 637. 7
B. Alphonſus Lupus, alter S. Paulus Apoſtolus cur vocatus. 247. 10
Author eſt illius celebris proceſſionis Romæ, ab Hiſpanis in die Paſchatis quotannis habitæ. *ibid.*
B. Alphonſus à Palentia; quæ verba notabilia ſæpius exclamabat. 413. 7
B. Alphonſo Marini, Miſſam celebranti Angeli inſeruiunt. 241. 10
Alphonſus Rodericus emẽdatur, in prologo. §. 34. 162
B. Alphonſus de *Roſis*, primus Commiſſarius Generalis nouæ Hiſpaniæ electus, in India Occidentali. 58. 12
B. Aluarus Pelagius, prius Epiſcopus Coronenſis, poſtea Sylnenſis, in Portugallia. 289. 2
B. Amadeus, Sabaudus Antipapa, depoſito ſchiſmate, fit Tertiarius S. Franciſci. 19. §. 2
B. Amadeus, Congregationis Amadeorum Author. 361. 2
Primi Religioſi, qui Americam, ſeu Indiam, tam Occidentalem, quàm Orientalem ſunt ingreſſi, Euangelicæ prædicationis gratiâ, fuere Franciſcani. 418. 7

Digitized by Google

Andræas ex Ordine Minorum Cochinenſis Epiſcopus, in India Orientali, Patres Ieſuitas, apud Ceilanum Inſulam primò aduenientes ann. 1602. excepit. 36. 4
B. Andræas Anagninus, Cardinalitiam recuſat dignitatem ſibi oblatam. 46. §. 1. & 3
Idem ſuis precibus, liberat animam Caroli I. Regis Siciliæ, fratris ſancti Ludouici Reg. Franc. à pœnis Purgatorij. ibid. §. 3
B. Andræas de Collo, primus Guardianus Montis Aluernæ, ex patribus Obſeruantinis. 203
Andræas Eborenſis corrigitur. 522. 21. & 22
B. Andræas de Olmos, Chichimecas, Indiæ Occidentalis populos, in fide Chriſtiana edocuit. 359. 8. & 9.
B. Angela Fulginas, per duodecim annos, ſola Euchariſtiæ perceptione quotidiana ſatiata, vixit. 9. 8
Angeli ſignabunt in fine mundi electos ſigno Crucis, in prolog. §. 171
B. Angelina Corbara de Thermis, Virgo, Vidua, prima omnium tria vota Monaſtica profeſſa, ſacræ Tertiarium Religioni initium dedit. 530. 9. & 10.
Angelinus Gazæus reprehenditur. 251. 1
B. Angeli Bonſij, morientis, vox pijſſima. *Te Deum Laudamus.* 18. §. 5
B. Angelus Pelitenſis, cur *Ouicula*, cognominatus. 318. 6
B. Angelus Piſanus, primus Guardianus Conuentus Pariſienſis. 112. 1
Item primus Angliæ Miniſter Prouincialis. ibid.
B. Angelus Tancredus, primus miles extitit, qui Ordinem Minorum aſſumpſit. 68. 2
Quomodo S. Franciſcus hunc à quodam terrore panico liberauerit. ibid. 3
Geſta S. Franciſci ipſemet poſtea conſcripſit. ibid.
B. Angelus à Verbola, multa milla infidelium conuertit ad Chriſtum. 245
S. Annæ Matris Virginis Dei Genitricis Mariæ corpus Aptæ. Iuliæ in Gallia quieſcit. 328. 1
Caput eius Carnoti, in Eccleſia Cathedrali honorificè aſſeruatur. ibid. 2
Variæ ipſius Reliquiæ per Galliam aſſeruatæ. ibid. §. 2. & 3.
Peculiari deuotione colitur in Ordine Franciſcano. ibid. 4
B. Anna ab Angelis, Virgo, prima Abbatiſſa Aillonenſis Monaſterij. 325. 9
Anonymus quidam liber (indignus certe nomine, quippe qui careat Doctorum Approbatione, Regia licentia, impreſſoriſque officina) proceſſit aduerſus R. P. Iuonem Capucinum: hoc prænotatus titulo, *Examen Proloquij libri P. Iuonis, Pariſienſis Capucini, &c. ann.* 1633. cui latè reſpondetur, in prolog. §. 81
Patrocinium ſuſcipit Armachani, cuius cauſam tam multi graues Authores condemnarunt. §. 82
Item partes tuetur Guillelmi de ſancto Amore, qui tamen author eſt reprobatus: cauſæ ſuæ condemnationis referuntur. §. 83. & 84
Falſum eſt Guillelmum hunc, circa ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aliquid deuotionis contuliſſe: vel Immaculatæ Conceptionis Virginis defenſioni quidquam addidiſſe. §. 85. ibid.
Eiuſmodi Anonymi fugæ ac diuerticula, & latebræ clarè reuelantur ac conſpiciuntur. §. 86
Conqueritur valde, ſed perperam, quod ſuus Guillelmus à ſancto Amore, nonnũquam dictus ſit, & appellatus hæreticus à probatis Authoribus. §. 87
Cupit ac ſummè exoptat, omnes peccatores, ſceleſtos, peſſimos, erroribus, ſchiſmatibus, ac hæreſibus deditos, vt Fratres apud nos haberi & dici: at, non ſic Eccleſia Catholica §. 88. ibid.
Anti-chriſtus, Religioſos Franciſcanos, & alios Chriſtianos, martyrio afficiet, gladiis & pugionibus cruces in ipſis efformabit, ad ignominiam crucis. § 171. ibid.
Anti-chriſtum in proximo adeſſe prædicans Manfredus Vercellenſis, mendax reperitur. 21. §. 3
B. Antonia à Florentia, Monaſterij Aquilani, prima Abbatiſſa. 28. *Februar.*
S. Antoninus, corrigitur. 6. 4. 229. 3. 378. 4. 532. 4
B. Antonius Ciuitatenſis, Miniſter Prouincialis, ſecundus prouinciæ ſancti Euangelij in India Occidentali. 447. 3
B. Antonij Laurerij pactum, notatu dignum, cum Cambaiæ Rege. 538. 10
S. Antonius Luſitanus, primus Lector Theologiæ in Ordine Minor. 266. 1. & 2
B. Antonius Patronus Malipurgi in India Orientali prædicat, illicque complures Gentiles ad Chriſtum conuertit. 283. 3
Antonius-Petrus Riuenſis, Pſeudo-Ionuillęi author, refutatur. 549. 13
B. Antonius à ſancto Ioſeph, quali exordio vtebatur in ſuis concionibus. 583. 6
B. Antonius à S. Michaële, vrbis de Cuſco in Peluano, primarius inſtitutor Hoſpitalis. 28. §. 3
B. Antonius Tegrinus; ceſſat à miraculis ex obedientia ſuperioris. 210. 2
B. Antonius à ſancto Vincentio, primus Prouincialis Miniſter prouinc. S. Antonij in Portugallia. 206. 5
Antonius de Sillis corrigitur. 120. 4. 272. 2
Impium ac falſum reſponſum Armachani de SS. Alexij; & Franciſci paupertate. §. 79. in prolog.
De Apoſtolis. Deque duplici differentia Apoſtolorum. ibid. § 163. & 164.
Quarum nationum ac populorum, primi Apoſtoli Franciſcani. ibid. § 66. & 67
B. Arnaldus, perpetuus confeſſarius B. Angelę Fulginatis. 264. 1
B. Auguſtinus Aſſiſias, primus prouincię Terræ-Laboris Miniſter prouincialis. 466. 20

B

B. Baculus B Agnetis à ſancto Dominico, miracula operatur. 450. §. 4
Baculus ſancti Rochi.
B. Balbina, Virgo, fundatrix Monaſterij Hiſpellat. 51. §. 10
Balthaſar à Myriaca, cur *Declamator Angelicus*, vocatus. 307. 18
Barbam nutrire, Fratribus Minoribus haud in vſu fuiſſe conſtat ab initio naſcentis Ordinis 360. §. 19. cur igitur contrarium quandoque fit. in prolog. §. 23.
B. Barbara Mediolanenſis, prima Monaſterij Vercellenſ. Abbatiſſa. 565. in *Calend.*
Barletta, corrigitur. 9. §. 8
B. Barnabas ab Interamna, vltima infirmitate inſtante, tria à Deo humiliter petiit, & obtinuit. 74. 3
Montem pietatis inſtituit. ibid.
Barrezzus corrigitur. 5. 1. 296. 1. 305. 610. 1
B. Bartholomæus ab Apona, Imperatorem Conſtantinopol.

Digitized by Google

tinopol. & Patriarcham Græcorum ad vnitatem fidei Catholicæ reduxit. 365. 5
B. Bartholomæus Catanius, primus Cuſtodiæ Maioricarum Cuſtos. 89. 3
Bartholomæus de Eugubio, primus à S. Franciſco licentiam accepit recipiendi Tertiarios ad Ordinem Pœnitentium. 5. 3
B. Bartholomæi à Soluthio, præclara Encomia. 559. 7
Bartholus Saxo-Ferratenſis, ſcripſit libros 4. in defenſionem & commendationem Ordinis Minor. quos Minoriticas Deciſiones nuncupauit, in prolog. §. 113
Beati in triplici differentia. *ibid.* §. 6. 143. & 144
Beati Moderni, aut minus noti, vel nondum canoniſati, non propterea ſunt minoris meriti, aut inferioris gloriæ. *ibid.*
Belforeſtius corrigitur. 396. 33
S. Benedictus Abbas, non fuit Sacerdos. 489. 12
B. Benedictus Aretinus primus Prouincialis Prouinciæ Antiochenæ in Syria. 417. in Calend.
Benedictus Coronatus, corrigitur. 473. 3
B. Benedictus Hortulanus, cur ſic nuncupatus. 463. 3
Pluralitas beneficiorum reprobatur ac condemnatur in Synodo Pariſienſi, ſub Guillelmo Epiſcopo, ann. 1238. cui interfuit B. Ioannes à Rupella. 63. 4
S. Berardus cum ſociis, Marrochium petit, illicque Regi ac populo Chriſtum annuntiat. 25. §. 1. & 2
Stupenda obedientia mortuorum erga B. Berengariam Virginem, Abbatiſſam. 526. 8
Bergomenſis emendatur. 125. §. 6
B. Bernardinus Caimus, Montem Varallum Sacellis, picturis, & aliis pietatis monimentis exornandum curauit: quibus Dominicæ Paſſionis veſtigia conſpicerentur, & corda fidelium ad deuotionem accenderentur. 62. 3
B. Bernardinus Georgius, ſecundus Vicarius Prouincialis Capucinorum, in Calabria. 622. 3
Bernardini Ochini lapſus. 8. §. 5
Bernardinus Ochinus, falſò, ab hæreticis ſcribitur primarius Capucinorum Author. 8. §. 4. 348. 6
S. Bernardinus Senenſis ob prædicationem & exaltationem Nominis Ieſu, ab æmulis diuexatur. 20. §. 1. 2. &c.
R. P. Bernardus de Armenta, Commiſſarius ablegatur, cum aliis Franciſcanis ad Paraguayum; initiumque dedit, ann. 1538. Cuſtodię Aſſumptionis B. Mariæ Virg. in Regione Paraguaya, propè fluuium Plata, verſus Braſilium. 235. 2
B. Bernardus-Bertrandus Coſinus, Gallus, primus Chichimecis Indis Dei verbum prædicauit. 29. 1
Bernardus Hallianus refutatur. 584. 13
B. Bernardus à Quintaualle, primus ſocius S. Franciſci. 297. 2
Idem, audiens S. Franciſcum tota nocte dicentem: *Deus meus, & omnia.* *ibid.*
Præſidio Angelico, fluuium, traijcit. *ibid.* 3
Benedicitur à Seraphico Patre S. Franciſco moriente. *ibid.* §. 4
Pulchra eius ſententia, vicinus morti. *ibid.* 6
B. Bertrandus à Turre, Cardinalis Epiſcopus, cur Titulo Doctoris *Famoſi* exornatus. 337. 2
Strabo de Baiona nonnunquam legitur appellatus. 338. 5
Binetus emendatur. 104. §. 1
B. Blanca Francorum Regina, ſancti Ludouici Regis mater, variis exornatur encomiis apud probos Authores. 383. 8.
Tertij Ordinis fuiſſe alumnam conſtat. §. 10
Miraculis claruit. *ibid.* 9
Voto etiam Ordinis Ciſtercienſis, ſub vitæ finem, emiſiſſe, teſtantur. *ibid.* 10.
E Lutetia corpus eius ſolemni pompa delatum eſt ad Malum-Dumum Monaſterium: cor verò tranſlatum ad Abbatiam de Lilio, iuxta Melodunum. 12
Ob eius reuerentiam, Nummi aurei ſunt effigie ipſius & nomine inſigniti, in Gallia. *ibid.* 14
Tractatus M. S. de Blancha, Franciæ Regina, nunc primùm in lucem editus. 585. 15. *& ſeq.*
Litteræ Fundationis Monaſterij Mali-Dumi per B. Blancham Reginam. 586. 16
Verſus circa tumulum ipſius B. Reginæ exarati. *ibidem.* 587.
Blancona corrigitur. 471. 1. 525. 6. 451. 7. 526. 4
S. Bonauentura, Pariſiis, vnà cum D. Thoma Aquinate Doctoratus inſignia accepit. 303. 1
Cardinalibus inter ſe diſſidentibus, illius ſolius ſuffragio Gregorius X. Papa renuntiatur. 304. 4
Cardinalis Epiſcopus factus, præſedit Concilio Lugdunenſi. 305. 5
B. Bonauentura ab Agrigento, Laicus, primus Cuſtos PP. Refformator. in Sicilia. 508. 5
Boſius corrigitur. 160. 2. 272. 2
Brecia Regio, in ditionem Regis Galliæ venit, commutatione facta de Marchionatu Saluſſiano, cum Sabaudiæ Duce. 379. 10
Bremenſis Archiepiſcopus Marpurgi, ann. 1236. intereſt Tranſlationi S. Eliſabeth, Viduæ. 193. 13
Brulius corrigitur. 281. 15. 424. 32
Buſeus reprehenditur, in prolog. §. 36. *& ſeq.*
Bzouius corrigitur. 287. 7. 361. 5. 418. 5. 608. 4

C

B. Cæſarij Spirenſis ſtudio ac zelo in Teutonia, Ordo Seraphicus initia ſumpſit. 143. 1
Gregorius IX. Papa, videt animam B. Cæſarij, in cœlum ab Angelis deferri. *ibid.* §. 3
Calicuti Prothomartyres 4. Franciſcani. 422. 22. 148. 1
Caluinus refutatur. 348. 6
Camuzius emendatur. 2. 4. 60. 6.
Camuzius emendatur. 2. 4. 50. 6. 488. 7. *& ſeq.* in prolog. §. 52. 81. 99. 100. *& ſeq.*
In Canadam, Floridam, Virginiam, & cæt. Minoritæ primi omnium Euangelium deportarunt. 421. 20
Canticum Amoris Diuini à ſancto Franciſco carmine concinnatum. 454. & 455
Capucinorum Inſtitutum defenditur contra modernum Authorem, in prolog. §. 139
Vita exemplari & optima Capucinorum conuerſatione retunditur hæreticorum effrænata vitæ licentia, morumque ipſorum impudentia. 8. 4
Quàm impenſè venerati à Cardinalibus & ſummis Pontificibus, in prolog. §. 128
Capucini à naſcentis ſuæ Congregationis exordio, Infidelium, tum Occidentalium, tum Orientalium Indorum, aliarumque totius orbis Regionum, conuerſioni admodum dediti. 446. 8
Capucini Indias longè latéque, fidei gratia, perluſtrarunt. 36. 4
Capucini, quot prouincias, Conuentus, & Fratres

Digitized by Google

habent in toto orbe, in prolog. §. 113
Capucium S. Franciſci quadrum. 1349. 12. & 350. 13. non rotundum aut pyramidale.
Caputij mutatio, non D. Bonauenturæ: ſed Ioanni XXII. Papæ tribuenda eſt. 350. 15
Cariges, aliique Braſilij populi, ad Chriſtum conuerſi per Fratres Minores. 446. 9
An dies natalis Chriſti incidens in feriam ſextam liceat Fratribus Minoritis carnes edere. 139. 4
S. Carolus Berromæus, Archiepiſcopus Mediolanenſis & Cardinalis protector Ordinis Minor. 539 1
Fictitium eſt R. P. Carolum Rapinæum Romano interfuiſſe Generali Capitulo, ann. 1625. vt vult quidam neotericus, in prolog. §. 139
Carolus V. Rex Franciæ, pius & optimus: eius virtutes recenſentur. 39. 6
Carolus in Montegranello, & B. Gualterus, Tertiarij, nouum Ordinem Eremitar. inſtituunt. 3. *Ianuar.* 3. §. 3. & 7. *Septemb.* §. 4.
Carolus 7. Rex Franc. extincti Schiſmatis Author præcipuus. 19. §. 2
Veritati hiſtoricæ repugnat dicere, viſum fuiſſe in profundo inferni ſepultum, propter ſchiſma inter Clementem VII. & Vrbanum VI. *ibid. & ſeq.*
Carolus VIII. Galliæ Rex, & Anna Regina, primarium lapidem poſuerunt pro fundamento Conuentus FF. Minor. Lugduni, extra portam *Petræſciſſæ.* 379. 8
Caſtitas promiſſa in Religione Minoritana, ſic eminet, vt nil illi addi poſſit, in prolog. §. 25
B. Catharina Bononienſis, videt animam B. Ioannis à Toſſiniano, Ferrarienſis Epiſcopi, in cœlum, inter Angelorum cœtus euolantem. 106. 4
B. Catharina Gonſalua, Piſtrinæ, ex Obedientia, vacans, & longiſſimè diſtans, videt ſacram hoſtiam à Sacerdote in Miſſa eleuatam. 578. 6
B. Catharina à Magdalena, Virgo, prima Abbatiſſa Monaſterij Beluiſiani, in agro Placentino Hiſpanico. 307. 20
B. Catharina Menriquia moriente, Angeli audiuntur cantantes Hymnum, *Te Deum laudamus.* 249. 3
An S. Catharina Senenſis Stigmata corpori impreſſa habuerit? negatiuè reſpondetur. 456. 11. & 12
B Catharina Zollerina, prima Abbatiſſa atque Fundatrix Monaſterij Bambergenſis. 128. 4
Franciſcani Chinam, primi omnium, Euangelij luce perluſtrarunt ſub B. Petro Alpharo. 146. 8
Quot mirabilia operatus eſt Chriſtus per chordam D. Franciſci, in prolog. §. 106
S. Dominicus petiit, deuotionis ergo à ſancto Franciſco funem, ſeu chordam, qua præcingebatur: eamque ſub exterioribus veſtibus geſtauit perpetuò, in indiſſolubilis nexus charitatis ſymbolum. *ibid.* §. 105
Ad ſolum contactum chordæ B. Mariæ à Turribus Virginis, Abbatiſſæ, Dæmones fugantur. 441. 5
B. Chriſtophorus Brauus, primus Prouincialis prouinciæ ſancti Ioſephi Diſcalceatorum. 181. 4
B. Chriſtophorus Plateanus, primus extitit Prouincialis prouinciæ S. Ioannis Baptiſtæ Diſcalceatorum. 506. & 507. 4
Chronica Ordinis Minorum, magno in pretio, apud pios, ſemper habita, in prolog. §. 147
Magnus Mogor, Cambayæ Rex, ea dono accepta, accuratè ſeruabat. *ibid.*
Chronica Normaniæ Latina, apud Quercetanum ſuſpecta, & deprauata. *ibid.* §. 88
S. Clara, Virgo, prima Abbatiſſa Monaſterij S. Damiani. 364
Pauperum ſanctimonialium Ordinem inſtituit. *ibid.*
S. Clara, Virgo, Abbatiſſa, cur depicta, vaſculum manu deferens, in qua ſacra Euchariſtia aſſeruabatur. 484. 2
Cur Chriſtus habuerit rationem vitæ communis, in prolog. §. 50
Quomodo ad perfectionem pertineat agere, ex condeſcenſione in Chriſto. *ibid.* 9.
Chriſti paſſionis inſignia miro modo infixa in corde B. Claræ de Monte Falcone, Virginis. 376. 5
Tres mirabiles pilæ, eiuſdem ponderis, in eius pectore repertæ. *ibid.*
B. Claudia à Corceyo, Virgo, prima Poliniacenſis Monaſterij Abbatiſſa. 359. 10
B. Claudia Meancea, Virgo, Monaſterij Gebennenſis prima Abbatiſſa. 377. 6
Claudius Menardus corrigitur. 396. 31. 33. & 408. 59. & 60
Coiffetellus corrigitur. 539. 5. 6. & 7
B. Coletta Virgo, inſtituitur Reformatrix Ordin. S. Claræ per Benedictum XIII. Papam. 102. 8
Concilium Tridentinum, cap. de Reformatione, comprehendit omnes Regulares: contra Alphonſum Rodericum, perperam, Ieſuitas ab ea eximentem, in prolog. §. 162
Congregatio Colettanarum, 102. 9. & Colettanorum, ab eadem Virgine exoritur.
Collegia Franciſcani aperuerunt primi in India Orientali. 425. 28
Colonienſis Archiepiſcopus intereſt tranſlationi S. Eliſabeth, Viduæ, ann. 1236. apud Marpurgum in Germania. 195. 13
Columba inſidet capiti B. Chriſtophori, dùm Miſſam celebrat. 26. 4
Comitiſſa Valentinenſ. fit Religioſa Colettana. 193. 14
Conceptionis Immaculatæ Deiparæ, Virginis Feſtum, celeberrimum eſt apud Neuſtrios. 599. 1
Item in toto Ordine Franciſcano. *ibid.*
Tum in vniuerſa Eccleſia Catholica. *ibid.*
Officium eius proprium compoſuit B. Bernardinus de Buſtis, à Sede Apoſtolica approbatum. §. 2
Conceptio Immaculata Virg. Deiparæ, à quo tempore ab Vniuerſitate Pariſienſi defenſa: quæ & inſtituit, vt quilibet Doctor, iuramento præſtito, eam immaculatam Conceptionem tueri teneretur, feſtumque de ea agere quotannis: quod aliæ vniuerſitates poſtmodum piè imitari ſtuduerunt. 513. 9. & in prolog. §. 85
Pro confeſſionis ſigillo ſeruando, B. Anonymus martyrium ſubiit, Arimini. pag. 385. §. 5
Quot Confeſſores, vitæ ſanctitate & miraculis in Ordine Minor. illuſtres, in prolog. § 102
Liber Conformitatũ à B. Bartholomæo Piſano compoſitus, opus pium eſt, & ſanæ doctrinę. *ibid.* §. 122
Librum Conformitatum S. Franciſci, maxima cum pietate ſæpius legebat, vt eo inflammaretur ad virtutis amorem. B. Martinus à Valentia. 418. 6
Confraternitates Chordę ſancti Franciſci, Roſarii, Scapularii, & cæ. piè inſtitutę: quicquid in contrarium clamet impunè Pliſſus, in prolog. §. 100.
B. Conradus Marpurgenſis, Magiſter ac Pater ſpiritualis S. Eliſabeth Hungarę, Tertiarię. 537. 1. & 2
B. Conſtantia Velaſquez, Vidua, Fundatrix Conſtantinenſis Monaſterij. 592. 7
Conuentuales Franciſcani, diuiſi ab Obſeruantibus, in prolog. §. 136. & 159

Digitized by Google

Conuentuales, quot Prouincias, Conuentus & Fratres in vniuerſo orbe. ibid. §. 113
Cornelius à Lapide emendatus. 547. 10
B. Cornelius à Zirichzea, primus Reformationem Regularis Obſeruantiæ in Scotiam tranſmiſit. 80. 3
Corona ſpinea, Crucis magna pars, Lanceæ ferrum, & ſpongia, aliaque Paſſionis Dominicæ inſignia, opera S. Ludouici Reg. Gall. Conſtantinopoli in Galliam aſportata. 398. §. 11
Tractatus MS. nunc prœlo cuſſus, De Suſceptione ſanctæ Coronæ ſpineæ Domini, conſcriptus à Galthero Cornuto, Senonenſi Archiepiſcopo. 392. & ſeq.
S. Rex nudis pedibus, aperto capite, ſolaque tunica indutus, Coronam Chriſti reuerenter Lutetiam defert. 394. 24. 25
Ad ſolius pulpiti, in quo Rex ſteterat, pro oſtenſione Coronæ ſpineæ populo exhibenda, contactum, multas virtutes & miracula operatus eſt Chriſtus circa languentes. 395. 27
Feſtum Suſceptionis Coronæ ſpineæ, & aliarum Reliquiarum à ſancto Rege Ludouico, Lutetiæ inſtitutum. §. 28. 29
Cretenſis Apoſtolus, infrà B. Ignatius Apirenſis.
Putant nonnulli, ſub diem Iudicij, ſignum Crucis appariturum in frontibus ſingulorum hominum Electorum, in prolog. §. 170
Imo & omnes Beatos in cœlo, cruce in frontibus inſigniendos. ibid.
Milites Chriſtiani ad ſacrum bellum pergentes, crucis teſſeram, pro ſigno publicè deferebat. ibid. §. 171
Crepundiis laborantibus opitulatur, B. Guillelmus à Vintimilio. 125

D

DAça corrigitur. 291. 4
Conuentus Dæmonum ſæpè habitus, de modo exterminandi Ordinem Minorum. 53. & 4
B. Demetrius inſuber audit ignem parari pro quodam vſurario tunc temporis mortuo, & in infernum deducto. 175. 8
Caput B. Dermitij, à corpore truncatum, nullum ſanguinem fudit. 94. 2
Deſiderius Longobardus Religioſæ paupertatis aduerſarius à Sede Apoſtolica condemnatus, in prolog. §. 75
Deſiderius Roterodamus Semi-chriſtianus. 445. 6
B. Didacus Arias primus Regularis Obſeruantiæ fundamenta iecit in Portugallia, ac mirificè propagauit. 301. 2
B. Didacus Olartes, innumerabilem Indorum multitudinem conuertit ad Chriſtum. 461. 3
Diegus Payua, Andradius, Theologus Luſitanus, ſcripſit contra Kemnitium, in prolog. §. 122.
S. Dionyſius Areopagita, Galliæ Apoſtolus, & primus Pariſienſis Epiſcopus. 497
In Ordine Franciſcano peculiari deuotione veneratus. ibid. 3
Diſcalceati ſunt Fratres Minores, ſic nuncupati in Hiſpania, Ordinem nouum minimè componentes, ſed Congregationem, in prolog. §. 159.
Hos nullam, aut exiguam nationum varietatem habere, & extra Hiſpaniam nuſquam commigraſſe, error eſt, dicere, veritatique hiſtoricæ repugnat. ibid. §. 163
Tota America ab eis luſtrata, & luce Euangelij repleta: aduerſus Nigronum, contrarium aſſerentem. ibid.
Singularis eximijque amoris indicia inter S. Dominicum & Franciſcum. ibid. §. 105
Qui fuerint duodecim primarij Diſcipuli S. Franciſci, & qua de cauſa hunc numerum ſibi elegit Seraphicus Pater. 104. 2
B. Dominici, martyris cantus dùm viuus excoriaretur. pag. 385. §. 1
Dupleix, corrigitur. 396. 33
Durandus, Albienſis Epiſcopus Raymundo Iuniori, Comiti Toloſano, morienti Sacramenta miniſtrauit. 230. 4

E

B. ELectus primus Guardianus Conuentus Cœnomanenſ. 81. §. 1
B. Electi Bremenſis, læta mors. 226. 1
B. Eliſabeth Verdugo, Chriſtum videt in Euchariſtia. 245. 9
B. Elyas de Bourdeilla, Archiepiſcopus Turonenſ. Confeſſarius Ludouici XI. Reg. Galliæ. 290. 4
Epilepticis medetur B. Petrus à Trauanda. 27. §. 3
Mos Epiſcoporum Luſitanorum, oſculari dexteram Regis Portugalliæ, dùm ab eo tenent Regalia, pro inueſtitura. 239. 2
B. Erecthdus, cernit Angelum Fratres in choro Dei laudes canentes incenſo perfumigare. 243. 1
Euchariſtia miro modo ſe in intimum cordis S. Bonauenturæ immittit. 305. 7
Ad Euchariſtiæ eleuationem tempore Miſſæ, cantatur verſus, *O Salutaris hoſtia, &c.* quando incœpit in Gallia. 396. 34
Euchariſtiam in formoſiſſimum puerum conuerſam, apud Sacellum ſuæ ſanctæ Capellæ Pariſienſ. cur noluerit ire viſum, ſanctus Rex Ludouicus. 396. 36
Euſebius Ieſuita, emendatus, in prolog. §. 24. 32. 166

F

FAuinus, corrigitur. 396. 33
Federicus II. Imperat. Marpurgi, an. 1236. intereſt Tranſlationi S. Eliſabeth, Viduæ. 193. 13
B. Fernandus primus Goanus Epiſcopus. 182. 1
Ferrarius corrigitur. 10. §. 8. 257. 4. 473. 3. 476. 5. 617. 59
Foderetus emendatur. 105. 3
Fortunatus Scacchus confutatur, in prolog. §. 146
B. Franciſca à ſancta Cruce, Fundatrix & 1. Abbatiſſa Monaſterij Conceptionis, Virg. Alcazarij. 119. 6
B. Franciſcus de Angelis in Vrbe Pacis, primus Conuentum extruxit, apud Indiam Occiduam. 28. §. 3
Populus Franciscus ſummè pius erga ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. 397. 35
Idem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ addictiſſimus atque obſequentiſſimus. ibid.
S. Franciſcus Aſſiſias prius Ioannes vocatus; cur poſtea Franciſcus. 486. 1
Virginitatem perpetuò coluit. ibid.
Diaconus fuit, non Sacerdos. 489. 12
Cur Sacerdotis ſibi occurrentis manus prius deoſcularetur, quàm Angelo reuerentiam exhiberet. ibid.
Fratrum Minorum Inſtitutor & Author. 486. 1
Socios præcipuos 12. habuit, prolog. §. 136
Mors glorioſa, ac funus ſancti Franciſci. 490. 14
Tempore obitus ſui, multi Franciſcani è Purgatorio dimiſſi, animam eius in cœlum deduxerunt. ibid.

Digitized by Google

Corpus S. Franciſci, adhuc erectum in pedes, integrum, & illæſum, apertis ſublatiſque oculis in altum, recentem ex vulneribus ſtigmatum manans ſanguinem cernitur. 455.7
B. Franciſcus de Cardaillaco, prius fit Doctor Pariſienſis, hinc Epiſcopus Cauallicenſis, poſtea Cadurcenſis. 129. §. 2. 3. 4
Legatione Apoſtolica fungitur ad Ioannam Siciliæ Reginam. ibid. 3
B. Franciſcus Doziechus, Prouinciæ Immaculatæ Conceptionis Virginis in Gallia Fundator inclytus. 336.16
Franciſcus Garaſſus reprehenditur. 461. §. 5
B. Franciſci Gonzagæ dictum explicatur. 77. 4
quomodo conciliatur illa contrarietas inter B. Franciſcum Gonzagam, & B. Angelum de Paſſu, ſuborta. 189.5
B. Franciſcus Laurentius, Izatlanæ, Guaxacatlanæ, Texoguinæ, Cacoatnolæ, Vanderæ, Amaxotæ, Coronatæ, aliiſque Indiæ Occidentalis nationibus Chriſtum annuntiauit. 23. §. 2. & 3
Item Gymnaſia pro iuuentute edocenda curauit extruenda. ibid.
B. Franciſcus à Libra, primus Vicarius Familiæ Obſeruantinæ in Prouincia Marchiæ. 17. 2
B. Franciſcus martyr, manicis Caphrorum, quibus Euangelium primus annunciauerat, in prolog. §. 167.27
B. Franciſcus Mayronis, cur Doctoris *Illuminati*, & *Acuti* cognomen adeptus ſit. 329. 5
Actus Sorbonici Author. ibid.
Confeſſarius, ac Conſiliarius D. Elzearij, Comitis Ariani. ibid.
Eius præclarum Epitaphium. ibid.
B. Franciſcus à Montilla, Inſulas Salomonis, Regnaque Chinæ, & Iapponiorum, Concionando peragrauit. 641. §. 7. & 8
B. Frāciſci de Monterroſo, dictū memorabile. 618 10
B. Franciſcus de las Naucas, Popolocas Indiæ Occiduæ gentes, primus Diuino lauacro tinxit. 336.13
S. Franciſcus de Paula, non fuit Sacerdos. 489. 12
Franciſcus Sagarius mittitur à Sixto IV. Pap. in Æthiopiam, ad Abyſſinorum Imperatorem. 16.1
Franciſcus de S. Anna, vrbi Regum, in India Occidentali primus Conuentum extruxit. 28. §. 3
B. Franciſcus Titelmannus, ſcripſit aduerſus Iacobum Fabrum, Stapulenſem, & Deſiderium Roteradamū à fide Catholica aberrantes. 445. 5. & 6
B. Franciſcus Torallus, primus Iucatanus Epiſcopus in India Occidentali. 172. 4
Quando S. Franciſcus Xauerius in Indiam Orientalem aduenit, nulli in tota India tunc erant Religioſi, præter Franciſcanos. 423. §. 28. 263. 3
S. Franciſcus Xauerius, peroptans ad Chinas tranſmeare, profectionem aggreditur, ſub auſpiciis B. Ioannis Albuquertij, Minoritæ, Goani Epiſcopi. 146. 7.
Dùm ob fidem Chriſti, crudeliter excoriaretur B. Franciſcus Ziranus, lætus canebat Canticum trium puerorum: & Litanias Deiparæ Virg. 22. 2
Fulgoſius corrigitur. 522. 21
B. Franciſcus Solanus Peruani imperij Apoſtolus. 302. *In Calendis.*

G

BEati Archangeli Gabrielis celebre feſtum in Ordine Minorum. 130. 1
B. Gabriel *ab Aue Maria*: vltimus Vicarius Generalis, & primus Commiſſarius Generalis, totius familiæ Oſeruantinæ. 409. *In Calend.*
Gabriel Barletta reprehenditur. 9. 8
Gabrielis à Treio, Cardinalis pulcherrima ac piiſſima reſponſio, in prolog. §. 130
Galeſius corrigitur. 50. 5. 125. 6
Reges Galliæ, ſacra Ampulla cœlitùs demiſſa, inunguntur, in ſua coronatione. 432
Reges Galliæ, virtutem cœlitùs habent, ſolo tactu medendi Scrophulis. 399. 46
Variæ affinitates inter Galliarum Hiſpaniarumque Reges. 584. 14
Multi Pontifices Romani, complures Indulgentias largiti ſunt fidelibus vniuerſis, orantibus pro Rege Galliæ. 397.36
Galli, cur in ſchiſmate, magis adhæſerunt Clementi VII. quàm Vrbano VI. 39. 5
Cur S. Franciſcus, ſummè exoptabat Galliæ Regnum adire atque inuiſere. 397. 35
Galterius corrigitur. 3. 11. & 12. 7
Garaſſus corrigitur. 514. 6
B. Garçia de Cineros, primus Prouincialis Miniſter Prouinciæ S. Euangelij. 464. 5
Garçias de Padilla Minorita, primus Epiſcopus Inſulæ Hiſpaniolæ, ſiue S. Dominici. 419. 9
B. Gaſparus à Florentia, Dæmonis aſtutiam detexit, qui aſſumpta figura humana, alios excitabat ad carnes, & largiores eleemoſynas Fratribus Minoribus conferendas, vt ſic eorum altiſſimam paupertatem labefactaret. 64. §. 4
Generalis Fratrum Minorum de Oſeruantia, iure vocatur, & eſt, Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, authoritate Apoſtolica, per Congregationem Cardinaliū, nuper declarata, in prol §. 160
Generales Ordinis Minorum eſſe ſexennes in ſuo officio, non eſt directè contra Regulam Franciſcanam, vti perperam opinatur quidam modernus. ibid. §. 132
Georgius Buchanan, Apoſtata & hæreticus, refutatur. ibid. §. 122
B. Gentilis à Spoleto, confeſ. fundationis Regularis Obſeruantiæ propagator. 57. §. 3. & 4
B. Georgij Alban. raptus ad cantum, *Magnific.* 257. 7
Gerardus Odonis, Gallus, Generalis Miniſter Ord. Minor. & Antiochenus Patriarcha, hæreticos Manichæos, & Patarenos, in Boſnæ Croatiæ Prouincia, ad fidem Orthodoxam, maiori ex parte, reduxit. 493. 1
B. Gerardus, populo Conſtantinopolitano prædicans, captionem ſancti Ludouici Reg. Franci eo die in Africa euentum denuntiat. 261. 5
Liberatur à calumnia inuidorum. ibid. 7
Giraldus de Abbatiſ-villa, hoſtis Religioſorum Mendicantium, ab Eccleſia reprobatus: qui diuino iudicio, lepra, & paralyſi percuſſus horrenda morte interiit, in prolog. §. 76
Gneſnerus reijcitur. 486. 2
Godofredus Varallus, Apoſtata, & Ochini ſocius, ob hæreſim igne comburitur. 9. §. 3
B. Gonſaluus Mendez, fundator Prouinciæ Guatemalicæ 198. *In Calend.*
B. Gonſaluus Generalis poſt obitum apparet glorioſus, in throno reſidens, ſceptro & corona, quibus à Chriſto donatus fuerat, redimitus: eo quòd puriſſimæ obſeruationi Regulæ ſedulò ſtuduerat. 183. 2
Gonzaga corrigitur. 87. 3. 119. 1. 121. 7. 128. 1. 129. 1. 159. 2. 192. 9. 209. 2. 252. 5. 253. 12. 261. 2. 263. 4. 290. 3. 292. 4. 302. 1. 379. 8. 486. 2. 554. 8. 562. & 581. 4. 629. 3.

Gonſaluus

Gõſaluus Sauratus, minorita Armeniã illuſtrat. 607. 1
B. Gryphon Epiſcopus, Græcorum & Marronitarum copioſam multitudinem ad vnitatem Catholicæ fidei reduxit. 312. 1
Guido Cardinalis Bononiæ Belgicæ, ſeu Picardiæ, Epiſcopus Portuenſis interfuit Translationi corporis S Antonij à Padua. 71. 4
Theca argentea, ſuis ſumptibus elaborata, Reliquias eiuſdem S. Antonij includit, ob inſigne Beneficium eius interceſſione acceptum. *ibid.* 3
Guido de Marchia, ſcripſit ad Romanum Pontificem, Rythmicè quidem, ſed lepidè ac Laconicè, querelam mundi, contra Religionem Franciſcanam, in prolog. §. 123
Super caput B. Gualteri, Pictauienſ. Epiſcopi, columba non ſemel apparuit, dùm ad altare ſacra faceret. 32. 2. & 3
Clemens V. Pap. deponit B. Gualterum Pictauienſem Antiſtem ab Epiſcopatu. 34. 3
B. Gualterus, voluit ſepeliri cum ſchedula in manu, quæ continebat citationem Clementis V. Pap. coram æterno Iudice. *ibid.*
Idem Papa, citatus ab eodem B. Gualtero ad iuſtum Dei iudicium, die ſtatuta, moritur. *ibid.*
B. Gualterus Tertiarius nouum Ordinem S. Hieronymi in Italia excitat. 4. 3
B. Guillelmus Anglicus mortuus, à miraculorum operatione ceſſat ex obedientia Miniſtri Generalis. 104. 3
R. P. Guillelmi Esbran, Recollecti, Prouinc. ſancti Dionyſij in Francia Carmen Saphicum in S. Ludouicum Regem Gall. 404.
B. Guillelmi Gondani, pia verba euntis ad Martyrium. 431. 1.
B. Guillelmus Ioſſelinus, obtinet à Martino V. Pap. confirmationem Decreti Concilij Conſtantienſ. circa Reformation. Ordin. Minor. 15. §. 2
B. Guillelmus de Militona, finita concione ad populum, ſanctè moritur, Pariſiis. 450. 2
Guillelmus Pratus cum alijs Franciſcanis, primò Catayum Euangelij luce colluſtrat, in prolog. §. 167
Guillelmus de Sancto Amore aduerſarius iuratus Religioſæ paupertatis, & Ordinem Prædicat. ac Minor. in prolog. §. 55
Varia Diplomata Pontificia ad Archiepiſcopos, Antiſtites: & ad S. Ludouicum Regem Galliarum aduerſus Guillelmum de S. Amore. *ibid.* §. 58. *& ſeq.*
Liber eius peſſimus publicè comburitur, tum Romæ, iuſſu ſummi Pontificis, tum Lutetiæ, præſente S. Ludouico Rege, iubeturque omnibus idem facere. *ibid.* quod & nouiſſimè ann. 1633. Arreſto Senatus-conſulti Regij renouatum eſt. *ibid.* §. 93
Condemnato libello, Author illius excommunicatur, perpetua beneficiorum priuatione mulctatur: docendi concionandique munere deſtituitur: & Gallia exulare ſancitur. *ibid.* §. 70
B. Guillelmi à Spluncato, Sagonenſis Epiſcopi ſtupendum miraculum, in pueruio, qui nondum menſem à ſua natiuitate compleuerat. 577. 1
Gynæcocratia Gallis ſummoperè exoſa. 183. 9

H

HAbitus nouitates, ſeu mutationes ab Ordine Franciſcano ſemper reiectæ. 349. 10
Cuius formæ fuerit habitus S. Franciſci. *ibid.* 11
Habitus Minoriticus, pauper & auſterus, non paruam adfert excellentiam, perfectionemque tribuit ipſi Ordini Franciſcano, in prolog. §. 35
Buſæus nimis craſsè hallucinatur, dum arbitratur, hoc veſtimenti genus, vt minus conueniens, haud competere Religioſis inter homines conuerſantibus. *ibid.* §. 36. & 37
Christus, Apoſtoli, aliique ſancti viri, paupere, vili, ac rudi amictu contecti, inter homines conuerſati. *ibid.* §. 37. & 48.
Habitus S. Franciſci viſus admirabilis Benedicto Fernandi. *ibid.* §. 37
Quàm ſtupenda & admiranda egerunt Franciſcani, ſub eo paupere ac rudi habitu, inter homines conuerſati. *ibid.* §. 38. 156. & 157
Habitus Minoriticus minimè impedit, ſed maximè iuuat, ad conuerſionem Gentilium, Hæreticorum, &c. quibus omnibus etiamnum hodie maxima in veneratione eſt. *ibid.* §. 39. *& ſeq.*
Lutherus, Caluinus, Brentius Eraſmus, Petrus Martyr, Melanchton, Centuriatores Magdeburgenſes, aliique hæretici, ſchiſmatici, & falſi Chriſtiani, qui in Religioſos ſtatus impegerunt, omnes corruerunt, in prolog. §. 80
Henricus à Conymbria Fundator cuſtodiæ S. Thomæ, in India Orientali. 422. 22
Idem Epiſcopus Cæptanus, & primus inquiſitor hæreſ. apud Luſitanos. *ibid.*
Henricus Langrauius, Thuringiorum princeps, an. 1236. intereſt Marpurgi, Tranſlationi S. Eliſabeth, Viduæ. 193. 13. vnà cum Conrado fratre, & Sophia matre.
B. Henricus Rex Cypri, fit Frater Minor. 459. 26
Henricus Sedulius, Apologiam edit aduerſus librum nefandum: cui titulus eſt, Alcoranus Franciſcanorum, in prolog. §. 122
Hermannus, intereſt Tranſlationi corporis matris ſuæ S. Eliſabet, Viduæ, ann. 1236. apud Marpurgum. 193. 13
B. Hieronymus, in Villa Argenti, apud Indiam Occiduam, primus Conuentum ædificauit. 28. §. 3
B. Hieronymus à Ieſu primus omnium in Iapponio apud Regnum de Quanto, & Ciuitatem Regiam de Yendo, Chriſtum prædicauit. 637. 9
B. Hieronymus Mediolanenſis: primus Prouincialis Capucinorũ in Burgundia, in Calend. 25. *Mart.*
Complures Ordinis Franciſcani hoſtes, condemnati ac reprobati, in prolog. §. 54. & 122
Multo plures grauiſſimi Authores, in defenſionem eiuſdem Ordinis. *ibid.*
Sacra Hoſtia in carnem conuerſa inter manus B. Zachariæ. 90. 2
Hoſtia ſacra mirabiliter intrat per latus S. Bonauenturæ moribundi, ad cor eius. 305. 7
B. Hugonis à Digna, egregia documenta. 79. 2
Hugo Menardus corrigitur. 229. 3
Huroldus corrigitur. 396. 33

I

B. IAcoba à Septem-ſoliis, nobiliſſima Romanorum vidua, Angelico monitu excitata Aſſiſium venit, mortique S. Franciſci interfuit. 61. 8
Iacobillus corrigitur. 630. 10
B. Iacoboni, libera, veraque reſponſio ad Bonifacium VIII. Pap. 629. 2
Moritur ex Iubilo, & nimio amore diuino, modo admirabili. *ibid.*
Iacobus à Boſco corrigitur. 604. 1
Iacobus Brouſſæus corrigitur. 178. 3. & in prol. § 156
B. Iacobus à Dania, primus omnium, ſiue ſæcula-

Digitized by Google

rium, ſiue religioſorum, Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrauit, Indis Mechioacanicis. 529. 2
B. Iacobus à Coronis, cur ſic denominatus. 572. 2
Iacobus Faber Stapulenſis, Luthero Zuinglius. 445. 5
B. Iacobus à Marchia, Infidelium, hæreticorum, atque ſchiſmaticorum ingentem conuertit multitudinem. 579. 2
Sæpè Commiſſarius Apoſtolicus ablegatus eſt per Italiam, Sclauoniam, Dalmatiam, Pannoniam, Boſnam, Croatiam, Poloniam, Bohemiam, Germaniam, Daniam, Ruſſiam, Norwergiam, &c. *ibid.*
Generalis inquiſitor Apoſtolicus, contra Fratricellos, alioſque hæreticos in Italia inſtituitur. §. 3
Beatus declaratur à Sede Apoſtolica, officiumque de eo celebratur. *ibid.* 4
Vitam eius Author Martyrologij Franciſcani iam edidit in lucem. §. 5
Liberat Neapolim vrbem ab incendio. §. 6
B. Iacobus de Primadiciis, primus Vicarius Generalis Familiæ Obſeruantium Vltramontanæ, electus per ſuffragia vocalium Capituli Generalis. 368. 4
Iacobus magnæ Britannæ Rex emendatur. 305. 10. & 399. 39
B. Iacobus à Teſtera impensè laborat pro conuerſione Iucatani Regni Champoton, Mechioachæ, Guatemalæ, & cæt. 358. 7
I rricus corrigitur. 446. 9
Iaulnayus corrigitur. 475. 1. 566. 3
Omnes Conuentus Siculæ Prouinciæ nomen Ieſu & Mariæ præ ſe ferunt: auctore B. Matthæo ab Agrigento, Epiſcopo. 12. §. 2
Ieſu nomen adorandum. pag. 20
Falsò accuſatur S. Bernardinus apud Sedem Apoſtolicam ob prædicationem nominis Ieſu. 20. 25
Minimè verum eſt, ipſum continuiſſe ſe à concione nominis Ieſu, aut retractaſſe, quæ prius dixerat. *ibid.*
Venerandum illud nomen Ieſu, litteris aureis tabellæ impreſſum, publicè defertur, colitur, & adoratur, authoritate Apoſtolica, contradicentes reprimuntur. *ibid.*
Sanctus Franciſcus ipſum nomen Ieſu, ſummè venerabatur. *ibid* §. 6
Feſtum particulare Nominis Ieſu, à Sede Apoſtolica indicitur, ad inſtantiam Fratrum Minor. 22. §. 7
Sanctus Bernardinus Senenſ. officium proprium Nominis Ieſu compoſuit. *ibid.*
B. Bernardinus de Buſtis, illud auxit. *ibid.*
Indulgentiæ conceſſæ à Clemente VII. & VIII. fidelibus officium de Nomine Ieſu recitantibus, vel eidem aſſiſtentibus. *ibid.*
B. Ignatius Apirenſis, Cretenſis Apoſtolus dictus. §. 4. 428
Franciſcani, per centena millia, Indos conuerterunt ad Chriſtum. 146. 8. 470. 14. & 15
Enumeratio Regnorum, Nationum, Regionum, & Prouinciarum, quas Minoritæ in India Occidentali Euangelij luce primi omnium colluſtrarunt. 471. 19
Quo ad Indiam Orientalem, initium conuerſionis illius ſpectat omninò ad Fratres Minorem. 422. 21
Probatur id teſtimonio proborum authorum, tum domeſticorum, tum exterorum. *ibid.* 22. & 23
Indulgentiæ variæ conceſſæ viſitantibus Eccleſias Fratrum Minor. 225. 3. 227. 1. 256. 2. 267. 1. 316. 1. 378. 5. 1408. 501. 1. 565. 1. 611. 1
Vide Cod. MS. Abbatiæ San-Victoris Pariſ. EEE. 5
Indulgentia Portiunculæ, maxima ab ipſo Chriſto interuentu, ſanctiſſimæ Virginis Mariæ D. Franciſco data, & à ſummis Pontificibus approbata 2. die Auguſti. 345. 4
Non ſolum viuis, ſed & defunctis ſuffragari eamdem Indulgentiam varia comprobarunt exempla. *ibid.* §. 7
Detrahentes autem huiuſce Indulgentiæ veritati & certitudini, pœnæ inflictæ, & immiſſa cœlitùs flagella. *ibid.*
Eadem Indulgentia aliis poſtea totius Ordinis domiciliis, Primi, videlicet Secundi, & Tertij Inſtituti alumnis communicatur per Sedem Apoſtolicam. §. 8. *ibid.*
Tum denique perpetuò conceſſa eſt omnibus Chriſti fidelibus Eccleſias quaſcumque Fratrum Minor. viſitantibus, hac die, per vniuerſum orbem. *ibid.*
Iniurias remittere, & inimicis ignoſcere, opus eſſe excellentioris pœnitentiæ, ac maximi meriti ante Deum, aiebat B. Ioannes Hortolanus. 162
Inuidia quantum noceat. 111. 2
S. Ioachim, piè colitur apud Franciſcanos. 126. 1
B. Ioanna Duruæi, prima Monaſterij Camberiacenſis Abbatiſſa. 234. 3
B. Ioanna à Gueuarra, prima Monaſterij Coucæ-Camporum Abbatiſſa. 265. 8
B. Ioanna à Nauarra, filia Philippi à Francia, Comitis Ebroicenſis: ac Nauarræ Regis. 287. 7
B. Ioanna Regina Franc. fundatrix Ordin. Annuntiationis apud Bituricas. 52. §. 6. & 7
Quomodo depingitur. pag. 53. §. 9
B. Ioannes Albuquertius, Minorita, ſecundus Goanus Epiſcopus S. Franciſcum Xauerium benignè excipit. 36. 4
B. Ioannes-Angelus à Cingulo, Author Congregationis Clarenorum, non erat ſacerdos. 182. 2
Terra ſepulchri B. Ioannis à Baſto, medetur ægrotis. 41. §. 3
Ioannes Brennus, Gallus, Rex Hieroſolymitanus, Rectorque Imperij Conſtantinopolitani, habitum Tertij Ordinis ſumpſit de manu B. Benedicti Aretini. 417. 4
B. Ioannes Burgenſis Delphinum, Caroli VIII Galliæ Regis filium, baptizauit, in Capella Pleſſiaca, propè Turonem vrbem: cuius patrinus extitit S. Franciſcus de Paula. 378. 7
B. Ioannes Burnon, ſolitus erat, in Euchariſtiæ Sacramento Chriſtum corporaliter conſpicere. 129. 3
Ioannes Auentinus reijcitur. 608. 4
Ioannes Bolandus emendatur, in prolog. §. 11
B. Ioannes Calaber fungitur Apoſtolica Legatione ad Preſto-Ioannem, Abyſſinorũ Monarcham. 16. 1
B. Ioannes Capiſtranus, cur ſic nuncupatus. 519 §. 9
Gallus natione, miro modo ad Ordinem Minor. vocatur. *ibid.* 10
Vicarius Generalis Familiæ Obſeruantinæ Vltramontanæ, deligitur. *ibid.*
Itemque Inquiſitor Generalis, & Nuntius ac Legatus Apoſtolicus deputatus. §. 11.
Epiſcopales dignitates magna animi conſtantia recuſauit. *ibid.*
Italiam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Hungariam, Bohemiam, Ruſſiam, &c. ſuis feruentiſſimis concionibus perluſtrauit. *ibid.*
Multa millia, Gentilium, Iudæorum, Hæreticorum, Schiſmaticorum, & peccatorum conuertit. *ibid.*
A Principibus, Regibus, & Imperatoribus: ab Epiſcopi,

Digitized by Google

copis, Cardinalibus, & Summis Pontificibus magno in honore habitus. 520. §. 12
Fœlix eius obitus. ibid. 13
Epitaphium ipſius tumulo appenſum. ibid.
Miracula innumera edit poſt mortem. §. 14. 15. 16. & ſeq ibid.
Beatus declaratur à Sede Apoſtolica : & proprium officium in eius ſolemnitate decantandũ componitur. 521. 19
Author eius vitam iam edidit in lucem. ibid. 20
Ioannes Clemens Fundator Manilenſis Xenodochij apud Inſulas Salomonis. 205. 7
Ioannes Clopinel, vir ſcurrilis, Hiſtrioque perfectus, in inſectandis Religioſis Mendicantibus multùm inſudauit, cuius labor inutilis, omninoque reprobatus, in prolog. §. 78
Ad nomen B. Ioannis de Cruce, omnes in India ſeſe inclinabant, vel caput detegebant. 292. 3
B. Ioannes Dunſius, Scotus, *Doctor Subtilis* Iure acclamatus. 547
Prius cùm eſſet mente ſtupidus, & hebetis ingenij, à ſancta Virgine Maria, ſibi apparente, donum ſcientiæ cœlitus impetratur, atque eo repletur. 546. 5
In die Natalis Chriſti, apparet illi puer Ieſus, quem brachijs extenſis amantiſſimè excepit. §. 7. ibid.
Conceptionis Immaculatæ Virginis Deiparæ, validiſſimus deffenſor extitit. ibid. §. 5. 7. & 9
B. Ioannes Etheus, fidem, timore perterritus, deſeruit : ſed poſtea facti pœnitens, ob eamdem fidem, ſuum ſanguinem profudit conſtantiſſimè. 160. 1
B. Ioannes Focaldus, fundator ac primus Guardianus, Conuentus Montis-Lucij. 211. 3
B. Ioannis Foreſti mirabilis conſtantia, in martyrio verè perferendo. 221. 1
Apoſtolus Angliæ dictus. ibid. 2
B. Ioannes à Francia, cur ſic cognominatus. 627. 7
B. Ioannes Gallenſis, cur *Arbor vitæ*, dictus. 22. §. 8
Sacer eius cantus in morte. ibid.
Ioannes Gerſon ſcripſit contra librum peſſimum *Romantium de Roſa*, in prolog. § 78
B. Ioannes à Granata, Commiſſarius Generalis ſecundus nouæ Hiſpaniæ in India Occidẽtali. 104. 3
B. Ioannes Guadalupenſis Auctor Congregationis Fratrum Diſcalceatorum, ſeu de S. Euangelio, de Caputio. 351. 16. 443. 4
Cur ſic nuncupati illi Fratres. ibid.
Fundator extitit Prouinciæ ſancti Gabrielis. 443 in Calend.
B. Ioannis Hortolani, dictum memorabile: in vita, & in obitu. 16. §. 2
B. Ioannes à Louanio, primus Miniſter Prouincialis Prouinciæ Germaniæ inferioris. 110. §. 6
B. Ioannes Mahuſius, Martyr, deſignatus primus Dauentrienſis Epiſcopus. 492. 19
B. Ioannes Maubertus, primus Generalis Vicarius totius Familiæ Obſeruantinor. Ciſmontanæ. 309. 5
Ioannes Morellus, duos Hymnos in honorem ſancti Dionyſij Areopagitæ, primique Pariſienſis Epiſcopi cecinit. 497. & 498
B. Ioannes Pacificus, cur ſic denominatus. 637. 8
BB. Ioannes de Palo, & Andræas Cordubenſis, Laici Fratres tentum millia Indorum, ſuis manibus, aqua Baptiſmatis Chriſto regenerarunt. 221. 3
Ioannes X X I I. Papa, ſub vitæ ſuæ finem, omnia reuocauit, quæcumque dixerat, aut fecerat aduerſus Fratres Minores, in prolog. §. 77
B. Ioannis Parentis vocatio mira ad Ordinem. 2. 3
Primus Generalis Ordinis Minor. electus, poſt obitum S. Franciſci. ibid.
B. Ioannis Parentis virtutes & miracula. 2. 4
Officio renuntiat Generalatus, ac pergit in Corſicam Inſulam : vbi piè moritur. 2. 4
B. Ioannes Parmenſis, Generalis Ord. Minor. Legatus Apoſtolicus, in Orientem proficiſcitur. 124. 3
Cedit ſponté, & humiliter officio Generalatus. ibid. §. 4
Ad Altare Miſſam celebranti, inſeruit Angelus, in forma adoleſcentis. ibid. 4
Crebris miraculis illuſtratur. ibid.
ex Induſtria ab æmulis accuſatur apud Summum Pontif. ibid & 125. 7
At tandem omnem eorum conatum compeſcuit littera Ottoboni, Cardinalis, Innocentij I V. nepotis. ibid. 8
B. Ioannes à Perpiniano, cur *Indorum Martyr* dictus. 250 4
Ioannes Pincharius Apologiam edidit contra obloquentes mendicitatis, de perfectione Euangelica. in prolog. §. 123
Ioannes Piretius, Minorita primus in Indiam occidentalem Euangelium tranſvexit, primuſque ibi Sacrum celebrauit. 419. 9
B. Ioannes Baptiſta Piſaurienſis, Chinas luce Euangelij colluſtrat. 544. 6
Reffòrmatorum Conuentualium Congregationi initium dedit. ibid. 7
Coſtaricis, Quepianis, & Cotis in India Occidentali prædicat B. Ioannes Pizarrus. ibid.
B. Ioannes à Popula, vulgò *de la Puebla*, Author Recollectorum, primuſque Cuſtos, Angelorum Cuſtodiæ nunc Prouinciæ inſtitutus eſt. 494. §. 2. & 3.
B. Ioannes Quies-Deber, tertius Vicarius Generalis totius Ciſmontanæ Familiæ Obſeruantinæ electus. 462. 1
I. Raphael corrigitur. 473. 2
Ioannes Armeniæ Rex, fit Frater Minor. 483. 5
Eius corpus in Aquitaniam tranſlatum. ibid.
B. Ioannes à Rupella, ſigno lucis ſuper eum radiantis deſignatur Baccalaureus. 50. §. 3
Intereſt diſputationi circa pluritatem Beneficiorum, quam condemnat. ibid §. 4
B. Ioannes à *Rupella*, vnus ex 4. Magiſtris, qui ſuper Regulam Minor. Declarationem fecerunt. 505
B. Ioanni *Rupellano*, cedenti, Lutetiæ, Cathedræ Magiſtrali regendæ, ſucceſſit S. Bonauentura. 506
B. Ioannes à Rupe-ſciſſa perperam calumniatur ab æmulis. 236. 4
Incarceratur, grauiaque patitur, ſed poſtea liber dimittitur ſanctéque moritur. ibid. & §. 5. & 8.
Falsò hæreſis eum inſimulant Bzouius & Harentalius. ibid 6. & 7
B. Ioannes à ſancto Bernardo, à Barbaris Indis prò Chriſto, martyr efficitur apud Paraguayum. 235 §. 1. & 2.
B. Ioannes à ſancto Franciſco, multa Indorum millia conuertit ad fidem. 339. 13
B. Ioannes à S. Maria, primus Prouincialis Miniſter P P. Obſeruantium Prouinciæ S. Iacobi. 470. 3

Digitized by Google

B. Ioannes à ſancto Torcaſio Epilepticis & febricitantibus medetur. pag. 75 §. 3
Ioannes Serranus refutatur. 584. 13
B. Ioannes, cognomento Simplex, & quare. 194. 2
B. Ioannes Tiſſerandus Ordini Pœnitentium mulierum Lutetiæ initium dedit. 439. 7. & 8
Ioannes Tourouda corrigitur. 584. 12
R. P. Ioannes de Villa-Comitis, Minorita, primus omnium, luce Euangelij, colluſtrauit Regnum Zeilamum, infrà. 2
Ioannes Wiclef hæreticus, in Religioſos Ordines Mendicantes inſurgens: condemnatus eſt in Concilio Generali Conſtantienſi, in prolog. §. 79
B. Ioannes ab Vngaria, primus Prouincialis Vngariæ. 69. §. 1
B. Ioannes à Zumaraga, primus Mexicanus Epiſcopus, itemque primus Archiepiſcopus. 259. 2. & 4.
Pulchra ipſius reſponſio Hiſpanis in India degentibus. *ibid.* 3
In Pontificatu, vult eſſe Religioſus, non Epiſcopus. *ibid.* 4
B. Iordanus, primus Cuſtos Turingiæ. 543. 2
S. Ioſephus B. Virginis ſponſus, præcipuo veneratur honore apud Franciſcanos. 124. 1
B. Ioſephus à Cardineta, ſanctè obdormiuit in Domino, canens illud Pſalmiſtæ: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi*, &c. 492. 22
B. Ioſephus Eugubinus, primus Guardianus fuit Conuentus S. Pauli extra Spoletum. 493. 4
B. Ioſeph Fernenſis, inſtitutor fuit orationis. 40. horarum. 10. §. 3
Ioſias Simlerus hæreticus refutatur. 305. 10. item, in prolog. §. 222
B. Iſabella, Virgo, ſoror S. Ludouici Reg. Franc. Fundatrix Monaſterij Longi Campi. 414. 31
Litteræ Apoſtolicæ Beatificationis ipſius Beatæ Iſabellæ. *ibid.*
Iudices, & Iuriſconſulti ſibi timere debent, ne in infernum deſcendant. 2. 3
S. Iuo, Tertiarius, Britannorum Armoricorum Patronus acclamatus pro conflictu belli. 526. 1
R. P. Iuo Capucinus librum edidit, cui titulus præfigitur, *Fœlices pietatis ſucceſſus, ſeu, vita Religioſa Triumphus*, &c. in prolog. §. 81. Iterum Approbatus. *ibid.* §. 95

K

Kemnitius hæreticus confutatur. 345. 7

L

Laborare manibus, in Ordine Minorum, non eſſe præceptum, ſed conſilium, oſtenditur, aduerſus Neotericos, in prolog. §. 124
Laurentiæ Stroziæ, Virginis, Monialis, Ord. Præd. in Tuſcia. Ode Dicolos Tetraſtrophos in B. Ludouicum Regem Franc. 404
Eiuſdem Carmen Saphicum Acroſtichum ad ſanctum Franciſcum. 491. 17
Item, eiuſdem Carmen Saphicum, in laudem ſancti Dionyſij Areopagitæ, primi Pariſienſis Epiſcopi. 498. 4
Fratres Laicos in Ordine Franciſcano, verè ac propriè Religioſos eſſe oſtenditur, in prolog. §. 127
Status Laicorum Franciſcanorum illuſtriſſimus: tum ob Imperatores, Reges, Principes, ac Magnates, qui eum aſſumpſerunt: tum ob ingentem eorum numerum, qui vitæ ſanctitate, & miraculorum gloria, clariſſimi habiti ſunt. *ibid.* §. 128
Minoritæ Fratres Laici, in conuerſione Indorum, tum Orientalium, tum Occidentalium, mira egerunt. 36. 4
B. Leo Luſitanus tantopere animarum ſitiebat ſalutem, vt cuiuis pœnitenti Confeſſionis Sacramentum nuſquam denegauerit. 9. 61. 5
B. Liberatus, reformationem cœpit in Ordine Minorum. 408. §. 3. *Auguſt.* 26
B. Lucia, Virgo, Tertiaria, fundatrix Monaſterij Nurſiæ. 18. §. 6
B. Leonora Roderica, prima Abbatiſſa, Pontis-veteris in Gallatia. 10. *In Calend.*
B. Leonora à ſancto Ioanne, Tertiaria, prima Abbatiſſa Monaſterij Granatenſ. 16. §. 5
Lilia Francica, non laborant, neque nent. 183. 9
Monaſterio Longi-Campi Regulam dedit Alexander IV. quam Vrbanus IV. confirmauit. 426. 38
Hanc Regulam complura alia Monaſteria vltrò ſunt amplexata, intra & extra Galliam. *ibid.*
B. Lopetius à Salinis, Fundator Cuſtodiæ, nunc Prouinciæ Burgenſis, in Hiſpania. 84. 3
B. Lucidi dictum: *Non habemus hic manſionem, ſed in cœlo.* 159. 1
B. Lucius, primus Tertiarij habitum à ſancto Franciſco ſumpſit. 28. 389. 4
Ludouicus ab Albreto, Gallus Cardinalis, Romæ ſepultus apud Aramcœli, cum habitu Franciſc. ann. 1465. 354. 4
B. Ludouicus ab Aracilio peſtiferâ lue attactis piè ſubminiſtrat. 29. 2
B. Ludouicus Belga, extructor Conuentus primarius, in Prouincia Quitenſi apud Indiam Occident. 13. *April.*
B. Ludouici Bertrandi, Ord. Præd. dictum de B. Petro-Nicolao, Factore, Ord. Minor. 625. 5
S. Ludouicus IX. Galliæ Rex, cœlitùs impetratur, meritis S. Virginis Mariæ Deiparæ, & interceſſione B. Dominici, Prædicator. Ordinis Inſtitutoris, necnon B. Theobaldi, Vallis-Cernaij Ordin. Ciſtercienſ. Abbatis. 390. 2
Quo die, menſe, & anno, tum Chriſti, tum ſuæ ætatis in Regem inunctus. 395. 3. & 4
Eques factus de manu Matthæi à Mon-morentio, Franciæ Conneſtabili: Equeſtris Ordinis de *Stella*, Torquem auream ſumpſit. *ibid.* 3
Piæ matris, Reginæ Blanchæ tutelæ commiſſus, illius monita ſalutis ſic ad amuſſim amplexatus eſt, vt toto vitæ ſuæ curriculo, lethalis peccati lue ſe inquinatum vnquam ſenſerit. 391. 5. & 6
S. Ludouicus FF. Minoribus & Prædicatoribus, litteris, & optimis moribus imbuendus traditus. 7
Adoleſcens factus, Margaritam, Raymundi Prouinciæ Comitis primogenitam filiam, & hæredem, accepit in vxorem. 8
Caſtiſſimus fuit, nec lectum nuptialem aſcendit, niſi poſtquam tribus diebus ac noctibus orationi inſtanter vacaſſet. 9
S. Ludouicus partes Summorum Pontificum, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſemper tutatus eſt aduerſus quoſcumque rebelles, & inimicos. 397. 36. & 38
Caput duxque ſacræ expeditionis declaratur in Concilio Generali Lugdunen. 397. 35
S. Ludouicus Rex, captus à Barbaris, ſacram Euchariſtiam in pignus dedit, pro ſua redemptione: quam paulò poſt, ſoluta pecuniæ copia, recepit, ac ſecum detulit. 396. 32. & 33

Nauis,

Digitized by Google

Nauis quæ pereclitabatur ſubmergi, ſaluatur meritis ſancti Regis orantis in ea coram auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. 396. 34.
In hæreticos ſeuerius animaduertebat, inquiſitores eorum per Galliam conſtituens, quibus omne præbebat auxilium & fauorem. 398. 40.
Pius, fœlixque eius obitus. *ibid.* 41.
Cor eius & inteſtina, dono data Carolo, vtriuſque Siciliæ Regi, ipſius fratri, qui apud Abbatiam Montis Regalis, propè Panormum in Sicilia reuerenter præcepit recondi. §. 42.
Corpus verò exinde in Galliam allatum, & Regia pompa, apud San-Dionyſium Monaſterium aſſeruatum. 43.
Viterbij, Cardinales diſſidentes ſuper electione futuri Summi Pontificis, præſentia corporis S. Regis, protinus conciliantur. 399. 44.
Miraculis in vita, ac poſt mortem claruit celeberrimis. *ibid.* 44. & 45.
Cur in tangendis ſtrumis infectis, ſignum crucis adhibuit, pro curatione eorum. 46.
S. Ludouicum Galliæ Regem fuiſſe ex Tertio Ordine S. Franciſci, fatentur complures authores 406. 52.
Canoniſatur S. Ludouicus Rex à Bonifacio VIII. Papa. *ibid.* 52.
Eius ſacrum corpus eleuatur à terra, atque transfertur. In cuius Tranſlationis feſto, Indulgentiæ conceduntur fidelibus Eccleſiam (vbi iacet) viſitantibus. 407. 55.
Feſtum eius indicitur ſeruandum in toto Regno Galliæ, ex præcepto Eccleſiaſtico. 407. 57.
Ludouicus XI. Rex Galliæ, pietatis ergo, dat Thecam pretioſiſſimam argenteam, inauratam, gemmiſque adornatam, ad reponendum in ea corpus S. Bernardini Senenſis. 213.
Idem Rex meritis ſancti Bernardini Senenſis, à morbo caduco curatus eſt. *ibid.*
Idem Rex Galliæ, B. Alizæ Burgottæ tumulum extruxit & exornauit. 281. 15.
Iuſſu Ludouici XII. Reg. Gall. decantari cœpit, tempore Miſſæ ad eleuationem Euchariſtiæ, *O ſalutaris hoſtia*, &c. pro pace publica. 396. 34.
B. Ludouicus Rheginus, primus Vicarius Prouincialis Capucinorum, in Calabria. *In kalend.* 28. *April.*
S. Ludouici, Toloſani Epiſcopi, Tranſlatio Solemnis. 545. 1. & 2.
B. Lupus, Agnus, Epiſcopus Marrochior. cur ſic dictus. 192. 7.

M

MAffeius refutatur. 198. 7.
Manfredus Vercellenſis, cùm ſuis artibus alios dementaſſet, & ipſe tandem deceptus, moritur. 21. §. 3.
B. Manſuetus, apud S. Ludouicum Regem Franc. magna in veneratione habitus. 632. 2.
B. Marcus à Cortona, Ordinem deſerere pergens, Diuina comminatione tactus, vltrò reuertitur. 73. 5.
B. Marcus Vlyſſiponenſis, ex ſecundo Miniſtro Prouinciali, Prouinciæ S. Antonij Portugalliæ, fit Epiſcopus Portuenſis, in Luſitania. 443. 2.
Idem corrigitur. 206. 4. 272. 2. 275. 1. 562. 4. 571. 2.
B. Margarita Dominici Virgo, prima Abbatiſſa Monaſterij S. Agnetis apud Fulginium. 256. *in Calendis.*
BB. Margarita Dominici, & Margarita Sulmonenſis, ſunt omninò diuerſæ. 258. 10.
B. Margarita à Lotharingia, fundatrix plurium Monaſterior. 536. 6.
B. Maria Alphonſi, Virgo prima Abbatiſſa Monaſterij Aſturicenſis. *pag.* 194.
B. Maria à Chriſto, Virgo, prima Abbatiſſa Monaſterij Fonſalitæ in Hiſpania. 168. 5.
B. Maria à Corbya, Virgo, prima Abbatiſſa Monaſterij Surrigienſ. in Burgundia. 201. & 202. 4.
B. Maria Fernandez Coronel, Vidua, Fundatrix Monaſterij Guadalfagiarenſ. 286. 4.
Hæc cùm ſingulari venuſtate polleret, & à Rege Caſtellæ, Petro Crudeli, impudicè ardenterque concupiſceretur, ac inſequeretur: viua potius elegit emori in fouea ſibi ſpontaneè parata, quàm corruptionis vulnera ſufferre. *ibid.* 5.
Mirabilis euentus in huiuſmodi ſubterránea occultatione. *ibid.*
B. Maria Longa, prima Capucinarum Abbatiſſa, Neapoli. 621. 7.
S. Maria Magdalena in Galliam traiiciens, illic ſancto fine quieuit. 319. 1.
Feſtum eius à Franciſcanis præcipua deuotione excultum. *ibid.*
Ipſius Elogium Vrbanus VIII. Papa, præclaro carmine cecinit. 320.
B. Maria Ruiz, Virgo, Fundatrix Monaſterij S. Mariæ Magdalenæ Alcazarij. 544. 9.
B. Maria Suarez à Toleto, Vidua, cognomento *Pauper*, Fundatrix & Abbatiſſa Monaſterij ſanctæ Eliſabeth Toleti. 289. *in Calend.*
Marietta corrigitur. 255. 5. 584. 11.
Dominus de Marſys, corrigitur. 604. 1.
S. Martha, Virgo, peculiari cultu in Ordine Minor. colitur. 334. 1.
S. Martialis Galliæ Aquitanicæ Apoſtolus, à S. Clemente Papa in Galliam ablegatus vnà cum ſancto Dionyſio Areopagita. 246. 2.
Veneratur feſto particulari in tota familia Ciſmontana Obſeruantina Franciſcana. *ibid.*
B. Martini Fulginatis pulchra ſententia. 108. 3.
B. Martinus à Ieſu, multa Indorum millia apud Mechioacanicum Indiæ Occidentalis Regnum, duxit ad Chriſtum. 470. 5.
Martinus Ignatius, ſeu Loyola, cum aliis Franciſcanis impenſè, laborant pro Chinæ conuerſione ad Chriſtum. 156. 4. & 5.
B. Martinus à Valentia, Indiarum Apoſtolus. 418. 7.
Primus Legatus Apoſtolicus, in Indiam miſſus. *ibid.*
Antitheſis Martini Lutheri, & B. Martini à Valentia. 430. 14.
B. Martinus à ſancta Maria, Prouinciæ Arrabidæ Fundator inclytus. 311. 6. & 7.
Martyres primi in India Orientali, Franciſcani fuere. 148. 1.
Martyr efficitur, qui quodlibet pro teſtimonio veritatis vel iuſtitiæ, patitur. 385. §. 5.
Cur præſens opus vocetur, *Martyrologium Franciſcanum*, in prolog. 135
Martyrologium iſtud Franciſcanum proponitur, vt opus pium priuatim, pro deuotione, & tempore vniuſcuiuſque, legendum, non in choro, pro more Eccleſiaſtico, decantandum. *in Prolog.* §. 144.

Digitized by Google

Deus Sanctorum quinque martyrum apud Marrochium, vlciſcitur mortem. 115. 4.
Quot, veri martyres in Ordine Minor. *In prolog.* §. 101.
B. Maſſeus, apud Bituricas, requieſcit, non verò apud Salmurum. 87. 4.
B. Matthæus Agrigentinus Epiſcopus, Prouinciæ PP. Obſeruantinorum, in Sicilia exordium dedit. 12. §. 2.
B. Matthæus Baſcius, Congregationis Capucinorum Inſtitutor, ac Fundator. 348. 5.
Idem ſuis ad Deum precibus, victoriam, cœlitùs Cæſari, Carolo, V. impetrat, aduerſus rebelles hæreticos in Germania, 349. 8.
Matthæus Gouſſencourt, corrigitur. 8. §. 1.
Matthæi Pariſij error & calumnia retunditur. 113. 4.
Matthæus Plis, an. 1633. aduerſus Religioſos, maximè, contra R. P. Iuonem Pariſienſem Capucinum, librum compoſuit, eo titulo. *Triumphus virtutum ſuper vitia in prolog.* §. 81. & *ſeq.*
Qui eodem tempore, Arreſto Senatuſconſulti Regij condemnatus eſt, & à propriis Approbatoribus reprobatus publico inſtrumento. §. 94. *ibid.*
Idem, cum ſequacibus, deridet, improbat, ac ſingulari audacia reiicit, illam viſionem, quam Innocentius III. Papa, habuit in ſomnis de ſancto Franciſco, & B. Dominico, ſuſtentantibus ædem Lateranenſem titubantem, quæ tamen veritas ab omnibus comprobatur. *ibid.* §. 90. & 91.
B. Melchior ab Hierba, leuatis manibus in cœlum, dicens, *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi*, &c. emiſit ſpiritum. 144. 5.
Falſum eſt, mendicationem profiteri, & de eleemoſynis viuere, pauperibus voluntariis haud conuenire: niſi cùm ex labore manuali, vitæ neceſſaria ſibi omninò comparare nequiuerint. *In prolog.* §. 115.
B. Mentia à ſancto Martino, prima Monaſterij Montilliæ Abbatiſſa. 264. 5.
B. Michael ab Angelis, Prouinciæ S. Gabrielis Diſcalceatorum Fundator Præcipuus. 591. *in Calend.*
B. Michael, Daniel, primus Cuſtos, Cuſtodiæ S. Antonij Delphinatus Reccollector, in Gallia, nunc Prouinciæ S. Franciſci. 442. 5.
Cur ſui Inſtituti alumnos, voluerit ſanctus Franciſ- Minores nuncupari. *In prolog.* § 135. 487. 4.
Ipſos nec volebat ad prælaturas & Dignitates Eccleſiaſticas aſſumi. *ibid.*
Eoſdem vetuit Alexander IV. ad huiuſmodi honoris gradus promoueri, niſi accedente Superiorum permiſſu. *ibid.*
Mirus Fratrum Minorum labor & fructus in conuerſione Indorum Infidelium (etiamſi quæ cultus diuini Eccleſiaſtici eſſent) ſumma cum diligentia explerent. 198. 7.
Prima, ſecunda, tertia, & quarta, miſſio ad Indiam Occidentalem: cui ſemper interſunt Minoritæ. 418. 419. & 420.
Miſſionis quartæ Dux fuit, & Anteſignanus B. Martinus de Valentia, cum aliis. 420. 13.
Molinæus hæreticus refutatur. 257. 4.
Monachi nomen Circumcelliones hæretici, tempore ſancti Auguſtini abhorrebant. *In prolog.* §. 13.
Religioſi, Monachi appellati in Concilio 2. Niceno & à S. Baſilio. *ibid.*
Religioſi, Monachi ve nomen Franciſcanis conantur impunè denegare quidam Neoterici. *ibid.*
S. Franciſcus curam aſſumpſit Monialium S. Claræ Monaſterij ſancti Damiani apud Aſſiſium 106. 9. & 10.
Eius exemplo, cæteri Fratres, aliorum huiuſmodi Monaſteriorum neceſſitati ſuccurrerunt. *ibid.* §. 11.
Quot Monaſteria Monialium, & Sorores, in vniuerſo orbe. *In prolog.* §. 113.
Moneta, iuſſu ſancti Regis Ludouici, cuſa, cum vinculis, manicis & compedibus, in ſua captione, à Barbaris, pro Chriſto perpeſſis, multum valet, aduerſus febrim, alioſque morbos non paucos. 483. 58. & 40. 59.
Duo ſunt mortificationis genera, vnum ſpirituale, aliud corporale, quæ inter ſe differunt tanquam magis & minus: primum pretioſius, atque ſublimius eſt, ſi diuiſim ſpectetur: nam coniunctim, omnimoda perfectio eſt: quam amplectitur Seraphicus Ordo. *In prolog.* §. 28.
Miræus corrigitur. 112. 2. 128. 2. 194. 6. 446. 7. & 549. 1.

N

B. Nicolaus Dionyſius, Normanus, ex Canonico & Vicario Generali Godefridi, Conſtantienſis Epiſcopi, fit Frater Minor, apud Conuentum Valloniarum in Neuſtria Inferiori. 216. 8.
B. Nicolaus Gilberti, Regulam Ordinis Annuntiationis Virgin. compoſuit 52. § 6. & 7.
Quare dictus ſit poſtea, Gabriel *ab Aue Maria.* 400. 6.
Nicolaus Gillius corrigitur. 218. 6.
B. Nicolaus Lyranus Doctor, *Venerandus, Planus, & Vtilis*, Iure vocatus. 517. 1.
Neuſtrius natione, non Flander, batauus, vel Anglus, vt perperam ſcribunt nonnulli. 518. 6.
Ex Iudæis natus, Iudæus quoque extitit, ſed vir factus baptizatur, ac Ordinem Minor. ingreditur. *ibid.* §. 3. 6. & 8.
Eius Epitaphium carmine exaratum. *ibid.* 7.
Nigronus reprehenditur. 487. 2. & *in prolog.* §. 34. 149. & *ſeq.*
Noſtradamus redarguitur. 230. 7.

O

Obedientiæ excellentia Franciſcanæ. *In prologo.* §. 20.
Votum Obedientiæ particulare Franciſcani promittunt Summo Pontifici, Sedi Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Romanæ: abſque vlla reſtrictione, ſeu limitatione, ſed in tota ſua latitudine. *ibid.* & §. 22. Item *ibid.* §. 151.
Superioribus ſuis etiam Generalem promiſerunt Obedientiam, abſque vlla reſtrictione, dummodò non ſit contra Deum, animam, & Regulam profeſſam, *ibid.* §. 20.
Obſeruantes, quot prouincias, Conuentus, & Fratres habent in toto Orbe. *ibid.* §. 113.
Hæretici perperam volunt Ochinum Authorem fuiſſe vel Fundatorem Congregationis Capucinorum 8. 4.
Ochini lapſus cur à Deo permiſſus reuelatur B. Ioanni Zuaræ. 8. 2.
Qualis eſſet Ochinus, antequam in hæreſim decidiſſet,

Digitized by Google

diſſet. 8. 3.
Propter quid Ochinus in Apoſtaſiam impegit. *ibid.*
Ochinus vxorem ducit, filios procreat, hæreſes ex profeſſo ſuſcitat, ardenterque complectitur. *ibid.*
Ochini mors peſſima. *ibid.*
Ode Pindarica Vrbani VIII. Pap. in laudem S. Ludouici Reg. Francor. 400. & *ſeq.*
Eadem Græco Carmine decantata à D. Morello, Græcarum litterarum Regio profeſſore Lutetiæ. *ibid.*
B. Odericus de Portu Naano, Aſiam, & Indiam, Euãgelicæ prædicationis gratia perluſtrauit. 22. 10.
Officium de *Cruce*, ſeu, de Paſſione Chriſti à ſancto Bonauentura compoſitum. 305. 9.
B. Oliuerium Maillardum, Ferdinandum Arragonum Regem, magna vi pecuniæ deuiciſſe, vt eo interueniente apud Carolum VIII. Gallorum Regem Chriſtianiſſimum, Comitatus Ruſcinonenſis ſibi redderetur, perperam diuulgarunt nonnulli auctores. 317. 2.
Laborauit impensè pro extinctione Pragmaticæ Sanctionis in Gallia: vti conſtat ex litteris Apoſtolicis. 317. 3. & 4.
Epitaphium eius carmine decantatum. 318. 5.
Nouus Equeſtris Ordo de *Coſta Geniſta* à ſancto Ludouico Reg. Gall. inſtitutus. 392. 10.
Ordinum Religioſorum diuerſitas haud procedit, ex aliquo, quod Religioni ſit eſſentiale, vt ſunt tria vota, omnibus communia, ſed ex particulari fine, ſeu ex particularibus mediis, quibus vnaquæque vtitur, ad vota ſua melius ſeruanda. *In prologo.* §. 18.
Caroli V. Regis Franc. opera Cœleſtinorum Ordo ex Italia in Galliam aduocatur. 40. 6.
Tres Ordines inſtituti à ſancto Franciſco. 6. 7.
Ordo Minorum, Myſticum cœlum. *In prolog.* §. 148
Franciſcani Ordinis laudes concinunt Summi Pont. Nicolaus III. & Clemens V. & alij. *ibid.* §. 14. & *ſeq.*
Sacer Ordo Franciſcanus complures ſuſtinuit contradictiones & aduerſa, tum in primordio ſuæ inſtitutionis, tum in progreſſu ſuæ ætatis. *ibid.* §. 115.
Ordo Monialium Clariſſarum ſecundus. *ibid.* §. 114.
Tertius Ordo de pœnitentia dictus. *ibid.*
Hic Ordo fuit, à S. Franciſco inſtitutus, in fauorem ſæcularium, qui matrimonio iuncti, vitam degunt in mundo. 389. 4.
Mirabilis progreſſus Ordinis Franciſcani, dum S. Franciſcus (ad Chriſti exemplum) cum 12. ſociis ex eadem natione ſibi coadunatis, totius fere orbis, more Apoſtolico, peregrinationem ac conuerſionem incœpit, *In prolog.* §. 154. & *ſeq.*
Complures è quouis ſtatu, ætate, gradu, ſexu, & Regione, Ordinem Franciſcanum profeſſi ſunt. *ibid.* § 99.
Ordinis Franciſcani fœcunditas, quot enim Refformationes, ſeu Congregationes protulit: tot illuſtres palmites in Eccleſia Catholica fructificauit. *ibid.* §. 108 & *ſeq.*
Huius tantæ multiplicationis ac fœcunditatis tres aſſignantur rationes: ex parte Regulæ Franciſcanæ, & tres cauſæ, ex parte S. Franciſci. *ibid.* 109.
Ordo, ſeu Religio S. Pachomij permanebit vſque ad finem mundi. *ibid.* §. 168.
Item Ordo ſancti Benedicti. *ibid.*
& Ordo Franciſcanus etiam. *ibid.*
Ordo Minorum ſtabit in fine mundi contra Antichriſtum ſtrenuè decertans: tum pro defenſione fidei Chriſtianæ, tum pro conſeruatione Religionis Catholicæ. *ibid.* §. 169.
Quot ſcripſerint in defenſionem ſtatus Fratrum Ordinis Minor, *ibid.* § 123.
Liber, *De pignoribus Sanctorum*, Falsò Guiberto Abbati de Nouigento attributus: Opus eſt peſſimum, ſapitque hæreſim. *In prolog.* §. *vltim.*

P

B. Pacificus Rex *Verſuum* appellatus. 298. 8.
Ablegatus à ſancto Franciſco in Galliam, primus extitit prouinciæ Franciæ Miniſter Prouincialis. *ibid.* 10.
Pacificus corrigitur. 398. 43.
Paradinus corrigitur. 357. 13.
Franciſcani vniuerſas Regiones de Paraguayo, & Guayr, & vtraſque partes, ſeu Ripas Fluuiorum *de la Plata*, *Picer*, *Buay*. &c. vſque ad Braſilium, & Peruanum Regnum, primi luce Euangelij illuſtrarunt, illicque ingentem Gentilium multitudinem Chriſti aggregarunt, primique Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrarunt. 235. 7. & 597. 15.
Paulò poſt primum Epiſcopum ea noua Chriſtianitas ſuſcepit ex Ordine Franciſcano. *ibid.*
Cuſtodia autem præfata de Paraguayo mirum in modum excreſcens, erigitur in Prouinciam, an. 1612. Romæ in Capitulo Generali 235. 2.
Tanta primitus florebat, Conuentus Pariſienſis ſanctitas, vt vno die, Fratres viginti quinque mortui, euolarint in cœlum. 427. 2.
Pariſius, pariſius, quàm fœlix ſis pariſius: cur exclamaret, Rex S. Ludouicus IX. 397. 38.
Paſchalis Mino. ita inter Medos Ablegatur. 607. 1.
Paſquierus reiicitur. 305. 5.
S. Patricius Hyberniæ Apoſtolus particulari veneratione colitur in Ordine Minor. 121. 1.
R. P. Lucas Wadinghus, ab Vrbano VIII. Papa obtinet, vt in noua Breuiarij Romani recognitione, nomen ac feſtum S. Patricij Epiſcopi, adderetur. *ibid.*
B. Paulus à Palatiolo, Refformationis in Sicilia initium dedit. 515. 2.
B. Paulus de Trincis, Laicus, Regularis Obſeruantiæ Promotor præcipuus. 460. 29. & *ſeq.*
S. Franciſcus meritò, Patriarcha pauperum dictus, eoque præclaro elogio, ab Eccleſia Catholica exornatus. 488. 7.
Paupertas Franciſcana Altiſſima, aliiſque excellentior. *In Prolog.* §. 26.
Minimè autem eò perfectior ſimpliciter dicitur Ordo, quo pauperiorem ſtatum ſequitur: ſed quia hac ſumma paupertate, tanquam medio aptiori. & magis proportionato ad finem ſuum vtitur. *ibid.* §. 27.
S. Franciſcus paupertatis amantiſſimus, hanc ſui Ordinis primarium fundamentum poſuit. 488. 5.
S. Dominicus paupertatis Franciſcanæ excellentiam demiratus, eiuſque amore illectus, eam in ſuum Ordinem induxit. *ibid.* 6.
Incaſſum laborant, qui Franciſcanæ detrahunt paupertati: prætenſa illa diſtinctione inter expropriationem & paupertatem: cùm vtrumque profiteantur Minores in ſua Regula. *ibid* 8.
Diuerſi ſunt gradus Euangelicæ paupertatis. *ibid.*
Omnibus aliis perfectior paupertas Franciſcana. *ibid.*
Concilium Tridentinum aliis Religioſis quarum-

Digitized by Google

dam rerum concedens proprietatem : ſolis Franciſcanis paupertatem reliquit voluntariam. *ibid.*
B. Peregrinus de Saxonia, Boſnæ Epiſcopus conuertit *Patarinos* Hæreticos. 41. §. 1.
Peſte laborantibus complures Fratres vltrò inſeruientes, pro Chriſto, vitam profuderunt. 542. 1. & 2.
B. Petronilla de Troya, Virgo, prima Moncelli Abbatiſſa. 469. 11.
B. Petrus de Alcantara, ſpiritum Deo reddidit decantato prius illo verſiculo, *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi*, &c. 511. 7.
B. Petrus ab Alpharo, Chinarum Apoſtolus. 145. & 146. §. 7.
Idem B. Petrus, primus Cuſtos extitit Cuſtodiæ S. Gregorij Chinarum. *ibid.* 7.
Petrus Arragoniæ Rex, fautor hæreticorum Albigenſium. 30. 3.
Bellum ipſorum gerens in Gallia, occiditur in prœlio. *ibid.*
B. Petrus Baptiſta, Minorita Protomartyr Iapponiæ. 414. 30.
B. Petrus Bonfertus, Gallus natione, Peguſianis Talapoidibus, aliiſque Barbaris & efferatis gentibus, Indiæ Orientalis, Euangelium ſtrenuè prædicauit, 616. 6.
B. Petrus Catanius, ceſſat ab operatione miraculorum poſt mortem, iuſſu S. Franciſci. 108. 3. & 4.
B. Petrus Gallus, Angelum Cuſtodem frequenter videt : eumque ſæpè alloquitur. 26. 4.
B. Petrus Gandenſis, Laicus. Sacerdotio ſe initiari haud paſſus eſt, quamuis ad id inſtanter inuitaretur, à Generali totius Ordinis, à Nuntio Apoſtolico, imò & à Summo Pontifice. 281. 13.
Quàm multa operatus eſt pro conuerſione Indorum. 280. 12. 13. 14.
B. Petrus a Garrobiliis : Montanis Scatulenſibus Indiæ Occidental. populis primus fidem prædicat. 171. 5. 314. 2.
P. Matthæus corrigitur, 396. 33. & 34.
Sacra Hoſtia apparet conuerſa in elegantem puerum, inter manus B. Petri Mechlinienſis celebrantis. 284. 3.
B. Petrus Mechlinienſis, mortuus, iubetur à R. P. Guardiano Conuentus à miraculis ceſſare, præſtóque ei paret. *ibid.*
B. Petrus Melgarus, Fundator Prouinciæ pietatis. 147. *In Calend.* & 148. 4. & 5.
B. Petrus à Monticulo, excitatus à ſancto Michaele Archangelo, vt qualemcumque fauorem vellet, peteret, cœlituſque impetraret. 76. 3.
B Petrus Neapolitanus, dictus *Naſicus*, ſeu *Naſutius*, 341. 8.
Petrus Paulus Vergerius, hæreticus Epiſcopus, ora ſoluit impiè, contra librum piiſſimum, cui nomen: *Floſculi* S. *Franciſci*. *In prolog.* §. 122.
Petrus Salazar corrigitur. 65. 1.
Petrus, Princeps Luſitanus, in Portugalliam aſportat : SS Martyrum 5. Fratrum Minorum Reliquias ex Africa. 25. §. 2.
B. Petrus à Sanctoio, primus Cuſtos, Cuſtodiæ, nunc Prouinciæ immaculatæ Conceptionis Virg. in Hiſpania. 154. 1.
Petrus à S. Romualdo emendatus 547. 10. & *in Prolog.* §. 138.
B Petrus Trauanda, prædixit aduentum, Caroli VIII. Reg. Franc. in Italiam. 27. 3.
B. Petrus Villacretius, Regularis Obſeruantiæ, primus omnium fundamenta iecit in Hiſpania. 6. 5. 3.
Philipertus *Chaalonius*, Arauſicanus Princeps, impiè furatur Thecam pretioſiſſimam S. Bernardini Senenſ. olim à Ludouico XI. Galliarum Rege dono datam. 213. 10.
B. Philippus Anicienſis, dùm propter Chriſtum torqueretur ad martyrium, à prædicatione fidei haud deſtitit, etiam ſi lingua abſciſſa illi fuiſſet. 103. 1.
B. Philippus Aquerius, videt Chriſtum ſibi apparentem, velut recens cruci affixum, ſanguinemque copiosè de manibus, pedibus & latere emanantem 2. 5. 5.
Mirabilis patiendi modus, ſibi à Chriſto, ob memoriam ſuæ paſſionis illatus. *ibid.*
B. Philippus à Caſtella, cur *Philippinus* dictus. 193. §. 10.
Tranſlatio corporis B. Philippi à Caſtella, è Columbario ad Montem Ilcinum. *ibid.* 11.
B. Philippus Longus, inſtituitur à Sede Apoſtolica Viſitator Monialium Clariſſarum, ſed non probante S. Franciſco. 116. 12.
Moleſta ſemper fuit Minoritis hæc Monialium cura: vide. 10. 11. 12. 13. 14.
Philippus de Maſſeriis, Regni Cypri Cancellarius, in Præſentationis Virginis Mariæ honorem, Metenſe Cœnobium Cœleſtinis conſtruxit. 569. 1.
Philippus Melanchton hæreticus, rejicitur. 490. 13.
Picquetus corrigitur. 104. 1. 110. 2. 263. 4. 301. 2.
Pineda corrigitur. 522. 21. 129. 1.
Pingonius corrigitur. 131. 4.
Piſanus corrigitur. 287. 7.
Pitheus reiicitur. 486. 1.
Platina corrigitur. 406. 53. 378. 4
Platus corrigitur. 287. 7.
Pleſſæus Morneus hæreticus reiectus. 456. 10. 599. 5.
Poſſeuinus emendatur. 429. 4.
Eccleſia Portiunculæ, ſeu ſanctæ Mariæ Angelorum, vbi ſita. 344. 2.
Cur ſic nuncupata, *ibid.* 3.
Eius prærogatiuæ. 4.
In ea S. Franciſcus, obtinuit à Chriſto, interueniente Beatiſſ. Virgine Deipara, indulgentiam plenariam, pro omnibus fidelibus ipſam pie 2. die Auguſti viſitantibus. §. 4. 5. & 6 fol 546.
Pragmaticam Sanctionem edidit : pro bono Eccleſiaſtici Iuris regimine S. Ludouicus Rex Francor. 398. 39.
Prædicatores, quo modo S. Franciſcum imitari debent. *In Prolog* §. 47.
Præſentatio B. Virginis Deiparæ, ſingulari pietate celebrata in Galliis ex deuotione Caroli V. cognomento *Sapientis*, Francorum Regis. 369. 1.
Feſtiuitas hæc ſumma cum veneratione ſemper fuit ab Ordine Minorum obſeruata. *ibid.*
Idem Feſtum Patres Cœleſtini in Conuentu Generali Pariſienſi, ann. 1567. per cuncta ſui Ordinis Cœnobia Gallicana celebrandum ſanxerunt. *ibid.*
Multa fuere Priuilegia S. Franciſco cœlitùs elargita: quæ nonnulli Neoterici impunè ac perperam conantur ſubdola cauillatione denegare, quibus latè reſpondetur. 489. 9. 10 & 11. *Item in prolog* §. 168.
Ab exordio Franciſcani Ordinis ſummi Pontifices, & Concilia Generalia complura illi Priuilegia benignè conceſſerunt, confirmarunt, & approbarunt. *In prolog.* §. 125.
Ob Priuilegia eiuſdem Ordinis, maiora diuturnioraque

Digitized by Google

que Fratres Minores experti ſunt impedimenta: quæ tandem à Summis Pontificibus fuere poſtea ſublata. *ibid.* §. 117. & 118.

Vetus eſt & in Eccleſia Catholica antiquum, Monachos Religioſos, multis fauoribus, gratiis, priuilegiis, & indultis à Summis Pontificibus ſemper fuiſſe exornatos. *ibid.* §. 119. & 120.

Sancti viri, haud ſemper diuinitùs prophetarunt; ſed nonnumquam more humano futura prædixerunt. 40. 7.

Ridicula Propoſitio, operè completa. 76. 1.

Prouincia Immaculatæ Conceptionis Virginis Recollectorum in Gallia, quando erecta. 336. 15.

Prouincia ſancti Dionyſij in Francia PP. Recollectorum, prima omnium inſtituitur in Gallia, an. 1612. cuius ſigillum imagine ipſius S. Præſulis adornatur. 498. & 499. 8.

Cuſtodia Floridæ erigitur in Prouinciam, ſub titulo S. Helenæ, in Capitulo Generali Romæ 1612. 439. §. 3.

Quantum inſudauerint Franciſcani in diſſeminatione Euangelij per Floridam. *ibid.*

Prouincia ſancti Franciſci Recollectorum in Gallia, quando erecta. 442. 5.

Quot Prouinciæ & Conuentus in India Orientali, habent Fratres Minores. 423. 28.

Pſalterium Beatiſſimæ Virginis Mariæ Deiparæ à ſancto Bonauentura compoſitum, multis aſtruitur. 305. 10. 11.

Diuerſimodè nunc reperitur impreſſum, de quo varia aſſeruantur exemplaria apud PP. Recollectos Pariſienſ. 306. 12. 13. & 14.

Puerorum ac rudium in Chriſtianiſmo inſtituto iuuentutis à primis propè elementis eruditio gratuita cum probitate coniungenda, &c. munia etiam ſunt Franciſcanis competentia. *In prologo.* §. 149.

Pulchritudo Chriſti corporalis aſſeritur, contra æmulos. 629. 4.

R

B. Radulpho, miſſam celebranti, Angeli præſtò miniſtrant. 38. 1.

S. Raphael Archangelus pia veneratione colitur ab Eccleſia Catholica. 568. 1.

Idem cultus fuit ei à priſcis temporibus exhibitus, tum in Gallia, tum in Ordine Franciſcano. *ibid.*

Rapinæus corrigitur. 292. 4.

Raymundus Comes Toloſanus moritur excommunicatus. 230. 4.

Raymundus comes Toloſanus, præfati Patris abſolutionem inſtanter poſtulat à Sede Apoſtolica. *ibid.*

Piè obiit hic iunior Raymundus Comes. *ibid.*

Nec ipſe, vel Pater eius neci BB. Stephani, & Raymundi martyrum operam dedit. *ibid.*

B. Raymundum Lullum imago Crucifixi alloquitur, 278. 2

Lutetiæ primùm ſtudet humanioribus litteris. §. 2. *ibid.*

Eius inſtantia, Maioricæ Collegium inſtituitur Minoritis, à Iacobo II. Rege pro docenda lingua Arabica. *ibid.*

Traijciens in Africam, illic martyr efficitur. §. 3. *ibid.*

Eius ſacrum corpus Maioricam poſtea delatum, ſummo honore colitur, fitque de eo officium diuinum, *ibid.*

Eius nomine, Academica Maioricana, *Raymundina*, ſeu *Lullina* nuncupata. §. 5. *ibid.*

Diuerſa eius encomia & elogia. *ibid.*

Erroris, & perditæ memoriæ arguitur à nonnullis, ſed perperam, nec impunè: retunditur quippe illorum futilis vis rationum. § 6 7. & 8.

Fuiſſe tertij Ordin. Franciſcani alumnum conſtat, ex multis. 9.

B. Raymundus Picœns, Armenos inſtruxit in fide Catholica. 268. 1.

Recollecti & diſcalceati rurſus emergentes, Prouincias ſuas condunt & inſtituunt. 423. 38. *In prolog.* §. 138. & 159.

Duodecim Refformationes, veluti 12. ſurculi, in Ordine Franciſcano exoriuntur. *ibid.* §. 113.

S. Rhemigius, Rhemenſis Archiepiſcopus, Galliæ Apoſtolus, in Ordine Franciſcano, ſingulari pietate excultus. 481. 1.

Duo Hymni de eodem S. Rhemigio, Authore Ioanne Morello. 482.

Religioſus extra Monaſterium, piſcis ſine aqua, 79. 2.

Ordo Religioſus, cœpit ab Apoſtolis: qui iiſdem votis ſeſe aſtringentes, cæteris viam perfectionis demonſtrarunt. *In prolog.* §. 49.

Neque verò Deus per voces & ſcripta ſolum Catholicorum, atque Orthodoxorum Patrum; ſed etiam per ſe, ſanctitati atque præſtantiæ Ordinum Religioſorum teſtimonium tulit. *ibid.* 48.

Vita Religioſa eſt expreſſa Chriſti imitatio. *ibidem.* §. 89.

In Breuiario Romano, demptis martyribus fit ſolummodò de ſanctis Religioſis (quinque aut ſex exceptis) Officium Eccleſiaſticum ferè per totum anni circulum. *ibid.* §. 99.

Religioſi & Ordines moderni temporis minimè differunt in eſſentialibus, ab Antiquis. *ibid.* §. 89.

Nouiſſimo hoc noſtro ſæculo quidam Neoterici conati ſunt bellum aduerſus ſtatum Religioſum redintegrare, ſed in vanum aciem ſtruxerunt, vnus paruulus, velut alter Dauid, vnico ictu, eos deuicit, proſtrauit, victoriamque reportauit: nempe R. P. Iub Capucinus. *ibid.* §. 81.

Cauſa Religioſorum ſic ſtat cum Eccleſiæ Catholicæ cauſa: vt nemo vnquam Eccleſiæ hoſtis fuerit, qui non bellum eodem tempore Monachis omnibus induxerit. *ibid.*

Religioſi ſedebunt cum Chriſto, & Apoſtolis, in fine mundi, orbem terrarum iudicaturi. *ibidem.* §. 172.

Cur S. Franciſcus Ordinem Minoriticum ſic Summo Pontifici addixerit, pedibuſque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiecerit. *ibid.* §. 54.

Perfectio vniuſcuiuſque Religionis primario ſpectatur ex fine, ſecundariò ex mediis, & ij Ordines abſolutè ſunt perfectiores, qui ordinantur ad finem intrinſecum, ſeu functionem perfectiorem. *ibid.* §. 18.

Inter eos Ordines, qui eumdem finem habent, is eſt præſtantior cenſendus, qui pluribus perfectioribus, & aptioribus mediis atque exercitiis vacat, ſeu iis, ad illum finem, & ad vota ſua præſtanda vtitur. *ibid.* §. 19.

Talis eſt Ordo Seraphicus, ſeu Religio Minoritana, quod latè probatur. *ibid.* & *ſeq.*

Perfectio inſuper Seraphici Ordinis deſumi poteſt ex ipſius inſtitutione & approbatione, non quidem illa communi, qua quælibet Religio approbatur

Digitized by Google

ab Eccleſia, ſed ſingulari diuino, ac prorſus cæleſti inſtinctu. *In prolog.* §. 31. 32. & *ſeq.*
Eadem comprobant innumera Summorum Pontificum Diplomata, aduerſus Alphonſum Rodericum, contrarium ſcribentem. *ibid.* §. 34.
Approbatio prioris ſuæ Regulæ Minoriticæ. 487. 1. & 2.
Cœlitùs accepit ſecundam Regulam, in monte Raynerio, præmiſſa oratione & ieiunio. *ibidem*, §. 2.
Regula Franciſcana, vt meritoria, perfecta, & ſancta, approbata à Summis Pontificibus, & Conciliis Generalibus, tum à cæteris Prælatis Eccleſiaſticis, à Regibus, Principibus, & vniuerſo populo Chriſtiano. *In prolog.* §. 98.
Perfectio Regulæ Franciſcanæ prorſus mirabilis ac diuina. 487. 2. & 3.
Regula Minoritica tota Euangelica eſt: eius Elogia. *In prolog.* §. 107.
Perfectio, ſtatus Minoritici dignoſci etiam poteſt: ex ieiuniis frequentibus, oratione aſſidua, aſperitate veſtium, pedum nuditate, &c. *ibid.* §. 28
Potior tamen minimè dicenda eſt Religio, ex hoc quòd habet arctiores Obſeruantias: ſed quia his Seraphicus Ordo vtatur, tanquam mediis congruentibus, & magis neceſſariis ad finem propoſitum. *ibid.*
Notitia ſummatim explicata totius Religionis Seraphicæ. *ibid.* §. 142.
Ex omni gradu Eccleſiaſtico, & ex omni qualitate officiorum, ac perſonarum, in Ordine Franciſcano, Beati ac ſancti viri emerſerunt. *ibid.* §. 103.
Martini Nauarri, notabile dictum de perfectione Regulæ Minoritanæ. *ibid.* §. 104.
Pij V. Pontificis Maximi memorabilis ſententia in laudem Regularis Obſeruantiæ Franciſcanæ. *ibid.*
Pius Amor cleri ac populi in Religionem Seraphicam. *ibid.* §. 98.
S. Vincentij Ferrerij, vera ſententia, de ſanctitate profeſſionis Franciſcanæ. *ibid.*
Prima Regula S. Claræ profitetur à Sanctimonialibus Fulginatibus & Romanis, opera B. Cæciliæ à Coppoli. 4.5.
Richardus Armachanus, linguam & calamum aduerſus ſtatum Religioſorum Mendicantium exacuit: ſed non impunè, nam paulò poſt è viuis ſublato, iniuſtas criminationes ſepeliuit. *In prologo*, §. 77.
Inter hæreticos à probatis authoribus recenſitus. *ibid.*
B. Rizerius à *Mutio*, à grauiſſima tentatione liberatur per D. Franciſcum. 59. 2.
Robertus Cænalis corrigitur. 439. 8. & 9.
Robertus Preuoſtus, natione Neuſtrius, Reſſormationis in Aquitania propagator præcipuus. 530. §. 4. 5. & 6
Robertus Rex Neapolis, Siciliæ, Hieruſalem, &c. Tertij Ordinis alumnus, cum habitu Franciſcano ſepelitur. 333. 9
S. Rochus, Tertij Ordinis fuit alumnus. 371. 2
Reliquiæ eius Arelate in Gallia, non autem Venetiis aſſeruantur: idque probatur authenticè ac copioſiſſimè. 372. 4. & *ſeq.*
S. Rochi Reliquiæ nonnullæ ex Gallia Romam, Duacum, Granatam, Taurinum, &c. dono delatæ. 372. & 373.
Sodalitia & confraternitates in eius honorem vbique erectæ. 373. 14.
Virtus eius maximè elucet aduerſus Epydimiæ morbum. *ibid.*
S. Rochi familia, à *Cruce* cognominata, perantiqua atque nobiliſſima eſt. 373. 15
Apud eam Baculus ipſius S. Rochi Hexapodus, reuerenter, nunc vſque aſſeruatur. *ibid.*
B. Ruffinus à Sperança, cur *Angelicus* ſit cognominatus. 493. 5.

S

Sabellicus corrigitur. 378. 4. 512. 11.
Salazar emendatur. 9. §. 8.
Sancia, Regina, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, & Maioricarum, fit Clariſſa. 333. 9.
Quot ſancti canoniſati in Ordine Franciſcano. *In prolog.* §. 102.
Cur Sancti viri nonnumquam complures annos ætatis longæuæ exceſſerint. 88. 4
B. Sanctia Martinez à Montaluo, Vidua, Tertiaria Fundatrix Monaſterij Areuali. 277. 4
Sauſſayus corrigitur. 446. 7. 378. 4
Sauſſayus emendatur. 218. 6
Seguenotus, votorum Religioſorum Oſor confutatur. *In prolog.* §. 52. & 96
Idem cenſura almæ facultatis Theologicæ pariſienſ. mulctatus. *ibid.* §. 97
F. Sabaſtianus in Cuſco, Peruanæ Prouinciæ Metropoli primus conuentum extruxit. 28. §. 3
Siffridus Moguntinus Archiepiſcopus Marpurgi intereſt Tranſlationi S. Eliſabeth, Viduæ, an. 1236. 193. 13.
Simlerus hæreticus refutatur. 305. 12
B. Simon Anglicus, primus Lector Sacræ Theologiæ per Teuthoniam. 538. 5
B. Simon à Caſſia, Ordin. Auguſtin. orationem funebrem dixit, in laudem B. Angeli à Cingulo, eius præceptoris. 182. 3
B. Simon à Collazono, cur *S. Simonetus* vocatus. 534. 2
Simon, Comes Montisfortis, fudit hæreticos, eoſque debellat, Rege Arragoniæ ipſorum fautore, corruente in prælio. 30. 3
Societas peregrinantium propter Chriſtum, quid ſit *In prolog.* §. 152.
A quo tempore cœpit in Ordine Franciſcano. *ibid.*
Sophia intereſt Tranſlationi corporis matris ſuæ, S. Eliſabeth, Viduæ, an. 1236. apud Marpurgum, 193. 13
Spondanus emendatur. 549. 1
Stephanus Cyprius, corrigitur. 459. 27
B. Stephanus Molina, Fundator Reſſormationis in Prouincia Romana. 523. 4
Feſtum ſacrorum Stigmatum S. Franciſci à Sede Apoſtolica inſtitutum. 457. 15. & 16
Veritas ac certitudo ſacrorum Stigmatum in corpore S. Franciſci comprobatur, Authoritate teſtium oculatorum, miraculis maximis, viſionibus cœleſtibus, & Pontificiis Diplomatibus: tum vltione contradicentibus & aduerſariis diuinitus allata. 455. 456. & 457.
Gerardus Odonis, Gallus, Generalis totius Ordin. Minor. Officium proprium ſacrorum Stigmatum S. Franciſci compoſuit, à Sede Apoſtolica approbatum. 457. 17
Saphicum Carmen in laudem ſacrorum Stigmatum

Sancti

Digitized by Google

S. Franciſci. 458. 18
Stigmata habere, quid ſit, ſiue Græcam, ſiue Latinam Etimologiam ſpectes. 457. 14
Nonnulli ſibi falsò Stigmata effingentes, eluſi ſunt 457. 13
Quidam recentiores conati ſunt, ſed perperam, S. Franciſci ſacra Stigmata obfuſcare, penituſque abolere. *ibid.*
Eiuſdem Ordinis complures Fratres, tempore Antichriſti apparebunt Stigmata geſtantes. *in prolog.* §. 131
Sueci hæretici hac noſtrâ ætate per Saxoniam & Germaniam feraliter graſſati, ſæuierunt maximè in Franciſcanos. 114. 2
Surius, corrigitur. 218. 6

T

S. THomæ Apoſtoli, corpus Calaminæ in India, non autem Edeſſæ in Syria, iacet. 371. 4
Goam poſtea Tranſlatum eſt, opera Fratrum Minorum. *ibid.*
B. Thomas à Curia, primus Vicarius, ſeu Commiſſarius Generalis Patrum Obſeruantium in Gallia. 363. 2
B. Thomas à Gualdo, cur *Thomaſſinus*, ſeu *Thomaſucius* appellatus. 453. 5.
B. Thomas Illyricus extruxit ædiculam in honorem S. Virg. Mariæ, intra Montana Pinoſa, ad littus Maris Oceani, verſus capitale *Buchi*, in territorio Burdigalenſi. 208. 5. in qua imaginem eiuſdem Deiparæ miraculoſam piam collocauit.
B. Thomas à Scarlino, Regularis Obſeruantiæ in Apulia Fundator præcipuus. 531. 5. & 6.
Quo tempore Templarij milites condemnati, & è Gallia diſcedere coacti. 87. 3
B. Torribius à Beneuento, quater centum millia Indorum aqua Baptiſmali tinxit. 356. *circa med. Calend.*
Cur *Motholinia* ab indis vocatus. 360. 8
Toſſinianus corrigitur. 267. 5. 299. 11. 418. 5. 429. 4. 486. 2. 561. 4. 563. 10. 588. §. 2.
S. Franciſcus nullam Regulam compoſuit pro Tertiariis, ſed tantum eis aliquas leges præſtitit quibus piè ac iuſtè viuerent ſecundum Deum. 6 §. 7
Ordo Tertiariorum prout à S. Franciſco inſtitutus, non eſt propriè Religio, nec eius ſequaces verè Religioſi ſunt. *ibid.*
Cur S. Franciſcus Tertium Ordinem Pœnitentium inſtituerit: & quo tempore. 6. §. 5. & 6
Tertius Ordo Pœnitentium à ſua primæua inſtitutione complectebatur ſæculares vtriuſque ſexus: ſiue ſoluti eſſent, ſiue matrimonio iuncti. 6. § 6. & 7.
Leges latas à S Franciſco pro Tertiariis, Papa Nicolaus IV. in vnum collegit, atque in Regulæ formam redegit. 6 §. 7
Quantum increuerit hic pius ſtatus. 6. § 6
Quàm illuſtris habitus eſt Tertiariorum ſtatus in Ordine Minorum; quippe, qui à Cardinalibus, Patriarchis, Epiſcopis, &c. ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, &c. maximo honore eſt aſſumptus. *In prolog.* §. 129. & *ſeq.*
Leo X. Papa, Regulam aliam propriam ipſis Tertiariis dedit obſeruandam. *In prolog.* §. 4.
Tertiarij illam Leonicam Regulam ſeruantes verè Religioſi ſunt. *ibid.*
Collabente ipſorum ſtatu, in Gallia, noſtri Galli & Neuſtrij ſtrenuè eius Refformationi initium dederunt. *ibid* §. 5
Tertiarij, quot Prouincias, Conuentus & Fratres, habent in vniuerſo orbe. *ibid.* §. 13
Beati viri ex Ordine Minorum cernuntur in cœlis Chriſto, ſub alis ipſius contecti, familiarius propinquare, illi in terris poſiti, propiùs adhæſere. 164. 2
Transfigurationis feſtum haud inſtituit Calixtus III. ſed celebriori cultu habendum decreuit. 3. 4. 2
In Gallia perantiquum eſt. *ibid.* §. 1
In Ordine Franciſcano particulari cultu celebratur. 355. 3
Duo millia Fratrum Minorum in Tranſlatione corporis ſancti Bernardini, Aquilæ, ann. 1450. 213. 10
Duo millia Fratrum item conuenerunt ad Tranſlationem corporis Seraphici Patris Sancti Franciſci. 225. 2
Treuirenſis Archiepiſcopus, intereſt Tranſlationi S. Eliſabeth, Viduæ, ann. 1236. apud Marpurgum. 193. 13
Treuetus, emendatur. 486. 1
B. Tyraſia-Sanctia, Vidua, Tertiaria, Fundatrix Monaſterij Villæ-nouæ, in Territorio Gienneſi 15. §. 5

V

VAlerius corrigitur. 219. 6. 267. 4
Valladierus reprehenditur. *In prolog.* §. 23. & 114.
B. Vincentius Regem Tanoris in India Orientali ad Chriſtum conuertit, & baptizat. 253. 10
Idem Granganoricum Collegium inſtituit, ac regit. *ibid.*
B. Vincentius Aquilanus, prædicit aduentum Caroli VIII. Reg. Franc in Italiam. 189 4
B. Vincentij Senenſis, virtutes eximias graphycè referuntur à S. Bernardino Senenſi, cuius ſocius extiterat amantiſſimus. 380. 2. & *ſeq.*
Vaſconcellus corrigitur, 565. 5
Viſio cœleſtis de SS. Dominico & Franciſco, à Beatiſſima Deipara, Chriſto, irato, propter mundi ſcelera commiſſa, oblatis; vt peccatoribus pœnitentiam nuntiarent, ſi Diuinam, quam meruerant, vltionem deuitare vellent. *In prolog.* §. 101
Viſitatio B. Virg. Mariæ præcipua deuotione colitur à Fratribus Minoritis. 185. 1
Complures adoleſcentulæ virgines, Franciſcani Ordinis amore cœlitùs accenſæ, ſub viri habitu, incognitæ vixerunt ſanctiſſimè in Religione Seraphica. 594. & 631. §. 11
Modo ſtupendo, ſcilicet, naſi detruncatione, ſacræ virgines Clariſſæ, Aconenſes, Sarracenos deludunt, ne proſtituerentur. 114. 1
Factum mirabile, quod cœlitus actum eſt, in vltionem malignantium, minus ſapienter ac Chriſtanè, recitatur verbis irriſoriis à quodam ſcriptore, cui reſpondetur. *In prolog.* §. 133. & 134
Propoſitio Catholica, laudabilius & magis meritorium eſſe, cæteris paribus, quidpiam ex voto facere, quàm ſine voto, contrarium autem dicere, ſapit errorem. Ibid. §. 126.
Poema Vrbani VIII. Pap. in honorem S. Mariæ Magdelenæ. 320. Ludouici Reg. Franc. 400. & S. Franciſci, 491. 16
B. Vrraca Rodriguez Bezeora, Vidua, Tertiaria, Fundatrix Monaſterij Vlmeti. 218. 16.
Wadinghus corrigitur. 6. §. 8. 115. 8. 184. 10. 211. 2. 287. 7. 390. 1. & 3. 429. 4
Willotus corrigitur. 429. 4. 469. 2. 486. 2

Digitized by Google

wittalkerus hæreticus refutatur. 567.1.
S. Franciſcus, BB. Zachariam, Gualterum, & alios ablegat in Hiſpaniam. 30.2.3.4.

Z.

Zeilamum Regnum R. P. Ioannes de Villa comitis, cum ſocijs Franciſcan. primus omnium, luce Euangelij colluſtrauit. 396. §. 1
B. Zacharias. Vlyſſiponæ, Vimarani & Alenquerij Conuentus extruxit. 31 pag. 4
B. Zachariæ à Valcamonica, dictum notabile, 64 §. 8.

FINIS.

Ad Maiorem Dei Gloriam.

Quicquid vis, & non potes, factum Deus computat.
D. Auguſt. in Pſalm. 57.

LYON

Digitized by Google

ERRATA.

In prologo paragraph. 10. columm. 2. lin. 9. & *Apprima*, lege, *Apprimè*. ibid. paragraph 52. pag. 13. colum. 1. linea. 30. *Totiis à fide*, lege, *à Sede*. ibid. lin 25. *Perbellè adornatia*, lege, *adornati*. ibid paragraph. 54. lin. 12. lege, *potenti virgâ percellantur*. ibid. art. 8. in titulo, *acveluti*, lege, *ac veluti*. ibid. poſt §. 55. lin. 14. pone §. 56. in margine. ibid. pag. 15. columm 1. ad lin. 21. è regione, pone §. 61. ibid. pag. 23. §. 78. lin. 15. *miratuti millies*, lege, *miratur*. ibid. pag. 29. colum. 2. ad lin. 30. in margine, pone §. 97.

In opere

pag. 4. colum. 2. in fin. *pridie*, lege, *Tertio*. pag. 12. in initio calend. ſic lege, *in Aquitania Mauſiaci* pag. 13. in Titulo Calend., *Sexto idibus*, lege, *idus*. pag. 15. parag. 1. lin. 3, omiſſa ſunt Piſanus iib. 1. conformitat. fruct. 8 & 11. part. 2. in Fratrib. minorib. ſanctitate illuſtrib. Prouinciæ S. Franciſci, Codex MS. Abbat. S Victor Pariſienſ. ibid Vlyſſiponenſ. part. 2. ſup. lib. 8. cap. 33. ad ann. 1334. item lin. 20. ſic lege. § 27. *& Tom. 4. ad ann.* 1374. § 17. *quo eum obiiſſe refert* pag. 17. in Calend. *pridie nonas*, lege, *pridie idus*. pag. 20. in Calend. lin. 8. *in Hiſpania*, lege, *Burgis in Hiſpania* pag. 21. colum. ſic lege, *videbatur deuotionem afferre &c.* pag. 23. in calend. lin. 10. lege. *Apud Calabazanos oppidum in Territorio*. pag. 39. in calend. lin. 6 ſic lege, *Catalagirone in Sicilia*. pag. 42. in Calend. lin. 4. ſic lege. *Cherſii in Dalmatia* pag. 49. in capite, lege *Febr.* 2. & 3. ibid §. 12. colum. 2. lin. 19. lege *Tom. 3. ad ann.* 1323 §. 46. (Valeriano de BB. Fœmin. Ord Min. lib. 4. cap. 13.) & in additionibus ad tom. 3 ad ann. 1323. § 46 Pag. 57. col. 1 lin. 1. lege, *Sacerdos*, *ſeu (iuxta alios)* Laicus. ibid. §. 5. lin. 1. lege, *Camers patria*. item §. 9 lege *plurimaſque moleſtias*. pag 61. in calend. lege *Villa-vitioſa in Hiſpania*. pag. 70. colum. 2. lin. penultima lege *ex Galeſio* pag. 71. colum. 1. lin. 2. pone § 4. pag. 85. in calend. lin. 7. lege *Thurii apud Aprutium*. item lin. 11. lege *Areuali in Territorio*. pag. 106. in Calend. lege lin. 7. *Monaſtica obſeruantia*. pag. 111. in Calend lin. 11. lege *in Gallia Narbonenſi* pag. 112. 113. 114. & 115. pone 113. 114. 115. & 116. pag. 124. § 2. lin. 19. *Conuenientibus*, lege *Conuentibus*. pag. 129. repone decentius §. 3. 4. 5. & 6. pag. 130. colum. 1. lin. 18. pone in margine §. 4. pag. 132. in Calend. lin. penultim. *Fulgii*, pone, *Fulginii*. pag. 135. colum. 1. lin. 8. *Sigdorum*, lege, *Signorum* item colum. 2. loco § 4. 5. 6. pone 5. 6. & 7. pag. 141. colum. 1. lin. 29. *confecerunt*, lege, *quam confecerunt* pag. 144. colum. 1. lin. 143. *in 2. Tribunal*, lege, *in Tribulat*. pag. 143. in calend. lin. 7. *Netini*, lege, *Neati in Sicilia*. pag. 151. in capite, pone. 4. & 5. *Aprilis*. ibid. colum. 1. loco §. 4. pone 5. item lin. § *à Burga*, lege, *à Barga*. item. lin. 10. de *Bargga*, lege, *de Barga*. pag. 152. colum. 2. §. 4. lin. 5. *Langninam*, lege, *Laghinam*. pag. 158. colum. 2. §. 10. lin. 1. *Aliquem cognominant*, lege, *Aliqui eam cognominant*. pag. 260. colum. 2. § 8. lin. 1. *Virginis*, pone, *Vidua*. pag. 161. colum. 2. §. 8. lin. 3 *Artiumque Myſterium*, lege, *Magiſterium*. pag. 163. in Calend. lin. vltim. *Territorio Giennenſi*, lege, *Palentino*. pag. 164. colum 2 §. 4. lin. 12. *vſque habitum*, lege, *habitum*. pag. 167. colum. 2. § 8. in fin. Adde. *Ille eſt*, *de quo iam ſuperius ad* 28. *Ianuar*. pag. 195. colum. 2 §. 13. lin. 3 *Gregor X*. lege, *IX*. pag. 202. §. 3. lin. 6. *Chriſti annum*, dele *Chriſti*. pag. 214. colum. 1. §. 12. lin. 3. dele *Appollinaris* pag. 235. colum. 2 lin. 1. lege, *noſtra Redemptionis contemplationi*. pag. 237 repone § §. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. pag. 238. in Calend. lin. 9. ſic lege, *Areuali in Territorio Abulenſi*. pag. 247. §. 13. colum. 2. lin. 8. lege, *Milleſimum trecenteſimum*. pag. 275. in Calend. lin. 1. lege *à Graccio*, dele, *à Gratio*. pag. 277. colum. 2. § 4. lin. 6. *Ex eſſe inſtitura*, lege, *ex aſſe*. pag. 279. in capite, lege *Iunii* 29. dele, 26. pag. 281. lege, §. 14. 15. & 16. loco 4. 5. 6. ibid. §. 16. lin. 4. *reiecta*, lege, *relicta*. pag. 286. in fin Calend., lege, *Iulii*, dele, *Iunii* 3. ibid colum. 2. §. 5. lin. 10. *Cumquum* lege, *Cumque*. pag. 311. colum. 2. §. 8. lin. 2. *ſeu filii natalis*, lege, *Naturalis*. item lin. vltim. *de qua infra*, lege, *ſupra* poſt pag. 320. pone 321. 322. 323. & 324 dele 324. 328. 329. & 330. pag. 322. §. 9. col. 2. lin. 1. *Martyrij*, lege *Virginis*. 3. pag. 334. In capite. *Iulii* 19, lege 29. pag. 348. col. 2. linea 9. lege, *Ecce Capucœni Mathæus nominis Authore* dele *Author*, initio ſeq. pag. 375. § 5. lin. 6. ann. 1398 lege, 1308. pag. 389 colum. 1. pone §. 5 pag. 395. loco §§. 27. 28. *& ſeq.* pone, 26. 27. & ſeq. pag. 406. loco 408. & ſeq. pag 409. in calend lin. 7. *Candide & Raneti*, lege 1. *Candidi Rancei*. pag. 412. in calend. lin. 10. *Leuceria*, lege *Nuceria*. pag. 446. in capite Septemb. 5. pone 12. lin. vltim. *VVeneda* pone *Queueda* pag. 466. in calend. lin. penultim. *Segolia*, lege *Segobia*. pag. 549. col. 1. lin. 1. *Elexarius*, pone *Elzearius*. pag. 564, §. 4. perperam iterum repoſiti ſunt errore librariorum hac die 18. Nouemb. qui iam à nobis ſuperius ad 1. April. recenſiti erant. pag. 167. in calend. lin. 2. *Gaſeres*, pone, *Gaſceres*. Ibid. lin. 6. Philippi *Carcinonenſis, Bonfeſſoris*, lege *Barcinonenſis*, *Confeſſoris*.

Hactenus de his, & pluſquam ſatis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google